Exstant autem duo volumina Ivonis nomine inscripta eandemque habentia praefationem, quorum unum, quod *Panormia*, alterius, quod absolute *Decretum* inscribitur, quasi epitome quaedam est. Verum in hoc eodem campo alii etiam gravissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in privatis bibliothecis manuscripti habentur) *Cresconius*, *Anselmus*, *Deusdedit Cardinalis*, *Gregorius Presbyter*, qui volumen suum *Polycarpus* inscripsit, aliique nonnulli praeclare se exercuerunt suamque operam probaverunt. Novissimus istorum omnium, praeter auctorem Panormiae (nam is recentior fortasse est) *Gratianus*, Monachus Benedictinus, non tantum decretis colligendis (quod superiores fecerant) operam dedit, sed Ivonis fortasse praefatione excitatus eo potissimum incubuit, ut certis quaestionibus propositis, quid in utramque partem ex canonibus, qui inter se nonnunquam pugnare videbantur, dici posset, ipse et afferret, et explicaret omninoque eorum varietatem, quae speciem dissensionis habebat, ad concordiam revocaret. Ceterum in longo ac perdifficili opere multa a parum aequis hominibus exagitabantur; nonnulla pii etiam et verecundi interdum desiderabant.

Quamobrem ne huiusce utilissimi et gravissimi codicis vacillaret auctoritas, placuit primum Pio IV. ac subinde Pio V. et Gregorio XIII. (apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum et aliarum maximarum rerum laus fuit) ut illi corrigendo summa opera daretur, menda librariorum tollerentur, si qua etiam in re Gratianus ut homo minus vidisset, modeste notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus quam diligentissime restituerentur. Itaque et Romae Vaticana bibliotheca et monasterii Dominicani supra Minervam aliaeque non paucae excussae sunt, et ex aliis urbibus atque regionibus invitati doctissimi homines, qui idem facerent, et si quid invenissent, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factum est, ut quum iam magnam partem suum unicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quae synodorum generalium, quae summorum Pontificum, quae provincialium conciliorum, quae Patrum decreta ac sententiae, atque inter haec, quae sanctae Romanae sedi probata sint, quae minime, vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incertis suspecta habere post hac queat.

De citationibus. Quod ad citationes auctorum pertinet, ubi error evidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore atque ab aliis collectoribus allata citatione consentiebant, sublatis falsis inscriptionibus verae sunt restitutae; ubi vero, quamvis caput apud alium auctorem esset inventum, fieri tamen poterat, ut illius quoque esset, quem Gratianus citaret (sunt enim haud raro decreta tralatitia et sententiae similes in bonis auctoribus), retenta Gratiani citatione, satis visum est locum, ubi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est, qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde sunt mutata, id quoque est indicatum adscriptumque praeterea in margine, quo loco idem caput in glossa Bibliorum ordinaria, in libris Sententiarum et apud ceteros collectores habeatur, eos praesertim, qui in huius operis emendatione magno usui fuerunt. Animadversum vero est, multa olim fuisse (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex variis auctoribus collectarum volumina, quibus homiliis nomen auctoris aut non esset praepositum aut etiam mutatum, quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Saepe etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit atque in unum caput concludit (quamvis in vulgatis codicibus plerumque in diversa capita sint distractae, sed fere sine rubrica), idque quum facit, non ipsa prorsus auctorum

verba affert, sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur, quod etiam Burchardus et Ivo faciunt, quum citant hoc modo: *ex dictis Augustini, ex dictis Hieronymi.*

De emendationibus. In emendando textu primum initia capitum ob usitatas doctorum citationes non sunt mutata: sed ubi ab originali discrepabant, in margine aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde glossae ipsius habita ratio est, ut nihil in textu sit mutatum, ubi mutatio ipsa impeditura erat, quo minus quid sibi auctor glossae voluisset animadverti posset: sed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum est indicatum. Ubi vero haec non obstabant, haec fere servata corrigendi ratio est, ut, si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, et interdum etiam, non levi proposita utilitate, aliqua adderentur; nisi sicubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illa retenta notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quandam ipse redigere, aut ab aliis redacta, ut ab auctore glossae ordinariae, ab Ivone et aliis collectoribus referre, tunc nihil fere emendatum vel additum est, nisi forte Patris illius, unde collector acceperat, restituta lectio magnam afferre visa esset utilitatem, multisque locis id notatum est, et verba ipsius originalis allata, ut lector identidem in memoriam huius adhibitae cautionis revocaretur et labore ad originalia adeundi, levaretur. Quod si idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum est (nam quae multum distabant, satis plerumque fuit in margine indicare), adiectae sunt in textu particulae illae *et supra et infra*, sc. ubi seriem et nexum collectionis impediturae non erant; ubi vero Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis huius libri exemplaribus pura germanaque lectio est restituta.

De versionibus. In Codice canonum capita, quae ex graecis synodis recitantur, sunt a Dionysio Exiguo in linguam latinam conversa, cuius praefatio manuscriptis ipsius codicis exemplaribus praeposita legitur. Isidorus autem partim hac ipsa Dionysii versione, quanquam raro, partim fortasse prisca illa, cuius mentionem in praefatione sua Dionysius facit, usus est aut integris, aut aliquantulum immutatis; partim etiam aliis, quae tunc, ut ipsemet Isidorus testatur, exstabant, hodie praeterquam apud istos decretorum collectores non exstant. Quocirca mirandum magnopere non est, si ceteri collectores et omnium fere postremus Gratianus, qui et Codicem illum canonum et Isidori collectionem et alias etiam habebant, eundem canonem non semper ex eadem versione recitent. Qua de re saepe in notationibus lector est admonitus, et ubi necessarium visum est, graeca canonis verba cum versione nova sunt allata, idemque in ceteris Patrum graecorum sententiis factum est.

De paleis. De nomine *Paleae* sunt variae doctorum hominum sententiae. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leves continerentur, hoc nomine appellari censuerunt; alii quasi *τὰ παλαιά*, id est antiqua; alii quasi additiones quasdam, derivata aut potius depravata voce ab adverbio *πάλιν*, id est rursum, quo scriptores etiam latini tempore Gratiani uterentur. Verum Ioannes Andreae in additionibus ad Speculatorem, titulo de Disputationib. et allegationib. prope finem (quem Imola in rubrica de verborum obligationibus, Alexandrinus in prooemio decretalium, Iason in rubrica tituli de actionibus, et alii sunt secuti) putat, quendam Protopaleam, quem Iason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita haec adiunxisse. Atque ut in re tam incerta aliquid elici conjectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus observatum fuerit. In tribus, quae sunt antiquissima et videntur scripta paulo post Gratiani aetatem, paucissima ex huiusmodi capitibus habentur. In uno valde emendato sunt apposita in margine sine ulla nota, sed non omnia, quae in impressis, quamvis vicissim in illo additiones aliquae sint, quae in his non habentur. In alio, literis perantiquis descripto, Paleae ipsae recentiori scriptura toti volumini praeponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleraeque, et partim quidem cum Paleae nomine, partim vero sine ullo a ceteris capitibus discrimine. Ex qua observatione illud videtur posse colligi, has Paleas esse additiones, non eodem tempore factas, ad primam collectionem Gratiani in margine primum adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano (ut fit) inter componendum aut relegendum, quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum coniuncte cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quod multae et in Decretalibus, et apud vetustiores Gratiani collectores habentur, quod suis locis indicabitur.

De titulo. In plerisque vetustis huius collectionis exemplaribus haec tanquam inscriptio rubris literis posita est: *Concordantia discordantium canonum*, addita in quibusdam dictione, *Incipit*, sine ulla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetustissimo, cui voluminis ipsius initio recentiori scriptura Paleas esse praepositas dictum est, ante ipsas Paleas est hic titulus: *Decretum Gratiani Monachi sancti Felicis Bononiensis, ordinis sancti Benedicti, compilatum in dicto monasterio, Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo primo, tempore Eugenii Papae tertii;* in aliis vero duobus codicibus in extremo est: *Explicit Decretum compilatum a Gratiano Monacho monasterii sancti Felicis de Bononia.* In Chronico, quod inscribitur *Pomoerium Ecclesiae Ravennatis*, qui liber in Bibliotheca Vaticana servatur, haec de Gratiano leguntur: *Anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo Gratianus Monachus, de Classa*[1] *civitate Tusciae natus, Decretum composuit apud Bononiam in monasterio sancti Felicis.* Idem testatur Hugutio, vetustissimus huius codicis interpres, secunda, quaestione sexta, cap. *post appellationem;* — et Vincentius in libro Historiarum bis, semel libro vigesimo tertio, capit. trigesimo primo, loquens de Isidoro, et iterum libro vigesimo quinto, cap. octuagesimo quarto, agens de Ivone, et aliis decretorum collectoribus; — et sanctus Antoninus part. tertia hist. tit. decimo octavo, cap. sexto. Tritemius vero in libro de Scriptorib. ecclesiasticis Gratianum agnoscit huius collectionis auctorem, itemque in libro secundo de Viris illustribus ordinis sancti Benedicti: quo tamen loco addit (ipsam fortasse operis inceptionem spectans) fuisse ab eo compositum anno Domini millesimo vigesimo septimo. Hanc collectionem Innocentius tertius in epistola ad Archiepiscopum Compostellanum vocat Corpus decretorum. Ob has igitur auctoritates et receptam apud omnes

---

1 Al. *Clusio*, al. *Giusa*.

opinionem in prima huius voluminis pagina praepositus est titulus nomine Gratiani.

De notationibus in Glossa. Quod ad glossas pertinet, quae pios et catholicos auctores habuerunt, quae in illis errata paulo maioris ponderis pro humani ingenii infirmitate obrepserunt, ea in margine sunt notata, et quid catholice sentiendum sit, ostensum est. Hae autem notae, quibus asteriscus affixus est, necessario posthac in omnibus impressionibus apponendae erunt.

Index librorum, qui variis ex locis sunt habiti.

A.

Ambrosii Sermones aliquot, qui adhuc non exstant impressi, ex bibliothecis Vaticana et monasterii Mediolanensis S. Ambrosii.

Anselmi Collectio canonum, ex Vaticana et Hieronymi Parisetti.

Alexandri II. Epistolae aliquot, partim missae ab Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi, partim ex bibliothecis Vaticana, Nicolai Ormanetti Episcopi Patavini, Michaelis Thomasii Episcopi Ilerdensis.

Anastasii Bibliothecarii Chronicon et versio septimae synodi, et octavae sub Hadriano, ex Vaticana et Cardinalis Sirleti.

B.

Bonifacii Papae Concilium, ex Hispania, ex vetusto codice monasterii Populeti.

Bonifacii Martyris Epistola, ex bibliotheca monasterii B. Mariae supra Minervam.

C.

Cresconii Nomocanon, ex bibliotheca Cardinalis Vercellensis.

Capitula aliquot Pontificum, ex eodem codice monasterii Populeti.

Capitularium Liber VII. et Capitularia adiecta, missa a Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorensi, ex bibliotheca ecclesiae Belvacensis.

Collectio decretorum Romanorum Pontificum, ab Augustino Archiepiscopo Tarraconensi.

Codex canonum, qui apud veteres Pontifices in usu fuit, ex Vaticana, Dominicana et Cardinalis Sirleti.

Collectio canonum incerti auctoris, ex Vaticana.

Collectio canonum, ex bibliotheca ecclesiae Mutinensis.

Collectio canonum penitentialium incerti auctoris, ex bibliotheca Michaelis Thomasii Episcopi Ilerdensis.

Conciliorum Hispaniensium et Carthaginensium varietates lectionis, ex bibliotheca Regis Catholici Lucensi, et Soriensi a Cardinali Quiroga.

Cencii Camerarii Liber de formis iuramentorum, ex bibliotheca Achillis Stathii.

Concilii alicuius fragmenta quaedam post Anselmi collectionem, in codice Hieronymi Parisetti.

Cypriani operum exemplaria, ex Vaticana et monasterio S. Salvatoris Bononiensi.

D.

Decreti huius undevigenti exemplaria manuscripta, partim sine glossis, partim cum glossis, duodecim quidem ex Vaticana, reliqua vero ex bibliotheca Marcelli Papae II., Cardinalium Vercellensis et Sirleti, Michaelis Thomasii Ilerdensis, Achillis Stathii.

Decretorum excerpta, ex bibliotheca S. Trudonis, ab Alberto Leonino nomine universitatis Lovaniensis.

Deusdedit Cardinalis Collectio canonum et libri IV. de rebus ecclesiasticis, ex Vaticana.

E.

Eugenii II. Concilium, ex Vaticana, et III. ex Vaticana et ex Gallia.

Emeritense Concilium, a Cardinali Quiroga.

Ephesini Concilii I. antiqua versio, ex Vaticana.

F.

Fulberti Episcopi Epistola, ex vetusto codice ecclesiae Belvacensis, a Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorensi.

G.

Gregorii III. Epistola, ex bibliotheca monasterii supra Minervam.

Gelasii Scripta quaedam et aliorum Pontificum epistolae, ex Vaticana.

Gelasii Epistola, ab Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi.

Gregorii I. Epistolae manuscriptae, ex Vaticana et Episcopi Ilerdensis.

Gregorii VII. Regestum, ex Vaticana et multis privatis.

Gregorii IV. Epistola ad universos Episcopos per Galliam etc., ex bibliotheca monasterii supra Minervam.

Gregorii X. Epistola ad Regem Armeniorum, ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Graecorum Patrum Commentarii in S. Scripturam, aliaque eorundem scripta et concilia, ex Vaticana.

H.

Humberti Legati Leonis IX. ad libellum Nicetae contra Latinos responsio, ex monasterio S. Mariae Novae.

I.

Isidori Hispalensis operum codex, ex monasterio Neapolitano S. Augustini in Carbonaria.

Isidori Collectio canonum, ex Vaticana et Dominicana supra Minervam.

Iohannis VIII. Epistolae, ex Vaticana.

Isidori Collectionis canonum praefatio alia a vulgata, missa ab Archiepiscopo Tarraconensi et Alvaro Gomez ex bibliotheca ecclesiae Tolletanae.

Isidori Epistola ad Lanfredum, ex bibliotheca supra Minervam.

Innocentii II. Concilium, ex Vaticana.

Isidori Hispalensis Regula monachorum, ex Hispania.

L.

Leonis IV. Epistolae duae, una ex bibliotheca M. Antonii Mureti, altera ex bibliotheca Francisci Turriani.

Leonis II. Epistolae, a Cardinali Quiroga, ex vetusto codice Regiae bibliothecae.

Leonis IV. Concilium, ex Vaticana.

N.

Nicolai I. plures epistolae, ex bibliotheca supra Minervam.

Nicolai Concilium adversus Iohannem Ravennae Archiepiscopum, ex bibliotheca ecclesiae Mutinensis.

Nicolaus ad consulta Bulgarorum, ex Vaticana.

P.

Pontificalia manuscripta, ex Vaticana et Cardinalis Sirleti.

Polycarpus, i. e. Collectio canonum Gregorii Presbyteri, ex Vaticana.

Petri Damiani Oratio de privilegio sedis apostolicae, et disceptatio inter Regium advocatum et Romanae ecclesiae defensorem, ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Paschalis I. Epistolae et decreta, ex bibliotheca Ormanetti Episcopi Patavini, et fragmentum concilii apud Guardastallum, ex Vaticana.

R.

Remense Concilium in pago Trosleiano habitum, missum ab Episcopo Antissiodorensi.

S.

Scriptum de moribus, vita et morte Agapiti, ex Vaticana.

Stephani V. Epistola in collectione canonum incerti auctoris, ex Vaticana.
Sanctorum vitae, ex bibliotheca S. Mariae Maioris.
Stephani IV. Concilium in collectione Deusdedit Cardinalis, ex Vaticana.
Synodus VIII. ex bibliotheca Cardinalis Sirleti et Vaticana.

T.

Ticinense Concilium, a Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorensi.
Theodulphi Capitula, ex bibliotheca M. Antonii Mureti.
Theophanis Chronicon, et Vaticana.
Tolletanae ecclesiae privilegiorum liber ex Hispania.
Tolletana Concilia XIV. XV. XVI. XVII. a Cardinali Quiroga, et XVI. etiam a Petro Pontio Episcopo Placentio.

U.

Urbani II. Concilium Placentinum et fragmentum alterius concilii, et epistola L. Praeposito S. Iventii, ex Vaticana; Synodus apud Melphiam, ex Vaticana, et a Iacobo Pammelio Canonico Brugensi; et concilii Claraemontensis apud Alverniam summae capitum, a Francisco Riccardotto Episcopo Atrebatensi ex vetusto codice Lamberti Episcopi Atrebatensis, eiusdemque concilii fragmentum, a Iacobo Pammelio.

Z.

Zosimi et Episcoporum Africanorum ad ipsum epistolae, ex Vaticana.
Zachariae Decreta, ex bibliotheca Ormanetti Episcopi Patavini; Synodus Romana, ex Vaticana; Francica, ex Dominicana supra Minervam.

Haec sunt, quorum nunc memoria suppetit. Ceterum et alia aliunde habita, et omnium fere librorum, quorum in hoc opere mentio fit, editiones cum manuscriptis codicibus Vaticanae et aliarum bibliothecarum diligenter collatae sunt."

Rationes a correctoribus initas neque rectas neque sibi constantes fuisse elucet. Quanquam non sunt vituperandi, quod genuina Scriptorum verba singulis canonibus restituenda esse putabant, siquidem fontium loci a Gratiano recepti ad ius constituendum idem valere quod antea nullo modo desierant et quae mutata sunt ab illo ad ipsum ius mutandum nequaquam pertinebant. Prospero tamen huius laboris progressui parum provecta fontium notitia obstabat, cum maioris Patrum et epistolarum pontificalium partis aut nullae, aut nequaquam perfectae editiones, si criticam rationem respexeris, exstarent; nam posterioribus demum temporibus a Maurinis Gregorii, Augustini, aliorum criticae editiones curatae sunt. Vides haud optimam fuisse saeculi XVI de fontium ipsis verbis notitiam, quam prorsus accuratam nunquam fore elucet; non enim opera crisi eorum dicata pro perfecta haberi poterit, nisi, id quod fieri non potest, autographis eorum inventis.

Neque melior erat conciliorum collectionum condicio, quarum duae tantum praesto erant correctoribus, Surii et Merlini, utraque sine ulla critica ratione confecta, erroribus redundantes adeo, ut nullo facto recti quicquam consequi posset quicunque his editionibus nixus conciliorum locos a Gratiano receptos restituere conaretur. Ac ne hoc quidem loco fieri potest, ut omnibus numeris absolutus textus restituatur.

Correctores igitur cum rebus quam prosperrime cedentibus, nihil aliud consequi possent, quam ut tales restituerentur singuli canones quales pravo saeculi XVI iudicio probarentur, opus composuerunt, quod quinquagesimo quoque anno renovatione indigebat, perinde atque ars critica proficiebat. Quod autem papa editionem Romanam in omnia tempora immutabilem esse iussit, nostro iudicio iuridicam auctoritatem contextui ad meram libidinem reficto attribuit, si quidem attribuit, qualem philologica crisis, saepe etiam licentia correctorum constituerat.

Huc accedit, id quod iam monitum est, correctores glossa prohibitos fuisse, quo minus in consilio capto perseverarent: glossae enim ratione habita verba a fontibus discrepantia partim servata sunt, quo ne id quidem effectum est, ut genuina Gratiani verba servarentur, quoniam glossemata paulatim addita sunt, Gratiani autem codices iam antiquitus maxime varias praebebant lectiones. Utrum igitur genuina Gratiani lectio, an posteriore demum tempore vulgata a glossatoribus explicata esset, casu pendebat; neque minus, utrum correctores glossae gratia genuinam Gratiani lectionem servarent necne.

Hoc autem certum est, editionem Romanam nullo pacto Gratiani editionem iure appellari. Fontium enim lectiones in XVI saeculi editionibus aliae erant atque Gratiani tempore; quem praeterea non ipsos adiisse fontes, sed ex aliis collectionibus sua hausisse nulla genuinae lectionis ratione habita scimus. Inde patet, has ipsas collectiones pro fundamento editionis habendas fuisse; indagandum erat, quas collectiones Gratianus adhibuisset, quique ei singularum collectionum codices praesto fuissent. Quanquam ne id quidem satis fuisset. Immo constat Gratianum saepe pro suo arbitrio locos ex collectionibus haustos immutasse. Ante omnia igitur ex codicibus quantum fieri poterat vetustissimis genuinus Gratiani textus eruendus erat, id quod etiam ad collectionum codices a Gratiano adhibitos cognoscendos necessarium erat.

Sed ne haec quidem opera prospere correctoribus cedere poterat propter pessimam eius temporis fontium condicionem. Plurimae collectiones tunc temporis nondum notae erant, de aliis nondum cognitum erat, utrum a Gratiano adhibitae essent necne, ceterarum criticae quae dicuntur editiones nullae exstabant; codices vero, si qui praesto erant, qua ratione ex archetypo profluxissent indagare ingentis erat laboris.

Praeterea ne sic quidem poterant correctores, quae a Gratiano falsa essent recepta dignoscere, cum omnia genuina esse sibi persuasissent.

In inscriptionibus statim singulorum canonum correctorum opera perfecta esse non poterat, cum eodem vitio laboraret quo tota editio: nam neque conciliorum idoneae collectiones, neque patrum epistolarumque pontificalium aptae editiones praesto erant: nulla earum inscriptionum, quae a Gratiano ipso singulis locis additae erant, ratione habita eae tantum a correctoribus typis exscriptae sunt, quas ipsi pro rectis agnoverant, in codicibus autem Gratianeis repertae ne adnotatae quidem sunt. Quin etiam necessarium esse arbitrati sunt quod inscriptionem *ex concilio Martini Papae* servaverunt quamvis versionibus tantum Martini Bracarensis exstantibus, id disertis verbis quasi veniam petentes commemorare! Hanc in omnibus canonibus ingrediendam eis viam fuisse ne in mentem quidem eis venit.

3. QUID POSTERIORIBUS TEMPORIBUS OPERAE A VIRIS DOCTIS IN GRATIANUM COLLATUM SIT.

De Iusto Henningio Böhmer et Aemilio Ludovico Richter.

Insequenti tempore editionis Romanae unica erat auctoritas, cuius textus quamvis multis mendis typographicis deformis, in omnibus editionibus usque ad saeculum XVIII exiens apparet.

Tota virorum doctorum opera in inscriptionibus emendandis consumebatur, in quorum numero maximo opere laudandi sunt *Antonius Augustinus*[1], duo fratres *Pithoei*, qui etiam textum hic illic correxerunt, et *Berardus*[2], qui saepe etiam Romani cum genuino textu singulorum canonum a Maurinis restituto comparandi copiam fecit: qui liber quanquam a Richtero in usum vocatus est, ad textum tamen etiam recentiorum editionum conformandum nihil contulit.

Etiam *Turrecrematae* cardinalis quod falso fertur opus, quo decretum ordine decretalium librorum dispositum est — est illud ante editionem Romanam conscriptum et vetustum textum exhibet — prorsus ab eo inde tempore in tenebris iacuit, donec a. 1727 Benedicti XIII iussu a *Fontanino* ederetur[3].

Neque ante *Iustum Henningium Böhmer*[4], virum canonici iuris peritissimum, fidei evangelicae addictum, in contextu recognoscendo progressio facta est. Quanquam hic quoque editione Romana nixus est, atque adeo vitioso eius exemplari, ut saepius inscius a genuina editione Romana discederet[5], hoc tamen persuasum habebat, rationem a correctoribus initam plane perversam esse, adeoque cum *Stephani Baluzii*[6] et *Zegeri van Espen*[7] castigationibus consentiebat, ut ex ipsius animo profluxisse videantur. Quare plures codices comparandos esse putavit quibus excutiendis filius eius *Georgius Ludovicus Böhmer* praefuit.

Fuerunt autem tres inprimis bibliothecae regiae Berolinensis codices, quorum qui *Regius I* a Böhmero appellatur haud ignobilis est. Quanquam enim saec. XIII confectus est et glossam ordinariam integram continet, textum eius tamen vetustum esse vel exiguo Palearum numero demonstratur. Eximie accurata insignis est scriptura. Codices contra *Regii II et III* Berolinenses, medii et ineuntis saeculi XIV, multo minoris sunt auctoritatis; quorum inprimis Regius III. Böhmeri testimonio mendis et interpolationibus scatet.

Praeterea adhibitus est a Böhmero *Ludewigii* cancellarii codex (saec. XIV), cuius lectiones a Regio II non multum discrepant, editio denique Turrecrematae a Fontanino curata, cum arbitraretur editorem, quem cardinalem ecclesiae Romanae fuisse putabat, sine dubio emendato Gratiani textu usum esse.

Conciliorum Böhmerus novas Harduini et Labbaei editiones adhibuit, et in inscriptionibus emendandis non modo Antonii Augustini et Fontanini opera adiutus est, sed etiam Petri de Marca et Thomassini quaestiones historicas in usum suum convertit.

Neque satis habuit Böhmerus varias codicum lectiones in adnotatione critica apponere, immo textum ipsum persaepe castigavit et correxit. Collectionum autem canonum ante Gratianum compositarum nullam habuit rationem, ac ne locos quidem parallelos a Correctoribus ex eis allatos denuo imprimendos curavit.

Böhmerianam proxime subsecuta est editio *Aemilii Ludovici Richter*[8].

Huius principale consilium id erat, ut editio Romana integra renovaretur; cuius quod exemplar Haenelius in Germaniam apportaverat, id quasi fundamentum textus Richteriani factum est.

Quamvis igitur ratio ipsa a Richtero inita, si Böhmerianam respexeris, parum idonea esse videatur, editio tamen ipsa multo est praestantior. Licet enim liberiore iudicio Böhmer crisin textus Romani adierit, Richter omni crisi abstinuerit, hoc tamen tenendum est, nihil, in quo acquiescere possis, Böhmerum condidisse, textum ipsum hic illic mutatum Romanae editionis servasse, integrum vero textum ne Regii I quidem codicis exprimendum curavisse.

Quod autem Richterus textu recognoscendo plane abstinuit, id haud scio an recte fecerit, si studiorum Gratianeorum condicionem quae eo tempore fuerit, respexeris. Nam neque praesto erant codices Gratianei in conspectu positi, neque licebat Richtero diuturniorem in eis operam consumere. Codices academicae bibliothecae Lipsiensis haud multum valebant: eos autem, quos Böhmer commemorat, licet neglegenter eos contulerit, tamen tales esse apparet, ut ne ex accuratiore quidem collatione bonae frugis quidquam percipi possit[9].

Ita tamen vetusti textus eruendi copiam praebere studuit Richterus, ut nonnullas editiones, quae ante Romanam prodierant, conferret graviorisque momenti varias lectiones adnotaret; quam operam novem editionibus impendit[10].

Praeterea primus idem canonum collectiones sedulo respexit; qua in re cum praecipue Correctorum indiciis niteretur, nonnullas tamen meliores editiones adhibuit. Ita Hispanae editione Gonzalezii[11], Dionysianae editione Iustelli[12], Ivoniani Decreti editione Parisina a. 1647[13] usus est, quarum trium collectionum ne nunc quidem meliores editiones exstant, Reginonis autem pessimam editionem a Hartzheimio curatam non potuit non adire, Burchardi nullam habuit, cum a. 1833 primum fasciculum publici iuris faceret: quare Correctorum verba exscripsit nullo iudicio facto. Ideo collectione quoque Deusdedit cardinalis, Polycarpi et Trium par-

---

1 Dialog. libri II. de emend. Gratiani ed. St. Baluzius. Paris 1760.

2 Gratiani canones genuini ab apocryphis discreti. Venetiis 1783, 4 voll.

3 Gratiani Decret. libr. v. secund. Gregorianos decretal. libros titulosque distincti per Ioann. a Turrecremata . . . cura Iusti Fontanini Romae 1727.

4 Corp. iur. canon. Gregorii XIII. Pontif. max. auctoritate post emendationem absolutam editum, in duos tomos divisum et appendice nova auctum. Iust. Henn. Böhmer recensuit, cum codicibus veteribus ms. aliisque editionibus contulit, variantes lectiones adiecit notis illustravit atque necessariis indicibus instruxit, praemissa praefatione duplici. Halae Magdeb. 1747.

5 Cf. Richteri editionem p. IX.

6 Cf. praefat. §. 29 ad Antonium Augustinum: „Unum in Correctoribus illis reprehensione dignum putaverim, quod Gratianum purum putum, i. e. cum naevis ac erroribus suis, quo modo citari persaepe solet, exhibere noluerint, sed pleraque in textu et in capitulorum inscriptione mutaverint, quae eodem cum fructu legentium potuissent notari in margine, ut alibi frequenter factum ab illis est.

Sunt etiam nonnulla ab his interpolata apud Gratianum, quae vere quidem sunt auctorum, unde primo sumpta sunt, sed quae non exstant in locis, unde ea Gratianus accepit."

7 Cf. Böhmeri praefat. XXVII sub nota h.

8 Corpus iuris canonici: Post Iusti Henn. Böhmeri curas brevi adnotatione critica instructum ad exemplar Romanum denuo edidit. Lipsiae 1839.

9 Hoc tamen mirum videtur, quod Richterus varias codicum lectiones a Correctoribus indicatas apparatui suo non intexuit. Ipse eas, ubi visum est, ascripsi sub nota: correct. vel: alii secundum corr.

10 Argentoratensi a. 1471. Basil. a. 1471. Veneta a. 1482, 1490. Norimb. a. 1493. Paris. a. 1506. Lugd. a. 1515. Lugd. a. 1559. ap. Hugo. a Porta. Lugd. a. 1554 4to — cf. supra p. LXXV sq.

11 Cf. supra p. XLII. not. 3.

12 Cf. supra ib.

13 Cf. supra p. LIV.

tium abstinendum ei erat, quae saepe ut et Burchardiana apud eum perperam allatae sunt.

Apographa tamen supra commemorata collectionis Anselmo dedicatae Anselmique inspiciendi potestatem ei fecit Haenelii liberalitas.

Fontium porro capitum a Gratiano excerptorum bonae Richtero praesto erant editiones, quarum auctoritas hodie quoque valet, ut Gregorii et Augustini a Benedictinis curatae, Isidori ab Arevalio, epistolarum pontificalium a Coustantio et Holstenio, Priscae collectionis, Quesnelliani codicis et Leonis I epistularum a Ballerinis factae; conciliorum praeterea collectio Mansiana, Spicilegium D'Acherianum, Miscellanea Baluzii, Vetera denique Analecta Mabillonii.

Quorum omnium Richter varias lectiones adiecit, quanquam non semper fontes ipsos cum Gratiano contulit saepeque in Excerptis a Berardo traditis acquievit.

Quem lectionum apparatum ut ad Romanae editionis crisin plurimum, ita ad genuinum Gratiani textum eruendum fere nihil conferre potuisse consentaneum est; hoc enim nullo pacto fieri poterat nisi vetustis codicibus inspectis, ac tunc demum fontes et canonum collectiones adeunda erant Richtero inquirendumque, quae inter ea Gratianique genuinum textum intercederet ratio. Ille autem cum Romano textu solo ea comparavit easque tantum lectiones notavit, quae magnopere ab eo discrepare ei videbantur, alias, quas minoris putabat momenti esse, omisit, quanquam his ipsis nunc codicum lectio fulcitur et approbatur.

Ac ne ex hac quaestione quidem a Richtero primo instituta, quae verba in Gratiani textu a Correctoribus interpolata essent, certi quicquam colligi poterat, cum editiones typis expressae saepe lacunas habeant, quae in vetusto Gratiani textu non exstabant; quare persaepe Richter, qui eas editiones adhibuit, in errorem inductus est, tanquam a Correctoribus interpolata essent, quae genuina ab eis corruptis vulgatae verbis substituta sunt.

Maximopere autem utilis fuit cura a Richtero in singulorum canonum fontibus indagandis posita, quae quanquam maximam partem Antonio Augustino et praecipue Berardo nititur, nonnulla tamen, adhuc incognita, haud spernenda eruit. Etiam Algero usum esse Gratianum Richter primus demonstravit[1].

In paleis denique constituendis Bickelium praecipue secutus est[2], multos tamen quas ille paleas putabat esse locos textui Gratiani genuino inseruit: palearum quoque numerum auxit[3].

4. DE NOSTRA EDITIONE.

Ante omnia consentaneum est nostram editionem quaecumque inde ab a. 1839 exploravit virorum doctorum opera subsidia ea qua par est cura adhibuisse.

Huc autem pertinent:

1. Tractatuum de poenitentia editio *Wasserschlebeniana*[4] coniuncta cum disquisitionibus *Hildenbrandi*[5].

2. Editio librorum decretalium *Pseudo-Isidori* et *Capitulorum Angilrami Hinschiana*[6], quae nos etiam docuit Merlinianam conciliorum collectionem Hispanae depravationem esse[7].

3. *Reginonis editio Wasserschlebeniana* ceterarumque canonum collectionum codices et novae editiones, de quibus supra dictum est.

Librum me denique diurnum in editione *Rozierii*[8], Capitularia, *Benedictum Levitam*, Regum Germaniae constitutiones et leges barbarorum in *Monumentis Germaniae*[9], antiquiora concilia in editione *Brunsii*[10], patres in Vindobonensi[11], epistolas pontificales in *Thieliana*[12], inspexisse non est quod moneam.

Ad temporum rationem emendandam *Maassen*[13], *Hefele*[14], *Jaffé*[15], *Gams*[16], ubique adhibendi erant.

Praeterea ea erant respicienda quae recentiores viri docti rerum memoriam perscrutantes exploraverant et adeundae editiones Monumentorum Germaniae, *Watterichii*[17] „Vitarum Pontificum Romanorum.“[18]

Thaneri denique *Summa magistri Rolandi* (Innsbr. 1864), *Schultii*[19] et *Maassenii*[20] publicationes de glossatoribus Gratiani, Schultii[21] et *Maassenii*[22] de Paucapalea commentatio, *Philippsii* de Synodo Triburiensi[23] et de codice Salisburgensi St. Petri[24], compendia denique iuris canonici *Philippsii*[25] et *Hinschii*[26] ad textum explicandum adsciscenda erant.

Atque hoc quoque meum esse putavi, Decreti Gratianei codices, qui mihi praesto erant, perlustrare atque inquirere, quatenus ad vetustum textum eruendum utiles esse possent.

Quanquam nemo adhuc codices Gratianeos, qui sine dubio innumeri in Europae bibliothecis dispersi iacent, distinctos in conspectu posuit; quae opera, ut ad fontium crisin aggrediendam maxime est necessaria, ita ardua est adeo, ut neque meam neque omnino unius viri eam esse putem. Complurium demum virorum studii societate coniunctorum labori, uno moderante, id contingere potest.

Academiarum autem est, hanc operam conmovere pecuniamque, quae permagna necessaria erit, expedire.

---

1 Beitr. z. Kenntniss d. canon. Rechts 7 sqq. In Algero commemorando nitor praecipue. Hüffer: Beitr. z. Gesch. d. Quellen d. Kirchenrechts (Münster 1862).

2 De Paleis quae in Gratiani decreto inveniuntur, Marburgi 1827 (index lectionum).

3 Cf. tabulas apud Schultium: Die Paleae im Decreto Gratians (Wien 1874) p. 5 sqq., et supra p. XIII sqq.

4 Die Bussordnungen d. abendländischen Kirche (Halle 1851). Praeterea commemoranda est commentatio Wasserschlebenii: Beitr. zur Gesch. d. vorgratianischen Kirchenrechtsquellen (Leipz. 1839). Indicem denique errorum editionis Richterianae mihi Wasserschleben, qua est benevolentia, ultro in usum tradidit.

5 Untersuchungen üb. d. Germ. Pönitentialbücher (Würzburg 1851).

6 Cf. supra p. XLII. not. 3.

7 Cf. ibid. CCXXXVIII.

8 Parisiis a. 1869.

9 Pars de legg. vol. I. sqq.

10 Canones Apostolorum et conciliorum veterum selecti (Ber. 1839) 2 voll.

11 Corp. Scriptor. Ecclesiastic. Latin. Usque adhuc Hartelii tantum Cypriani editio adhibenda erat.

12 Epistolae Roman. Pont. genuinae tom. I. (Brunsbergae 1868) De Gregorii VII. contuli Phil. Jaffé Biblioth. rer. Germ. tom. 2 (Ber. 1865), de Bonifacio eiusdem tom. 3 (1866).

13 Gesch. d. Quell. u. d. Literat. d. canon. Rechtes im Abendlande Bd. 1, Gratz 1870.

14 Conciliengesch. vol. 1 (Friburgae 1855; consulto editionem primam adhibui) vol. 2 (ibid. 1856) vol. 3 (1858) vol. 4 (1860).

15 Regesta Pontif. Rom. Berol. 1851; quorum numeros unicuique decretali pontificali ascripsi.

16 Series episcop. eccles. cathol. Ratisbonae 1873.

17 Lipsiae 1862, 2 voll.

18 Ceterorum librorum indices accurate exscriptos suo loco invenies.

19 Praeter eas, quas supra commemoravi: D. Glosse z. Decrete Gratians et Gesch. d. canon. Rechtes, exhibenda sunt: Z. Gesch. d. Litterat. üb. d. Decret. Gratians I. Beitr. (Vindob. 1870) II. Beitr. (ibid.) III. Beitr. (ibid.).

20 Beitr. z. Gesch. d. iurist. Litt. d. Mittelalters (Vind. 1857).

21 Cf. supra p. XII. not. 3.

22 Paucapalea. Ein Beitr. z. Litteraturgesch. d. canon. Rechts (Vind. 1859).

23 Die grosse Synode v. Tribur. (Vind. 1865).

24 D. Cod. Salisb. S. Petri IX, 32 (Vind. 1864).

25 Kirchenrecht vol. 1 (Ratisb. 1845), vol. 2 (1857), vol. 3 (1850), vol. 4 (1851), vol. 5 (1857), vol. 6 (1864), vol. 7, 1 (1869), vol. 7, 2 (1872).

26 System d. kath. Kirchenrechts vol. 1 (Berol. 1869), vol. 2 fasc. 1 (ibid. 1871). fasc. 2 (1878).

Atque quamquam penitus sentiebam non fore ut perfectum evaderet hoc opus, melius tamen bono obesse nolui; quare codices nonnullos, qui mihi haud ignobiles esse videbantur, inspexi; quos nunc paucis percenseo:

1. Cod. lat. CXXVII. (Darmst. 2513), quem A appello, in bibliotheca capituli metropolitani, Coloniensis exstat. Scriptus est in Germania, *Wattenbachio et Jafféo* si fidem habemus, saeculo XII.[1]; paucis igitur decenniis Gratiano ipso recentior. Incipit a verbis *ista sunt decreta Beati Petri in Colonia;* textus plane cum eo quem Correctores in adnotationibus pervetustum appellant, concinit, saepe etiam cum canonum collectionibus itemque cum fontibus, recenti virorum doctorum opera emendatis. Vetustas codicis eo etiam probatur, quod paleae fere desunt. Si quae inveniuntur in textum nullo signo adiecto receptae sunt; ac talis quidem eorum est condicio ut num revera paleae sint merito dubites. Partis I. distinctio LXXIII. omnino deest, glossa non exstat. Distinctionum numeri plerumque in margine adnotati, in causae XXIII. quaestione tertia desunt. Pars tertia *liber de sacramentis* inscripta est; distinctiones in ea non habentur. Inde a c. 16 C. XXVIII. qu. 1 usque ad c. 6 Dist. 1 de poenitentia codex a posteriori manu saec. XIII. scriptus est. Summa ei cum eo, quem statim tractaturus sum, est similitudo, ut alter ab altero vel uterque a communi fonte transcriptus esse videatur. Quo magis mirum videtur, quod hic codex inde a q. XXXIV. praecipue autem in parte tertia rubricas a ceteris omnibus codicibus discrepantes exhibet.

2. Eiusdem capituli est cod. lat. CXXVIII. (Darmst. 2521) a me littera B signatus[2]. Eiusdem familiae et aetatis est atque A, pariterque Germanicis litteris pictus. Eaedem paleae atque in A hic quoque desunt, distinctionum partitio nulla exstat; pars II. causis constat XXXV., cum pars III. pro XXXVI. causa sit; cumque in A nonnullae correcturae inveniantur, quae verae emendationes dici possunt, B a nulla posteriori manu recognitus totusque ab eadem scriptus est.

3. Cod. lat. No. 17161 bibliothecae publicae Monacensis, olim monasterii Scheftlarnensis, a me littera C notatus, ab una eademque manu conscriptus est, secunda parte elegantissimis litteris initialibus ornatus. Distinctionum numeri parte I. hic illic tantum inveniuntur: quae alibi pars III. est, hic causa XXXVII. inscribitur. Paleae quarum numerus exiguus est[3], sine ulla adnotatione uncis inclusae a librario in margine scriptae sunt. Distinctio 73 nonnullaeque aliae paleae quas paleas esse in libro non indicatur in textum receptae sunt. Librarius in codicis fine ipse se nominat: *Sciant hoc omnes tam posteri quam presentes, hunc librum per biennium ab alberto indigno presbitero scriptum in honorem gloriosi preciosi et post apostolos secundo loco positi s. martiris dionisii, defensoris ac patroni nostri, et in laudem sanctae matronae virginis iulianae.* Sanctus vero Dionysius patronus fuit monasterii Scheftlarnensis; in hoc igitur codex confectus est.

Ab eodem librario conscripti etiam alii codices ad nos pervenerunt, unde huius codicis aetas satis accurate definiri potest. Codex enim Monacensis 17076 explanationem Gregorii Magni in Iob continet, ibique leguntur haec: *Hanc partem moralium scripsit adilbertus in memoriam summorum iussu praepositi Eberhardi.* Hic autem praepositus erat a. 1153—1160. Legimus praeterea in codice Monacensi 17072, qui et ipse in monasterio Scheftlarnensi confectus est, ab eodem librario Adalberto episcoporum nomina Ottonis Frisingensis (1184—1220), Conradi Ratisbonensis (1186—1204), Udalscalci Augustani (1184—1202), Ottonis Bambergensis (1177—96), Ottonis Eistettensis (1182—1195). Codex igitur, de quo agitur cum neque ante a. 1153 neque post a. 1204 conscriptus esse videatur, certe saeculo XII. vindicandus est. Nam etiam successor praepositi Eberhardi magnam curam augendae monasterii bibliothecae tribuit, id quod evincitur ex praelatorum Scheftlarnensium enumeratione „necrologio“ praemissa, saeculi certe XV. characteribus conscripta: „Item post haec anno domini 1164 domin. Hainricus vir multae probitatis ac religionis in prelatum eligitur et in 36 anno ad dominum transmigravit 5 nov. Iulii. Hic huic ecclesie multa bona fecit in prediis augmentandis, libris scribendis et bonis omnibus ampliandis.“

4. Cod. lat. No. 4505 bibliothecae Monacensis, olim monasterii Benedictoburani, a me littera D signatus[4], elegantissime ab Itala manu conscriptus est. Catalogus bibliothecae Monacensis saeculo eum assignat XIV., Schultius XII. exeunti, quod probabilius est; litterarum enim formam respicienti etiam vetustior aetas apparere posset, nisi initialium figurarum species, auri usus et coloris rubri caeruleique saeculum XII. exiens proderent. Paleae inveniuntur 56[5], glossae forma vetustissima est[6], videtur autem librarius spatium ei reliquisse, cum tertia fere uniuscuiusque folii pars scriptura vacet. Codex quinionibus constat, quamquam etiam quaterniones inveniuntur. Aliquot folia abscisa codicis dolendum est.

5. Codex lat. No. 10244 Monacensis, olim Palatinus, a me littera E signatus[7], ab Itala manu binis columnis saeculo XIII. medio conscriptus; initiales litteras elegantissime rubro vel ceruleo colore pictas exhibet, lineas plumbeo calamo ductas. Contextum habet vetustum, paleas tantum 19[8] et glossam ab eodem librario conscriptam[9]; desinit in c. 20 D. IV. de cons.

6. Codex olim G. Haenelii, nunc bibliothecae Paullinae Lipsiensis, a me littera F signatus[10]; constat quaternionibus, quorum primus (usque ad verbum *deserens* in c. 14 Dist. XII.) a posteriori manu suppletus est. Eadem manus posterior etiam in

---

1 Eccles. Metropolit. Colon. Codices manuscripti (Berolini 1874) p. 53: „membranaceus in folio maximo, foliorum 309, saec. XII. binis columnis eleganter scriptus. Vetus quod in hoc codice coopertorium ita comparatum est, ut corii, quo asseres tecti sunt, laciniae margines tegant eosque a pulvere defendant. Funiculi quos registra olim appellabant, insunt complures . . . fol. 9. ubi ipse operis contextus incipit, littera capitalis pulchre picta exhibet archiepiscopum qui ab imperatore per sceptrum investitur. Inter annotationes marginibus inscriptas fol. 38 ad XV. dist. 37: „Quare prohibetur christianus poetica figmenta legere“ haec leguntur: „nisi fiat pro necessitate intelligentiae.“ Et f. 39 ad dist. 38: „Nota membrum esse diaboli qui discere recusat.“ Formatae, quae fol. 64 v. in dist. 73 omissae sunt, in fine operis sunt suppletae. Folio ultimo arbor consanguinitatis delineata est.“

2 Jaffé et Wattenbach l. l.: „membranaceus in folio maximo, foliorum 300, saec. XII. binis columnis eleganter scriptus. — In folio membranaceo quod tegumento libri agglutinatum est, legitur: Si decreta romanorum pontificum non habetis, de neglectu et incuria estis redarguendi; Si habetis et non observatis de ignorancia et temeritate culpandi estis.“

3 Quodsi Bickel l. l. (suo quidem iure codicem antiquissimum appellat) nullas nisi c. 6. 7 D. 42 se invenisse contendit, minus diligenter codicem inspexisse videtur.

4 Catal. codd. latin. bibl. regiae I, 1, 169: membr. 2° s. XIV, 161 fol. cum elegantissimis litteris initialibus.

5 Cf. apud Schultium: Die Glosse p. 9.

6 Cf. ibid.

7 Pal. 244 membr. 2o s. XIV, 206 fol.: Catal. codd. latin. bibl. regiae Monac. II, 1, 135.

8 Cf. Schultium l. l. 12.

9 Cf. eundem ibid.

10 Accurate descriptus ab Haenelio in Bericht der philos.-hist. Kl. d. K. Sächs. Gesellschaft d. Wissenschaften v. 14. Novemb. 1877.

C. XXXIII. qu. 3 invenitur: nam qui tractatum de poenitentia continent quattuor quaterniones posteriori demum tempore[1] a duabus manibus suppleti sunt quarum altera eadem est, atque in parte I. Ab eadem manu in parte II. undecimi quaternionis folia primum et ultimum addita sunt.

In parte II. magnae litterae initiales inveniuntur, rubro et flavo colore haud magna cum arte pictae, qualis erat saeculi XIII. ratio, quo totus codex confectus est. Librarius pariter atque is qui textum supplevit Italus erat. Codex postea accurate correctus est sed ita ut vetustarum lectionum magna pars etiamnunc distingui possit. Citandi ratio Gratianea vetustissima est[2], itemque glossa; paleae[3] aliae in contextum receptae, aliae a posteriori manu in margine adnotatae sunt; Dist. 73 deest.

Haenelius nimiam et de aetate et de virtute huius codicis opinionem habuit. Inde a pagina 963 nostrae editionis usque ad tractatus de poenitentia finem codex a me non collatus est; quod cur neglexerim cum interea mortuus sit qui possedit exponere nolo.

7. Codex bibliothecae Guelferbytanae Helmstadiensis 33, a me littera G signatus, scriptus est binis columnis a duabus manibus, lineae plumbeo calamo ductae sunt, initiales litterae rubrae vel flavae; exaratus est in Germania saeculo XIII. ineunte quaternionibusque dispositus. Contextus vetustissimus est duodevigintique tantum paleas continet[4]. Glossam Schultius[5] neque ante a 1179, neque post Huguccionis mortem (a. 1210) a librario conscriptam esse putat. In fine carmen exstat a Nicolao compositum, quo pontifices maximi usque ad Alexandrum II. (1061—1073) enumerantur[6], in eiusdem folii margine pontificum maximorum usque ad Coelestinum III. (1191—97) catalogus.

8. Cod. lat. I. bibliothecae regiae Berolinensis, a me littera H signatus, a Böhmero codex regius I. appellatus, ab una manu scriptus est binis columnis, lineae plumbeo calamo ductae sunt, litterae initiales rubro vel flavo colore pictae. In fol. 254 exstat epistola pontificalis incipiens ab his verbis *fratres presbyteri*, quam epitome decreti sequitur. Codex quaternionibus dispositus est, scriptus in Germania saeculo XIII. exeunte admodum diligenter. Paleas habet paucas, glossam ordinariam integram.

Inquirenti mihi in rationem quae inter codices collatos intercederet, haec affirmari posse visa sunt:

ABC haud dubie vetustum exhibere textum, saepissime eos inter se concinere, C tamen non eiusdem familiae esse atque AB vel ex diversa palearum recipiendarum ratione apparere.

D et F simillimos esse, textum eorum recentiorem esse proximumque vulgatae, qualis in editionibus principibus haberetur; D saepe cum editione Basileensi a. 1481 concinere, familiae tamen alius esse; immo D, F et Ed. Bas. tres esse peculiares textus saec. XIII. exeuntis conformationes.

EGH denique ad eandem familiam pertinere; contextum eorum vetustum esse, multa tamen peculiaria habere, quae neque in alio codice neque in canonum collectione, neque in fonte ullo inveniuntur; ideoque eam familiam ad textum Gratianeum constituendum nihil conferre posse: quod autem saepe cum ABC codicum lectionibus concineret, mirifice eo has lectiones commendari[7]. —

Quae cum ita essent, genuinum textum Gratianeum restituendum aggredi non dubitavi. Nempe tribus instructus eram codicibus Gratiani ipsius saeculo confectis, qui cum duarum essent familiarum mutuae castigationis potestatem faciebant; EGH textum exhibebant non minus vetustum quique ad ABC librorum crisin non nihil conferret; in DF denique et ed. Bas. textum vulgatae proximum habebam, cuius praeterea ex Richteriana collatione haurire poteram notitiam. Saepe etiam codicum omnium lectiones cum editionibus congruebant, unde eas genuinas esse luculente evincebatur.

Quanquam non ignoro apparatum meum criticum, licet sit copiosissimus, homini tamen mere philologo non sufficientem visum iri ad verba ipsa accurate restituenda: attamen magna cum probabilitate apparuit, codicibus illis adhibitis textum conformari posse etsi non ubique Gratiani ipsius, duodecimi tamen saeculi. Cum autem gravior lectionis discrepantia tertio decimo demum saeculo orta sit, verisimillimum est, illum saeculi duodecimi textum paene eundem esse ac Gratianeum.

Huc accedunt canonum collectiones, quae saepe ad lectionum crisin adhibitae sunt. Quanquam non pro virtute earum eis uti potui; non enim in eo eram, ut affirmare possem hunc vel illum locum Gratianum, ut exemplo utar, ex Panormia sumpsisse, ideoque ita potissimum legendum esse. Scilicet omnia deerant, quibus talis comparatio niteretur; deerat genuinus Gratiani textus, ex cuius sive consensu cum Panormia sive dissensu indagari posset, quatenus Gratiani locus ex ea desumptus esset; deerat etiam Panormiae textus critica ratione constitutus, nam Ivonianae editiones, quae adhuc prodierunt, parum sunt idoneae; Anselmi vero, Polycarpi, Collectionis trium partium unum tantum codicem inspicere potui, cum mihi integer variarum lectionum apparatus necessarius esset ad diiudicandum, num Gratiani fontibus harum collectionum codices adnumerandi essent.

Nam haec quoque quaestio absoluta sit necesse est, antequam ad canonum collectiones in Gratiani crisi adhibendas accingatur. Ita iam nunc nonnunquam in locis pseudoisidorianis iudicare possumus quem codicem Gratianus adhibuerit; utrum autem ex ipso fonte locum hauserit an ex canonum collectione tunc demum diiudicari poterit, cum omnium collectionum editiones criticae praesto erunt.

At quaeso, num exspectandum mihi fuisse censes, donec hoc factum esset? Quin hoc haud scio an nunquam nobis contingat. Quare hic quoque meliora persequenti verendum est ne bona ipsa impediantur.

Ex eis, quae dicta sunt, colligere potes, me non magis Richterianam collectionum collationem adhibere potuisse, quam fontium parum praeterea accuratam. Nam non modo maiorem illarum numerum, utriusque

1 Cf. supra p. XII.
2 Cf. Schultium in Dove et Friedberg Zeitschr. f. Kirchenrecht, vol. 11 p. 305.
3 Cf. Schultium, Die Paleae p. 16.
4 Cf. Schultium, Die Glosse p. 12.
5 Cf. ibidem.
6 Receptum est a Jaffé in Monum. Bamberg. p. 461 sqq. Qui tamen apud eum exstant duo ultimi versus in codice desunt, eorumque loco sex alii versus inveniuntur.

7 Trium horum codicum H optimus, E pessimus est permultis librarii mendis deformis. Quare in conferenda hac codicum familia H potissimum rationem habui, E et G codicum ibi tantum, ubi cum H vel ABCDF concinunt, peculiares autem eorum lectiones, nonnullis, quae non spernendae visae sunt, exceptis, omisi.

autem generis meliores editiones inspicere potui, sed etiam textum earum cum Gratiani textu comparare debui; ratio autem, quae inter hanc et editionem Romanam intercedit, permagni Richtero, mihi nullius fuit momenti. Quanquam igitur ingenti usus labore rationem quae inter Gratiani singulos canones et collectiones intercedat indagare non potui[1], persaepe tamen haud spernendum inveni adiumentum ad codicum lectiones constituendas, cum eas collectionibus vel fontibus comprobatas et in vulgata demum, quin etiam in editione Romana, immutatas viderem.

Contra inutilem fore operam putavi, plures editiones conferre aut a Richtero adhibitas denuo comparare, cum editiones illae codicibus nunc primum allatis obscuratae sint. Ubicumque igitur eas commemoro, Richterum me secutum esse scito.

In editione mea AB potissimum secutus sum codices, neque me tamen ita ei rationi dedidi, ut non interdum ex C, saepe etiam ex EGH genuinam lectionem peterem, quae collectionibus luculente approbabatur, cum AB codicum lectio saepissime ex errore librarii orta esset, qui, ut exemplo utar, ultimam verbi litteram secreverat vel cum insequenti verbo coniunxerat. Quare et ubicunque textus noster ab editione Romana discrepat, quibus codicibus quorumque virorum auctoritate niteretur indicavi, et ubi textum Romanum servavi, praecipuam tamen codicum, collectionum, fontium lectionum varietatem adnotavi[2].

Qua ratione id quoque effectum est, ut omnes correctorum interpolationes eicerentur correcturaeque removerentur. Genuinus enim Gratianus cum omnibus suis erroribus et vitiis reconstruendus erat. Quare, quo etiam accuratius verba ipsa restituerentur temporisque color servaretur in scribendi genere ad codicem A me applicui; idque eo magis faciendum esse putavi, cum medii aevi scribendi ratio ad eam, qua Romani usi sunt, multo propius accedat quam saeculi decimi sexti, quam correctores adamaverant, Böhmer et Richter servaverunt.

Rationem a me initam etiam in canonum inscriptionibus valere consentaneum est; quas utrum recte an perperam scripsisset, nihil mea intererat; intererat, utrum Gratiani verba expressissem necne. Neque vero historicam rationem ideo neglegendam fuisse apparet; quae tamen in adnotationibus idoneum obtinuit locum textus, ut par est, servata integritate.

Duabus tantum in rebus a ratione inita recedendum esse putavi; nam Decreti partitionem, quae adhuc in usu erat, servavi, ne parum apta fieret editio mea ad virorum doctorum usum, neve cum omnibus, quae de Gratiano scripta essent, minus concineret. Deinde vero ob eandem causam paleas retinui; multa enim iam per saecula inveniebantur eae in Decreto Gratiani canonumque numerationis participes erant; quas si nunc eicerem, totam canonum numerationem turbarem; idque eo magis, cum non ubique certum sit quis locus palea sit quis minus. Contra omni in paleis crisi abstinui, nisi quod varias lectiones adnotavi.

Maxime vero ardua quaestio erat de editione Romana: textus eius decreto pontificali pro unice vero constitutus est, et ubicumque de iure agitur eius unius est auctoritas; quod etsi nunc quidem perraro fit, cavendum mihi tamen erat, ne a principio editio mea ad hunc usum parum idonea evaderet. Praeterea quoniam fontem iuris catholicae ecclesiae edebam, ex catholici quoque hominis persona mihi agendum erat, qui iussis pontificalibus tenetur.

Quanquam a Gratiani restituendi studio nullo pacto recedendum erat[3]. Commodum tamen esse iudicavi sub peculiari rubrica eisdem typis, quibus textus exscriptus est, editionis Romanae lectiones indicare, ubicumque meus textus ab illa discrepat, pariterque correctorum interpolationes. Quo me et litteris et iurisdictioni et religioni catholicae plane satisfecisse arbitror.

Etiam in inscriptionibus correctorum operam observavi eorumque verba suo loco reliqui; quod etiam ideo a me factum est, ne nimis oneraretur variarum editionis Romanae lectionum rubrica. Peculiaribus tamen typis uncisque eas, pariter atque paleas, ut posterioris temporis additamenta a genuino textu secrevi.

Quare haec erit novae editionis externa species:

Distinctionum et canonum partitio eadem est, atque in editione Romana.

Dicta Gratiani typis qui cursivi vocantur exscripta sunt praeposito, ut solet, Gratiani nomine (typis, quibus nomen est *antiquis* exscripto, cum non a Gratiano ipso profectum sit); rubrica inscriptionesque singulorum canonum item cursivis typis insignes sunt, quoniam Gratianus earum auctor est. Verba, quae uncis inclusa adscripta et antiqua scriptura impressa sunt, ad editionem Romanam pertinent.

Canones ipsi ubique antiqua scriptura exscripti sunt, verba aliorum auctorum in iis allata signis [„non, ut antea, cursivis typis secreta"]: sic enim sola Gratiani verba exscripta sunt.

Paleae nomine addito antiqua expressae scriptura uncisque inclusae sunt.

Sub textu tres partes distinguendae sunt:

Quarum in prima varias editionis Romanae lectiones invenies litteris alphabetico ordine progredientibus adnotatas, quarum series uniuscuiusque canonis initio redit.

In altera notationes correctorum exstant. Quarum cum haud magna nunc quidem sit auctoritas, utque chartae parcatur, parvis eas typis exscribendas curavi. Notatae sunt signis *, **, ***, † et cet., quorum ordo cum canonum initio incipit.

In tertia denique meum ipsius apparatum collocavi arabicis numerorum notis per singulas distinctiones adnotatum. Hic historicum et criticum commentarium, collectionum indicationes[4], argumenta, quibus scripturae electae probentur, varias lectiones invenies.

Index, qui fini operis additus est, a me denuo accurate recognitus est. Attamen in mutationibus

1 Quamobrem chronologico tantum ordine canonum collectiones enumeravi. Nihilominus nunc, quae ratio inter Gratianum et singulas collectiones indercedat, multo maiore cum probabilitate indagari potest, quam antea.

2 Ubicunque ad comprobandam meam lectionem fonte vel collectionibus canonum, quae ab uniuscuiusque canonis initio nominatae sunt, afferendis abstinui, cum editionis Romanae lectionibus ea congruere scito, quas sub rubrica peculiari invenies.

3 Quid quod archivum quod inscribitur „f. d. kath. Kirchenrecht," (vol. 33, p. 150), fidei catholicae strictissime deditum, professum est, virorum doctorum operam hodie edictis pontificalibus cohibendam non esse?

4 Ibidem semper indicatum est, num loci initium idem sit atque apud Gratianum, num — id quod ad provenientiam maximi est momenti — collectionis commemoratae canon copiosior sit Gratianeo, quod verbis „can. cont." uncis inclusis significavi.

hanc rationem tenui, ut etiam canonum Romanae editionis initia in indice appareant.

Quod diligenter et haud sine magna opera in eam questionem, qui loci pro paleis habendi sint incubui, qui fontes a Gratiano adhibiti, qui Gratiani loci in collectionibus exstent, eo me haud mediocriter litteris profuturum spero. —

Quod Iustus Henningius Böhmer, Corpus iuris canonici editurus, *herculeum opus* quod nisi multorum ope adiutus absolvere non posset, suscepisse se professus est, ego idem atque maius aggressus esse opus mihi videor, cum octo codices et duodecim collectiones canonum ubique conferendae mihi fuerint, egoque a nullo, ne in minima quidem re, laborum societate sim sublevatus.

Sed ne ingrati animi crimen in me admittere videar laetus lubensque gratias ago meritissimas et ministerio Borussico quod rebus ecclesiasticis et iuventuti erudiendae praeest et bibliothecarum praefectis Berolinensis, Monacensis, Friburgensis, Guelpherbytanae, Lipsiensis, nec minimam partem Hueffero collegae amicissimo, qui omnes mihi thesauros suos humanissime et liberalissime aperuerunt, itemque omnibus viris doctissimis quorum et ope et consilio benevolo uti mihi licuit.

Itaque iure quodam optare mihi videor, ut benevole comiterque lectores hanc meam operam excipiant atque in iudicando meminerint, quantum laboris aerumnaeque editori exantlandum fuerit, ut genuina corporis longe gravissimi forma aliqua cum probabilitate tandem aliquando restitueretur.

Quod si aequi libri mei censores indulgentia me non ita saepe indigere iudicaverint, magnopere laetabor: sed ubicumque indigebo, facilem mihi veniâm difficultates operis quas exposui impetraturas esse spero atque confido.

Dabam Lipsiae d. XXX. M. Iul. A. MDCCCLXXIX.

Aemilius Friedberg.

INDEX LIBRORUM ADHIBITORUM[1] ET ABBREVIATIONUM.

A = Cod. cap. Metrop. Colon. vide supra p. XCV.

Alg. = Algerus Leodiensis vide supra p. LXXII.

Angilr. = Angilrami capit. vide supra p. XXXIX.

Ans. = Anselmi Lucensis Coll. can., vide supra p. XLIX.

Ans. ded. = Coll. Ans. ded. vide supra p. XLII.

B = Cod. cap. Metrop. Colon. vide supra p. XCV.

Baluzius Capitularia regum francorum Paris. 1677.

Baluzius Miscellan. Paris. 1678—1715.

Berardus Gratiani canones genuini Venetiis 1783.

Bruns canones apostolorum et conciliorum veterum selecti Berolini 1839.

Burch. = Burchard. Wormat. vide supra p. XLV.

C = Cod. lat. Bibl. reg. Monac. vide supra p. XLV.

Codd. coll. o. = Codices collati omnes.

Codd. coll. rel. = Codices collati reliqui.

Caes. = Collect. can. Caesaraugust. vide supra p. LXXV.

Coll. duod. P. = Collectio duodec. Partium vide supra XLVIII.

Coll. tr. P. = Collectio trium Partium vide supra p. XLIII.

cont. = canon continuatur.

Corr. aut *alii sec. Corr.* = lectionum varietates significat, quas in margine editionis suae adnotaverunt Correctores.

D = Cod. lat. Bibl. reg. Mon. vide supra p. XCVI.

D'Achery Spicilegium Paris. 1723.

Deusd. = Deusdedit collect. canonum vide supra p. LIII.

Dionys. = Dionysii exigui collectio canonum vide supra p. XLII.

E = Cod. lat. Bibl. reg. Monac. vide supra p. XCVI.

Edd. coll. o. = Editiones collatae omnes.

Edd. coll. rel. = Editiones collatae reliquae.

Ed. Arg. Bas. etc. vide supra p. XCII.

F Cod. lat. qui olim Haenelii erat. vide supra p. XCVI.

G = Cod. lat. bibl. Guelpherbytan. vide supra p. XCVII.

H = Cod. lat. 1. Bibl. reg. Berol. vide supra ib.

Hartzheim Concilia Germaniae Colon. 1759 sqq.

Hefele Conciliengeschichte vol. 1 (Freiburg 1850), vol. 2. (1856), vol. 3. (1858), vol. 4. (1860).

Hildenbrand Untersuchungen über die german. Poenitentialbücher Würzburg 1851.

Hinsch. = Hinschii ed. Pseudoisid. vide supra p. XLII.

Hisp. = Hispana collect. canonum vide supra ib.

Hüffer Beitr. z. Gesch. d. Quellen d. Kirchenrechts Münster 1862.

Jaffé no. = Jaffé Regesta Romanorum pontificum Berol. 1851.

Jaffé Mon. Mogunt. = Jaffé Bibliotheca rer. Germanicarum tom. 3. (Berol. 1866).

Ivo Decr. = Ivonis Decretum vide supra p. LIV.

Ivo Pan. = eiusdem Panormia vioe supra p. LX.

Leonis S. opera ed. Ballerini Venetiis 1757.

Liber diurnus ed. Rozière vide supra p. XXXVIII.

Lomb. = Lombardus lib. sententiar. vide supra p. LXXIV.

Maassen Beiträge z. Gesch. d. iurist. Literat. des Mittelalters Wien 1857.

Maassen Paucapalea, Wien 1859.

Maassen, Gesch. d. Quellen u. d. Literatur d. can. Rechts im Abendlande Bd. 1. Gratz 1870.

Mabillon, Vetera Analecta Paris. 1723.

Mansi Ampliss. Concil. Collect. Florent. 1759 sqq. 31. tomi.

Mon. Germ. LL. = Monumenta Germaniae Leges.

Mon. Germ. SS. = Mon. Germ. Scriptores.

orig. = fons ex quo fragmentum haustum est.

Phillips Codex Salisburg. S. Petri Wien 1864.

Phillips die grosse Synode v. Tribur. Wien 1865.

Polyc. = Polycarpus vide supra p. LXVIII.

Prisca = prisca canonum versio in Leonis. Opp. ed. cit.

Pseudois. = Pseudoisidorus vide supra Hinsch.

Reg. = Regino Prumensis vide supra p. XLIII.

Rolandus = Rolandi Mag. Summa ed. Thaner Innsbruck 1864.

Schulte Die Paleae im Decrete Gratians Wien 1874.

Theiner Disquisitiones criticae Romae 1836.

Thiel Epistolae Romanor. pontificum genuinae Brunsbergae 1868.

Turrecrem. = Turrecremata vide supra p. XCI.

Wasserschleben, Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen. Leipzig 1839.

Wasserschleben, Die Bussordnungen d. abendländ. Kirche Halle 1851.

Watterich Vitae Pontificum romanorum Lipsiae 1862.

---

1 Ceterorum suis locis indicati sunt tituli.

CONCORDIA

DISCORDANTIUM CANONUM,

AC PRIMUM *

DE IURE

NATURAE ET CONSTITUTIONIS[1a].

DISTINCTIO PRIMA.

GRATIANUS.

Humanum genus duobus regitur, naturali uidelicet iure et moribus. Ius naturae[2b] *est, quod in lege et euangelio continetur, quo quisque iubetur alii facere, quod sibi uult fieri, et prohibetur alii inferre*[3], *quod sibi nolit fieri. Unde Christus in euangelio*[4]: *„Omnia quecunque uultis ut faciant uobis homines, et uos eadem facite illis. Haec est enim lex et prophetae."*

Hinc Ysidorus in V. libro Ethimologiarum [c. 2.] *ait*[5]:

C. I. *Diuinae leges natura, humanae moribus constant.*

Omnes leges aut diuinae sunt, aut humanae. Diuinae natura, humanae moribus constant, ideoque he discrepant, quoniam aliae aliis gentibus placent. §. 1. Fas lex diuina est: ius lex humana. Transire per agrum[6] alienum, fas est, ius non est.

Gratianus. *Ex uerbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex diuina et humana, cum omne quod fas est, nomine diuinae uel naturalis legis accipiatur, nomine uero legis humanae mores iure conscripti et traditi intelligantur.* §. 1. *Est autem ius generale nomen, multas sub se continens species.*

Unde in eodem lib. [Etymolog. c. 3.] *Ysidorus ait:*

C. II. *Ius genus, lex species eius*[7a] *est.*

Ius generale nomen est; lex autem iuris est species. Ius autem est[8] dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus et moribus constat.

C. III. *Quid sit lex*[9].

[Isidor. eod. cap. 3.]

Lex est constitutio scripta.

C. IV. *Quid sit mos.*

[Isidor. eod. cap. 3. et lib. II. c. 10.][10]

Mos* autem[11a] est longa consuetudo, de moribus[12] tracta tantumdem[13].

C. V. *Quid sit consuetudo.*

[Isidor.[14] eod. cap. 3. et lib. II. c. 10.]

Consuetudo autem est ius quoddam moribus[15] institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. §. 1. Nec differt, an scriptura, an ratione consistat, quoniam[16a] et legem ratio commendat. §. 2. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam, quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat[17b], quod disciplinae conueniat[18c], quod saluti proficiat. §. 3. Vocatur autem consuetudo, quia in communi est usu.

Gratianus. *Cum itaque dicitur: „non differt, utrum consuetudo scriptura, uel ratione consistat," apparet, quod consuetudo partim est redacta in scriptis, partim moribus tantum utentium est reseruata. Quae in scriptis redacta est, constitutio siue ius uocatur; quae uero in scriptis redacta non est, generali nomine, consuetudo uidelicet, appellatur.*

§. 1. *Est et*[19d] *alia diuisio iuris, ut in eodem libro* [V. c. 4.] *testatur Ysidorus ita dicens:*

C. VI. *Que sint species iuris.*

[Isidor. eod. c. 4.]

Ius aut[20a] naturale est, aut ciuile, aut gentium.

C. VII. *Quid sit ius naturale.*

[Isidor. eod. c. 4.]

Ius naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturae, non constitutione aliqua habetur, ut uiri et feminae coniunctio, liberorum successio[21]* et[22] educatio, communis omnium possessio et omnium una libertas, acquisitio eorum, quae celo, terra marique capiuntur; item depositae rei uel commendatae[23] pecuniae restitutio, uiolentiae per uim repulsio. §. 1. Nam hoc, aut si quid huic simile est, numquam iniustum, sed naturale equumque habetur.

C. VIII. *Quid sit ius ciuile.*

[Isidor. eod. c. 5.]

Ius[24] ciuile est[25a], quod quisque populus uel ciuitas[26b] sibi proprium diuina humanaque[27] causa constituit.

EDITIO ROMANA.

a) de iure divinae et humanae constitutionis. — Dist. I. b) naturale — c. 2. a) lex autem species est — c. 4. a) mos est l. cons. de m. tantummodo tracta — c. 5. a) quando b) conveniat c) congruat d) est autem — c. 6. a) ius autem — c. 8. a) est: *deest* b) quaeque civitas

NOTATIONES CORRECTORUM.

* Ac primum: Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio, partim vero legitur: *De iure scripto et non scripto, et quod cui praeponatur, et legum auctoribus et duorum malorum electione, sive dispensatione.* Aut: *Ac primum de iure constitutionis naturae divinae et humanae* 1. Aut: *De iure naturae et humanae constitutionis*, quam Dominicus de Geminiano agnoscit, et exstat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut: *De iure naturae et constitutionis*, quae inscriptio maxime videtur convenire tractationi Gratiani, qui saepe ad haec capita revertitur, ut initio distinct. 5. 7. 8. 15. et 11. q. 1. c. *si quae causae* hunc totum locum indicans scribit: *Require in principio, ubi differentia signatur inter ius naturale et ius constitutionis.* Veruntamen in hac tanta varietate, quae, ut aliae coniecturae mittantur, argumento esse potest, nullam hic a Gratiano ipso positam esse rubricam, satis visum est retenta vulgata lectione ceteras indicare.

C. IV. — * Mos est: Apud Isidorum haec antecedunt: *Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a legendo vocata est, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est, etc.*

C. VII. — * Successio: In tribus codicibus manuscriptis Isidori et aliquot Gratiani legitur: *liberorum susceptio et educatio*, quae lectio convenit cum l. 1. *D.* de iustit. et iure, versic. *hinc descendit.*

Dist. I. 1) *AC.* — de iure const. nat. et hum.: *E Edd. Ven. I. II. Nor.;* de iure const. nat. hum.: *Ed. Arg.;* de iure const. natur. div. et hum.: *Ed. Bas.* 2) *ABCE* 3) minime inf.: *D* 4) *Matth. c. 7. v. 12.* 5) *Cum novissima hujus libri editio in tomo II Corp. Grammatt. latt. vett. minime possit probari, varietatem lectionum inde afferre opus esse non duximus.* || can. 1. 6) transire per alienum: *orig. ed. Areval.* || can. 2. 7) *ABCDF* 8) est: *deest: AE* || can. 3. 9) *add.:* quid sit mos, quid sit consuetudo: *E, ubi hoc caput cum seqq. duobus coniunctum est* || can. 4. 10) *Ivo Decr.* IV, 200; *Ivo Pan.* II, 161; *Coll. tr. P.* III, 7, 1. (III, 8, 1.) *Caes.* I, 13. 11) *ABCDEFGH - orig.* 12) vetustate probata cons.: *Ivo Decr.;* comprobata: *Coll. tr. P.* 13) *A orig. et aliquot Codd. sec. Corr.:* de moribus tant. tracta: *desunt in Coll. tr. P., ubi legitur:* sive lex scripta. — tantundem: *deest: B;* tantummodo: *rel. Codd. coll.* || can. 5. 14) *Secundum fr. 32. Dig. de legib. et Tertullianum in lib. de corona militis* — *Ivo Decr.* IV, 200; *Ivo Pan.* II, 161; *Coll. tr. P.* III, 7, 1. (III, 8, 1.); *Caes.* I, 13. — *in omnibus usque ad §. 1. verb.:* consistat. 15) a maioribus: *Coll. tr. P.* 16) *ABCG Böhmer.* 17) *ABDF - orig.* 18) *ABDF - orig.* 19) *ABCG* || can. 6. 20) *C et orig.* || can. 7. 21) susceptio: *Isidor. Edd. Grial (Matrit. 1591.) et Areval (Rom. 1797.) Böhmer secundum H* 22) puerorum educatio: *CDEFGH* 23) commodatae *GH orig. edd. citt.* commendatae vel commodatae: *F* || can. 8. 24) *cf. l. 9. Dig. de iust. et iure* 25) *ABCEFG - orig.* 26) *ABCD - orig.* 27) d. h. inspecta causa: *Bohm.*

C. IX. *Quid sit ius gentium.*

[Isidor. eod. c. 6.]

Ius gentium est sedium occupatio, edificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, federa pacis[28 a], induciae, legatorum non uiolandorum religio, conubia inter alienigenas prohibita. §. 1. Hoc inde[29] ius gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

C. X. *Quid sit ius militare.*

[Isidor. eod. c. 7.]

Ius militare est belli inferendi solempnitates[30 a], federis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem uel commissio[31 b]; item signo dato receptio; item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur; item stipendiorum modus, dignitatum gradus, premiorum honor, ueluti cum corona uel torques donantur; item predae decisio, et pro personarum qualitatibus et laboribus iusta diuisio, ac principis porcio.

C. XI. *Quid sit ius publicum.*

[Isidor. eod. c. 8.]

Ius[32] publicum est in sacris et sacerdotibus et magistratibus[a].

C. XII. *Quid sit ius Quiritum.*

[Isidor. eod. c. 9.]

Ius Quiritum est proprie Romanorum, quod nulli tenent, nisi Quirites, id est Romani. §. 1. In quo agitur de legitimis hereditatibus, de curationibus[33 a] *, de tutelis, de usucapionibus, quae iura apud nullum alium populum repperiuntur, sed propria sunt Romanorum, et in eos[34 b] solos constituta.

DISTINCTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars.[1] *Constat autem ius Quiritum ex legibus et plebisscitis et senatusconsultis et constitutionibus principum et edictis[2] siue prudentum responsis.*

C. I. *Quid sit lex.*

[Isidor. Etym. lib. V. c. 10. et l. II. c. 10.]

Lex est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

C. II. *Quid plebisscitum[a].*

[Isidor. eod. c. 11.]

Plebisscita[3] sunt, quae plebes tantum constituunt: et uocantur plebisscita[4], quod ea plebs sciat, uel quod sciscitatur et rogat, ut fiat[5 b].

C. III. *Quid senatusconsultum[6 a].*

[Isidor. eod. c. 12.]

Senatusconsultum est, quod tantum senatores populis consulendo decernunt.

C. IV. *Quid constitutio[a] uel edictum.*

[Isidor. eod. c. 13.]

Constitutio uel edictum est, quod rex[7] uel imperator constituit uel edidit[8 b].

C. V. *Que sint responsa prudentum.*

[Isidor. eod. c. 14.]

Responsa prudentum sunt, que iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus: unde responsa[9 a] Pauli dicta sunt[10 b]. Fuerunt enim quidam prudentes et arbitri equitatis, qui institutiones[11] ciuilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentionesque sopirent.

C. VI. *Que sint tribuniciae leges uel consulares.*

[Isidor. eod. c. 15.]

II. Pars. Quedam etiam leges dicuntur ab his[a], qui condiderunt[12], ut consulares, tribuniciae, Iuliae, Corneliae. Nam et sub Octauiano Cesare suffecti consules Papius* et Pompeius[b] legem tulerunt, que a nominibus eorum appellatur Papia Pompeia[c], continens patrum premia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus extraneis[13] ** testamento[14 d] legaret, quam ut quarta pars superesset heredibus, ex cuius nomine lex Falcidia nominata[15 e] est.

C. VII. *Quid[a] sit lex satyra.*

[Isidor. eod. c. 16.]

Satyra* uero lex est, que de pluribus simul rebus eloquitur[16 b], dicta[17] a copia rerum et quasi a saturitate: unde et satyram scribere est poëmata uaria condere, ut Oratii, Iuuenalis et Persii.

C. VIII. *Que sint Rodiae leges.*

[Isidor. eod. c. 17.]

Rodiae leges naualium commerciorum sunt, ab insula Rodo cognominatae, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

DISTINCTIO III.

GRATIANUS.

I. Pars. *Omnes he species secularium legum partes sunt. Sed quia constitutio alia est ciuilis, alia ecclesiastica: ciuilis uero forense uel ciuile ius appellatur, quo nomine ecclesiastica constitutio appelletur, uideamus.* §. 1. *Ecclesiastica constitutio nomine canonis censetur. Quid autem canon sit Ysidorus[1] in lib. VI. Ethim.* [c. 16.] *declarat dicens:*

C. I. *Quid sit canon.*

Canon grece, latine regula nuncupatur.

C. II. *Unde regula dicatur.*

[Isidor.[2] eod. c. 16.]

Regula dicta est eo quod recte ducit, nec aliquando[3] aliorsum trahit. Alii dixerunt[4 a] regulam dictam, uel quod regat, uel normam[b] recte[5] uiuendi prebeat, uel quod distortum prauumque est[6 c] corrigat.

II. Pars. Gratian. *Porro canonum alii sunt decreta Pontificum, alii statuta conciliorum. Conciliorum uero alia sunt uniuersalia, alia prouincialia. Prouincialium alia celebrantur auctoritate Romani Pontificis, presente uidelicet legato sanctae Romanae ecclesiae; alia uero auctoritate patriarcharum, uel*

EDITIO ROMANA.

Dist. I. c. 9. a) foedera, paces — c. 10. a) solennitas b) pugnae commissio — c. 11. a) in sacerdotib. et in magistratib. — c. 12. a) cretionibus* b) eosdem — Dist. II. c. 2. a) sit plebiscitum b) fiant — c. 3. a) sit senat. cons. — c. 4. a) sit const. b) edicit — c. 5. a) et responsa Pauli b) sunt: *deest* — c. 6. a) iis b) Poppaeus c) Poppaea d) in testamento e) nuncupata — c. 7. a) quae b) loquitur — Dist. III. c. 2. a) alii vero b) vel quod normam c) pravumque corrigat

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. — * Cretionibus: Antea legebatur: *vel curationibus, vel de contractibus.* Emendatum est ex codicibus Isidori tam impressis quam manuscriptis. Quid autem sit cretio, declarat Ulpianus in suis titulis c. 22. et ipsemet Isidorus eod. lib. V. Etymol. cap. 24.

Dist. II. C. VI. — * Papius: Antea legebatur: *Papius et Pompeius* et paulo post: *Papia et Pompeia.* Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notaverat errorem Alciatus lib. III. dispunct. c. 3. In tabulis autem Capitolinis anno urbis DCCLXI. ex Calend. Iul. suffecti consules numerantur M. Papius et Q. Poppaeus.

** Extraneis: Haec dictio non est in Chronico Eusebii a. D. Hieronymo latinitate donato ac locupletato (unde haec videtur sumpsisse Isidorus) neque in leg. 1. §. 2. ad leg. Falc., ubi referuntur propria verba ipsius legis. Est tamen apud Isidorum etiam in codicibus manuscriptis.

C. VII. * Satira: In aliquot Gratiani manuscriptis codicibus et uno Isidori legitur: *Satura,* de qua ita Festus: *Satura est cibi genus ex variis rebus conditum; et est lex multis aliis conferta legibus. Itaque in sanctione regum adscribitur: neve per saturam abrogato aut derogato,* et alia quaedam in hanc sententiam.

Dist. I. can. 9. 28) *ABCDFGH Edd. coll. o. Turrecremata ed. Fontan.* 29) et inde i. g. a.: *orig.* || can. 10. 30) *ABDEFG* 31) *ABD* || can. 11. 32) *ex l.* 1. 2. *Dig. de iust. et iure* can. 12. 33) *ABCD;* curat. vel de tutel.: *EG;* curat. vel de contractib.: *F;* cautionib. vel curationib. vel tutelis: *H* 34) *ABCDF.*

Dist. II. 1) *Isid. eod. c.* 3. 2) ex edictis senatorum: *F et edd. coll. o. exc. ed. Bas.* || can. 2. 3) scita sunt: *orig.* 4) vocata scita: *orig.* 5) *ABFG;* vel quod sciscit uti rogata fuit: *orig.* || can. 3. 6) *ABCDG* || can. 4. 7) quod tantum rex: *F edd. romana priores praeter Basil. Böhm.* 8) *ABCEH et edd. coll. o.* || can. 5. 9) *ABFG* 10) *ABCDEF* 11) constitutionis: *Ed. Basil. Böhm.; vulgatam servat ipse Isidor.* || can. 6. 12) qui eas condid.: *EFGH* 13) extraneis: *deest in orig. ed. Arev.;* in extran.: *CFG* 14) *Codd. coll. o. orig.* — in extremo testam.: *Ed. Venet.* 15) *Codd. coll. o.* || can. 7. 16) *ABCDEFH Ed. Basil. orig.* 17) dicta quidem: *EFH Turrecremata ed. Fontan.*

Dist. III. can. 1. 1) *Ans. ded.* III, 2; *Anselm. in prooem.* || can. 2. 2) *Ans. ded.; Ans. ll. cc.* 3) aliquem: *Edd. Lugdd.* I. II. *Paris.;* aliquando: *deest: Ans.* 4) *ABCDEG orig. Ans.* 5) bene: *AB, cum tamen* recte *magis convenire videatur, vulgatam quam in cett. Codd. coll. o. invenimus retinuimus* 6) *ABCDH;* pravumque quod est: *EG;* pravumque quid: *orig.;* prav. quicquid: *Ans.*

primatum, uel metropolitanorum eiusdem prouinciae. Hec quidem de generalibus regulis intelligenda sunt.

§. 1. *Sunt autem quedam priuatae leges, tam ecclesiasticae quam seculares, que priuilegia appellantur. De quibus in V. lib. Ethim.* [cap. 18.] *Ysidorus ait:*

C. III. *Quid sit priuilegium.*

Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegium* inde dictum est, quod in priuato feratur.

III. Pars. Gratianus. *Officium uero secularium, siue ecclesiasticarum legum est, precipere quod necesse est fieri**, prohibere[7a] quod malum est fieri; permittere uel licita, ut premium petere, uel quedam[8b] illicita, ut dare libellum repudii, ne fiant grauiora. Unde in eod. lib.* [c. 19.] *Ysidorus scribit dicens:*

C. IV. *Quid sit officium legum*[a].

Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut: uir fortis petat premium; aut uetat, ut: sacrarum uirginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, ut: qui cedem fecerit, capite plectatur; eius enim premio aut pena uita moderatur humana; aut precipit[9b] ut*: „Dilige[10c] Dominum Deum tuum."

DISTINCTIO IV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Causa uero constitutionis legum est humanam cohercere audaciam et nocendi facultatem refrenare, sicut in eod. lib.* [V. c. 20.] *Ysidorus testatur dicens:*

C. I. *Quare leges sint factae.*

Factae sunt autem[1] leges, ut earum metu humana cohereceatur audacia, tutaque sit inter improbos inocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur[2] nocendi[3] facultas.

II. Pars. Gratianus. *Preterea in ipsa constitutione legum maxime qualitas constituendarum est obseruanda, ut contineant in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, conuenientiam et*[a] *cetera, quae in eod. lib. Ysidorus* [c. 21.][4] *enumerat dicens:*

C. II. *Qualis debeat esse lex.*

Erit[5] autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conueniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem inconueniens[6a]* contineat, nullo priuato commodo[7], sed pro communi utilitate ciuium conscripta.

III. Pars. Gratian. *Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cum leges institutae fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsas. Unde Augustinus ait in libro de uera religione,* [c. 31.][8]:

C. III. *De legibus tunc est iudicandum, cum instituuntur, non cum institutae fuerint*[9a].

In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent, cum eas instituunt[10], tamen cum fuerint institutae et[11] firmatae, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

Gratianus. *Leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur. Sicut enim*[12] *moribus utentium in contrarium nonnullae leges hodie abrogatae sunt, ita moribus utentium ipsae leges confirmantur. Unde illud Thelesphori Papae (quo*[13b] *decreuit, ut clerici generaliter a quinquagesima* a carnibus et deliciis ieiunent)*[14] *quia moribus utentium approbatum non est, aliter agentes transgressionis reos non arguit.*

C. IV. *Septem ebdomadibus a carne et deliciis ante pascha clerici abstineant.*

Thelesphorus Romae urbis Archiepiscopus[15a] *omnibus Episcopis*, [epist. un.][16]

Statuimus, ut septem[17] ebdomadas ante[18b] sanctum pascha omnes clerici in sortem Domini uocati a carne[19] ieiunent: quia sicut discreta debet esse uita clericorum a laicorum conuersatione, ita et in ieiunio debet fieri[20c] discretio. Has[21d] ergo septem ebdomadas omnes clerici a carne et deliciis ieiunent, et ymnis et uigiliis atque orationibus inherere[22e] die noctuque studeant.

C. V. *Septimam ebdomadam Thelesphorus quadragesimae addit.*

Item Ambrosius in libro sermonum[23]*.

Quadragesima sex septimanas habet, cui addidit Thelesphorus Pontifex septimam ebdomadam, et uocatum est hoc tempus quinquagesima.

Gratian. *Quod similiter de eo capitulo est intelligendum, quod B. Gregorius* [I.][24] *Augustino Anglorum Episcopo scribit dicens:*

C. VI. *A quinquagesima ieiunandi propositum sumant, quos ecclesiastici gradus dignitas exornat.*

Denique sacerdotes et diaconi et reliqui, quos[25a] dignitas ecclesiastici gradus exornat, a quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant[26], quo et aliquid ad[27] pensum sanctae institutionis[28] adiiciant, et eorum, qui in laicali ordine consistunt, obseruantiam sicut loco, ita[29] religione precellant. §. 1. De ipsa uero die dominica hesitamus, quidnam dicendum sit, cum omnes laici et seculares illa die plus solito ceteris diebus accuratius cibos carnium appetant, et nisi noua quadam auiditate usque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se huius sacri[30] temporis obseruationem suscipere putant; quod utique non rationi, sed uoluptati, imo cuidam mentis cecitati asscribendum est, unde nec a tali consuetudine auerti possunt; et ideo cum uenia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur. Ut enim ait Salomon[31]: „Qui multum emungit, elicit sanguinem." *Et post pauca.* §. 2. Par autem est, ut quibus diebus a carne[32] animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quae sementiuam[33b] trahunt originem carnis, ieiunemus, a lacte uidelicet, caseo et ouis. *Et post pauca.* §. 3. Ceterum piscium esus ita Christiano relinquitur, ut ei[34c] infir-

EDITIO ROMANA.

Dist. III. c. 3. a) aut prohibere b) vel etiam quaedam c. 4. a) quod sit off. legis b) divina* autem praecipit c) diliges. — Dist. IV. c. 1. a) et: *deest* — c. 2. a) in captionem* — c. 3. a) sunt b) qui — c. 4. a) urbis Romae episcopus b) hebd. plenas c) debet esse discretio d) *ante* has *positum est:* et infra e) orat. domino inhaerere — c. 6. a) reliqui omnes b) sementinam c) hoc ei infirm.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. III. C. III. * **Privilegium:** Cicero l. 3. de legib. haec habet: *Maiores nostri in privatos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium.* Verum non semper eadem notione hanc vocem usurpari solitam fuisse, Budaeus et alii notarunt.

** **Fieri:** Quae sequuntur, in aliquot vetustis codicibus sic habentur: *Prohibere quod malum est fieri; permittere vel licita, ut praemium petere, vel etiam quaedam, etc.*

C. IV. * **Divina:** Hinc usque ad finem non sunt in codicibus Isidori, neque in aliquot exemplaribus Vaticanis Gratiani. In aliis vero, omissa voce *divina*, legitur: *aut praecipit, ut diliges Dominum Deum tuum.*

Dist. IV. C. II. * **In captionem:** Antea legebatur: *in cautum captione.* Restituta est vera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis lib. 5. cap. 21. et ex impressis etiam lib. 2. c. 10. ubi eadem scribuntur, partimque ex antiquis Gratiani exemplaribus, a quibus abest dictio *cautum.* Simili vero locutione utitur Paulus l. 5. sentent. tit. 33. c. 2. *Ne quis*, inquit, *in captionem verborum in cavendo incidat.*

C. III. * **Quinquagesima:** Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur: *ieiunandi propositum susciperent et a carnibus et deliciis abstinerent;* sed omnes fere manuscripti habent eo modo, quo restitutum est.

C. V. * **Sermonum:** Inventi sunt Romae in bibliotheca Vaticana et Mediolani in bibliotheca monasterii S. Ambrosii sermones aliquot manuscripti, Ambrosii nomen praeferentes, inter quos est sermo de Sexagesima, cuius initium est: *Adest tempus*, unde hoc caput sumptum est.

Dist. III. can. 3. 7) *ABCDG* 8) *ABCDEFG* || can. 4. 9) *ABCDEH* 10) *ABCD — Deuteron. c. 6. v. 5.*

Dist. IV. can. 1. 1) autem: *deest: GH* 2) formidetur: *AB* 3) ref. audacia et nocendi facultas: *DFGH Turrecremata ed. Fontan. Bohm.* || can. 2. 4) *Ivo Decr.* IV, 168; *Ivo Pan.* II, 142; *Coll. tr. P.* III, 6, 10. (III, 7, 10.) 5) est: *FG* 6) *AB* —; captione: *CDGH;* cautione: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 7) alio comm.: *Coll. tr. P.* || can. 3. 8) *Ivo Decr.* IV, 169; *Ivo Pan.* II, 143; *Coll. tr. P.* III, 6, 11. (III, 7, 11.) 9) *ABCEFG* 10) constituunt: *AB* (*corr.*); instituerunt: *E* 11) ac: *DF Ivo Pan. Coll. tr. P.* 12) enim a contrariis morib. utent. leges: *E* 13) *ABEFGH* 14) quinquag. propositum ieiunandi susciperent: *AB* || can. 4. 15) *ABCDEFGH Turrecrem. l. c.* 16) *Epist. Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 109 sq. — *Ans.* VII, 183 (*Thaner Disq. crit.: Ans.* VII, 166); *Ivo Decr.* IV, 25; *Ivo Pan.* II, 174; *Grat. ex Ans. caput hausit, ubi etiam* statuimus *legitur, cum apud Ivonem legatur:* statutum esse, *et in textu capitis:* cognoscite a nobis et cunctis episcopis in hac s. et ap. synodo congregatis statutum esse. 17) *ex libr. Pont.* 18) *ABCDF* 19) sorte: *EG Pseudois. Ans. Ivo.* 20) *ABCDEGH Pseudois. Ans. Ivo.* 21) *ABCEG* 22) o. *Codd. coll.; Ans.* — *ap. Ivonem ut in Ed. Rom.* || can. 5. 23) *Abiudicant hunc can. ab Ambros. Opp. huius Edd. Fr. Benedictini ex congr. S. Mauri Paris.* 1686. *in Ed. Migne Paris* 1845. *est Sermo* XV. — *Anselm.* VII, 184. || can. 6. 24) *S. Gregorium huius canonis auctorem esse contendunt Fratres ex congr. S. Mauri. Ed. Paris.* 1705. *Jaffé* no. CCXXXIX *inter spurias litteras refert. Ivo Decr.* IV, 29. *Coll. tr. Part.* I, 53, 69. 25) *ABCDEG Coll. tr. P.* 26) sumant vel suscipiant: *EG* 27) ad administrationem vel pens.: *DF* 28) institutioni: *EH* 29) ita et: *Ivo* 30) sacri: *deest: EG* 31) *Proverb. c. 30. v. 33.* 32) carnibus: *Ivo* 33) *ABC et alii sec. Corr.* 34) *ABD;* hic: *Ivo Coll. tr. P.*

mitatis solatium, non luxuriae pariat incendium. Denique qui a carne abstinet[35], nequaquam[36] sumptuosiora marinarum beluarum conuiuia preparet. §. 4. Vinum quoque[37] ita bibere permittimur[38d], ut ebrietates[39e] omnino[40] fugiamus; alioquin restat, ut omnia, quae corpori[41] libent, similiter faciamus.

IV. Pars. Gratianus. *Hec etsi legibus constituta sunt, tamen[42] quia communi usu approbata non sunt, se non observantes transgressionis reos non arguunt; alioquin[43] his non obedientes proprio priuarentur honore, cum illi, qui sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere suscepto; nisi forte quis dicat, hec non decernendo esse statuta, sed exhortando conscripta. Decretum uero[44] necessitatem facit, exhortatio autem liberam uoluntatem excitat.*

DISTINCTIO V.[1]

GRATIANUS.

I. Pars. *Hec, que de priuilegiis et ceteris infra positis scripta sunt, tam secularibus quam ecclesiasticis legibus conueniunt. Nunc[2*] ad differentiam naturalis iuris et ceterorum reuertamur. §. 1. Naturale ius inter omnia primatum obtinet et[3a] tempore et dignitate. Cepit enim ab exordio rationalis creaturae, nec uariatur tempore, sed immutabile permanet. §. 2. Sed cum naturale ius lege[4b] et euangelio supra dicatur esse comprehensum, quedam autem contraria his, que in lege statuta sunt, nunc inueniantur concessa, non uidetur ius naturale immutabile permanere. In lege[5] namque precipiebatur: „ut mulier si masculum pareret, quadraginta, si uero feminam, octuaginta diebus a templi cessaret ingressu;" nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item[6] mulier, que menstrua patitur, ex lege immunda reputabatur[7c]; nunc autem nec[8d], ecclesiam intrare nec sacrae communionis misteria percipere, sicut illa[9e], que parit, uel illud, quod gignitur, nec[10f] statim post partum baptizari prohibetur.*

Unde eidem Augustino[11a] Gregorius [I.][12] *scribit, dicens:*

[C. I. PALEA*.

Cum enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiam debeat, testamenti ueteris preceptione didicisti: quia pro masculo XXXIII., pro femina uero LXVI. diebus debet abstinere; quod tamen sciendum, quia in misterio accipitur.]

C. II. *Mulier in ipsa qua genuerit hora[a] gratias actura ecclesiam intrare non prohibetur.*

[Gregorius ibidem continenter.][13]

Si mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat ecclesiam, nullo pondere peccati grauatur; uoluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commixtione uoluptas est, in[14] partu uero[15] prolis gemitus[16b]. Unde ipsi primae mulieri[17c] dicitur[18]: „In doloribus paries." Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam ei penam[19d] in culpam uertimus[20e].

C. III. *Mulierem enixam, uel quod ab ea genitum fuerit[21], eadem hora nihil prohibet baptizari.*

Item[a] [Idem ad eundem.][22]

Baptizari autem[23] uel enixam mulierem, uel hoc, quod genuerit, si periculo mortis urgetur, uel ipsa hora eadem[24], qua gignit uel, eadem, qua natum est id quod gignitur[25b], nullo modo prohibetur[c*]: ne[26], dum adhuc tempus ad prebendum redemtionis misterium[27] queritur, interueniente paululum mora, inueniri non ualeat, qui redimatur.

C. IV. *Antequam puer ablactetur, uel mater purificetur, ad eius concubitum uir non accedat.*

Item.[28] [Gregor.[29] ibid. continenter.]

Ad eius[30] uero concubitum uir suus accedere non debet, quousque qui gignitur ablactetur.

[PALEA[31].

Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios quos gignunt, nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant; quod uidelicet ex sola causa[32] incontinentiae uidetur[33] inuentum, quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt.]

Si autem[34a] filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus transierit[35b], uiris suis non debent admisceri: quippe et[36c] sine partus causa cum in menstruis consuetis detinentur, uiris suis misceri prohibentur[37d], ita ut morte lex[38] sacra feriat, si quis uir ad menstruam[39e] mulierem accedat. §. 1. Que tamen mulier, dum consuetudinem menstruam patitur[40f], prohiberi ecclesiam intrare non ualet[41g], quia ei naturae superfluitas in culpam non debet[42h] reputari[43i], et per[44] hoc, quod inuita patitur, iniustum est[45k], ut[46] ecclesiae priuetur ingressu. Nouimus namque, quod mulier, que fluxum patiebatur, sanguinis post tergum Domini humiliter[47l] ueniens uestimenti eius fimbriam tetigit, atque ab ea statim infirmitas sua recessit[48]. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini uestimentum tangere, cur, que menstruam[49m] patitur sanguinis, ei non liceat ecclesiam[50n] intrare[51o]? Si enim ea[52p] bene presumsit, que uestimentum Domini in languore posita tetigit, quod uni personae infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, que naturae suae uitio infirmantur? §. 2.[53] Sanctae autem com-

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 6. d) permittitur e) ebrietatem — Dist. V. a) et: *deest* b) in lege c) immunda esse d) nec statim e) sicut nec illa f) nec: *deest* — c. 1. a) Aug. Anglorum episcopo — c. 2. a) Mulier enixa gratias actura ecclesiam intrare hora eadem n. prohib. b) dolor et gemitus c) primae matri omnium dicitur d) poenam suam e) in culpam deputamus — c. 3. a) item: *deest* b) vel hoc quod gignitur eadem qua natum est c) *adiicitur:* quia sicut* sancti mysterii gratia viventibus atque discernentibus cum magna discretione providenda est, ita quibus mors imminet, sine ulla dilatione offerenda est — c. 4. a) Hae itaque quae filios b) tempus prius c) quippe quum et d) prohibeantur e) menstruatam f) ex consuetudine menstrua patitur g) non debet h) non valet i) imputari k) iustum non est l) humiliter: *deest* m) menstruum n) liceat Domini eccles. o) *post:* intrare: *interiectum est:* et infra p) si igitur bene

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. V. I. Pars. * Nunc ad differentiam: In vulgatis legebatur: *Nunc autem ad doctrinam* Emendatum est ex vetustis codicibus et ex principio dist. 15. ubi hoc reperitur.

C. I. * Palea: De Paleis universe in praefatione dictum est. Haec vero, cui primum praeponitur nomen Paleae, habetur etiam in manuscriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis) et in quatuor coniunctum est cum sequenti capite: *Si mulier*, addita ad illius initium voce: *Nam*, quemadmodum est apud Gregorium.

C. III. * Quia sicut: Hinc usque ad verba: *Ne dum*, addita sunt ex B. Gregorio.

Dist. IV. can. 6. 35) abstinent — praeparent: *EGH* 36) nequaq. sibi: *Ivo* 37) vinum ergo: *CEFH;* vinum vero: *Ivo* 38) *ABC Ivo.* — permittimus: *Coll. tr. P.* 39) *ABC* 40) per omnia fug.: *Ivo* 41) corporibus: *EG* 42) tamen: *deest: EG* 43) *verba S. Gregorii infra C.* XXV. *qu.* 1. *c.* 13. 44) praeceptum vero: *EG.*

Dist. V. 1) *In CDE verba:* haec, quae etc. *usque ad:* immutabile permanere *ad Dist.* IV. *pertinent; in G initium Dist.* V. *est inde a verbis:* §. 1. Naturale ius; *nullam facit distinctionem inter* IV. *et* V. *F sed manus posterioris aetatis divisionem fecit ut in textu* 2) nunc autem: *EH* 3) *ABCGH* 4) *ABCDF* 5) *Levit. c.* 12. *v.* 5. 6) *Levit. c.* 15. *v.* 20. 7) *ABCDEGH* 8) *ABCD* 9) *ABCDEFG* 10) *ABCDEFG* || can. 1. 11) *ABCD* 12) *ep.* 64. *lib.* XI. *indict.* IV. (*ao.* 601.) *ad interrogat. Augustini* 10. *ed. Paris.* 1705. *Epistola admodum dubiae fidei, integra habetur apud Bedam Hist. Angl. l.* 1. *c.* 27. *At Jaffé no.* 1414. *inter genuinas refert — haec palea deest in ABCDEGH; invenitur F ubi tamen cum can.* II. *coniuncta est, et inscriptio quam Corr. in can.* II. *posuerunt supra can.* I. *posita est. — Commentationes huic canoni adiecerunt: Ioannes Faventinus (Schulte Paucapalea* 14) *et Summa Lipsiensis (ib.* 15) *cum iam Huguccius paleam esse notaverit (ib.)* || can. 2. 13) *Nicolaus P. ad consulta Bulgarorum (Mansi Conc.* XV.) *c.* 65. *Beda ib. Richterus Gratianum canonem ex Coll. tr. P.* I, 55, 70. *sumsisse suspicatur, sed ex Coll. Caes.* X, 56. *eum haussisse ostendit Wasserschleben Beitr.* 58. 14) nam in prolis prolatione gemitus: *Codd. Gregor. consentiente Beda. Coll. tr. P.* 15) vero: *deest: CEG* 16) *ABCDEG* 17) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 18) *Genes. c.* 3. *v.* 6. 19) *ABCDEH* 20) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 3. 21) gignitur: *CD;* genitum est: *F* 22) *Ivo Decr.* I, 62; *Coll. tr. p.* I, 55, 71. — *Burchard* IV, 32. *citatur a Corr. et R. sed alius ibi canon invenitur, et nullus exstat ap. Burch. verbis nostri canonis incipiens.* 23) autem: *deest: E Ivo* 24) eadem: *deest: AB — at in aliis omnib. Codd. invenitur* 25) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* vel eadem hora in qua nat. est: *Ivo* 26) *verba:* ne dum *usque ad finem desunt ap. Ivon. sed exstant in Coll. tr. P.* 27) ministerium: *Coll. tr. P.* || can. 4. 28) *Nicolaus P. l. l. Beda l. l. Ivo Decr.* VIII, 88; *Coll. tr. P.* I, 55, 72; *Caes.* X, 56. §. 3. *cf. Wasserschleben Beitr.* 58. 29) August.: *DEF* 30) ad enixae mulieris concub.: *Ivo* 31) *verba:* Prava — quos: *desunt: ABCEGH (in E manu posterioris aetatis in margine adscripta sunt) Coll. tr. P. — inveniuntur in DF; ap. Ivonem usque* §. 1. *verb.:* novimus namque; — *commentationem adiecit Summa Parisiens.* (Schulte l. c. 14.) 32) carnis incontinentia: *F. Edd. coll. o.* 33) fuisse inventum: *DF* 34) *ABC; Coll. tr. P.* 35) *ABCEG; orig. Ivo* 36) *ABCDEGH* 37) *ABCDEFG* 38) *Levit. c.* 15. 39) *ABCD* 40) *C Coll. tr. P.;* consuetudine menstruam: *male: AB;* ex consuetudine menstruam: *EG;* consuetudinis menstruam patiatur: *D;* consuetudine menstrua: *Ivo* 41) *AB* 42) *ABDEG* 43) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 44) pro hoc: *AB* 45) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 46) ut ab: *Ivo* 47) *ABCEGH Edd. coll. o. — orig. Coll. tr. P.,* — humiliter vestimenti: *D* 48) *Matth. c.* 9. 49) *AB Coll. tr. P.* — menstrua: *D* 50) *ABCDEFGH Coll. tr. P.* 51) *ABCDEFGH* 52) *Codd. coll. o.* — Si enim bene: *Coll. tr. P.* 53) *Coll. tr. P. l. c.* 73.

munionis[54] misterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex ueneratione magna percipere non presumit, laudanda est; sed si perceperit[55 q], non est[56 r] iudicanda. Bonarum quippe mentium est, etiam ibi culpas[57 s] suas agnoscere, ubi culpa non est; quia sepe sine culpa agitur, quod uenit ex culpa. Unde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est, ut esuriamus[58 t].

DISTINCTIO VI.

GRATIANUS.

Quia uero de naturae superfluitate sermo cepit haberi, queritur, an post illusionem, que per somnium accidere solet, corpus[1 a] *Domini quilibet accipere ualeat, uel si sacerdos sit, sacra misteria celebrare.*

De his ita scribit B. Gregorius [I.] *Augustino Anglorum Episcopo*, [resp. 11.][2]

C. I. *De multiplici genere illusionis.*

Testamentum[3] ueteris legis[4] hunc pollutum dicit[5 b], nisi[6 c] aqua lotus fuerit[7 d], eique[8 e] usque ad uesperam intrare ecclesiam non conceditur[9 f]. Quod tamen aliter populus spiritualis intelligens[10] quasi per somnium eum illudi reputat[11], qui temptatus immundicia ueris[12 *] imaginibus in cogitatione[13] inquinatur. Sed lauandus est aqua, ut culpam cogitationis lacrimis abluat[14], et nisi prius ignis tentationis recesserit[15], reum se quasi usque ad uesperum[16 g] cognoscat. §. 1. Sed est in eadem[17] illusione necessaria ualde discretio, qua subtiliter pensare[18 h] debeat[19 i], ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando[20] enim ex crapula, aliquando ex naturae suae superfluitate aut[21 k] infirmitate, aliquando ex[22] cogitatione contingit pollutio[23 l]. §. 2. Et quidem cum ex naturae superfluitate uel infirmitate euenerit, omnimodo[24] hec illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quam fecisse. §. 3. Cum uero ultra modum appetitus gulae in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum[25] receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem sacri misterii percipiendi[26], uel missarum sollempnia celebrandi, cum fortasse aut dies festus exigit, aut exhibere[27] ministerium[28 m] pro eo, quod sacerdos alius deest[29 n], ipsa necessitas compellit[30]. Nam si adsunt alii, qui implere ministerium[31 o] ualeant, illusio per crapulam facta a perceptione sacri misterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri misterii, ut arbitror, abstinere[32] debet humiliter, si** tamen dormientem[33] turpi imaginatione non[34 p] concusserit. Nam sunt[35], quibus ita plerumque illusio nascitur, ut eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus non fedetur. Qua in re unum ibi ostenditur, ipsa mens rea non tunc***, uel in suo iudicio libera[36 q] cum se etsi in dormientis corpore[37 r] nihil meminit uidisse, tamen in uigiliis corporis meminit se in ingluuiem[38 s] cecidisse. §. 4. Sin uero ex turpi cogitatione uigilantis oritur illusio in mente[39] dormientis, patet animo reatus suus. Videt enim, a qua radice inquinatio[40] illa processerit, quia[41] quod cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens.[42 t] ****

[P A L E A[44] *.

C. II. Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione solum, sed delectatione et consensu.

Sed pensandum est, ipsa cogitatio utrum in suggestione, an delectatione, uel (quod maius est)[45] peccati consensu acciderit[46]. Tribus enim modis impletur omne peccatum, uidelicet suggestione, delectatione, consensu: suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum; quia et[47] primo culpam serpens suggessit, Eua uelut caro delectata est, Adam uelut spiritus consensit[48]. §. 1. Et necessaria est magna discretio, ut inter suggestionem[49] ** delectationem et consensum iudex sui animus presideat. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum[50] omnimodo[51] perpetratum non est; cum uero caro delectari ceperit, tunc peccatum incipit nasci; si autem etiam ad consensionem[52] ex deliberatione descendit[53], tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur[54] peccati semen

EDITIO ROMANA.

Dist. V. c. 4. q) percipiat r) est: *deest* s) ibi etiam aliquo modo culpas t) esuriremus — Dist. VI. a) solet accidere vel corpus b) pollutum Domino dicit c) et nisi d) lotum aqua e) etiam f) concedit g) vesperam h) pensari i) debet k) naturae superfluitate vel l) pollutio: *deest* m) mysterium n) alius in loco deest o) mysterium p) turp. imag. illusio non conc. q) ost. quod ipsa mens rea non sit tunc, sed suo iudicio penitus libera r) etsi dormienti corpore s) meminit in ingluviem t) *adiectum est:* et**** propter talem pollutionem a sacro mysterio ea die abstinere oportet.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. VI. C. I. * Veris: In plerisque codicibus B. Gregorii et apud Bedam et in collectione conciliorum Coloniae 1530. impressa legitur: *vanis*, in aliquibus vero B. Gregorii codicibus: *variis*: sed ob glossam non est mutatum.

** Si tamen: In codicibus B. Gregorii et apud Bedam est: *si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit.* In collectione vero Isidori etiam manuscripta: *si tamen animum dormientis turpes imaginationes concusserunt;* quem sensum retinet etiam lectio Panormiae: nam Burchardus et Ivo parum ab originali discrepant.

*** Non sit tunc, sed suo: Omnia fere Gratiani manuscripta exemplaria habent: *vel suo*[43]. Ceterum magna hoc loco est inter ceteros collectores et Bedam et B. Gregorii codices varietas. In collectione Isidori etiam manuscripta est: *qua in re unum ibi ostenditur, ipsa mens non rea, nec tamen suo iudicio libera.* Verum ob codicum varietatem nihil est in contextu mutatum.

**** Et propter: Haec usque ad finem neque in codicibus B. Gregorii, neque apud Bedam, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum et Ivonem et Panormiam et Polycarpum.

C. II. * Palea: Abest haec Palea non solum a primo et decimo Vaticanis, verum et ab aliis, quae aliquot Paleas habent. Rubrica autem abest ab omnibus. In quibus enim caput hoc reperitur, coniuncte ponitur cum superiore, quemadmodum etiam apud Burchardum et Ivonem.

** Suggestionem: Sic emendatum est ex originali, a quo parum discrepat Ivo; antea legebatur: *et necessaria est magna discretio inter suggestionem et delectationem, et inter delectationem atque consensum: iudicem sui [illegible] animum praesidem.* Burchardus *iudicem sui praesidere animum.* Reliqua fere ut Gratianus. Apud Bedam vero: *et inter suggestionem atque delectationem, inter delectationem, et consensum iudex sui animus praesideat.* In collectione Isidori: *et necessarium est magna discretione inter suggestionem et delectationem atque consensum iudicem sui prodere animum.*

Dist. V. can. 4. 54) communicationis: *DE* 55) *ABCG orig.*; percepit: *H Coll. tr. P.*; percipit: *EF*; suscepit: *D* 56) *ABCD* 57) *Codd. et Edd. coll. o.* 58) *Codd. coll. o. Coll. tr. P. Böhm.*

Dist. VI. 1) *ABCDEFG* ‖ can. 1. 2) *ad interrog. Augustini* 11. (*ao.* 601.) — *Beda Hist. Angl. l.* 1. *c.* 27. *Burch.* V, 43. *Ivo Pan.* I, 159. (*qui tamen initium facit solummodo verbis:* Sed est in eadem (§. 1.) *et inde a verbis:* Aliquando enim *omni modo consentit cum Decr.* IX, 111. *Coll. tr. P.* I, 55, 76. *Polycarp.* III, 16, 19. 3) et quidem (hoc: *Burch.*) test. *Burch. Coll. tr. P.* 4) leg. sicut in superiori (lege: *Coll. tr. P.*) capitulo iam diximus: *Burch. Ivo Coll. tr. P.; Polyc.* 5) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo. Coll. tr. P. Polyc.* 6) *ABCD Burch. in ed. impr., cum in Cod. Friburg.* „et" *legatur* 7) *Codd. coll. o.*; et nisi loto (lotum: *ed. impr.*) aqua: *Burch.* 8) *ABCDEG Coll. tr. P.*; ei: *Burch.* 9) *ABCDEH Burch. Coll. tr. P. Polyc.*; permittitur: *G* 10) spir. intelligens sub eodem intellectu accipiet quo praefati sumus qui (*ed. impr.:* quia); *Beda Burch. Coll. Tr. P*; spiritualis quia: *Ivo* 11) per somn. illuditur: *Beda Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 12) vanis: *Ivo Polyc.*; veris *in plerisque Gregorii et Bedae codd. mss. haberi dissentientes a Corr. Rom. asserunt editores Gregorii Fratres Maurini;* [illegible] *Stevenson* (*Londini* 1841) *legitur* 13) imagin. cogitatione: *D* 14) culpa … abluatur: *Polyc.* 15) prius tentationes recesserint: *Ivo* 16) *ABCDF Beda; Burch.* (*Cod.*) 17) eadem: *deest solummodo in AB* 18) *ABCD Beda Coll. tr. P.* — quia subt. pens.: *D*; quae subt. pens.: *Coll. tr. P. Polyc.* 19) *ABCEFG* [illegible] *Coll. tr. P.* debetur: *Ivo Pan.* 20) *Ivo Decr.* IX, 111.; nam aliq. ex crap.: *Burch. Ivo Polyc.* 21) *ABCEFGH* 22) infirmitate vel cogitatione: *Ivo Pan.* 23) *BCDEG Ivo Pan. Coll. tr. P.*; contingit ita: *Beda* 24) omnino: *F Burch.* (*Cod.*); *Ivo Pan.* 25) humore: *Polyc.* 26) perc. corporis Christi: [illegible] 27) exhiberi: *Gregor. Beda Burch.* (*Cod.*) *Polyc.* 28) *ABCDEG Ivo Coll. tr. P.* 29) *Codd. coll. o.*; in eodem loco: *Ivo* 30) ipse si necess. compulit: *Ivo*; compulit mutatis vestibus eandem: *Burch. Ivo. Polyc.* 31) *ABCDEGH Beda Ivo Decr. Coll. tr. P.* 32) abstineri: *Gregor.* 33) dormientis mentem: *orig. Beda. Burch. Ivo* 34) *ABCDEFG Gregor. Beda Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* — turpitudo non concuss.: *Ivo Decr.* 35) sunt aliqui in quibus: *E*; sunt qui in quib.: *G*; sunt quidam: *H* 36) *ABC Gregor. ed. Maur. omisso* „in" suo iudicio — *Beda* (*pro:* „tunc:" tamen *legitur;* — ost. ut ipsa m. rea non tamen (*Polyc.*) ab suo iud. libera: *D*; si vel suo iud. libera: *Polyc.*; ost. ips. m. rea non tamen sit vel suo iud. libera: *Burch.*; ost. ipsa m. omnino non rea tamen sit vel s. iud. pen. lib.: *Ivo Pan.*; ost. mens. rea non tuo vel suo iud. lib.: *Ivo Decr.*; ost. ipsa m. rea non sit tunc sed in suo iud. lib.: *Coll. tr. P.* 37) *AB*; etsi dormientis corpore: *CDE*; et dormienti corpori: *G*; et dormienti corpore: *Burch*; dormiente corpore: *Polyc.* — *abest a Böhm.* 38) *ABCDEFG* (ingluv. ventris incidisse: *F*) vidisse tamen in vig. corpor. in ingl. cecidisse: *Burch.* 39) in mente: *deest: Beda Burch. Ivo Polyc.* 40) illusio: *AB* 41) qui quod: [illegible] 42) [illegible] *coll. Edit. Rom. desunt: ABCEGH* — *exstant: DF Burch.* (qua propter illo die a sacro misterio abst. oportet); *Ivo; Polyc.* 43) [illegible] *coll. o. legitur:* sed suo. — *at cf. not.* 36. ‖ can. 2. 44) *abest haec palea: ABCEGH;* [illegible] *DF* [illegible] *Summa Paris.* (*Schulte* 11); *Huguec.* (*ib.* 15) — *Gregor. l. l. Beda l. l. Burch.* V, 43.; *Ivo Decr.* II, 52. 45) in peccati: *D Burch.* 46) occiderit: *D Burch.* 47) quia primo: *F*; quia primam: *Gregor.*; quia et primam: *Beda Burch.*; qui quum primam: *Ivo* 48) Eva velut serpens del. est atque consensit: *D* 49) *lectionem a Corr. ex Beda laudatam servat Ed. Opp. Greg. Maur.*: iudicem sui animum praesidere: *DF* 50) maligni spiritus peccatum etc.: *F* 51) omnino: *F* [illegible] *Ivo* 52) consensum: *F Burch. Ivo*; si autem etiam ex delib. consentit: *Beda* 53) consentit: *DF Burch.* 54) ergo: *F Ivo*

est, in delectatione fit[55] nutrimentum, in consensu perfectio. §. 2. Et sepe contingit, ut hoc, quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen[56] animus eidem delectationi consentiat. Et cum caro sine anima[57] delectari nequeat, ipse tamen animus carnis uoluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, ut ei ex ratione contradicat, nec consentiat, et tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se uehementer ingemiscat. Unde et ille celestis exercitus[58] precipuus miles gemebat dicens[59]: „Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captiuum me ducentem in lege[60] peccati que est in membris meis.“ Si autem*** captiuus erat, minime repugnabat[61]: quapropter et captiuus erat, et repugnabat[62]. Igitur legi mentis eius lex, que in membris est, repugnabat; si autem repugnabat[63], captiuus non erat. Ecce[64] itaque homo est (ut ita dixerim) captiuus, et liber: liber ex iustitia, quam diligit[65]; captiuus ex delectatione, quam portat inuitus.]

C. III. *Quando sit peccatum nocturnis imaginibus illudi.*

Item Ysidorus Sententiarum libro, [Lib. III. Sent. de summo bono, cap. 6. (no. 13. 14.)][66]

Non est peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur; sed tunc est peccatum, si, antequam illudamur[67], cogitationis affectibus[68] preuenimur. Luxuriae quippe imagines, quas in ueritate gessimus, sepe dormientibus in animo apparent, sed innoxiae, si non concupiscendo occurrunt. §. 1. *Item*[69a] Qui nocturna illusione polluitur, quamuis extra memoriam turpium cogitationum sese persentiat inquinatum, tamen hoc, ut tentaretur, culpae suae tribuat, suamque immunditiam statim[70] fletibus tergat.

Gratian. *His ita*[71b] *respondetur. In lege et euangelio*[72c] *naturale ius continetur; non tamen quecunque in lege et euangelio inueniuntur, naturali iuri cohere probantur. Sunt enim in lege quedam moralia*[73d]*, ut: non occides et cetera*[74e]*, quedam mistica, utpote sacrifitiorum precepta, et*[75f] *alia his similia. Moralia mandata ad naturale ius*[76] *spectant atque ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur. Mistica vero, quantum ad superficiem, a naturali iure probantur aliena, quantum ad moralem intelligentiam, inueniuntur sibi annexa; ac per hoc, etsi secundum superficiem uideantur esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur.* §. 1. *Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturae incipiens, ut supra dictum est, manet immobile. Ius uero consuetudinis post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines conuenientes in unum ceperunt simul habitare; quod ex eo tempore factum creditur, ex quo Cain*[77] *ciuitatem edificasse legitur, quod cum diluuio*[78] *propter hominum raritatem fere*[79] *uideatur exstinctum, postea postmodum*[80g] *a tempore Nemroth reparatum siue potius immutatum existimatur, cum ipse simul cum aliis alios cepit opprimere; alii sua*[81] *imbecillitate eorum*[82h] *ditioni ceperunt esse subiecti, unde legitur*[83i] *de eo: „Cepit Nemroth esse robustus uenator coram Domino,“ id est* hominum oppressor et exstinctor; quos ad*[84k] *turrim edificandam allexit.*

DISTINCTIO VII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Ius autem constitutionis cepit a iustificationibus, quas Dominus tradidit Moisi*[1] *dicens: „Si emeris seruum ebreum etc.“*

Unde Ysidorus in libro V. Ethim. [c. 1.] *ait:*

C. I. *De conditoribus legum.*

Moises gentis[2a] Hebreae primus omnium diuinas leges sacris literis explicauit. Foroneus rex Grecis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius Trismegistus primus leges Egiptiis tradidit. Solon primus leges Atheniensibus edidit[3b]. Licurgus primus Lacedemoniis iura ex Apollinis auctoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus leges Romanis[4c] edidit. Deinde cum populus seditiosos[5] magistratus ferre non posset, decemuiros legibus scribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in latinum sermonem translatas XII. tabulis exposuerunt[6].

C. II. *Nomina eorum, qui leges XII. tabularum exposuerunt.*

[Isidor. ibidem continenter.]

Fuerunt autem hi App. Claudius, Genutius[7a], Sextius, Veturius, Iulius, Manlius, Sulpitius, Curiatius, Romilius, Posthumius. Hi decemuiri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris primus consul Pompeius instituere uoluit, sed non perseuerauit obtrectatorum metu. Deinde Cesar cepit id facere, sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquae leges uetustate atque incuria obsoleuerunt[8], quarum etsi iam nullus est usus, notitia tamen necessaria uidetur. Novae[9b] a Constantino Cesare ceperunt et reliquis succedentibus, erantque permixtae et inordinatae. Postea[10] Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Ermogeniani codicem factum constitutionum[11] a Constantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum uocauit.

DISTINCTIO VIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Differt etiam ius naturae*[1a] *a consuetudine et constitutione. Nam iure naturae*[2b] *sunt omnia communia omnibus, quod non solum inter eos seruatum creditur, de quibus legitur*[3]*: „Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una, etc.“ uerum etiam ex precedenti*[4c] *tempore a philosophis traditum inuenitur. Unde apud Platonem illa ciuitas iustissime ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit affectus. Iure uero consuetudinis uel constitutionis hoc meum est, illud uero*[5d] *alterius.*

Unde Augustinus[6] *ait supra Iohannem* [tract. VI. ad c. 1. §. 25. Ioannis]:

C. I. *Iure diuino omnia sunt communia omnibus: iure uero constitutionis hoc meum, illud alterius est.*

Quo iure defendis uillas ecclesiae[7]*, diuino, an hu-

EDITIO ROMANA.

Dist. VI. c. 3. a) item: *deest* b) his itaque c) et in evang. d) moralia praecepta e) et cetera: *deest* f) praec. ut de agno g) postmodum: *deest* h) eius i) unde in Genesi legitur k) quos etiam ad — Dist. VII. c. 1. a) genti b) dedit c) Romanas — c. 2. a) T. Genuc., P. Sext.; Sp. Vetur.; C. Iulius, A. Manil., Ser. Sulpic., P. Curiat., T. Romil., Sp. Posthum. b) novae leges a — Dist. VIII. a) naturale b) naturali c) etiam praecedenti d) illud alterius

NOTATIONES CORRECTORUM.

*** Si autem, Magna etiam hoc loco codicum varietas est. Brevissima et satis integra lectio est in codice epistolarum B. Gregorii olim Lutetiae impresso: *Si autem captivus erat, minime pugnabat: sed pugnabat, quapropter captivus non erat. Ecce itaque, etc.*

C. III. * Id est: Glossa ordinaria ad istum locum ex Alcuino ita habet: *id est hominum oppressor et exstinctor; quos allexit, ut turrim contra Deum construerent.*

Dist. VIII. C. I. * Ecclesiae: Haec dictio non est apud B. Augustinum. Nam ibi agit contra Donatistas, qui legibus imperatorum villas sibi ademtas et ecclesiae catholicae attributas esse querebantur. Quare, quum Donatistae dicerent: *villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerunt;* ut eos ipse convincat, nullum ius in illis habuisse, aut habere, quibusdam praepositis, addit ista: *Quo iure defendis villas? divino, etc.* Et infra 11. q. 1. c. *Si quae causae,* ubi Gratianus citat initium huius capitis, ista dictio, *ecclesiae,* non habetur. Est tamen apud Anselmum, Ivonem et in Panormia locis indicatis.

Dist. VI. can. 2. 55) fiat: *D* 56) tamen: *deest: D* 57) animo: *DF Beda Burch. Ivo* 58) coelitus exercitatus: *Burch.* (*in Cod. ut in textu*) 59) *Rom. c. 7. v. 23.* 60) in legem: *Edd. Arg. Venet.* I. 61) pugnabat: *DF Beda Burch. Ivo* 62) *lectionem a Corr. indicatam sequitur Ed. Opp. Greg. Maur. — in Chiffletiana est ut apud Gratianum;* quippe et captivus erat et pugnabat: *D;* pugnabat: *etiam Beda et Burch.* 63) pugnabat: *DF Beda Burch. Ivo* 64) Ecce: *deest DF Burch.; Ivo* 65) quam diligit: *deest DF Burch.* || can. 3. 66) *Ivo Decr.* IX, 112.; *Coll. tr. P.* III, 18, 2. (III, 19, 2.) 67) illudimur: *DE* 68) effectibus: *Coll. tr. P.* 69) *ABCDEFH* 70) statim: *deest: Coll. tr. P.* 71) *ABCE* 72) *ABC* 73) *ABCDEGH* 74) *ABCEG* 75) *ABC* 76) pertinent: *EG* 77) *Genes. c. 4. v. 17.* 78) *ib. c. 7.* 79) humanum genus fere: *E* 80) *ABDF* 81) in sua: *DGH* 82) *ABCDEFG* 83) *ABCDEFG — Genes. c. 10. v. 9.* 84) *ABCEG*

Dist. VII. Pars. I. 1) *Exod. c. 21.* v. 1. || can. 1. 2) *ABCEFG* 3) *ABCFG* 4) *ABC orig.* 5) *ita legitur etiam apud Aurel. Victorem de viris illustr. quem Isidorus est secutus* — seditiosus: *CEG et alii secundum Correct.* 6) ediderunt: *FH* || can. 2. 7) *praenomina in o. Codd. coll. desunt* 8) exoleverunt: *Isidor.* 9) *ABC orig.;* novae autem a: *DFG* 10) *Ivo Decr.* IV, 170.; *Ivo Pan.* II, 144.; Postea vero: *GH* 11) institutionum: *Ivo*

Dist. VIII. Pars. I. 1) *ABC Ed. Bas.* 2) *ABCE* 3) *Act. c. 4. v. 32.* 4) *ABCFH* 5) *ABCEFGH* || can. 1. 6) *tract.* VI. *no.* 25. 26. *ad c.* 1 *Ioann. v.* 32. 33. (*Ed. Bened. Paris.* 1837.) *Anselm.* XII, 62 (56.). *Ivo Decr.* III, 194.; *Ivo Pan.* II, 63.; *Coll. tr. P.* III, 3, 26. (III, 4, 26.) *Gratianus hunc canonem non, ut R. suspicatur ex Anselmo excerpsit, ubi multo exstat copiosior. sed fortasse ex Ivone.* 7) *vox:* ecclesiae, *quam apud Anselmum prostare asserunt Correctores in cod. Ans. coll. certe non est inventa*

mano? Diuinum ius in scripturis diuinis[8a] habemus[9], humanum[10b] in legibus regum. Unde quisque possidet, quod possidet[11]? Nonne iure humano? Nam iure diuino „Domini[12] est terra et plenitudo eius.“ Pauperes et diuites Deus de[13] uno limo fecit, et pauperes et diuites una terra supportat. Iure ergo[14c] humano dicitur: hec uilla mea est, hec domus mea est[15d], hic seruus meus est. Iura[16] autem humana iura imperatorum sunt: quare? Quia ipsa iura humana per imperatores et reges seculi Deus distribuit generi humano. *Item*[17e]. §. 1. Tolle** iura imperatoris[18f], et quis audet[20] dicere: hec uilla mea est[21g], meus[22h] est iste seruus, hec domus mea est? Si autem, teneantur[23] ista ab hominibus, regum iura fecerunt[24], uultis[25] reticeamus[26i] leges, ut gaudeatis? etc. *Item*[27k]. §. 2. Relegantur[28l] leges[29], ubi manifeste preceperunt[30] imperatores, eos, qui preter ecclesiae catholicae communionem usurpant sibi nomen Christianum, nec uolunt in pace[31] colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesiae audeant[32] possidere. §. 3. Sed dicitis[33m] quid nobis et imperatori? Sed ut iam dixi[34n], de iure humano agitur. Apostolus[35o] uoluit seruiri regibus[36], uoluit honorari reges, et dixit: „Regem reueremini.“[37] Noli[38p] dicere, quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti, quid mihi et regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ipsa[39] iura renuntiasti humana, quibus possidentur possessiones.

II. Pars. Gratianus. *Dignitate uero ius naturale simpliciter preualet consuetudini et constitutioni. Quecunque enim uel moribus recepta sunt, uel scriptis*[40q] *comprehensa, si naturali iuri fuerint aduersa, uana et irrita sunt habenda.*

Unde Augustinus[41] *ait, lib. II.* [lib. III. Confessionum c. 8]:

C. II. *Aduersus naturale ius nulli quicquam agere licet.*

Que contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate sunt uitanda, ut pactum gentis inter se aut consuetudine ciuitatis, uel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine uioletur. Turpis est enim omnis pars suo uniuerso non congruens. §. 1. Cum autem Deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, etsi numquam ibi factum est, faciendum est[42]; et si omissum, instaurandum[43a]; et si statutum[44b] non erat, instituendum est. §. 2. Si enim regi licet in ciuitate, cui[45] regnat, iubere aliquid, quod neque ante ipsum[46c] quisquam, nec ipse umquam iusserat, et non[47] contra societatem ciuitatis eius obtemperatur[48], immo contra societatem si[49d] non obtemperatur: (generale quippe pactum est societatis humanae, obtemperare[50e] regibus suis,) quanto magis Deo regnatori uniuersae creaturae suae[51], ad ea, que iusserit, sine dubitatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humanae maior potestas minori ad obediendum preponitur, ita Deus omnibus.

C. III. *Mala*[52a] *consuetudo radicitus est euellenda.*

Item Nicolaus[53*] *Papa Hincmaro Remensi Archiepiscopo.*

Mala consuetudo, non[54b] minus quam pernitiosa corruptela uitanda[55] est, que nisi[56c] citius radicitus euellatur[57], in priuilegiorum ius ab impiis[58d] assumitur, et incipiunt preuaricationes et uariae[59] presumtiones, celerrime[60] non compressae, pro legibus uenerari et priuilegiorum more perpetuo celebrari.

C. IV. *Veritati et rationi consuetudo est postponenda.*

Item Augustinus[61] *de unico baptismo lib. II.*[a] [lib. III. de Baptismo, contra Donatistas, c. 6.]

„Veritate manifestata[62] cedat consuetudo ueritati“[63]: plane quis[64b] dubitet ueritati manifestatae[65] consuetudinem[66c] cedere? *Item* „Nemo consuetudinem rationi et ueritati preponat, quia consuetudinem ratio et ueritas semper excludit[67].“

C. V. *Quelibet consuetudo ueritati est postponenda.*

Item Gregorius VII.[68*] *Wimundo Auersano Episcopo.*

Si consuetudinem fortassis opponas, aduertendum est[69], quod Dominus dicit[70]: „Ego sum ueritas.“[71a] Non dixit[72]: ego sum consuetudo, sed ueritas[73].“ §. 1. Et certe (ut B. Cipriani[74] utamur sententia) quelibet consuetudo, quantumuis uetusta, quantumuis uulgata, ueritati est omnino postponenda, et usus, qui ueritati est contrarius, abolendus est[75b].

C. VI. *Veritate reuelata, consuetudinem sibi cedere oportet.*

Item Augustinus in libro de baptismo paruulorum[76a] [lib. III. de Baptismo, contra Donatistas, cap. 5.]

Qui contempta ueritate presumit consuetudinem sequi,

EDITIO ROMANA.

Dist. VIII. c. 1. a) diuinis: *deest* b) humanum ius in c) iure tamen humano d) est: *deest* e) item ibidem paulo inferius f) imperatorum g) mea est illa villa h) aut meus est ille servus aut domus i) vultis ut reticeamus k) item ibidem paucis interiectis l) legantur m) dicitis: *deest* n) sed iam dixi o) et tamen Apostolus p) nolite q) rescriptis — c. 2. a) inst. est b) institutum c) illum d) imo contra soc. non obtemperatur e) obedire — c. 3. a) perniciosa b) mal. cons. quae non c) est, nisi d) improbis — c. 4. a) de unico bapt. lib. 2: *deest* b) plane respondeo quis c) debere cons. cedere — c. 5. a) veritas et vita b) est: *deest* — c. 6. a) in lib. de bapt. parvul.: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Tolle: Quoniam glossa obstitit, ne omnia emendarentur, aut adderentur, quaecunque addenda videbantur, placuit integrum apponere locum B. Augustini. Apud ipsum igitur post verb. *humano*, antecedentis paragraphi, haec sequuntur: *Vultis legamus leges iurisperitorum*[19], *et secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere recitemus leges imperatorum; videamus, si aliquid voluerint ab haereticis possideri. Sed quid mihi est imperator? Secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura imperatorum, et quis audet dicere: mea est illa villa, aut meus est ille servus, aut domus haec mea est? Si autem ut teneantur ista ab hominibus, iura acceperunt regum, vultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia vel unum horum habeatis, et non imputetis, nisi mansuetudini columbae, quia vel ibi vobis permittitur permanere? Leguntur enim leges manifestae, ubi praeceperunt imperatores, etc.*

C. III. * Caput hoc est ex epistola Nicolai, quae incipit: *Epistolam Beatitudinis tuae*; exstatque una cum aliis eiusdem et aliorum Pontificum epistolis manuscriptis Romae in bibliotheca monasterii Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum est.

C. V. * Guitmundo: In aliquot manuscriptis, et apud Ivonem est: *Gregorius VII.* In huius pontificatu Guitmundus Aversanus episcopus scripsit de corpore et sanguine Domini contra Berengarium, qui liber exstat.

Dist. VIII. can. 1. 8) *ABCDEF* 9) habemus: *deest: Anselm.* 10) *ABCDG Ivo Pan. Coll. tr. P.* 11) quod possidet: *deest: D; Coll. tr. P.*; quae poss.: *F* 12) *Psalm. 23. v. 1.* 13) *Genes. c. 2.*; ex uno limo: *Ivo Pan.* 14) *ABCEGH Ivo Decr. Coll. tr. P.*; igitur: *Ivo Pan.* 15) *ABCDF Ans. Ivo Pan.* 16) iure autem humano, iure imperatorum, quare? *Augustin. Anselm.*; iura autem humana iura imperator. quare: *Ivo Coll. tr. P.* 17) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 18) *ABC* 19) imperatorum: *August. Anselm. Böhm.* 20) audebit: *Ivo Pan.* 21) *ABCEFG* 22) *ABCDEFG Anselm. Ivo Decr.; Coll. tr. P.* 23) *ABCDEFG Coll. tr. P.* 24) acceperunt: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 25) *ABC* 26) *AB*; recitemus: *Aug. Ivo Pan.* 27) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 28) *Codd. coll. o.; Edd. coll. o.; Ivo Pan. Coll. tr. P.* 29) *Cod. Theod. l. 16. t. 15. const. 43. 51. 54.* 30) imperantur: *Coll. tr. P.* 31) pace ecclesiae: *EGH* 32) gaudeant: *Coll. tr. P.* 33) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 34) *CEFH (A manu post. aetat.) Ivo Decr.* 35) *ABCDEF* — *I. Petr. c. 2. v. 17.* 36) voluit serv. reg.: *deest ap. Anselm.*; voluit serv. legibus: *Ivo Decr.*; voluit servire omnibus r. v. honorare: *GH*; honorare: *Coll. tr. P.* 37) veneramini: *EG*; *Ivo Pan.*; revereamini: *H*; veremini: *Coll. tr. P.* 38) *ABH orig. Ivo Coll. tr. P.*; noli ergo: *G* 39) ad ipsa: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 40) *ABCEF*; scripturis: *D* ‖ can. 2. 41) *Ivo Decr.* IV, 178. *Coll. tr. P.* III, 7, 15. 42) tamen faciend. est: *FH Ivo*; vel contra fac. est: *E*; mox fac. est: *G* 43) *AB orig. Coll. tr. P.*; et si om. est: *CF*; et si om. restaurandum est: *EG* 44) *ABCEG Coll. tr. P.* 45) in qua: *alii sec. Corr.* 46) *ABCE Coll. tr. P.* 47) et si non: *DEF* 48) obtemp. ei: *DEFH Ivo* 49) contr. soc. si non obtemp. ei: *C*; c. soc. est si obt. ei: *EF*; tamen ei cont. s. c. eius si obt. ei imo contra soc. eius est si ei non obt.: *G*; cont. soc. fit si ei non obtemperaretur: *Ivo* 50) *ABCDEFG Ivo Coll. tr. P.* 51) suae: *deest: FG* ‖ can. 3. 52) *ABC* 53) *Dat. ao. 866. Jaffe no. 2134. inter acta synodi Suessionensis Mansi Conc.* XV, 752. — *R. ao. 868. scriptam esse contendit epistolam, ast iam ao. 867. Nicolaus mortuus erat.* — *Ivo Decr.* IV, 203. *Ivo Pan.* II, 164.; *Coll. tr. P.* III, 7, 4. (III, 8, 2.) *Caes.* I, 14. 54) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 55) abiicienda vel vitanda: *EG Edd. Venet.* I. II. *Paris. Lugdd.* I. II.; abiicienda: *H* 56) *ABC Ivo Coll. tr. P.*; quia nisi: *F* 57) exstirpetur: *Ivo Pan.* 58) *ABCDGH Edd. ant. coll. omnes Ivo Coll. tr. P.* 59) vanae: *alii sec. Corr.* 60) celeberrime: *FG* ‖ can. 4. 61) *lib.* III. *no.* 10. 11. *in Ed. Maur. Ivo Decr.* IV, 208. *Ivo Pan.* II, 165. *Coll. tr. P.* III, 8, 8. *Caes.* I, 17. 62) Usus auctoritati cedat. Pravum usum lex et ratio vincat veritati manifesta: *Ivo Pan.* 63) *verba Libosi a Vagis in Conc. Carthag. Cypriani c. 30. A. 256.* 64) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 65) veritate manifestata: *G*; veritati manifestatae in ecclesia: *D* 66) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 67) *verba Felicis a Buscaleni. l. c. c. 63. Polycarp.* III, 23, 3. ‖ can. 5. 68) *canon incerto plane temporis. Jaffé Reg. no. 3977. Idem in Monum. Gregor. (Berol. 1865.) p. 576.* — *Ivo Decr.* IV, 213. *Ivo Pan.* II, 166. *Coll. tr. P.* III, 8, 9. Gregor. VII. Wimundo Av. E.: *AB Ivo*; Gregor. VII. Guillimundo Av. E.: *EFH Ed. Basil. Turrecrem. ed. Font.* — Greg. Guillimundo Av. E.: *Ed. ant. coll. omnes cum Panorm.*; Gregor. VII. Guimundo op.: *CD Coll. tr. P.*; Gullamando: *G.* — Gregorium VII. Gilmundo adversario Ep.: *Durand. in praef. lib. 2. de modo gen. conc. celebr.* — *Gregorium IV. in vet. cod. Pan. laudari monuit Baluz. ad Ant. August. de emend. Grat.; Gregor. VI.: E* 69) advert. fuerit: *Ivo Decr.*; advert. fuit episcopo: *Ivo Pan.* est: *deest: Coll. tr. P.* 70) dicit in evangelio: *F*; *Ioan. c. 14. v. 6.* 71) *ABCEG Coll. tr. P.* 72) dicit: *F*; ait: *Ivo Coll. tr. P.* 73) *verba Libosi a Vagis in Conc. Carth. c. 30.* 74) *in Conc. Carth. modo laudato* 75) *ABCEG* ‖ can. 6. 76) *ABCDEFG* — *lib.* III. *no.* 8 *sqq.* — *Ivo Decr.* IV, 234. *Coll. tr. P.* III, 7, 14. (III, 8, 14.) — *ab initio sunt verba Casti a Sicca l. 1. c. 28.*

aut circa fratres inuidus est et malignus, quibus ueritas reuelatur, aut circa Deum ingratus est, inspiratione cuius ecclesia eius instruitur[77b]. Nam[78c] Dominus[79] in euangelio[80]: „Ego sum," inquit, „ueritas:" non dixit: ego sum consuetudo. Itaque ueritate manifestata ueritati[81] cedat consuetudo[82d]. Reuelatione[83] ergo[84e] facta ueritatis cedat consuetudo[85]* ueritati, quia et Petrus[86], qui circumcidebat[87f], cessit Paulo ueritatem predicanti[88g]. Igitur[89h] cum Christus[90] ueritas sit, magis ueritatem, quam consuetudinem sequi debemus, quia** consuetudinem ratio et ueritas semper excludit[91].

C. VII. *Consuetudo rationi frustra opponitur.*

Idem in lib. IV.[92] *de Baptismo*, [contra Donatistas, cap. 5.]

„Frustra[93]," inquit, „quidam, qui ratione uincuntur, consuetudinem nobis obiiciunt, quasi consuetudo maior sit ueritate, aut non sit[94a] in spiritualibus sequendum, quod melius[95b] est[96c] a Spiritu sancto reuelatum." Hoc[97] plane uerum est, quia[98] ratio et ueritas consuetudini preponenda est. Sed si[99d] consuetudini ueritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.

C. VIII. *Rationem consuetudo impedire non debet.*

Item Ciprianus [in epistola[100] ad Pompeium, contra epistolam Stephani.]

Consuetudo, que apud quosdam irrepserat[101a], impedire non debet, quo minus ueritas preualeat et uincat. Nam consuetudo sine ueritate uetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur ueritatem, scientes, quia et[102] apud Esdram[103] ueritas uicit, ut[104b] scriptum est: „Veritas ualet[105c] et inualescit in eternum, et uiuit et obtinet in secula seculorum."

Idem [in epistola[106] ad Iubaianum, circa med.]

Ignosci* potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit beatus[107d] apostolus Paulus[108]: „Qui primo[109], fui[110e] blasphemus, et persecutor et iniuriosus; sed misericordiam merui, quia ignorans feci[111]." Post inspirationem uero et reuelationem factam[112], qui in eo, quod errauerat, perseuerat, prudens et sciens iam non in uenia[113f] ignorantiae peccat: presumtione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.

C. IX. *Dei ueritatem, non hominum consuetudinem sequi oportet.*

Idem [lib. II. ep. 3. ad Caecilium][114].

Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed quid, qui ante omnes est, Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei ueritatem, cum per Ysaiam[115] prophetam loquatur Deus et dicat: „Sine causa colunt[116a] me, mandata et doctrinas hominum docentes."

Gratianus. *Liquido igitur apparet, quod consuetudo naturali iuri postponitur.*

DISTINCTIO IX.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem constitutio*[1a] *naturali iuri cedat multiplici auctoritate*[2] *probatur.*

Ait enim Augustinus ad Bonifatium [Comitem, epist L.][3]:

C. I. *Leges principum naturali iuri preualere non debent.*

[P A L E A*.

Imperatores, quando pro falsitate contra ueritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes et coronantur perseuerantes; quando autem pro ueritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur seuientes et corriguntur intelligentes.]

§. 1. Quicumque[4]** legibus[5a] imperatorum, que pro Dei ueritate feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande supplicium. Quicumque ergo[6b] legibus imperatorum, que contra uoluntatem Dei[7c] feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande premium.

[§. 2. Nam et temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei[8] non prohibuerunt, nec euerterunt, que contra Dei precepta fuerant instituta, culpantur, et qui prohibuerunt et euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex[9] Nabuchodonosor, cum seruus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, ut simulacrum adoraretur; sed eius impiae constitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterque fecerunt. Idem tamen rex, diuino correctus miraculo, piam et laudabilem legem pro ueritate constituit, ut quicumque diceret blasphemiam in Deum[10] Sidrac, Misac et Abdenago, cum domo sua penitus interiret.]

[P A L E A.

C. II.* Principes tenentur et ipsi uiuere legibus suis.

Item ex uerbis Isidori lib. III. Sententiarum, de summo bono, c. 53.[11]

Iustum est, principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando et ipse illis reuerentiam prebet. Principes legibus teneri suis, nec in se conuenit[12], posse damnare iura, que in subiectis[13] constituunt. Iusta est enim uocis eorum auctoritas[14], si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.]

EDITIO ROMANA.

Dist. VIII. c. 6. b) instruit. et infra c) nam: *deest* d) cons. ced. veritati et infra e) ergo: *deest* f) qui prius circumcidebat g) praedicanti et infra h) igitur: *deest* — c. 7. a) non id sit b) in melius c) melius fuerit d) sed quum consuet — c. 8. a) obrepserat b) sicut c) manet d) beatus: *deest* e) inquit fui f) et sciens sine venia — c. 9. a) autem colunt — Dist. IX. Pars. I. a) et constit. — c. 1. a) quinque ergo b) quic. vero c) veritatem Dei

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Cedat consuetudo: Apud B. Augustinum et Ivonem et in Panormia legitur: *cedat error.* Sed vere B. Augustinus ex ipsiusmet Zosimi verbis colligit, quod ille errorem appellabat, fuisse consuetudinem. Ita enim respondet: *Noluit quidem iste dicere consuetudinem, sed errorem. Veruntamen, cum dicit:* quia et Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem praedicanti, *satis indicat, quod aliud etiam de baptismo fieri solebat.*

** Quia consuetudinem: Verba haec usque ad finem apud Ivonem et Gratianum satis commode hic adnectuntur, repetita ex verbis Felicis, quae referuntur supra, c. *veritate.*

C. VIII. * Ignosci: Apud B. Cyprianum legitur: *ignosci enim potest,* et his antecedunt ea, quae leguntur supra *c. frustra,* usque ad verb. *revelatum.*

Dist. IX. C. I. * Palea: In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nullae, aut paucae sunt Paleae, hoc loco habetur tantum a versic. *Quicunque,* usque ad vers. *Nam et temporibus.* In aliis autem, in quibus sunt, habetur integrum hoc caput et sine nota Paleae. Est autem totum in eodem B. Augustini loco.

** Quicunque: Commutatus etiam apud Ivonem et in Panormia est ordo verborum B. Augustini, apud quem, qui meretur praemium, priore, qui supplicium, posteriore loco ponitur.

C. II. * In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc non habetur: in aliis vero coniunctum est superiori, et non habet rubricam.

Dist. VIII. can. 6. 77) *ABCDEG Coll. tr. P.* 78) *ABCDEFG Ivo Coll. tr. P.* 79) *supra not.* 68. 80) Dom. dicit: *F;* ait: *EG* 81) veritati: *deest Coll. tr. P.* 82) *ABCDEFG Coll. tr. P.* 83) *verba Zosimi a Tharassa l. l. — Ivo Pan.* II. *c.* 167. *usque ad verba:* et infra 84) *ABCG; Coll. tr. P.;* igitur: *EF* 85) consuetudo: *deest: D Coll. tr. P.;* error: *Ivo Pan.* 86) *Gal. c.* 2. *v.* 7. 87) *ABCEFG Coll. tr. P.;* primus: *D* 88) *ABCDEFG Ivo Pan. Coll. tr. P.* 89) *ABCDEF Coll. tr. P.;* ergo quum: *G* 90) *verba Honorati a Tucca l. l. c.* 77. 91) *cf. supra ad c.* 4. || can. 7. 92) *lib.* IV. *no.* 7. *Ivo Decr.* II, 94. *cf.* IV, 235. *Coll. tr. P.* (III, 8, 18.) 93) *Verba Cypriani in Ep. Cypriani ad Iubainum Ep.* 73. *c.* 13. (*in Corp. SS. eccl. lat.*) 94) *ABCEFG Coll. tr. P.* 95) in: *deest DEFG Coll. tr. P.* 96) *C* — revelatum: *AB* 97) *verba ipsius Augustini* 98) quia si rat. et verit. consuetudini suffragatur nihil o. fir. ret.: *Ivo* II, 94.; *sed* IV, 235. *textus est ut apud Grat.* 99) *ABCDEFG* || can. 8. 100) *ep.* 74. (*sc. c. a.* 256.) *in Ed. Opp. Oxon. — ep.* 74. *c.* 9. *in Corp. SS. eccl. lat.* — 101) *omnes Codd. coll.* 102) et: *deest: EF* 103) 3. *Esdr. c.* 4. *v.* 38. 104) *ABCDEG* 105) *omnes Codd. coll.* 106) *ep.* 73. *c.* 13. *ib.* (*Corp. SS. cit.*) 107) *ABC* 108) I. *Tim. c.* 1. *v.* 13. 109) primus: *EFG* 110) *ABCDEFG* 111) fuit ...... meruit ... fecit: *EG* 112) unitatis factam: *E;* veritatis factam: *H* 113) *omnes Codd. coll.* || can. 9. 114) Ep. 63. c. 14. — *Anselm.* IX, 8. (5.) 115) *Esa. c.* 29. *v.* 13. 116) *ABCEFG*

Dist. IX. Pars. I. 1) *ABCEG* 2) ratione vel auct.: *EG* || can. 1. 3) *Ep.* 185. *no.* 8. (*scr. c. a.* 417.) *in ed. Maurin. — Huius canonis initium usque ad* §. 1. *deest: ABCDEGH;* §. 2. *deest: ACDEGH atque apud Ivonem; in C in margine adscriptum est, invenitur F cum inscr.:* de eodem; *can.* 1. *paleam esse notavit Huggucc.* (*Schulte* 15.) 4) *Ivo Decr.* IV, 184. *Ivo Pan.* II, 154. 5) *ABCG* quicunque vero: *DEF;* autem: *Ivo Pan.* 6) *ABCEFG; orig.* — quicunque legib.: *D* 7) *ABCGH* 8) Dei fuerunt et non prohibuerunt: *C* 9) *Dan. c.* 3. *v.* 5. 10) Deum verum: *Augustin* || can. 2. 11) *in Ed. Arev. c.* 51. *Burch.* XV, 42.; *Ivo Decr.* XVI, 43. *Coll. tr. P.* III, 29, 15. (30, 15.) — *Haec Palea deest ABCDEGH; in F continuatio est prioris canonis, et verbis* item tunc *coniungitur, inscriptione omissa* 12) convenit frustrare iura: *Isid. Ed. Areval., textum Gratiani servat Isidori ed. Breuliana;* — convenit: *deest F Isid. ed. Migne Burch. Ivo* 13) subditis: *Ivo* 14) iuxta autem vocis eorum auctoritatem: *Coll. tr. P.*

C. III. *Scripturis canonicis tractatorum litterae deseruiunt.*
Idem[15a] *in Prologo libri III. de Trinitate.*

II. Pars. Noli meis litteris quasi canonicis scripturis inseruire[16b]. Sed in illis et quod non credebas cum inueneris, incunctanter crede: in istis autem, quod certum[17] habebas[18c], nisi certum intellexeris, noli firme[19d] tenere.

C. IV. *In tractatorum opusculis multa corrigenda inueniuntur.*
Idem ad Vincentium Victorem, lib. II. [lib. IV. de anima et eius origine, cap. 1.][20]

Negare non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus[21], ita multa esse in tam multis opusculis meis, que possunt iusto iudicio et nulla temeritate culpari[22a].

C. V. *In scripturis*[23a] *canonicis mendacia non admittuntur.*
Idem ad Ieronimum, epist. VIII. [XIX.][24]

Ego solis eis scriptorum[25], qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre[26b], ut nullum eorum[27] scribendo errasse audeam credere, ac si aliquid in eis offendero, quod uideatur contrarium ueritati, nichil aliud quam[28] uel mendosum esse codicem, uel non esse assecutum interpretem, quod dictum est, uel me minime intellexisse, non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque polleant[29], non ideo uerum putem, quia ita ipsi senserunt[30], sed quia mihi * per alios auctores[31], uel canonicas[32] uel probabiles rationes, quod a uero non abhorreat, persuadere potuerunt[33].

C. VI. *Libris ueterum ebrea uolumina, nouis greca auctoritatem impendunt.*
Idem *.

Ut[34] ueterum librorum fides de ebreis uoluminibus examinanda est, ita nouorum greci[35] sermonis normam desiderat.

C. VII. *Nichil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eas mendacia fuerint admissa.*
Idem in Ep. I.[36a] *ad Ieronimum,* [epist. IX.][37]

Si ad scripturas sanctas admissa fuerint uel[38] offitiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Que tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiosae falsitatis obteretur[39b] improbitas?

C. VIII. *Litteris omnium episcoporum sacra scriptura preponatur*[40a].
Idem de unico baptismo lib. II.[b] [Item de Baptismo contra Donatistas, lib. II. c. 3.][41]

Quis nesciat[42] sanctam scripturam canonicam, tam ueteris quam noui testamenti, certis terminis suis contineri, eamque posterioribus omnibus episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari et disceptari non possit, utrum uerum uel utrum[43] rectum sit, quicquid in ea scriptum constiterit esse[44]? Episcoporum autem litteras, que post confirmatum canonem uel scriptae sunt uel scribuntur, et per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea[45] re peritioris, et per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem doctioremque prudentiam, et per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte a ueritate deuiatum est?

C. IX. *Contra diuina mandata calumpniae non colligantur*[46] *ex quorumlibet dictis episcoporum.*
Idem ad Vincentium [epist. XLVIII. contra Donatistas][47].

Noli frater contra diuina tam multa, tam preclara[48a], tam indubitata testimonia colligere uelle calumpnias ex episcoporum scriptis, siue nostrorum, sicut Ylarii, siue[49] * (antequam pars Donati separetur[50b],) Cipriani[51c] et Agrippini; primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate[52] canonis distinguendum est: non enim sic leguntur, tamquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint[53], quam ueritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere[54]: „Et si quid aliter sapitis, quoque[55d] uobis Deus reuelauit“[56] **.

C. X. *Non debetur par reuerentia*[57a] *canonicis scripturis et expositionibus earum.*
Idem in Ep. ad Fortunatum[b] [Item ad Fortunatianum, epist. III.][58]

Neque quorumlibet disputationes, quamuis catholicorum et laudatorum hominum, uelut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, que illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis inprobare atque respuere, si forte inuenerimus, quod aliter senserint quam ueritas habet, diuino adiutorio uel ab aliis intellecta uel a nobis. Talis[59] ego sum in scriptis aliorum, quales[60] uolo esse intellectores meorum.

C. XI. *Exemplis ratio sana prefertur.*
Idem ad Casulanum[a] [ad Marcellinum de civitate Dei lib. I. c. 22. §. 2.][61]

Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est: cui quidem et exempla concordant, sed illa, que tantum digniora sunt imitatione, quantum excellentiora pietate[62b].

Gratianus. *Cum ergo naturali*[63c] *iure nichil aliud precipiatur, quam quod Deus uult fieri, nichilque uetetur, quam quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica scriptura nichil aliud, quam in diuinis legibus inueniatur, diuine uero leges natura consistant: patet, quod quecumque diuinae uoluntati, seu canonicae scripturae contraria probantur, eadem et naturali iuri inueniuntur aduersa. Unde quecumque diuinae uoluntati, seu canonice scripture, seu diuinis legibus postponenda censentur, eisdem naturale ius preferri oportet. Constitutiones ergo uel ecclesiasticae uel seculares, si naturali iuri contrariae probantur, penitus sunt excludendae.*

EDITIO ROMANA.

Dist. IX. c. 3. a) Item Augustinus b) deservire c) firmum — c. 4. a) damnari — c. 5. a) scriptis b) deferre — c. 7. a) Item Augustinus ad b) obteratur — c. 8. a) praeponitur b) Idem de unico bapt.: *deest legitur:* Item de bapt. *etc.* — c. 9. a) clara b) separaretur c) ipsius unitatis sicut Cypriani d) sapit. id quoque — c. 10. a) auctoritas b) id. in ep. ad Fortunat.: *deest. Legitur:* item *etc.* — c. 11. a) ad Casulanum: *deest* b) tanto digniora .... quanto .. c) in natur. iure

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Mihi per alios: Sic etiam in manuscriptis, et in glossa. Apud B. Augustinum est: *mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione:* nec multo secus apud Ivonem. Alias vero nonnullas varietates satis visum est in margine indicare.

C. VI. * Idem: Verba huius capitis sunt B. Hieronymi ad Lucinium Baeticum epist. 28. sed mutata non est inscriptio ob glossam in vers. Graeci.

C. IX. * Sive antequam: Antea legebatur: *sive Cypriani et Agrippini, antequam pars Donati separetur.* Restituta est vera lectio ex B. Augustino et aliquot exemplaribus Gratiani et Ivone. Cyprianus enim et Agrippinus multo ante Donati schisma in ecclesiae unitate decesserant: qua in re erravit auctor glossae.

** Revelavit: Ita enim originale et Ivo et aliquot editiones novi testamenti. Sed idem B. Augustinus in Ioannem tract. 5. 45. 53. et 98. et alibi fere semper legit: *revelabit*, et explanat. Graece est ἀποκαλύψει.

Dist. IX. can. 3. 15) *Ivo Decr.* IV, 71. *Ivo Pan.* II, 120. *Coll. tr. P.* (III, 7, 4.) 16) *ABCF orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* servire: *D* 17) ante certum: *Ivo Pan.* 18) *ABCDG Edd. Arg. Bas. Venet.* I. 19) *AB Ed. Basil. Ivo Decr.;* firmiter retinere: *August.;* firmum retinere: *Ivo Pan.;* firme retinere: *Coll. tr. P.* ‖ can. 4. 20) *Ivo Decr.* IV, 73. *Coll. tr. P.* III, 6, 6. (III, 7, 6.) 21) moribus: *orig.* 22) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* ‖ can. 5. 23) *ABCF;* scripturis canonum: *G* 24) *Ep.* 82. §. 3. (*scr. a.* 405.) *ed. Maurin.* — *Ivo Decr.* IV, 74. *Ivo Pan.* II, 119. *Coll. tr. P.* III, 6, 7. (III, 7, 7.) *Caes.* I, 8. 25) scripturarum libris: *Augustin. Ivo Pan.* 26) *ABCEFGH Coll. tr. P.* 27) eorum auctorem in scribendo aliquid errasse firmissime credam: *Ivo Pan.;* nullum eorum scribendo errasse aliquid firmissime credam aut: *Coll. tr. P.;* errasse videam aut: *F* 28) existimo quam: *EG;* existimem: *Ivo Pan.* 29) quantave doctrina poll.: *DEFG;* praepolleant: *Augustin.* 30) sanxerunt: *AB* 31) mihi vel per illos auctores canonicos: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 32) canonicas: *deest: Ivo Decr.* 33) quae a. s. n. abhorreant: *F;* persuaderi potuerit: *D* ‖ can. 6. 34) Sicut: *EG* 35) veritas graeci: *DGH* ‖ can. 7. 36) *ABCDF* 37) *Ep.* 40. *c.* 3. (*Scr. c. a.* 397.) *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* IV, 215.; *Coll. tr. P.* III, 7, 10. (III, 8, 10.) 38) velut officiosa: *orig.* — fuerint officiosa: *Ed. Lugd.* I. 39) *ABC Ivo Coll. tr. P.;* obteritur: *EFGH;* obtunditur: *D;* obscuretur: *Edd. Arg. Venett.* I. II. *Norimb. Lugdd.* I. II.; subruatur: *alii sec. Corr.* ‖ can. 8. 40) *ABC;* est praeponenda: *Codd. rel.* 41) *Ed. Maur. c.* 4. *Ivo Decr.* IV, 227. *Coll. tr. P.* III, 7, 12. (III, 8, 12.) *Caes.* II, 1. *Polycarp.* III, 21, 1. 42) autem nesc.: *Polycarp.* 43) vel utrum: *deest: Polycarp.* 44) scriptum sit vel constiterit esse: *DF;* consistit: *Polycarp.* 45) cuiuslibet rei in ea peritioris: *Coll. tr. P.* ‖ can. 9. 46) colligendae: *D;* colligendae sunt: *F* 47) *Epist.* 93. *c.* 35. (*ao.* 408); *Anselm.* IV, 56. (59.); *Deusdedit* I, 224. *Ivo Decr.* IV, 236. *Coll. tr. P.* III, 7, 16. §. 1. (III, 8, 16) *Polycarp.* I, 27, 9. 48) *ABCDEGH Coll. tr. P.* 49) *apud Anselm. Deusdedit, Polyc. legitur ut restitutum est a Corr.* 50) *ABCDG Coll. tr. P.;* separaretur sacramento: *Deusdedit* 51) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 52) a canonicis auctoritate: *Codd. August.* 53) sapiunt: *D;* sapuerunt: *Anselm. Deusded.* 54) *Philipp. c.* 3. *v.* 15. 55) *ABCDEF* 56) revelabit: *Edd. Arg. Bas.* ‖ can. 10. 57) *ABCD;* debetur auctoritas: *E* 58) *Ep.* 148. *c.* 15. (*scr. ante a.* 413.); *Ivo Decr.* IV, 237.; *Coll. tr. P.* III, 7, 17. (III, 8, 17.) *Caes.* I, 12. 59) qualis: *Augustin.* 60) tales: *idem* ‖ can. 11. 61) *Coll. tr. P.* II, 50, 27. *Caes.* I, 3. *Polycarp.* I, 26. (I, 27. 9: Aug. in libr. de civitate Dei; *can.:* non modo quaerimus) 62) *ABCEG;* illa tanto d. s. i. quae exc. sunt pietate: *F* 63) *ABC*

DISTINCTIO X.

GRATIANUS.

Constitutiones uero principum ecclesiasticis constitutionibus non preminent, sed obsecuntur.

Unde Nicolaus[1] *Papa scribit episcopis in Concilio*[2] *apud Conuicinum congregatis.*

C. I. *Lex imperatorum ecclesiastica iura dissoluere non potest.*

Lege* imperatorum non in omnibus ecclesiasticis[3] controuersiis utendum est[4], presertim cum inueniantur[5] euangelicae ac canonicae[6] sanctioni aliquotiens obuiare**. *Idem*[7a]: Lex imperatorum non est supra legem Dei[8], sed subtus. Imperiali iudicio non possunt iura ecclesiastica dissolui. §. 1. Ad[9] quod ostendendum, duorum horum[10], Innocentii scilicet[11] et Gregorii, satis sufficiunt testimonia. Sanctus[12] quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum episcopum ait: „Quod[13b] sciscitaris, inquiens[14c] utrum diuisis imperiali iudicio prouinciis, ut duae metropoles fiant, si[15d] duo metropolitani[16e] debeant nominari: non uisum[17] est nobis[18f] ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei[19] ecclesiam conmutari, honoresque aut diuisiones perpeti, quas pro suis faciendis[20g] causis duxerit imperator." Beatus[21] Gregorius[22h] scribens ad Theotistam patriciam inter[23] cetera: „Si, inquit[24], religionis causa uincula matrimonii[25i] debere dissolui dicantur, sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit, lex tamen[26] diuina prohibuit." Ecce[27] quemadmodum imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ecce qualiter, quod lex humana concessit, lex diuina prohibuit. §. 2. Non quod[28] imperatorum leges (quibus sepe ecclesia utitur contra hereticos, sepe contra tirannos atque contra prauos quosque defenditur) dicamus[29] penitus rennuendas, sed quod eas[30] euangelicis, apostolicis atque canonicis decretis (quibus postponendae sunt) non[31k] posse inferre preiudicium[32] asseramus.

C. II. *Nichil quod euangelicis regulis obuiet*[33], *imperatori agere licet.*

Item Simachus [Papa] *in sexta Sinodo*[34] [Romana tempore Theodorici Regis.]

Non licet[35] imperatori, uel cuiquam pietatem[36] custodienti aliquid contra diuina[37] mandata presumere, nec quicquam, quod[38] euangelicis[39], propheticis aut apostolicis regulis[40] obuiet[41], agere.

C. III. *In ecclesiasticis causis regia uoluntas sacerdotibus non est preferenda*[42a].

Item Felix[43] [III.] *Papa.*

Certum est, hoc[44] rebus uestris esse salutare, ut cum de causis agitur Dei, iuxta ipsius constitutum[45b] regiam uoluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non preferre, et sacrosancta per eorum presules potius discere, quam docere; ecclesiae[46c] formam sequi, non huic humanitus sequenda[47] iura prefigere, neque eius sanctionibus[48] uelle dominari, cuius[49] Deus uoluit clementiae tuae[50] piae deuotionis colla submittere, ne, dum mensura celestis dispensationis[51d] exceditur, eatur in contumeliam disponentis.

C. IV. *Moribus*[52a] *et decretis Romanorum Pontificum constitutiones contraire non possunt.*

Item[53].

Constitutiones[54] contra canones et decreta Presulum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti.

C. V. *Que sacerdotum sunt, regibus usurpare non licet.*

Item Nicolaus *Papa* [I. in epistola ad Michaëlem Imperatorem, cuius initum est: „Proposueramus."][55]

Imperium uestrum suis publicae rei cotidianis amministrationibus debet esse contentum, non usurpare que sacerdotibus Domini solum conueniant[56a].

C. VI. *Tribunalia regum sacerdotali sunt potestati subiecta.*

Item Gregorius *Naciancenus imperatoribus Constantinopolitanis*[a] [in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos et magistratum iratum][57].

Suscipitisne libertatem uerbi? libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali uos subiicit potestati atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim et[58] nobis potestatem, dedit principatum[59b] multo perfectiorem principatibus uestris. Aut numquid iustum uobis uidetur, si cedat[60] spiritus carni, si a terrenis celestia superentur, si diuinis preferantur humana?

II. Pars. Gratianus. *Ecce quod constitutiones principum ecclesiasticis legibus postponendae sunt. Ubi autem euangelicis atque canonicis decretis non obuiauerint, omni reuerentia dignae habeantur.*

EDITIO ROMANA.

Dist. X. c. 1. a) item b) nam quod c) inquiens: *deest* d) sic e) metr. episcopi f) nobis: *deest* g) faciendas h) Beatus autem Greg. i) coniugia k) nullum — c. 3. a) sacerd. est postponenda b) constitutionem c) ecclesiasticam form. d) dispositionis — c. 4. a) bonis moribus — c. 5. a) conueniunt — c. 6. a) imp. Constant.: *deest* b) dedit et princip.

NATIONES CORRECTORUM.

Dist. X. C. I. * Lege: Caput hoc sumtum est ex epistola Nicolai, quae exstat in codice bibliothecae Dominicanae, de quo dictum est supra distinct. 8. c. *mala*. Titulus autem epistolae hic est: *Nicolaus servus servorum Dei Reverendissimis ac sanctissimis confratribus nostris Metropolitanis, Episcopis et ceteris diversarum provinciarum ac urbium Praesulibus, qui in Convicinum villam publicam secus civitatem Silvanectis convenistis.* Eadem epistola nuper impressa est in appendice Bibliothecae sanctorum Patrum.

**** Obviare:** Apud Nicolaum sequitur continenter: *ad quod ostendendum, etc.* Quae autem apud Gratianum sunt interiecta, non sunt hoc loco in epistola, neque in Polycarpo, neque apud Anselmum; sed verba illa: *Lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus,* a Burchardo et Ivone citantur ex decretis Pii Papae c. 3., habentur autem in capitularibus adiectis c. 17., reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite. §. *Ecce quemadmodum.*

Dist. X. can. 1. 1) *Ep.* 32. *scr. ao.* 863. — *Jaffé no.* 2054. — *Anselm.* XII, 34. (*inscriptionem habet infra a Corr. indicatam. — verba principii:* lex — dissolvi: *desunt; in fine canon continuatur.*) *Ivo Decr.* IV, 86. (*usque ad verba in principio text.:* sed subtus.) *Ivo Pan.* II, 138. (*solummodo usque ad verbum in initio textus:* item); *Coll. tr. P.* I, 63, 3. (*ut in Pan. Ivonis*) *Caes.* I, 63.; *Polycarp.* I, 27. (I, 29, 9. *verba principii desunt ut ap. Anselm., et eadem est canonis inscriptio.*) 2) conciliis: *EGH* 3) in eccles.: *Polyc.* 4) esse: *Polyc.* 5) conveniat: *Anselm. Ivo Pan. Polyc.*; conveniatur: *Coll.* tr. P. 6) ac canonicae: *deest: Ivo Pan.* 7) *ABCDEFG Ed. Bas. alii sec. Corr. — verba sequentia usque ad vocem:* subtus *ex Ambrosii ep.* 13. *in Bened. Capit. App.* III. *c.* 18; *Regin. Appdx* III. *c.* 57. (*sine inscr.*); *Burch.* XV, 10. (*ex decr. Pii pap. c.* 3.) *Ivo Decr.* XVI, 11. (*ex decr. Pii p. c.* 3.) *Ivo Pan.* II, 139. (*ibid. Nicolaus papa*). 8) si est s. l. Dei?: *E* 9) §. 1. *et* 2. *desunt in AB sed in A in margine adscriptae sunt.* 10) horum: *deest: D*; heroum: *orig. Ans.* 11) scilicet: *deest: EFGH* 12) *Innoc. Ep.* 24. (*scr. c. a.* 415.) *Ed. Coustant. — Jaffé no.* 107. 13) *ABCDEFG* 14) *CEFG Ans. Polyc.* 15) *ABCEG* 16) *ABCDFGH Ans. Polyc. — Turrecr. ed. Fontan.* 17) non ergo: *Ans. Polyc.*; non esse e re visum: *Innoc.*; vere visum: *orig. sec. Corr.* 18) *CDFG* 19) rerum Dei: *EGH* 20) *ACDEF Polyc.* 21) *Ep.* 45. *lib.* XI. (*aut ep.* 39. *lib.* IX.) *scr. ao.* 601. *ap. Mansi* X, 275. — *Jaffé no.* 1395 — cf. infra C. XXVII. qu 2. c. 1. 22) *ACDEFG* 23) ait inter: *G* 24) si enim inquit: *Ans. Polyc.*; sunt qui: *EG* 25) *AEGH*; si inq. congrua religionis causa ecclesiastica iura: *C* 26) tamen: *deest: E Böhmer.* 27) *Ivo Decr.* IV, 187. *Pan.* II, 140. 28) nunquam: *Polyc.* 29) dicam: *D*; dicamus quoque: *F* 30) cum per eas: *Polyc.* 31) *ACDEFGH* 32) iudicium: *Ans. Polyc.* ‖ **can. 2.** 33) nihil obvians evangelic. reg.: *DEFG*; nihil obvium: *AB*; *in C ut in textu* 34) *Synodus quam ao.* 502. *habitam esse vulgo ferunt, suppositicia est. — Symmachus in synodo* VI. *ap. Hinschius p.* 683. — *Ipsa canonis verba leguntur in Epp. Pseudoisidd. Calix.* I. *ep.* I. *c.* 16. *Hinschius p.* 137. *et Marcellini* II. *ep.* II. *c.* 4. *ibid. p.* 222. *Capitul. Angilr. ap. Hinschius p.* 768. *cf. Cassidor. Hist. trip.* X, 6. *Bened. Levita* I, 402. — *Regino App.* III. 35. (*ex Conc. Carthag.*); *ib. c.* 38. (*ex decr. Marcellini p.*); *Burch.* XV, 8. (*ex decr. Hadriani p.*); *Anselm.* III. *in fine* (*Marcellinus*); *Deusdedit* IV, 33. (*Calixti et Symmachi et Hadr. decret.*) *Ivo Decr.* IV, 231. (*inscr. ut ap. Gratianum*) *ib.* XVI, 9. (*ex conc. Hadr. p. — canon amplior est quam ap. Grat.*) *Ivo Pan.* II, 141. (VIII. *synod. Symm. p.*) *Coll. tr. P.* III, 29, 1. (III, 30. 1. *ex decr. Hadr. p.*) 35) licet ergo: *Burch. Ivo Decr.* XVI. *Coll. tr. P.* 36) impietatem: *Deusded.* 37) divinitatis: *Burch. Coll. tr. P.* 38) quo: *Burch.* 39) ev. praeceptis et: *GH* 40) in regulis: *Ivo Pan.* 41) obviat: *Ivo Decr.* (IV.) *Coll. tr. P. Deusd.* — obvietur: *Burch.* ‖ **can. 3.** 42) *Codd. coll. o.* 43) *Ex Ep. ad Zenonem Aug. scr. ao.* 484. — *Jaffé no.* 365. — *Anselm.* IV, 11; *Polycarp.* I, 18. (I, 20, 1.); *Caes.* III, 22. — *In cod. Veronensi Corr. invenerunt* Felix III. *in AB legitur:* Calixtus — *cf. Berard.* II, 1, 308 sq. 44) hoc: *deest: G*; certum est enim hoc: *orig.* 45) *ABCDF orig. Anselm. Polyc.* 46) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 47) sequendo: *CDEFGH* 48) sacerdotibus: *D* 49) cui: *orig. Anselm. Polyc.* 50) clementiam tuam: *orig.* 51) *Codd. coll. o. Turrecremat. ed. Fontan. Anselm. Polyc.* ‖ **can. 4.** 52) *ABCDF* 53) idem: *ante Correct. legebatur et invenitur in Edd. coll. o., at in Codd. collatis o. legitur:* item. *Desumtus canon est ex capit. Angilr. c.* 36. *ap. Hinschius p.* 764. *Bened. Levita* III, 346. *in M. Germ. LL* II, 121. (*l. Rom. Visig. Paul. rec. sent.* III, 6. 8.) *Burchard.* XV, 9. (*Conc. Tribur. c.* 1.); *Ans.* III, 87. *bis in mscrip. a nobis collato usque ad c.* 37. *in libro* III. *numeratur; at canon noster posterior est. — sine inscript.*) *Ivo Decr.* XVI, 10. (*ut ap. Burch.*); *ib.* V, 38. (*Ep. Adriani p. tradita Ingelranno Mediomatrice urbis epo.*); *Caes.* III, 22.; *Polycarp.* I. *c. fin.* (I, 29. 10. *inscr. ut ap. Ivon. p.* V.) 54) ut constit.: *Burch. Ivo Decr. p.* XVI.; constit. principum: *FH* ‖ **can. 5.** 55) *Ep.* VIII. *scr. ao.* 865. *ap. Mansi* XV, 187. — *Jaffé no.* 2111. — *Coll. tr. P.* I, 62, 70. — *cf. D.* XCVI. *c.* 8. 56) *ABCFG Coll. tr. P.* ‖ **can. 6.** 57) *Codd. et Edd. coll. o. — orat.* XVII. *in ed. Paris. Bened.* (1778) I, 322. *at plurimum orig. a Gratiani distat propositum ubi Gregorii verba admodum contracta sunt. cf. Berard.* III, 49. *sq. — Ivo Decr.* V, 5. (*de ipsis imperatorib. loquitur*) *Coll. tr. P.* II, 14, (*de sentenciis graecor. doctor.*) 6. (*G. N. sic ipsis imperatoribus loquitur*). 58) et: *deest: F* — enim: *deest: AB* 59) *ABCEF Coll. tr. P.* 60) cedit: *EGH* ‖

Unde Augustinus ait in Dialogo contra Petilianum[61a], [id est lib. II. contra literas Petiliani, c. 58.]

C. VII. *Leges imperatorum in adiutorium ecclesiae* licet assumi*[62b].

Si in adiutorium uestrum terreni[63c] imperii leges assumendas[64] putatis, non reprehendimus. Fecit[65] hoc Paulus cum aduersus iniuriosos Romanum ciuem se esse testatur[66d].

C. VIII. *Reges pontificibus pro eterna uita*[67a], *et pontifices regibus pro temporalibus indigent.*

Item Ciprianus Iuliano*[b] [Nicolaus Papa I. in epist. VII. ad Michaëlem Imperatorem.][68]

Quoniam idem mediator Dei et hominum est[69c], homo Iesus Christus, sic actibus propriis et dignitatibus distinctis offitia potestatis utriusque discreuit propria** uolens medicinali humilitate sursum[70d] efferri, non humana superbia rursum in inferna demergi: ut etiam[71e] Christiani imperatores pro eterna uita pontificibus indigerent, et pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio a[72] carnalibus distaret incursibus, et „Deo[73f] militans minime se negotiis secularibus implicaret[74];“ ac uicissim non[75] ille rebus diuinis presidere uideretur[76], qui esset negotiis secularibus implicatus.

C. IX. *Leges imperatorum custodiri oportet.*

Item Leo IV. Lothario Augusto[77].

De capitulis uel preceptis imperialibus uestris[78] uestrorumque* pontificum[79] predecessorum irrefragabiliter custodiendis et conseruandis, quanto[80a] ualuimus et ualemus Christo propitio et nunc et in euum[81] conseruaturos[82b] modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet uobis aliter dixerit vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem.

C. X. *Legis auctoritate dissoluitur quod contra eam fit.*

Item Iohannes VIII.[83] *Lodouico Imperatori.*

Vides, fili carissime, quia quod contra leges accipitur[84], per leges dissolui[85] meretur.

C. XI. *Leges principum, et*[86a] *regulas patrum contempni non decet*[87b].

Item Gelasius Rufino et Aprili Episcopis[88].

Quis autem[89] leges principum, aut patrum regulas, aut ammonitiones paternas[90] debere[91] dicat contempni, nisi qui impunitum sibi tantum estimet[92] transire commissum?

C. XII. *Seruentur*[93a] *ab omnibus Romanorum principum leges.*

Item Theodorico Regi[94].

Certum est magnificentiam uestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse precepit, multo magis circa[95] reuerentiam beati Petri apostoli pro suae felicitatis augmento uelle seruari.

C. XIII. *Romana lex nullius temeritate debet corrumpi.*

Item Leo IV. Lotario Augusto[96].

Vestram* flagitamus clementiam, ut sicut hactenus Romana lex uiguit absque uniuersis procellis, et quod[97a] pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita nunc suum robur proprium et[98b] uigorem obtineat.

DISTINCTIO XI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod uero legibus consuetudo cedat, Ysidorus testatur in Sinonimis*[1a], *lib. II.* [c. 16.][2]:

EDITIO ROMANA.

Dist. X. c. 7. a) contra Petil.: *deest* b) assumere c) etiam terreni d) testatus est — c. 8. a) pro aeternis b) Cypr. Iuliano: *deest* c) est: *deest* d) humil. hominum corda sursum e) et f) et ideo militans — c. 9. a) quantum b) aev. nos conserv. — c. 11. a) aut b) licet — c. 12. a) servandae sunt — c. 13. a) quod: *deest* b) rob. propriumque vig. — Dist. XI. Pars. I. a) testatur dicens

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Ecclesiae: Auctor huius rubricae caput hoc ita accepit, quasi hic agatur de legibus imperatorum in favorem ecclesiae latis, quum ibi B. Augustinus Petiliano et Donatistis haereticis concedat, legibus imperatorum ipsos in adiutorium suum uti posse, modo id fallaciter non facerent, quod eos fecisse convincit.

C. VIII. * Huic capiti in codicibus impressis erat praepositus hic titulus: *Cyprianus Iuliano Imperatori;* quod est contra omnem temporum rationem. In manuscriptis omnibus, excepto undecimo Vaticano, abest dictio: *Imperatori;* quemadmodum et apud Ivonem. Nonum autem habet: *Juliano Episcopo.* Aliud pervetustum: *Iubiano.* Ceterum integrum hoc caput est in epistola Nicolai ad Michaëlem imperatorem, quae incipit: „Proposueramus;“ ex quo refertur infra distinct. 96. c. *quum ad verum.* una cum aliis verbis eiusdem epistolae, ex quibus haec pendent. Et sumtum est ex Gelasio in tomo de anathematis vinculo.

** Propria: In originali est: *propriam volens medicinali humilitate sursum efferri.* Ivo habet, ut Gratianus hic in plerisque codicibus. In nonnullis tamen est: *propria volens medicinali humilitate sursum efferri:* quemadmodum etiam infra, dist. 96. c. *quum ad verum.* Apud Gelasium loco indicato legitur: *sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humiliate salvari, non humana superbia rursus intercipi, ut et Christiani, etc.*

C. IX. * Vestrorumque: Epistola haec non est inventa: et in istis verbis videtur subesse mendum, ex quo auctor glossae errandi occasionem sumserit, qui Christianis imperatoribus, cuiusmodi fuerant praedecessores Lotharii, attribuat illud, quod Isidorus de ethnicis dicit: nimirum imperatores solitos fuisse appellari pontifices: de qua re optime Gelasius in tomo de anathematis vinculo, et infra distinct. 21. c. *cleros.* Apud Ivonem legitur: *vestris, nostrorumque etiam pontificum praedecessorum;* in Panormia: *nostris nostrorumque pontificum et praedecessorum.* Sed fortasse cetera quidem recte aqud Gratianum habent: tantummodo ante dictionem: *praedecessorum*, est addenda coniunctio *et*, quemadmodum est in Panormia. Nam hoc significabitur, imperatores illos solitos fuisse edere capitula, adhibitis in consilium pontificibus regni, quod verissimum est. Omnino haec, quae a Leone scribuntur, spectare videntur ad capitula Caroli et Ludovici, quae Lotharius in universa Italia servari mandaverat. Nam in legibus Longobardicis, lib. III. tit. 35. Lotharius ita constituisse traditur: *Placuit nobis, ut capitula, quae excerpsimus de capitulari bon. mem. gloriosissimi Domini nostri Caroli, et genitoris nostri Ludovici, imperat. invictissimi, his omnibus, et fidelibus nostris, et sanctae ecclesiae in regno Italiae consistentibus, per legem tenantur et serventur: et quicumque horum capitulorum contemtor exstiterit, sexaginta solidis componatur.* Id populo Romano, qui iure antiquo Romanorum uti prohiberetur, valde displicuit, sicut ex c. fin. infra ead. dist. colligi potest, disseminatusque etiam rumor fuit, eandem esse Pontificis ac populi sententiam. De qua re Leo hac se epistola videtur purgare voluisse; et tamen postea, pro conservando iure civili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligentius egit, quod apparet ex dicto c. finali.

C. XIII. * Vestram: Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petiit, concessisse. Nam in legibus Longobardicis lib. II. tit. 57. sic habetur: *ut interrogetur populus Romanus, qua lege vult vivere,* et sequitur constitutio[99]:

Lotharius Imperator.

Volumus ut cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult vivere: ut tali lege, quali vivere professi sunt, vivant. Illisque denuncietur, ut hoc unusquisque, tam iudices quam duces, vel reliquus populus sciat. Quod si offensionem contra eandem legem fecerint, eidem legi, qua profitentur vivere per dispensationem [*al.* dispositionem] Pontificis et nostram, subiacebunt.

Dist. X. can. 7. 61) *Codd. coll. o. in Ed. Maur.* (*Paris.* 1837.) *c.* 132. — *Ivo Decr.* IV, 183.; *Ivo Pan.* II, 153; *Coll. tr. P.* III, 6, 16. (III, 7, 16.) 62) *Codd. coll. o.* 63) *ABCDEFG Ivo Pan.;* et terreni: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 64) nam fecit: *CDFGH* 65) *Act. c.* 22. 66) *Codd. coll. o. Ivo Decr. et Pan. Coll. tr. P.* || can. 8. 67) *ABDF* 68) *Ep. scr. ao.* 865. *Mansi* XV, 214. — *Jaffé no.* 2111; — *est eadem quam supra ad D. X. c.* 5. *citavimus* (*cf. infra D.* CXVI. *c.* 8). *Tractatus Gelasii* IV, *ex quo iam Corr. canonem sumtum esse notaverunt, invenitur ap. Thiel p.* 568. *Inscriptio a Corr. laudata:* Cyprianus Iuliano *invenitur: CDEFG et apud Ivo Decr.* IV, 188.; *E addit:* scribit dicens. — Iuliano Episc. *caput tribuitur: Edd. Arg. Venet.* I. *Nor.* — Iuliano Imp.: *H Venet.* II. *Lugdd.* I. II.; Iuliano: *Ed. Bas.* — Leo IV. Lothario Augusto: *male AB* 69) *Codd. coll. o.* 70) *ABCDEGH Ed. Arg.* 71) *ABC* 72) a: *deest: Ivo* 73) *ABCEFG Edd. coll. o.* 74) II. *Tim. c.* 2. *v.* 4. 75) ne: *Edd. coll. o. Ivo.* 76) videtur: *EF* || can. 9. 77) *Fragm. Ep. deperditae scr. c. a.* 847. — *Jaffé no.* 1994. — *Ivo Decr.* IV, 176; *Ivo Pan.* II, 149. (Leo III.) *Caes.* I, 61. 78) vestris: *deest: ABE* 79) *Jaffé l. c. pro:* pontificum *legendum esse censet:* imperatorum; *sed cf. quae Berard.* II, 2, 223 *sq. de hoc loco disseruit. Ivonis lectionem habes in nota Correct., qui et alios* ceterorum *legere notant;* et pontificum: *DF;* etiam pontif: *C.* 80) *ABCDEG Ivo Decr. Pan.* 81) in aeternum: *F et alii sec. Corr.* 82) *ABCDG Ivo Pan* || can. 10. 83) *E caput incerti temporis esse existimat — Jaffé no.* 2250. *inter annos* 873 – 875 *scriptum esse censet. Ivo Decr.* IV, 230. *cf.* VI, 115. *Coll. tr. P.* I, 63, 7. Iohannes VII: *Edd. coll. o. praeter Bas.* 84) praesumitur: *EGH* 85) solvi: *ib.* | can. 11. 86) *ABCE* 87) *ABCG;* debent: *F;* debet: *DE* 88) *Fragm. epist. scr. ao.* 494 – 495. *ap. Thiel ep.* 22. *p.* 389. *Jaffé no.* 430. *cf. infra D.* LIV. *c.* 11. *Ivo Decr.* IV, 179. *Ivo Pan.* II, 150. *Coll. tr. P.* I, 46, 28. *cf. Wasserschleben Beitr.* 58. *etiam ad duos seqq. canon.* 89) quis aut: *D Ivo Decr.;* quis enim aut: *orig. Coll. tr. P.* 90) modernas: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* — *cf. Berard.* II, 1, 351. 91) debere: *deest: Ivo Pan.;* paternas debet contemnere: *FGH* 92) existimet: *DEGH* | can. 12. 93) *ABCEG* 94) *Fragment. epist. incerti tempor. ap. Thiel frag.* XII. *pag.* 489. *Jaffé no.* 402 — *Ivo Decr.* IV, 180. *Ivo Pan.* II, 151; *Caes.* I, 56. 95) propter: *alii sec. Corr.* || can. 13. 96) *Fragm. epist. deperditae quam inter annos* 847 – 55. *scriptam esse censet Jaffé no,* 1993. — *Ivo Decr.* IV, 181. *Ivo Pan.* II, 152. 97) *Codd. coll. o.* 98) *ABC* 99) *Hoc loco Richt. adnotavit: Capitulare cuius hic recensio Langobard. refertur (exstat enim Romana etiam edita ex Coll. Card. Deusdedit a Holstenio Coll. Rom. monum. Rom.* 1662.) *ante Leonis tempora a.* 827 *scriptum esse dudum observavit Baluzius Capit. praef.* §. 24. — *Sed observandum est, capitulare istud quod in M. Germ. LL.* I, 239. *exstat cuiusque fragmenta solummodo inveniuntur apud Deusdedit, mens. Nov.* 824. *esse promulgatum. Ita editor eius Pertzius l. l. cui consentit Boretius, Die Capitul. im Langobardenreich* (*Halle* 1864) *p.* 156.

Dist. XI. Pars. I. 1) *ABCEG* || can. 1. 2) *Ivo Decr.* IV, 207. *Ivo Pan.* II, 165. (*amplior est can. quam apud Grat.*) *Coll. tr. P.* III, 7, 7. (III, 8, 7.) *Caes.* I, 22. *cf. Wasserschleben Beitr.* 58.

C. I. *Prauus usus ratione superetur*[3a] *et lege.*

Usus auctoritati cedat; prauum usum lex et ratio uincat.

C. II. *Statutis Pontificum consuetudo cuiusquam refragari non potest.*

Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori[4].

Consequens est, ut quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis prepediente occasione, proprias sequendo[5] tantum uoluntates remoueatur, sed firmius[6a] atque inconcusse teneatur.

C. III. *A consuetudine Romanae ecclesiae membris dissentire non licet.*

Item Iulius Papa [I. ad Episcopos orientales, epist. I.][7].

Nolite errare[8], fratres mei[9a], doctrinis[10] uariis et[11] extraneis[12] nolite abduci. Et[13b], instituta apostolorum et apostolicorum uirorum[14] canonesque habetis[15]: his fruimini[16c*], ut[17d] freti[18e], contra cuncta inimicorum iacula persistere ualeatis. Satis[19] enim indignum est, quemquam uel pontificum uel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem et sequi uiderit[20f], et docere. Multum conuenit[21g], ut totum corpus ecclesiae in hac sibi[22h] obseruatione concordet, que inde auctoritatem habet, ubi Dominus ecclesiae totius posuit principatum.

C. IV. *Usus et consuetudo legem et rationem uincere non potest.*

Item Cod. lib. VII. tit. II.[a] [Imp. Constantinus A. ad Proculum, lib. VIII. Cod. tit. Quae sit longa consuetudo (t. 53. const. 2.)][23].

Consuetudinis ususque longeui[24] non uilis auctoritas est: uerum[25] non usque adeo sui[26] ualitura momento, ut aut rationem[27] uincat, aut legem scriptam[28b].

II. Pars. Gratianus. *Cum uero nec sacris canonibus, nec humanis legibus consuetudo obuiare monstratur, inconcussa seruanda est.*

Unde Augustinus ait uel[29a] *ex dictis* Basilii*[30]:

C. V. *Inuiolabilis est consuetudo, que nec humanis legibus nec sacris canonibus obuiare monstratur.*

Ecclesiasticarum institutionum quasdam[31] scripturis[32], quasdam uero apostolica traditione[33] per successores[34b] in ministerio[35] confirmatas[36] accipimus[37c]; quasdam[38] vero consuetudine roborata[39d] approbauit usus[40], quibus par ritus[41] et idem utriusque[42e] pietatis debetur[43] affectus; unde quis[44] uel[45] aliquantulum sacrarum expertus scripturarum hesitaverit? Si enim attenderimus[46f] consuetudines ecclesiae non per scripturas a Patribus traditas nichil estimare[47], quantum religio detrimenti[48] sit latura, intentiuum[49g] despicientibus[50h] liquido constabit. §. 1. Que enim (ut inde ordiamur) scriptura salutiferae crucis signaculo fideles docuit insigniri? uel[51] que trifariam[52] digesta super panem et calicem prolixae orationis uel consecrationis[53] uerba commendauit? Nam non modo, quod in euangelio continetur uel ab Apostolo[54] insertum[55i] secretis dicimus[56], sed et alia plura[57] adicimus magnam quasi uim commendantia[58] misteriis[59]. Que orientem uersus nos orare[60] litterarum forma docuit[61]? Benedicimus fontem baptismatis oleo[62] unctionis. Huc accedit, quod ter[63] oleo inungimus quos baptizamus,

EDITIO ROMANA.

Dist. XI. c. 1. a) superatur — c. 2. a) firmiter — c. 3. a) fratres m. carissimi b) en c) *adiect. est:* his circumdamini* his delectamini, his armamini d) ut his freti e) *adiect. est:* circumdati delectati, armati f) videat g) multum enim conven. h) sibimet — c. 4. a) Cod. lib. VII. tit. 2: *deest* b) scriptam: *deest* — c. 5. a) Aug. ait vel: *deest* b) successiones c) accepimus d) roboratas e) utrisque f) attentaverimus g) intente h) inspicientibus i) *insert. est:* in ev.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XI. C. III. * His circumdamini: Locupletatus est hic locus ex originali et Anselmo.

C. V. * Ex dictis: Hoc caput antea citabatur ex *Augustino in lib. ex dictis Basilii.* In codice Vercellensi est: *unde Augustinus ait, vel ex dictis Basilii:* et retenta est posterior pars huius disiuncti, quoniam ita citant Burchardus et auctor Panormiae. Ivo autem citat ex lib. Basilii de Spiritu sancto, c. 27. quomodo in margine est indicatum. Ceterum, quoniam multis locis glossa obstitit, ne emendaretur, necessarium visum est integrum B. Basilii locum et graece et latine afferre: *Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων τα μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τὶς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχήν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τὶς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ δὲ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχύν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τὶ δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρῖσιν τις λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τοῦ ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀποῤῥήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν; καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι. Id est: Dogmatum et institutorum, quae in ecclesia servata sunt, alia quidem habemus ex doctrina, quae literis consignata est, alia vero ex apostolorum traditione ad nos transmissa in mysterio recepimus. Quae utraque eandem vim ad pietatem habent, atque his nemo sane contradixerit, qui vel exigua legum ecclesiasticarum peritia sit praeditus. Nam si aggrediamur ea, quae non scripto, sed tantum consuetudine constant, [tanquam non magnam habentia vim] repudiare, imprudentes evangelio, et quidem in praecipuis ipsius partibus, officiemus, vel potius ipsam et instituta ad inane quoddam nomen redigemus. Exempli causa (ut, quod primum maximeque commune est, primo loco commemorem) eos, qui in Domini nostri Iesu Christi nomine spem posuerunt, figura crucis signari ecquis scripto docuit? Dum oramus, ad orientem solem converti ecquae nos literae docuerunt? Verba invocationis quum panis eucharistiae et calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripto nobis reliquit? Non enim iis contenti sumus, quorum Apostolus et evangelium mentionem fecerunt; sed alia quoque cum antea, tum post, dicimus, utpote quae magnum momentum ad ipsum mysterium habeant, doctrina non scripta, sed tradita eruditi. Benedicimus aquam baptismatis et oleum unctionis, atque illum ipsum praeterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? nonne ex occulta et mystica traditione? Quid? ipsam olei unctionem quis sermo scriptus docuit? Quod homo ter mergendus sit, unde accepimus? Abrenunciare satanae atque angelis eius, et reliqua omnia, quaecunque in baptismo observamus, quae scriptura iussit? Annon haec ipsa minime vulgata, sed secreta doctrina, quam quieto minimeque curioso silentio patres nostri custodierunt? probe quidem illi intelligentes, mysteriorum maiestatem taciturnitate servari.*

Dist. XI. can. 1. 3) *ABC* || can. 2. 4) *Verba capitis exstant in ep. Nicolai* I. *ad Photium scr. ao.* 862. *Mansi* XV, 175. — *Jaffé no.* 2030. *Ivo Decr.* IV, 211. (*inscr. ut in textu; canon continuatur*) *Coll. tr. P.* I, 62, 14. *cf. Wasserschleben Beitr.* 58. — *Item Nicolaus: E* 5) consequendo: *EG* 6) *ABCDEFG orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* || can. 3. 7) *Ep. Pseudoisidoriana Decr. Iulii c.* 9. *ap. Hinschius p.* 461. *Anselm.* I, 8. (*can:* quoniam et inter, *in medio*). *Polycarp.* I, 17. (I, 19, 3.) 8) itaque errare: *orig. Ans.* 9) *ABCDEG Polyc.* — dilectissimi: *orig. Anselm.* 10) *Hebr. c.* 13. *v.* 9. 11) variis et: *deest: Anselm.* 12) peregrinis: *Vulg.* 13) *ABCDE orig. Anselm. Polyc.* — cum: *H* 14) virorum contemnere nolite: *orig.* 15) habeatis: *EGH;* habentes: *Anselm.* 16) *verba a Corr. adiecta* (*videas not. c*) *desunt etiam ap. Anselm.* (*erraverunt itaque Corr.*) *et Polycarp.* 17) *AB: orig. Anselm. Polyc.* 18) *verba a Correct. adiecta* (*videas not. e*) *desunt in orig. Ans. Polyc.* 19) *Verba Gelasii in Ep. ad Epp. Lucaniae c.* 9. *Ep.* 14. *ap. Thiel* 367. *Anselm.* V, 6. (*canon:* noviter constitutas) *Corr. Polycarpum lib.* 8. *tit.* 3. *citant, quod R. falso exscripsit; nihil tamen invenimus.* 20) *ABCDFG* 21) *ABCDE Polyc.* 22) *ABCEFG* || can. 4. 23) *Ivo Decr.* IV, 202; *Ivo Pan.* II, 163; *Coll. tr. P.* III, 7, 3. (III, 8, 3.) *Caes.* I, 26. *Polycarp.* III, 23, 5. *cf. Wasserschleben Beitr.* 58. 24) longaevi: *deest: Ivo Pan.* 25) verumtamen: *EG* 26) sui: *deest: Ivo Pan. Coll. tr. P.* 27) rationem i. e. ius. naturale: *DG;* i. e. i. naturae: *EH;* id est aequitatem rudem et incompositam: *AB* 28) *ABCDEFG* legem scriptam i. e. ius. constitutionis *DEG;* leg. scriptam cum ratione: *F;* leg. scr. id est in praeceptis redactam: *AB* || can. 5. 29) *ABCD;* Augustinus ait ex: *EFG* 30) *Sermo de spiritu sancto c.* 27. *in ed. Bened. Paris* 1730 I, 54. *sed alia ibi invenitur translatio in latinum sermonem quae etiam ab illa quam Corr. in nota* proferunt differt. sed cf. Berard.* III, 39 *sq.* — *Regino Appdx.* II, 36. (*sermo ad Amphiloch. de spirit.* 5.) *Burch.* III, 127. (*ex dictis Basilii*); *Ivo Decr.* IV, 69. (*lib. de spiritu s.*); *Ivo Pan.* II, 159. (*idem*); *Coll. tr. P.* III, (7,) 2. (*ex dict. Bas.*) 31) quasdam consuetudines: *Burch.* (*at non in Cod. Friburg.*) 32) in scriptis: *Edd. ant. coll. o.* 33) institutione: *Ivo Pan.* 34) *Codd. et Edd. Coll. o. Ivo. Pan. Coll. tr. P. Böhm.* 35) mysterio: *Reg. Burch. Ivo Decr.* 36) traditas: *Ivo Decr.* 37) *ABCD* 38) quadam: *Ivo Pan.;* quaedam: *Ivo Decr.* 39) *ABCD Coll. tr. P.* 40) quasd. vero cons. rob. app. usus: *deest: Reg. Burch.* 41) virtus: *Reg. Burch.* 42) *ABCDF Reg.* 43) debetur: *deest: Reg. Burch.* 44) pietatis effectus [affectus: *Burch. in Cod. Frib.*] quin sit quotusquisque: *Reg. Burch.* 45) vel: *deest: D* 46) *ABCF Edd. coll. o.* 47) existimare: *EF* 48) detrimentum: *DF* 49) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* intentive: *Edd. coll. rel.;* int.: *deest: Reg. Burch. Ivo Decr. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 50) *ABC Coll. tr. P.;* respicientibus: *F;* aspicientibus: *D* 51) vel: *deest: Reg. Burch.* 52) multifariam: *Reg. Burch.* 53) vel cons.: *deest: AB;* etiam consecrat.: *Ivo Decr.* 54) Ap. quolibet: *EFG* (*D: in marg. adscript.*) *Edd. Arg. Venet.* I. *Norimb.;* Ap. quod: *Edd. reliq.* 55) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* insertum est: *deest: Reg. Burch.* 56) vel secretis didicimus: *E;* insertum secretis didicimus: *G* 57) perplura: *Reg. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 58) vim consummandis accomodantia myst.: *Reg. Burch.* 59) ministeriis: *EGH* 60) adorare: *Ivo Pan.* 61) praestitit: *Ivo Pan. Coll. tr. P.;* constituit: *Reg. Burch.* (*at in Cod. Friburg.:* praestituit). 62) oleum: *Reg. Burch.* 63) ter mergimus, quod baptizatos oleo ungimus: *Ivo Decr. Ivo Pan.;* ter immergimus q. b. oleo ungimus: *Reg. Burch.*

uerbis abrenuntiare satanae angelis[64k] eius informamus. Unde hec et alia in hunc modum[65] non pauca, nisi tacita[66l] ac[67m] mistica traditione a Patribus ecclesiastico more ac[68n] reuerentiori diligentia sunt in ministeriis[69o] obseruata magis[70p] silentio, quam publicata scripto?

C. VI. *Laudabilis est consuetudo, que nichil fidei contrarium usurpat.*

Idem ad Casulanum presbiterum[71a*]

Consuetudinem laudamus, que tamen contra[72] fidem catholicam nichil usurpare dignoscitur.

C. VII. *Ubi auctoritas deficit, mos populi et maiorum instituta pro lege seruentur*[73a].

Item ad eundem[b] [B. Augustinus ad Casulanum, epist. LXXXVI.]

In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut[74*] preuaricatores legum diuinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum cohercendi sunt.

C. VIII. *Auctoritate et traditione generali uel speciali ecclesia regitur*[75].

*Idem in libro de christiana fide**.

Catholica ecclesia, per orbem diffusa[76a], tribus modis probatur existere. Quicquid in[77b] ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut traditio uniuersalis, aut certe propria et[78] particularis instructio[79c]. Sed auctoritate tota constringitur, uniuersali traditione maiorum nichilominus tota; priuatis uero constitutionibus et propriis informationibus unaqueque pro locorum uarietate, prout cuique uisum est, subsistit et regitur.

C. IX. *Valet ad fidem catholicae*[80] *auctoritas ecclesiae.*

Idem in libro contra Manicheos[81*].

Palam est, quod in re dubia ad fidem ualeat auctoritas ecclesiae catholicae, que ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et tot populorum consensione firmatur.

C. X. *Ab apostolicis institutis non licet recedere.*

Item Leo [Papa ad Episcopos per Siciliam constitutos, epist IV. c. 6.][82]

Hoc uestrae indicimus caritati, ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis[83a] excessu, quia inultum post hec[84b] esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

C. XI. *Ab omnibus seruari*[85] *debet, quod Romana seruat Ecclesia.*

Item Innocentius Decentio Ep. [it. Inn. I. ad Decentium Episcopum Eugubinum, epist. I.][86]

Quis nesciat[87] aut non aduertat, id quod a principe apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere seruari? nec superduci[88a] aut introduci aliquid, quod auctoritatem[89b] debeat uel aliunde accipere exemplum[90c]? presertim cum[91] sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Ispanias, Africam atque Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos uenerabilis apostolus Petrus aut successores eius constituerunt sacerdotes; legant autem[92d], si in istis prouinciis alius apostolus[93e] inuenitur, aut legitur docuisse. Quod si nòn legunt, quia nusquam inueniunt[94f], oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a qua principium eos accepisse non dubium est: ne dum peregrinis sermonibus[95] student, caput institutionum uideantur amittere[96g]. §. 1. Sepe dilectionem tuam ad Urbem uenisse ac nobiscum in ecclesia conuenisse non dubium est[97h], et quem morem vel in consecrandis[98i] misteriis, uel ceteris[99k] agendis arcanis teneat, agnouisse[100l*]. Quod sufficere arbitrarer[101m] ad informationem ecclesiae tuae uel reformationem, si predecessores[102] tui minus aliquid aut aliter tenuerint, satis[103n] certum haberem[104o], nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset[105]; quibus idcirco respondemus, non quod te ignorare[p] credamus, sed ut maiori auctoritate uel[106q] tuos instituas, uel si qui a Romanae ecclesiae institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare[107r] non differas, ut scire ualeamus, qui sint, qui aut nouitates inducunt, aut alterius ecclesiae quam Romanae existimant consuetudinem esse seruandam.

EDITIO ROMANA.

Dist. XI. c. 5. k) sat. et ang. l) nisi quia tacita m) et n) ac: *deest* o) mysteriis p) magis: *deest* — c. 6. a) *inscr. est:* Item Pius Papa I. in decretis, decreto VII.* — c. 7. a) servantur b) ad eundem: *deest* — c. 8. a) per orb. terrarum diff. b) quicq. enim in ea c) institutio — c. 10. a) recedatur b) post hoc — c. 11. a) superinduci b) aut auctoritatem c) non habeat aut aliunde accipere videatur exemplum d) aut legant si e) apostolorum f) invenitur g) omittere h) non dubium est: *deest* i) considerandis k) in ceteris l) cognovisse* m) arbitraremur n) et satis o) haberemus p) quod te aliqua ignor. q) vel: *deest* r) aut nobis indicare

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Verba huius capitis, quod antea tribuebatur B. Augustino, leguntur in editione conciliorum Coloniensi tribus tomis inter decreta Pii I. decreto septimo, et in epistola eiusdem Pii ex codice sexdecim librorum, lib. 3. c. 19. quam etiam citant Burchardus, Ivo et auctor Panormiae: cuius tamen epistolae omnia fere verba habentur lib. I. regist. B. Gregorii (qui citatur in Polycarpo) epist. 75. et ea, quae ad hoc caput pertinent. referuntur infra dist. 12. c. *nos consuetudinem.*

C. VII. * Et sicut: Hinc usque ad finem non sunt in epistola indicata, sed a Burchardo etiam et Ivone et in Panormia[74] referuntur.

C. VIII. * Hodie inter opera B. Augustini nullum exstat hoc titulo. In epistola vero ad Sannarium, quae est 118, c. 1. et 2. haec eadem sententia copiose exponitur.

C. IX. * Apud B. Augustinum lib. II. contra Faustum Manichaeum c. 2 legitur: *Et vides in hac re* (de fide exemplarium loquitur) *quid ecclesiae catholicae valeat auctoritas, quae ab ipsis, etc.* Hanc vero episcoporum successionem potissimum in sede Petri, et in libro contra epistolam Fundamenti, et in epist. 165. de schismate Donatistarum, merito certissimum putavit ecclesiae catholicae indicium.

C. XI. Cognovisse: Locus hic in originali conciliis quatuor tomorum inserto sic habet: *cognovisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem ecclesiae tuae vel reformationem (si praedecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt), satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses.* Sed ob glossam, praecipue in ver. *morem*, non est mutatum.

Dist. XI. can. 5. 64) *ABC* 65) in hunc modum: *deest: AB* 66) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Decr. Coll. tr. P.* 67) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Coll. tr. P.* 68) *Codd. coll. o.* 69) *ABDEH Ivo Pan. Decr.* 70) magis silentio: *Codd. om. (exc.: AB) Edd. coll. o. — Böhm. Ivo.* || can. 6. 71) *Codd. et Edd. coll. o. — Canonis a Gratiano Augustino, a Correct. Pio male adscripti (Jaffé lit. spur. no.* LII. — *cf. Berard.* II, 1, 68.) *verba desumta sunt ex Greg. M. ad Epp. Numidiae scr. indict.* IX. *ao.* 591. (*Ep.* 77. *l.* I. *Ed. Maur.*) *Jaffé no.* 781. *Burch.* III, 124. (*can.* Petistis *in fine*: ex ep. Pii p.); *Anselm.* IV, 42. (*ut ap. Burch.*) *Ivo Pan.* II, 157. (*eundem canonem profert, quem Gratianus habet; inscr.:* Pius p.) *Ivo Decr.* IV, 66. (*can.* Petistis *ut ap. Burch. et eadem cum inscript.*) *Polycarp.* III, 27. 8. (*can.* Petistis *in fine:* Gregorius p. in ep. LXXIV. lib. 1. episcopis Numidiae). 72) contra: *deest: Ivo Decr.* || can. 7. 73) *Codd. coll. o. — Ep.* 36. (*scr. ao.* 396) *Ed. Maur. Burch.* III, 126; *Anselm.* IV, 43.; *Ivo Decr.* IV, 68.; *Ivo Pan.* II, 158; *Coll. tr. P.* III, 6, 1. (III, 7, 1.); *Polycarp.* III, 23, 10. 74) *Leguntur ea verba etiam apud Anselm. et Polycarp. ll. cc. et in omnib. Codd. coll. ita ut erraverit Berard.* III, 328., *qui ea a Correct. adiecta esse censuit* || can. 8. 75) Quod catholica ecclesia per orbem diffusa tribus modis probatur exsistere: *AB* 76) *ABCEGH* 77) *ABC* 78) et: *deest: EGH* 79) *ABCD* || can. 9. 80) in fide catholica: *C* 81) *contra Faustum Manich.* XI, 2. *ubi tamen initium est:* Vides in hac re, quid eccl. cathol. valeat auctoritas, quae *ab* ipsis etc. *ut ap. Grat. — Berard* III, 273. || can. 10. 82) *Ep.* 16. *c.* 6. (*scr. ao.* 447.) *Ed. Baller. — Jaffé no.* 192. — *Anselm.* I, 45; *Polycarp.* I, 17. (I, 19, 8.) 83) *CDEFGH Ans. Polyc. Böhm.*: excedatis: *AB* 84) *CEH: orig. Ans. Polyc. — Böhm.* || can. 11. 85) observari: *EFGH* 86) *Ep.* 25. *scr. ao.* 416 *ap. Constant.* 855. — *Jaffé no.* 108. *Coll. Can. Quesn. in Leon. Opp.* (*ed. Ballerini*) III, 198. *ante c.* 23. *Burch.* III, 125. (*can.* Si instituta *in medio*); *Anselm.* I, 41. (42); *Ivo Decr.* IV, 67. (*ut ap. Burch.*) *Polycarp.* I, 17. (I, 19, 7. Quis enim nesciat.) *Correctores citant adhuc Polycarp.* III, 24. *ubi nihil nosmet invenimus* 87) enim nesciat: *Dionys. Coll. Ques. Burch. Ans. Ivo. Polyc.* 88) *ABC* 89) *Codd. coll. o. Coll. Ques. Anselm. Polyc.* 90) *ABCEFGH et Edd. coll. o. sed Edd. om. praeter Bas. addunt:* auctoritatem generalem [illegible]: auctoritate 91) tamen quum: *EG* 92) *ABCDEG* 93) *ABCD Edd. coll. o. Polycarp.* 94) *Codd. coll. o. Dionys. Coll. Ques. Burch. Ivo Decr. Polyc.*: inveniuntur: *D* 95) assertionibus *Dion. Hisp. Coll. Ques. Burch.* 96) *Codd. et Edd. coll. o.* 97) *ABCDEFG Dionys. Coll. Quesn. Burch. Anselm. Ivo Decr. Polyc.* 98) *ABCDF Dionys. Coll. Quesn. Burch. Anselm. Ivo Decr. Polyc.* 99) *ABCEFG;* mysteriis agendis arcanis: *D* 100) *Codd. et Edd. Coll. o.* 101) *Codd. coll. o. Dionys. Burch. Anselm. Ivo Decr. Polyc. — Böhm. — deest in Coll. Quesn.* 102) praecessores: *Coll. Quesn. Burch. Ans. Polyc.* 103) *ABCDEFG: Dionys. Coll. Quesn. Anselm. Ivo Decr. Polyc.* 104) *ABCDEF Ed. Basil. Dionys. Hispan. Burch. Polyc.*; habemus: *Anselm.* 105) duxisses: *EGH Edd. Arg. Bas. Venet.* I. II. *Dionys. Coll. Quesn. Hisp. Burch. Ivo;* dixisset: *D* 106) *ABCH Bohmer Dionys. Coll. Quesn. Hisp. Burch. Anselm. Ivo Decr. Polycarp.* 107) *ABCD Dionys. Coll. Quesn. Hisp. Burch. Anselm. Ivo Decr. Polyc.*

DISTINCTIO XII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod absque discretione iustitiae nulli agere licet. Unde Calixtus Papa* [I.] *omnibus Episcopis* [ait in Epistola I.[1] ad Benedictum Episcopum]:

C. I. *Sine discretione iustitiae contra disciplinam Romanae ecclesiae nulli agere licet.*

Non decet[2] a capite membra dissidere[3 a], sed iuxta scripturae[4 b] testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli uero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit[5 c] omnium ecclesiarum, a cuius uos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et sicut filius[6 d] uenit facere uoluntatem patris, sic et uos uoluntatem implete[7 e] uestrae matris, que est ecclesia, cuius caput, ut predictum est, Romana existit[8] ecclesia. Quicquid[9] ergo sine discretione iustitiae contra huius disciplinam actum fuerit, ratum habere[10 f] nulla ratio permittit.

C. II. *Apostolicis preceptis nullus superbe resistat.*

*Item Gregorius** [Papa IV.][11]

Preceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, que a sancta Romana et[12 a] apostolica auctoritate iussa sunt, salutifere impleantur, si eiusdem sanctae ecclesiae Dei, que est caput uestrum, communionem habere desideratis. §. 1.[13 b] Non nouum aliquid presenti iussione precipimus, sed illa, que olim uidentur indulta, firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis causatio[14], sed omnis sanctae** religionis relatio[15] ad sedem apostolicam quasi ad caput ecclesiarum[16] debeat referri, et inde normam sumere[17], unde sumpsit exordium, ne caput institutionis uideatur omitti[18 c]. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicae petrae, super quam Christus uniuersalem ecclesiam fundauit, soliditate diuelli[19]. Si quis hec[20] apostolicae sedis precepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.

C. III. *Non est resistendum consuetudini, cui canonica non obsistit[21 a] auctoritas.*

Item Nicolaus Michaeli Imperatori[22 b] [Leo IX.* Michaëli Episcopo Constantinopolitano, epist. I. c. 29. et Nicolaus I. epist. II. ad Photium.]

Scit sancta Romana ecclesia, quod[23] nichil obsunt saluti credentium diuersae pro loco et tempore consuetudines[24], si illis canonica non obsistit[25 c] auctoritas[26], pro qua eis obuiare debeamus; unde nil iudicamus eis debere uel posse resisti[27 d].

C. IV. *Consuetudines, que fidei non offitiunt, ut a maioribus traditae sunt, obseruentur.*

Item Ieronimus ad Lucinum, [epist. XXVIII.][28]

Illud breuiter te admonendum puto, traditiones ecclesiasticas, presertim que fidei non offitiant[29 a], ita obseruandas, ut a maioribus traditae sunt, nec aliorum consuetudinem[30] aliorum contrario more subuerti.

C. V. *Traditiones a patribus institutae, non sunt infringendae*[31].

Item Nicolaus Incmaro Episcopo*[32 a].

Ridiculum est, et satis abominabile dedecus, ut traditiones[33 b], quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi[34 c] patiamur.

C. VI. *Mores diuturni pro lege sunt habendi.*

Item Iustinianus Constit. lib. I. tit. I. [Institutionum lib. I. tit. 2. de iure nat. §. 9.][35 a]

Diuturni[36] mores nisi legi sunt aduersi[37 b] consensu utentium approbati legem imitantur.

C. VII. *Quicquid fit contra longam consuetudinem, reuocari oportet.*

Item Cod. lib. VIII. cap. 52. *tit.* 2. [tit. 53. quae sit longa consuetudo, l. 1.][38 a]

Consuetudo precedens et ratio, que consuetudinem suasit, tenenda est. Et quicquid* contra longam consuetudinem fiet[39], ad sollicitudinem[40] suam reuocabit preses prouinciae.

C. VIII. *Immota maneat[41 a] consuetudo, que contra fidem catholicam nichil usurpare dignoscitur.*

Item Gregorius uniuersis Episcopis Numidiis[42 b], [lib. I. epist. LXXV.]

Nos consuetudinem, que contra[43 c] fidem catholicam nichil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus, siue de primatibus constituendis, siue de[44] ceteris capitulis, exceptis iis, qui ex Donatistis ad episcopatum perueniunt, quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum

EDITIO ROMANA.

Dist. XII. c. 1. a) discedere b) sacrae script. c) est d) Dei filius e) impleatis f) haberi — c. 2. a) Romana ecclesia et b) *interiectum est:* et post multa c) omittere — c. 3. a) obstat b) Nicol. Mich. Imp.: *deest* c) obsistat d) resistere — c. 4. a) officiunt — c. 5. a) Archiepiscopo b) ut temporibus nostris vel falso insimulari sanctam Dei ecclesiam permittamus, vel eos tradit c) susc. pro libitu semper errantium infr. — c. 6. a) Const. lib. I. tit. I.: *deest* b) nisi legi s. adversi: *deest* — c. 7. a) c. 52. tit. 2.: *deest* — c. 8. a) permaneat b) Numidiae c) quae tamen contra

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XII. C. II. * Gregorius: Integrum hoc caput invenitur in epistola Gregorii quarti: „Universis Episcopis per Galliam, Germaniam, Europam et universas provincias constitutis," quae est in codice supra citato bibliothecae monasterii Dominicanorum. Initium vero est etiam in epistola Anastasii II. ad Anastasium Augustum, c. 6.

** Sanctae religionis: Sic emendatum est ex ipsa epistola et aliquot manuscriptis Gratiani codicibus; inductis his vocibus: *spei Romanae ecclesiae.*

C. III. * Caput hoc confectum est ex duobus longe diversis locis. Nam usque ad verb.: *si illis,* sumtum est ex prima epistola seu libello Leonis IX. adversus inauditas praesumtiones Michaelis Constantinopolitani et Leonis Acridani episcoporum, cap. 29., ubi loquens de Romana ecclesia ait: *Scit namque, quia nihil obsint saluti credentium diversae pro loco et tempore consuetudines; quando una fides per dilectionem operans bona, quae potest, uni Deo commendat omnes:* et haec fere ab Ivone et in Panormia referuntur. Altera vero pars accepta est ex epistola secunda Nicolai ad Photium, quae incipit: *Postquam beato Petro.* Ibi enim habentur haec; *De consuetudinibus, quas nobis opponere visi estis, scribentes, per diversas ecclesias diversas esse consuetudines, si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua obviare debeamus, nihil iudicamus, vel eis resistimus.*

C. V. * Habetur in epistola scripta Hincmaro et ceteris archiepiscopis et episcopis in regno Caroli ecclesias regentibus, quae exstat in codice iam memorato bibliothecae Dominicanorum, et ex ea caput hoc locupletatum est. Nam antea brevius erat, ut etiam apud Ivonem et in Panormia.

C. VII. * Quicquid: In originali est: *et ne quid contra longam consuetudinem fiat;* sed quoniam rubrica videtur magis convenire lectioni Gratiani, quae est etiam apud Ivonem et in Panormia, non est mutatum.

Dist. XII. can. 1. 1) *Ep. Pseudoisid. Ep.* I. *c.* 1. 2. *ap. Hinschius p.* 136. (*cf. ibi notatos*) *Anselm. dedic.* I, 18. (nulli vero dubium est) *Anselm.* I, 12. (13.) *Polycarp.* I, 17. (I, 19, 2.) 2) enim decet: *orig.;* non debent: *F;* n. licet: *Edd. Lugdd.* II. III. 3) *ABC orig. Ans. Polyc. — In his et sequentibus auctor canonis ut iam Berardus* II, 1, 86. *notavit, imitatus est Leonem M. Ep.* XIV. *c.* 11. *et* XVI. *c.* 1. *Edd. Baller.* 4) *ABCDEFG* 5) *ABCDEGH orig. Ans. Polyc.* 6) *ABC orig. Ans. Polyc.* 7) *ABCDEG Polyc.* 8) consistit: *EG Edd. coll. o. praeter Bas.* — exstitit: *Polyc.* 9) *cf. Cap. Angilram. c.* 2. *ap. Hinschius* 758. 10) *ABCEG Anselm.* || can. 2. 11) *ABCEFG — Epistola non inoffensae fidei, quam tamen Jaffé no.* 1958 *ad a.* 833 *dubitans inter genuinas ponit, Berardus* II, 2, 211 *sq. falsam esse declarat integra legitur apud Mabillon, Vet. Anal. p.* 298 *adiecta subscriptione: Dat.* VIII. *Id. Iul. Ind.* XI. *a.* 832. — *Anselm.* I, 20, (21.) *Polycarp.* I, 17. (I, 19, 3.) 12) *ABCD orig. Ans. Polyc.* 13) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 14) accusatio: *alii sec. Corr.* 15) *lectionem a Corr. indicatam servant: Edd. Venet.* I. II. *Norimb. Lugd.* I. II. — S. R. E. et religionis: *Edd. Arg. Lugd.* III.; *in sola Basileensi sed etiam in omn. Codd. collat. Anselm. et Polycarpo legitur ut est restitutum.* 16) omnium ecclesiarum: *EGH* 17) assumere *et paullo post:* assumsit: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. — sed in C:* amitti 19) convelli: *Edd. coll. o. exc. Basil.* 20) hoc praecepto sed ap. praecepta: *orig. Corr.* || can. 3. 21) *ABCDE* 22) *Codd. et Edd. coll. o. — Leonis* IX. *Ep. ao.* 1054 *scripta apud Mansi Conc.* XIX, 635. — *Jaffé no.* 3286. — *Nicolai* I. *Ep. ao.* 862 *scripta ibid.* XV, 174; XVI, 68. — *Jaffé no.* 2030. — *Ivo Pan.* II, 155. (Nicol. Mich. imp.) *Ivo Decr.* IV, 223. (Leo IX. Mich. imp. Constant.) *ib.* V, 44. (*can:* a sede principis *in medio;* Leo IX. patr. Constant.); *Caes.* I, 15. — *cf. Wasserschleben Beitr.* 67. 23) quia: *Ivo Decr. lib.* IV. *et* V. 24) temp. constitutiones vel consuet.: *EGH* 25) *ABC;* obstat: *F Nicolaus Ivo Pan.* 26) *verba:* si illis c. n. o. a.: *desunt in Ivonis decreto, ubi legitur, ut etiam in Panorm.* (*ubi taemn verba ista exstant*): quando una fides per dilectionem operans uni Deo commendat omnes. 27) *ABCEGH Edd. coll. o.* || can. 4. 28) *Anselm.* IV, 44. *ubi canon qui tamen in Vaticano Ans. cod. deest, amplior est — Quae R. ex Ivone citavit falsa sunt;* — ad Lucianum: *DG* 29) *ABCDEG orig.* 30) consuetudine: *EGH* 31) trad. quae a patr. inst. non sunt infr.: *AB* || can. 5. 32) *ABC* — Nicolaus: *E;* Nic. Ignotio Ep.: *DG Ep.* 70. *scr. ao.* 867. *ap. Mansi Conc.* XV, 357. *Jaffé no.* 2179. *Ivo Decr.* IV, 212. *Ivo Pan.* II, 156. (*can.:* de consuetudinib. *in medio;* Leo III. Lothario Aug.) 33) *Codd. et Edd. Coll. o. Ivo Pan.* 34) *Codd. coll. o. Ivo Decr. et Pan.* || can. 6. 35) *ABCDEFG — Ans. dedic.* VII, 2.; *Ivo Pan.* II, 160. (*can:* ex non scripto *in medio*) *Ivo Decr.* IV, 194. (eod. modo) 36) nam diuturni: *Ans. ded. Ivo Decr. Pan.* 37) *Codd. coll. o.* || can. 7. 38) *ABC — Anselm. ded.* VII, 68. *Ivo Decr.* IV, 201. *Ivo Pan.* II, 162. *Coll. tr. P.* III, 7, 2. (III, 8, 2.) *Caes.* I, 26. 39) fit: *ABD Ans. ded.* 40) consuetudinem: *male ap. Ivo Pan.* || can. 8. 41) *ABCDEG* 42) *Codd. coll. o. — Ep.* 77. (*scr. a* 591.) *l.* I. *ed. Maur. cf. supra D.* XI. *c.* 6. — *Jaffé no.* 781. — *Ivo Decr.* IV, 204. *Coll. tr. P.* III, 7, 6. (III, 8, 5.) *Caes.* I, 15. 43) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo. Coll. tr. P.* 44) constitut. ceteris capitulis: *Ivo Decr.* — constit. ceterisque cap: *Coll. tr. P.*

ordo[45d*] eos deferat ad locum eundem) modis omnibus prohibemus. Suffitiat autem illis commissae sibi plebis curam[46] gerere, non autem illos[e] antistites, quos catholica fides in ecclesiae sinu et edocuit[47] et genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire.

C. IX. *Non negentur[48a] que consuetudinis sunt.*

Item Gregorius [ad Maximum Salonitanum Episcopum lib. VII. Regest. epist. 81.][49]

Quemadmodum illicita[50] perpetrare[51b] non patimur, sic que consuetudinis sunt non negamus[52].

C. X. *Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat.*

Item ad Augustino Anglorum Episcopo[53a], [resp. ad interrog. 3.]

Nouit fraternitas tua Romanae ecclesiae consuetudinem, in qua se meminit nutritam[54b]. Sed mihi placet, ut siue in Romana, siue in Gallicorum[55], siue in qualibet ecclesia inuenisti[56c], quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite eligas, et in Anglorum ecclesia, que adhuc in fide noua est, institutione precipua, que de multis ecclesiis colligere potueris[57d], infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus[58] loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis que pia, que religiosa, que recta sunt, elige, et hec quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone[59].

C. XI. *Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum.*

Item Augustinus ad Ianuarium, [epist. CXVIII. cap. 1. et 2.][60]

Illa autem, que non scripta, sed tradita[61] custodimus, que quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi uel ab ipsis apostolis, uel plenariis conciliis, (quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas), commendata atque statuta retineri: sicuti id[62a] quod Domini passio et resurrectio et ascensio in celum, aduentus[63b] Spiritus[c] sancti anniuersaria solennitate celebratur[64d]: et si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur[65e] ab uniuersis[66f], quacunque se diffundit[67], ecclesia. §. 1. Alia uero, que per loca terrarum regionesque uariantur, sicuti est quod alii ieiunant sabbatum[68g], alii non[69h]: alii uero[70i] quotidie communicant corpori et sanguini domini[71k], alii certis diebus accipiunt[72l]: et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc[73m] genus rerum liberas habet obseruationes[n]; quod enim[74] neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur[75o], indifferenter habendum[76p], et pro eorum, inter quos uiuitur, societate seruandum est. Mater[77q*] Mediolanum me secuta[78r] inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem; ceperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimae memoriae Ambrosium episcopum[79s]; at ille ait: cum Romam uenio, sabbato ieiuno, cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic et tu[80t], ad quam forte ecclesiam ueneris, eius morem serua, si cuiquam non uis esse scandalum[81u], nec quemquam tibi. Hoc cum matri renuntiassem, libenter amplexa est.

II. Pars. Gratianus. *Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est, que uel uniuersalis ecclesiae usu, uel temporis prolixitate roboratur. Ceterum, si pro uarietate temporum uel animorum uariae*[82v] *consuetudines introducantur, inuenta opportunitate, resecandae sunt potius, quam obseruandae.*

Unde Augustinus scribit ad inquisitiones Ianuarii [epist. CXIX. c. 19.][83]

C. XII. *Resecanda sunt, que neque auctoritate, neque moribus uniuersitatis comprobantur.*

Omnia talia, que neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in[84] conciliis episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine uniuersae[85a] ecclesiae roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter uariantur, ita ut uix, aut numquam omnino inueniri possint causae, quas in eis constituendis[86b] homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quam paucissimis et manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse uoluit liberam, adeo[87c] seruilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit conditio Iudeorum, qui etiamsi tempus libertatis non cognouerint[88d], legalibus tamen sacramentis[89], non humanis presumtionibus subiciuntur.

C. XIII. *Omnes prouinciales*[90a] *eundem in psallendo modum teneant, quem metropolitanam sedem*[91] *habere cognouerint.*

Item ex Concilio Tolletano [XI. c. 3.][92]

III. Pars. De his, qui contra Apostoli[93] uoluntatem circumferuntur omni uento doctrinae, placuit sancto[b] concilio, ut metropolitanae sedis auctoritate coacti uniuscuiusque prouinciae* ciues, rectoresque ecclesiarum unum eundemque in psallendo teneant modum, quem metropolitana in[94] sede cognouerint institutum, nec aliqua diuersitate cuiusque ordinis uel offitii a metropolitana se patiantur sede disiungi. Sic enim iustum est, ut inde unusquisque sumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem accipit[95], ut iuxta maiorum decreta sedes, que uniuscuiusque[96c] sacerdotalis

EDITIO ROMANA.

Dist. XII. c. 8. d) ordo clericorum* e) autem etiam illos — c. 9. a) negatur b) perpetrari — c. 10. a) it. Gregorius ad Augustinum Angl. Episcopum b) enutritam c) aliquid invenisti d) poteris — c. 11. a) id: *deest* b) et advent. c) de coelo spiritus d) celebrantur e) servatur f) universa g) sabbato h) alii vero non i) vero: *deest* k) dominico l) *Corr. adiiciunt post verb.:* accipiunt: alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur, alibi sabbato tantum et dominico, alibi tantum dominico m) hoc: *deest* n) *Corr. adiiciunt post verb.:* observationes: nec disciplina ulla est in his melior gravi prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam, ad quamcunque forte devenerit o) mores iniungitur p) est habend. q) mater mea* r) consecuta s) beat. mem. virum Ambros., at t) etiam tu u) scandalo v) vel locorum variae — c. 12. a) universalis b) instituendis c) adeo: *deest* d) agnoverint — c. 13. a) provinciae b) huic sancto c) unicuique

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * **Ordo clericorum:** Sic etiam legitur in aliquot vetustis Gratiani et in aliquibus B. Gregorii codicibus; sed auctor glossae non videtur habuisse verbum: *clericorum*, quemadmodum neque Ivo, neque pleraque Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliquae etiam B. Gregorii operum editiones.

C. XI. * **Mater mea:** In hoc capite, quemadmodum et in sequenti, multa sunt emendata ex B. Augustino, ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco usque in finem, quoniam verba B. Augustini apte erant in epitomen redacta, nihil additum est.

C. XIII. * **Provinciae cives:** In codice Lucensi pervetusto bibliothecae Regis Catholici et in conciliis impressis in margine legitur: *provinciae pontifices:* quae dictio, in fine huius capitis repetita, ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, et duobus codicibus Vaticanis legitur: *cives.*

Dist. XII. can. 8. 45) *Codd. coll. o. Ivo. Coll. tr. P.* 46) tantummodo curam: *orig. sec. Corr.* 47) docuit: *FG* || can. 9. 48) *ABCFG* 49) *Ep. 81. l. IX. (scr. ao. 599) Ed. Maur. Jaffé no.* 1237. 50) quemad. quae illicita sunt: *EGH* 51) *ABCG* 52) patimur, si quae sunt et moribus utentium comprobatae et legi non adversae consuetutinis non negamus: *EGH* || can. 10) 53) *ABCDF Ep.* 64. *lib.* XI. (*scr. ao.* 601) *Ed. Maur. cf. ad. Dist.* V. c. 1. *Jaffé no.* 1414: *Ivo Decr.* II, 80; *Coll. tr. P.* I, 55, 22. 54) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* esse nutritam: *Ivo.* 55) Galliarum: *orig.:* Gallicanorum: *orig. sec. Corr.;* Gallicana: *Ivo* 56) *Codd. coll. o.;* ecclesia certe invenisti: *Coll. tr. P.* 57) *ABCEH Coll. tr. P.;* potuisse: *orig.:* potuisti: *orig. sec. Corr.* 58) rebus nobis: *orig.* 59) dispone: *aliq. orig. Codd. sec. Berard.* II, 2, 97. || can. 11. 60) *Lib.* I. *ad inquisit. Ianuarii* 5. *Ep.* 54. *c.* 1. *scr. c. a.* 400. *Ed. Maur.* 61) tradita sunt: *EFG* 62) *ABCEGH* 63) *ABCEFG* 64) *ABC* 65) *ABCD;* conservetur: *EFGH* 66) *ABFG;* ab universis episcopis: *C;* ab universitate: *F* 67) quocunque se diffuderit: *F;* quacunque se fundit: *G* 68) *ABC* 69) *Codd. coll. o.* 70) vero quotidie: *ABCF* 71) *ABCFG orig.* 72) sumunt vel accipiunt: *EGH* 73) *ABEFG orig.* 74) enim: *deest: EGH* 75) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 76) *ABC* 77) *ABC; Hoc loco in EGH initium est novi canonis cum inscript.:* Augustinus idem Ambrosii auctoritate asserit.; *in orig. verbis:* mater mea *praecedit:* Credo te aliquando ex me audisse sed tamen etiam nunc commemoro. — *Quomodo sequentia verba originalis mutata sint ex Berard.* III, 333. *intellegi potest.* 78) *Codd. et Edd. coll. o.* 79) *Codd. coll. o.* 80) *ABCEG* 81) *Codd. coll. o.* 82) *ABCD* || can. 12. 83) *Ep.* 55. *c.* 35. (*scr. proxime ineunte saec.* V.) *Ed. Maur. Ivo Decr.* IV, 206. *Ivo Pan.* II, 168. *Coll. tr. P.* III, 7, 6. (III, 8, 6.) *Caes.* I, 9. 84) de: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 85) *ABC orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 86) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 87) *ABCEFG: Edd. coll. o.* — voluit quam servilibus: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 88) *ABCEFGH Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 89) sarcinis: *orig.* || can. 13. 90) *ABCEFGH Edd. coll. o.* 91) ecclesiam: *F et al. sec. Corr.* 92) *hab. ao.* 675. *Coll. tr. P.* II, 42, 2. 93) *Ephes. c.* 4. *v.* 14. — apostolicam: *D Edd. coll. omn. praet. Basil.* 94) a: *Edd. coll. o. praet. Basil.* 95) accepit: *D Hisp. praeterito etiam Edd. coll. omn. utuntur;* suscepit: *F* 96) *Codd. coll. o.*

dignitatis est mater, sit ecclesiasticae[97] magistra rationis. Abbatibus sane indultis offitiis, que iuxta uoluntatem sui episcopi regulariter illis[98] implenda sunt, cetera offitia publica, id est uesperam[99][d], matutinum, siue missam, aliter quam in principali ecclesia celebrare non liceat[100]. §. 1. Quisquis autem horum decretorum uiolator exstiterit, sex mensibus communione priuatus apud metropolitanum sub penitentiae censura maneat[101][e] corrigendus: quatenus apud illum et preteritae transgressionis culpam lacrimis diluat, et necessariam offitiorum doctrinam studiose addiscat. §. 2. Sub ista ergo regula disciplinae non solum metropolitanus totius suae prouinciae pontifices uel sacerdotes adstringat, sed etiam ceteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores obtemperare institutionibus[102][f] cogant.

C. XIV. *Ordo seruetur in matutinis et uespertinis offitiis unus et idem.*

Item ex Concilio *Bracarensi* [I.[103] cap. 1.]

Placuit[104] omnibus communi consensu, ut unus atque idem psallendi ordo in matutinis uel uespertinis offitiis teneatur, et non diuerse ac priuate[105][a], neque* monasteriorum consuetudines cum ecclesiastica regula sint permixtae.

DISTINCTIO XIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Item aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur; nisi forte duo mala ita urgeant ut alterum eorum necesse sit eligi.*

Unde in Concilio *Tolletano* VIII.[1] [c. 2.] *legitur.*

C. I. *Minus malum de duobus est eligendum.*

Duo* mala, licet cautissime sint[2][a] precauenda tamen si periculi necessitas unum ex his temperare[3][b] compulerit, id debemus resoluere, quod minori nexu[4] noscitur obligari[5][c]. Quid autem leuius ex his, quidue grauius sit, purae[6] rationis acumine inuestigemus. Etenim dum peierare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum uero noxia promissa complemus et Dei iussa contempnimus[7][d] et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliori mortis[8][e] gladio trucidamus. Illic[9] enim dupplici culparum telo perimimur[10], hic tripliciter iugulamur[11].

C. II. *De eodem.*

Item *Gregorius* *in Moralibus parte VI. lib. XXXV. c. XIV.*[a] [in c. 40. Iob. l. XXXII. c. 17. 18. 19. et 20.][12]

Nerui testiculorum Leuiathan[13] perplexi sunt, quia suggestionum illius argumenta implicatis inuentis[14] alligantur[15][b], ut plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine alio[16][c] peccati laqueo non euadant, et culpam faciant, dum uitant[17], atque nequaquam se ab una ualeant soluere[18], nisi in alia[19] se consentiant ligare[20][d]. Quod melius ostendimus, si qua ex conuersatione hominum alligationis[21][e] huius exempla proferamus[22]. §. 1.[f] Ecce quidam, dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi uitam ducenti, quod secreta[23] illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit. Sed is, cui iuratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut etiam maritum adulterae occidere conetur. Is autem, qui iusiurandum prebuit, ad mentem reuertitur et diuersis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silentio[24] adulterii simul et homicidii particeps fiat, prodere[25][g] trepidat, ne reatu se periurii obstringat. Perplexis ergo neruis testiculorum ligatus est, qui[26][h] in quamlibet partem declinet, metuit, ne a transgressionis contagione liber non sit. §. 2. Alius cuncta, que mundi sunt, deserens, ac per omnia frangere proprias uoluntates querens, alieno se subdere regimini appetit, sed eum, qui sibi ad[27][i] Deum preesse debeat, minus cauta inquisitione discernit: quia[28][k] fortasse is, qui sine iudicio eligitur, cum preesse iam ceperit, agere[29] que Dei sunt prohibet, que mundi sunt iubet. Pensans itaque subditus, uel que sit culpa inobedientiae, uel quod contagium secularis uitae, et obedire trepidat, et non obedire formidat, ne aut obediens Deum in suis preceptis deserat, aut rursus non obediens Deum in electo priore contempnat. §. 3.[l] Alius pensare pondus honoris[30] ecclesiastici negligens ad locum regiminis premiis ascendit. Sed quia omne, quod hic eminet, plus meroribus afficitur, quam honoribus gaudet[31], dum cor tribulatione[32][m] premitur, ad memoriam culpa[33] reuocatur, doletque se ad laborem cum culpa peruenisse, et quam sit iniquum, quod admiserit, ex ipsa fractus[34] difficultate cognoscit. Reum se igitur cum impensis premiis agnoscens, uult adeptae sublimitatis locum deserere, sed timet, ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse; uult suscepti gregis curam[35] gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gregis[36][n] empta[37] possidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hinc inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum uidet, si aut susceptus semel grex relinquitur[38][o], aut rursum sacra actio seculariter empta teneatur. Undique metuit et suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine non digne, lugeat quod non etiam deserens emendat*, aut certe regimen deserens, dum aliud flere[39] nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat[p].

II. Pars. §. 4. Est tamen, quod ad destruendas Behemot uersutias subtiliter[40] fiat, ut cum[41][q] mens inter minora et maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato aditus[r] patet, minora semper eligantur; quia et qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam precipitat, ubi breuior murus ingeritur[42][s]. Hinc Paulus[43], cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima[44], ut maiora declinarent, dicens: „Propter

EDITIO ROMANA.

Dist. XII. c. 13. d) vesperas e) permaneat f) his institution. — c. 14. a) diversae ac privatae — Dist. XIII. c. 1. a) sint omnino b) perpetrare c) obligare d) superbe contemnimus e) mortis: *deest* — c. 2. a) part. VI. lib. XXXV. c. XIV: *deest* b) illigantur c) aliquo d) ligari e) illigationis f) *Corr. adiecerunt:* et nonnullis interiectis g) et prodere h) quia i) apud k) cui l) *adiiciunt Corr.:* et infra m) tribulationibus n) gratiae o) relinquatur p) *post* committat *adiecerunt Corr.:* et infra q) dum r) evadendi aditus s) invenitur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * **Neque monasteriorum:** In concilio ipso, postremo Coloniae excuso, abest vox: *neque.* In ceteris autem editionibus sic legitur: *privatae monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permixtae.*

Dist. XIII. C. I. * In ipso concilii capite multa antecedunt et sequuntur, quae perlegenda sunt.

C. II. * **Emendat:** Hoc loco in originali videtur constructio verborum perturbata et restituenda ex Gratiano.

Dist. XII. can. 13. 97) mater ecclesiasticae magistra dignitatis vel rationis: *E;* mater sit ecclesias. magistra dignitatis vel rat.: *G Edd. coll. o. praeter Basil.* 98) illis: *deest: Coll. tr. P.* 99) *ABCEF;* vesperum: *D* 100) celebrari non licebit: *Coll. tr. P.* 101) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 102) *Codd. coll. o., Ed. Basil. Coll. tr. P.;* suis instit.: *Edd. coll. rel.* || can. 14. 103) *Conc. Brac.* I. *hab. a.* 561. *ap. Bruns* II, 33. 104) *cf. Conc. Tolet.* IV. *c.* 2. 105) *ap. Bruns* I, 275.

Dist. XIII. can. 1. 1) *Conc. Tolet.* VIII. *hab. ao.* 653. *Codd. coll. o. orig. Hisp. Burchard.* XII, 29. (*inde a verbis:* etenim dum peierare *sed continuatur canon;* c. 84. *eiusdem Burch. lib.* XII. *a R. citatus non existit.*) *Ivo Decr.* XII, 16; *Ivo Pan.* VIII, 119; *Coll. tr. P.* III, 22, 15. (III, 23, 15); *Caes.* VI, 13. — *Conc. Tolet.* IX: *ABEG* 2) *AB orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 3) *AB Ivo Decr. Coll. tr. P.;* temptare: *D;* remeare: *in Conc. ap. Mansi.;* temerare: *orig. Hisp. et quaedam Ivonis Mscpta.* 4) minori sensu: *Ivo Pan.* 5) *ABCEH Edd. ant. coll. o. — orig. sec. Corr. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 6) pio: *orig. Hisp.;* pro: *in Conc. ap. Mansi.;* piae: *allii sec. Corr.;* pietatis acumine: *ibid.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 8) *ABCEFGH Edd. coll. o. — orig. Hisp. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.,* crudelioris mortis gladio: *D* 9) illinc: *Edd. coll. o. exc. Basil.;* hic: *Ivo Pan.* 10) percutimur: *orig. Hisp. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* perimus hinc: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 11) iugulamur: *deest: Ivo Pan.* || can. 2. 12) canon cum priore coniungitur: *EG; in Ed. Maur. lib.* 32. *c.* 16. 13) *Et in c.* 40. *Iob. et ap. Greg. haec de Behemoth praedicantur.* 14) inventionibus: *orig.* 15) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. 16) *ABEH orig.* 17) vitant aliam: *EGH;* c. etiam f. d. aliqua vitant: *Edd. coll. om. praet. Basil.* 18) absolvere: *Edd. Arg. Venet.* II. *Paris Lugd.* I. 19) aliam: *EGH* 20) *ABCDF* 21) *ABDEGH Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. 22) conferamus: *orig.* 23) qui secreta illius: *E;* quod secreta scelera: *EF Edd. coll. o.* 24) silendo: *Edd. Lugdd.* II. III. 25) *ABCDFG* 26) *ABCGH* 27) *ABCH Edd. omn. praeter Lugdd.* II. III. 28) *ABDEGH* 29) agi: *orig.* 30) oneris: *Ed. Bas.* 31) Sed quid est quod hoc primum plus honoris efficitur quam honoribus gaudeat: *F* 32) *ABCDF Edd. coll. o. praeter Lugdd.* II. III. 33) culpae: *Edd. Venet.* I. II. *Nor. Paris. Lugd.* I. 34) fractus sine dubio diffic.: *DEG Ed. Bas.;* fracta; *F;* fructus: *orig. sec. Corr.* 35) custodiam: *AB* 36) *Codd. et Edd. coll. o.* 37) dimittere quam emta poss.: *G Edd. coll. omn. praeter Bas.;* dimittere quam possidere: *H* 38) *ABCDE* 39) dum flere: *G;* dum aliquid fieri: *E* 40) utiliter: *orig.* 41) *ABCEFG* 42) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. 43) I. *Cor. c.* 7. *v.* 6. 44) minora: *EGH*

fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat.“ Et quia tunc solum coniuges in admixtione sunt sine culpa, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, ut hoc etiam, quod concesserat, sine culpa (quamuis minima) non esse monstraret, ilico adiunxit: „Hoc[45] autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.“ Non enim est sine uitio, quod ignoscitur, non precipitur. Peccatum profecto uidit, quod posse[46] indulgeri preuidit. Sed cum in dubiis constringimur, utiliter minimis subdimur, ne in magnis sine uenia peccemus. §. 5. Itaque[47] plerumque neruorum Behemot istius perplexitas soluitur, dum ad uirtutes maximas per commissa minora transitur.

DISTINCTIO XIV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Verum hoc in*[1] *una eademque persona intelligitur. Ceterum an*[2] *in diuersis eadem dispensatio locum habeat, uidelicet, ut committamus minora, ne alii grauioribus implicentur, merito queritur.*

De his ita scribit Augustinus *lib. Quest. super Genes.*[3] [cap. 42.]

C. I. *Non sunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alii grauiora committant.*

Quod ait Sodomitis Loth[4]: „Sunt mihi duae filiae, que nondum nouerunt uiros; producam illas ad uos, utimini illis, sicut[5a] placuerit uobis: tantum in uiros istos ne faciatis iniquum:“ quoniam prostituere uolebat filias suas hac compensatione, ut uiri hospites eius nichil a Sodomitis tale paterentur, utrum admittenda sit compensatio flagitiorum uel[6] quorumcumque peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat; an potius perturbationi Loth, non consilio tribuendum sit, qui[7b] hoc dixerit[8], merito queritur. Et nimirum periculosissime admittitur hec compensatio. Si autem perturbationi humanae tribuitur et menti tanto malo permotae, nullo modo imitanda[9] est.

II. Pars. Gratianus. *Consuetudinis autem uel constitutionis rigor nonnumquam relaxatur.*

Unde Leo *Papa ait* [ad Rusticum Narbonensem Episc. epist. XC. ante cap. I.][10]

C. II. *Que constitutiones ualeant temperari, uel que non.*

Sicut quedam sunt, que nulla ratione conuelli possunt, ita multa sunt, que aut pro necessitate temporum[11], aut pro consideratione etatum oporteat[12] temperari; illa semper conditione[13a] seruata, ut in his, que uel dubia fuerint aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec preceptis euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum.

DISTINCTIO XV.

GRATIANUS.

I. Pars.[1] *De naturali iure*[2a] *et constitutione uel consuetudine hactenus disseruimus, differentiam, qua ab*[3b] *inuicem discernuntur, assignantes: nunc ad ecclesiasticas constitutiones*[4] *stilum uertamus, earumque*[5c] *originem et auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus, breuiter assignantes.*

C. I. *Quo tempore ceperint canones generalium conciliorum.*[6]

Canones[7] generalium conciliorum *(ut Ysidorus ait lib.* 6. *Etimol. c.* 16.)[8]* a temporibus Constantini ceperunt. In[9] precedentibus namque annis persecutione feruente docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hereses scissa est, quia non erat episcopis licentia conueniendi[10] in unum, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem[11] Christianis libere congregari. Sub hoc etiam[12] sancti Patres in concilio Niceno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem euangelicam et apostolicam secundum post apostolos simbolum tradiderunt. §. 1. Inter cetera autem concilia quatuor sunt uenerabiles sinodi[13a], que totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor euangelia, uel totidem paradisi flumina. §. 2. Harum prior[14b] Nicena sinodus CCCXVIII. episcoporum Constantino[15] Augusto imperante peracta est: in qua Arrianae perfidiae condempnata est[16c] blasphemia, quam de inequalitate sanctae[17] Trinitatis idem Arrius asserebat, et[18d] consubstantialem Deo Patri Dei[19e] Filium eadem sancta sinodus per simbolum[20] diffiniuit. §. 3. Secunda sinodus CL. Patrum sub Theodosio seniore Constantinopolim congregata est, que Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse negantem, condempnans, consubstantialem Patri et Filio Spiritum sanctum demonstrauit, dans simboli formam, quam tota Grecorum et Latinorum confessio in ecclesiis predicat. §. 4. Tertia sinodus Ephesina prima CC. episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita est[21], que Nestorium, duas personas asserentem in Christo, iusto anathemate condempnauit[22], ostendens manere** in duas naturas[23f] unam Domini Iesu[24g] Christi personam. §. 5. Quarta sinodus Calcedonensis DCXXX.[25] sacerdotum sub Martiano principe habita est, in qua Euticem Constantinopolitanum abbatem uerbi Dei et carnis unam naturam pronuntiantem, et eius Dioscorum defensorem, quondam Alexandrinum episcopum[26], et ipsum rursum Nestorium episcopum[27h] cum reliquis hereticis, una Patrum sententia dampnauit[28]; predicans eadem sinodus Christum Dominum sic natum de Virgine, ut in eum[29i] substantiam et[30k] diuinae et humanae confiteamur naturae. §. 6. He sunt quatuor sinodi principales, fidei naturam[31l] plenissime predicantes. Sed et si qua[32] sunt concilia, que sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritates[33m] omni manent stabilita uigore: quorum gesta in hoc opere condita continentur[34].

§. 7. Sinodus autem ex greco interpretatur comitatus uel cetus[35]. Concilii*** uero nomen tractum est ex more

EDITIO ROMANA.

Dist. XIV. c. I. a) quomodo b) quia — c. 2. a) consideratione — Dist. XV. Pars. I. a) quoniam de b) ab: *deest* c) earum. — c. I. a) quat. esse scimus ven. synodos b) prima c) est: *deest* d) et: *deest* e) Deum f) duabus naturis g) nostri Iesu h) episcop.: *deest* i) eo k) et: *deest* l) doctrinam m) auctoritatem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XV. C. I. * Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Isidori ante ipsius praefationem, non autem in codice bibliothecae Dominicanae: in quo tamen usque ad versiculum, *inter cetera*, ponitur etiam (quemadmodum et in aliis) ante initium concilii Niceni.

** Manere: In plerisque antiquis Gratiani exemplaribus et Isidori codice impresso legitur ut est emendatum. Sed in aliis eorundem manuscriptis et impressis Gratiani legitur: *manere in Christo duas naturas, et unam Domini nostri Iesu Christi personam.*

*** Concilii vero: Apud Isidorum in lib. Etymol. locus hic mendose legitur. Verum in praefatione eiusdem Isidori, editioni Parisiensi conciliorum praeposita, quae cum aliquot vetustis collata est, legitur: *Concilii vero nomen tractum ex communi intentione, eo quod in unum dirigant omnes*

Dist. XIII. 45) 1. *Cor. c. 7. v. 6.* 46) possit: *Edd. Lugd.* II. III *Bas.* — posset: *Edd. coll. rel.* 47) ita: *ABFG*

Dist. XIV. Pars. I. 1) ita in: *CDG* 2) autem an: *EGH* ‖ can. 1. 3) *Ivo Decr.* IX, 117; *Coll. tr. P.* III, 19, 2. (III, 20, 2.) 4) *Genes. c. 19. v. 7.* — Quod ait S. L.: *in codd. Augustini desiderantur. Berard.* III, 219. 5) *Codd. coll. om. Coll. tr. P.* 6) vel: *deest: Coll. tr. P.* 7) *ABCEFGH* 8) dixit: *EGH* 9) admittenda: *EGH* 10) *Ep.* 167. (*scr. ao.* 458 *vel.* 459.) *Edd. Ball.* — *Jaffé no.* 320. — *Anselm.* II, 73. *Ivo in prol. c.* 12. *Coll. tr. P.* I, 43, 46; — *in hoc canone ordo verborum non restitutus est a Correctoribus ob glossam.* 11) rerum: *orig. Ans.* 12) oportet: *Ivo* 13) *ABCD orig. Coll. tr. P. Anselm.*

Dist. XV. Pars. I. 1) *in EGH non est Dictum Gratiani, sed canon.* 1. *cum inscriptione:* de ecclesiasticis legibus et earum auctoritate. 2) *Codd. coll. o.* 3) *Codd. coll. o.* 4) institutiones: *CEFG* 5) *ABC* ‖ can. 1. 6) *Anselm. in prooem. Ivo Pan.* II, 104. (*ab initio usque ad verb.* In praecedentibus; *deinde in* §. 1. *usque ad* §. 3.); *ap. Boehmer contra Codd. et Edd. fidem legitur inscr.:* Leo Papa. 7) canones autem: *Anselm.* 8) c. 17: (*falso*) *ABC etc.* 9) *haec et sequentia verba usque ad* §. 1. *desunt apud Ivonem.* 10) convenire: *orig. Anselm.* 11) potestatem: *EGH* 12) enim: *EH* 13) *Codd. et Edd. coll. o.:* quatuor esse manifestum est: *Anselm.;* quat. esse constat.: *Ivo* 14) *Codd. et Edd. coll. o. Anselm.* 15) sub Constantino: *Ivo* 16) *Codd. coll. o. Ans. Ivo* 17) sanctae: *deest: Ivo* 18) *ABEG* 19) *Codd. et Edd. coll. o. Anselm. Ivo* 20) per simbolum: *deest: Ivo* 21) est: *deest: CDEF* 22) damnavit: *EGH* 23) *ABDEFH Anselm.* 24) *ABC orig.* 25) DCXVIII: *Anselm.* 26) episcopum: *deest: ABF* 27) *Codd. coll. o.* 28) praedamnavit: *CDF Anselm.* 29) *Codd. coll. o. Ans.* 30) *ABCDF orig. Anselm.* 31) *ABCDFGH Turrecrem. ed. Fontan. Ans.* 32) si qua sunt alia: *E Edd. coll. o. Boehm.* si sunt alia: *DF* 33) *ABCDFH Turrecrem. ed. Fontan.* 34) *verba:* quorum etc. *desumta ex praef. Isid. in coll. can. absunt ab Anselmo.* 35) synodum . . . interpretari comitatum . . . coetum: *Anselm. et quid. Isidori codd.*

Romano. Tempore enim, quo causa agebatur[36n], conueniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde et[37o] concilium a communi intentione dictum quasi consilium; consilium quasi considium, d in l literam transeunte; uel concilium dictum est ex[38p] communi intentione, eo quod in unum dirigant omnem mentis obtutum[39]: supercilia[40q] enim oculorum sunt; unde qui[41] sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non sentiunt[42r] in unum. Cetus uero conuentus est uel congregatio, a coeundo, id est a conueniendo in unum. Hinc et[43s] conuentus est nuncupatus, quod[44t] ibi homines conueniunt[45u]; sicut conuentus cetus sic[46v] et concilium a societate multorum in unum appellatur[47w].

De quatuor quoque[48a] *conciliis scribit* B. *Gregorius*, *ita dicens*, [lib. I. Regesti Epist. 24.][49]:

C. II. *De auctoritate quatuor conciliorum.*

Sicut sancti euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et uenerari me fateor. Nicenum scilicet[50], in quo peruersum Arrii dogma destruitur: Constantinopolitanum quoque[51], in quo Eunomii et Macedonii error conuincitur: Ephesinum etiam primum[52], in quo Nestorii impietas iudicatur: Calcedonense uero[53], in quo Euticetis Dioscorique prauitas est reprobata[54b]; hec[55c] tota deuotione amplector[56d], integerrima approbatione custodio, quia in his uelut in quadrato lapide sanctae fidei structura consurgit[57], et cuiuslibet* uitae[58] atque actionis norma existit[59e]. §. 1. Quintum concilium quoque ueneror[60f], in quo epistola, que Ibae[61] dicitur, erroris plena reprobatur[62]; Theodorus[63g] personam mediatoris Dei et hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur, scripta[64h] quoque Theodori[65i], per que beati Cirilli fides reprehenditur, ausu dementiae prolata, refutantur. Cunctas uero quas[66] prefata ueneranda concilia personas respuunt, respuo; quas uenerantur, amplector: quia dum uniuersali sunt consensu constituta, se et non illa destruit[67], quisquis presumit aut[68] absoluere[69k] quos religant[70], aut ligare[71] quos absoluunt[72l].

De eisdem scribit etiam Gelasius Papa [in concilio habito Romae cum LXX. Episcopis] *dicens:*[73]

C. III. *Que concilia*[74] *sancta Romana ecclesia suscipiat.*

Sancta Romana[75] ecclesia post illas ueteris et noui testamenti scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam sinodum Nicenam CCCXVIII. Patrum, mediante Maximo Constantino Augusto, in[76] qua Arrius hereticus condempnatus est; sanctam sinodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hereticus debitam dampnationem excepit; sanctam sinodum Ephesinam primam[77a], in qua Nestorius dampnatus est consensu beatissimi Papae Celestini, mediante Cirillo Alexandrinae sedis antistite[78], et Arcadio episcopo ab Italia destinato; sanctam sinodum Calcedonensem, mediante Martiano Augusto et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Euticiana heresis[79b] simul cum Dioscoro eiusque complicibus dampnatae sunt[80]; sed et si qua sunt concilia a sanctis Patribus hactenus instituta, post[81] istorum quatuor auctoritatem et custodienda, et recipienda decernimus[82c]*.

§. 1. Iam nunc subiciendum est de opusculis sanctorum Patrum, que in ecclesia catholica recipiuntur[83]. §. 2. Opuscula B. Cipriani[84] martiris et Cartaginensis episcopi. §. 3. Item opuscula B. Gregorii Nacianceni episcopi[85]. §. 4. Item opuscula B. Athanasii Alexandrini episcopi. §. 6.[86d] Item opuscula B. Iohannis Constantinopolitani episcopi[87]. §. 9.[88e] Item opuscula B. Ylarii Pictauiensis episcopi. §. 10. Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi. §. 11. Item opuscula

EDITIO ROMANA.

Dist. XV. c. 1. n) causae agebantur o) et: *deest* p) a q) cilia r) consentiant s) etiam t) eo quod u) conven. in unum v) sicut a conventu coetus dicitur sic w) appellatur: *deest* — c. 2. a) vero b) reprobatur c) haec: *deest* d) complector e) consistit f) pariter veneror g) in quo Theodorus h) et in quo scripta k) solvere i) Theodoriti l) solvunt — c. 3. a) primam: *deest* b) haereses c) decernimus et mandamus* d) §. 5. Item opuscula B. Basilii Cappadociae episcopi e) *inseruerunt Corr.* §. 7. Item opuscula Theophili Alexandrini Episcopi. §. 8. Item opuscula B. Cyrilli Alexandrini Episcopi

NOTATIONES CORRECTORUM.

mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt: unde et qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non sentiunt unum. Coetus vero conventus est vel congregatio, a coëundo, id est conveniendo in unum: unde et conventus est nuncupatus, quod ibi homines conveniant. Sicut conventus, coetus vel concilium a societate dicitur multorum in unum. In Gratiani codicibus sunt multae varietates, ex quibus ea lectio retenta est, quae visa est melior, quamvis adhuc aliquid fortasse desideretur.

C. II. * Cuiuslibet: Apud B. Gregorium legitur: *Et cuiuslibet vitae atque actionis exsistat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. Quintum, etc.* et in sequentibus significantur tria illa capitula, quorum occasione nonnulli quintam synodum non recipiebant.

C. III. * Mandamus: Post hoc verbum in decreto Gelasii sequitur continenter: *Item opuscula B. Cypriani, etc.* Sed Burchardus et Ivo et Panormia habent ut Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, ut satis certo statui non possit, quae vera et pura sit Gelasii lectio: nec magnopere sit mirandum, si nonnulla sint, quae difficultatem faciunt. Quamobrem, quae auxilio codicum tuto emendari poterant, ea sunt emendata: ceteris locis partim indicatae varietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuisset, labor hic ad libros adeundi accurato lectori est relictus.

Dist. XV. can. 1. 36) *ABDEG Anselm.*; causas agebant.: *C* 37) *CDGH orig. Ans.* 38) *ABCDEGH Ans.* 39) intuitum: *EGH* 40) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. — *Anselm.* 41) et qui: *Ans.* 42) *ABCH;* consentiunt: *DEFG;* sentiant: *Ans.* 43) *ABC* 44) *ABCG;* nuncupat. quia: *E* 45) *ABCDEGH Anselm.* 46) *ABF Anselm.*; sicut conventus est coetus: *D;* sicut conventus vel coetus dicitur: *G Edd. Arg. Venett.* I. II. *Norimb. Paris. Lugd.* I.; sicut conventus in unum dicitur coetus: *Ed. Bas. — in E et Edd. Lugdd.* II. III. *legitur ut in Ed. Rom.* 47) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. || can. 2. 48) *ABC* 49) *l.* I. *Ep.* 25. (*scr. ad Ioann. Ep. Const. et cett. Patr. ao.* 591) *Ed. Maur. — Jaffé no.* 728. — *Anselm.* VI, 56. *Ivo Decr.* IV, 117. *Coll. tr. P.* II. *post tit.* 10. *Caes.* I, 36. *Polycarp.* III, 20, 4. 50) scilicet CCCXIII ep.: *Anselm.* 51) quoque CL patrum: *ib.* 52) primum CC episcoporum: *ib.* 53) vero DCXXX episcoporum: *ib.* 54) *Codd. coll. o.* 55) *Codd. coll. o.* 56) *ABCEG Anselm. Polyc.* 57) et aedificatio consurgit: *EGH* 58) vitae communis: *Edd. coll. o. exc. Basil.* 59) *Codd. coll. o. Böhmer Anselm.* (*deinde verba sequuntur a Corr. notata*) *Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 60) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 61) ibi: *Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. *Coll. tr. P.* 62) *verba sequentia usque ad* cunctas vero *desunt ap. Polycarp.* 63) *ABCDF orig. Ivo Coll. tr. P.* 64) *ABCDF orig. Coll. tr. P.* 65) *Codd. coll. o. Ivo;* Theoderici: *Coll. tr. P.* 66) quae: *DF;* et quae: *EG* 67) se damnat non illa respuit.: *Polyc.* 68) aut: *deest: DG* 69) *ABCEGH Edd. coll. o.* 70) ligant: *EGH Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 71) religare: *Edd. coll. o. praeter Basil.* 72) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 3. 73) *Huius. decreti quod Gelasio praesidenti Conc. Rom.* (*ao.* 495—96.) *vulgo tribuunt* (*non desunt enim qui apocryphum totum putent*) *eam certe quae apud Gratianum prostat recensionem, Richterus Ballerinorum sententiam secutus* (*Ed. Opp. Leonis M.* III. *p.* CLI.) *sane Hormisdae esse censet. Tres recensiones leguntur in Coll. Conc. Mansiana, quarum ultima, prolata ex Cod. Iurensi Chiffletii, cum collect. Hispana fere concordat, nisi quod in hac nonnulla sunt emendata. Sed conferas quae novissimus huius decretalis editor Thiel p.* 44 *sqq. de ea disseruit, qui sex eius formas* (*p.* 56.) *exsistere probat*, et *p.* 454 *sqq. Gelasii tradit* (Ep. XLII) *cum inscr.:* Decretalis de recipiendis et non recipiendis libris qui scriptus est a Gelasio papa cum LXX viris eruditissimis in sede apostolica urbis Romae; *pag.* 431. *vero Hormisdae de eadem re epistolam ao.* 520 *conscriptam, cum ea inscript., quae in Coll. Hispana etiam invenitur:* Decretale in urbe Roma ab Hormisda papa editum de scripturis divinis quid universaliter catholica recipiat ecclesia vel quid posthaec vitare debeat. — *cf. quoque Maassen Gesch.* I, 283. *Ast. in Codd. et Edd. varia canonis forma invenitur In ABCEGH etiam in Cod. Lips. B. a Richtero collato omnia desunt inde a* §. 17. — *In F usque ad* §. 27. *est ut in textu; deinde sequitur* §. 82. quidam quod, *et* §. 28 *seqq. ad calcem totius decreti sunt reiecta — Simili modo in Edd. Venet.* I. II. *Bas. Nor. ita profertur ut post vers.:* subdenda (§. 27) *sequatur:* quidam §. 82. *decreto de libris apocryphis novo prooemio praemisso* (Item) Quae vero opuscula vel qui libri sint inter apocryphos computandi idem Gelasius ostendit. dicens.; *eodem modo* (*mutata tamen voce:* subdenda *in* damnanda) *habetur in Cod. Lips. A. a Richtero inspecto. In D omnia sunt ut in textu usque ad verba:* ecclesia Romana (§. 27.) *deinde sequitur* §. 28. *usque ad* §. 82. *ubi canon finitur insertis initio iisdem verbis quae in prooemio Edd. Venett.* I. II. *etc. addita esse iam diximus. In Ed. Arg. eodem prooemio servato verba* e quibus pauca etc. (§. 27.) *ad calcem totius decreti sunt reiecta, et sequitur versus:* Quinquagesima; *In Cod. denique Lips. C.* (*aeque a Richtero inspecto*) *non leguntur ea verba, retentum tamen est prooemium. — Hispana* (*in ed. Gonzalezii ad fin. tom.* 2.; *Attonis Vercellens. Capitul. cap.* 100. *ap. D'Achery; Hariulfus Spicileg. tom.* IV, *pag.* 484. *Hincmar lib.* 55. *capit. c.* 24; *Nicolaus* I. *Epist. olim.* 42; *Lupus Ferrariensis lib. de trib. quaest. et ep.* 128; *Caroli Magni libri Carolini lib.* II. *c.* 13; *lib.* IV, *c.* 10. 11. — *in quibus omnibus canon Gelasio adtribuitur* (*de Hispana Coll. cf. supra*); *ita etiam: Pseudoisidor. ap. Hinschius* 635 *sqq.* (*usque ad* §. 82.) *Burchard.* III, 220. *in medio* — 222. *Anselm.* VI, 204. (§. 15; §. 17. *et initium* §. 27.) — *Richterus quem Thiel secutus est citat lib.* II. *c.* 193. (208.) *lib.* I. *c.* 187. *ubi nihil invenimus. Ivo Pan.* II, 91. (*usque ad* §. 27.) II, 123. (*inde a* §. 28. *usque ad* §. 82.); *Ivo Decret.* IV, 64. 65. (*usque ad* §. 82.) *Caes. Aug.* I, 33; *Polycarp.* III, 20, 3. (*can:* quamvis aliud — *usque ad* §. 17. putantur.) 74) quas scripturas: *allii sec. Corr.* 75) Sancta id est Romana: *orig. — initium ex ep. Gelasii cap.* 2. 76) *verba:* in qua — damnationem excepit: *desunt in Gelasii ep. sed exstant in Hormisdae c.* 3. 77) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 78) Alex. civitatis episcopo: *Ivo Decr.* 79) *ABCEFH* 80) *verba seq. usque ad* §. 1. *desunt ap. Gelasium, sed exstant ap. Hormisdam.* 81) praeter: *alii sec. Corr.;* praeter illorum: *Ivo Decr. Pan. Polycarp.* 82) *Codd. coll. o.* — decrevimus: *Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 83) *haec ex Ep. Hormisdae c.* 4. 84) Caecilii Cypr.: *orig. — ex Gelasii ep.* 85) *series scriptorum in originali alia est* — Anastasii: *E; in H additur:* item opuscula b. Ioannis Damasceni 86) §. 5. *omnino deest: ABEGH Ivo Pan.* 87) §. 6. *omnino deest: ABEGH* 88) §. 7. (vide *C*) *deest in o. Codd. coll. Ivo Pan.;* §. 8. *exstat solummodo in F*

B. Augustini episcopi Ipponensis. §. 12. Item opuscula B. Ieronimi[89] presbiteri. §. 13. Item opuscula beati[90][f] Prosperi uiri religiosissimi. §. 14. Item epistolam[91] B. Leonis Papae ad Flauianum episcopum[92][g] destinatam, cuius textum[93] si quisquam[94][h] usque ad unum iota disputauerit, et non eam in omnibus uenerabiliter receperit, anathema sit. §. 15. Item opuscula atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo a sanctae Romanae ecclesiae consortio deuiauerunt, nec ab eius fideli[95] predicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius gratia Dei usque ad ultimum diem uitae suae participes fuerunt, legenda[96] decernimus. §. 16. Item decretales epistolae, quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab urbe Romana pro diuersorum Patrum consolatione[97][i] dederunt, uenerabiliter suscipiendae sunt[98].

[PALEA.

§. 17. Item gesta** sanctorum martirum, qui multiplicibus[99] tormentorum cruciatibus et mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ita[100] esse catholicorum dubitet, et maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis uiribus, sed gratia Dei et adiutorio uniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem[101] singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia et eorum, qui conscripsere[102], nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus aut idiotis[103] superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta[104] esse putantur: sicut cuiusdam Quirici et Iulitae[105], sicut Gregorii[106] aliorumque huiusmodi passiones, que ab hereticis perhibentur[107] conscriptae[108]. Propter quod, ut dictum est, ne uel leuis[109] subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum predicta ecclesia omnes martires et eorum gloriosos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni deuotione ueneramur[110]. §. 18. Item uitas Patrum, Pauli, Antonii, Ilarionis et omnium eremitarum, quas tamen uir beatissimus scripsit[111] Ieronimus, cum omni honore suscipimus. §. 19. Item actus B. Siluestri, apostolicae sedis presulis, licet eius, qui conscripsit[112], nomen ignoremus[113], a multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognouimus, et pro antiquo usu multae hoc imitantur ecclesiae. §. 20. Item scripta de inuentione S. crucis dominicae, et alia scripta de inuentione capitis[114], B. Iohannis Baptistae, nouellae[115] quidem reuelationes[116] sunt, et nonnulli eas catholici legunt, sed cum hec ad catholicorum manus peruenerint[117], B. Pauli[118] apostoli sententia precedat: „Omnia probate, quod bonum est tenete.“ §. 21. Item Rufinus uir religiosus[119] plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam[120] scripturas interpretatus est; sed quoniam B.[121] Ieronimus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa sentimus, que predictum B. Ieronimum sentire cognoscimus: et non solum de Rufino, sed etiam de uniuersis[122] quos uir sepius memoratus zelo Dei et fidei religione[123] reprehendit. §. 22. Item Origenis nonnulla opuscula, que uir beatissimus Ieronimus non repudiat, legenda suscipimus, reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. §. 23. Item chronicon Eusebii Cesariensis, atque eiusdem historiae ecclesiasticae libros, quamuis in primo narrationis suae libro tepuerit[124], et postea[125] in laudibus atque excusatione Origenis scismatici unum conscripserit[126] librum: propter rerum tamen notitiam singularem[127], que ad instructionem pertinent[128], usquequaque non dicimus renuendos. §. 24. Item Orosium uirum eruditissimum collaudamus, quia ualde nobis necessariam[129] aduersus paganorum calumpnias ordinauit historiam[130], miraque breuitate contexuit. §. 25. Item uenerabilis uiri Sedulii pascale opus, quod heroicis[131] descripsit uersibus, insigni laude proferimus[132]. §. 26. Item Iuuenci***[133] nichilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur[134].

§. 27. Ceterum[135], que ab hereticis, siue scismaticis[136] conscripta uel predicata[137] sunt, nullatenus recipit catholica et apostolica[138] ecclesia Romana. E quibus pauca[139], que ad memoriam uenerunt, et a catholicis uitanda sunt, credimus[140] esse subdenda. §. 28. Imprimis[141] Arriminensem sinodum, a Constantio Cesare Constantini filio congregatam mediante Tauro prefecto, ex tunc et nunc et usque[142] in eternum confitemur esse dampnatam. §. 29. Item[143] itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis lib. VIII.[144], apocrifum. §. 30. Actus nomine Andreae apostoli, apocrifi. §. 31. Actus nomine Philippi apostoli, apocrifi. §. 32. Actus[145] nomine Petri apostoli, apocrifi. §. 33. Actus nomine Thomae apostoli, apocrifi[146]. §. 34. Euangelium[147] nomine[148] Thaddei, apocrifum[149]. §. 35. Euangelium nomine Thomae apostoli, quo utuntur Manichei, apocrifum. §. 36. Euangelium nomine Barnabae[150], apocrifum. §. 37. Euangelium nomine Bartholomei apostoli, apocrifum[151]. §. 38. Euangelium nomine Andreae apostoli, apocrifum[152]. §. 39. Euangelia, que falsauit Lucianus, apocrifa. §. 40. Euangelia, que falsauit Ircius[153], apocrifa. §. 41. Liber de infantia Saluatoris, apocrifus. §. 42. Liber de natiuitate Saluatoris, et de S.**** Maria, et[154] de obstetrice Saluatoris[155], apocrifus. §. 43. Liber, qui appellatur Pastoris, apocrifus. §. 44. Libri omnes, quos fecit Lenticius[156], discipulus diaboli, apocrifi. §. 45. Liber, qui appellatur Fundamentum, apocrifus. §. 46. Liber, qui appellatur Thesaurus, apocrifus. §. 47. Liber, qui appellatur de filiabus Adae, uel[157] Geneseos, apocrifus. §. 48. Centimetrum[158] de Christo Virgilianis compaginatum uersibus, apocrifum. §. 49. Liber, qui appellatur Actus Teclae et Pauli apostoli[159], apocrifus. §. 50. Liber, qui appellatur Nepotis[160], apocrifus. §. 51. Liber prouerbiorum, qui[161] ab hereticis conscriptus[162] et S. Xisti nomine signatus est[163], apocrifus. §. 52. Reuelatio, que appellatur Pauli apostoli[164]

EDITIO ROMANA.

Dist. XV. c. 3. f) beati: *deest* g) Constantinopolitanum ep. h) quispiam i) consultatione

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Item gesta: Hinc usque ad finem capitis omnia absunt a plerisque vetustis Gratiani codicibus; quod etiam Archidiaconus adnotavit. Sunt tamen eiusdem Gelasii usque ad vers. *Ceterum qui libri*, et apud Burchardum et Ivonem referuntur proxime post superiora.

*** Iuvenci; Antea legebatur: *Item Vincentii;* restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo et Ivone. De quo Iuvenco meminit B. Hieronymus in catalogo.

**** De S. Maria: In collectione Isidori legitur: *et de Maria et obstetrice.* Apud Burchardum: *et de Maria, vel obstetrice.* Apud Ivonem vero: *et de S. Maria, vel de obstetrice Salvatoris.*

Dist. XV. can. 3. 89) presbyt. Hipponeregensis: *orig. Burch.* 90) *ABCDFG* 91) epistola ... destinata: *CDFG Burch. Ivo Decr. Polycarp.;* opuscula ... destinata: *ABEH* 92) *ABCEGH* 93) cuius textum aut unum iota si quis idiota: *Edd. coll. om. exc. Basil.;* de cuius textu: *orig.* 94) *ABC* 95) fide vel: *orig. Hisp. Burch. Anselm. Polyc.* 96) eligenda: *Ed. Lugd.* III.; legendos: *Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 97) *ABCD Burch. Ivo Decr. Polyc.* 98) suscipiendas esse: *orig.* 99) multipliciter: *Ivo Pan.* 100) ista catholicorum: *orig. Burch. Ivo Decr. Ans.;* ita cathol.: *Polyc.* 101) auctoritatem vel consuet: *DF;* auct. et cons.: *Edd. coll. o.* 102) scripsere: *F orig. Burch. Polyc.* 103) dictis: *DF Edd. coll. o. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.* 104) scripta: *deest: orig. Anselm.* 105) Iulitae matris eius: *Edd. Venett.* I. II. *Par. Lugdd.* I. II. III. *Ivo Pan.* 106) Georgii: *Edd. coll. o.* 107) probantur: *Edd. Par. Lugdd.* I. II. III. 108) compositae: *orig.* 109) levius: *Edd. coll. o.* 110) veneremur: *D Ivo Pan.* 111) scribit: *F;* descripsit: *orig.* 112) scripsit: *DF* 113) ignoremus: *orig. Burch.* 114) capites: [illegible] *Ivo Pan.* 115) nonnullae quidem; *ib.* 116) relationes: *orig. Hisp. Burch.* 117) advenerint: *FG Ed. Basil. orig. Hisp. Burch. Ivo Decr.* 118) [illegible] 119) religiosissimus: *DF* 120) autem: *D Ivo Pan.* 121) venerabilis Hier.: *orig.;* beatissimus: *Burch.* 122) diversis: *alii et orig. sec. Corr.* 123) religiose: *alii sec. Corr.* 124) renuerit: *F; Glossa in F:* alii respuerit 125) post: *D orig. Burch. Ivo Decr. Pan.; deest in Venett.* I. II. *Lugdd.* I. II. III. [illegible] 126) [illegible] *in F:* alii composuit 127) singularum: *orig.* 128) pertinet: *Ivo Pan.* 129) necessaria: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 130) historiam: *deest: DF Edd. coll. o. Ivo Pan.* 131) haereticis: *Edd. Venett.* I. II. 132) praeferimus: *orig. alii sec. Corr.* 133) Vincentii: *F et Ivo Pan.* 134) imitamur: *F Edd. coll. o. Ivo Pan.* 135) cetera: *orig. Hisp. Burch. Anselm.* 136) sive schismaticis: *deest: Ivo Pan.* 137) praedicta: *DF Anselm. Ivo Decr. Pan.* 138) cath. et ap.: *deest: F* 139) e. q. pauca *et verba sequentia usque ad* §. 28. *desunt: D ubi legitur:* Quae vero opuscula vel qui libri sint inter apocryphos computandi 140) [illegible] decrevimus. decernimus: *F Ed. Basil.* credidimus: *orig.* 141) inprimis: *deest: orig. Ivo Pan. — at cf. Regino Appdx.* III, 58. (*et ibi a Wasserschl. citat.*) *Ivo Pan.* II, 123. *Decr.* IV, 65. *et cf. supra not.* 73. 142) nunc et usque: *deest: DF Edd. coll. o. Regino. Burch. Ivo Pan.* 143) Item: *deest: orig.* 144) numero X: *orig. Pseud.;* IX: *Hispana* 145) alius nomine: *D;* act. nom. Petri alius apost.: *orig. Burch.* 146) §. 33. *deest: F orig. ubi tamen additur:* Mathiae; [illegible] *additur:* Ev. nom. Matthiae ap. Ev. nom. Barnabae ap. Ev. nom. Iacobi minoris ap., et (cum Basil.) Ev. nom. Petri apost. 147) evangelia: *DF* [illegible] *Burch. Ivo Pan.* 148) nomine: *deest: Ivo Decr.* 149) apocrypha: *DF orig. ubi hoc loco inseritur:* ev. nomine Iacobi minoris apocrypha et nomine Petri apostoli apocrypha 150) Barnabae apostoli: *Ivo Pan.* 151) §. 37.: *deest: D* 152) §. 38.: *deest: Ivo Pan.* 153) Itius: *F — et postea* §. per errorem repetita: Ithicius *Ed. Basil.;* Hircius: *D Ivo Pan.;* Iricius: *Ed. Argent.;* Hesychius: *orig. Coll. Hisp.;* Ysicius: *Reg. Burch. Ivo Decr.* Esitius: *alii sec. Corr.* 154) de S. Maria vel obstetrice: *DF Cod. coll. omn. praeter Lugd.;* de Mar. vel. obstetr.: *orig. Hisp. Regino Burch.* 155) salvatoris: *deest: orig.* 156) Leuticius: *DF;* Euticius: *Ed. Basil.;* Leucius: *orig. Hisp. Regino Burch. Ivo Decr.;* Lucius: *Pseudo Isid.* 157) Adae Genesis: *F;* Adae vel Genesis: *D Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.;* Leptogenesis: *orig.;* adiectus genesi: *Hisp.;* Lictoagenoseos: *Pseudoisid.;* Adelgenensis: *Regino Burch.* 158) Pentametrum: [illegible]; Centonem: *orig.* (post. §. 75.); Cento: *Coll. Hisp.;* §. 48. *deest ap. Pseudoisid.* 159) apostoli: *deest: DF orig. Regino Burch. Ivo Decr. Pan.* 160) Lepotius: *D* [illegible] *praeter Basil. ubi* Nepotius. Potius: *F* 161) qui: *deest: F* 162) tamen scriptus: *D;* transcriptus: *Ed. Coll. o. Ivo Pan.* 163) nomine designatus apo.: *F;* praenotatus: *orig.;* signatus apo.: *Ivo Decr. —* Sixti: *alii sec. Corr.* 164) apostoli: *deest: DF orig. Regino Burch. Ivo Decr. Pan.*

apocrifa. §. 53. Reuelatio, que appellatur Thomae apostoli[165], apocrifa. §. 54. Reuelatio, que appellatur Stephani, apocrifa. §. 55. Liber, qui appellatur Transitus[166] S. Mariae, apocrifus. §. 56. Liber, qui appellatur Penitentia Adae, apocrifus. §. 57. Liber Ogiae[167] nomine Gigantis[168], qui ab hereticis cum dracone post diluuium pugnasse perhibetur[169], apocrifus. §. 58. Liber, qui appellatur Testamentum Iacob[170], apocrifus. §. 59. Liber, qui appellatur Penitentia Origenis, apocrifus. §. 60. Liber, qui appellatur Penitentia S. Cipriani, apocrifus[171]. §. 61. Liber, qui appellatur Penitentia Iamnis[172] et Mambrae, apocrifus. §. 62. Liber, qui appellatur Sortes[173] apostolorum, apocrifus. §. 63. Liber Lusanae[174], apocrifus. §. 64. Liber canonum[175] Apostolorum, apocrifus. §. 65. Liber Phisiologus, qui ab hereticis conscriptus est[176] et B. Ambrosii nomine presignatus, apocrifus. §. 66. Historia Eusebii Pamphili, apocrifa. §. 67. Opuscula Tertulliani siue Africani[177], apocrifa. §. 68. Opuscula Postumiani[178] et Galli, apocrifa. §. 69. Opuscula Montani, Priscillae et Maximillae[179], apocrifa. §. 70. Opuscula omnia[180] Fausti Manichei, apocrifa[181]. §. 71. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrifa[182]. §. 72. Opuscula Cassiani presbiteri Galliarum, apocrifa. §. 73. Opuscula Victorini[183] Pictauiensis[184], apocrifa. §. 74. Opuscula Fausti[185] Regiensis[186] Galliarum, apocrifa. §. 75. Opuscula Frumentii[187], apocrifa. §. 76. Epistola Iesu ad Agbarum[188], regem, apocrifa. §. 77. Passio Georgii[189], apocrifa. §. 78. Passio Cirici[190] et Iulitae[191], apocrifa. §. 79. Scriptura, que appellatur[192] Contradictio[193] Salomonis, apocrifa. §. 80. Philacteria omnia, que non angelorum[194], ut illi confingunt, sed demonum magis arte conscripta sunt, apocrifa. §. 81. Hec et omnia[195] his similia, que Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus[196], Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Fotinus[197] et Bonosus et[198] qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus, Apollinaris[199], Valentinus siue Manicheus, Faustus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Celestius[200], Donatus, Eustathius[201], Iouinianus[202], Pelagius, Iulianus et[203] Latiensis, Celestinus[204], Maximinus[205], Priscianus[206] ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutices[207], Petrus, et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiociam maculauit, Acatius Constantinopolitanus, cum consortibus suis, nec non et omnes hereses[208], quas ipsi eorumque discipuli, siue schismatici docuerunt uel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur[209], non solum repudiata, uerum etiam ab omni Romana et apostolica ecclesia[210] eliminata, atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili[211] uinculo, in eternum confitemur esse dampnata.

§. 82. Ceterum*****, qui libri in ecclesiasticis offitiis per anni[212] circulum a nonnullis legantur (quod ritum illum apostolica non reprobat, sed sequitur ecclesia) pro fidelium edificatione adnotandum censuimus.

Quidam[213], quod in septuagesima ponunt pentateuchum[214]† usque in XV.[215] diem ante Pascha, XV. die[216] ponunt Ieremiam usque in cenam Domini. In cena Domini legunt tres lectiones de lamentatione Ieremiae[217]: „Quomodo sedet sola ciuitas, etc.“ et tres[218] de tractatu S. Augustini in psalm. LIV.[219]††: „Exaudi Deus orationem meam[220] et ne despexeris,“ et tres de Apostolo, ubi ait in epistola ad Corinthios[221]: „Conuenientibus uobis in unum.“ Secunda lectio sic incipit[222]: „Similiter et calicem[223] postquam cenauit, 'etc.“ Tertia[224]: „De spiritualibus autem nolumus[225] uos ignorare, fratres.“ In parasceue tres lectiones de lamentatione Ieremiae, et tres de tractatu S. Augustini in psalmum LXIII[226]: „Exaudi Deus orationem[227] meam, cum deprecor,“ et tres de Apostolo, ubi ait in epistola ad Ebreos[228]: „Festinemus ingredi in illam requiem, etc.“ Secunda lectio[229]: „Omnis namque pontifex.“ Tertia[230]: „De quo grandis nobis sermo.“ In sabbato sancto tres lectiones de lamentatione Ieremiae prophetae[231], et tres de tractatu S. Augustini in eumdem[232] psalmum LXIII.: „Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor[233],“ et tres de Apostolo, ubi ait in epistola ad Ebreos[234]: „Christus assistens pontifex futurorum bonorum.“ Secunda lectio[235]: „Ubi enim testamentum est.“ Tertia[236]: „Umbram enim habens lex futurorum bonorum.“ In pascha Domini homilias ad ipsum diem[237] pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis[238]††† paschae ponunt actus apostolorum et epistolas canonicas et apocalipsin, usque in ocatauas pentecostes. In octauis pentecostes ponunt libros regum et paralipomenon usque in calendas augusti. In dominica prima mensis augusti ponunt Salomonem usque in calendas septem-

NOTATIONES CORRECTORUM.

***** *Ceterum:* Hinc usque ad finem neque in collectione Isidori, neque in ullo veteri codice Gratiani eorum, quae collata sunt, inueniuntur. A verbo tamen: *in Septuagesima ponunt,* referuntur a Burchardo et Ivone sine auctoris nomine, in Panormia ex Gelasio ipso cum LXX. Episcopis. Fere autem omnia habentur sparsim in libro, qui Ordo Romanus nuncupatur.

† Pentateuchum: Apud Ivonem legitur: *Heptateuchum,* ut ultra quinque libros comprehendat librum Iosuae et Iudicum, qua voce ac librorum coniunctione B. Hieronymus ad Lucinium scribens utitur. Alii vero Heptaticum appellant, ut S. Gregorius libro 7. indict. 2. epist. 48. et lib. 10. epist. 22. et alibi, et Rabanus in praefatione in Hieremiam, et Ordo Romanus cap. de septuagesima.

†† In Psalmum LIV.: Sic etiam apud Ivonem. In Ordine Romano, cap. *de officiis divinis a coena Domini usque in octavas pentecostes,* et apud Burchardum legitur: *in psalmum* 63. id est: *Exaudi Deus orationem meam, quum deprecor.* Itemque in cap. *de ordine in nocte parasceves: Tres de tractatu S. Augustini de psalmo* 63.

††† In Octavis: Ipsam diem octavum solitam fuisse proferri nomine multitudinis, id est, octavas, notabitur infra *de consecratione, dist.* 3. c. *pronunciandum.*

Dist. XV. can. 3. 165) apostoli: *deest: DF orig.* 166) transitus id est assumptio: *orig. Hisp.* 167) Diogiae: *DF Ed. Basil.;* Diogenis: *Edd. coll. cet. Regino. Burch.;* de Ogi.: *orig.;* Ugiae: *Hisp.;* Diogeniae: *Ivo Decr.;* Eugenia: *Pseudoisid.* 168) homine gigante: *orig.* 169) fingitur: *orig.* 170) Iob.: *DF Edd. coll. o. (Paris. add. ex glossa:* alias est Iacob) *Hispana. Pseudoisid. Regino Burch. Ivo Decr. Pan.* 171) appellat. *et* S.: *inveniuntur: F; sed desunt in o. Edd. coll.* 172) qui appellatur Iamnae: *DF Reg. Burch. Ivo Pan.* — qui a poenitentia Iamnae: *Edd. coll. om. orig.* 173) sors.: *D Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Pan.* 174) Lusa apostoli: *F Reg. Burch.;* Lusam: *D Ivo Decr.;* qui appellatur Lusa: *orig.;* Ius apostolorum: *Hisp.;* Susannae: *Ivo Pan.* — §. 63. *deest ap. Pseud.* 175) qui appellatur can.: *orig. Reg.* 176) qui *et* est: *desunt: DF Edd. coll. o. orig. Reg. Burch. Ivo Pan.* 177) sive Africani: *deest: orig., ubi legitur:* Tertull., opuscula Africani apocrypha, opuscula Lactantii apocr. — op. Tertull. ap. opp. Lactantii sive Africani apocrypha: *Hisp.; idem omissis* Lactantii *et seqq. verbis: Pseudoisid.* 178) Ioviniani: *D Edd. coll. o. praet. Basil. Ivo Pan.;* Geminiani: *Ed. Arg.;* Postumani: *Pseudoisid.* 179) op. Mont. et Prisc.: *DF;* et Maxillae: *F* 180) omnia: *deest: D* 181) opuscula Commodiani apocr. *add. orig. Hisp. Pseudoisid.* 182) opp. Tascii Cypriani ap. Arnobid ap. Tichonii ap.: *hoc loco inseritur in orig. Hisp. Pseudoisid.* 183) Victoris: *DF Edd. coll. o.* 184) Petabionensis: *orig.;* Pictabensis: *Pseudoisid.* 185) omnia Fausti: *Reg.* — Faustinensis: *F;* Faustini: *Edd. coll. o.* 186) Reginensis: *Edd. coll. o. Ivo Pan.;* Regensis: *Pseudoisid.* 187) Frumentici: *Edd. coll. o. praet. Basil.;* Frumentii caeci: *orig. Hisp. Pseudoisid.* — §. 74. *deest in F sed manu posterioris aetatis in marg. adscripta est.* — 188) Iesu ad Abagarum: *DF Edd. coll. o.* — *Reg. Burch. Ivo Pan. ubi tamen vox* regem *quae etiam in Hisp. deest invenitur* — Epistola Iesu Abaguso: *Pseudoisid.* — *sequitur:* epistola Abagari ad Iesum apoc.: *orig. Hisp. Pseudoisid.* (Abaguio); *Regino Burch.* 189) Gregorii: *Ed. Paris.* 190) Quirici: *DF orig., (ubi alius est ordo scriptorum) Pseudoisid. Burch.* 191) Vilictae: *Ed Basil.* 192) scripta . . . appellantur: *Ivo Decr.* 193) interdictio: *Hisp.* 194) ab angelo ut illi conf. sed a daemone: *D Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.;* angelorum ut illi conf. sed nominibus daemonum magis conscripta: *F;* — nominibus daem. magis consecrata: *orig.* 195) omnia: *deest: DF orig. Burch. Ivo Pan.;* haec omnia et: *Ivo Decr.* 196) Cherindus: *Ed. Basil.* — Therindus: *Edd. rel.* 197) Photinus: *deest D et in Edd. coll. o. sed invenitur: F orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 198) et: *deest: DF orig. Burch.* 199) Faustus Africanus Sabellius: *orig. Hisp. Pseudoisid.* 200) Callixtus: *DF Edd. coll. o. Regino Burch. Ivo Decr. Pan.* 201) et Eustachius: *DF Edd. coll. o. Ivo Pan.;* Eustasius: *orig.* 202) Iuvinianus: *DF;* Iubianus: *Edd. coll. o.;* Nibinianus: *Reg. Burch.;* Iulianus: *Ivo Pan.* 203) Iulianus Eclanensis: *orig.;* Celanensis: *Hisp.;* Caelumensis: *Pseudoisid.;* Edanensis: *Regino Burch.* 204) Coelestius: *orig. Pseudoisid. Regino Ivo Decr. Pan.* 205) Maximianus: *DF orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 206) Priscillianus: *DF Edd. coll. o. orig. Hisp. Pseudoisid.* — *in his sequitur:* Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Cynicus — *Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 207) Eutycius: *DF Reg. Burch. Ivo Pan.* 208) haeresiarchae eorumque discipuli: *orig. Hisp.;* haeresei haereseorumque discipuli: *Pseudoisid.* 209) retinemus: *DF Edd. coll. o. (praeter Argentor:* reveremus) *Regino Burch. Ivo Decr. Pan.;* retinuimus: *Hisp.* 210) catholica roman. eccl.: *F Regino Burch. Ivo Decr. Pan.;* Romana catholica et ap. eccl.: *orig. Pseudoisid.* 211) insolubili: *orig. Regino* 212) *Solus cod. F in quo leguntur sequentia omittit verba:* ceterum . . . . adnotandum censuimus; *eadem verba desiderantur etiam apud Burch. Ivon. et in Edd. Arg. Venett.* I. II. *Nor.* — *De auctore huius canonis particulae non constat, licet Ant. Augustinus eam in libro Amilarii se invenisse testatus sit. Leguntur tamen similia in Micrologo de officio missae, quem manuscriptum servat bibl. Paul. Lips. (n. 608.), et tractatus quidam, inventus ad calcem codicis decreti abbrev. Ivonis:* Ordo legendorum per circulum in matutinali officio, et causis eorum (*bibl. Paul.* 955.) *excerptus ex micrologo, ut videtur, a Gratiani verbis proxime abest* — 213) *Burch.* III, 222.; *Ivo Decr.* IV, 63.; *Ivo Pan.* II, 90.; *Polyc.* III, 18, 2. — *verba:* quidam quod: *desunt: Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 214) heptaticum: *F Burch. Polyc.;* heptachum: *Ivo Decr.* 215) X: *F; Ed. Bas.* XI: *Edd. coll. rel. Ivo Pan.* 216) die ante pascha ponunt: *F Ivo Decr. Pan. Polyc.* 217) *Thren. c.* 1. 218) tres lectiones: *F Ivo Pan.* 219) LVII: *F Ivo Pan. (ubi* VII. *legitur numero* L. *per errorem fortasse omisso);* LXIII: *Polyc.* 220) deprecationem: *Edd. coll. o. praeter Bas. Lugd.* I. 221) *Corinth. c.* 11. *v.* 10. — in epistola: *deest: F* 222) *Luc. c.* 22. *v.* 20. — incipitur: *Polyc.* 223) calicem: *deest: F Burch. Ivo Pan. Polyc.* 224) 1. *Cor. c.* 12. *v.* 1. 225) nolo: *Edd. coll. o. cum Vulgata praeter Bas.* — de spirit. nolumus: *F* 226) LX: *F Ivo Pan.* — in parasceve similiter: *Polyc. ubi desunt omnia usque ad* in sabbato similiter, *deinde iterum desunt omnia usque ad* in octavas paschae. 227) deprecationem: *Edd. coll. o.;* Exaud. D. o. m. q. deprec.: *deest: Burch.* 228) *Hebr. c.* 4. *v.* 11. 229) secunda lectio sic incipit: *Ivo Decr. Pan. (om. voc.* lectio) — *Hebr. c.* 5. *v.* 1. 230) *ib. v.* 11. 231) prophetae: *deest: F Ivo Decr. Pan.* 232) eundem: *deest: F* 233) tribulor: *F; versus cit. deest: Ivo Decr.* 234) *c.* 9. *v.* 11. 235) *ib. v.* 16. — ubi ait testimonium enim: *Ivo Decr. Pan.* 236) *Hebr. c.* 10. *v.* 1. 237) de ipsa die: *Burch.* 238) octava: *Ivo Decr. Pan. et F paullo inferius semper pro* octavis

bris. In dominica prima septembris[239] ponunt Iob, Tobiam[240], Hester, Esdram usque in calendas[241] octobris. In dominica prima mensis octobris ponunt librum[242] Machabeorum usque in calendas nouembris. In dominica prima mensis nouembris ponunt Ezechielem et Danielem et minores prophetas usque in calendas decembris. In dominica prima mensis decembris ponunt Esaiam prophetam usque ad natiuitatem[243] Domini. In natali †††† Domini legunt primum de Esaia tres lectiones. Prima lectio[244]: „Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, etc.“ Secunda[245]: „Consolamini, consolamini.“ Tertia[246]: „Consurge, consurge“. Deinde leguntur sermones uel homiliae ad ipsum diem pertinentes. In natali S. Stephani homilia de ipso die. In natali S. Ioannis similiter. In natali innocentium similiter. In natali S. Siluestri similiter. In octaua natalis Domini[247] homilia de ipso die. In dominica prima post natiuitatem Domini ponunt epistolas[248] Pauli usque in septuagesimam. In epiphania lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit: „Omnes[249] sitientes.“ Secunda[250]: „Surge, illuminare Ierusalem.“ Tertia[251]: „Gaudens gaudebo in Domino.“ Deinde leguntur sermones uel homiliae ad ipsum diem pertinentes.]

DISTINCTIO XVI.

GRATIANUS.

I. Pars.[1] *Apostolorum canones*[2a], *qui per Clementem Romanum Pontificem, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati*, sunt quinquaginta.*

Hos non recipiendos, sed inter apocrifa deputatos[3], *Ysidorus*[4] *scribit dicens:*

C. I. *Apostolorum canones apostolica reiciuntur auctoritate.*

Canones**, qui dicuntur apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recipit[5b], nec sancti Patres illis consensum[6c] prebuerunt, pro eo quod ab hereticis sub nomine apostolorum compositi dignoscuntur, quamuis in eis inueniantur utilia, auctoritate tamen[7d] canonica atque apostolica eorum gesta constat esse remota atque inter apocrifa deputata[8].

Zepherinus autem e contra scribit Episcopis per Siciliam constitutis, [epist. I.][9]

C. II. *Apostolorum canones sunt recipiendi.*

Sexaginta[10]* sententias apostoli prescripserunt[11] cum aliis quam[12a] plurimis episcopis, et seruandas esse[13b] censuerunt.

C. III. *Exceptis quinquaginta capitulis canones apostolorum inter apocrifa deputantur.*

Item Leo Papa IX. contra epistolam Nicetae Abbatis*[14].

Clementis librum, id est Petri apostoli itinerarium, et canones apostolorum numerant[15] Patres inter apocrifa[16], exceptis quinquaginta capitulis, que decreuerunt orthodoxae[17] fidei[18] adiungenda.

[C. IV. Item] *VI. Sinodus*[19], *cap. 2.*

Placuit huic sanctae sinodo, ut amodo confirmata et rata sint canonum apostolorum LXXXV. capitula.

Epistola Ysidori in capite canonum*[20].

Ysidorus** seruus Christi lectori suo conseruo[21]. §. 1. Propter[22] eorum auctoritatem ceteris conciliis preponimus[23] canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocrifi dicantur, quoniam perplures[24a] eos recipiunt[25], et sancti Patres eorum sententias sinodali auctoritate roborauerunt et inter canonicas posuerunt constitutiones. *Item*[26b]. §. 2. Primus[27c] ordo[28d], ut predictum est, de celebrando concilio insertus habetur, et postmodum canonum[29] apostolorum, ac primorum[30] apostolicorum (id est[31], a S. Clemente usque ad S. Siluestrum) decretorum atque diuersorum conciliorum breuiarium est interpolatum[32e], sequens ordinem suum.

Gratianus. *Item*[33] *cum Adrianus Papa sextam sinodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta octo universalia concilia professione Romani Pontificis sint roborata, in septima*[34f] *autem sinodo, siue in sexto concilio, apostolorum canones sint recepti et approbati: patet, quod non sunt*[35g] *inter apocrifa deputandi.*

EDITIO ROMANA.

Dist. XVI. c. 1. a) vero canones b) recepit c) assensum d) ab auctoritate — c. 2. a) quam: *deest* b) esse: *deest* — c. 4. a) plures b) item infra c) primo d) quidem ordo e) breviar. interpolatur f) sexta aut. synodo sive in septimo conc. g) sint

NOTATIONES CORRECTORUM.

†††† In natali Domini: Burchardus et Ivo habent: *in vigilia natalis Domini*, et ita in Ordine Romano, cap. quod inscribitur: *In Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in ecclesia Romana ponuntur.* Panormia autem habet ut Gratianus.

Dist. XVI. I. Pars. * Translati: In titulo qui praeponitur canonibus Apostolorum in collectione Isidori et in concilio Stephani Papae IV. (cuius magnam partem Deusdedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce: *translati*, habetur, *prolati*. Dionysius certe Exiguus nullam huius versionis mentionem facit, et aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare: *Ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolatis*, ut auctor Polycarpi et alii.

C. I. ** Caput hoc est in praefatione Isidori ad collectionem conciliorum, quae ex bibliotheca ecclesiae Toletanae descripta Romam missa est. Nam in illa, quae vulgatae Isidori collectioni, de qua initio dictum est praeponitur, contrarium potius videtur dici et refertur infra, c. *Placuit*, hac ead. dist., si modo idem est Isidorus.

C. II. * Sexaginta: Ivo etiam et auctor Panormiae habent: *Sexaginta.* Itemque originale in margine. Sed in textu: *Septuaginta.* Polycarpus: *Quinquaginta.*

C. III. * Item Leo: Hoc caput sumtum est ex responsione [dat. ao. 1054.] Humberti, legati Leonis IX., ad libellum Nicetae presbyteri et monachi contra Latinos editum, quae Romae in monasterio sanctae Mariae novae et in multis privatis bibliothecis exstat manuscripta. Merito autem potuit citari Leo IX., quod eius auctoritate et iussione Humbertus legatus sedis apostolicae ea scripserit.

C. IV. * Epistola: Haec epistola ab Ivone vocatur praefatio in opus canonum, et est ea, quae Isidori nomine est praeposita tomis conciliorum, licet in vetustiore editione, in qua prior est Isidori collectio, nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius praefationis. Nam verba illa: *Propter eorum auctoritatem, etc.* usque ad verb. *constitutiones* non longe absunt ab initio; reliqua vero sunt in extremo.

** Isidorus servus: In Panormia est eodem modo atque apud Gratianum. Apud Ivonem et in manuscriptis collectionis illius codicibus est: *Isidorus Mercator servus Christi conservo suo et parenti fidei [al. fideli] in Domino salutem.* In vulgatis autem conciliorum editionibus: *Isidorus peccator, servus, etc.*

Dist. XV. can. 3. 239) ex tunc ponunt: *Ivo Decr.*; mensis Sept.: *Polyc.* 240) *add.*: Iudith: *Ivo Decr. Polyc.* 241) calendis: *hoc loco et ubique pro* calendas: *F. Ivo Decr. Pan.* 242) libros: *Ivo Decr.*; lib.: *deest: Polyc.* 243) in nativit.: *F Ivo Decr. Pan.*; in natalem: *Burch.* — *verba seqq. desunt ap. Polyc.* 244) *Es. c. 9. v. 7.* 245) *ib. c. 40. v. 1.*; consolomanini: *non repetitur: F Burch. Ivo Decr. Pan.* 246) *c. 52. v. 1.*; consurge: *non repetitur: F Burch. Ivo Decr. Pan.* — *add.* Ierusalem: *Edd. Venet. I. Paris. Lugdd. I. II. III.* 247) octavas domini: *Burch. Ivo Decr.* 248) post natalem D. ponuntur epistolae: *Burch.* 249) *Es. c. 55. v. 1.* 250) *ib. c. 60. v. 1.* 251) *ib. c. 61. v. 10.*

Dist. XVI. Pars. I. 1) *Eadem leguntur in prooemio Coll. Anselmi.* — *similia etiam habes in Bertholdi Constant. tract. de canonum auctoritate §. 28. (Ssi. 1792)* ‖ can. 1. 2) *Codd. coll. o.* 3) scripta deputatos: *EGH* 4) *in praefat. Hisp. Coll. tr. P. p. II. prooem.* 5) *ABDEFGH orig. Coll. tr. P.* 6) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 7) *ABCDF Ed. Basil. orig. Coll. tr. P.* 8) reputata: *orig.* ‖ can. 2. 9) *Ep. Pseudoisidor. ep. 1, 6. ap. Hinschius p. 132. Ivo Decr. IV, 107. (in fine) Ivo Pan. II, 105. Caes. I, 29. Polycarp. III, 20, 10. (in fine Canon.*: Privilegia quae) 10) LXX. enim: *orig.*; apostoli sententias: *Ivo Decr.* 11) rescripserunt: *EGH*; praefixerant: *orig. Ivo Decr. Polyc.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Polyc.* 13) *ABCDF*; *in Ivon. Pan. finis canonis est*: esse cens. Athanasius Alexandrinus Marco papae Sylvestri successores — *quae verba in orig. desunt.* ‖ can. 3. 14) *Ivo Decr. IV, 105. Ivo Pan. II, 124. (Leo. ep. ad Nicetam [illegible])* 15) numeraverunt: *Ivo Decr. Pan.* 16) apocr. scripta: *EGH* 17) regulis orthod. adiun.: *orig. Ivo Decr.*; regulis orthodoxie: *alii sec. Corr.*; regulis orthodoxis fid. adiun.: *Ivo Pan.* 18) *add.*: tractores: *Ed. Lugd. I.*; tractatores: II. III. — *in ABCD hic canon cum sequente coniunctus est.* can. 4. 19) *inscriptio: F.* auctoritate VI. synodi [illegible] cap. canonum apostolorum recipiuntur.; *in EG: verba inscriptionis eadem sunt quae in ipso canone reperiuntur [illegible]*: canonum [illegible] in canones *mutata.* — *Ivo Decr. IV, 106. Ivo Pan. II, 125.* 20) *ex praef. collect. Pseudoisid. ap. Hinsch. p. 17., cuius verba auctor ex [illegible] et [illegible] Hisp. mutuatus est.* — *in F separatus est canon cum inscr.*: canones apostolorum ceteris conciliis esse praeponendos. — *Ivo Decr. IV, 106. Ivo Pan. II, 125.* 21) lectori conservo suo et parens in domino fidei salutem: *orig.* — pro conservo: consortio: *Ivo Pan.* 22) denique propter: *orig.* 23) praeposuimus: *orig. Ivo Decr. Pan.* 24) *ABCF* populares: *DH Ivo Decr.* 25) receperunt: *F Ed. Basil.* 26) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.*; *sequentia verba finis praefationis sunt, c. XI. ap. Hinschius pag. 20.* 27) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. Fontan. Ivo Decr. Pan.* 28) *ABC* 29) canones: *CDFH* *Böhm.* 30) primorum: *deest: Edd. coll. o. (praet. Basil.) Ivo Pan.* 30) id est: *deest: AB Ivo Pan.* 32) *Codd. et Edd. coll. o. Böhm. Ivo Pan.* 33) *in CDF verba sequentia nulla distinctione facta cum antecedentibus coniuncta sunt* 34) *ABC Ed. Argent.* 35) *ABFG*

Scribit[36a] *Adrianus Papa Tharasio Patriarchae*[37]:

C. V. *Sexta sinodus auctoritate Adriani corroboratur.*

Sextam* sanctam sinodum recipio cum omnibus canonibus suis.

Gratianus. *Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit, quod ex quarta actione sextae*** [38] *sinodi facile absoluitur*[39].

Ait enim Petrus[40] *Episcopus*[41] *Nicomediae:*

C. VI. *Sexta sinodus canones conscripsit.*

Habeo* librum continentem canones sanctae sinodi sextae. Patriarcha dixit: §. 1. Quidam per ignorantiam scandalizantur pro canonibus istis, dicentes: Numquid sexta sinodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam sancta sinodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant unam operationem esse et uoluntatem[42a] in Christo, in qua sancti Patres illos utpote[43b] hereticos anathematizauerunt, et orthodoxam fidem explanauerunt.

II. Pars. §. 2. Soluta est hec[44c] sinodus Constantini XIV. anno. Post quatuor uero aut quinque annos iidem sancti Patres congregati sunt sub Iustiniano, filio Constantini, et predictos canones promulgauerunt, de quibus nullus dubitet[45]. Qui enim sub Constantino in sinodo fuerunt, iidem ipsi[46d] sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim, ut sinodus uniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret[47]. *Item*[48]: §. 3. Sancta sinodus[49] sexta post promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Constantino imperatore, qui eam congregauerat, non post multo defuncto, Iustiniano[50e] filio eius regnante pro eo. §. 4. Eadem sancta sinodus diuinitus inspirata iterum[51] Constantinopolim[52f] quarto aut quinto anno congregata est, et canones CII.[53] numero ad correctionem[54] ecclesiae promulgauit.

Gratian. *Ex his ergo colligitur, quod sexta sinodus bis congregata est: primo sub Constantino et nullos canones constituit; secundo sub Iustiniano filio eius, et prefatos canones promulgauit.*

Unde sancti Patres in eadem Sinodo secundo congregati dixerunt:

C. VII. *Constitutiones sinodi sextae*[55].

Quoniam* sanctae et uniuersales[56] sinodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre suo[57a] Augusto, de misterio** fidei plenissime disputantes, canones non fecerunt, sicut ceterae quatuor uniuersales sinodi: propterea nos conuenientes in hanc imperialem urbem sacros canones conscripsimus[58]. *Item*[59]: §. 1. Placuit huic sanctae sinodo, ut amodo confirmata et rata[60] sint canonum apostolorum LXXXV. capitula. *Item*: §. 2.[61] Confirmamus*** et ceteros[62] sanctorum canones et sinodos, id est, Nicenam[63], Anchiritanam, Neocesariensem, Gangrensem, Antiocenam, Laudicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Calcedonensem, Sardicensem et Cartaginensem****, et opuscula Theophili[64] Alexandrini episcopi[65], et martiris[66b]†, Trismegisti[67c] Gregorii, Neocesariensis episcopi, Athanasii episcopi Alexandrini[68], Basilii Cesareae Capadociae episcopi, Gregorii Niseni[69] episcopi, Gregorii Theologi, Amphilochii Iconiensis episcopi, Timothei Alexandrini episcopi, Germani[70d] Constantinopolitani episcopi,

EDITIO ROMANA.

Dist. XVI. c. 5. a) unde scribit — c. 6. a) unum operat. et unam voluntat. esse b) ut c) Et soluta synodus est d) ipsi episcopi sub e) et Iustiniano f) Constantinopoli — c. 7. a) tuo b) Theoph. Alex. ep., Dionysii† Alexandrini episcopi et Petri Alexandrini episcopi et martyris c) Thaumaturgi d) Gennadii

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * **Sextam:** Hoc habetur in secunda actione septimae synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodicae epistolae a Tharasio ad se missae. Et hic Gratianus non refert propria eius epistolae verba, in versione enim Anastasii Bibliothecarii sic legitur: *Invenimus autem in praedicta synodica epistola sanctitatis vestrae post plenitudinem fidei et confessionem sacri symboli, et omnium sanctarum sex synodorum, et de sacris et venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare et easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quae iure ac divinitus ab ipsis promulgatae sunt.* Et haec quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasii epistola, quod ex concilio graeco et nova interpretatione clare apparet.

** **Sextae:** In secundo et tertio Vaticanis est: *sextae, alias septimae.* Et vere septima est, sed ob glossam nihil est mutatum.

C. VI, * **Habeo librum:** Verba sunt Petri episcopi Nicomediae, ac Tharasii patriarchae Constantinopolitani, actione quarta VII. synodi: quod quidem ipsi de centum ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmeti secundo anno suae revocationis ad imperium editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasii apparet, eos canones non esse proprios sextae synodi, quia fatetur, post annos quatuor aut quinque, quam ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos: quo tempore certissimum est, neque eundem Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quanquam in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba, quae ad hunc locum pertinent, ex originali graeco, quod in bibliotheca Vaticana exstat, satis fideliter translata leguntur apud Franciscum Turrianum, lib. de VI., VII. et VIII. Synodo) et Anastasio, et Georgio Cedreno, quam Tharasio. Illi enim non quatuor aut quinque, ut Tharasius, sed viginti septem annos a fine sextae synodi tempore Agathonis habitae usque ad hanc huiusmodi decretorum editionem asserunt intercessisse. Episcopos vero, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tanquam canones sextae synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in V. ac VI. synodo deesse, ipsamet illorum ad imperatorem allocutio testatur. Itaque nova dicenda est haec episcoporum coitio: ideoque Graeci illam, ut scribit Balsamon, *πενθ' ἕκτην*, id est quintamsextam synodum appellant. Ceterum non fuisse omnes illos canones a Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibliothecarius et Humbertus Leonis IX. legatus aperte testantur. Humbertus quidem his verbis: *Non autem miror, si Agathoni Papae et sanctis Patribus VI. synodi vestra imputetis deliramenta, et quae aut corrupistis aut finxistis capitula, quum et ipsi Domino Iesu et apostolis eius imputetis figmenta. Unde nos scientes VI. synodum ad destruendam haeresin graecorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas constitutiones congregatam, capitula, quae nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus, quia prima et apostolica sedes nec aliquando ea accepit, nec observat hactenus.* Anastasius vero in praefatione in septimam synodum ad Ioannem VIII. Romanum Pontificem ita scripsit: *Ergo regulas, quas Graeci in VI. synodo perhibent editas, ita in hac VII. synodo principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illae recipiantur, quae prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adversae; quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitae, quia nec interpretatae. Sed nec in ceterarum patriarchalium sedium, licet graeca utantur lingua, reperiuntur archivis: nimirum quia nulla earum, quum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem praesens inventa est, quanquam eosdem Patres illus Graeci promulgasse perhibeant, qui in VI. synodo sunt inventi; sed nullis certe probare possunt indiciis.*

C. VII. * **Quoniam:** Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sextae synodo tribuuntur, in quo indicantur concilia et auctores canonum, quibus Graeci utebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum et Ivonem in summam redacta.

** **De mysterio:** Graece est: *τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσασαι μυστήριον*, id est: *fidei mysterium paterne declarantes.*

*** **Confirmamus:** Ivo habet: *confirmamus sanctorum Patrum canones et synodos, etc.* Graece est: *ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τοῦτ' ἔστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, etc.* id est: *obsignando autem confirmamus et ceteros omnes sacros canones, qui a sanctis et beatis Patribus nostris sunt editi, id est ab iis, qui Nicaeae convenerunt, etc.*

**** **Carthaginensem:** Apud Ivonem sequitur: *Constantinopolitanam sub Nectario, et opuscula Theodosii*, (al. Theophili) *etc.* Graece autem est: *καὶ τῶν αὖθις ἐνταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου*, id est: *et eorum, qui rursus in hac a Deo custodita et imperiali urbe convenerunt sub Nectario, imperialis huius civitatis praeside, et Theophilo, qui Alexandriae fuit archiepiscopus.*

† **Et Dionysii:** In canone graeco vulgato fere est, quemadmodum antea apud Gratianum: *Dionysii Alexandrini episcopi et martyris.* Sed apud Balsamonem et Ivonem legitur, quemadmodum restitutum est: *Dionysii archiepiscopi Alexandrinorum megalopolis, et Petri Alexandriae archiepiscopi et martyris.* Reliquas varietates per se accuratus lector notabit.

Dist. XVI. can. 5. 36) *ABCDF;* item Hadr.: *EGH* 37) *Ep. Tharasii ex qua canon desumtus est, et Hadriani in qua ipsa canonis verba laudantur, prostant act.* 3. *conc. Nic.* II. *hab. ao.* 787.; *Hadriani ep. ao.* 785. *scripta est, ap. Mansi* XII, 1877. — *Jaffé no.* 1883. — *Ivo Decr.* XV, 122. *Coll. tr. P.* II., *post tit.* 10. — *in his canon continuatur* 38) septimae: *D; Ed. Basil. addit ex glossa:* alias est septimae 39) dissolvitur: *EGH* || **can. 6.** 40) *ex act.* 4. *Synod. Nicaen.* II. *hab. ao.* 787. *Ivo Decr.* IV, 121. (Actio IV. VI. synodi Petr. Nicom. episc. dicit.) *Coll. tr. P.* II. *post. tit.* 10. 41) episcopo: *EGH Edd. o. pr. Basil.* 42) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. — Böhm.* 44) *Codd. coll. o.* 45) ut nullus de iis dubitet: *Ivo* — et nullus etc.: *Coll. tr. P.* 46) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 47) *apud Ivonem hic legitur:* Actio VI. tomo I. contra falsam VII. synodum 48) *Ex act.* VI. *C. Nicaen.* II. 49) synodus et universalis: *Ivo* 50) *Codd. coll. o.* 51) item: *BD* 52) *Codd. coll. o.* 53) CCII.: *Edd. coll. o.* 54) correptionem: *Ivo* || **can. 7.** 55) *Ex Conc. Trull. hab. ao.* 692. *et prior quidem pars.:* Quoniam etc. *ex oratione episc. in Trullo congregatorum ad Iustinianum. Ivo Decr.* IV, 123. (ex epist. VII. synod. ad Iustinian. Constant. fil. *usque ad* §. 1.) *Coll. tr. P.* II. *post. tit.* 10. 56) verisimiles: *Edd. Lugdd.* II. III.; universalis: *Coll. tr. P.* 57) *Codd. et Edd. coll. o. Ed. Rom. sed in ista in indice erratorum ex Ivone est emendatum.* 58) scripsimus: *Ivo* 59) *cf. supra Dist.* XVI. *c.* 4. 60) et rata: *deest: EGH* 61) *Ivo Pan.* II, 117. (*ubi canon continuatur*) *Ivo Decr.* IV, 134. 62) et ceterorum: *EGH;* et c.: *deest: Ivo Pan.;* conf. sanct. patrum canones et: *Ivo Decr.* 63) Nicaen. I.: *Edd. coll. o.* 64) Theodosii: *Ivo Decr. Pan.* 65) qui fuit Alexandriae archiepiscopus quin etiam: *Ivo Decr.* 66) *ABC; in omn. Codd. et Edd. coll. deest:* et Petri Alex. ep. — Petri Alexandriae archiepiscopi: *Ivo Decr.* 67) *Codd. et Edd. coll. o.;* Theum. seu Trimeg.: *Ivo Pan.* 68) Alexandriae archiepiscopi: *Ivo Decr.* 69 Nicaeni: *Ed. Bas.;* Misceni: *C. Lugd.* I.; Miseni: *AB Edd. coll. rel.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.*

Cirilli Alexandrini episcopi[71], Cipriani Cartaginensis episcopi et sinodum†† suam[72].

C. VIII. *Auctoritate Romani Pontificis sancta octo concilia roborantur.*

Item ex Libro Diurno[73] professio Romani Pontificis.*

Sancta octo[74] uniuersalia[75] concilia, primum[76a] Nicenum, Constantinopolitanum[77b], Ephesinum[78c], Calcedonense[79d] quintum et sextum[80e], Constantinopolitanum[81]; item Nicenum[82f]; octauum quoque Constantinopolitanum[83] usque ad unum apicem immutilata seruare, et[84] pari honore et ueneratione[85] digna habere[86], et que[87] predicauerunt et statuerunt omnibus modis[88] sequi et predicare, quecumque[89g] condempnauerunt ore et corde condempnare[90] profiteor[91].

Quo autem tempore sexta sinodus et secunda et prima[92a], et quarta et quinta congregatae sunt, Beda in libro de temporibus [c. 65.] *scribit[93b], dicens[94]:*

C. IX. *De temporibus conciliorum.*

Sexta sinodus uniuersalis[95] Constantinopolim[96c] celebrata est, et greco sermone conscripta[97], temporibus Papae Agathonis, exequente piissimo[98d] principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis Apostolicae sedis, et[99] episcopis CL. residentibus. §. 1. Prima uniuersalis[100e] sinodus in Nicea congregata est contra Arrium CCCXVIII. Patrum, temporibus Iulii[101]* Papae, sub Constantino principe. §. 2. Secunda in Constantinopolim CL. Patrum, contra Macedonium et Eudoxium, temporibus Damasi Papae et Gratiani principis, quando Nectarius eiusdem urbis[102f] episcopus est ordinatus. [§. 3. *Deest*[103g].] §. 4. Quarta in Calcedone DCXXX[104]. Patrum, sub Leone Papa, temporibus Martiani[105] principis, contra Euticen nefandissimorum monachorum presulem. §. 5. Quinta[106h] in Constantinopolim[107i] temporibus Iulii[108k] Papae, sub Iustiniano principe. contra Theodorum et omnes hereticos.

[C. X.][109]

Prima* autem sinodus in Nicea, CCCXVIII. Patrum, contra Arrium Alexandrinum presbiterum[110], qui tres gradus[111] in trinitate asserebat, Patrem maiorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam[112], temporibus Constantini principis Siluestri Papae Romani, Macharii Ierosolimitani, Alexandri** Alexandrini, qui condempnata eadem heresi statuerunt canones XX., quorum auctor maxime prefatus[113] Alexander episcopus fuit. §. 1. Secunda in Constantinopolim CL. patrum[114a], contra Macedonium Constantinopolitanum episcopum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani Theodosii principum, Damasi[115] Papae Romani, Cirilli Ierosolimitani, Nectarii*** Alexandrini[116b], qui condempnata prefata[117] heresi statuerunt canones III. quorum auctor maxime B. Nectarius Constantinopolitanus episcopus[118c] fuit. §. 2. Tertia in Epheso CCC[119d]. Patrum, contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat, beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, temporibus Theodosii principis[120] imperatoris iunioris, Celestini Papae Romani, Iuuenalis Constantinopolitani episcopi, Cirilli Alexandrini[121e]; qui XV.[122f] capitula contra Nestorii blasphemias[123g] totidem capitula, auctore eodem sancto Cyrillo, anathematizando conscripserunt. §. 3. Quarta in Calcedone DCXXX. Patrum, contra Euticen Constantinopolitanum abbatem, qui asserebat, Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papae Romani, Iuuenalis Ierosolimitani, Anatholii Constantinopolitani, qui condempnata prescripta heresi statuerunt canones XXVII.[124], quorum auctor maxime idem sanctus Anatholius[125] Constantinopolitanus episcopus fuit. §. 4. Quinta in Constantinopolim[126h], contra Theodorum Mosophenum[127i] et omnes hereticos, qui Theodorus dicebat alium[128k] esse Dei uerbum, et alium[129l] Christum, et sacram Mariam[130] Virginem negabat genitricem Dei fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilii[131] Papae Romani, Domnini[132] Antioceni, Eutichii Constantinopolitani; qui XIV.[133] capitula anathematizando scripserunt contra Theodori et sociorum eius blasphemias. §. 5. Sexta in Constantinopoli CL. Patrum, contra Macharium Antiocenum episcopum et socios eius, qui unam uoluntatem et operationem in Christo falsa

EDITIO ROMANA.

Dist. XVI. c. 8. a) id est primum b) secundum Constantinop. c) tertium Ephs. d) quartum Chalced. e) item quintum f) Nicaen. septimum g) quaeque — c. 9. a) secunda tertia quarta b) scripsit c) Constantinopoli d) exseq. ac residente e) prima enim f) eidem urbi g) *interiecta est* §. 3: Tertia in Epheso CC. Patrum, contra Nestorium Augustae urbis episcopum sub Theodosio magno principe et Papa Coelestino h) quinta item i) Constantinopoli k) Vigilii — c. 10. a) Constantinopoli — CL patr.: *deest* b) Constantinopolitani c) episc.: *deest* d) CC e) Cyrilli episcopi f) XII g) blasphemiarum h) Constantinopoli i) Mopsuestenum k) aliud l) aliud

NOTATIONES CORRECTORUM.

†† Et synodum: In isto canonis loco est error, quia illa synodus Cypriani probatur, in qua ipse cum multis aliis Africae episcopis putavit, baptizatos ab haereticis verum baptisma non recepisse: quum tamen B. Augustinus asserat, aliam exstitisse traditionem apostolorum, et ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse testetur.

C. VIII. * Item ex Diurno: Integram professionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promovebatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quae servatur in bibliotheca Vaticana.

C. IX. * Iulii: Certum est, synodum Nicaenam primam celebratam esse tempore Silvestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est, Bedam et alios errasse.

C. X. * Prima: Caput hoc invenitur et in recentioribus editionibus conciliorum, et in vetustiore Coloniensi, Anno MDXXX, et in manuscripta collectione, quam dictum est asservari in bibliotheca Vaticana: sed non in collectione quae est in bibliotheca monasterii Dominicanorum. Ponitur autem ante praefationem, quae nomen Isidori *mercatoris* quidem in manuscriptis, *peccatoris* autem in impressis praefert. Et sane in illa praefatione tantum quatuor generalium synodorum mentio fit, sexta vero post Isidori Hispalensis aetatem est habita.

** Alexandri: Apud Anselmum est, ut apud Gratianum. In originali: *Alexandri Constantinopolitani.* Sed integra videtur lectio, si utraque conjungatur. Nam et episcopus Constantinopolis, et episcopus Alexandriae tempore illius synodi Alexandri nomine vocabantur.

*** Nectarii: Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anselmum: *Nectarii Alexandrini.* Emendatum est ex originali. Sed fortasse et hoc loco integra lectio haec est: *Nectarii Constantinopolitani et Timothei Alexandrini.*

Dist. XVI. can. 7. 71) archiepiscopi: *Ivo Decr.* 72) suam Nichephotio: *Ivo Pan.;* synod. eius: *Ivo Decr.* ‖ can. 8. 73) *formula* LXXXIII. *in libro diurno ed. Rozière p.* 177. *Deusdedit* II, 93. *Ivo Decr.* IV, 132; *Ivo Pan.* II, 103. *Coll. tr. P.* II. *post. tit.* 10.; — professio Rom. pont.: *deest: F; in Edd. coll. o. (pr. Basil.) ipsa concilia sic enumerantur:* Chalcedon. IV. et V. Item Constantinopol. VI. Item Nicaen. VIII. 74) septem: *Deusded.;* sancta quoque univ.: *orig. Ivo Decr. Pan.* 75) verisimilia: *Edd. Lugdd.* II. III. 76) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* primum: *deest ut numeri sqq.: in origin., ap. Deusdedit, in Coll. tr. P. — in Ivon Pan. deest solummodo:* primum. 77) *ABCDFH* 78) *ABCDFH;* Ephes. primum: *orig. Ivo Decr.;* Eph. primum quintum et sextum: *Ivo Pan.* 79) *ABCDFH;* Chalcedonensem: *orig.* 80) item Constant. sextum: *Ivo Pan.* 81) *addit. in orig.:* quod Iustiniani piae memoriae principis temporibus celebratum est 82) *Codd. coll. o.* 83) oct. q. Const. *deest: Deusdedit* 84) et una cum eis: *orig., ubi:* item Nic. VII. octav. quoque: *deest* 85) ore et corde sequi et veneratione: *F;* honore et venerat. sanct. VI. concil. quod nuper Constantino piae memoriae principe et Agathone apostolico praedecessore meo convenit medullitus et plenius conservare: *orig.* 86) digna haberi: *CF, deest in orig.* 87) quaeque vero: *orig.* 88) omnimodis *Ivo Decr. et alii sec. Corr.* 89) quaecunque: *F;* quae: *CD* 90) damnare: *EGH* 91) confiteor: *H Ivo Pan.; deest: Deusdedit; in orig. legitur:* quaeque vero praedicaverunt praedicare quaeque condemnaverunt ore et corde condemnare profiteor ‖ can. 9. 92) *Codd. coll. o.* 93) *Codd. coll. o.* 94) *libro de sex mundi aetatibus ad a.* 4639. *Ivo Decr.* XIV, 125. *(canon continuatur) Ivo Pan.* II, 113. *(usque ad §.* 1.)*; Coll. tr. P.* II. *post. tit.* 10. *Cas.* I. 1a. 95) universalis: *deest Ivo Pan.* 96) *ABCEGH* 97) nomine ascripta: *Ivo Pan.* 98) *Codd. et Edd. coll. o.;* ac residente piissimo: *Ivo Pan.* 99) et: *deest: EGH* 100) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* verisimilis: *Edd. Lugdd.* I. II. 101) Silverii: *Ed. Bas.;* Iugilii: *F* 102) *ABCFGH Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 103) §. 3. *ut [illegible] omnimodo deest in omn. Codd. coll. Coll. tr. P.; in Ed. Bas. solummodo legitur:* Tertia in Epheso contra Nestorium. 104) DCLXXX: *EGH* 105) divi Marciani: *EGH* 106) *Ivo Pan.* II, 111. *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 107) *ABCDF;* in Constantinopoli: *G orig. (ed. Stevenson) Ivo Decr.;* in Constantinopolitana: *Ed. Argent.;* in Const. civitate: *Edd. coll. reliq.* 108) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* ‖ can. 10. 109) *Huic capiti in Merlini coll. conc., quae aucta Pseudoisidori collect. recensio est, sic inscribitur:* ,,*De synodis principalibus, quibus in locis, quibus pro causis, quibus temporibus, quibus auctoribus celebratae sunt.*" *Hoc caput in procemio Anselmi legitur post verba:* ,, Apostolorum *etc. (quae Gratiani nomine prostant in huius dist. fronte) praeposito titulo* Item ratio de canonibus app. et de VI. synodis princ.; *in ABEGH: hic canon cum priore coniunctus est.* 110) episcopum: *H Edd. Bas. Arg.* 111) *in Edd. coll. o. praet. Bas. add.:* inaequales. 112) *add.:* vel servum: *eaed. pr. Basil.* 113) *in Coll. Concil. Merlin. add.:* Sanctus 114) Constinopolim: *ABF;* CL patrum: *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 115) et Damasi: *EGH* 116) *Codd. et Edd. coll. o. Anselm.* 117) praef.: *deest in orig.* 118) *Codd. et Edd. coll. o.* 119) *Codd. et Edd. coll. o.* 120) imperatoris: *AB;* principis *deest: D;* magni principis: *orig.* 121) *ABC* 122) *Codd. et Edd. coll. o.* 123) *ABCDEF* 124) XXVIII: *EGH Edd. coll. o. praeter Nor., ubi:* XXVI. 125) Anastasius: *G;* Athanasius: *H* 126) Constantinopolim: *ABEG (omisso:* in: *G)* 127) *AB Ed. Basil.;* Mosotenum: *F;* Mopsophenum: *D;* Mesopotemum: *EG;* Mesochenum: *Edd. coll. rel.* 128) *ABCEFGH* 129) *ABCEGH* 130) Mariam: *deest: EGH* 131) Iulii: *EFGH; Edd. coll. o. cum originali* 132) Domini: *id.* 133) XII: *F;* XIII: *E;* XXIV: *D Ed. Nor.;* XXVII: *Edd. Lugdd.* I. II.; XXVI: *Lugd.* III.

suspicione astruebant[134 m], temporibus Constantini principis, Agatonis Papae Romani, Gregorii[135 n] Constantinopolitani; qui condempnata prefata heresi anathematizando scripserunt nouem****[136] capitula interius[137 o] annexa.

[C. XI.][138]

Prima* annotatio Anquiritanae sinodi, que ante Nicenam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem postponitur; in qua Patres XVIII.[139] statuerunt canones XXIV.[140] quorum auctor maxime Vitalis Antiocenus episcopus extitit. §. 1. Secunda Neocesariensis, que post Anquiritanam, et Antiocenam[141 a]** legitur fuisse; in qua Patres XVIII.[142 b] statuerunt canones XIV. quorum auctor maxime Vitalis Salaminus[143 c] extitit. §. 2. Tertia Gangrensis, que post Nicenam legitur fuisse, in qua Patres XVII.[144 d] statuerunt canones XX. propter quasdam necessitates ecclesiasticas, maxime contra Eustasium[145 e], qui dicebat, quod nullus in coniugali gradu[146 f] positus, nec ullus fidelis, qui non omnibus renuntiaret que possideret, spem ad Dominum[147 g] haberet, et multa alia uenenosa, que enumerare longum est. §. 3. Quarta Sardicensis[148], in qua Patres LX.[149]*** statuerunt canones XXI. quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, et Vincentius Capuanus episcopus, et Ianuarius**** Beneuentanus, et Calepodius Neapolitanus sanctae Romanae ecclesiae legati extiterunt[150]. §. 4. Quinta Antiocena, in qua Patres XXX.[151 h] statuerunt canones XXV. quorum auctor maxime Eusebius Palestinensis episcopus extitit. §. 5. Sexta Laudicensis, in qua Patres XXII.[152 i] statuerunt canones LVIII.[153 k], quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit. §. 6. Septima† Cartaginensis, in qua Patres CCVIII.[154 l] statuerunt canones XXXIII.[155], quorum auctor maxime Aurelius Cartaginensis episcopus[156] extitit. Etiam S. Augustinus Yponensis episcopus in eadem sinodo legitur fuisse, temporibus Honorii Augusti. §. 7. Octaua Africana sub Theodosio minore Augusto, in qua Patres CCXXIV.[157 m] recitauerunt et firmauerunt canones CV.[158], qui[159] per diuersa concilia Africanae prouinciae temporibus Aurelii Cartaginensis episcopi leguntur esse conscripti. §. 8. Nona Arelatensis, in qua Patres DC.[160 n] statuerunt canones[161 o], quorum auctores maxime Siluester urbis Romae episcopus, et S. Maurinus[162 p] Arelatensis episcopus extiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt. §. 9. Decima item Arelatensis, in qua Patres XIX.[163] statuerunt canones, quorum auctor maxime Cesarius[q] Arelatensis episcopus extitit[164]. §. 10. Undecima item Arelatensis, in qua Patres XVIII.[165 r] statuerunt canones. §. 11. Duodecima item Arelatensis in Vico Ortensico[166 s], in qua Patres XI.[167] constituerunt[t] canones, quorum auctor maxime S. Cesarius episcopus[168 u] extitit. §. 12. Tertiadecima item Arelatensis, in qua Patres XIX. statuerunt canones, quorum auctor maxime Sarpidius[169] Arelatensis episcopus extitit. §. 13. Quartadecima Aurasicensis[170], in qua Patres XVI.[171] statuerunt canones, quorum auctor maxime Ilarius episcopus extitit. §. 14. Quintadecima Epaunensis††[172], in qua Patres XXVI.[173] statuerunt canones XL.[174 v], quorum auctor maxime Cesarius Episcopus extitit.

§. 15. Sextadecima Agathensis, in qua Patres XXXIII.[175 w] statuerunt canones, quorum auctor maxime Cesarius[176 x] extitit. §. 16. Septimadecima††† Aurelianensis, in qua Patres LXXII.[177] statuerunt canones, quorum maxime auctor Aurelianus[178 y] Arelatensis episcopus extitit[179 z]. §. 17. Octauadecima item Aurelianensis, in qua Patres XXXI. statuerunt canones, quorum auctor maxime Melanius Rodonensis[180 aa] episcopus extitit. §. 18. Nonadecima item Aurelianensis, in qua Patres XXV.[181 bb] statuerunt canones, quorum auctor maxime S. Albinus Andegauensis episcopus extitit. §. 19. Vicesima Aruernensis[182], in qua Patres XV. statuerunt canones, quorum auctor maxime Honoratus Breutensis[183] episcopus extitit. §. 20. Vicesima prima

EDITIO ROMANA.

Dist. XVI. c. 10. m) asserebant n) Georgii o) inferius — c. 11. a) et ante Nicaenam** b) XVI. c) Vital. episcopus Salaminius d) XVI. e) Eustathium f) ordine g) apud Domin. h) XXIX. i) XXXII. k) LIX. l) CCXVII. m) CCXVII. n) CC. o) IV. p) Marinus q) S. Caesar. r) XVI. s) Hortensi t) statuerunt u) Arelatensis episcopus v) XXXIX. w) XXIX. x) Caesarius episcopus y) Aurelius z) exstitit temporibus Chlodovei regis aa) Redonensis bb) XXX.

NOTATIONES CORRECTORUM.

**** **Novem**: In loco citato ex collectione Isidori legitur: *scripserunt octo capitula*, et verba illa: *inferius annexa*, ibi non habentur. In conciliis deinde Coloniae impressis post actionem sextae synodi ex vetusto codice monasterii S. Bavonis referuntur novem capitula, et ante primum capitulum sunt haec verba: *scripserunt novem capitula inferius annexa*, quae apud Anselmum quoque habentur.

C. XI. * **Prima**: Maior pars huius capitis, id est usque ad finem vers. *Nonadecima*, habetur in collectione Isidori impressa, ante praefationem ipsius Isidori; in Vaticana autem usque ad finem vers: *Vigesimaprima*. Deusdedit et Anselmus integrum ante suas collectiones habent. Neque vero summula haec eiusdem Isidori esse potest: nam neque praefationi ipsius, neque collectioni respondet, in qua, ut ceterae mittantur varietates, multa referuntur concilia Hispaniae, quorum hic nulla mentio.

** **Ante Nicaenam**: Sic est emendatum ex Anselmo et Deusdedit et Vaticana collectione. Nam ante legebatur: *Antiochenam*. In collectione autem Isidori impressa legitur quidem: *Nicaenam*, sed deest vox: *ante*. Sic autem legendum esse, quemadmodum est emendatum, ostendunt verba, quae ipsum Neocaesariense concilium antecedunt: *οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι*, id est: *qui canones posteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicaenis sunt*, quo loco in collectione Isidori impressa mendose est: *Et hi quidem canones secundi sunt eorum, qui in Ancyra et Caesarea expositi sunt*. Redundat enim illud *et Caesarea*, quare in recentioribus editionibus conciliorum omissum est. Similis error est in codice canonum Moguntino.

*** **Sexaginta**: In codice canonum LX. episcopi reperiuntur subscripsisse: sed postea additur: *et ceteri, et subscripserunt omnes episcopi diversarum provinciarum vel civitatum, num. CXXI*. Socrates lib. 2. cap. 16. in eo concilio ex occidentis partibus episcopos circiter CCC. convenisse dicit, ex orientis vero LXXVI., qui etiam secessionem fecerunt. Idem Nicephorus lib. 9. cap. 12. et Tripertita. Theodoretus autem lib. 2. cap. 7. docet ex antiquis narrationibus, episcopos CCL. convenisse. Omnino et in his et Patrum, et canonum numeris multa sunt emendata. Sed in multis etiam satis visum est indicare varietates; nonnulla autem lectoris diligentiae sunt reservata.

**** **Et Ianuarius**: Anselmus habet, ut Gratianus. In collectione indicata est: *Vincentius Capuanus episcopus, et S. R. E. legatus exstiterunt*. In concilio ipso cap. 18. nominatur Ianuarius episcopus. In subscriptione vero in codice canonum non nominatur, sed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. legatus, et Calipodius Depolitanus legatus S. R. E.

† **Septima**: Hic numeratur tantummodo unica synodus Carthaginensis, quae habetur in codice canonum, de qua inferius XX. dist. c. *de libellis* dicetur.

†† **Epaunensis**: Ita emendatum est ex aliquot manuscriptis et collectione Isidori Vaticana. Nam antea legebatur: *Empanensis*. Veruntamen in concilio Epaunensi impresso nullus Caesarius nominatur, sed Aviti primum est mentio.

††† **Septimadecima**: Hic numerantur tria concilia Aurelianensia, quorum haec in conciliis impressis indicia inveniuntur. In quinto Aurelianensi subscribit primo loco Aurelius Arelatensis. In primo inter alios legitur nomen Melanii Redonensis. In tertio subscribit quarto loco Albinus Episcopus Andegavensis.

Dist. XVI. can. 10. 134) *ABCEFGH Ed. Bas.* 135) *ABCE* 136) VIII: *F* 137) *ABCD Edd. coll. o.* ‖ **can. 11.** 138) *Apud Anselmum l. c. capitis huius titulus est:* Item annotatio de reliquis synodis. — *In collect. Pseudoisidori ex ed. Merlini* XIX. [*sed cf. quae de Merlini Collectione disseruerit Hinschius in praef. Edit. Pseudois. p.* CCXXXVIII.] *tantum concilia exhibentur; in eiusd. codd. manuscr. nonnullis, collatis a V. C. Camus (cf. Notices et extraits etc. Paris. an* IX. *t.* VI.) *tota series conc. Matic.* II. *non excedit, quod corr. Rom. dudum observaverunt. — Ceterum integrum prostat in collectione ed. a. Petit. (Par. A.* 1677) *et apud D'Acherium, Spicil. T. I. p. 587., et plurima id genus excerpta,* ex Isidori Collectario de canonibus *leguntur in Berthold. Constant. opusc.* de auctoritate canonum *supra citato. — In numeris canonum et patrum in impressis magna varietas est, orta plerumque ex operarum vitiis — Hic canon cum priore coniunctus est in ABCEF; Apud. Deusd. (cf. not. Correctorum) hunc canonem non invenimus.* 139) XIX: *ABD* 140) *in graeco vulg. et apud Balsamonem sunt* XXVI. *cuius numeri varietas exinde venit, quod in Dionys. Ex. collectione ex 4. et 5. canone unus factus est. — Propter eandem Dionys. computandi rationem Neocaes. concilii apud Latinos* XIV., *apud Graecos* XV. *canones numerantur.* 141) *ABCDFG;* post. Ancy. et ante Antioch.: *EH* 142) *ABH Berthold;* XVII: *DG;* XIII: *D'Ach.* 143) *ABCF;* Vital. Salaminius: *EG;* Vital. episcop. Salaminus: *D;* Salamitanus: *H;* Salonitanus: *Edd. coll. o.* 144) *ABCEFG* 145) *ABC D'Ach. Berth.;* Eustachium: *Edd. coll. o.* 146) *Codd. coll. o.* 147) *Codd. et Edd. coll. o.* 148) vero Sardic.: *DEG* 149) XL: *Merlin.* 150) Ianuarii *et* Calepodii *nomina apud Merlinum non leguntur, apud D'Acherium et Berth. unius Osii mentio fit.* 151) *Codd. coll. o. D'Ach. Berth.* 152) *Codd. coll. o.;* XX: *D'Ach. Berth.* 153) *ABCEG D'Ach.;* LIX: LXXVIII: *H;* LX: *Böhm.* 154) *ABCDEG;* CCXXVIII: *F* 155) XXIII: *DF;* XXIV: *EG* 156) Aurelius extitit Eusebius Carthag. episcopus et etiam: *EG* extitit et etiam: *D* 157) *ABDEG;* CCXXVIII: *CF;* CCXXIX: *H;* CCXIV: *D'Acher.* 158) CX: *EG* 159) quod: *EG* 160) *Codd. coll. o.* 161) *Codd. coll. o.* 162) *ABCF Edd. coll. o.;* Ianuarius: *EGH* 163) XVIII: *EH* 164) *add.:* temp. Constant. Augusti: *Edd. coll. o.* 165) *ABH D'Ach.;* XIX: *CF;* XVII: *D;* XXV: *EG* 166) *ABCEGH Ed. Bas.;* Hortensio: *Edd. rel.* 167) XVIII: *F;* XII: *E* 168) *Codd. coll. o.* 169) Sarpadius: *DEG D'Ach.;* Larpedius: *Ed. Arg.;* Lapidius: *Ed. Nor.* 170) Aurelianensis: *F;* Aurasiacensis: *EGH* 171) XVII: *Berth.* 172) Eupanensis: *EGH;* Hyponensis: *Ed. Bas.;* Empanensis: *Edd. rel.* 173) XXVII: *D D'Ach.* XXXVII: *EGH* 174) *ABCEGH Turrecr. ed. Fontan.;* LX: *D D'Ach.* 175) *ABD;* XXXIV: *DEGH D'Ach.;* XXIV: *Berth.* 176) *ABCDEF;* Arelatensis: *Edd. coll. o.* Gozazius: *Berth.* 177) LXXII: *GF;* LXXXV: *EGH* 178) Aurelianus: *ABCEGH Edd. coll. o. Turrecr. ed. Fontan.* 179) *Codd. et Edd. coll. o.* 180) *ABCH;* Melanius Ronens.: *Ed. Argent;* Melianus: *Edd. coll. rel.;* Rodulensis: *D* 181) *Codd. coll. o. D'Ach.* 182) Harundinensis: *EGH* 183) Brevitensis: *DG D'Ach.;* Brelitensis: *Edd. coll. rel. pr. Paris.*

Maticensis, in qua Patres XXI. statuerunt canones, quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit. §. 21. Vicesima secunda item Maticensis, in qua Patres LXVIII.[184cc] statuerunt[185] canones, quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit. §. 22. Vicesima tertia Lugdunensis, in qua Patres XVII.[186dd] statuerunt canones, quorum auctor maxime Philippus Viennensis[187] episcopus extitit. §. 23. Vicesima quarta item Lugdunensis, in qua Patres XX. constituerunt canones, quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

Sed quod Nicena sinodus XX. canones supra statuisse dicitur, contrarium uidetur ei, quod in epistola Athanasii inuenitur. Scribit enim Athanasius Alexandrinus[188a] *Marco Papae, ita dicens:*

C. XII. *Epistola Athanasii*[189] *postulantis capitula Niceni concilii.*

Septuaginta* Niceni capitula[190b], que de prefata sinodo, iubente[191] domino meo Alexandro, decreta[192c] omnium episcoporum attuli que[193] sunt igne combusta, optamus, ut a sede sanctae ecclesiae uestra auctoritate[194d] percipere[195] per presentes legatos mereamur. *Item:* §. 1.[196] Presentibus nobis[197] septuaginta[198e] in[199f] memorata sinodo capitula tractata sunt: triginta[200g] a Grecis, greca edita lingua; et triginta a Latinis, similiter latina edita lingua[201]. Sed uisum est CCCXVIII. episcopis[202] Spiritu sancto repletis[203], et maxime iam dicto Alexandro, et apostolicae sedis apocrisiariis, ut decem capitula adunarentur, aliis atque congruis[204] locis insererentur[205], et ad formam LXX. discipulorum, uel totius orbis terrae linguarum, septuaginta tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, que omnem Christianorum informarent[206] orbem.

Gratian. *Quomodo ergo uiginti tantum capitula in Nicena sinodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (ut Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? His ita respondetur: Capitula*[207h] *Nicenae sinodi quedam in desuetudinem abierunt: uiginti tantum in Romana ecclesia habentur.*

Unde Stephanus Papa scribit, dicens Luitberto[a] *Episcopo Maguntino*[208]*:*

C. XIII. *Niceni concilii uiginti tantum capitula habentur.*

Viginti* tantum capitula Nicenae sinodi[209] in sancta[210] Romana ecclesia habentur; sed quo neglectu alia[211] defecerint[212], ambiguum est. Plurimi arbitrantur Antioceno ea esse concilio inserta[213].

Sardicense quoque concilium auctoritate Nicolai Papae recipitur. Unde idem scribit clero[214] *Constantinopolitano:*

C. XIV. *Auctoritate apostolica Sardicense concilium recipitur.*

Quod dicitis[215], neque Sardicense concilium, neque decretalia[216a] uos habere sanctorum Patrum uel recipere[217b], non facile uobis[218c] facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicense concilium, quod penes uos in uestris regionibus actum est, et omnis ecclesia recipit, qua ratione conueniat[219d], ut hec[220e] sancta Constantinopolitana ecclesia abiceret et ut dictum est non reciperet[221f]?

DISTINCTIO XVII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Generalia concilia*[1] *quorum tempore celebrata sint, uel quorum auctoritas ceteris premineat sanctorum auctoritatibus, supra monstratum est. Auctoritas uero congregandorum conciliorum penes apostolicam sedem est.*

Unde Marcellus Papa scribit Maxentio[2]**:*

C. I. *Absque Romani Pontificis auctoritate congregari sinodus non debet.*

Sinodum[3] episcoporum absque huius sanctae sedis auctoritate (quamquam quosdam[4] episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere.

[PALEA.[5]

Neque** ullum episcopum, qui hanc appellauerit apostolicam sedem, dampnare, antequam hinc sententia definitiua

EDITIO ROMANA.

Dist. XVI. c. 11. cc) LXXXVI. dd) XVIII. — c. 12. a) Alex. episcopus b) Nicaeni concilii capit. c) decreto d) a vestrae sanctae sedis auctoritate e) octoginta f) in: *deest* g) quadraginta (*et paucis verbis interiectis iterum:* quadraginta h) capitulorum — c. 13. a) Luythobio — c. 14. a) decreta alia b) sanct. Pontificum, non facile etc. c) nobis d) convenerit e) hoc f) ut dignum est non retineret

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * **Septuaginta:** Ex his Athanasii verbis constat, non omnes Nicaenae synodi canones aut graece, aut latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, et Innocentius Victricio, et alii multos ex illa canones citant, qui non sunt in his viginti, qui in manibus omnium versantur. De qua re scribit Isidorus in praefatione conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorii X. ad regem Armeniorum, quum concilium Lugdunense indixisset, (quam manuscriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicaenum concilium in lingua Armeniorum eo tempore exstitisse. Sic enim scribit: *Quia vero multipliciter expedit, ut in eiusdem celebratione concilii antiquorum conciliorum copiam habeamus, celsitudinem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus integrum Nicaenum concilium et alia concilia, quae habere diceris, in Armenica litera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea qua poteris celeritate transmittas.* Tuneti quoque et Alexandriae inventi sunt octoginta canones Arabice scripti, sub nomine huius concilii, qui Romae in Arabica et Armenica lingua scripti penes eundem Cardinalem Sirletum sunt; et nuper etiam in latinam linguam conversi sunt et impressi.

C. XIII. * Apud Ivonem p. 4. cap. 232. habetur magis integrum hoc caput: *Capitula Nicaeni concilii, testimonio Athanasii septuaginta, in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus, e quibus viginti tantum in ecclesia sancta Romana*, et quae sequuntur.

Dist. XVII. C. I. * **Maxentio:** Antea legebatur, *Maxentio Episcopo:* in tomis autem conciliorum in epistolae inscriptione est: *ad Maxentium tyrannum*, sed in principio epistolae ipsius est: *Marcellus Maxentio*, quae lectio visa est retinenda.

** **Neque:** Hinc usque ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.

Dist. XVI. can. 11. 184) *ABCD;* LXXII: *F;* LXVIII: *D;* LXVII: *EH;* XLVIII: *G;* LXIV: *D'Acher.* 185) instituerunt: *DF* 186) *ABCG;* XXVII: *D;* XIV: *D'Ach.* 187) Iuvensis: *D;* Menensis: *Edd. Arg. Par.* 188) *ABCEFG* ‖ can. 12. 189) *Ep. Pseudoisid. Athanasii et Episc. Aegypti ad Marcum P. ap. Hinschius p.* 452. — *Ivo Decr.* IV, 108. (*Athan. Alexandrin. Marco papae*); *Ivo Pan.* II, 106. (*inscr. ut ap. Gratian.*); *Caes.* I, 30; *Polycarp.* III, 20, 6. (*can.* ad vos pervenisse; *inscr.:* ep. Athanasii ad Marcum pap.; *initium canonis ex principio epistolae originalis decerptum est, deinde sequitur quae ap. Grat. est* §. 1. *et finitur verbis quae ap. Grat. in principio exstant.* 190) *ABDEGH* 191) iam fato iubente: *orig. Polyc.* 192) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 193) quia: *Ivo Pan.;* quae etiam coram omnibus recitavi atque transcripsi: *orig. Polyc.* 194) *ABC;* a sede sanctae Romanae ecclesiae vestrae auct.: *F; idem omisso:* Romanae: *H;* a sanctae sedis ecclesiae vestra auct.: *G;* a vestrae sanctae sed. ecclesiae auct.: *orig. Ivo Decr. Pan.;* a vestrae sed. auct.: *Polyc.* 195) auct. quae est mater et caput omnium ecclesiarum ea ad correptionem et recreationem fidelium orthodoxorum percipere: *orig.* 196) *in originali verba* §. 1. *praecedunt iis quae Grat. in principio habet.* *Anselm.* I, 59, 60. (I, 60. *can.* Nicaenam synodum — *quaedam praecedunt verba a Grat. omissa, deinde sequitur Gratiani* §. 1. *et finitur canon iis verbis quae in principio Grat. inveniuntur:* Nunc ergo optamus ut a vestrae . . . . mereamur *insertis originalis verbis quae not.* 195. *attulimus et add.:* quod. Rom. ecclesia semper immaculata permanserit et permanebit. — *inscr.:* Petitio Aegyptior. ep. pro capitulis LXX. Nic. conc.) 197) Sane praesentibus: *orig. Anselm. Polyc.* 198) *ABCDEF Edd. coll. o.;* XL: *G;* LX: *Anselm.* 199) *ABC orig. Anselm. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 200) *Codd. et Edd. coll. o.* — XL: *orig. Ans. Ivo Pan. Polyc.* 201) similiter latine edita: *Ivo Pan.* 202) patribus: *orig. Ans. Polyc.; inseritur:* in praedicto concilio congregatis: *orig. Ivo Decr. Pan.;* in conc. congregatis: *Polyc.* 203) spir. s. repl.: *deest: Anselm.* 204) aliis congruis: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* in congruis: *orig. Polyc.:* adunarentur in congr.: *Anselm.* 205) insererent.: *deest: Ivo Pan.* 206) in una fide firmarent.: *Ivo Pan.* 207) *ABCDEG* ‖ can. 13. 208) *Auctorem capitis (quod frustra cum Böhm. inter acta conc. Rom. ao.* 765. *quaesiveris) Stephanum* V. *fuisse Richt. Berardum secutus* (II, 2, 295.) *suspicatur. Ast fuit Stephanus* VI. *cuius tempore Luitbertus Mogunt. (sic videtur legendum esse) praefuit Concil. Mog. a.* 888. *Epistola scripta est inter aos.* 886 89. *Jaffé no.* 2643. Leuthobio: *F;* Levithobio: *G;* Humberto: *al. Codd. sec. Berard.* II, 2, 186.; Libithobio: *AB; Luithobio: C* *Ivo Decr.* IV, 232. (*Luythobio*); *Ivo Pan.* II, 107. (*Steph. Luthobio M. e.*) 209) concilii: *Ivo Pan.* 210) sancta: *deest: ib.* 211) cetera: *ib.* 212) defecerunt: *DG* 213) incerta: *Lugd.* I.; arbitr. enim plur. e. A. c. inserta: *Ivo Decr.* ‖ can. 14. 214) electo: *alii sec. Corr.* — *Epist. Nicolai ad Photium Constant.* (*ao.* 862) — *Jaffé no.* 2030. — *Ivo Decr.* IV, 135. (*Nicolaus Photio*); *Ivo Pan.* II, 100. (*sine inscr.*) *Coll. tr. P.* I, 63, 15. *Caes.* II, 22. 215) vero dictis: *orig.* 216) *ABDFGH orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 217) *ABCEFGH Edd. coll. o. Ivo Pan.:* Pontificum vel recipere: *orig. Coll. tr. P.; in Ivonis Decr. ut in Ed. Rom., ita ut falsa sit Richteri annotatio.* 218) *ABCEFGH Böhm.* 219) *ABCEFGH Edd. coll. o. Ivo Pan.* — convenerat: *D orig. Coll. tr. P.* 220) *ABC Ivo Pan. Coll. tr. P.* 221) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.*

Dist. XVII. Pars. I. 1) generalia quoque conc.: *EG* ‖ can. 1. 2) Max. episcopo: *ABCDFG sed cf. Berard.* II, 1, 134. — *Ep. Pseudoisidor. Marcelli ep.* II. *ad Maxentium tyrannum ap. Hinschius p.* 228. *cuius fons hoc quidem capite est Hist. tripart.* IV, 9. V, 34. *cf. Concil. Sardic. c.* 5. — *Bened. Levita* II, 381. *Anselm.* II, 60. (*can. vos licet; sed ista et seqq. verba desunt in Cod. Vat. ubi canon exstat ut ap. Grat. sequente Palea.*) *Ivo Decr.* IV, 240. (*ibi etiam Palea et ulterior continuatio*) *Coll. tr. P.* I, 29. *c. un.* (*can.:* non oportet quemquam; *quaedam verba praecedunt deinde c.* 1. *cum Palea et ulteriore continuatione*); *Polycarp.* I, 13. (I, 16, 1. *can.* vos licet *usque ad verbum Paleae:* procedat.) 3) synodus: *Anselm.;* synodos ergo episc.: *Polyc.;* synodum ergo absque: *orig.* 4) quibusque: *Anselm.* 5) *Palea deest: ABCD* (*in D manu posterioris aetat. in marg. adscripta est*) *EFGH cf. Huguce. Summa ap. Schulte Paucapal. p.* 15.

procedat. Nam si seculares in publicis iudiciis[6] libellis utuntur appellatoriis[7], quanto magis sacerdotibus hec eadem agere licet, qui super illos sunt?" de quibus dictum est: „Ego dixi[8], Dii estis?"]

C. II. *Non est ratum concilium, quod auctoritate Romanae ecclesiae fultum non fuerit.*

Item Iulius *Papa* [I.] *orientalibus episcopis*[9 a].

Regula uestra[10], nullas habet uires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanae ecclesiae legatio[11 b] interfuit; canonibus precipientibus, sine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec ullum[12] ratum est, aut erit unquam concilium, quod fultum fuerit auctoritate eius.

C. III. *Nullus usurpet concessa Romanae ecclesiae.*

Item Damasus *Papa* [I. ad Stephanum epist. IV.][13]

Huic sedi[14 a] concessa nullus usurpare sine eius consultu presumat, qui non uult honore ecclesiastico indignus aut[15 b] contemptor iudicari.

C. IV. *Absque apostolicae sedis auctoritate sinodum*[16 a] *aliquibus congregare non licet.*

Item Gregorius[17*].

Nec[18], licuit aliquando[19 a], nec licebit particularem sinodum** congregari[20 b]; sed quotiens aliqua de uniuersali sinodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt[21], rationem, aut sponte hi, qui salutem animae suae desiderant, ad apostolicam[22] sedem pro percipienda[23 c] ratione conueniant, aut si forte (sicut de talibus[24] scriptum[25] est: „Peccator[26], cum uenerit in profundum malorum, contempnit[27])", ita obstinati et contumaces extiterint[28], ut doceri non uelint, eos ab eisdem sedibus apostolicis[29] aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per seculares opprimi[30 d] potestates.

C. V. *Non est concilium, sed conuenticulum, quod sine sedis apostolicae auctoritate celebratur.*

Item Pelagius [Papa II.] *Episcopis, qui conuenerunt*[31 a] *ad illicitam uocationem Iohannis Constantinopolitani,* [epist. I. cap. 1.][32]

Multis[33] denuo[34] apostolicis et canonicis[35] atque ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari[36]. §. 1.[37] Quapropter, ut iam dictum est, recte non concilium, sed uestrum conuenticulum uel conciliabulum cassatur[38], et quicquid in eo actum est, irritum habetur[39] et uacuum. Vos quoque deinceps uidete, ut nullius hortatu talia presumatis, si apostolicae sedis communione carere non uultis[40 b]. §. 2.[41] Si uero in qualibet prouincia ortae fuerint questiones, et inter ipsius prouinciae episcopos discrepare ceperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conueniat[42], ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illic facile[43] et iuste non discernuntur, ubi fuerit sinodus regulariter congregata, canonice et iuste iudicentur. Maiores uero[44] et difficiliores[45] questiones (ut sancta sinodus statuit, et beata consuetudo exigit), ad sedem apostolicam semper deferantur[46 c].

C. VI. *Prouincialia concilia sine Romani Pontificis presentia pondere carebunt*[47 a].

Item Simachus *Papa*[48].

Concilia[49] sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia presentiam Papae non habent, ualetudinem perdiderunt*. Legite[50 b] insanissimi, aliquando in[51] illis preter[52] apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, et non de maioribus negotiis ad consultationem[53], si quid occurrerit[54], prefatae sedis arbitrio[55] fuisse seruatum?

II. Pars. Gratianus. *Hinc*[56] *etiam cum auctoritas Teodorici regis ex diuersis prouinciis ad urbem Romam sacerdotes conuenire precepisset, ut sanctum concilium iudicaret de his, que uenerabili Papae Simacho, presuli apostolicae sedis, ab aduersariis ipsius dicebantur impingi, Liguriae Emiliae episcopi*[57 c], *seu Venetiarum suggesserunt, ipsum, qui dicebatur impetitus, debere sinodum conuocare: scientes, quia eius sedi primum Petri apostoli meritum, deinde secuta iussione*[58] *Domini conciliorum uenerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictae sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio*[59 d]. §. 1. *Ad hec serenissimus rex Deo inspirante*[60 e] *respondit: Sinodalis esse arbitrii in tanto negotio sequenda prescribere, nec aliquid ad se preter reuerentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere, committens etiam potestati pontificum, ut siue propositum uellent audire negotium, siue nollent, quod magis putarent utile, deliberarent, dummodo uenerandi prouisione concilii pax in ciuitate Romana*[61] *daretur. Episcopi uero in sinodo residentes congregata auctoritate eiusdem Simachi dixerunt: „Simachus Papa sedis apostolicae presul ab huiusmodi op-*

EDITIO ROMANA:

Dist. XVII. c. 2. a) orient. epp.: *deest — legitur:* in rescripto contra orientales pro Athanasio c. XXIX. b) legatus — c. 3. a) huic soli sedi b) ut — c. 4. a) alicui aliquando b) congregare c) recipienda d) comprimi — c. 5. a) convenerant b) vultis. Et infra: c) referantur — c. 6. a) carent b) legistis c) Ligur. et Aemiliae seu Venetiar. epp. d) *post* iudicio *interiectum est:* et infra e) adspirante

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Gregorius: Hoc proculdubio est Pelagii, sicut ab Anselmo et Ivone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad apostolicas sedes recurrendum esse, quum inferiores episcopi, aut quivis alii cognoscere desiderant, quid in aliqua universali synodo esset constitutum, et valde illos condemnandos, qui apostolicis sedibus non communicant, ut C. 23. q. 5. c. *non vos,* et cap. *de Liguribus.* Ex hoc autem capite: *nec licuit,* et capite, *istud.* C. 11. q. 1. habetur integra epistola Pelagii, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, et in margine est additum: *ad Episcopos Mauritaniae.* Atque in summariis capitum dictatus ipsius Papae, qui habetur lib. 2. Reg. Gregorii septimi, inter cetera hoc est: *quod nulla synodus absque praecepto summi Pontificis debet generalis vocari.*

** Synodum: Apud Anselmum, Ivonem et in Polycarpo adduntur haec: *ad iudicandum universalem synodum.* Hoc enim est, quod prohibetur hic a Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi perversitate adducti, nolebant quintum concilium recipere, (qua de re B. Gregorius, lib. 7. epist. 53. et alibi saepe), et particularem synodum universali, ac sedium apostolicarum auctoritati praeferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, sive Gregorius, ne episcopi possint dioecesanas, et metropolitae provinciales synodos convocare, sed ne ipsas ad iudicandam universalem synodum congregent; atque ita est in rubrica emendatum.

C. VI. * Perdiderunt: Hic in libello Ennodii in recentioribus editionibus est nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi, hoc tanquam absurdum quidpiam obiicientium. Quibus Ennodius in sequentibus verbis respondet: *Legite, etc.*

Dist. XVII. can. 1. 6) iud.: *deest in Edd. Arg. et Bas.* 7) utimur appellationis: *D* 8) *Psalm.* 81. || can. 2. 9) *ABCEGH — Ep. Pseudoisid. Iulii ep.* II. *ap. Hinschius p.* 471. *cf. Ennodii ep.* 20. *l.* 1. *Hist. tripart.* X, 17; IV, 9. 19. *Bened. Levita* II, 318. — *Anselm.* II, 47. (46. *can.:* item de receptione *in fine*) *Polycarp.* I, 13. (I, 16, 2. *ut ap. Grat.*) 10) hanc regulam protulistis quae: *orig.* 11) *ABCDFH Ed. Bas. orig. Anselm. Polyc.* 12) illum: *Ed. Nor.* || can. 3. 13) *Ep. Pseudoisid. c.* 23. *ap. Hinschius p.* 508. — *Jaffé no.* CLXII. *lit. spur.* — *Richt. epistolam ante Pseudoisidori tempora confectam esse contendit.* — *Caes.* VII, 56. 14) soli: *deest: H Edd. Argent. Bas. Ans. Polyc.;* Ideo quae huic sedi concessa sunt: *orig.* 15) *AB Edd. coll. o., exc. Bas. Anselm. Polycarp.* || can. 4. 16) *verba in Ed. Rom. exstantia desunt in o. Codd. et Edd. coll.* 17) *Imo Pelagius* I. *Ep. ad. Narsen ao.* 558—60. *scripta* (*Jaffé no.* 680.) *seu ad Valerianum Patricium* (*ex collect. Holstenii ed. ap. Mansi* IX, 732.) *Anselm.* XII, 43. (Pelag.: *can.:* Istud est, *in medio.*); *Ivo Decr.* IV, 239. (Pelag. Valeriano patricio) *Polycarp.* I, 14. (I, XVI, 9. Pelagius (*non ut Richt. correctores sequens affert:* Gregorius; *can.* istud est *in medio*); *inscr.:* item Gregorius Papa: *EG;* it. G. p. Constantinopolim: *Ed. Bas.* 18) sic nec.: *Ivo* 19) *Codd. coll. o.* 20) *Codd. coll. o. Anselm. Polyc.* 21) intelligitur: *E Ivo* 22) apostolicas sedes: *Holsten. Ivo.* 23) *ABCDEGH Polyc.* 24) quibusdam: *alii sec. Corr.* 25) dictum: *F Ivo Anselm.* 26) *Prov. c.* 12. *v.* 2. 27) prof. vitiorum vel mal. contemnet: *EGH* 28) extiterunt: *ib.* 29) apost.: *deest: Anselm.* 30) *Codd. coll. o.* (*praet. H:* convenit comprimi) *Ans. Polyc.;* opprimi oportet: *Edd. coll. o.* || can. 5. 31) convenerunt: *DFG* 32) *Ep. Pseudoisidor. ap. Hinschius p.* 721. *cf. Cassidor. Hist. trip.* IV, 9. *Bened. Lev.* II, 381. — *Anselm.* II, 36. (*can.:* relatum est *in medio*) *Polycarp.* I, 14. (I, 16, 7. *ut ap. Ans.*) 33) multis modis: *Ed. Bas.* 34) denique: *EGH* 35) canonibus: *Ans. Polyc.* 36) *eadem verba leguntur in decretis Iulii c.* 9. *C.* III. *qu.* 6. *atque secutus in iis auctor esse videtur quae in Hist. trip.* IV, 9. 19. *ex Socratis Graeco translata leguntur* 37) *ap. Hinschius p.* 724. 38) cassabitur: *Ed. Bas.* 39) habetur: *deest: D;* habeatur: *CH Anselm. Polyc.* 40) *Codd. coll. o. Anselm. Polyc.* 41) *c.* 3. *cf. conc. Antioch. c.* 14. *Chalc. c.* 9. *et* 17. — *et Innoc.* I. *ep.* 2. 42) conveniant: *DEG* 43) quidem facile: *DEFGH* 44) *Bened. Lev.* II, 381.; III, 109. 45) difficiles: *orig. et alii sec. Corr.* 46) *ABCDEFG;* deferuntur: *H* || can. 6. 47) *ABCDEG Edd. coll. o.* 48) *imo ex Ennodii libello apolog. pro Synod. Rom.* IV. *hab. ao.* 501. *apud Hinschius p.* 671. *Anselm.* II, 56. (*can.* Legite insanissimi; *initium Gratiani deest, canon continuatur.*) *Ivo Decr.* IV, 242.; *Polyc.* I, 7. (I, 8, 8. Legite *etc. ut ap. Anselm.*) 49) Ergo concilia: *orig.* 50) *ABCDF Ed. Bas. orig. Ivo Anselm. Polyc.;* legitis: *Ed. Venett.* I. II. 51) in: *deest: Ivo Pan.* 52) ecclesiasticis legibus praeter: *EG* 53) collationem: *orig. Anselm. Polyc.* 54) occurrit: *orig. Ivo Anselm.;* quidem occurrit: *Polyc.* 55) apostolicae arbitrio: *EG* 56) *Haec quae ex synodo* IV. *Romana sub Symmacho sumpta esse contendunt Correctores* (*syn.* III. *est hab. ao.* 501.) *integra leguntur in coll. Anselmi* III, 105. 57) *ABC* 58) iussionem: *orig. ap. Mansi* 59) *ABCEG* 60) *ABCDEFG* 61) urbe Roma: *AB;* Rom. Christianis omnibus redderetur: *orig.*

postitionibus[62] *impetitus quantum ad homines respicit, sit immunis et liber, cuius causam totam Dei iudicio reseruamus*[63 f]." §. 2. „*De clericis uero memorati Papae, qui ab episcopo suo ante tempus contra regulas discesserunt, et scisma fecerunt, hoc fieri decreuimus*[64 g], *ut satisfacientes*[65 h] *episcopo suo misericordiam consequantur*[66] *et offitiis ecclesiasticis se gaudeant restitui*[67 i]." §. 3. „*Laurentius episcopus ecclesiae Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsit*[68 k]." *Petrus Ecclesiae Rauennatis Episcopus sub eisdem uerbis subscripsit, et post eum LXXV. episcopi. Illud*[69] *de clericis*[70] *pro pace in Urbe reformanda misericorditer et dispensatiue factum dignoscitur.* §. 4. *Hoc quoque notandum est, quod in hoc concilio et in alia sinodo Simachi Papae ante Rauennatem episcopum Mediolanensis subscripsisse*[71] *et respondisse legitur: ex quo et sedis prerogatiuam ante eum habere colligitur.*

[C. VII.] *Ait enim* Gregorius I., [lib. VII. reg. epist. 112.][72] *Siagrio Episcopo Augustodunensi:*

Episcopos secundum ordinationis suae tempus siue ad considendum in concilio, siue ad suscribendum[73], *uel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, et suorum sibi prerogatiuam ordinum uindicare.*

Gratianus[74]. *Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur, sicut ex consuetudine Cardinalium sanctae Romanae ecclesiae, et episcoporum uniuscuiusque prouinciae euidenter apparet.*

DISTINCTIO XVIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Episcoporum igitur concilia, ut ex premissis apparet, sunt inualida ad diffiniendum et*[1] *constituendum, non autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcoporum concilia ad exortationem et correctionem*[2], *que etsi non habent uim constituendi*[3 a], *habent tamen auctoritatem imponendi et indicendi*[4], *quod alias statutum est et generaliter seu specialiter obseruari preceptum.*

[PALEA[5*].

C. I. Ex Cabilonensi Concilio, cap. 6.[6]

Placuit[7], ut conseruato[8] metropolitani primatu[9] ceteri episcopi[10], secundum suae ordinationis tempus, alius alii deferat[11] locum.]

Unde Leo I., [epist. LXXXII. c. 7. Anastasio] *Thessalonicensi*[12] *Episcopo:*

C. II. *Bini conuentus per singulos annos ab episcopis*[13 a] *celebrentur.*

De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quam sancti Patres salubriter ordinauerunt: scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, que inter diuersos ecclesiae ordines nasci solent[14 b], iudicetur. Ac[15 c] si forte inter ispsos, qui presunt, de maioribus peccatis nascitur[16 d] (quod absit) causa, que prouinciali examine nequeat diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit instruere, ut[17 e] si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita[18] iudicio, ad nostram cognitionem[19], quicquid illud est, transferatur.

C. III. *Quo tempore concilia episcoporum sunt*[a] *celebranda.*

Item ex Niceno *Concilio*[20], [cap. 5.]

Habeatur semel concilium ante dies quadragesimae[21], ut omnibus, si que sunt, simultatibus amputatis, mundum* solempne[22 b] Deo possit[23] offerri; secundum uero agatur circa tempus[24 c] autumni.

C. IV. *Ad morum correctionem et controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat.*

Item ex Antioceno *Concilio*[25], [cap. 20.]

Propter ecclesiasticas causas et que existunt controuersias dissoluendas, sufficere uisum est, bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilium[26] fieri: semel quidem post tertiam ebdomadam pascalis solempnitatis[27 a], ita ut in quarta ebdomada, que consequitur, id est media* pentecoste, concilium compleatur**. Admoneant autem comprouinciales episcopos hi, qui in amplioribus, id est in metropolitanis ciuitatibus degunt. §. 1. Secundum uero concilium Idib. octobris habeatur, qui dies apud Grecos yperberiti[29 b] mensis decimus*** inuenitur. In ipsis autem conciliis et presbiteros et diaconos presentes esse oportet, et omnes, quoquot se lesos[30] existimant, et sinodicam exspectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia sine metropolitanorum episcoporum conscientia[31] facere, quibus de omnibus causis constat esse permissum iudicium.

EDITIO ROMANA.

Dist. XVII. c. 6. f) *post* reservamus *interiectum est*: et infra g) decernimus h) ut illi satisfacientes i) *post* restitui *interiectum est:* ibidem infra k) subscripsi — Dist. XVIII. Pars. I. a) constitutionis — c. 2. a) episcopo b) assolent c) At d) nascatur e) et — c. 3. a) sint b) mundum ieiunium et solenne c) tempora — c. 4. a) festivitatis b) hyperberetaei

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XVIII. C. I. * In pervetusto Gratiani codice Palea haec est in extremo praecedentis distinctionis, convenitque cum ultimo illius capite: *Episcopos.* Ex Cabilonensi autem citant etiam ceteri collectores; exstat vero in Bracarensi I., c. 24. et concordat cum cap. 13. concilii Milevitani, et cap. 53. concilii Africani.

C. III. * Mundum: Caput hoc est ex versione, qua usus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est: *mundum solenne Deo munus*, quemadmodum et in Polycarpo, et in aliquibus Gratiani codicibus est: *mundum et solenne Deo munus.* Graece est: ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ, id est: *ut omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.*

C. IV. * Id est media: Antea legebatur; *et in medio temporis inter pascha et pentecosten*[28], nec multo aliter apud Ivonem: *id est, medio temporis, etc.* Sed reposita est haec lectio ex plerisque Gratiani exemplaribus et collectione Isidori, in qua est haec eadem versio. Nam ceteri collectores secuti potius videntur uersionem Dionysii, quae est in codice canonum: quamvis et Burchardus et Panormia hoc loco habeant: *id est, medio pentecostes*, vel: *in medio pentecoste*, ubi in versione Dionysii est: *ita ut quarta septimana pentecostes*, verbum plane e verbo. Graece enim est: ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντεκοστῆς.

** Compleatur: Vocem ἐπιτελεῖσθαι Dionysius vertit: *conveniat.*

*** Decimus: Prorsus ex Graeco. Dionysius autem, quem Burchardus et Ivo sequuntur, habet: *Idibus octobris, id est, quintodecimo die mensis octobris, quem hyperberetaeum Graeci cognominant.* In canone autem apostolorum 37. legitur, secundam anni synodum celebrandam esse ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, id est: *duodecimo die hyperberetaei.* Non convenire autem omnino Latinorum menses cum Graecorum, satis constat. Suidas quidem scribit, apud Macedonas hyperberetaeum eundem esse, qui october, Galenus autem Pergami eundem, qui september.

Dist. XVII. can. 6. 62) opinionibus: *D;* propositionibus: *orig. et alii sec. Corr.* 63) *Codd. coll. o.* 64) *ABCDF* 65) *ABC;* ei satif.: *F;* eos satisfacientes: *EG orig.* 66) subsequantur: *orig.* 67) *ABCDEG; in F novus hic incipit canon cum inscr.* De Mediolanensi Archiepiscopo. 68) *Codd. coll. o. Bohm.* 69) *hoc loco in F canon finitur et Dictum Gratiani incipit.; in D novus incipit canon* 70) ecclesiis: *D* 71) episcopus subscr.: *EG* ‖ can. 7. 72) *Ep.* IX, 108. (*scr. ao.* 599.) *Ed. Maur. Jaffé no.* 1265. *Anselm.* VI, 134. (131.) *Caes.* IV, 105.; *in o. Codd. coll. hic canon cum priore coniunctus est* 73) scribendum: *Anselm.* 74) *Hoc loco in EG incipit Dist.* XVIII.

Dist. XVIII. Pars. I. 1) def. ad const.: *CEFG;* def. et ad const.: *D* 2) correptionem: *CDG* 3) *Codd. coll. o.* 4) inducendi: *D* ‖ can. 1. 5) *Palea deest ABCDEF (in F manu poster. aetatis in margine adscripta est) GH* 6) *imo ex Conc. Bracar.* I. *ao.* 561. *c.* 6. *Burch.* I, 55.; *Ivo Decr.* V, 165. *Ivo Pan.* IV, 20.; (*in omnibus inscr.:* ex Cabil. C) 7) Item placuit: *Ivo Pan.* 8) ut ceteri metropolitani cons.: *ib.* 9) episcopi primatu: *Burch. Ivo Decr.* 10) episcoporum: *Burch. Ivo Decr.* 11) aliis sedendi: *F;* alii sedendi: *Hisp. Ivo Decr.;* sedenti: *Ed. Bas.* (*in qua quod rectius esse videtur hoc caput ex fine praecedentis distract. positum est.* *Burch.* ‖ can. 2. 12) *Ep.* XIV. *c.* 7. (*scr. ao.* 446.) *Ed. Ball. Jaffé no.* 189. *qui dubitat num eo ao. scripta sit* *Anselmo ded.* III, 15; (Leonis papae); *Burch.* I, 13. (ex decr. Leonis p. ad. Rusticum ep. Narbonens.) *Ivo Decr.* IV, 241. (Leo p. I.); *Ivo Pan.* IV, 13. (Leo p. Anastas. Thess.) *Polyc.* III, 19, 4. 13) *ABC* 14) *ABEG* 15) *ABC Hisp. Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Polyc.* 16) *ABCDEGH Ans. ded. Ivo Decr. Pan.* 17) *Codd. coll. o. Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc. Bohm.* 18) resopita: *D Ans. ded. Burch. Polyc.* 19) agnitionem: *Ed. Bas.* ‖ can. 3. 20) *hab. ao.* 325. *vers. Hisp.* — *Anselmo ded.* III, 22. (*Dionys. est versio*); *Coll. tr. P.* II, 1, 5. *Polycarp.* III, 19, 3. 21) quadraginta: *Pol.* 22) *ABE Coll. Hisp. Pol.* 23) munus possit: *Coll. tr. P. Polyc.* 24) *ABDG Hisp. Coll. tr. P. Polyc.* ‖ can. 4. 25) *hab. ao.* 332. (*vulg.* 341.) — *versio Hisp.* — *Anselmo ded.* III, 13.; *Burch.* I, 44.; *Ivo Decr.* V, 154.; *Ivo Pan.* IV, 15.; *Polycarp.* III, 19, 5. — *in omnib. versio Dionysiana est.* *Coll. tr. P.* II, 6, 14. (*versio Hisp.*) 26) concilia: *EGH* 27) *Codd. et Edd. coll. o.* 28) *in Codd. coll. et in Ed. Bas. tamen contra ut est restitutum.* 29) *ABCEG Edd. Venet.* I, II. *Coll. tr. P.;* hyperbitis: *F;* hyperbiti: *D;* hyperberici: *Ed. Bas.;* hyberperiti: *Ed. Nor.* 30) sceleroses: *D* 31) consensu et conscientia: *EG Edd. coll. o. pr. Bas.* — *Bohm.*

C. V. *Se ipsos*[32a] *accusant, qui uocati ad sinodum uenire contempnunt.*

Item ex Concilio *Laudicensi*[33] [cap. 40.]

Non oportet uocatos episcopos ad sinodum contempnere[34], sed adire[35] debere, et[36] aut docere, aut doceri, que sunt ad ecclesiae ceterorumque correctionem utilia; quod si contempserint, se ipsos uidentur[37] accusare, nisi[38b] ire forte non possint[39].

C. VI. *Corripiantur episcopi, qui ad concilium uocati uenire recusant*[40a].

Item ex Concilio *Calcedonensi*[41], [cap. 19.]

Peruenit ad[42] nostras aures, quod in prouinciis constituta[43] episcoporum concilia minime celebrentur. Hoc* ex eo probatur, quod multae, que correctione opus habent, ecclesiasticae res negligantur. Statuit ergo hec sancta sinodus, secundum Patrum regulas bis in anno in unum conuenire per singulas prouincias episcopos, ubi singula**, que emerserint, corrigantur. §. 1. Qui uero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus, et hoc maxime, cum sui[46] corporis sanitate consistentes[47], cum[48b] etiam ab omnibus aliis urgentibus necessitatibus[49] et inexcusabilibus negotiis liberi sint[50c], licere eos fraternae caritatis admonitionibus corripi.

C. VII. *Canonicis subiaceat penis metropolitanus, qui saltem semel in anno celebrare concilium negligit.*

Item ex Septima Sinodo[51], [cap. 6.]

II. Pars. Quoniam[52] quidem regula est, que dicit, bis in anno per singulas prouincias oportere fieri per conuentum episcoporum regulares inquisitiones[53], propter fatigationes[54a] et ut oportune* habeantur ad iter agendum hi, qui congregandi sunt, diffinierunt sextae sinodi sancti Patres, omni excusatione remota, omnibus modis semel in anno fieri, et deprauata corrigi. Hunc ergo canonem et nos renouamus, et si quisquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere, communione priuetur. Si quis uero metropolitanorum hoc neglexerit agere absque necessitate, uel ui, seu aliqua rationabili occasione, canonicis penis subiaceat. Dum autem sinodus agitur super canonicis et euangelicis negotiis, oportet congregatos episcopos in meditatione et sollicitudine fieri custodiendorum diuinorum et[55] uiuificorum Domini mandatorum. §. 1. Porro[56b] non habeat metropolitanus licentiam ex his, que defert episcopus secum, siue iumentum siue aliquam[57c] speciem expetendi. Quod[58] si hoc egisse conuictus fuerit, soluat quadruplum.

C. VIII. *Non cogantur presbiteri sacerdotalia eulogia ad concilium deferre*[59a].

Item Leo IV. [ad Episcopos Britanniae, c. 3.][60]*

De eulogiis ad sacra concilia deferendis nihil inuenimus a maioribus terminatum: sed sicut unicuique presbitero placuerit. Nam si constitutum fuerit, illo[61] in tempore benedictiones afferre[62b], forsitan minus libenter ad sinodos occurrent[63], et magis uenire obtrectabunt. Que, ut arbitror, non sunt rationabiliter requirendae[64c], nec ultro delatae respuendae.

C. IX. *Sine graui necessitate episcopus ad sinodum ire non tardet.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV.[65], [c. 21.]

Episcopus[66] ad sinodum ire non tardet[67], si non[68a] satis graui necessitate inhibeatur: sic tamen, ut in persona sua legatum mittat, suscepturus salua fidei ueritate quicquid sinodus statuerit*.

C. X. *Excusatorias litteras dirigant, qui grauati ad sinodum ire non possunt.*

Item ex Concilio Cartaginensi V.[69], [c. 10.]

Placuit[70], ut quotienscumque congregandum est concilium, episcopi, qui neque etate[71], neque egritudine, neque alia grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant. §. 1.[72a] Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas litteratorie* subscribant[74b]; nisi autem** rationem impedi-

EDITIO ROMANA.

Dist. XVIII. c. 5. a) semet ipsos b) forte pro infirmitate — c. 6. a) contemnunt b) cum: *deest* c) sunt — c. 7. a) fatigationem b) *ante* §. 1. *interiiciunt Corr.:* Et post pauca c) aliam — c. 8. a) non cog. presb. ad sacra concilia eulogias deferre b) afferri c) quaerendae — c. 9. a) nisi — c. 10. a) *ante* §. 1. *interiiciunt Corr.:* Et infra b) conscribant

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Hoc ex eo: In collectione Isidori, ubi alioquin eadem videtur esse versio, legitur: *ex hoc probatur, quod multae*[44], *etc.* Itemque apud Ivonem, addita tamen particula, *et.* Graece est: *καὶ ἐκ τούτου πολλὰ παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησαστικῶν πραγμάτων*: id est: *et propterea multae ex rebus ecclesiasticis, quae correctionis egent, negliguntur.*

** Ubi singula: Ita in collectione Isidori[45] et apud Ivonem et Anselmum. Graece est: *ἔνθα ἂν ὁ τῆς μετροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα*, quae Dionysius sic vertit: *Quo metropolitanus antistes probaverit, et corrigere singula, si qua fortassis emerserint.*

C. VII. * Et ut opportune: Graece est: *καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν*, id est: *Et quod non bene parati sunt ad iter faciendum.*

C. VIII. * Habetur haec epistola Romae manuscripta ut in indice dictum est.

C. IX. * Similem sententiam, et paene eadem verba referunt Burch. l. 1. c. 51. et Polyc. l. 2. tit. 16. [c. unic.] ex Felice.

C. X. * Literatorie: In conciliis impressis legitur: *in tractatoria*[73]. Dubitatum fuit, an legendum esset: *in tractoria.* Nam epistolae, quibus imperatores vel reges suos praesides vocabant, vel evectionem aliquam concedebant, tractoriae dicebantur. Sic in codice Theodosiano lib. 8. titulus 6. est: *de tractoriis et stativis*, et sic videtur emendandum in lib. Cod. 12. quamvis impressis legatur: *de tractatoriis*, quam vocem, *tractoriam*, eadem significatione Carolus Magnus in suis capitularibus usurpavit, lib. 4. c. 30. et 69. et eadem notione est in concilio Meldensi, cap. 71. Sanctus quoque Augustinus in libro post collationem contra Donatistas. c. 34. tractoriam pro epistola vocatoria usurpat, his verbis: *Sic autem a primate suo per tractoriam fuerunt evocati.* Atque in hoc canone, ubi de vocandis episcopis ad concilium agitur, vox ista esset aptissima. Nam in concilio Africano, inserto in codice canonum c. 43., ubi hoc idem reperitur, et c. 57. §. Lucianus, et §. Alypius in vetustis codicibus semper legitur: *tractoria*, ubi in impressis est: *tractatoria*, et in Carthaginensi graeco c. 91. est: *ἡ συνοδική.* Verum idem B. Augustinus utitur dictione: *tractatoria*, in eam quae nunc subiicietur sententiam. Loquens enim de episcopis, si vocati noluissent venire ad concilium et ibi obiecta crimina purgare, epist. 162. ait: *Quod si non fecerint, ibi etiam eorum pravitas et perversitas innotescet: missaque tractatoria super eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumque iam Christi ecclesia dilatata est, ab omnibus ecclesiis, eorum communio praecidetur.* In concione quoque secunda in Psalm. 36. eadem vox quater inuenitur: et epistola Syricii, quae recitatur in concilio Teleptensi, ibi vocatur *tractatoria.* Cuius mentionem faciens Innocentius in epistola ad Exsuperium Tolosanum, cap. 1. ait: *De his et beatae recordationis viri Syricii episcopi monita evidentia commearunt:* quibus verbis videtur indicare, non ad solos Africae episcopos, sed ad omnes provincias missam fuisse illam Syricii tractatoriam. Ita Leo Papa II. postquam sextum universale concilium finem habuerat, brevem eius concilii summam ad Hispaniae episcopos, ut ei subscriberent, misit, quam *tractatoriam* vocat, quae Leonis II. epistolae manuscriptae ex Hispania Romam sunt missae.

** Nisi autem: In originali est: *vel si post adventum tractatoriae aliquae necessitates repente forsitan ortae fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, ab ecclesiae communione debere esse contemtos*[75]. In Africano c. 43. reliqua eodem modo. Sed in extremo est fere

Dist. XVIII. can. 5. 32) *Codd. coll. o.* 33) *Conc. Laodic. hab. inter ann.* 343 *et* 381. (*cf. Hefele Conciliengesch.* I. 721 *sqq.*) *versio Hisp. — Regino Appdx.* III, 20.; *Burch.* I, 47.; *Ivo Decr.* V, 157. — *in omnib. ex vers. Dionys. — Coll. tr. P.* II, 7, 18. (*vers. Hisp.*) 34) *add.:* venire: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 35) abire: *Hisp. om. voce:* debere; *et alii sec. Corr.* 36) et: *deest: EG* 37) se ipsum videbitur: *Hisp.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. — Correctores adiecerunt quaedem verba, Graece: δι' ἀνωμαλίαν cf. Bevereg. Pand. c.* I, 471.; per infirmitatem: *Hisp.* 39) possunt: *F;* possit: *Hisp.* ‖ can. 6. 40) *CDEG;* corripiatur qui ad c. vocatus venire recusat: *AB* 41) *Conc. Chalced. hab. ao.* 451. — *versio Hisp. — Anselmo ded.* III, 14. (*vers. Dionys.*) *Ivo Decr.* IV, 243. *Coll. tr. P.* II, 10, 19. — *Corr. et R. citant etiam Anselm.* VI, 199. *ubi nos quidem nihil invenimus.* 42) in: *Hispan.* 43) statuta: *ib.* 44) *hoc modo sane legitur in Isidoro Merlini; in Coll. Hisp. tamen est:* celebrentur, et quod 45) ubi metropolitanus probaverit, et sic corrigere singula quae emerserint: *Hisp.* 46) sui: *deest: D;* in sui: *Hisp.* 47) consistentes sint: *DEG;* consistentes sunt: *H Edd. coll. o.* — consistant: *Hisp.* 48) *ABCDEGH;* cum et: *F* 49) necessitatibus: *deest: Hisp. Ivo* 50) *ABDFGH Hispan.* ‖ can. 7. 51) *Conc. Nicaen.* II. *hab. ao.* 787. — *versio Anastasii Bibl. est. — Ivo Decr.* V, 373. *Coll. tr. P.* II, 12, 8. — Item ex Sexta Synod.: *EGH* (*cf. Hefele Conc.-Gesch.* III, 445.) 52) Quando: *Ivo* 53) inq. tamen: *EG — cf. supra ead. c.* 4. *infr. c.* 15. 54) *ABCG Edd. coll. o.* 55) et: *deest: CEG* 56) *Codd. coll. o. — apud Ivon. h. l. addit.:* Psalm. XVIII. Prov. VI. Psalm. XVIII. 57) *ABCEFGH Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 58) qui: *Ed. Bas.* ‖ can. 8. 59) *ABC* 60) *Ep. scr. c. a.* 850. — *Jaffé Reg. no.* 1977. — *Coll. tr. P.* I, 60, 5. — ad. ep. Brit.: *deest in o. Codd. coll.* 61) illi aliquid: *Edd. coll. o.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 63) occurrerent: *DG;* occurrant: *Coll. tr. P.* 64) *ABCDFGH orig. Coll. tr. P.* ‖ can. 9. 65) *Statuta eccl. antiq. ap. Bruns.* I, 143. — *cf. quae de illis nunc disseruerit Maassen Gesch. d. Quellen* I, 382 *sqq. — Coll. Anselm. ded.* III, 24. *Coll. tr. P.* II, 18, 20. *Anselmum citant Corr.:* VII, 191.; *Richt.:* VII, 170.; *atque Wasserschleben Beitr.* 58. *ex illo Gratianum canonem hausisse putat; ast nos nihil apud illum invenimus.* — ex Conc. Carth. III.: *D;* V.: *G* 66) ut episcopus: *Coll. tr. P.* 67) non tardet nisi: *deest: orig. Hisp. Anselmo ded.* 68) *ABCDE* ‖ can. 10. 69) *Conc. Carth.* V. *hab. ao.* 401. *Fulgent. Ferrand. brev.* XI, 75. — *cf. Maassen Gesch. d. Quell.* I, 162. *Coll. tr. P.* II, 19, 10.; — *Anselm.* VII, 188. *a Corr. et Richt. citatur, sed nihil ibi invenimus.* 70) item placuit: *Hisp. Coll. tr. P.* 71) neque aet.: *deest: Hisp.* 72) *Codd. coll. o.; verba originalis quae Grat. omisit inveniuntur in Coll. tr. P.* 73) *Coll. Hisp.; tamen* tractoria *est in varietate lectionis.* 74) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 75) contentos: *Hisp. — ast ap. Hinschius Pseudoisid. pag.* 307. *legitur etiam* contemptos; — contempti: *E.*

menti sui apud primatem suum reddiderint, ecclesiae suae communione debent esse contenti.

[PALEA[76]*.

C. XI. Item ex Concilio Turonensi[77], [cap. 2.]

Episcopus non debet abbatem cogere ad sinodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat][78].

C. XII. *A communione sit alienus, qui contempsit[79a] sinodo adesse.*

Item ex Concilio Arelatensi II., [c. 19.][80b]

Si quis autem adesse[81c] neglexerit; uel cetum fratrum, antequam concilium dissoluatur, crediderit deserendum[82], alienatum[83d] se a fratrum communione agnoscat[84e]; nec eum recipi liceat, nisi in sequenti sinodo fuerit absolutus.

C. XIII. *Usque ad proximam sinodum a communione abstineat, qui a metropolitano uocatus absque graui necessitate sinodo adesse contempsit*[85a].

Item ex Concilio Agatensi[86], [cap. 35.]

Si episcopus metropolitanus ad comprouinciales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem[87] summi pontificis[88], ut[89] ad sinodum inuitet, postpositis omnibus (excepta graui infirmitate corporis, ac[90b] preceptione regia)[91] ad constitutum diem adesse non differant. Quod[92] si defuerint (sicut prisca canonum precipit[93c] auctoritas)[94] usque ad proximam sinodum a[95] caritate fratrum et ecclesiae communione priuentur.

C. XIV. *Communione*[96a] *priuetur episcopus, qui a metropolitano uocatus ad sinodum uenire contempnit.*

Item ex Concilio Tarragonensi[97], [cap. 6.]

Si quis episcoporum commonitus a metropolitano ad sinodum, nulla graui intercedente necessitate corporali, uenire contempserit, sicut statuta Patrum sanxerunt, usque ad futurum concilium cunctorum episcoporum caritatis communione priuetur.

C. XV. *Presbiteri et diaconi, et cuncti, qui se lesos existimant, ad metropolitanam sinodum conueniant.*

Item ex Concilio Martini Papae*[98].

Propter ecclesiasticas causas[99] et altercationum solutiones bene placuit per singulas prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante[100] metropolitano episcopo omnes prouinciales[101] episcopos, ita ut ad concilium ueniant[102] omnes presbiteri et diaconi, uel hi[103]**, qui se lesos existimant, ut in concilio causae examinatae ad iustum iudicium perducantur. Et[104] si qui manifeste episcopi, uel presbiteri, aut diaconi inuenti fuerint in offensa, secundum rationem excommunicentur, quamdiu communi consensu[105] de his placuerit dare[106] sententiam. Nulli autem episcopo liceat propria apud semetipsum concilia facere, preter eos, quibus metropoles sunt creditae.

[PALEA[107]*.

C. XVI. *Item* ex Concilio Bylon[108].

Annis singulis episcopus in sua diocesi sinodum faciat de suis clericis, nec non abbatibus, et discutiat alteros clericos et monachos.]

Gratian. *Singuli uero episcoporum suis ecclesiis notificare studeant, que in conciliis statuuntur.*

Unde in Concilio Tolletano [XVI., cap. 6.][109]

C. XVII. *Que in conciliis statuuntur, singuli episcoporum suis ecclesiis notificent.*

Decernimus, ut, dum in qualibet prouincia concilium agitatur[110], unusquisque episcoporum admonitionibus suis intra sex mensium[111] spatia omnes abbates, presbiteros, diaconos atque clericos, seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius, ubi preesse dignoscitur, nec non etiam[112a] cunctam diocesis suae plebem[113] aggregare nequaquam moretur: quatenus* coram eis plenissime omnia reseret[115], que eodem anno in concilio acta uel diffinita esse noscuntur. §. 1.[116b] Quod si quispiam hec[117] paruipendenda crediderit[118], sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistat[119] usquequaque mulctatus.

DISTINCTIO XIX.

GRATIANUS.

I. Pars. *De epistolis uero decretalibus queritur, an uim auctoritatis obtineant, cum in corpore canonum non inueniantur.*

De his ita scribit Nicolaus Papa archiepiscopis et episcopis per Gallias constitutis[1].

C. I. *Decretales epistolae uim auctoritatis habent.*

Si Romanorum Pontificum decreto ceterorum opuscula tractatorum approbantur uel reprobantur, ita ut, quod uere[2a]

EDITIO ROMANA.

Dist. XVI. c. 12. a) contemserit b) II.: *deest* c) synodo adesse d) alienum e) cognoscat — c. 13. a) neglexerit b) aut c) praecepit — c. 14. a) a communione — c. 17. a) et b) *ante* §. 1. *interiectum est:* et infra — Dist. XIX. c. 1. a) uere: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

ut apud Gratianum: *Ecclesiae suae communione debere esse contentos.* Itemque in Carthaginensi graeco: *Ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας.* Similis quaedam poena imponitur in eodem concilio infra dist. 58. c. fin.

C. XI. * Haec Palea abest ab illis tantum exemplaribus, in quibus paucissimae reperiuntur, et refertur infra 18. quaest. 2. post can. fin. a Gratiano ex eodem Turonico: quemadmodum et a Burchardo et Ivone.

C. XV. * Martini: Gratianus hoc primum citat nomine Martini Papae, deinceps eodem nomine multa citaturus, quae omnia sumta sunt ex libro capitulorum graecarum synodorum Martini episcopi Bracarensis. (Antiquitus enim episcopi Papae dicebantur.) Hic enim quum esset Graecus, ad utilitatem ecclesiarum Hispaniae, ubi episcopatum obtinebat, ea capitula latina fecit, et in nonnullis quaedam addidit, in aliis vero aliqua detraxit, quemadmodum in hoc capite, quod sumsit ex concilio Antiocheno, c. 20. sup. ead. c. *propter.* Aliqua etiam ex Toletanis conciliis in eum libellum retulit.

** Vel hi: In aliquot conciliorum editionibus legitur: *ut eorum, qui se laesos existimant, in concilio causae, etc.*

C. XVI. * Palea: In nullo collatorum exemplarium habetur, sed versiculus, *singuli*, coniunctus est praecedenti capiti: *Propter ecclesiasticas.* Suntque verba Gratiani.

C. XVII. * Quatenus: In duobus exemplaribus[114] huius decimi sexti concilii Toletani locus hic ita legitur: *quatenus coram eis publice omnia reserata, de his, quae eodem anno in concilio acta vel definita exstiterint, plenissime notiores efficiantur.*

Dist. XVIII. can. 11. 76) *deest in ABCDEF (in F manu posterioris aetatis in margine posita est) GH* 77) *inter conciliorum Turon. can. hoc caput non exstat.; invenitur autem in Poenitentiali Theodori can. Gregorii apud Wasserschleben Bussordnung.* 162. *et in Excerpt. Theodori de canonib.* §. 8. *ap. Hildenbrand Untersuch. üb. d. german. Pönitentialbücher* (*Würzburg* 1851) 129.; *Burchardus cuius hic mos est, inscriptionem finxisse videtur.* Burch. VIII, 73. *Ivo Decr.* VII, 91. 78) consistat: *Burch. Ivo.* || can. 12. 79) *ABC;* contemnit.: *Codd. coll. rel.* 80) *Codd. coll. o.* — *Conc. Arelat.* II. *hab. ao.* 443. *aut* 452. *ut censet Hefele Conc.-Gesch.* II, 281., *sed rectius inter a.* 442. *et* 506. *Maassen. Gesch.* I, 199. *probante, ap. Bruns Canon.* II, 133. *exstat.; contra Ballerinos, qui privatam quandam canonum collectionem esse contenderunt, cf. Maassen Gesch. l. c.* I, 194 *sq.* — *Wasserschleben Beitr.* 58. *nulla ratione suadente Gratianum hunc canonem et sequentem ex Burchardo sive Ivone hausisse putat.* — *Burch.* I, 50. (ex. Conc. Spalensi); *Ivo Decr.* V, 160. (ex. Conc. Hispalensi); *Coll. tr. P.* II, 24, 6.; *Polycarp.* II, 15, 1. (ex Conc. Spal.) 81) *ABCEFGH Ed. Bas. orig. Hisp. Coll. tr. P.* — episcoporum synodo: *Burch. Ivo Polyc.* 82) esse deserendum: *DEG* 83) *ABCGH Ed. Bas. orig. Coll. tr. P.* 84) *ABCDFH;* agnoscat ut nec: *EG* 85) *ABC* || can. 13. 86) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns. can.* II, 153. — *Anselmo ded.* III, 29.; *Burch.* I, 49.; *Ivo Decr.* V, 159. *Ivo Pan.* IV, 17.; *Coll. tr. P.* II, 28, 34. 87) ordinationes: *DF* 88) ord. alicuius fratris: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 89) aut: *Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Pan.* 90) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 91) regia aliqua: *Ivo Pan.* 92) qui: *Hisp. Anselm. ded. Burch.* 93) *ABF orig.* 94) *et can.* 12. *cod.* 95) a: *deest in orig.* || can. 14. 96) a: *deest in o. Codd. coll.* 97) *hab. ao.* 516. — *Anselm. ded.* III, 30. *Coll. tr. P.* II, 31, 5. — *Simile in Ivon. Pan.* IV, 18. *ex Agernensi invenitur.* || can. 15. 98) *Capit. Martini Brac. c.* 18. *ap. Bruns.* II, 47. (*ex synod. Antioch. c.* 20. *cf. Berard.* I, 293.) *Coll. tr. P.* II, 47, 18. *Polycarp.* III, 17. a Correct. et R. hoc loco citatur sed nihil ibi invenimus. 99) causas: *errore scribae fortasse abbreviatione effecto deest: ABDF;* curas: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 100) vocante: *orig. Hisp.* 101) comprovinciales: *EG;* provinciae: *orig.* 102) in his conciliis procedant: *orig. Hisp.* 103) vel hi, qui in concilio eorum causae etc.: *orig. et Hisp.* 104) ut si: *orig. Hisp.* 105) de com. consensu: *EG;* consensu mitiorem: *orig. Hisp.* 106) dari: *orig. Hisp.* || can. 16. 107) *abest a Codd. coll. o. et Ed. Bas. commentationem adiecit Huguec.* (*Schulte l. c.* 15.) 108) *Bylonense Conc. plane non exstat, imo suspicatur Berardus* I, 233. *can. ad conc. Hipponense hab. ao.* 393. — *cuius summa quaedam legitur in cod. canon. Quesnelli* (*opp. Leon. M. ex ed. Baller. t.* 3.) — [illegible] *non invenitur cf. Maassen Gesch.* I, 153 *sqq. Hefele Conciliengesch.* II, 50 *ff. Neque inter Cabilonensis concilii canones* (*Mansi* XIV, 82 *sqq.*) *reperitur.* || can. 17. 109) *hab. ao.* 693. *c.* 7. *ap. Bruns.* I, 372. 110) agitur: *Böhm.* 111) menses: *orig.* 112) *ABEG* 113) dioecesim suae plebis: *EG* 114) [illegible] *ap. Bruns et Hisp.* 115) referet: *Böhm.* 116) *Codd. coll. o.* 117) ea: *orig.* 118) crediderit aut contemnenda delegerit aut contra haec inobedientia tumidus, susurratione plenus, invidia incensus et laceratione perfunctus, nec non potius earundem definitionum exstiterit fautor benevolus: *orig.* 119) persistet: *orig.*

Dist. XIX. can. 1. 1) *Ep. haec. legitur inter acta Conc. Rom. hab. ao.* 865. *Mansi* XV, 693. — *Jaffé no.* 2100. — *Ivo Decr.* V, 33.; *Coll. tr. P.* I, 62, 10. 11. 2) *Codd. et Edd. coll. o.*

sedes apostolica probauit, hodie teneatur acceptum, et quod illa repulit, hactenus[3] inefficax habeatur: quanto potius, que[4], ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro uariis et multifariis ecclesiae necessitatibus et fidelium moribus diuerso tempore scripsit[5], omni debent[6] honore preferri, et ab omnibus prorsus in quibuslibet oportunitatibus discretione uel dispensatione magistra reuerenter assumi? Quamquam quidam uestrum scripserint, haud illa decretalia priscorum Pontificum in toto canonum codicis corpore esse[7 b] descripta et ideo inter canones esse assumenda[8 c], cum* ipsi, ubi suae intentioni hec suffragari conspiciunt, illis[9] indifferenter utantur[10], et solum nunc ad[11] imminutionem sedis apostolicae potestatis, et ad suorum argumentum[12 d] priuilegiorum minus accepta esse perhibeant. *Item*[13 e]: §. 1. Si ideo non esse decretales epistolas priscorum Pontificum Romanorum[14] admittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur adscriptae, ergo nec Gregorii S., nec ullius alterius, qui ante fuit[15] uel post ipsum est, aliquod[16] institutum uel scriptum est[17 f] recipiendum, eo quod in codice canonum non habeatur[18] adscriptum. Ergo doctrinam[19] eorum et sanctiones, que ab omni lingua uenerantur, quia in codice canonum non habentur adscriptae, de codicibus suis eradant[20]. Ut quid uel[21] membranas occupant, postquam non habentur acceptae? Sed quare multum immoremur[22 g], cum nec ipsas diuinas scripturas ueteris et noui testamenti iam recipiemus[23], si istos dixerimus[24 h] audiendos? Etenim neutrum horum in codice canonum ecclesiasticorum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti qui ad resistendum potius, quam ad obediendum parati sunt[25 i] aientes[26 k], quod inter canones inueniatur capitulum[27] S. Papae Innocenti[28], cuius auctoritate doceatur, a nobis utrumque testamentum esse recipiendum, quamquam in ipsis paternis canonibus nullum eorum ex toto contineatur insertum. Quibus ad hec asserendum[29] est, quoniam si uetus nouumque testamentum sunt recipienda, non quod codici canonum ex toto habeantur annexa, sed quod de his recipiendis S. Papae Innocentii prolata uideatur esse sententia[30], restat nimirum quod decretales epistolae Romanorum Pontificum sunt recipiendae, etiamsi[31] non sint codici canonum compaginatae, quoniam inter ipsos canones unum B. Leonis capitulum constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis apostolicae custodiri mandantur, ut si quis in illa commiserit, nouerit sibi ueniam denegari.

[P A L E A[32].

Ait enim c. 10.[33] suarum decretalium: „Ne quid uero sit, quod pretermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta, tam beatae recordationis Innocentii, quam omnium decessorum nostrorum, que de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita a uestra dilectione custodiri mandamus, ut si quis in illa commiserit, ueniam sibi deinceps nouerit denegari.“]

Dicendo uero: „omnia decretalia constituta,“ nullum[34] de decretalibus constitutis pretermisit[35], quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo: „omnium predecessorum[36 l] nostrorum,“ nullum Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit, cuius ita non preceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri, ut si quis in illa commiserit ueniam sibi deinceps nouerit denegari. Itaque nihil interest[37 m], utrum sint omnia necne decretalia sedis apostolicae[38] constituta inter canones conciliorum immixta, cum omnia in uno corpore compaginari non possint, et illa eis intersint, que firmitatem his, que desunt, et uigorem suum assignant[39 n], presertim cum sinodalia gesta inter que ipsi canones statuti[40] sunt, in codice canonum non habeantur[41], sed a nobis omni cultu debito uenerentur[42]. Consonat autem huic beatissimo Leoni Papae[43] sanctus et facundissimus in decretis suis Papa Gelasius[44], ita inquiens: "Decretales epistolas, quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab urbe Roma[45] pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, uenerabiliter suscipiendas decernimus.“[46] In quo notandum est, quod[47 o] „Decretales,“ non dixit, „epistolas, que inter canones habentur,“ uel[48 p] tantum: „quas moderni Pontifices ediderunt;“ sed: „quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab urbe Roma dederunt.“ Dicens[49 q] autem: „diuersis temporibus“ etiam[50] illa tempora uir sanctus comprehendit, que crebrescentibus paganorum persecutionibus ad sedem apostolicam deferri causas episcoporum difficillime permittebant. His ita diuina fauente gratia prelibatis ostendimus, nullam differentiam esse inter illa decreta, que in corpore[51 r] canonum habentur, sedis apostolicae presulum, et ea, que pre multitudine uix per singula uoluminum corpora reperiuntur[52]; cum omnia et omnium decessorum suorum decretalia constituta atque decretales epistolas, quas beatissimi Papae diuersis temporibus ab urbe Roma dederunt, fore uenerabiliter suscipiendas et custodiendas, eximios presules, Leonem scilicet et Gelasium, mandasse probauimus.

C. II. *Omnes sanctiones apostolicae sedis irrefragabiliter sunt obseruandae.*

Item Agato Papa omnibus Episcopis[53].

Sic omnes apostolicae sedis sanctiones accipiendae sunt, tanquam ipsius uoce diuina Petri[54 a] firmatae[55 b].

C. III. *Tolerandum*[56] *est iugum, quod a sancta sede imponitur, licet importabile uideatur.*

Item ex Capitulo[57 a]* *Caroli Imperatoris.*

In memoriam B. Petri apostoli honoremus sanctam Romanam[58] et apostolicam sedem, ut, que nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticae magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine[59] humilitas[60], et[61 b] licet uix ferendum ab illa sancta sede imponatur

EDITIO ROMANA.

Dist. XIX. c. 1. b) contineri c) et ideo i. can. esse ass.: *deest* d) augmentum e) item infra f) est: *deest* g) immoramur h) duxerimus i) qui non ad obediendum potius quam ad resistendum semper sunt parati k) dicentes l) decessorum m) refert n) assignent o) quia p) nec tantum q) dictis r) codice — c. 2. a) ipsius divini Petri voce b) firmatae sint — c. 3. a) capitulis* b) ut

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XIX. C. I. * Quum ipsi: Locus fuit emendatus ex ipsa epistola Nicolai, quae Romae manuscripta habetur, et nuper impressa est in appendice Bibliothecae SS. Patrum, ut dictum est supra dist. 10. c. *leges*. In qua epistola multa alia habentur, ad epistolas decretales etiam antiquissimas pertinentia.

C. III. * Capitulis: Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis et Ivone. At Nauclerus vol. 2. gen. 28. narrat, hoc esse unum ex viginti tribus legum capitulis, quae Carolus Magnus ad omnes suas provincias misit. Burchardus autem citat ex concilio Triburiensi. c. 30 ubi etiam exstat.

Dist. XIX. can. 1. 3) hactenus: *deest: Ivo;* hactenus ut: *Coll. tr. P.* 4) ergo quae: *DEG;* quanto ergo quae: *H* 5) rescripsit: *E;* praescripsit: *GH* 6) debet: *D;* debentur: *Ivo* 7) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 8) *Codd. et Edd. coll. o. — non tamen in orig.* 9) illis omnibus: *D;* conspic. vel indiff.: *Ivo* 10) utuntur: *EG* 11) diminutionem: *CDEG* 12) *Codd. coll. o.* 13) infra: *deest in o. Codd. coll.* 14) Roman.: *deest: Ivo;* sanctor. pont. Rom.: *alii sec. Corr.* 15) fuerit: *DF* 16) aliquid: *EF* 17) rescriptum: *D* 18) habetur: *Ivo* 19) doctrinas: *ib.* 20) abradant: *EGH* 21) vel: *deest: ib.* 22) immoremur: *ABCDEGH orig. Coll. tr. P.;* scilicet cur mult. immoremur: *Ivo* 23) recipimus: *Ivo* 24) *ABCH;* istos dixerimus esse aud.: *D;* ist. dux non audiendos: *Coll. tr. P.* audiendos etiam: *alii sec. Corr.* 25) *Codd. et Edd. coll. o. Böhm.* 26) *ABCEFG Ivo Coll. tr. P.;* aientes quae: *D;* asserentes: *Ed. Basil.* 27) inveniantur capitula: *ABDE* 28) *Innoc.* I. *ep. ad Exsuper. Tolos. c. ult. scr. ao.* 405. — *Jaffé no.* 90. 29) inferendum: *D;* respondendum: *F Edd. coll. o.;* referendum: *Ivo et alii sec. Corr.* 30) sententia apostolica: *Ivo* 31) etsi: *CD Ivo.;* etsi non sunt: *EG* 32) *Palea deest: in Codd. coll. o. Ed. Basil.; Hugucc. iam paleam esse notavit* (*Schulte l. c.* 15.) 33) quinto: *orig. Ivo Coll. tr. P. — sumtus est hic locus ex epist. ad epp. Campaniae script. ao.* 443. *Ep.* 4. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 180. 34) ut nullum: *G;* nullum de decret. constitut: *deest: Ivo* 35) praetermiserit: *EG* 36) *Codd. coll. o.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 38) seu apostolica: *Ivo* 39) *Codd. coll. o.* 40) instituti: *BF Ed. Bas.;* constituti: *Ivo* 41) habentur: *ABC Coll. tr. P.* 42) venerantur: *EG* 43) Leoni vel etiam sanctus et fac. in omnibus decr.: *D;* et sanct. facund. in omnibus decr.: *EG* 44) *cf. supra Dist.* XV. *c.* 3. 45) Romana: *EG* 46) decernimus: *deest: Coll. tr. P.;* constituimus: *Ivo* 47) *Codd. coll. o.* 48) *Codd. et Edd. coll. o.* 49) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Argent., ubi legitur:* diceris a 50) et: *Ivo Coll. tr. P.* 51) *Codd. coll. o. cf. Corr.* 52) literae reperiuntur: *D* || can. 2. 53) *Videntur haec excerpta esse ex allucotoria Agathonis ad episc. in conc. Rom. ao.* 680. *congregatos. At Jaffé econtra fragmentum esse epistolae deperditae censet: no.* 1629. *scr. ao. incerto ab Agath.* (678—681.) — *Deusdedit* I, 118. *Ivo Decr.* IV, 238.; *Ivo Pan.* II, 101. *Coll. tr. P.* III, 8, 1. (III, 9, 1.); *Caes.* I, 49.; *Polycarp.* I, 17. (I, 19, 6.) 54) *Codd. coll. o.;* divini praecepti voce: *Ivo Pan.* 55) *Codd. coll. o. Deusded. Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* || can. 3. 56) tolerabile: *AB* 57) *ABC — cf. Baluz. Capit. Reg. Franc. ad a.* 801. (*T.* I. *p.* 367.); *Ast. in M. Ger. LL. nullum eiusmodi invenitur Capit., imo est c.* 30. *Concil. Tribur. hab. ao.* 895. *canon vero in ista solummodo forma Concilii invenitur, quam vulgatam appellat. Phillips D. Grosse Syn. v. Trib.* (*Wien* 1865.) *p.* 21. *cf. p.* 42. — *Burch.* I, 220. (ex C. Trib. c. 30); *Ivo Decr.* V, 50. (ex capit. Caroli mag. Imp.) *Coll. tr. P.* III, 8, 6. (III, 9, 6.: Ex epistola Car. imper.) 58) Rom. ecclesiam: *DEGH* 59) omni mansuet.: *D* 60) humanitas: *Ivo* 61) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.*

iugum, tamen feramus[62] et pia deuotione toleremus. §. 1. Si uero (quod non decet) quilibet, siue sit presbiter siue diaconus aliquam perturbationem machinando et nostro ministerio insidiando redarguatur[63] falsam ab apostolica[64] sede detulisse epistolam, uel aliud[65c] quod[66] inde non uenerit[67], salua fide** et integra erga[68d] Apostolicum humilitate[69] penes episcopum sit potestas, utrum eum in carcerem, aut in[70e] aliam detrudat custodiam, usquequo per epistolam, aut per idoneos suae partis legatos apostolicam interpellet sublimitatem; ut potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, et quod[71f] de talibus lex[72g] Romana[73] statuat diffinire, ut et is[74] corrigatur, et ceteris modus imponatur.

C. IV. *Quicquid Romana ecclesia statuit uel ordinat, ab omnibus est obseruandum.*

Item Stephanus ait, V.[75a]

Enimuero, quia in speculum et exemplum sancta Romana ecclesia, cui nos Christus preesse uoluit, posita[76b] est, omnibus[77c], quicquid statuit, quicquid ordinat[78], perpetuo[79] irrefragabiliter[80d] obseruandum est.

C. V. *A pontificalibus sit alienus offitiis, qui apostolicis non uult obedire praeceptis.*

Item Gregorius [IV.][81]*

Nulli[82] fas est uel uelle, uel posse transgredi apostolicae sedis precepta nec nostrae[83] dispositionis ministerium, quod uestram[84] sequi oportet caritatem.

II. Pars. §. 1. Sit[85] ergo ruinae suae dolore prostratus, quisquis apostolicis uoluerit contraire decretis[86], nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris[87] fiat a sancto ministerio, non[88a] de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam dampnatus a sancta[89] et apostolica ecclesia sua[90b] inobedientia[91c] atque presumptione a quoquam esse non dubitatur[92]: quia maioris excommunicationis deiectione est abiciendus[93], cui sanctae ecclesiae commissa fuerit disciplina[94], qui[95] non solum prelatae[96d] sanctae ecclesiae iussionibus parere debuit, sed etiam aliis ne preterirent insinuare. Sitque[97] alienus a diuinis et pontificalibus offitiis, qui noluit preceptis obtemperare[98] apostolicis.

C. VI. *Inter canonicas scripturas decretales epistolae connumerantur.*

Item Augustinus de doctrina Christiana, lib. II. [cap. 8.][99]*

In canonicis[100a] scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimum diuinarum scripturarum sollertissimus indagator auctoritatem sequatur, inter quas sane illae[101] sint, quas[102] apostolicas sedes habere et ab ea meruerunt[103b] accipere epistolas. §. 1. Tenebit[104] igitur hunc modum in scripturis canonicis[105], ut eas, que ab omnibus recipiuntur ecclesiis[106], preponat eis, quas quidam[107c] non accipiunt. In eis uero, que non accipiuntur ab omnibus, preponat eas, quas plures grauioresque accipiunt, eis, quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesiae tenent. §. 2. Si autem alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi (quamquam hoc[108] inueniri non[109d] possit) equalis tamen auctoritatis eas habendas puto.

C. VII. *Ministerii[110] diuini se extorrem[111a] intelligat, qui a soliditate Petri recedit.*

Item Leo [Papa I. ad Episcopos Viennenses, epist. LXXXVII.][112]

Ita Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, ut ueritas, que antea legis et prophetarum preconio continebatur, per apostolicam tubam in salutem uniuersitatis exiret, sicut scriptum est[113]: „In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terrae uerba eorum.“ Sed huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum offitium pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret[114], ut[115] ab ipso quasi quodam capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet[116], ut extorrem[117b] se diuini misterii[118] intelligeret esse, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere[119]. Hunc enim in consortium indiuiduae unitatis assumptum, id quod ipse[120] erat, uoluit nominari, dicendo: „Tu[121] es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam“ ut eterni templi edificatio mirabili munere gratiae Dei in Petri soliditate consisteret, hac[122] ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portae inferi contra illam preualerent. Verum hanc petrae istius sacratissimam firmitatem, Domino, ut diximus, edificante constructam, nimis impia uult presumptione uiolare, quisquis eius potestatem temptat infringere, fauendo cupiditatibus suis, et id, quod accepit a ueteribus, non sequendo.

Gratian. *Hoc autem intelligendum est de illis sanctionibus uel decretalibus epistolis, in quibus nec precedentium Patrum decretis, nec euangelicis preceptis aliquid contrarium inuenitur. Anastasius* enim secundus fauore Anastasii imperatoris, quos Acatius post sententiam in se prolatam sacerdotes uel Leuitas ordinauerat, acceptis offitiis rite fungi debere decreuit, ita inquiens:*

EDITIO ROMANA.

Dist. XIX. c. 3. c) aliud quid quod d) circa e) aut aliam f) quid g) de talibus iusto ordine lex — c. 4. a) Item Stephanus Papa b) proposita c) ab omnibus d) et irrefrag. — c. 5. a) nec b) ac auctoritate sua c) de inobedientia d) praefatae — c. 6. a) canonibus b) ea alii meruerunt c) quaedam d) vix — c. 7. a) exsortem b) exsortem

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Salva fide: Apud Burchardum est: *falsa fide et non integra.*

C. V. * Caput hoc est in eadem epistola Gregorii IV. ex qua sumtum est c. *Decreto nostro.* Infra 2 q. 6. Exstat autem in codice saepe memorato bibliothecae Dominicanae.

C. VI. * Caput hoc apud B. Augustinum loco indicato sic habet: *In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimum auctoritatem sequatur: inter quas sane illae sunt, quae apostolicas sedes habere et epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas, quae ab omnibus accipiuntur ecclesiis* [catholicis], *praeponat eis, quas quaedam non accipiunt. In eis vero, quae non accipiuntur ab omnibus, praeponat eas, quas plures gravioresque accipiunt, eis, quas pauciores minorisque auctoritatis ecclesiae tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi (quanquam hoc* [facile] *invenire non possit), aequalis tamen auctoritatis eas habendas puto.* Quae quidem B. Augustini sententia non ad decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas et sacras scripturas referenda est.

C. VII. * Anastasius: Minime verum est sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, rite fungi acceptis officiis potuisse. Hoc enim duntaxat inquit in capite sequenti, firmam esse sacramenti gratiam ab Acacio traditam. Quod verissimum est, sicut et aliae omnes sententiae, quas in ea epistola ex B. Augustino Anastasius accipit, verae sunt. Habetur autem haec eadem Anastasii Papae II. epistola in corpore canonum, quod Romana ecclesia semper approbavit, ut infra distinct. 20. can. *de libellis*, est adnotatum. Itaque sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius a Gratiano.

Dist. XIX. can. 3. 62) iug. conferamus: *Burch.*; iug. feramus: *Ivo Coll. tr. P.* 63) redarguantur: *DE* 64) ab Apostolico: *Conc. Tribur. Burch.* — ab Apostolico detulisse: *alii sec. Corr.* 65) *ABCDE Ivo Coll. tr. P.* 66) quam: *D* 67) convenerit.: *Conc. Trib. Capit. Burch. cf. Corr.* 68) *ABCFG*, gratia: *H* 69) cum hum.: *EGH* 70) *ABCDE Burch. Ivo* 71) *ABCD*; et quid.: *FGH* 72) *Codd. coll. o.* 73) sancta lex Rom.: *EG* 74) hi: *CDF* ‖ can. 4. 75) *ABCF Edd. Ven. Bas. Venet. I., Nor., Coll. tr. P.* *Leguntur haec in fine ep. Stephani V. ad episc. orient. quae ad calcem Conc. Const. IV. (gener. VIII.) a Mansio edita est (XVI. At synodus ista ao. 869. regnante Hadriano II. congregata est (Hefele Conciliengesch.* IV, 369 *sqq.) quum Stephanus V. iam ao.* 817. *defunctus sit. Ita Jaffe epistolam ad ep. orient. scriptam neque Stephano neque Hadriano adtribuit. Berard.* II, 1, 118. *obscuri auctoris esse censet qui Stephani* I. *epist. ad Hilarium directae (ap. Hinschius p.* 180.) *imitari voluerit.* *Coll. tr. P.* I, 64, 6. 76) *ABCEF Ed. Bas. Coll. tr. P. cf. Corr.* — praeposita: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* 77) *ABCDEFH Ed. Bas. Coll. tr. P.* 78) ordinavit: *Coll. tr. P.* 79) perp. quidem et: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 80) *Codd. coll. o.* ‖ can. 5. 81) *F* ep. dat. ao. 833. (*cf. ad. c.* 2. *Dist.* XII.) *Ans.* II, 21.; *Ivo Decr.* V, 11. (Gregor. IV. Galliae Europae Germaniae episcopis. *can.* Rom. Eccl. *in medio*); *ibid.* V, 349. (Gregor. etc. Decreto nostro mandamus); *Polycarp.* I, 17. (I, 19, 11. *ubi canon continuatur*) 82) nam nulli: *Ivo* V, 11. 83) eius: *Ans. Polyc.* 84) omnium: *ib.* 85) Sic: *Ed. Bas.* 86) praeceptis: *Ans. Polyc.*; praeceptis vel decr.: *H* 87) exsors: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 88) *ABCDE* 89) sancta synodo et: *EGH* 90) hac auctoritate suaque (pro sua: *Ivo* V, 11.) inobed.; *orig. Ivo* V, 11. (*at* V, 349. *de verbo ad verbum consonat cum Gratiano*); eiusque auctoritate et propria inobed.: *Anselm. Polyc.* 91) *ABC* 92) dubitetur: *Polyc.* 93) exigendus: *orig. Anselm. Ivo* V, 11. 349. *alii sec. Corr.*; extinguendus: *Polyc.* 94) cui .... disciplina: *deest Anselm. Polyc.* 95) quia: *Edd. coll. o.* 96) *ABCE Ans. Polyc.* 97) sit ergo: *Anselm. Polyc.* 98) obedire: *Anselm. Polyc. alii sec. Corr.* ‖ can. 6. 99) *Ed. Maur. c.* 12. *Anselm.* III. *c. nil.* (123); VI, 122. (*attamen in Cod. Vat. canon non reperitur incipit a textus* §. 1.); *Polyc.* I, 25. (I, 27, 8.) 100) *ABC orig. Ans.* III. *Polyc.* 101) et illae: *EG*; illae sunt: *H*; illi: *Polyc.* 102) quae: *Ans.* III. *Polyc.* 103) alii: *deest DEFGH*; ab ea alii: *deest orig. Anselm.* III. 104) tenebis ergo: *D*; tenebit ergo: *E*; teneat divinarum scripturarum solertissimus indagator: *Ans.* VI. 105) *hoc loco add.*: indagator: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 106) *add.*: canonicis: *Ans.* VI.; accipiuntur eccl. catholicis: *Polyc.* 107) *ABCEGH Ans.* VI. III. 108) haec: *Edd. Ven.* I. II. 109) *Codd. coll. o. Anselm.* VI. III.; invenire non: *orig. Polyc.* ‖ can. 7. 110) mysterii: *CEH alii sec. Correct. Ed. Bas.* 111) *ABCEF Ed. Bas.* 112) *Ep. X. c.* 1. *ed. Baller. ser. ao.* 445. — *Jaffe no.* 185. *Ivo Decr.* V, 6. 113) *Psalm.* XVIII. *v.* 5. 114) collocavit: *orig.* 115) et ut: *EG* 116) vellet in corpus omne manare: *Hisp.* 117) *AB Ed. Bas.* 118) ministerii: *CDEFGH alii sec. Corr. Edd. coll. o. pr. Bas. et Nor.* *Ivo* 119) discedere: *Ivo* 120) dominus: *Edd. Bas.*; *Nor.* (ipse erat dominus: *DEFGH Edd. coll. rel.* 121) *Matth. c.* XVI. *v.* 18. 122) hanc. *G Ed. Bas. Ivo*; hanc etiam: *CG Edd. coll. rel.*; hac etiam: *E.*

C. VIII. *Nulla lesionis portio attingat*[123a] *qui ab hereticis iam dampnatis ordinatur.*

[Anastasius II. ad Anastasium Augustum, epist. I. c. 7. et 8.][124]

Secundum[125] ecclesiae catholicae consuetudinem[126] sacratissimum serenitatis tuae pectus agnoscat, quod nullum[127] de his[128], quos baptizauit Acatius, uel quos sacerdotes siue Leuitas secundum canones ordinauit, aliqua[129b] ex nomine Acatii portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma uideatur. §. 1. Nam et baptisma (quod procul sit[130] ab ecclesia) siue ab adultero siue[131c] a fure datum fuerit, ad percipientem[132] munus peruenit illibatum, quia uox illa, que sonuit per columbam[133] omnem maculam humanae pollutionis excludit[134d] quod declaratur cum[135e] dicitur: „Hic est[136], qui baptizat in Spiritu sancto[137] et igne.“ Nam si uisibilis solis istius radii, cum per loca fedissima[138f] transeunt[139], nulla contactus inquinatione maculantur, multo magis illius, qui istum uisibilem fecit, uirtus nulla ministri[140] indignitate constringitur[141]. Nam et[142] Iudas, cum fuerit sacrilegus atque fur, quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante[143] hoc ipsum Domino manifestissima uoce: „Scribae[144], inquit, et Pharisei super cathedram Moysi sedent; que dicunt, facite: que autem faciunt, nolite facere; dicunt enim et non faciunt.“ §. 2. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia ministri[145g] pro offitio suo uidentur operari, hoc totum contineri implente[146] diuinitatis effectu[147]. Ita ille, per quem loquitur Christus, Paulus affirmat[148]: „Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus.“ §. 3. A Deo[149h] autem non queritur, quis, uel qualis[150] predicet, sed que[151i] predicet, ut inuidos etiam bene Christum confirmet[152k] predicare; quo malo diabolus[153] ipse deiectus[154] est, et hoc ipse[155] predicare non desinit. Ideo[156] ergo et hic[157], cuius nomen dicimus[158] reticendum[159], male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis[160], perfectionem suae uirtutis obtinuit[161]. §. 4. Quod[162] quidem uerum est generaliter, aliquorum nisi tantum[163] se extenderit[164l] curiosa suspicio, ut imaginetur[165m], prolato a Papa Felice iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, que Acatius usurpauit, egisse; ac proinde eos oportet[166n] metuere, qui uel in consecrationibus, uel in baptismate ministeria[167o] tradita susceperunt, ne irrita beneficia uideantur[168p].

Gratian.[169] *Quia ergo*[170] *illicite et non canonice, sed contra decreta Dei*[171q], *predecessorum et successorum*[172] *suorum hec rescripta dedit, (ut*[173] *probat Felix*[174] *et Gelasius, qui Acatium ante Anastasium excommunicauerunt, et Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acatium postea dampnauit), ideo ab ecclesia Romana repudiatur*[175], *et a Deo percussus fuisse legitur hoc modo:*

C. IX. *Anastasius a Deo reprobatus, nutu diuino percussus est.*

Anastasius[176*] II., natione Romanus, fuit temporibus Teoderici regis[177]. Eodem tempore[178] multi clerici se[179a] a communione ipsius[180] abegerunt[181], eo quod communicasset sine concilio episcoporum uel presbiterorum et clericorum[182b] cunctae ecclesiae catholicae diacono Tessalonicensi, nomine Fotino, qui communicauerat Acatio; et quia occulte uoluit reuocare[183] Acatium, et non potuit, nutu[184] diuino percussus est.

Hinc etiam de Maximo[185*] *Episcopo in Constantinopolitana Sinodo statutum est*[186a] [c. 6.][187].

C. X. *Que circa indisciplinatos*[188b], *uel ab eis geruntur, in irritum reuocentur.*

Propter totius indisciplinationis eius doctrinam, que Constantinopoli[189] orta est, statutum est, ne[190] Maximus fuisse aut esse iam[191] putetur episcopus, neque hi, qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant; omnibus scilicet, que circa eum, uel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

EDITIO ROMANA.

Dist. XIX. c. 8. a) attingit eum qui b) ulla ex nom. c) uel d) exclusit e) quod declaratur quum f) foetidissima g) minister .. videtur h) adeo i) quid k) affirmet l) in tantum m) imaginentur n) oportet: *deest* o) mysteria p) benef. divina q) Dei: *deest* — c. 9. a) clerici et presbyteri b) cleri — c. 10. a) statutum est sub Damaso papa b) ind. praelatos

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Anastasius: Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliorum in vita Anastasii: sed esse omnino confictum, cum ex multis aliis argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius (sicut Nicephorus lib. 16. c. 12. et Evagrius lib. 3. cap. 18. et seqq., et clarissime Anastasius Bibliothecarius in Chronologia testantur) tempore Felicis III. obiit, cui successit Gelasius, et Gelasio Anastasius, qui initio epistolae suae et c. 1. ad Anastasium imperatorem, Acacium mortuum iam et ante iudicem Christum una cum Felice adstare scripsit, ut Gelasius quoque ante ipsum scripserat, et habetur infra 24. q. 2. c. *nec quisquam.* Quomodo ergo potuit Anastasius de eo revocando tractare, qui iam obierat?

C. X. * De Maximo: Ex verbis huius canonis, praesertim graecis et interpretatione Balsamonis, ac vita Gregorii Theologi per Gregorium Presbyterum descripta, et aliis ex locis (tametsi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet, hunc Maximum nunquam fuisse episcopum, ac propterea recte statui, nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba graeca huius canonis haec sunt: *Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ καὶ τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἀταξίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. Ὥστε μήτε [τὸν] Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱωδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων καὶ τῶν περὶ αὐτὸν καὶ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων*, id est: *De Maximo Cynico, deque iis rebus, quae nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gestae sunt.* „*Neque Maximum aut fuisse aut esse episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in ullo cleri gradu censendos; omnibus, quae in ipso et ab ipso facta sunt, infirmatis.*“ Ac de eodem Maximo, quod nunquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papae, scripta Basilio imperatori, quae habetur actione prima VIII. synodi manuscriptae, quae est penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait: *Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis apostolicae Papa Leo, cuius sententiam quicquid ubique catholicum est velut coeleste miraculum celebrat et veneratur oraculum: Quum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium moechum, et Maximum Cynicum a synodo II. damnatum, vel inter ordinationes huius et illius, distinctionis aliquid esse convicimus.*

Dist. XIX. can. 8. 123) *Codd. coll. o.* 124) *Ep. 1. scr. ao.* 496. (*non ut R. putaverat* 497.) — *Jaffé no.* 464. — *Anselm. ded.* II, 25.; *Regino Appdx.* III, 16. (*Cod. Salisb. St. Petri ap. Philipps p.* 49.); *Anselm.* IX, 62. *a Corr. et R. citat.; nihil ibi invenimus;* XIII, 31. (*can. continuatur*) *Ivo Decr.* I, 151. (*incipit. verb.:* sacratissimum *atque fin. verb.:* illibatum *in* §. 1.) *Coll. tr. P.* I, 47, 1. 2.; *Polyc.* III, 10, 11. 125) nam sec.: *Ans. ded. Ans. Polyc.* 126) statum et cons.: *EGH* 127) nullus: *Ans.* 128) his vel quos: *Ans. ded. Coll. tr. P. Polyc.* 129) *Codd. coll. o.* — ulla eos.: *Ans. ded. Reg. Coll. tr. P.;* nulla eos. *Ans. Polyc.* 130) fit: *C Edd. coll. o. pr. Ven.* II. *Lugdd.* II. III. — *orig.* 131) *Codd. coll. o.* 132) percipiendum: *Anselm. ded.* 133) columbam: hic est filius etc.: *DEGH* 134) *AB Coll. tr. P. Polyc.* 135) *ABCG Edd. coll. o.;* qua decl. quum d: *DEFH* 136) *Luc. c.* 3. *v.* 16. 137) sancto: *deest: Ans. Coll. tr. P.* 138) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 139) transeant *Ans.* 140) ministerii: *Coll. tr. P. Polyc.;* invisibilem fecit virt. n. minist. etiam dignitate: *male D.* 141) perstringitur: *CDEGH;* contingitur: *Hisp. Anselm. ded. Anselm. Polyc.* 142) ut: *Ans.* 143) ac dicente: *ib.* 144) *Matth. c.* XXIII. *v.* 2. 145) *ABCD Edd. coll. o.* 146) implendo: *alii sec. Corr. Ans. ded. Ans. Polyc.* 147) affectu: *DF Coll. tr. P.;* effectum: *Polyc.* 148) I. *Cor. c.* 3, *v.* 6. 149) *C. Edd. Bas. Ven.* II. *orig. Regin. Ans. ded. Ans. cf. Philipp. c.* I. *v.* 15. 150) qualiter: *Anselm.* 151) *ABCFH Ed. Bas. Reg. Ans. ded. Ans. Coll. tr. P.;* quem: *Polyc. et alii sec. Corr.* 152) *AB Codd. coll. o.* (*in D. add.:* apostolus) *orig. Reg. Ans. ded. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 153) quo modo: *Ans. ded.;* quo malus: *Ans.* 154) deceptus: *Hisp.* 155) ipso: *Reg. Ans. ded. Ans. et alii sec. Corr.;* ipso praecipitare: *Hisp.* 156) *Regino l. c. c.* 17. — *hic est finis canonis in Coll. Anselmo ded.* 157) *Ed. Bas. addit ex glossa:* sc. Acacius. 158) dicitur: *CDFGH Edd. coll. o.* 159) esse reticendum: *CDEFGH Reg. Ans. Polyc.;* reiiciendum: *Ed. Bas. Böhm.* 160) in aliis: *Edd. coll. o. pr. Bas. et Venet.* I. — in perfectionem: *Ed. Bas.* 161) *hoc loco ap. Polycarp. ubi sequentia Gratiani can. verba desunt, alia subsequuntur* 162) quod si est: *Hisp.;* quod quum ita sit: *orig. ap. Mansi;* quod quia est: *Regin.;* quod quidem: *Coll. tr. P.;* quodque: *Ans.* — aliquorum in tantum se extendit etc.: *orig. Coll. tr. P.;* aliquorum in tantum se extendens: *Hisp. Reg. Ans.* 163) quod quidem verum est quum aliorum nisi in tantum: *D;* alicuius: *EGH* 164) *ABDEFG;* extendat: *H Ed. Bas.;* extendit: *C orig.* 165) *ABC* 166) *Codd. coll. o.* 167) *ABCDGH Ed. Bas. orig. et alii sec. Corr.* 168) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 169) *idem exstat Gratiani dictum ante c.* 97. *C.* I. *qu.* 1. — *Alger.* III, 59. 170) quod eum: *Alger.* 171) *ABCDE* 172) et success.: *deest: DE* 173) h. res. ded. ut: *deest: Alger.* 174) Felix: *deest: ib.* 175) unde etiam ab Eccl. Ro. percussus fuisse legitur in gestis Rom. pontificum idem Anastasius hoc modo: *Alger.* ‖ can. 9. 176) *Alger.* III, 59. (gesta. Rom. pontif.) *Ex pontificali Rom. recte laudatur ab Ivone Decr.* XIV, 40. 177) fuit etc.: *deest Ivo, ubi legitur:* sedit anno uno, mensibus 11., diebus 24.; *eod. modo in orig. ubi quaedam alia adhuc adduntur.* 178) Et multi: *Ivo* 179) *Codd. coll. o.* 180) illius: *Alger.* 181) exemerunt: *orig.;* eiecerunt: *Ivo.* 182) *CDEFGH Alger.* — clerici: *AB;* sive eorum: *Ivo* 183) renovare: *Alger.* 184) qui nutu: *ib. orig.;* quia nutu: *Ivo.* ‖ can. 10. 185) Sic etiam idem de Maximiniano: *D* 186) *Codd. coll. o.* 187) *Conc. Const.* I. *hab. ao.* 381. *c.* 4. — *in Hisp. capitis* VI. *initium hoc est:* de Maximo Cynico philosopho et totius etc. — *Coll. tr. P.* II, 8, 4, 188) *Codd. coll. o.* 189) Constantinopolim: *C;* in Constant: *D* 190) ut neque: *Hisp.;* neque: *Coll. tr. P.* 191) iam: *deest: AB.*

DISTINCTIO XX.

GRATIANUS.

I. Pars. *Decretales itaque epistolae canonibus conciliorum pari iure exequantur. Nunc autem queritur de expositoribus*[1 a] *sacrae scripturae, an exequentur, an subiciantur eis? Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius uerba esse uidentur. Plurimi*[2] *autem tractatorum, sicut pleniori gratia Spiritus sancti, ita ampliori scientia aliis precellentes, rationi magis adhesisse probantur. Unde nonnullorum Pontificum constitutis Augustini, Ieronimi atque aliorum tractatorum dicta eis*[3 b] *uidentur esse preferenda.*

II. Pars. §. 1. *Sed aliud est causis terminum imponere aliud scripturas sacras diligenter exponere. Negotiis*[4 c] *diffiniendis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas. Unde Christus dicturus Petro*[5]: *„Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum et in celis, etc." prius dedit sibi claues regni celorum: in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram et lepram, in altera dans sibi*[6] *potestatem eiciendi aliquos ab ecclesia, uel recipiendi. Cum ergo quelibet negotia finem accipiant uel in absolutione innocentium, uel in condempnatione delinquentium, absolutio uero uel condempnatio non scientiam tantum, sed etiam potestatem presidentium desiderant*[7 d]: *aparet, quod diuinarum scripturarum tractatores, etsi scientia Pontificibus premineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum scripturarum*[8 e] *expositionibus eis preponuntur, in causis uero diffiniendis secundum post eos locum merentur.*

Unde Leo IV.[9 a] *scribit Brittanniae Episcopis:*

C. I. *Aliorum scripturae Romanorum Pontificum decretis non sunt preponendae.*

De libellis et commentariis aliorum non conuenit aliquos[10 b] iudicare[11], et sanctorum conciliorum canones relinquere uel decretalium regulas, que[12 c] habentur apud nos simul cum canonibus[13]. Quibus in[14 d] omnibus ecclesiasticis utimur[15] iudiciis, id est[16 e] apostolorum*, Nicenorum, Anciranorum, Neocesariensium, Gangrensium, Sardicensium[17 f], Cartaginensium**, Affricanensium, et cum illis regulae presulum[18] Romanorum, Siluestri, Siricii[19], Innocentii, Zosimi, Celestini, Leonis, Ylarii, Gelasii, Ormisdae, et Gregorii[20] iunioris[21 g]. Isti omnino sunt, et[22] per quos iudicant episcopi, et per quos episcopi simul[23] et clerici iudicantur[24]. Nam si tale emerserit uel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos finiri[25 h] tunc illorum[26 i] quorum meministis dicta Ieronimi, Augustini, Ysidori uel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium si[27 k] reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda ac promulganda, uel ad apostolicam sedem referatur[28 l] de talibus. §. 1. Quam ob causam luculentius et magna uoce pronunciare non timeo[29]: quia, qui illa[30], que diximus sanctorum Patrum statuta, que apud nos canones pretitulantur[31 m] (siue sit episcopus[32 n], siue clericus, siue laicus)[33], non*** indifferenter recipere[34] conuincitur, nec catholicam et apostolicam fidem, nec sancta quatuor euangelia[35] utiliter et efficaciter ad effectum[36] suum retinere[37] uel credere probatur[38].

C. II. *Corripiendi sunt, qui decreta Romanorum Pontificum uel*[39 a] *non habent, uel non obseruant.*

Item Nicolaus Papa clero Constantinopolitano[40 b]:

Si decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi. Si uero habetis et non obseruatis, de temeritate estis corripiendi et increpandi[41].

C. III. *Ad quos recurrendum sit, cum sacrae scripturae auctoritas non occurrit.*

Item Innocentius Papa*[42].

De quibus causis nulla soluendi ligandique[43] auctoritas in libris ueteris testamenti, quatuor[44] euangeliorum cum totis scriptis apostolorum appareat, non[45 a] ad diuina recurratur[46 b] scripta greca. Si[47 c] ** nec in illis, ad catholicae ecclesiae historias catholicas[48], a doctoribus catholicis scriptas, manum mitte[49]. Si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quod si in[50 d] his omnibus inspectis huius questionis qualitas non lucide inuestigatur, seniores prouinciae congrega[51] et eos interroga. Facilius namque inuenitur, quod a pluribus senioribus queritur. Verus etiam[52 e] repromissor Dominus ait[53]: „Si duo ex uobis uel tres conueniunt super terram in nomine meo, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis a patre meo."

DISTINCTIO XXI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Decretis ergo Romanorum Pontificum et sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, et supra monstratum*

EDITIO ROMANA.

Dist. XX. Pars. I. a) expositionibus b) eis: *deest* c) In negotiis d) desideret e) sacr. quidem scriptur. — c. 1. a) Leo Papa IV. b) aliquem c) regulas id est quae d) quibus autem in e) iudic. sunt canones apostol.* f) Gangr. Antiochensium, Laodicensium, Constantinopolitanorum, Ephesinorum, Chalcedonensium, Sardic. g) *post* Hilarii, „Symmachi" *et post* Hormisdae „Simplicii" *nomina interiecta sunt* h) definiri i) tunc si illorum k) si: *deest* l) referendum m) canonum nomine praetitulantur n) sit ille episcopus — c. 2. a) vel: *deest* b) Nicol. I. Photio in epistola cuius initium est: „Postquam B. Petro" — c. 3. a) non: *deest* b) recurre c) *post* graeca *interiectum est:* Si neque in illis, canones** apostolicae sedis intuere. d) in: *deest* e) enim

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XX. C. I. * [Sunt canones] apostolorum: Indicat canones et regulas, ex quibus constat corpus vel codex canonum, de quo in praefatione dictum est, quo Romani Pontifices praesertim in iudiciis utebantur; in quo codice sunt canones tantum, non synodalia gesta, ut superius Nicolaus in c. *Romanorum*, 19. distinct. scripsit.

** Carthaginensium: In codice canonum unica est synodus Carthaginensis, continens canones triginta tres, qui ex variis conciliis Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones sedes apostolica videtur probasse, et usa eis esse, quando in codicem canonum referendos curavit. Eosdem etiam Graeci, quo ordine apud Latinos habentur, cum aliis praeterea multis Africanarum synodorum coniunctos in linguam suam verterunt: et hi ipsi sunt, quos iisdem numeris Anselmus, Burchardus et Ivo citant: quamvis Gratianus interdum quidem his utatur, interdum vero ex singulis Carthaginensibus conciliis canones accipiat, quod suis locis indicabitur. Et de hac unica Carthaginensi synodo intelligendum est, quod habetur supra dist. 16. c. *prima adnotatio*, vers. septima, quod hic declarandum dilatum fuit.

*** Non indifferenter: Anselmus, Deusdedit et Gregorius Presbyter in Polycarpo habent: *qui eadem indifferenter non recipit, ipse se convincit, minime catholicam et apostolicam fidem ad effectum suae retinere salutis.*

C. III. * Innocentius: Caput hoc non est inter epistolas Innocentii primi, quae multae exstant: neque vero Innocentii secundi esse potest, quum ante ipsum scripserint Burchardus et Ivo, a quibus hoc ipsum citatur.

** [Si] Canones: Verba haec, quae apud Gratianum deerant, sunt apud Burchardum et Ivonem et Polycarpum, in quo Polycarpo habentur hoc ipso loco, in quem sunt restituta.

Dist. XX. Pars. I. 1) *ABCDFH Ed. Bas. et alii sec. Corr.* 2) plerique: *CEG* 3) *ABCDGH* 4) *ABEGH* 5) *Matth. c.* XVI. *v.* 18.; erit lig. et in c.: *deest: DEF* 6) dans sibi: *deest: EG* 7) *ABDEFG;* desiderant vel committantur: *H;* desiderat: *C* 8) *ABCDFG* || can. 1. 9) *ABCEG;* Leo scribit: *F* — *Ep.* II. *c.* 6. *scr. ao.* 850. *Ed. Ball.* — *Jaffé no.* 1977. *Ans.* III, 123.; *Ivo Decr.* IV, 72.; *Ivo Pan.* II, 118.; *Coll. tr. P.* III, 6, 5.; I, 60, 9. *Polyc.* III, 20, 5. *Corr. et R. citant adhuc Deusdedit p.* II. *ubi tamen nihil invenimus.* — *R. canonem ex Anselmo haustum censet, imo est ex Ivon. Panorm.* 10) aliquos: *DEH Edd. coll. o. Ivo Decr. Ivo Pan.;* alios: *G* 11) iudicari: *Ans. Polyc.* 12) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 13) cum illis in canone: *alii sec. Corr. orig. ap. Mansi* XIV. 884.; cum canone in illis: *Ans. Ivo Decr. Polyc.* 14) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 15) utuntur: *Ivo Pan.* 16) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Pan.* — sunt can. qui dicuntur app.: *Ans. Polyc.* 17) *Codd. coll. o.;* Constant. Ephes.: *deest orig. Ivo Pan.;* Const. Eph. Chalc. Afric.: *deest: Anselm.;* Afric. *deest: Polyc.* 18) pontificum: *Ivo Decr.* 19) Cyrici: *Ivo Decr.* 20) Greg.: *abest ab orig., leguntur tamen de Gregorii decretalibus epp. nonnulla ead. epist. c.* 5. *ex quo ipsum nomen huc videtur esse translatum.* 21) *Codd. coll. o.* — *omnia nomina desunt ap. Ans. et Polyc.* 22) et: *deest: Ans. Polyc.* 23) simul: *deest: H;* similiter: *Ans. Ivo Pan.* 24) iudicant: *Böhm.* 25) *ABCDF orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 26) *Codd. coll. o.* 27) *Codd. coll. o.* 28) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 29) proferre non paveo: *Ans.;* pronunt. non paveo: *Polyc.* 30) qui illa: *deest: Ans. Polyc.* 31) *ABCEFGH orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 32) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* — sive ut op.: *orig.* 33) sive laicus: *Ans. Polyc.* 34) receperit ipse: *orig. Ivo Decr. cf. not.* *** *Correct.* 35) sanct. vera Christi IV. Ev.: *orig. Ivo Decr. Pan.;* nec s. q. e. u. et officac.: *deest: Ans.* 36) profectum: *EGH et alii sec. Corr.* 37) *cf. not.* ** *Corr.* 38) probantur: *EG;* prob.: *deest: Ivo Decr.* || can. 2. 39) vel non: *FG* 40) *Codd. et Edd. coll. o.* — *scr. ao.* 862. — *Jaffé no.* 2030. — *Coll. tr. P.* I, 62, 16.; *Caes.* II, 48.; *Anselm.* III, 33. *a Correct. citatur, sed nihil ibi invenimus.* 41) et increp.: *deest: D* || can. 3. 42) *fragm. incerti auctoris et temporis. Burch.* III, 128. (Ex decr. Innoc. papae); *Ivo Decr.* IV, 70.; (*idem*); *Coll. tr. P.* III, 6, 3. (III, 7, 3. Innoc. p.); *Caes.* II, 2.; *Polyc.* VII, 3. (VII, 2, 4. *usque ad vocem:* interroga.) 43) vel lig.: *EG* 44) et quat.: *D;* vel quat.: *F;* et novi testamenti quat.: *EG* 45) *Codd. coll. o. Burch.* (*Cod. Frib.*) *Coll. tr. P. Polyc.* 46) *AB Ed. Basil.;* recurrito: *DEFGH Coll. tr. P. Polyc.;* recurrite: *C Burch.* 47) *Codd. coll. o.; ap. Polycarp. desunt verba sequentia:* Si nec in illis .... manum mitte. 48) cath.: *deest: G* 49) mittite: *EGH* 50) *ABCDEG;* quod in omnib.: *F;* quod si in his omn. *Burch.* (*ast in Cod. Friburg. deest:* in) *Polyc.* 51) congregate: *D;* congregate .... interrogate: *EGH* 52) *ABCDGH Edd. coll. o.* 53) *Matth. c.* XVIII. *v.* 19.

est, terminantur. Ministri uero sacrorum canonum et decretorum Pontificum sunt summi Pontifices et infra presules atque reliqui sacerdotes, quorum institutio in ueteri testamento est inchoata, et in nouo plenius consummata. §. 1. *Summi enim Pontifices et minores sacerdotes a Deo sunt instituti per Moysen*[1], *qui ex precepto Domini Aaron in summum pontificem, filios uero eius unxit in minores sacerdotes. Postea Dauid*[2a], *cum ministeria domus Domini ampliaret, ianitores et cantores instituit. Porro Salomon quendam modum exorzizandi inuenit, quo demones adiurati ex*[3] *obsessis corporibus pellebantur; huic offitio mancipati exorcistae uocati sunt, de quibus Dominus in euangelio*[4]: *„Si ego in Beelzebub eicio demonia, filii uestri (exorcistae uidelicet) in quo eiciunt?" Hec omnia in nouo testamento ecclesia imitata habet suos ianitores, quos hostiarios appellamus. Pro cantoribus lectores simul et cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo et offitio permanente recepit. Pro filiis uero Aaron omnes infra summum pontificem sacerdotium administrantes sunt consecrati.* §. 2. *Inter eos quedam discretio seruata est, ut alii appellentur simpliciter „sacerdotes," alii „archipresbiteri," alii „corepiscopi," alii „episcopi," alii „archiepiscopi" seu*[5] *„metropolitae," alii „primates," alii „patriarchae," alii „summi Pontifices."* §. 3. *Horum discretio a gentilibus maxime introducta est, qui suos flamines alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter uero maiorum et minorum sacerdotum discretio in nouo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui XII. apostolos tanquam maiores sacerdotes, et LXXII. discipulos quasi minores sacerdotes*[6] *instituit. Petrum uero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei pre omnibus et pro omnibus claues regni celorum tribuit, et a se petra Petri sibi nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse, testatus est, et ut ceteros confirmaret subiunxit*[7b] *dicens*[8]: *„Ego pro te rogaui, Petre*[9], *ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos." Hanc eandem formam apostoli secuti in singulis ciuitatibus episcopos et presbiteros ordinauerunt. Leuitas autem ab apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit B. Stephanus*[10]: *subdiaconos et acolithos procedente tempore ecclesia sibi constituit*[11].

De his etiam[12a] *scribit B. Ysidorus lib. VII. Ethimol. cap. 12. nomina illorum et nominum causas exponens, ita inquiens:*

C. I. *Unde nomen ecclesiasticorum graduum sumatur*[13b].

Cleros[14] et clericos hinc appellatos credimus[15], quia Mathias[16] sorte electus[17] est, quem primum per apostolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim grece, latine[18] sors uel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte sunt Domini, uel quia Domini[19] partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus et nomina sunt hec: Hostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolithus, subdiaconus, diaconus, presbiter, episcopus. §. 1. Ordo episcoporum quadripartitus[20] est, id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis atque episcopis. §. 2. Patriarcha summus Patrum greca lingua interpretatur: quia primum, id est apostolicum[21]* retinet[22] locum, et ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiocenus, Alexandrinus[23c]. §. 3. Archiepiscopus greco uocabulo[24d], quod sit summus episcoporum: tenet enim uicem apostolicam, et presidet tam metropolitanis quam ceteris episcopis. §. 4. Metropolitani autem a mensura ciuitatum[25] uocantur; singulis enim prouinciis preminent, quorum auctoritati et doctrinae ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquis episcopis[26e] agere licet; sollicitudo enim totius prouinciae ipsis[27] commissa est. §. 5. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque uocabulo episcopi nominantur; sed ideo priuato nomine quidam utuntur, propter distinctionem potestatum quam singulariter acceperunt. §. 6. Patriarcha Patrum princeps: Ἄρχων[28] enim princeps: archiepiscopus[29f] princeps episcoporum, metropolitanus[30g] a mensura ciuitatum. §. 7. Episcopatus autem uocabulum inde dictum[31h] est, quod ille, qui episcopus efficitur[32], superintendat[33], curam scilicet subditorum gerens: Σκοπεῖν enim grece, latine intendere dicitur. Episcopi autem[34] grece, latine speculatores interpretantur; nam speculator est prepositus in ecclesia dictus, eo quod speculetur atque perspiciat populorum infra se positorum mores et uitam. §. 8. Pontifex princeps sacerdotum est[35], quasi uia sequentium. Ipse et summus sacerdos, ipse et[36] pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim sacerdotes et Leuitas efficit: ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit: ipse quid unusquisque facere debeat ostendit. Ante autem pontifices et reges erant[37i]. Nam maiorum[38] hec erat consuetudo, ut rex esset et[39k] sacerdos et pontifex. Unde et Romani imperatores pontifices dicebantur. §. 9. Vates a ui mentis appellatus[40l] cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo, poetam. §. 10. Antistes sacerdos dictus est ab eo[41m], quod antestat: primus enim est in ordine ecclesiae; ut supra se nullum habeat[42n]. Siue latine sacerdos dux[43o]. §. 11. Sacerdos autem nomen habet compositum ex greco et latino, quod est[44p] sacrum dans; sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sacrificando[45] dictus[46q] est: consecrat enim et sacrificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis uirga, desuper habens lanae aliquid, quod cum propter estum ferre non possent[47], filum tantum in capite[48r] religare ceperunt; nam nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat. Unde et[49s] a filo, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotii eminentia. §. 12. Presbiter grece, latine senior interpretatur: non modo pro etate uel decrepita senectute, sed propter[50t] honorem et dignitatem, quam acceperunt, presbiteri nominantur: ideo[51u] autem et presbiteri sacerdotes uocantur, quia sacrum dant, sicut episcopi[52v]; qui licet sint sacerdotes[53], tamen pontificatus apicem non habent, quia nec crismate frontem signant, nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis, lectio actuum[54] apostolorum demonstrat. Unde** et apud ueteres idem episcopi et presbiteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, et non*** etatis. §. 13. Leuitate ex nomine

EDITIO ROMANA.

Dist. XXI. Pars. I. a) Postea vero David b) confirm. sibi iniunxit — c. 1. a) ita b) nomina .... sumantur c) Antioch. et Alexandr. d) graeco dicitur vocabulo e) reliquos ... episcopos f) inde archiep. g) ep., sicut metropol. h) ductum i) antea aut. qui reges erant et pontif. erant k) etiam l) appell. est m) ab eo: *deest* n) ecclesiae supra se nullum habet o) sive latine sacerdos dux: *deest* p) latino quasi sacrum q) vocatus r) filo tant. capita relig. coep. s) et: *deest* t) sed etiam propter u) *verba:* unde** et apud ..... non*** aetatis *a Correct. posita sunt ante verba:* ideo autem .... apostolor. demonstrat v) sicut et episcopi

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXI. C. I. * Apostolicum: Antea legebatur: *post apostolicum.* Restituta est vera lectio non modo ex Isidori et veterum exemplarium Gratiani fide, sed ex ipsa ab Isidoro allata ratione, qui Romanum, Antiochenum et Alexandrinum patriarchas propterea vocat, quia apostolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epist. 37. scribens Eulogio Alexandrino declarat his verbis. *Itaque quum multi sunt apostoli, pro ipso tamen principatu sola apostolorum principis sedes in auctoritate convaluit, quae in tribus locis unius est. Ipse enim sublimavit sedem, in qua etiam quiescere et praesentem vitam finire dignatus est. Ipse decoravit sedem, in qua evangelistam discipulum misit. Ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quamvis discessurus sedit.* Atque hoc idem ait Anacletus, c. *sacrosancta.* Infra dist. 22.

** Unde et apud: Restituta haec sunt in locum suum, quo loco habentur apud S. Isidorum.

*** Et non aetatis: In originali est: *hoc aetatis,* et ita apud Hieronymum in epist. 83. ad Oceanum; sed ob glossam non est mutatum.

Dist. XXI. Pars. I. 1) *Exod. c.* 28. 1. *Paral. c.* 25. *et* 2. *c.* 23. 2) *ABC* 3) ab: *EG* 4) *Luc. c.* XI. *v.* 19. 5) archiep. seu: *deest: D;* alii metrop.: *C* 6) et LXXII. disc. quasi min. sac.: *deest: AB* 7) *ABFGH* 8) *Luc. c.* 22 *v.* 32. 9) Petre: *deest: EG; et postea:* deficeret: *ib.* 10) *Act. c.* 6. 11) statuit: *AB* ‖ can. 1. 12) *ABC—cf. Isid. de offic. l.* II. *c.* 1. — *Raban. de instit. cler. l.* I. *v.* 2. 13) *Codd. coll. o.* 14) *ex Augustin. in Psalm.* 67.; clerus et clericus hinc appellatur: *orig.* 15) esse credimus: *EG* 16) *Act. c.* 1. 17) Domini el.: *EGH* 18) *abest ab orig.* 19) dominum: *ib.* 20) tripertitus: *Raban.* 21) post apostolicum: *EGH* 22) tenet: *AB* 23) *Codd. coll. o.* 24) *ABC orig.;* interpretatur: *Edd. coll. o.* — a graeco vocabulo (*omiss.* dicitur): *EGH* 25) civitatis: *EG* 26) *Codd. coll. o.* 27) episcopis: *D;* ipsis episcopis: *GH* 28) ἄρχων enim graece, latine princeps: *Edd. coll. o.* 29) *ABCDEG Ed. Basil. orig.* 30) *Codd. coll. o.* 31) *ABC;* dictum: *D Edd. coll. o.;* ductum est: *EG* 32) superefficitur: *orig.* 33) *ex Augustin. de civit. Dei* XIX. *c.* 19. 34) enim: *ABF* 35) est: *deest: EG;* datur: *F* 36) et: *deest: CDEG* 37) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 38) *E Serv. ad Aen. lib.* III. *v. Rex Anius.* 39) *ABCG:* et: *deest: D* 40) *ABEG; orig.;* appellatur: *C;* dictus est: *Ed. Bas.* 41) *ABCDEGH Edd. coll. o. orig.* 42) *ABCEGH;* et habeat: *orig.* 43) *Codd. coll. o. Ed. Basil.* 44) *CEG;* qui est: *AB;* quia: *D;* 45) sanctificando *et postea* sancitificat: *orig.* 46) *ABC* 47) valebant: *AB* 48) *Codd. et Edd. coll. o.* 49) *BBC* 50) *ABCEG orig.* 51) *Codd. et Edd. coll. o.* 52) *ABC* 53) *Ex epist. Innoc.* I. *ad Decentium cap.* 3. 54) *ib. cap.* 8.

auctoris uocati. De Leui enim Leuitae exorti sunt, a quibus in templo Dei mistici sacramenti ministeria explebantur. Hi grece diaconi, latine ministri dicuntur, quia sicut[55] in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii[56] dispensatio habetur. §. 14. Ypodiacones grece, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent preceptis et offitiis Leuitarum. Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, et Leuitis altaribus superponendas deferunt; hi apud Ebreos Nathinei[57] uocantur. §. 15. Lectores a legendo, psalmistae a psalmis canendis uocati[58]; illi enim predicant populis, quid sequantur; isti canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium; licet[59 w] quidam lectores ita miserabiliter pronuntient[60], ut quosdam ad luctum lamentacionemque compellant. Idem etiam pronuntiatores[61 x] uocantur, quod porro[62] annuntient. Tanta enim et tam clara erit[63] eorum uox, ut quamuis longe positorum aures adimpleant. §. 16. Cantor autem uocatus[64], qui[65 y] uocem modulatur in cantu. Huius duo genera[66] dicuntur in arte musica, sicut ea doctissimi[67 z] homines latine dicere potuerunt, precentor et succentor: precentor scilicet, qui uocem premittit in cantu, succentor autem, qui subsequenter[68] canendo respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat; qui autem non consonat nec concinit, nec[69 aa] concentor erit. §. 17. Acolithi[70] grece, latine ceroferarii dicuntur a deportandis[71] cereis, quando legendum est euangelium, aut sacrificium offerendum; tunc enim accenduntur luminaria ab eis, et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilat[72 bb], sed ad signum leticiae demonstrandum, ut sub tipo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua legitur in euangelio[73]: „Erat lux uera, que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.“ §. 18. Exorcistae ex greco in latinum adiurantes siue increpantes uocantur, inuocant enim super cathecuminos, uel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum, ut egrediatur ab eis. §. 19. Hostiarii, idem et[74] ianitores, qui in ueteri testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur in illud[75] immundus[76] in omni re. Dicti[77] autem hostiarii, quod presint hostiis templi. Ipsi[78] enim tenentes clauem[79] omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes iudicium, fideles recipiunt et respuunt infideles.

C. II. *Romana ecclesia a Christo primatum accepit.*

Item ***Anacletus*** [ad Episcopos Italiae, epist. II.][80].

In nouo[81] testamento post Christum Dominum[82] a Petro sacerdotalis cepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, Domino dicente ad eum[83]: „Tu es, inquit[84 a], Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et portae inferi non preualebunt aduersus eam: et tibi dabo claues regni celorum.“ Hic ergo ligandi atque soluendi potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem populum[85] uirtute suae predicationis adduxit[86]. Ceteri uero apostoli cum eodem pari consortio honorem et potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse uoluerunt, qui etiam, iubente Domino, in toto orbe[87] dispersi euangelium predicauerunt. §. 1. Ipsis quoque decedentibus in locum eorum surrexerunt[88 b] episcopi, quorum ordinatio pretaxato[89] fieri debet ordine et modo, quos qui recipit[90] et uerba eorum, Deum recipit; qui autem spernit[91] eos, eum, a quo missi sunt et cuius funguntur legatione, spernit, et ipse indubitanter spernetur[92] a Domino. §. 2. Videntes[93] autem ipsi apostoli messem esse multam et operarios paucos, rogauerunt dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam: unde[94 c] ab eis electi sunt LXXII.[95] discipuli, quorum tipum gerunt presbiteri atque in eorum loco[96 d] sunt constituti in ecclesia.

C. III. *Primatum Romanae ecclesiae non aliqua sinodus, sed Christus instituit.*

Item ***Gelasius*** *urbis Romae Episcopus omnibus orthodoxis*[97].

Quamuis[98] uniuersae per orbem catholicae ecclesiae unus thalamus sit[99 a] Christi, tamen sancta Romana ecclesia catholica et apostolica[100] nullis sinodicis constitutis ceteris ecclesiis prelata est, sed euangelica uoce Domini et saluatoris nostri[101] primatum obtinuit: „Tu es (inquiens dominus[102 b]) Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.“[103 c] Cui data est societas etiam beatissimi Pauli[104], uasis electionis, qui non diuerso (sicut heretici garriunt) sed uno tempore, uno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cesare Nerone agonizans coronatus est, et supradictam Romanam[105 d] ecclesiam pariter Christo Domino consecrarunt, eamque[106] omnibus urbibus in uniuerso mundo sua presentia atque uenerando[107] triumpho pretulerunt. Est ergo prima apostoli Petri sedes Romana ecclesia, non habens maculam neque rugam, nec aliquid huiusmodi.

III. Pars. Gratianus. *In his omnibus, quanto celsior gradus, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus siquidem est regendi et iubendi potestas, in minoribus obsequendi necessitas.*

Unde ***Nicolaus Papa*** [I.] *scribit Constantinopolitano episcopo dicens*[108 a].

C. IV. *Inferiores a superioribus iudicandi*[109 b] *sunt.*

Inferior sedes[110] potiorem[111 c] absoluere non potest. Sola enim[112 d] potior inferiorem conuenienter absoluit. Hinc liquido prouidetur, quia quem non potest absoluere, nec potest iudicio inferior potiorem ligare. Unde[113 e] Propheta[114] ait: „Numquid gloriabitur securis contra eum, qui[115] secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?“ His ita ex diuina scriptura[116 f] commemoratis, sole clarius exhibuimus, non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris est potestatis, iudiciis suis addicere, aut propriis diffinitionibus subiugare.

C. V. *De eodem.*

Idem [eadem epistola.][117]

Nolite nos existimare[118] cuiuscumque[119 a] proximorum nostrorum, ea[120 b] que sunt digna reprehensione, uelle

EDITIO ROMANA.

Dist. XXI. c. 1. w) licet et quidam x) iidem et pronunc. y) quia vocem z) docti aa) concinit, nec cantor nec concentor erit bb) rutilet — can. 2. a) inquit: *deest* b) successerunt c) inde d) locum — c. 3. a) sint b) dominus: *deest* c) *additum est:* et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni coelorum; et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in coelis. d) suprad. sanctam Rom. eccl. — c. 4. a) *inscriptio est:* Unde Nic. Pap. I. ad Michaëlem Imperatorem in epistola cuius initium est: „Proposueramus.“ b) Inferiorum facta superiorum sententiis obnoxia sunt c) superiorem d) sola ergo potior e) ligare. Et infra: Unde f) *post.* „scriptura“ *additum est:* et probabilium Patrum doctrina — c. 5. a) facta cuiuscunque b) ea: *deest*

Dist. XXI. can. 1. 55) *ex Hieronymi ep. ad Rustic. Narbon. de septem gradib.* 56) ministerio vel min.: *E;* ministratio vel min.: *G;* mysterii: *orig. et alii sec. Corr.* 57) Anathanei: *H Ed. Bas.;* Nathanei: *Edd. rel.* 58) vocati sunt: *CDEF;* nominati sunt: *G* 59) *Codd. coll. o. praeter: AE* 60) miserabiliter pronunciant: *AB* 61) *ABEG orig.* 62) populo: *Edd. coll. o. pr. Argent. Bas. Nor. — cf. Corr.* 63) tant. en. et tam cl. et lata erat: *EG; abest a Bohm.* 64) vocatur: *CEG* 65) *AC* 66) *ex August. in Psalm.* 87. 67) *ABEFGH* 68) voce subsequente: *D* 69) *Codd. coll. o. orig.* 70) [illegible] *Decr.* VI, 8. 71) *ex Hieron. ep. adv. Vigilantium* 72) *ABEG* 73) *add.:* Christi: *Ed. Bas. — Ioann. c.* I. *v.* 9. 74) qui et: *EG* 75) *in ABDEGH male:* cum *legitur;* in illud.: *deest: C* 76) imm. spiritus: *Ed. Bas.* 77) dicti aut. sunt: *CEG;* dicti sunt: *H Edd. coll. o.* 78) *ex dicta ep. Hieronymi ad Rusticum.* 79) claves: *EGH* ‖ can. 2. 80) *Ep. Pseudoisid. Ep.* II. *Anacleti. c.* 24. *ap. Hinschius p.* 79. — *in hoc capite auctor potissimum imitatus est Isidor.* [illegible] II. *de officiis c.* 5. — *Anselm. ded.* I, 2.; *Burch.* I, 1. *Anselm.* I, 1. 7. *Ivo Decr.* V, 1. *Ivo Pan.* III, 82. *Coll. tr. P.* I, 2, 14. 15. *Caes.* II, 59. 81) novo autem: *orig.; Ans. ded.; Burch. Coll. tr. P.* 82) dom. nostrum: *Ans. ded.; Burch. Ans.* 83) ei: *Ivo Pan. — Matth. c.* XVI. *v.* 18. 84) *ABCDEGH orig. Ans. ded. Ivo Decr.* 85) popul. gratia Dei et virt.: *orig. Ans. ded. Burch. Ans.* 86) *add.:* verboque instituit: *EGH; hic est finis canon.: Burch. et Ans. ded.* 87) orbe terrarum: *Ivo Decr.* 88) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 89) praetacto: *orig.* 90) receperit: *Ivo Pan.* 91) respuerit: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 92) spernitur: *Ivo Pan.* 93) *Luc. c.* X. *Matth. c.* IX. 94) *ABCDFGH orig. Ivo Decr.* 95) LXX.: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P. — cf. Conc. Neocaes. c.* 13. 96) *ABCDEFG Ivo Decr.* ‖ can. 3. 97) *Decr. Gelasii dat. ao.* 495. *vel* 496. *de quo supra ad Dist.* XV. *c.* 3. *nonnulla sunt notata.* — *Burch.* III, 220. (*cum:* post propheticas) *Anselm.* I. 69. (*cum* post propheticas — *quaedam Grat. can. verbis antecedunt; usque ad:* cui data est.); *Ivo Pan.* IV, 3. (Gelas. in Decr.) *Polyc.* I, 2, 9. — *ABCEFG et omn. Edd. coll.:* Pelagius; in *D recte legitur:* Gelasius. 98) orbem cath. eccl. institutae: *D;* orbem universum: *FG;* orbem diffusae: *H Burch.;* orb. ecclesiae: *Ivo Pan.* 99) *Codd. coll. o. Anselm.* 100) cath. et ap.: *deest in orig.* 101) apostoli Christi Iesu: *EGH* 102) *ABCDFH:* inquit Dominus: *FG* 103) *Codd. coll. o.; ap. Anselm. legitur solummodo:* tu es Petr. etc. 104) Pauli apostoli: *orig. Burch.* 105) *ABCEFG Ans.* 106) aliisque: *orig.;* hancque: *Burch.;* eamque in: *Ivo Pan.* 107) venerando: *deest: Ivo Pan.* ‖ can. 4. 108) *Codd. et Edd. coll. o.* — *dat. ao.* 865. *ad. Michaelem Imperatorem Jaffé no.* 2111. *Coll. tr. P.* I, 62, 69. 109) *ABCEG* 110) quippe sedes: *Coll. tr. P.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 112) *Codd. et Edd. coll. o.* 113) *Codd. coll. o.: hoc loco in Coll. tr. P. inseritur:* deinde et Propheta de his meminit. 114) *Esa. c.* X. 115) qui secat .... trahit eam: *desunt: Coll. tr. P.* 116) *Codd. coll. o.* ‖ can. 5. 117) *Coll. tr. P.* I, 62, 68. 118) vos existimare: *Coll. tr. P.* 119) facta: *deest: EFG* 120) *ABCEFG*

defendere, sed quod ita uelim[121c] filios circa patrem spiritualem, et discipulos erga magistrum deuotos esse ac sobrios, ut nulla penitus temeritate ad eorum uitam, ut non dicamus[122d] diiudicandam, sed nec saltem tenuiter reprehendendam prosiliant.

C. VI. *Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere possunt.*

Item[a] *Nicolaus Papa* [eadem epistola.][123]

Denique si in epistola ad Ebreos legimus, quod minor a maiore benedicitur[124], restat profecto, ut exigente ratione etiam maledicatur. Siquidem prenoscentes[125b] hec periculosa tempora illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt, hodieque[126] in Romana ecclesia, que magistra est omnium ecclesiarum, impretermissa[127] seruatur, ita ut nullus sacerdos, maiore suo non[128] innuente consacerdote, cuiuslibet[129c] rei benedictionem[130] dare nitatur; sed anterior[131d] stans ad pronuntiandam[132] aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet benedicere[133e]. Cur hoc[134]? numquid benedicere peccatum est? absit. De maledicis enim, non benedicis[135f] dicit Apostolus[136]: „quia regnum Dei non possidebunt;" sed per hoc innuitur, quantae censurae freno inferiores quique a[137] suis prepositis iudicandis[138] cohercendi sunt, si hi[139g] nec etiam benedicendi ius ullum[140] penitus obtineant.

C. VII.[141]

Idem Michaeli Imperatori[142a].

Nunc autem diuina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere uobis (si tamen audire uelitis), non posse quemquam rite ab his, qui inferioris dignitatis uel ordinis sunt, iudicialibus submitti diffinitionibus[143]. Siquidem tempore Diocletiani et Maximiani Augustorum[144] Marcellinus episcopus urbis Romae, qui postea insignis martir effectus est, adeo compulsus est a paganis, ut templum[145b] eorum ingressus grana thuris super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto, numerosorum episcoporum concilio, et inquisitione facta hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sepissime omnes dicerent[146c]: „Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio." Et iterum: „Noli, audiri[147d] in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam." Et rursum: „Quoniam ex te," inquiunt, „iustificaberis, aut ex ore tuo condempnaberis." Et iterum dicunt: „Prima sedes non iudicabitur[148] a quoquam." *Item*[149e] *in eadem:* §. 1. Sed et cum quidam tempore quodam contra Sixtum Papam temptassent quedam mali[150] rumoris obicere, et in concilio, cui Valentinianus[151f] Augustus intererat, dictum fuisset, non licere aduersus Pontificem sententiam dare, surrexit idem protinus imperator, et in arbitrio prefati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum minorum uel inferiorum urbium subactus iudiciis[152] inuenitur.

C. VIII. *Maiores a minoribus iudicari non possunt.*

Item Nicolaus [eadem epistola.][153a]

Submittitur Ignatius minorum, inferiorum et subiectorum deliberationibus, sacris[154b] canonibus precipientibus et exemplis sanctorum Patrum, semper, ubi est maior auctoritas, eundum esse[155c], et in omnibus controuersiis ad potioris sedis' iudicia[156d] dirigatur[157]. Quod non solum a catholicis, uerum etiam ab ipsis constat obseruatum[158] hereticis. Alioquin acephalum liquet esse concilium, ubi de tanta persona agitur, et maiorum non expectatur sententia, cum nec in causa clericorum inferioris gradus solius episcopi sui iudicium tantummodo postulandum[159] sit[160].

C. IX. *Minorum sentencia*[161a], *maiores dampnare*[162] *non ualent*[163].

Idem Michaeli Imperatori[164b].

In tantum hanc[165] presumptionem sancti Patres apud Calcedonem detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum antistitem inter cetera idcirco potissimum sine ulla restitutione dampnauerint[166], quia[167c] * ponens in celum[168d] os suum, lingua[169e] eius transeunte super terram[170], excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit; ita[171] ut in sententia contra ipsum prolata hoc uideantur memorare precipue, dicentes: „Quoniam secundis excessionibus[172f], priorem[173] iniquitatem ualde transcendit: presumpsit enim et[174] excommunicationem dictare aduersus sanctissimum et beatissimum archiepiscopum magnae[175] Romae Leonem etc."[176g] Numquid ibi legitur[177] inquisitionem factam fuisse, utrum iuste, Dioscorus[178h] ipsam[179] excommunicationem dictasset? Non plane; sed absque omni controuersia hoc in eo ulti[180] sunt, quia cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere iniuriis[181i], teste Anatolio Constantinopolitano presule, qui dicit[182]: „Propter fidem non est dampnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni."

DISTINCTIO XXII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quia ergo maior a minori iudicari*[1] *non debet uidendum est, que inter ceteras ecclesias primum locum, que secundum, uel tertium obtineat. Romana ecclesia (sicut supra*

EDITIO ROMANA.

Dist. XXI. c. 5. c) velimus d) dicam — c. 6. a) Idem b) haec utique praenosc. c) cuilibet d) sed et anterior e) aud. penitus benedicere f) non de benedicis g) his — c. 7. a) Idem eadem epistola b) ut in templ. c) perhiberent d) noli, aiunt, audiri e) Idem f) cui et Valent. — c. 8. a) Idem b) deliber., quum sacris c) auct., sit eundum, et d) iudic. actio dirig. — c. 9. a) sententiae b) Idem Nicolaus eadem epistola c) *post:* quia *additum est:* in contumacia permanens erga primae sedis Romanae privilegium, respicere a suis superstitionibus, ut servaretur a prima sede apostolica noluit: et ponens etc. d) coelo e) os suum et lingua f) secundis excessibus g) etc.: *deest* h) iuste, an iniuste, ipsam Dioscor. i) contumeliis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Quia: Hinc usque ad verbum: *ponens.* addita sunt ex originali[167c].

Dist. XXI. can. 5. 121) *ABCDH Coll. tr. P.* 122) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P. — additur:* solum: *CF;* tantum: *EG* || can. 6. 123) *EG;* item Nicolaus: *CDF;* item Michael: *AB; — Anselm.* VII, 154. *Ivo Decr.* V, 17.; VI, 355.; *Coll. tr. P.* I, 62, 1.; *Caes.* VIII, 26. 124) benedicatur: *Coll. tr. P.* 125) *Codd. coll. o. Ivo* V. 126) hodie quoque: *EG* 127) impraetermisse: *Ed. Bas. alii sec. Corr. orig. Anselm. Ivo* V. VI. 128) etiam: *EG;* non iubente: *al. sec. Corr.* 129) *ABCDFGH* 130) benedicere nitat.: *orig. Ans. Ivo* V. VI. *Coll. tr. P.* 131) *ABC* 132) pronunciandum: *CDEG* 133) *Codd. coll. o. Anselm. Ivo* V. VI. *Coll. tr. P.* — benedicere nitatur: *al. sec. Corr.* 134) cur non: *D;* cur ergo hoc: *F;* cur haec: *E* 135) *ABCDEG Anselm.;* non bened. ait: *Coll. tr. P.* 136) *Gal. c.* V. 137) ad suos praepositos iudicandos: *orig. Anselm. Ivo* V. VI. *Coll. tr. P.* 138) iudicandi coercendique sunt: *DF Edd. coll. o. Böhm.;* iudicandi et coercendi sunt: *EG* 139) *CDEFGH Ivo* V.; his . . . obtineat: *AB* 140) nullum: *Ivo* V. || can. 7. 141) *Codd. coll. o. praeter C.* 142) *Codd. et Edd. coll. o. — ex eadem epistola; ast in originali verba can.* VII. *antecedunt iis quae ap. Grat. in can.* VI. *inveniuntur; Anselm.* II, 65. (*in eod. canone continetur Gratiani seq. c.* 9.); *Ivo Decr.*V, 8.; *Ivo Pan.* IV, 6.; *Coll. tr. P.* III, 8, 9. (III, 9, 9.); *Polyc.* I, 20. (I, 22, 1. *Grat.* §. 1. *deest; pro illa sequitur Grat. c.* 9.) 143) ditionibus: *Anselm.* 144) Romanorum Aug.: *EGH* 145) *ABCEFG Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 146) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* perhibent: *Polyc.* 147) *Codd. coll. o.* 148) iustificabitur: *Edd. Bas. Nor.* 149) *ABCFG Ans.* 150) non boni: *orig. Ans. et aliq. Codd. Decreti Ivonis* 151) *Codd. coll. o. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 152) iudicio: *AB Ed. Bas.;* suis actis iudiciis: *Ivo Pan.* || can. 8. 153) *ABCD;* idem Nic.: *FG;* id. Nic. Pap.: *E; continuatio est istorum quae ap. Grat. in c.* 4. *reperiuntur. — Coll. tr. P.* I, 62, 72. — 154) *ABCDEFH* 155) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Arg. et Par. in quibus est:* eundem; eund. esse ut: *EGH* 156) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Arg. et Lugdd.* II. III. *orig. Coll. tr. P.* 157) dirigantur: *CD;* dirigatur et praesto sit: *orig.* 158) observ. esse: *CDEFGH* 159) praestolandum: *Ed. Bas. al. sec. Corr. Coll. tr. P.* 160) sit nisi suorum clericorum praesentia firmetur: *EGH* || can. 9. 161) *ABCDF* 162) damnari: *DFG* 163) possunt: *EG* 164) *Codd. coll. o. Anselm.* II, 65.; (*vide ad c.* 7.) *Ivo Decr.* V, 8. *Ivo Pan.* IV, 7. (*contin. eius can. qui ap. Grat. est* VII.) *Coll. tr. P.* III, 8, 9. (III, 9, 9. *eod. modo*) *Polyc.* I, 22, 1. (*vide ibid.*) 165) autem hanc: *Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 166) damnaverunt: *EG* 167) *Codd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc. — verba a Correctoribus addita, quae non recte notaverat Richterus,* ponens etc.: *sumta sunt ex Psalm.* 72. *c.* 9. 168) *ABCH Edd. coll. o.* 169) *ABCEGH* 170) in terram: *A Coll. tr. P.* 171) ita ut . . . . *usque ad voc.* numquid: *deest: Polyc.* 172) *ABC Anselm.* — secundus excessus: *Ivo Decr. Pan.* (*sed aliq. Codd.:* secundis excessibus: *Coll. tr. P.* 173) praecipue priorem: *EGH* 174) et: *deest: CDEFGH* 175) arch. ecclesiae Romanae: *ABF;* arch. magnae eccles. Romae: *Ed. Bas.* 176) *ABC Edd. coll. o.* 177) ibi legitur: *deest: Ivo Pan.;* legimus: *Ivo Decr.;* patet.: *Coll. tr. P.* 178) *Codd. coll. o.* 179) in ipsum: *Ed. Bas.;* hanc: *Coll. tr. P.;* iam fatum Dioscorum exc. dictasse: *orig.* 180) multati: *Ivo Decr. Pan.* (*sed aliq. Codd. ut in textu.*) *Coll. tr. P.; Polyc.* 181) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.; Coll. tr. P. Polyc.* 182) *act.* V. *Conc. Chalc.*

Dist. XXII. Pars. I. 1) excommunicari: *G*

dictum est) primum locum inter ceteras obtinet, Alexandrina ecclesia[2a] *secundum, Antiocena ecclesia tercium ab ea locum accepit.*

Unde Nicolaus Papa [II.] *scribit Mediolanensibus:*[3a]

C. I. *Romana ecclesia ceterarum primatum obtinuit*[4b].

Omnes[5] siue patriarchae[6c] in[7d] cuiuslibet apicem[8e], siue metropoleon primatus, aut episcopatuum[9] cathedras, uel ecclesiarum cuiuslibet[10] ordinis dignitatem[11f] instituit Romana ecclesia[12]. Illam uero solus ipse[13g] fundauit, et[14] super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato[15] eternae uitae clauigero terreni simul et celestis imperii iura commisit. Non ergo quelibet terrena sententia, sed illud uerbum, quo[16h] constructum est celum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Illius certe priuilegio fungitur[17], illius[18] auctoritate fulcitur. Unde non dubium est[19i], quia, quisquis cuilibet[20] ecclesiae ius suum[21] detrahit, iniusticiam facit. §. 1. Qui autem Romanae ecclesiae priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in heresim labitur; et cum ille notetur[22k] iniustus, hic est dicendus[23l] hereticus. Fidem quippe uiolat, qui aduersus illam agit, que est mater fidei: et illi contumax[24] inuenitur, qui eam cunctis ecclesiis pretulisse cognoscitur. *Et infra:* §. 2.[25] Unde et[26] ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam profitetur ecclesiam.

C. II. *Non ab apostolis, sed ab ipso Domino Romana ecclesia primatum obtinuit*[27a].

Item Anacletus Seruus Christi Iesu [ad omnes episcopos, epistola III. c. 3.][28].

Sacrosancta Romana et[29] apostolica ecclesia[30] non ab apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit, sicut[31b] B. Petro apostolo dixit: „Tu es Petrus," et reliqua usque: „soluta in celo[32c]." §. 1. Adhibita[33] est societas[34d] in eadem Romana urbe[35] beatissimi Pauli apostoli, uasis electionis, qui[36] uno die eodemque[37e] tempore cum Petro gloriosa morte coronatus[38f] est, et ambo[39] sanctam ecclesiam Romanam consecrauerunt[40], atque aliis[41g] urbibus omnibus in uniuerso mundo[42] tam sua presentia quam[43h] uenerando triumpho pretulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum effundatur[44] oratio, his tamen uerbis Paulus beatissimus[45i] Romanis proprio cirographo pollicetur, dicens[46]: „Testis enim mihi est Deus, cui seruio in[47k] spiritu meo in euangelio Filii eius, quod sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis." §. 2. Prima[48] ergo[49] sedes est celesti beneficio Romana ecclesia[50l], quam (ut memoratum est)[51] beatissimi Petrus et Paulus suo[52] martirio consecrarunt. §. 3. Secunda autem sedes apud Alexandriam B. Petri nomine a Marco, eius discipulo atque euangelista, consecrata est[53m]. §. 4. Tercia uero sedes apud Antiochiam eiusdem[54n], B. Petri habetur[55o] honorabilis: quia[56]* illic, priusquam Romam ueniret, habuit[57p], et Ignatium episcopum constituit; et illic primum nomen Christianorum exortum est[58q]. *Et post pauca*[59]. §. 5. Inter beatos apostolos quedam fuit discretio[60r], et post[61s] licet omnes essent apostoli, Petro[62] tamen a Domino concessum est (et ipsi inter[63] se uoluerunt id[64] ipsum), ut reliquis omnibus preesset apostolis, et Cephas**, id est caput et principium[65] teneret apostolatus; qui et eandem formam suis successoribus et reliquis[66]*** episcopis tenendam tradiderunt[67]. Et non solum hoc in nouo testamento est constitutum, sed etiam in ueteri fuit; unde scriptum[68] est: „Moyses et Aron in sacerdotibus eius," id est primi inter eos fuerunt. *Et post pauca:* §. 6. Hec[69] uero apostolica sedes caput et cardo (ut prefatum est[70]) a[71t] Domino, et non ab alio constituta est; et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctae apostolicae[72u] sedis auctoritate omnes ecclesie (Domino disponente) reguntur.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXII. Pars I. a) ecclesia: *deest* — c. 1. a) *additur:* per Petrum Damianum legatum suum b) tenet c) patriarchi d) in: *deest* e) apices f) dignitates g) ille h) per quod i) est: *deest* k) vocetur l) proculdubio dicendus — c. 2. a) accepit b) *post:* obtinuit *interiectum est:* et eminentiam potestatis super universas ecclesias ac totum Christiani populi gregem assecuta est; *deinde post:* sicut: ipse c) Tu es Petr., et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni coelorum, et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum in coelis, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in coelis d) est etiam societ. e) unoque f) *ante* coronatus est, *interiicitur:* sub principe Nerone agonizans g) consecr. aliisque omn. urbib. h) mundo sua praes. atque vener. i) beat. apostolus Roman. k) in: *deest* l) Romanae ecclesiae m) *post:* consecrata est, *interiicitur:* quia et ipse in Aegypto primum verbum veritatis, directus a Petro, praedicavit, et gloriosum suscepit martyrium; cui venerabilis successit Abilius n) eiusd. id est B. Petri o) Petri apostoli nomine habet. p) habitavit q) Christ. novellae gentis exort. r) discret. potestatis et s) post: *deest* t) praef. est omnium ecclesiarum a Dom. u) apostolicae: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXII. C. II. * Quia: Hinc usque ad verb. *Tertia* addita sunt ex originali: quemadmodum et alia nonnulla.

** Cephas: In evangelio Ioannis c. 1. Cephas (quae vox syriaca est) exponitur πέτρος, quod graece petram significat: idque docet etiam B. Hieronymus in comm. epist. ad Galatas cap. 2.; neque credendum est ignorasse Anacletum, sed voluisse eam dictionem ad graecam linguam eo tempore notissimam referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus, catechesi 10., in nomine Iesus, non modo hebraicam, sed etiam graecam illi etymologiam tribuens. Atqui hoc ipsum nomen Cephas Optatus Afer, antiquus et probatus auctor, quem Hieronymus et Augustinus magni faciunt, libro 2. eodem modo, quo Anacletus accepit, his utens verbis: *Igitur negare non potes, scire te in urbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium apostolorum caput Petrus: unde et Cephas appellatus est.* Et Isidorus lib. 7. Etym. cap. 9. sic de Petro loquitur: *Cephas dictus, eo quod in capite sit constitutus apostolorum. Κεφαλὴ enim graece caput dicitur.* Verum apud Burchardum et Ivonem sic habetur: *ut reliquis omnibus praeesset apostolis Cephas, id est, ut Petrus principatum teneret apostolatus.*

*** Et reliquis: In originali est: *et reliquis apostoli episcopis.*

Dist. XXII. Pars. I. 2) *ABCDFG* || can. 1. 3) *Ex ep. Petri Damiani ad Hildebrandum, quae inter acta conventus Mediolanensis* (*hab. ao.* 1059/60.) *exstat ap. Mansi tom.* XIX. *Petri Dam. Opp. t.* 3. *op.* 5. *p.* 37 *sqq. Baronius ad a* 1059. *no.* 44. *Watterich. vitae rom. pont.* I, 220. — *Anselm.* I, 64. (Ex ep. Nicolai iunior. Mediolanensib. missa.; *can.:* quae autem provincia); *Deusdedit.* I, 136. (*omnia ut ap. Anselm.*) 4) *ABCDE* 5) omnes autem: *orig. Anselm.*; omnis autem: *Deusd.* 6) *Codd. coll. o.* (*cf. Rolandus Summa c.* 25. *qu.* 1. *in ed. Thaner. p.* 104.); patriarchivi: *orig. Deusded.* 7) *Codd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o. orig. Ans. Deusd.* 9) archiepiscopatuum: *H Turrecr. ed. Font.*; episcopatum: *orig. Ans.* 10) cuiuscunque: *CDEFGH Turrecr. ed. Fontan.* 11) *ABDFG orig. Ans. Deusd.* — *in originali sequitur:* sive rex sive imperator sive cuiuslibet condicionis homo purus instituit et, prout voluntas aut facultas erat, specialium sibi praerogativarum iura praefixit; Romanam autem ecclesiam solus ipse fundavit. 12) instituit ipsa: *Ans. Deusd.* 13) *ABCDEF* 14) et: *deest: orig.* 15) beato Petro: *GH Edd. coll. o.* 16) *Codd. coll. o. orig. Ans. Deusd.* 17) fundus: *male Deusded.* 18) cuius: *EGH Turrecr. ed. Fontan.* 19) *Codd. coll. o.* 20) cuiuslibet: *DF Ans. Deusd.* 21) ecclesiae iussum: *male Deusded.* 22) *ABCEFG Ed. Bas. orig. Ans. Deusd.*; voce notetur: *D* 23) *Codd. coll. o. orig. Anselm. Polyc.* 24) et illicitum maximum: *Deusd.* 25) *ap. Watterich l. c. p.* 222. 26) et: *deest: G*; et ipse: *deest: D* — *Ambros. lib.* 3. *de sacram c.* 1. || can. 2. 27) *AB*; Rom. eccl. ceterarum primatum obtinuit: *C* 28) *Ep. Pseudoisid. Anacleti ep.* III. *c.* 30. *ap. Hinschius p.* 83. — *ex praefat. C. Nicaeni, in Cod. Quesnell.* (*Leon. opp. ed. Ballerini* III, 23.) *de qua cf. Maassen. Gesch.* I, 40 *sqq.*; *Ivo Decr.* V, 26. (praef. Conc. Nicaeni. *can.:* beatiss. Silvestro — *usque ad* §. 5. *deinde alia sequuntur*) *Ivo Pan.* IV, 2. (*desunt* §. 1—6.); *Coll. tr. P.* I, 2, 20. 21. 22. (*inde a* §. 2.); *Caes.* II, 60. 61.); *Anselm.* I, 67. (*can.:* in apostol. sede); *Polyc.* I, 2, 1. (*usque ad* §. 1.) I, 2, 7. (*a* §. 1. *usque ad voc.* praetulerunt; *deinde alia sequuntur*) *Deusded.* I, 50. (*can.:* haec vero sacrosancta) 29) et apost.: *deest: D*; et: *deest: orig. Ivo Decr.* 30) *add.:* nullis synodis decretis praelata est sed evangelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum obtinuit, ubi dixit b. Petro apostolo: *Ivo Decr.*; *a verb.* ecclesia *usque:* ipse beato Petro *omnia desunt ap. Deusdedit.* 31) *Codd. coll. o. orig. Ans. Deusd. Ivo Pan. Polyc. cf. supra Dist.* XXI. *c.* 3. 32) *AB* 33) data: *Polycarp.* 34) *Codd. coll. o. Polyc.* 35) in. e. R. urbe: *deest: Polyc.* 36) qui non diverso sicut haeretici garriunt sed uno tempore, uno eodemque die: *Polyc.* 37) *ABC*; uno quoque: *Anselm.* (*sed in Cod. vatic. legit.:* unoque); Petro in urbe Roma: *Polyc.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. Anselm. Deusded.* 39) ambo pariter: *Ivo Decr.*; ambo sanctam et pariter supradictam eccl.: *Polyc.* 40) Christo domino consec.: *Ivo Decr. Polyc.* 41) *ABCDE*; eamque: *Polyc.* 42) mundo eam: *orig. Deusded.* 43) *CEFG Anselm.* — tam s. praes. quam vener. triumpho: *deest: AB* 44) fundatur: *orig. Ans. Deusded. Ivo Decr.* 45) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 46) *Rom. c.* 1. *v.* 9. 47) *ABC* 48) *Ivo Pan. l. l. c.* 4. 49) igitur: *Ivo Pan.* 50) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. Fontan. orig. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 51) ut mem. est: *deest: Ivo Decr.* 52) suo: *deest: Ivo Pan.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 54) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusded. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 55) *ABCDF Ans. Deusd. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 56) quamvis: *G Edd. coll. o.* 57) *ABCEG Edd. coll. o.* 58) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 59) *ib. c.* 33. *Leo Mag. Ep.* 14. *c.* 11. (*op. edd. Ball.* I, 691.); *Burch.* I, 178.; *Ans.* I, 67. *Ivo Decr.* V, 294. (*can.* si quae vero causae *usque ad* §. 6.); *Polyc.* I, 1, 1. (*usque ad voc.:* tradiderunt) 60) *Codd. coll. o. orig. Burch. Anselm. Deusded. Ivo Decr. Polyc.* — *Coll.* 61) *Codd. coll. o.* 62) Petrus concessus: *F* 63) ipsi idem: *EG* 64) id: *deest: Ans.*; hoc inter se ipsos: *Deusd.* 65) principatum: *EF*; id est ut Petrus principatum: *Burch.* 66) et reliquis apostoli episcopis: *EG orig.*; et reliqui apostoli: *H* 67) *sqq. usque ad* §. 6. *desunt ap. Ans. et Deusd.* (*sed hic legit.:* post pauca) 68) *Psalm.* 98. *v.* 6. 69) *ib. c.* 34. *Burch.* I, 178.; *Ans.* I, 67.; *Ivo Decr.* V, 294.; *Polyc.* I, 1. (I, 2, 2. *can.:* Si quae causae) 70) praefactum: *orig.*; facta est: *Ivo Decr.*; u. pr. e.: *deest: Ivo Pan.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ans. Deusd. Ivo Decr.* 72) *Codd. coll. o.*

Gratian. *Hac auctoritate Alexandrina ecclesia secundum a prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitana sinodo ecclesia Constantinopolitana secundum a sede apostolica locum accepit.*

Unde in eadem **Sinodo** [id est Constantinop. I. c. 5.][73] *constitutum est ita:*

C. III. *Secundum a Romano Pontifice Constantinopolitanus[74] obtinet locum.*

Constantinopolitanae* ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propter[75a] quod sit noua Roma.

C. IV. *Apostolicae sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam.*

Item **Gregorius*** *Iohanni episcopo Siracusano,* [lib. VII. epist. 63.][76]

De[77] Constantinopolitana ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi apostolicae esse subiectam[80a]! Si tamen quid boni uel ipsa, uel altera ecclesia habet, ego et minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono[81] imitari paratus sum. Stultus est enim[82], qui in eo se primum existimat, ut bona, que uiderit[83], discere contempnat. *Idem eidem* [epist. 64.][84]: Nam quod primas Bizanzenus sedi se apostolicae dicit[85] subici[86] si qua culpa in episcopis inuenitur[87] nescio quis[88] ei subiectus non sit; cum uero culpa non exigit[89], omnes secundum rationem humilitatis[90] equales sumus[91].

C. V. *Constantinopolitanus episcopus auctoritate deponitur[92a].*

Item **Gelasius** [Papa I. ad **Faustum** magistrum legationis.][93]

Qua traditione maiorum apostolicam sedem in iudicium uocant? An secundae sedis antistites et terciae, ceterique bene conscii sibi sacerdotes depelli debuerunt, et qui extitit religionis inimicus, depelli non debuit? Viderint[94] ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur[95]. Ceterum isti, qui sacri[96], qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem[97] apostolicam ad iudicium uocare non possunt, Constantinopolitanae[98b] uero ciuitatis episcopus, que[99] utique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum non debuit submoueri?

C. VI. *Constantinopolitana ecclesia secundum a Romana obtinet locum.*

Item ex VI. Sinodo [cap. 36.][100a]

Renouantes* sancti[101] Constantinopolitani concilii decreta, petimus[102], ut Constantinopolitana sedes similia priuilegia, que superior[103]** Roma habet[104], accipiat, non tamen[105b]*** ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa; ut[106c] hec secunda post illam existens, prius quam Alexandrina sedes numeretur; deinde Antiocena, et post eam Ierosolimitana.

Gratian. *Hinc datur intelligi, quod Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tercia, et Antiocena de tercia sit facta[107d] quarta: nisi forte quis duas contendat esse secundas, ut Constantinopolitanam et Alexandrinam[108] parem suae dignitatis uelit locum obtinere.*

Unde in VIII. Sinodo legitur, [can. 21.][109a]

C. VII. *Que patriarchalium sedium primum uel deinceps teneat locum.*

Diffinimus, neminem prorsus mundi potentum quemquam eorum, qui patriarchalibus sedibus presunt, inhonorare, aut mouere a proprio throno temptare[110b]; precipue quidem sanctissimum Papam senioris Romae, deinceps autem Constantinopoleos patriarcham, deinde uero Alexandriae, ac Antiociae, ac Ierosolimorum.

DISTINCTIO XXIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Breuiter que inter ecclesiastica offitia sit differentia monstrauimus. Nunc a summo incipientes, et usque ad ultimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.*

EDITIO ROMANA.

Dist. XXII. c. 3. a) propterea — c. 4. a) *post:* subiectam; *interiicitur:* quod et[78] dominus piissimus imperator, et frater noster Eusebius[79] eiusdem civitatis episcopus assidue profitentur — c. 5. a) auctor. Romani Pontificis depon. b) et Const. — c. 6. a) item ex VI. Synodo sub Iustiniano congregata b) nec non*** c) sed haec d) facta: *deest* — c. 7. a) unde in VIII. Synodo habita sub Hadriano Papa II. b) *post:* tentare *interiicitur:* sed omni reverentia et honore dignos iudicare

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * Canon hic ex iis est, quos apostolica Romana sedes a principio, et longo post tempore non recepit: quod ex epistola 51. alias 53. Leonis Papae I. ad Anatolium Constantinopolitanum, et aliis eiusdem epistolis facile est cuivis cognoscere; itemque ex duabus epistolis Leonis IX., una aduersus presumtiones Michaëlis et Leonis, cap. 28., altera ad eundem Michaëlem. Sed multo clarius ex B. Gregorii epistola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum et Anastasium Antiochenum, atque ex epistola Nicolai I. ad Michaëlem Imp., quae incipit: „*Proposueramus.*" Quamquam Constantinopolitani episcopi, imperatorum potentia freti, secundum locum patriarchalium sedium sibi usurparunt, idque tandem pacis et tranquillitatis causa fuit ipsis concessum, sicut in cap. antiqua *de privileg.* Innocentius P. III. declarauit.

C. IV. * Hoc caput sumtum est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epist. 63., ex qua accepta est prior pars, agitur de Constantinopolitana ecclesia; in sequenti vero 64. agitur de primate Byzazeno provinciae Africae, non autem Constantinopolitano, quod videntur et Gratianus et Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse; adducti fortasse summula illa, quae praeposita est epistolae Gregorii. Auctor quidem glossae, quod Gratianum putavit sensisse, aperte exposuit.

C. VI. * Renovantes: Hic agitur de 5. illo canone I. synodi Constantinopolitanae, de quo supra eod. c. *Constantinopolitanae* dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui synodo VI. tribuuntur, videnda est notatio ad c. *sextam* supra 16. dist.

** Superior: Ita habetur in aliquot vetustis exemplaribus: nam in vulgatis erat *inferior*. Graece est: τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, id est, *antiquioris vel senioris Romae*, ut infra c. proximo. Omnino autem caput hoc longe brevius est in hac versione, quam in graeco exemplari, uno tantum loco copiosius, quod Antiochenam numerat sedem, cuius in graeco vulgato nulla mentio.

*** Nec non: Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, et graeco; antea enim legebatur: *non tamen*.

Dist. XXII. can. 3. 73) *Romani Corr. hunc canonem qui Hisp. interpretationis est, ex prisca desumtum esse in margine asserunt. In illo tamen loco eius legitur can.* 28. *Conc. Chalced. de qua re vide Baller. ad c. c. in opp. Leon.* III, 355. *et Maassen Gesch.* I, 96 *sq. — sine ulla ratione Baronius ann. ad. a* 381. *no.* 35. 36. *et Phillips Kirchenr.* II, 48. *hunc canonem falsum esse diiudicant; cf. Hinschius Kirchenr.* I, 541. — *Const. Constant. hab. ao.* 381. *Collect. tredec. Part.* II, 54.; *Coll. tr. P.* II, 8, 3. *Polycarp.* II, 22. (II, 21, 3. *versio Dionys.*) 74) Const. episcopus: *EGH* 75) *ABC Hisp. Coll.* XIII. *P. Coll. tr. P.*; propter hoc quod: *EGH* ‖ can. 4. 76) *Ep.* 12. *lib.* 9. *scr. ao.* 599. (*Ed. Maur.*) — *Jaffé no.* 1218.; *Ans.* II, 66.; *Deusdedit.* I, 150.; *Caes.* II, 70. 77) nam de: *Anselm. Deusded.* 78) et si: *Ans.* 79) *In hoc nomine error librariorum est. Eusebius enim tunc temporis Const. Ep. non erat; qua re nomen illud abest a Codd. Gregor. melioribus et Anselm. et Deusded.* 80) *Codd. et Edd. coll. o.* 81) bonis: *Deusded.* 82) stultum est quod: *ib. — in seqq.:* aestimat: *A* 83) viderat: *D;* vidit: *Deusded.* 84) *Ep.* 59. *Ed. Maur. scr. eod. ao. Jaffé no.* 1217. 85) dicitur sub.: *Ans.* 86) subiecturus: *Deusded.* 87) invenit: *Anselm.* 88) quis episcopus: *orig.;* qui: *Deusded.* 89) exigitur: *Ed. Bas. Anselm.* 90) humanitatis: *D* 91) *add.:* inter caetera: *Deusd.* ‖ can. 5. 92) *ABCDF;* auctorit. romana depon.: *EG* 93) *ABCDF* — It. Gelas. Pap. Const. episcopis: *EG* — *scr. ao.* 493. *c.* 6. *ap. Thiel* 345. — *Jaffé no.* 381. — *Ivo Decr.* V, 9. (*can.:* nobis opponant *in med.*) 94) videant: *DF Edd. coll. o.* 95) vel nequitias exeq.: *EGH* 96) qui sacri: *deest: Ivo* 97) non solum sedem: *orig.* 98) *Codd. et Edd. coll. o.* 99) qui: *Böhm.* ‖ can. 6. 100) *Codd. coll. o. — Ex Synod. quinisexta hab. ao.* 692. *Coll. tr. p.* II, 11, 17. 101) sancti: *deest: EG* 102) *in orig. est* ὁρίζομεν i. e. decernimus 103) inferior: *ABCDF Coll. tr. P.* 104) habet: *deest: Coll. tr. P.* 105) *ABCH;* non tamen eccles.: *D;* et tamen in eccl.: *E;* et in eccl.: *G Coll. tr. P.* 106) *Codd. coll. o.;* ut haec: *deest: Coll. tr. P.* 107) *ABCDEGH* 108) quae par.: *EH;* quam par.: *G* ‖ can. 7. 109) *Codd. coll. o. — hab. ao.* 869. *translatio canonis Anastasii Bibl. est. — Anselm.* II, 72. (70. *can.:* Dominicum sermonem. *can. continuatur*) *Deusded. p.* III. *a Corr. et R. cit. sed nihil invenimus.* 110) *Codd. coll. o.*

C. I.* *Decretum Nicolai Papae de electione Romani Pontificis*[1 a].

In nomine Domini nostri et saluatoris Iesu Christi. Ab incarnatione eius[2 b] anno MLIX. mense Aprili, indictione XII., propositis sacrosanctis euangeliis[3], presidente quoque reuerendissimo ac beatissimo Nicolao[4 c] Papa[5], in basilica Lateranensis patriarchii[6], que cognominatur Constantiniana, considentibus etiam reuerendissimis episcopis, abbatibus, presbiteris[7], diaconibus, idem uenerabilis[8] Pontifex apostolica auctoritate decernens de electione[9] summi Pontificis, inquit: §. 1. Nouit[10] beatitudo uestra, dilectissimi fratres et coepiscopi[11], inferiora[12] quoque membra non[13 d] latuit, defuncto piae memoriae domino Stephano predecessore nostro hec apostolica sedes, cui auctore[14] Deo deseruio, quot aduersa pertulerit, quot denique per simoniacae heresis trapezitas repetitis[15] malleis crebrisque[16] tunsionibus[17] subiacuerit[18], adeo ut columna Dei[19] uiuentis iam[20 e] pene uideretur nutare[21 f], et sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur[22] in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati uestrae, debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere, et ecclesiastico statui, ne[23] rediuiua[24 g] mala (quod absit) preualeant, in posterum prouidere[25 h]. §. 2. Quapropter instructi predecessorum nostrorum aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus atque statuimus, ut, obeunte huius Romanae ecclesiae uniuersalis Pontifice, inprimis cardinales episcopi diligentissima[26 i] simul consideratione[27 k] tractantes[28], mox sibi[29 l] clericos cardinales adhibeant: sicque reliquus clerus et populus ad consensum nouae electionis accedant, nimirum[30] precauentes[31], ne uenalitatis morbus aliqua occasione subrepat[32]. Religiosissimi[33 m] uiri preduces sint in promouenda[34] Pontificis electione, reliqui autem sequaces. §. 3. Certus uero atque legitimus hic[35] electionis ordo perpenditur, si, perspectis diuersorum Patrum regulis siue gestis, etiam illa B. predecessoris nostri Leonis sententia recolatur. „Nulla,“[36] inquit, „ratio sinit, ut inter episcopos habentur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati.“ Quia sedes[37 n] apostolica cunctis in orbe terrarum prefertur ecclesiis atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi[38] proculdubio metropolitani uice funguntur, qui uidelicet[39] electum antistitem[40 o] ad apostolici culminis apicem prouehant[41]. §. 4. Eligatur[42] autem de ipsius ecclesiae gremio[43], si reperitur idoneus; uel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur[44]; saluo debito honore et reuerentia dilecti filii Henrici[45 p], qui in presentiarum rex habetur, et futurus imperator Deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus et successoribus illius, qui ab hac[46] apostolica sede hoc ius personaliter impetrauerint. §. 5. Quod si prauorum atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, ut pura, sincera atque gratuita fieri in Urbe non possit electio, cardinales episcopi cum religiosis clericis catholicisque laicis, licet paucis[47], ius potestatis obtineant, eligere[48] apostolicae sedis Pontificem[49], ubi congruerit[50 q]. §. 6. Plane, postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas uel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is, qui electus est, in apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non ualeat, electus tamen, sicut uere[51 r] Papa, auctoritatem[52] obtineat regendi Romanam ecclesiam, et disponendi omnes facultates illius; quod beatum Gregorium[53] ante consecrationem[54] suam fecisse cognouimus[55]. §. 7. Quod si quis contra hoc nostrum decretum sinodali sententia promulgatum per seditionem, uel presumptionem[56], aut quolibet ingenio electus[57] aut etiam ordinatus, seu inthronizatus[58] fuerit[59], auctoritate diuina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus et sequacibus a liminibus sanctae Dei[60] ecclesiae separatus abiciatur[61] sicut antichristus, et[62 s] inuasor et destructor totius Christianitatis; nec aliqua super hoc audientia aliquando[63 t] reseruetur ei: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocumque fuerat prius, sine retractatione deponatur: cui quisquis adheserit, uel qualemcumque tamquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum[64], defendere presumpserit, pari sententia[65] sit mancipatus. §. 8. Quisquis[66 u] huius nostrae[67] decretalis sententiae temerator extiterit, et Romanam ecclesiam sua presumptione confundere et perturbare[68 v] contra hoc statutum[69] temptauerit, perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur, „et cum impiis, qui non resurgent in iudicio[70],“ deputetur[71 w], omnipotentis[72] contra se sentiat iram, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli (quorum presumit ecclesiam confundere), in hac uita et in futura furorem sentiat[73] „fiat[74] habitatio eius deserta, et non sit, qui inhabitet in tabernaculis eorum[75 x], fiant[76] filii eius orphani et uxor eius uidua[77], commotus amo-

EDITIO ROMANA.

Dist. XXIII. c. 1. a) Unde Nicolaus Papa II. in Concilio Lateranensi* — Decret. Nic. Pap. de elect. summi Pontif. b) eiusdem c) Nicol. apostolico Papa d) membra Christi non e) iamiam f) vider. concussa nutare g) recidiva h) mala praevaleant, praecavere i) diligentissime k) de electione l) mox Christi cleric. m) Et ideo religios. n) Quia vero sedes o) episcopum p) nostri Henrici q) congruere viderint r) verus s) et: *deest* t) aliquando: *deest* u) quisquis autem hui. v) conturbare w) reputetur x) eius

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXIII. C. I. * Huius decreti integrum exemplum est in uetustissimo libro abbatiae monasterii Farfensis, literis Longobardicis ante annos pene quingentos scripto, et alibi.

Dist. XXIII. can. 1. 1) *Codd. coll. o. — Ex Concil. Rom. hab. ao.* 1059.; *Chronicon Farfense Gregorii Catinensis in quo illud deprehenderunt Correct. Rom. legitur in Muratorii SS. Rer. Ital.* II, 2, 645. *et M. Germ. SS.* XI, 558. *Sed qui edidit illud Bethmann decretum Nicolai omisit. Ast Gregorius Catinensis hausit ex Fratris Beraldi monachi et abbatis Farfensis libro qui invenitur in Cod. lat. Monac.* 149, *cuiusque copia uti benignitate Guilielmi Arndt licuit nobis. — Inde a verbis* §. 1. *decretum in forma quae apud Gratianum exstat invenitur in Chronico Hugonis Flavinacens. M. Germ. SS.* VIII, 408. *et apud Hugon. Floriacensem de regia potestate ac sacerdotali dignitate* (*Baluz. Miscell.* IV, 62.); *Pertzius vero e Vaticano Codice decreti nostri formam publici fecit iuris Mon. Germ. LL.* II, 177. *quam iterum edidit Watterich Vitae* I. *p.* 229 *sqq. et quae consonat cum illa Beraldi; tertiam denique Jaffé in ed. Cod. Udalrici Babenberg.* (*Mon. Bamberg. Berol.* 1869. *p.* 41.) *At quae istarum formarum genuina habenda sit, magna est virorum doctorum contentio, quorum scripta invenies enumerata ap. Hinschius Kirchenr.* I, 248. *Contra Hinschii quidem sententiam cf. Waitz in Forsch. z. deutsch. Gesch.* X, 614 *sqq. et Zöpfell D. Papstwahlen* (*Göttingen* 1871.) *p.* 125 *sqq. qui rectam ut nos quidem putamus, defenderunt sententiam. — Ivo Pan.* III, 1. *Caesar.* 2) *ABCEF*; Domini: *M. LL.* 3) prop. sacr. evang.: *deest: Berald.* 4) *Codd. et Edd. coll o.*: beatissimo: *deest: EG* 5) vero: *Berald.*; viro: *Ann. Farf.* 6) patriarchatus: *AB*; patriarchica: *Ivo* 7) seu venerabilibus presbyteris atque diaconibus: *Berald. MLL. Ivo.* 8) venerandus: *Berald.* 9) decernendae electionis: *Ber.* 10) noverit: *MLL.* 11) episcopi: *Ivo* 12) anteriora: *ib.* 13) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 14) cui auctoritate: *D*; cuius auctoritate: *CEH* 15) repetit.: *deest: Berald. Cod. Vat. Hugo Flavin. Hugo Flor.* 16) crebrisque: *deest: Berald.* 17) concussionibus: *H*; tonsionibus: *Edd. Venet.* I. *Lugd.* I. 18) subiacuit: *Edd. coll. o.* 19) Dei: *deest: Berald.* 20) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Hugo Flor.* 22) cogerentur: *Berald.* 23) ne vel: *Ivo.* 24) *Codd. coll. o. Chron. Farf. Hugo Flav.*; *Hugo Flor.* 25) *AB MLL.*: in posterum praecav.: *Berald. Ivo.*; praevidere: *Hugo Flor.* 26) diligentissima: *ABCDEGH Ed. Bas. Berald. MLL. Hugo Flav.* 27) *AB Berald. MLL. Hugo Flav.* — simul dilectione: *CEGH* 28) *hoc loco in MLL. Berald. Ann. Farf. adduntur:* (*cf. infra* §. 4.) salvo debito honore et reverentia dilectissimi filii nostri Heinrici qui in praesentiarum rex habetur et futurus imperator Deo concedente speratur, sicut iam sibi mediante eius nuncio Longobardiae cancellario W. concessimus et successorem (*MLL.*: successorum) illius qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverit (*MLL.*: impetraverint) ad consensum novae electionis accedant, ut nimirum ne venalitatis morbus qualibet occasione subripiat religiosi viri cum serenissimo filio nostro rege Henrico praeduces etc. *ut in textu. Cuius verba:* mox Christi -- *usque ad* §. 5. *desiderantur.* 29) *AB Hugo Flav.*; mox et clericos: *EG*; mox episcopi cler.: *H* 30) ut nimirum: *Hugo Flav.* 31) praec.: *deest: ib.* 32) subripiat: *ib.* 33) *Codd. coll. o. Hugo Flav.* 34) promovendi: *Ivo* 35) *desunt in ed. Bas.*: et certe rectus ac legit.: *Ivo* 36) *cf. infra D.* LXII. *c.* 1. 37) *Codd. coll. o.*; Sed quia: *Edd. coll. o. pr. Bas. in qua non leguntur.* 38) vero episcopi: *EGH* 39) videlicet: *deest: Hugo Flav.* 40) *Codd. coll. o. Hugo Flav.* 41) provehunt: *Ivo Hugo Flav.* 42) eligant: *Berald. MLL.* 43) de ipsius ecclesia si: *Ivo* 44) *reliqua usque ad* §. 5. *desunt in MLL. Berald. Ann. Farf.* 45) *ABC* 46) hac: *deest: EG* 47) licet pauci sint ius tamen (potestatis: *MLL.*) obtineant eligendi: *Berald. MLL. Ann. Farf.* 48) eligendi: *Edd. coll. o.* 49) antistitem: *D Hugo Flav.* 50) *Codd. coll. o. et Edd. o. pr. Bas.*; congruentius iudicaverint: *Ivo Hugo Flav.*; ubi cum invictissimo rege congruentius iudicaverint: *MLL. Berald. Ann. Farf. — haec licet aliis verbis leguntur in Ivon. Decr.* V, 80. 51) *ABEGH*; ver.: *deest: Berald. Ivo Hugo Flav. Hugo Flor.* 52) auctoritat.: *deest: Ivo Berald.* 53) beatissimum: *E*; beatus Gregorius: *Ivo Berald. MLL.* 54) electionem: *Hugo Flav.* 55) cognoscitur: *MLL.* 56) vel praes.: *deest: Ivo* 57) electus: *deest: Berald.* 58) aut ordin. seu etiam int.: *Berald.* 59) fuerit, non papa sed sathanas non apostolicus sed apostaticus ab omnibus habeatur vel teneatur: *MLL. Berald. Ann. Farf.* 60) Romanae: *Berald. Ann. Farf.* 61) subiiciatur: *Ivo. Hugo Flav. Hugo Flor. Berald.* 62) *Codd. coll. o.* 63) *ABCEGH Ed. Bas. Ivo Pan. Hugo Flav. MLL. Berald.* — servetur: *AB* 64) illum: *DEG*; eum: *deest: AB* 65) sententiae: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Corr.* 66) *ABCEG Ivo* — Quod si quis: *Edd. coll. o. pr. Bas.* -- quisq. aut. huius sententiae decretalis: *MLL.* 67) nostri decreti vel sententiae: *C*; nostrae sanctae: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 68) *ABCDF Hugo Flor. Hugo Flav.*; perturbare voluerit: *Berald.* 69) decretum: *Edd. Bas. Nor.* 70) *Psalm.* I. *v.* 5. 71) *ABEGH MLL.* 72) Dei (omnipotentis: *Hugo Flav. MLL.*; scilicet: *Ivo Hugo Flav. MLL.*) patris et filii et spiritus sancti: *Hugo Flav. MLL. Berald.* 73) semper sentiat: *EGH*; reperiat: *MLL.* 74) *Psalm.* LXVIII. *v.* 26. 75) *ABCDF* — tabernaculo: *MLL. Berald.* 76) *Psalm.* CVIII. *v.* 9. 77) uxores . . . viduae: *Hugo Flav.*

ueatur[78] ipse et eius filii, et mendicent, et eiciantur de habitationibus suis, scrutetur fenerator omnem substantiam eius, et diripiant alieni labores[79] eius, orbis[80] terrarum pugnet contra eum[81], et cuncta[82] elementa sint ei contraria," et omnium sanctorum quiescentium merita[83] illum confundant, et in hac uita super eum apertam uindictam ostendant[84]. §. 9. Obseruatores autem huius nostri decreti omnipotentis gratia[85][y] protegat[86], et auctoritas beatorum, apostolorum Petri et Pauli ab omnium uinculis peccatorum absoluat.

II. Pars. Gratian. *Episcopi uero et ceteri ordines infra constituti qualiter ordinari debeant, ex*[87] *auctoritate Cartaginensis concilii IV.* [cap. 1.], *cui interfuit Augustinus tempore Honorii Augusti, ostendamus, ab eorum examinatione incipientes.*

C. II. *Quomodo*[88][a] *sit examinandus, qui in episcopum eligitur.*

Qui episcopus* ordinandus est, antea[89] examinetur, si natura sit[90] prudens, si docibilis[91], si moribus temperatus si uita castus, si sobrius, si semper suis negociis cauens[92] si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus[93], si in dogmatibus ecclestiasticis exercitatus[94]; et ante omnia[95], si fidei documenta[96] uerbis simplicibus asserat[97], id est Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans[98], totamque trinitatis[99] deitatem coessentialem et consubstantialem[100] et coeternalem[101] et coomnipotentem predicans; si singulas[102] quasque in trinitate personas plenum Deum, et totas tres personas unum Deum[103], si incarnationem diuinam[104] non in Patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat[105], ut, in diuinitate qui erat Dei Patris Filius[106][b], Deus uerus ex Patre esset et[107][c] homo uerus ex matre, carnem ex matris uisceribus habens, et animam humanam rationabilem[108][d], simul[109][e] in eo utriusque[110][f] naturae, id est[111][g] Deus et homo, una persona[112], unus Filius, unus Christus, unus Dominus[113], creator[114] omnium que sunt et auctor, Dominus[115] et rector[116] cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum[117]; qui passus sit pro salute nostra[118][h] uera carnis passione, mortuus uera corporis sui morte, resurrexit uera carnis suae receptione[119][i] et uera animae[120] resumptione, in qua ueniat[121][k] iudicare uiuos et mortuos. §. 1. Querendum est[122][l] etiam ab eo, si noui et ueteris testamenti, id est legis et prophetarum et apostolorum unum eundemque credat auctorem Deum[123][m], si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium[124] factus sit malus. §. 2. Querendum etiam ab eo, si credat huius[125], quam gestamus, et non alterius carnis resurrectionem, si credat iudicium futurum, et recepturos singulos pro his, que in hac[126][n] carne gesserunt, uel penas, uel premia[127], si nuptias non prohibeat[128], si secunda matrimonia non dampnet[129], si carnium perceptionem non culpet[130], si penitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est tam illud originale peccatum[131][o] contractum, quam illa, que uoluntarie admissa sunt, dimittantur, si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. §. 3. Cum in his omnibus examinatus inuentus fuerit plene[132] instructus, tunc[133] cum[134] consensu clericorum et laicorum et[135] conuentu totius prouinciae episcoporum, maximeque metropolitani uel auctoritate, uel presentia ordinetur episcopus[136]. Suscepto in nomine Christi episcopatu, non suae delectationi, nec suis moribus[137][p], sed his[138] Patrum diffinitionibus acquiescat**.

C. III. *Qualis esse debeat clericorum conuersatio.*

Item Ysidorus *de uita clericorum*[140][a].

III. Pars. His[141] igitur lege Patrum cauetur, ut a uulgari uita seclusi a mundi uoluptatibus sese abstineant; non spectaculis, non pompis intersint; conuiuia[142] publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed et sobria colant; usuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationibus[143][b] lucrorum, non fraudibus[144][c] cuiusquam studium appetant; amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant, secularia[145][d] offitia negotiaque abnuant[146][e]; honoris gradus per ambitionem non suscipiant[147][f]; pro beneficiis medicinae[148] Dei munera non accipiant; dolos et coniurationes caueant; odium, emulationes[149][g], obtrectationem atque inuidiam fugiant; non uagis[150] oculis, non effreni lingua, aut petulantia[151][h] fluidoque gestu[152] incedant, sed pudorem et uerecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant; obscenitatem etiam membrorum et[153][i] uerborum, sicut et operum, penitus exsecrentur; uiduarum et uirginum frequentaciones[154][k] fugiant; contubernia[155] extranearum feminarum nullatenus appetant; castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant, aut certe unius matrimonii uinculo federentur; senioribus quoque debitam prebeant obedientiam, neque ullo iactantiae studio semetipsos attollant; postremo doctrinae lectionibus, psalmis, imnis, canticis, exercitio iugi[156][l] incumbant. Tales enim esse debent, qui diuinis cultibus sese mancipandos studeant[157][m], scilicet ut, dum scientiae operam dant, doctrinae gratiam populis administrent.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXIII. c. 1. y) omnip. Dei gratia — c. 2. a) Quando b) *post:* filius *interiicitur:* ipse fieret in homine hominis matris filius c) esset et: *deest* d) rationalem e) simulque f) in eo veritas utriusq. g) idem Deus h) pro salute nostra: *deest* i) resurrectione k) veniet l) est: *deest* m) auctorem et Deum n) hac: *deest* o) peccatum: *deest* p) motibus — c. 3. a) It. Isid. de eccles. officiis lib. 2. c. 2. b) occupationes c) lucrorum fraudisque cuiusque. stud. appet. d) fug. et saecul. e) abiiciant f) ambitiones non subeant g) aemulationem h) petulanti i) membrorum et: *deest* k) frequentationem l) iugiter m) se mancip. student exhibere scil.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. * Caput hoc integrum exstat in Ordine Romano, additis ad initium his vocibus: *Statuta ecclesiastica:* cui similem titulum toti Carthaginensi quarto concilio esse praepositum in aliquot vetustis codicibus, testantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt.

** Acquiescat: Post hoc verbum tam in concilio, quam in Ordine sequitur[139]: *In cuius ordinatione etiam aetas requiratur, quam sancti Patres in praeeligendis episcopis constituerunt.*

Dist. XXIII. can. 1. 78) commoveatur: *EG;* commoveantur: *H* 79) labores omnes: *Ed. Bas. Berald. MLL.;* et deleant alieni labores eius: *Hugo Flav.* 80) *Sap. c.* V. *v.* 21. 81) illum: *Hugo Flav.* 82) omnia: *Berald.* 83) et omn. quiesc. in terra merita: *Ivo;* et omn. sanct Romae quiesc.: *MLL.* 84) et in h. v. s. eum a. v. ostend.: *deest: Berald.* 85) *ABCEFG* 86) et benedicat: *Berald.* 87) primum ex: *EGH* || can. 2. 88) *ABC* — est eligendus: *AB; c.* 1. *Statutt. eccl. antiqu. de quib. vide supra ad c.* 9. *D.* XVIII. *ap. Bruns. l. c.* I, 140. — *Coll. Ans. ded.* II, 12.; *Regino* I, 455.; *Burch.* I, 8.; *Ivo Decr.* V, 62.; *Coll. tr. P.* II, 18, 1.; *Polyc.* II, 9. (II, 8, 5). 89) ante: *Ans. ded. Ivo. Polyc.* 90) sit: *deest: Ans. ded.;* est: *Ivo. Polyc.* 91) docilis: *Ed. Bas. Polyc. — add. in DEGH et o. Edd. coll.:* si pervigil, *quae verba in F manu post. aetat. in marg. adscripta sunt.* 92) vacans: *Ans. ded.;* sui negotii cavens: *DH Ivo. Coll. tr. P. Polyc.;* si semper suis negotiis, si hominibus affabilis: *Hisp.* 93) cautus vel acutus: *CDFH Edd. coll. o.* 94) eccl. exerc.: *deest: D* 95) omnia trinitatem et unitatem confirmet: *Polyc. ubi canon hic finit.* 96) divina docum: *Ans. ded.* 97) verbo simpliciter asserat: *EGH* 98) confirmat: *EG;* confirmet: *C* 99) in trinitate deitatem: *Reg. ed. Baller. Ivo.;* totamque deitatem: *Ans. d.;* totamque trinitatis unitatem: *D Edd. coll. o.* 100) substantialem: *Reg.* 101) coaeternam: *Ivo* 102) singulam quamque personam: *orig. Hisp. Reg. Ivo. — Corr.* 103) et tot. tr. p. u. Deum: *deest: orig.* 104) divinitatis: *H Ed. Bas.* 105) credat: *deest: Ans. ded.;* credit: *Coll. tr. P.* 106) *Codd. et Edd. coll. o.* 107) *Codd. coll. o.* 108) *ABCDF* 109) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 110) *ABCDF Reg. Coll. tr. P.;* in eo ambae naturae: *orig.;* in eo utramque naturam id est Dei unus persona: *Ivo.* 111) *ABCDEG orig. Ans. ded. Reg. Ivo.* 112) una pers.: *deest: Ans. ded.* 113) unus Dom.: *deest: orig.;* un. Dom. et: *DF* 114) creaturarum: *Hisp. Reg.* 115) dominus: *deest: Ivo.;* et dominus: *orig. Ans. ded.* 116) et deus: *Ivo* 117) omn. creat.: *deest: Ivo* 118) *Codd. et Edd. o.* 119) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 120) resurr. vel resumpt.: *Reg.* 121) *ABCEG* 122) *ABCDEG Ivo* 123) *AB Ivo;* auctorem esse Deum: *Coll. tr. P.;* Deum (demum: *Edd. Lugd.* II. III.) vivos et mortuos iudicaturum et: *EGH Edd. o. pr. Bas.* 124) arbitrium suum: *Ivo.* 125) huiusmodi: *Edd. o.* 126) *ABC;* in h. carne: *deest: Coll. tr. P.* 127) gloriam: *orig. Ans. ded. — Corr.* 128) improbet: *orig. Ans. ded. Reg. Ivo* (*apud quem deest vox;* non) — *Corr.* 129) condemnet: *Reg. Ivo* 130) non damnet vel culpet: *EGH* 131) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. in qua vox:* cont.: *deest.* 132) plane: *EGH;* pleniterque: *Ivo* 133) tunc.: *deest: orig.* 134) cum: *deest: Ans. ded.;* cum cons. . . . . auctor. vel praes.: *deest ap. Reg. Burch. Ivo.* 135) ex: *Hisp.* 136) *reliqua desunt ap. Iv.* 137) *ABCDF;* in omnibus: *H Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 138) his: *deest: Ans. ded.* 139) *extrinsecus tamen adiectum ut videtur* || can. 3. 140) *Codd. et Edd. coll. o. — ut Corr. iam annotaverunt est eiusdem de eccl. officiis lib.* 2. *c.* 2.; *eadem leguntur in Conc. Mogunt. ao.* 813. *hab. c.* 10. *ap. Hartzheim Conc. Germ.* I, 407. 141) Hic: *Böhm.* 142) et omnia: *EG* 143) *Codd. coll. o.* 144) *ABEGH;* neque fraudis: *D;* non fraudibus: *EGH;* fraudibus: *CF Edd. coll. o.* 145) *Codd. coll. o. orig.* 146) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* I. II. III. *Par.* 147) *ABC;* gradum per ambitionem suscipiant: *Codd. rel. et Edd. coll. o.* 148) disciplinae: *EGH* 149) *ABCDFGH* 150) vagi: *DEFGH Edd. coll. o.* 151) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 152) gressu: *F;* tumidoque gressu: *orig. — Corr.* 153) *ABCEG* — membr. et verb.: *Codd. rel. et Edd. coll. o.* 154) *Codd. coll. o.;* visitationes frequentissimas: *Edd. coll. o. — Corr.* 155) et contub.: *EG* 156) *AB Ed. Bas. orig.* 157) studeant: *ABEG;* exhib.: *deest in Codd. et Edd. coll. o.*

C. IV. *Qui digne sacramenta tractare non possunt*[158], *ad ministerium non eligantur diuinum.*

Item Clemens [ad Iacobum fratrem Domini, epist. II.][159].

Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdoti[160] paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

C. V. *Si electo in episcopum*[161] *aliqua obiciuntur, quinque uel sex episcopi ad eius purgationem perueniant*[162 a].

Item ex Concilio Cartaginensi IV.[163]

Illud[164] statuendum est[165], ut, quando ad eligendum episcopum conuenerimus, si qua contradictio oborta[166] fuerit (quia talia[167 b] sunt facta[168] apud nos)[169], non presumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres tantum[170], sed postulentur ad numerum supradictorum[171] duo uel tres[172], et in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur[173] primo personae contradicentium, postremo etiam illa, que obiciuntur[174], pertractentur, et, cum purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur[175]. Si hoc cum[176] uestrae sanctitatis animo concordat[177], roboretur uestrae dignitatis responsione. Ab uniuersis episcopis dictum est: „Satis placet".

C. VI. *Vota suae promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina.*

Item ex Concilio Tolletano XI. [c. 10.][178]

Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur astricti[179], expedibile tamen est, ut promissionis suae uota sub cautione spondeant, quos ad promotionis[180] gradus ecclesiastica probat[181] disciplina. Solet enim plus timeri, quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione[182] concluditur. §. 1. Et ideo placuit huic sancto concilio[183], ut unusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus[184 a], non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui innotacione[185 b] promittat, ut fidem catholicam sincera cordis deuotione custodiens iuste et pie uiuere debeat, et in[186] nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem atque obsequii[187] reuerentiam preminenti sibi unusquisque[188] dependat, iuxta illud Papae Leonis[189 c] edictum: „Qui se scit aliquibus[190] esse prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat." Pena tamen[191 d] iuxta ecclesiasticae consuetudinis morem et placitis talium inferenda[192], et ab his, qui transgressores fuerint, persoluenda est.

Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica offitia ordinentur[193 a].

C. VII. *Qualiter ordinetur episcopus*[194 b].

Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant[195] et teneant euangeliorum codicem super caput et ceruicem[196] eius, et uno super eum fundente[197 c] benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant[198].

C. VIII. *Qualiter ordinetur presbiter.* [Ex eodem c. 3.][199]

Presbiter cum ordinatur, episcopo eum[200] benedicente et[201] manum super caput eius tenente[202], etiam[203] omnes presbiteri, qui presentes sunt[204], manus suas iuxta manus[205 a] episcopi super caput illius teneant[206].

Sicut[207] *autem in die ordinationis suae sacerdos orario utroque humero ambitur, ita tempore consecrationis eodem orario instanter uti debet.*

Unde in Concilio Bracharensi [III. c. 3.][208] *legitur:*

C. IX. *Quod quisque accepit*[209] *tempore consecrationis, ferat tempore oblationis.*

Ecclesiastica institucione[210 a] prefixum nouimus[211], ut omnis sacerdos, cum ordinatur, orario utroque humero ambiatur: scilicet, ut qui imperturbatus precipitur consistere inter prospera et aduersa uirtutum semper ornamento, utroque[212] circumseptus appareat humero[213]. Qua ergo[214] ratione tempore sacrificii non assumit[215], quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnibus conuenit, ut, quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat et in[216] oblatione uel perceptione suae salutis; scilicet, ut, cum sacerdos ad solempnia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter, quam[217 b] orario utroque humero circumseptus, sicut et tempore ordinationis suae dignoscitur consecratus, ita ut de uno eodemque orario ceruicem pariter et utrumque humerum premens signum in suo pectore preparet[218] crucis. §. 1. Si quis autem aliter egerit, debitae excommunicationi subiacebit[219 c].

IV. Pars. Gratianus. *Dalmaticis autem nec episcopis, nec diaconibus*[220] *absque apostolica licentia uti permittitur.*

Unde Gregorius Aregio Episcopo Francorum, [lib. VII. epist. 111.][221]

C. X. *Absque apostolica*[222] *licentia dalmaticis neque episcopis neque diaconibus*[223] *uti licet.*

Communis filius diaconus Petrus nobis innotuit, quod fraternitas uestra tempore, quo hic fuit, poposcerit, ut sibi et archidiacono suo utendi dalmaticis licentiam preberemus. Sed quia[224 a] hominum[225] suorum infirmitate compulsus festinanter abcessit, ut nec ipse meror incumbens diu[226 b] (ut dignum erat et res desiderata poscebat) sineret manere[227 c], et nos in multis inplicatos, ut ecclesiasticae rationis

EDITIO ROMANA.

Dist. XXIII. c. 5. a) conveniant b) quia saepe talia — c. 6. a) ascensurus b) adnotatione c) B. Leonis d) etiam — c. 7. a) ordinantur b) *addita est inscr.:* in Concil. Carthag. IV. c. 2. c) fundendo — c. 8. a) manum — c. 9. a) eccl. et antiqua instit. b) aliter accedat, quam c) subiaceat — c. 10. a) quia ita homin. b) diutius c) permanere

Dist. XXIII. can. 4. 158) valent: *EG* 159) *Epistola supposititia quam et ipsam Rufinum iam latinitate donasse contenderunt quidem nec tamen probaverunt Ballerini* (*opp. Leonis M.* III, 676.) *cf. Maassen Gesch.* I, 416.; *ap. Hinschius p.* 18.; *Jaffé lit. spur. no.* X. — *Polycarp.* IV, 31. (IV, 32, 1. *can. ministri altaris in medio*) 160) sacerdotium: *EGH;* sacerdotes: *D* ‖ can. 5. 161) in electione episcopi: *EG* 162) *ABDF* 163) *Codd. coll. o. et Edd. coll. o. pr. Argent.* — *Ast ut Correctores iam notarunt est C. Carth.* III. c. 40. *hab. ao.* 397. *ap. Bruns.* I, 129.; — *Burch.* I, 6.; *Ivo Decr.* V, 60.; *Coll. tr. P.* II, 17, 28. (29.) *Polyc.* II, 8. (II, 7. *c. un.:* Quando.) *Anselm.* VI, 65. *a Corr. et R. citatur, ubi nihil invenimus.* 164) Sed et illud.: *Burch. Ivo.* 165) est: *deest: orig.;* illud. stat. est ut: *deest: Polycarp.* 166) suborta: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 167) *ABCD orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.; Polyc.* 168) tractata: *orig. Polyc.* 169) vos: *EG* 170) tres accedere: *D;* tres tantum accedere: *Ed. Bas.* — *Corr.;* tres iam sed: *orig. Hisp. Coll. tr. P. Polyc.;* tres episcopi iam: *Burch.;* tres sed: *Ivo* 171) supradictum: *DF Ed. Bas. Burch.* 172) quinque vel sex: *DEG et manu posterioris aetatis in A;* unus vel duo: *orig.;* si haberi possunt duo (unus vel duo: *Ivo*) in eadem plebe: *Burch. Ivo* 173) et discut.: *Burch. Ivo* 174) obiiciunt: *Polyc.* 175) *hic est finis canon. ap. Polycarp.* 176) si hoc decretum vestr.: *EGH* 177) concordet: *ib.* ‖ can. 6. 178) *hab. ao.* 675. *ap. Bruns.* I, 313. (*Hefele Conc. Gesch.* III, 104 *sqq.*) *Coll. tr. P.* II, 42, 5.; *Anselm.* VII, 88. *a Corr. et R.*, VII, 89. *a Theinero in Disq. crit. citatur, sed nihil invenimus* 179) omnis .... mancipatur: *orig.;* teneatur adstrictus: *orig.* 180) prom. suae: *EGH* 181) provehit: *orig. Hisp.* — *Corr.* 182) ex positione: *D Coll. tr. P.;* innexione: *orig. Hisp.* 183) synodo: *Ed. Bas.* 184) *ABCDEGH Ed. Bas. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 185) *ABCDFH orig. Hisp. Coll. tr. P.;* innotationem: *EG* 186) ut in: *orig.* 187) obsequii sui: *EG* 188) unicuique: *orig.* 189) *ABC* — *Ep. ad. Anastas. Thessal.* 190) quibusdam: *orig.* 191) *ABCGH Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* — autem: *D* 192) inserenda: *orig. Hisp.* — *Corr.* ‖ can. 7. 193) *Codd. coll. o.* — in eodem: *ABCEG* 194) *Haec et sqq. titulo: Recapitulatio ordinationis officialium eccl. leguntur inde a c.* 90. *inter Statuta eccl. ant. de quibus vide supra Dist.* XVIII. c. 9. *Prostant etiam ex parte in sacramentario Gelasii lib.* I. *no.* 95. — *ap. Bruns* I, 141. *c.* 2.; *Anselm.* VI, 53.; *Ivo Decr.* V, 124.; *Ivo Pan.* III, 18.; *Coll. tr. P.* II, 18, 2.; *Polyc.* II, 9. *c. un.* 195) pon. manus: *EGH* 196) super verticem: *H Ivo Pan.;* et vertic.: *Ans.;* super cervicem: *Ivo Decr.* 197) *ABCH orig. Hisp. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 198) tangant omnes: *Polyc.* ‖ can. 8. 199) *c.* 91. *Statt. eccl. antiq. Bruns.* I, 141. *c.* 3.; *Ans. dic.* IV, 22.; *Ans.* VII, 53. (98.); *Ivo Decr.* VI, 12.; *Ivo Pan.* III, 33.; *Coll. tr. P.* II, 18, 3.; *Polyc.* II, 32, 1.; Item qualiter etc.: *D;* presbyter in eodem: *EG* 200) eum: *deest: Ans.* 201) et m. sup. cap. ei. ten.: *deest: Coll. tr. P.* 202) ponente: *EGH Ans.* (*Cod. Vatic.*) 203) etiam: *deest: Polyc.* 204) qui adsunt: *ib.* 205) *ABCDEG Edd. coll. o. orig.* 206) ponant: *Ivo Pan. Anselm.;* caput eius ten.: *EG* 207) *Haec a Statt. eccl. antiq. Ivon. Coll. tr. P. Ans. et Polyc. absunt, quare videntur Gratiani verba esse cui sententiae ABCD et Edd. coll. fere omnes suffragantur* ‖ can. 9. 208) *hab. c. a.* 675. (*Hefele Concil. Gesch.* III, 101.); *ap. Bruns* II, 99.; *Coll. tr. P.* II, 48, 1. 209) accipit: *EF* 210) *Codd. et Edd. coll. o.;* Cum antiqua eccles. inst.: *orig. Coll. tr. P.* 211) praef. volumus: *D;* praef. esse volumus: *EG;* praef. legitur: *H;* praef. noverimus: *orig.* 212) utrobique: *orig. Hisp.* 213) humero: *deest: ib.* 214) ergo: *deest: Coll. tr. P.* 215) assumat: *orig.* 216) retentet in: *orig.* 217) *Codd. et Edd. coll. o.* 218) praeferat: *orig.* — perforat: *Codd. sec. Corr.* 219) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 220) archidiaconis: *EGH* ‖ can. 10. 221) *Ep.* 107. *lib.* IX. *scr. ao.* 599. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1264. — *Ans.* VI, 93. (*ubi sequitur can. qui apud Grat. est Dist. C c.* 5. 222) apostolici: *EG* 223) archidiaconis: *EH* 224) *Cod. et Edd. coll. o. Ans.* 225) omnium: *EG* 226) *AB Ans.* 227) *ABC;* imminere: *orig. Ans.*

est consideratio[228d], nouum hoc inconsulte et subito non permitteret indulgere, idcirco postulatae rei prolongatus effectus est. Nunc uero, caritatis tuae bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis nostrae serie petita[229] concedimus, atque te et[230] archidiaconum tuum[231] dalmaticarum usu decorandos esse concessimus, easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Ciriaco abbate deferente transmisimus.

C. XI. *Qualiter ordinetur diaconus.* [Ex Conc. Carth. IV. c. 4.][232].

Diaconus cum[233a] ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit[234], manus[235b] super caput illius ponat[236] quia[237] non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

V. Pars. Gratianus. *Queritur autem, an post benedictionem manus presbiterorum et diaconorum crismatis liquore debeant perungi.*

De his ita scribit Nicolaus *Papa* [I.] *Radulpho Bituricensi Archiepiscopo*[238]:

C. XII. *Nec presbiteris, nec diaconibus in consecratione crismate manus perungantur*[239a].

Preterea[240] sciscitaris, utrum solis presbiteris, an et diaconibus debeant, cum ordinantur, manus crismatis liquore perungi. Quod in sancta Romana[241b] ecclesia, cui auctore Deo deseruimus, neutris[242] agitur. Sed quia[243c] sit a nouae legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat obliuio) legimus. Ergo ad B. Innocentii Papae canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus, et que sint tibi in consecrationibus et ordinibus[244] obseruanda, principia paginae ad Decentium Eugubinum episcopum missae te affatim edocebunt.

[P A L E A.

C. XIII. Ex Conc. Hispal. II. c. 5.[245]

Ex* epistola Simplicii Papae Seuero et Florentino Episcopis directa. Ad cognitionem nostri examinis[246] Gabrenensis[247] diaconi relatu peruenit[248] de quibusdam ipsius ecclesiae clericis, quorum cum unus[249] ad presbiterium[250], duo ad Leuitarum ministerium consecrarentur[251], episcopus[252] eorum, oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantum posuisse, et presbiter[253] quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse; qui[254] propter tantam presumptionis audaciam poterat accusatus iudicio presenti dampnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis uocatione preuentus. Sed quia iam[255] ille examini diuino relictus humano iudicio accusari non potest, hi, qui supersunt, et ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiae potius elogium[256] acceperunt[257], ne sibi licentiam talis ultra[258] usurpatio faciat, decreuimus, ut a[259] gradu sacerdotalis[260] uel leuitici ordinis, quem peruerse adepti sunt, depositi equo iudicio abiciantur[261]. Tales enim merito iudicati sunt remouendi, quia praue inuenti sunt constituti.]

Gratian. *Item queritur, an eorum ordinatio sit rata habenda, quibus episcopus, oculorum languore impeditus*[262a] *manus, imponit, et presbiter super eos orationem dicit.*

De his ita statutum est in Concilio Tolletano:

C. XIV. *Et ordinator, et ordinatus dampnationis subeat penam, cum episcopus manum imponit, et alius orationem dicit.*

Quorumdam clericorum, dum unus ad presbiterium, duo ad Leuitarum ministerium sacrarentur[263], episcopus, oculorum dolore detentus, fertur super eos manum suam tantum posuisse[264a], et presbiter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Sed quia ille iam examini diuino relictus humano iudicio accusari non potest, hi, qui supersunt, gradum sacerdotii uel leuitici ordinis, quem peruerse adepti sunt, amittant.

C. XV. *Qualiter ordinetur subdiaconus*[265a].

VI. Pars. Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit[266a], patenam de manu episcopi accipiat uacuam et calicem uacuum; de manu uero archidiaconi accipiat urceolum cum[267] aqua[268], manile et[269] manutergium.

C. XVI. *Qualiter ordinetur acolitus*[270a].

Acolitus[271] cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter[272] in offitio suo debeat agere: sed ab archidiacono accipiat[273] ceroferarium[274] cum cereo[275], ut sciat se ad accendenda ecclesiae luminaria mancipari; accipiat et urceolum uacuum ad suggerendum[276] uinum[277] in[278] eucharistiam sanguinis Christi.

C. XVII. *Qualiter ordinetur exorcista*[279a].

Exorcista cum ordinatur, accipiat[280] de manu episcopi libellum[281], in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: „Accipe, et commenda memoriae[282], et habeto potestatem inponendi manus super energuminum, siue baptizatum, siue catecuminum.“[283]

C. XVIII. *Qualiter ordinetur lector*[284a].

Lector cum ordinatur, faciat de illo uerbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem ac uitam atque ingenium; post hoc[285b] spectante[286] plebe tradat[287] ei codicem, in[288c]

EDITIO ROMANA.

Dist. XXIII. c. 10. d) implicitos ecclesiasticae rationis consideratio — c. 11. a) dum b) manum — c. 12. a) perungere licet b) sancta hac Rom. eccl. c) Sed et quia — c. 14. a) imposuisse — c. 15. a) *addita est inscr.:* Item ex Concilio Carthagin. IV. c. 5. — c. 16. a) *addita est inscr.:* item ex eodem Concilio c. 6. — c. 17. a) *addita est inscr.:* item ex eodem c. 7. — c. 18. a) *addita est inscr.:* item ex eodem Concilio c. 8. b) haec c) de

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * Ex epistola: Haec Palea in nullo manuscripto exemplari est inventa. Burchardus et Ivo [Decr. V. 213.] ante hoc caput, quod incipit: *Ad cognitionem*, referunt aliud quoddam caput, quod incipit: *Relatio*, ex epistola Simplicii missa Equitio Florentio (sive Florentino) et Seuero episcopis. Quamobrem inde potest huc esse translatus titulus. Ceterum caput hoc a Burchardo citatur ex concilio Bracar. ab Ivone in 5. quidem part. c. 213. ex Carthaginensi, in 6. vero c. 102. ex Hispalensi 2. cap. 5. quo etiam loco exstat; et sequens canon: *Quorundam*, est quasi huius summa.

Dist. XXIII. can. 10. 228) *Cod. et Edd. coll. o. Ans. — Böhm.* 229) rem petitam: *Ed. Bas.* 230) et: *deest: F;* vel: *orig. Ans.* 231) tuum: *deest: EG;* suum: *D* || can. 11. 232) *c.* 92. *Statt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 141. *c.* 4. *Ans. ded.* IV, 138.; *Ans.* VII, 52. (60.); *Ivo Decr.* VI, 13.; *Ivo Pan.* III, 34.; *Coll. tr. P.* II, 18, 4.; *Polyc.* II, 32, 1. (*coniunct. c. Grat. D.* XXIII. *c.* 7.) — *in AB hic canon sequitur post illum qui apud nos est can.* XIV. 233) *ABEGH Ed. Bas. orig. Hisp. Ans. ded. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 234) benedicet: *Polyc.* 235) *Codd. coll. o. Ans. ded. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 236) imponat: *EFG* 237) qui: *Ivo Pan. hoc et sequentia desunt ap. Polyc.* || can. 12. 238) *scr. ao.* 864. — *Jaffé no.* 2091. — (*Mansi* XV, 389.) *Ivo Decr.* VI, 121.; *Coll. tr. P.* I, 62, 51.; de his autem scr.: *EG;* Rudulpho: *DF* 239) *ABCDFG* 240) praet.: *deest: Ivo* 241) *ABCDEG* 242) de neutris: *Edd. coll. o.* 243) *ABC* 244) ordinationibus: *EGH orig. ap. Mansi.* — *Corr.* || can. 13. 245) *abest haec Palea ab o. Codd. coll. et Ed. Basil.* — *Concil. Hispal.* II. *hab. ao.* 619. *ap. Bruns* II, 70.; *Burch.* I, 111. (ex Conc. Bragg. c. 5.); *Ivo Decr.* V, 213. (ex Conc. Carthag.); *ib.* VI, 102. (ex Conc. Spalensi *can.:* Quinto iudicio). *Ep. Simplicii ao.* 475. *scr. ap. Thiel p.* 175. — *Jaffé no.* 339. — *de abusu ordinationis agit.* 246) nostram Aniani: *orig.* 247) Egabrensis: *orig. Hisp.;* Gabrensis: *Burch. Ivo* VI. 248) deductum est: *orig. Ivo* VI. 249) quod dum unus: *Ivo* V.; quorum dum unus: *Hisp. Ivo* VI. 250) presbyterii: *Burch. Ivo* V. 251) sacrarentur: *orig. Hisp.* 252) episcop. autem eor.: *Burch. in Ed. impr. Ast in Cod. Frib.* autem: *deest* 253) presbyterum quendam: *Edd. coll. o. Burch. Ivo* V. 254) qui licet propt.: *orig. Hisp. Burch. in Cod.; Ivo* V. VI. 255) iam: *deest: Ivo* V. 256) eulogium: *Edd. coll. o. Burch.;* elogium: *orig. Hisp.* 257) perceperunt: *orig. Hisp. Burch. Ivo* V. VI. 258) ultra: *deest: Burch. Ivo* V. 259) a: *deest: orig. Burch. Ivo* V. 260) gradum sacerdotis: *Burch.;* gradu sacerdotis: *Ivo* V. 261) admittantur: *Edd. Lugdd.;* gradus . . . arbitrantur: *Ed. rel.;* abutantur: *orig. Burch.* 262) *Codd. coll. o.* 263) consacrarentur: *EG* 264) *ABC Ed. Bas.* || can. 15. 265) *Codd. coll. o. at in EG legitur:* Idem; — *can.* 93. *Statutor. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 241. *c.* 5. *Ans. dedic.* IV, 141. (C. hab. Valentia); *Ans.* VII, 59.; *Ivo Decr.* VI, 14.; *Ivo Pan.* III, 35.; *Coll. tr. P.* II, 18, 5.; *Polyc.* II, 32, 1. 266) accipiet: *Ans. ded.* 267) et aqua: *EG* 268) mantile: *orig.;* aqua et aquamanili: *Hisp. et Sacramentar. Gelasii — Corr.* — aquamanile: *Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.;* manili: *Ans.* 269) ac: *Ivo Pan. Polyc.* || can. 16. 270) *Codd. coll. o. — sed in FG iterum legitur:* idem, qualiter etc.; *c.* 94. *Statutor. eccl. ant. ap. Bruns* I, 142. *c.* 6. *Anselm. ded.* IV, 151.; *Ans.* VII. 58.; *Ivo Decr.* VI, 15.; *Ivo Pan.* III, 36.; *Coll. tr. P.* II, 18, 6.; *Polyc.* II, 32, 1. 271) acol. ab archidiacono accipiet: *Polyc.* 272) qualiter se in: *Ans. ded. Ans.* 273) sed archidiaconus accip.: *Ans.* 274) cereoforalium: *Baller.* 275) cereis: *Hisp. Polyc., ubi sequentia usque ad:* urceolum vacuum: *desunt, et deinde reliqua iterum omittuntur.* 276) sugger.: *deest: Ans. ded.* 277) vinum: *deest: Ivo Pan.* 278) et: *Ans. ded.* || can. 17. 279) *c.* 95. *Statut. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 142. *c.* 7. *Ans. ded.* IV, 152. (Conc. hab. Valentia); *Ans.* VII, 57.; *Ivo Decr.* VI, 16.; *Ivo Pan.* III, 37.; *Coll. tr. P.* II, 18, 7.; *Polyc.* II, 32, 1. 280) exorc. vero accip.: *Polyc.* 281) libell. exorcismorum: *ib., ubi rel. seqq. omittuntur.* 282) memoriae: *deest: Ans. ded. Ans. et sacr. Gelasii* 283) energum. id est baptizatum catechumenum: *A;* inergumenos . . . . baptizandos . . . . catechumenos: *Anselm. ded. Ans.* || can. 18. 284) *Codd. coll. o. — in FEG antecedit:* idem; — *c.* 96. *Statut. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 142. *c.* 8. *Ans. ded.* IV, 156.; *Anselm.* IV, 55.; *Ivo Decr.* VI, 17.; *Ivo Pan.* III, 38.; *Coll. tr. P.* II, 18, 8. *Polyc.* II, 32, 1. 285) *ABC Edd. coll. o.* 286) exspectante: *Ans. ded. Ans.* 287) Lector quum ordinatur tradet: *Polyc.* 288) *ABCDEGH*

quo lecturus est[289], dicens[290 d]: „Accipe, et esto relator[291] uerbi Dei, habiturus, si fideliter et utiliter impleueris offitium[292], partem cum eis, qui uerbum Dei ministrauerint.“[293]

C. XIX. *Qualiter hostiarius*[294 a].

Hostiarius cum ordinatur, postquam[295] ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi tradat[296] ei[297] episcopus claues ecclesiae de altario, dicens ei[298 b]: „Sic age, quasi[299] redditurus Deo rationem pro his rebus, que his[300] clauibus recluduntur.“

C. XX. *Qualiter psalmista*[301 a].

Psalmista, id est cantor, potest absque scientia[302 b] episcopi, sola iussione presbiteri offitium suscipere cantandi, dicente sibi presbitero: „Vide, ut[303], quod ore cantas, corde credas, et[304] quod corde credis, operibus comprobes.“[305]

Gratian. *Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput desuper*[306] *in modum spherae rasum esse debet.*

Unde Anicius[307 a] *Papa* [Episcopis Galliae.]

C. XXI. *Clerici comam nutrire prohibeantur*[308 b].

Prohibete[309], fratres, per uniuersas regionum uestrarum ecclesias, ut clerici, iuxta apostolum, comam non nutriant, sed desuper caput[310] in modum spherae radant.

C. XXII. *De eodem.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 20.][311]

Clerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono, etiamsi noluerint, inuiti detondeantur[312]. Vestimenta etiam[313] uel calceamenta eis, nisi que religionem deceat[314 a], uti aut habere non liceat.

C. XXIII. *De eodem.*

Item Gregorius II. [in Concilio Romae habito in Basilica S. Petri, c. 17.][315]

Si quis ex clericis comam relaxauerit[316], anathema sit.

C. XXIV. *Quibus uestibus induta sanctimonialis est consecranda*[317 a].

Sanctimonialis uirgo, cum ad consecrationem suo[318] episcopo offertur[319], in talibus uestibus applicetur, qualibus[320] semper usura est[321], sanctimoniae et professioni aptis.

Gratian. *Vasa sacrata*[322 b] *et uestimenta altaris mulieres Deo dedicatae*[323] *contingere, et incensum circa altaria deferre prohibentur.*

Unde Sother Papa Episcopis Italiae, [epist. II.][324 a]

C. XXV. *Vestimenta altaris et uasa sacrata mulieres tangere prohibeantur*[325 b].

Sacratas Deo feminas uel monachas sacra uasa uel sacratas pallas penes uos contingere, et incensum circa[326] altaria deferre, perlatum est ad apostolicam sedem: que omnia[327] uituperatione et reprehensione[328] plena esse, nulli recte sapientum dubium est. Quapropter[329 c] huius sanctae sedis auctoritate hec omnia uobis[330] resecare funditus, quanto citius[331] poteritis, censemus[332]. Et ne pestis hec[333] latius diuulgetur, per omnes prouincias[334] abstergi citissime mandamus.

C. XXVI. *Sacrarium subdiaconibus ingredi non licet.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 21.][335]

Non oportet[336], subdiaconos[337] licentiam habere in secretarium siue sacrarium[338] (quod Greci diaconium appellant) ingredi, et contingere uasa dominica.

[C. XXVII.]

Item[339 a].

Ministrum non oportet orariis uti, nec ostia[340 b]* derelinquere.

[C. XXVIII.]

Item[341 a].

Non oportet lectores atque[342 b] psalmistas orariis uti, et sic legere aut psallere.

C. XXIX. *Mulieri*[343 a] *in conuentu uiros docere non permittitur.*

Item ex Concilio Cartagin. IV., [c. 99. et 98.][344]

Mulier, quamuis docta et sancta[345], uiros[346] in conuentu docere non presumat[347]. Laicus autem[348] presentibus clericis (nisi ipsis rogantibus)[349] docere non audeat.

C. XXX. *Ministris non sacratis uasa dominica*[350] *contingere non licet.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 66.][351]

Non oportet[352] insacratos[353] ministros licentiam habere in secretarium[354 a] (quod Greci diaconium appellant) ingredi, et contingere uasa dominica.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXIII. c. 18. d) dicens ad eum: accipe — c. 19. a) qualit. ost. ordinetur. Item ex eodem c. 9. b) ei: *deest* — c. 20. a) qualit. psalm. ordinetur. Item ex eodem Concilio c. 10. b) licentia — c. 21. a) Anicetus b) prohibentur — c. 22. a) deceant — c. 24. a) Quibus vestibus monialis sit induenda, quum consecratur. Item ex Concilio Carthagin. IV. c. 11. b) vasa quoque sacr. — c. 25. a) Papa omnibus Ep. b) prohibentur c) Quamobrem — c. 27. a) De eodem. Item ex eodem c. 22. b) hostias* — c. 28. a) De eodem. Item ex eodem c. 23. b) aut — c. 29. a) mulier — c. 30. a) sacrarium

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVII. * **Hostias**: Vera lectio, quae habetur etiam in aliquot manuscriptis, est *ostia*, sed ob glossam non est restituta.

Dist. XXIII. can. 18. 289) *finis canon. ap. Polyc.* 290) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 291) lector: *orig. Ed. Bas. — Corr.* 292) offic. tuum: *Edd. coll. o.* 293) ministraverunt: *Hisp. Ans. ded. Ans.*; ad min. bene: *Ord. Rom.* || can. 19. 294) *ACDF* — idem: *additum est: EG*; — *c. 97. Statut. eccl. ant. ap. Bruns* I, 142. *c.* 9. *Ans. ded.* IV, 157. *Ans.* VII, 54.; *Ivo Decr.* VI, 18.; *Ivo Pan.* III, 39.; *Coll. tr. P.* II, 18, 9.; *Polyc.* II, 32, 1. 295) Ostiar. vero postq.: *Polyc.* 296) tradit: *Ivo Pan.*; tradet: *Hisp. Polyc.* 297) ei: *deest: Ans. ded. Coll. tr. P.* 298) dicens ei: *Codd. et Edd. coll. o. (pr. Bas.:* dicens ita) *Ivo Decr.* [illegible] *can. ap. Polyc.* 299) age sic vive quasi (sis: *E*) reddit: *DEG* 300) istis: *Hisp. Ans. ded. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P.* || can. 20. 301) *Codd. coll. o.* [illegible] idem; *c. 89. Statut. eccl. ant. ap. Bruns* I, 142. *c.* 10.; *Ans. ded.* IV, 155.; *Ans.* VII, 53.; *Ivo Decr.* VI, 19.; *Ivo Pan.* III, 40.; *Coll. tr. P.* II, 18, 10.; *Polyc.* II, 32, 1. 302) *ABCDEG orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.*; conscientia: *H Ans. ded.* 303) ut: *deest: Ivo Pan.* 304) et *atque verba sqq. desunt ap. Polyc.* 305) probes: *Hisp. Ans. Coll. tr. P.* 306) insuper: *EG — deest: C* || can. 21. 307) *Ep. Pseudoisid. Ep. Anicii ap. Hinsch. p. 122. (sec. vit. Aniceti c. 3. in libro pontif.) — Ivo Decr.* VI, 46.; *Coll. tr. P.* I, 9, 7. *Caes.* VIII, 39. 308) *ABC* 309) proh. vos.: *A Ed. Bas.* 310) capite: *orig.* || can. 22. 311) *hab. ao. 506. ap. Bruns* II, 150.; [illegible] VIII, 51.; *Coll. tr. P.* II, 28, 18. *Coll. tredec. Part.* XI, 57. 312) tondantur: *Ed. Arg.* 313) vest. aut. vel et calc.: *Ed. Bas. orig. Coll. tr. P. Coll. tredec. P.*: vest. vel calc.: *D* 314) *ABC ubi tamen scriba male* doceat *scripsit post* pro aut legitur; vel: *orig. Coll. tredec. P.* || can. 23. 315) *habit. ao.* 731.; *Ans.* X, 53.; *cf. Comp.* I. *Decr. tit. de vita et hon. cleric. c.* 3. *et* X. *h. t. c.* 4. — *Eadem fere leguntur in Conc. Rom. hab. ao. 743. c. 8. — Ans.* X, 53.; [illegible] *omissus est* 316) laxaverit: *Ed. Bas.* || can. 24. 317) *ACDF*; quib. vest. sanctimonialis est induta in eisdem consecranda est: *EG*; — *c. 99. Statut. eccl. antiq. ap. Bruns.* I, 142. *c.* 11. *Burch.* VIII, 23.; *Ivo Decr.* VII, 43.; *Ivo Pan.* III, 188.; *Coll. tr. P.* II, 18, 11.; *ib.* III, 12, 4. (III, 13, 4.); *Polyc.* IV, 35. (IV, 36, 12.) 318) sui: *EG Baller. — Corr.* 319) offeratur: *Burch.* 320) quamlibet: *Polyc.* 321) *finis canon. ap. Polyc.* 322) *ABCDEG* 323) dicatae: *AB* || can. 25. 324) *ABCDEG — Ep. Pseudoisidor. Soteri ep. II. ap. Hinschius p. 124. (Ex vita Soteri c. 2. in libr. pontif.) Burch.* III, 215.; *Ivo Decr.* II, 72. *ib.* III, 265.; *Coll. tr. P.* I, 10. *c. un.*; *Polyc.* III, 9, 8.; *Ans.* VII, 240. *a Corr. et R. citatur; ast nihil ibi invenimus.* 325) *AC*; sacra alt.: *EG* 326) incens. ponere et circa: *Ivo Decr.* III. 327) altare audivimus ferre quae omnia: *Polyc.* 328) reprehensibilia: *Coll. tr. P.* 329) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo* II. III. *Coll. tr. P. Polyc.* 330) vobis: *deest: Polyc.* 331) quantocius poter: *orig. Burch. Polyc.* 332) iubemus: *Polyc. — finis can. ap. Ivonem lib.* II. 333) huiusmodi: *Ed. Bas.*; haec: *deest: D*; hoc: *orig.* 334) per o. prov.: *deest: Polyc.* || can. 26. 335) *hab. inter a.* 343—381.; *Ivo Decr.* III, 105.; *Coll. tr. P.* II, 7, 7.; *Ans.* VII, 89. (*vers. Dionys.*) — *in ABCEG hic canon cum duobus sequentibus coniunctus est, verbo:* item: *omissis inscriptionibus* 336) quoniam non op.: *Ivo* 337) ministros: *Hispan.* 338) in secretar.: *EG* || can. 27. 339) *Codd. coll. o. — ex Conc. Laodic. c.* 22. *Coll. tr. P.* II, 7, 7. *Ans.* VII, 88. (*vers. Dionys.*) 340) *AB Hisp.*; hostia: *CEFG Coll. tr. P.*; ostias: *Edd. Lugdd.* II. III. || can. 28. 341) *Codd. coll. o. — ex Conc. Laodic. c.* 23. *Ans.* VII, 88.; *Coll. tr. P.* II, 7, 9. 342) *ABCDEG* || can. 29. 343) *ABDEF* 344) *c.* 36. *et* 37. *Statutor. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 150. *c.* 99. 98. *Reqino Appdx.* I, 19. (Ex Conc. Carthagin. *usque ad voc.*: praesumat.); *Burch.* VIII, 85. (*eod. modo*); *Ivo Decr.* VII, 101.; VIII, 324. (*eod.*) *Ivo Pan.* I, 25.; *Coll. tr. P.* II, 18, 98. 97. — *infra de Cons. D.* IV. *c.* 20. 345) et sancta: *deest: Ivo D.* VII. 346) viros: *deest: Burch. Ivo D.* VII. 347) audeat: *Ivo D.* VII. 348) autem: *deest: orig. Coll. tr. P.* 349) iubentibus: *orig.*; probantibus: *Baller.* || can. 30. 350) sacra: *EG* 351) *Hoc caput, quod sane c. 25. et 26. Statutt. eccl. antiq. simillimum est, ad Conc. Agath. hab. ao. 506. non pertinet, et pariter* [illegible] *est, atque omnes illius canones post* XLVII.; *cf. Hefele Concil. Gesch.* II, 632.; *ast canon noster,* (*Bruns* II, 159.) *idem est, atque c. 21. Conc. Laodic. — ubi quidem de subdiaconis agitur — in versione Isidor. qui exstat supra D.* XXIII. *c.* 26. *cf. Hefele l. c.* I, 739.; *Maassen Gesch.* I, 202 *sqq.* — *Coll. tr. P.* II, 28, 65. 352) quoniam non: *orig. ap. Bruns Coll. tr. P.* 353) nisi sacratos: *EG* 354) *ABCGH orig. Hisp. Coll. tr. P.*

C. XXXI. *Cuilibet ex lectoribus uasa sacra portare*[355a] *non licet.*

Item ex Concilio Bracarensi I., [c. 10.][356]

Non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris uasa portare, nec aliis[357], nisi his, qui ab episcopo subdiaconi fuerint[358] ordinati.

C. XXXII. *De eodem, et*[359a] *ut clerici comam non nutriant.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 41.][360].

Non liceat quemlibet[361b] ministeria tangere, nisi subdiacono aut acolito, in secretario[362] uasa[363] dominica. §. 1. Nec[364] oportet clericos comam nutrire, et sic[365c] ministrare: sed atonso capite, patentibus auribus, et secundum[366] Aaron talarem uestem[367] induere, ut sint in habitu ornato.

C. XXXIII. *Qualiter sponsus et sponsa sint benedicendi*[368a].

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis[369] uel a paranimphis offerantur[370], qui cum[371] benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius[372] benedictionis in uirginitate permaneant.

DISTINCTIO XXIV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Qualiter episcopus sit examinandus, qualiter ipse simul cum reliquis infra ipsum constitutis sit ordinandus, breuiter monstratum est. Nunc autem uidendum est de sacerdotibus et reliquis, an sine examinatione sint promouendi. De his ita scribit Paulus Apostolus*[1a] *ad Timotheum: „Manus cito nemini imposueris, et nichil sine preiudicio facias in alteram partem declinando.“*

[PALEA[2].

C. I. *De eodem.*

Ex decretis Siluestri Papae in Sinodo Rom. c. 9.[3]

Nullus acolitorum uel subdiaconorum* rem consecratam[4] a presbitero aliis[5] porrigat, (quia aliud est minister, aliud assistens), nisi tantum supportet, quod ei sacerdos imposuerit suo ore benedictum.]

C. II. *Ante probationem nullus ordinetur clericus.*

Item ex Concilio Cartagin. III.[6], c. 22.

Nullus ordinetur clericus, nisi probatus uel[7a] episcoporum examine, uel populi[8] testimonio.

C. III. *Ad ministerium alicuius ecclesiae clerici eiusdem promoueantur.*

Item Gelasius Papa Celestino episcopo[9].

Presbiteri, diacones et uniuersi clerici Stoniensium[10a] ciuitatis petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia beati martiris Eleuterii episcopi (que in supradicatae ciuitatis parrochia[11]* probatur esse constructa) presbiterum, qui constitutus fuerat, defecisse[12], atque in eius locum Iulianum, diaconem ipsius ecclesiae[13] pro celebritate ipsius loci quamtocius debere ordinari. Et ideo, frater karrissime, si de eius uita uel moribus nichil est, quod contra canonum ueniat constituta[14b], suprascriptum[15] presbiterii honore decorabis, sciturus, uisitatoris[16c], nomine te, non cardinalis creasse pontificis. Pariter etiam Felicissimum[17d] diaconem in eius[18] ecclesiae ministerio, si conuersatio eius patitur, subrogabis, ut locus processionis[19] celeberrimus ad misteriorum[20] consecrationem nec sacerdote indigeat, nec ministro.

C. IV. *Metropolitanorum et*[21] *episcoporum examine promoueantur ceteri*[22a] *episcopi.*

Item ex Concilio Laudicensi[23] [c. 12.]

Episcopi[24] iudicio metropolitanorum et eorum episcoporum, qui circumcirca[25] sunt, prouehantur ad ecclesiasticam dignitatem[26], hi uidelicet, qui plurimo tempore probantur tam uerbo fidei quam rectae conuersationis exemplo.

II. Pars. Gratianus. *Cum itaque sine examinatione nullus sit ordinandus, quemadmodum, et quo tempore sacerdotum et ceterorum infra positorum examinatio fieri debeat, considerandum est*[27].

De his in Concilio Nannetensi, [c. 11.] *sic statutum legitur*[28a]:

C. V. *Qui ordinandi sunt, feria quarta ad examinationem conueniant.*

Quando episcopus ordinationes[29] facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium[30] accedere uolunt, feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad ciuitatem, una cum presbiteris[31b], qui eos representare debent; et tunc episcopus a[32] latere suo eligere[33] debet sacerdotes et alios prudentes uiros, gnaros[34] diuinae legis et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum genus, uitam, patriam, etatem, institucionem, locum, ubi educati sunt[35], si sint bene litterati[36], si in lege Domini instructi, ante omnia[37c] diligenter inuestigent; si fidem catholicam firmiter

EDITIO ROMANA.

Dist. XXIII. c. 31. a) sacra altaris port. — c. 32. a) et: *deest* b) cuilibet c) sic: *deest* — c. 33. a) *addita est inscr.:* Item ex concilio Carthag. IV. c. 13. — Dist. XXIV. Pars. I. a) Apostolus: *deest* — c. 2. a) prob. fuerit uel — c. 3. a) Stomensis b) statuta c) scit. eum visitat. d) etiam et Felic. — c. 4. a) ceteri: *deest* — c. 5. a) Nann. ita legit. b) archipresbyteris c) si instr. in lege Dom. dil. invest. ante omnia si fid.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXIV. C. I. * Vel subdiaconorum: Verba haec non sunt in synodo Romana sub Siluestro; sed habentur apud Burchardum et Ivonem, et in iis Vaticanis Gratiani exemplaribus, in quibus est hoc caput. Nam in antiquioribus non est, sed post versiculum: *declinando*, sequitur continenter: *Nullus ordinetur.*

C. III. * Parochia: In omnibus antiquis codicibus, tam impressis quam manuscriptis, sic legitur; cuius vocis loco in recens impressis erat positum *paroecia.* Sed visum est antiquam lectionem esse retinendam, praesertim quum dictio haec etiam graece aptissimam habeat etymologiam.

Dist. XXIII. can. 31. 355) *ABC* 356) *C. Braccar.* I. *hab. an.* 563. *ap. Bruns* II, 34.; *alii hoc concil. secundum numerant, ratione habita illius ao.* 411. *habiti, cuius decreta tamen ficta sunt, Hefele l. c.* II, 91 *sqq.* — *Coll. tr. P.* II, 45, 1. — It. ex conc. Braccar. (V: *AD*) vel Carthag. V. de eodem: *EG* 357) nec al.: *deest: orig. Hisp.* 358) sunt: *EGH* ‖ can. 32. 359) *ABC* — cuilibet ex lectoribus sacra vasa portare non licet et ut: *EG* 360) *c.* 41. *inter capitula Martini Brac. ap. Bruns* II, 52.; (*cf. c.* 31. *hui. D.*) *Ivo Decr.* VI, 377. *Coll. tr. P.* II, 47, 41. 361) *ABC orig. Ivo;* quaelibet: *D;* quemlibet ministrum: *Coll. tr. P.* 362) sacrarium: *Ed. Bas.* 363) secr. id est vasa: *EG;* secr. tangere vasa: *orig.* 364) non: *G orig. Ivo Coll. tr.* — *cap.* 66. *Martini.* (*Bruns* II, 56.) *Ivo* VI, 378.; *Coll. tr. P.* II, 47, 65. *cf. c.* 25. *et* 26. *Statt. eccl. ant. ap. Bruns* II, 146. *c.* 44, 45. 365) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo; Coll. tr. P.* 366) *Exod. c.* 41. 367) tunicam: *Ivo* ‖ can. 33. 368) *Codd. coll. o.;* idem: *EG* — *c.* 101. *Statut. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 143. *c.* 13. *Anselm. ded.* VII, 27. (Ex Conc. hab. Valent.); *Regino* II, 252. (Ex C. Carth.); *Burch.* IX, 5. (Ex Conc. ap. Valent.); *Ivo Decr.* VIII, 6. (*coniunct. c. can.* Nostrates *Nicolai P. ad Bulgaros*); *ib.* VIII, 143. Ex Conc. ap. Valent.); *Ivo Pan.* VI, 20.; *Coll. tr. P.* II, 18, 12.; *Caes.* X, 8. — *idem canon exstat: c.* 5. *C.* XXX. *qu.* 5. 369) suis: *deest: Burch. Ivo Decr. c.* 143. *Pan. Coll. tr. P.* 370) paran. in ecclesia sacerdoti offerant.: *Burch. Ivo Decr. c.* 143. *Pan.* 371) et quum: *Ivo Decr. c.* 143. *Pan.* 372) ipsius: *deest: Ivo Decr. c.* 6. *et* 143. *Pan.*

Dist. XXIV. Pars. I. *AEGH* — *ad Tim. c.* I. *v.* 5. ‖ can. 1. 2) *haec Palea deest in o. Codd. coll. sed in F manu poster. aetatis in margine adscripta est.* 3) *Ex apocrypho constituto Silvestri de quo cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 424.; *Maassen Gesch.* I, 413. — *Mansi* II, 615 *sq.* — *Ans. ded.* IV, 162.; *Burch.* V, 34.; *Ivo Decr.* II, 43.; *Ans.* VII, 56.; *apud hunc legitur:* Sylv. P. constituit ut nullus lector vel ostiarius vasa sacrata contingeret et nullus acolythus rem sacratam a presbytero alii porrigeret nisi tantum subportaret quod ei sacerdos imponeret suo ore benedictum. 4) rem iam cons.: *Ans. ded.* 5) iam aliis: *Ed Bas. Ivo Decr.;* iam alio: *Ans. ded.* ‖ can. 2. 6) *hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 126. *Brev. Ferrandi* 232. *tit.* 29.; *Coll. tr. P.* II, 17, 4.; *Ans.* VII, 88. *a R.*, VII, 89. *a Corr. citatur, sed nihil invenimus.* — *ex Conc. Carth.* IV: *ADEG* 7) *Codd. coll. o.; Coll. tr. P.* 8) populari: *Edd. coll. o. pr. Bas.* ‖ can. 3. 9) *Gelasii epistola incerto anno* (492—96) *scripta ap. Thiel pag.* 485. *fragm.* 5. — *Jaffé no.* 414. — *Holsten. Coll. Rom.* I, 207.; *Ans.* VII, 89. (93); *Deusd.* I, 141. (*can.* in ecclesia mutil.). 10) *ADF Anselm. apud quem tamen Corr.* Stonensis *legerunt.;* Stonensium: *BEGH;* Histoniensium: *orig.* — *Histonium oppidum est Frentanorum seu Aprutii citerioris, hodie: Vasto d'Ammone;* Sithonensium: *Deusded.* (*non ut R. notat:* Histoniensis) 11) paroecia: *orig.* 12) decessisse: *AEGH* 13) basilicae: *Ans.* 14) *ABCDF Ans.* 15) supradictum: *DEFGH Ed. Bas.* 16) *ABCDEGH* 17) *ib.* 18) eiusdem: *EG* 19) professionis: *ib.* 20) ministeriorum: *DFG Edd. coll. o. Ans.* — *Corr.* ‖ can. 4. 21) et: *deest: EFG* 22) *Codd. coll. o.* 23) *hab. inter a.* 343. *et* 381.; *Versio Dionysiana est.* — *Ans. ded.* II, 30.; *Burch.* I, 9.; *Ivo Decr.* V, 63. (ex C. Aurelian. c. 7.) *Coll. tr. P.* II, 7, 4. (*versio Hispan.*) 24) ut episc.: *Burch. Ivo* 25) circa: *DF* 26) potestatem: *Burch.* — *Corr.* 27) fieri ex subiectis considerari potest: *EGH* ‖ can. 5. 28) *Codd. coll. o.;* Narnatense: *EG;* Manetense: *Ed. Bas.;* Navatense: *Edd. coll. rel.* — *De epocha huius concilii contentio est; vulgo quidem ao.* 895. *tempore Formosi Papae habitum esse ferunt; cum vero c.* 12. *ap. Bened. Levitam legitur* III, 382. *c.* 18. *ib.* III, 380. *etc. antiquius esse illo contendendum erit. Non desunt inter historiographos qui de conc. quodam Nannet. hab. c. a.* 660. *loquantur; ast Hefele* III, 97. *ao.* 658. *habitum esse contendit. Regino* I, 453.; *Burch.* II, 1.; *Ivo Decr.* VI, 21.; *Ivo Pan.* III, 21.; *Coll. tr. P.* III, 10, 2. (III, 11, 2.) *Polyc.* II, 29, 1. (ex C. Mannatensi; *can.:* Episcopus quando.) 29) ordinationem: *DEG* 30) ecclesiae min.: *Ivo Pan.* 31) *Codd. et Edd. coll. o.* 32) ex: *F Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 33) dirigere: *orig. Reg. Burch.* 34) non ignaros: *Ivo Pan.* 35) sint: *Burch.* 36) *ipsa verba c.* 2. *D.* XXIII. 37) *Codd. coll. o.; eadem verba*, ante omnia: *quae mox in Ed. Rom. sequuntur omissa sunt.*

teneant et uerbis simplicibus[38] asserere queant. §. I. Ipsi autem, quibus cura[39 d] committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a uero deuient, ut indignum et minus idoneum[40] ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, et ille, qui indigne accesserit[41 e], ab altari remouebitur, et illi, qui donum sancti Spiritus uendere conati sunt, coram Deo iam condempnati, ecclesiastica dignitate carebunt. §. 2. Igitur per tres dies continuos diligenter[42] examinentur, et sic sabbato qui probati[43 f] sunt[44] episcopo represententur.

Gratian. *Alias autem, sine*[45], *clericorum consilio*[g] *uidelicet et populi testimonio, nullum episcopus ordinare presumat.*

Unde in Concilio Cartagin. IV. [c. 22.] *legitur*[46]:

C. VI. *Sine clericorum suorum consilio*[a] *episcopus clericos non ordinet.*

Episcopus[47] sine consilio[48 b] clericorum suorum clericos non ordinet, ita ut ciuium conniuentiam et testimonium querat.

III. Pars. Gratian. *Queritur, quid fieri debeat de his, qui sine examinatione prouecti*[49] *sunt.*

De his ita legitur in Concilio Martini Papae[50]:

C. VII. *De his, qui sine examinatione ordinantur, et postea peccata sua confitentur.*

Si quis presbiter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe, cum discuterentur[51], criminosa peccata sua confessi[52] sunt*, aut post ordinationem ab aliis detecti[53 a], abiciantur ex[54] clero. §. I. Similiter uero[55] et de uniuerso clericorum[56] ordine seruetur; nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, sancta ecclesia catholica defendit.

DISTINCTIO XXV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod nullus sine examinatione ordinandus sit, breuiter probatum*[1 a] *est. Quid autem ad episcopum, quid ad unumquemque inferiorem pertineat*[2], *Ysidorus Ispalensis episcopus in epistola ad Ludifredum*[3]* *scribit, ita dicens:*

C. I. *Quod episcopi et ceterorum sit in ecclesia*[4] *offitium.*

Perlectis sanctitatis tuae litteris gauisus sum, quod optatam salutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, que in consequentibus[5 a] insinuare eloquii tui sermo studuit, gratias ago Deo[6], quod sollicitudinem offitii pastoralis impendis[7], qualiterque[8] ecclesiastica offitia ordinentur, perquiris; et licet omnia prudentiae tuae[9] sint cognita, tamen quia affectu fraterno me consulis, ex parte, qua ualeo, expediam, et de omnibus ecclesiae gradibus quid ad quemque[10] pertineat eloquar. §. I. Ad hostiarium namque pertinent claues ecclesiae, ut aperiat et claudat templum Dei et omnia, que sunt intus extraque, custodiat; fideles recipiat, excommunicatos et infideles excipiat[11]. §. 2.[12] Ad exorcistam pertinet[13] exorcismos memoriter retinere, manusque super energuminos et catecuminos in[14] exorzizando imponere. §. 3. Ad acolitum pertinet preparatio luminariorum in sacrario; ipse cereum portat, ipse suggesta pro eucharistia calicis preparat[15 b]. §. 4. Ad psalmistam pertinet offitium canendi, dicere benedictiones[16], laudes, sacrificium[17], responsoria, et[18] quicquid pertinet ad canendi[19] peritiam. §. 5. Ad lectorem pertinet lectiones pronunciare, et ea, que prophetae uaticinauerunt, populis predicare. §. 6. Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam ad altare Christi deferre et Leuitis tradere, eisque ministrare; urceolum quoque et[20] aquamanile[21 c] et manutergium tenere; episcopo et presbiteris[22 d] et Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam prebere. §. 7. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, et ministrare in omnibus, que aguntur in sacramentis Christi: in baptismo scilicet[23], in crismate in patena[24 e] et calice; oblationes quoque inferre[25] et disponere in altari[26 f]; componere etiam mensam Domini atque uestire, crucem ferre, et predicare euangelium et Apostolum[27]. Nam sicut lectoribus uetus testamentum, ita diaconibus nouum predicare preceptum est. Ad ipsum quoque pertinet offitium precum et recitatio nominum[28]; ipse premonet[29] aures habere[30 g] ad Deum, ipse hortatur clamare**, ipse donat pacem et ipse annuntiat[31]. §. 8. Ad presbiterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altario conficere[32 h], orationes dicere, et benedicere dona Dei. §. 9. Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctio altaris et confectio crismatis. Ipse predicta offitia distribuit et ordines ecclesiasticos, ipse sacras uirgines[33] benedicit, et, dum precessit[34] in singulis[35] unusquisque, iste[36 i] tamen est preordinator in cunctis. §. 10. Hi sunt ordines et ministeria clericorum, que tamen auctoritate pontificali in archidiaconi cura[37], et primicerii ac thesaurarii[38] sollicitudine diuiduntur. §. 11. Archidiaconus enim imperat subdiaconibus et Leuitis; ad quem pertinent ista ministeria: ordinatio uestiendi altaris a Leuitis, cura incensi[39] et sacrificii necessaria sollicitudo, quis Leuitarum Apostolum et[40] euangelium legat, quis

EDITIO ROMANA.

Dist. XXIV. c. 5. d) quib. hoc committitur e) accessit f) prob. inventi sunt g) concilio — c. 6. a) *et* b) concilio — c. 7. a) detecti sunt abiic. — Dist. XXV. Pars. I. a) demonstratum est — c. I. a) sequentibus b) euch. calices subdiaconis praep. c) aquam, manile d) episcopoque et presbytero e) chrism. et patena f) altario g) haberi h) alt. Dei confic. i) ipse

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Confessi sunt: In originali est: *confessi non sunt, et post ordinationem, etc.* Verum in concilio Nicaeno, c. 9. unde hoc caput videtur sumtum, habetur sine negatione, quemadmodum hic, et infra dist. 81. c. *si quis sine.*

Dist. XXV. I. Pars. * Integra haec epistola habetur in codice bibliothecae monasterii Dominicanorum.

C. I. ** Clamare: In epistola B. Isidori et apud Ivonem legitur: *ipse hortatur orare, ipse clamat et pacem ipse annunciat.* [eod. modo ap. Burch. Ans. et in Coll. tr. P.]

Dist. XXIV. can. 5. 38) verbis simplicioribus non duplicioribus: *EGH* 39) *ABCH Ivo Pan.*; quib. committ.: *Codd. coll. rel. Coll. tr. P.* 40) indignos .. idoneos: *Polyc.* 41) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Pan. Polyc.* 42) diligenter: *deest: Ivo Decr.* 43) inventi: *deest in o. Codd. coll.* 44) fuerint: *AEGH* 45) colligitur autem ex hoc quod sine: *EG* ‖ can. 6. 46) *c. 10. Statutor. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 143. c. 22.; *Coll. tr. P.* II, 18, 21. 47) ut episc.: *Coll. tr. P.* 48) *ABC Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Coll. tr. P.*; consilio compresbyterorum: *Ballerini*; consilio presbyterorum: *Hisp.* 49) prov. post peccata sua confitentur: *EGH* ‖ can. 7. 50) *apud Martin. Brac. inter capitula c. 24. ap. Bruns* II, 49.; *c. 9. Conc. Nicaeni (nam hunc transtulit Martinus) legitur infra D.* LXXXI. *c. 4. et ex Dionys. vers. ap. Anselm.* VIII, 13. – *Coll. tr. P.* II, 47, 24. – *Facit ad hoc caput epist. 5. Zachariae ad Bonifac. ep. et C.* XV. *qu. 8. c. 4. Ita Corr.* 51) discutiuntur: *CEGH* 52) celaverunt et conf.: *orig.*; celaverint: *Hisp.*; conf. sunt: *deest: Coll. tr. P.* 53) *Codd. coll. o.* 54) de: *EG*; a: [illegible] 55) vero: [illegible] 56) cleri: *orig.*; universorum . . . cler.: *C*; cleric.: *deest: A* 57) defendat: *Edd. coll. o.*; defendet: *orig. Hisp.*

Dist. XXV. Pars. I. 1) *Codd. coll. o.* 2) pert. subiecto declaratur capitulo Isid.: *EGH* ‖ can. 1. 3) *Epistola haec ad Ludifredum (s. Leofredum, Laudefredum, vide etiam infra) ab Isidoro potissimum ex eo abiudicatur quod et in Codd. Pseudoisid. plerumque circumfertur, et* [illegible] *differunt. Sane Leudefredus (al. sed male, Laudeficus) subscripsit conc. Tolet.* IV. *Burch.* III, 50. (Lantfrido); *Ivo Decr.* VI, 20. (ad Ludefredum); *Ivo Pan.* III, 11. (ad Leofridum); *Coll. tr. P.* III. 10, 1. (III, 11, 1. Ludefrid.); *Ans.* VII. *in fine (ut videtur manu posterioris aetatis* [illegible]*:* Isid. Spalens. ad Laudefredum Ep. Cordub. de omnib. eccl. gradibus.) *in Polycarpo epistolam nostram mutilam esse, nescio quo [illegible] E.* Ludefridum: [illegible]; Lantfredum: *alii sec. Corr.* 4) off. et uniuscuiusque in: *EF*; off. cuiusque in: *G*; uniuscuiusque: *C*; Quid sit cuiusque in ecclesia: *H* 5) *ABCDF orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 6) Deo meo: *Ed. Bas.* 7) past. tibi impendis: *Burch.* 8) qualiter et quo modo: *Ivo Pan.* 9) vestrae: *orig. Pan.* 10) quem: *orig.*; quemlibet: *Burch.* 11) excludat: *Ivo Pan.*; proiiciat: *Ans.* eiiciat: *alii sec. Corr.*; reiiciat: *orig.* 12) §. 2. [illegible] 13) exorc. namque pert.: *Ivo Pan.* 14) in: *deest: Coll. tr. P.* 15) *A Burch. in Cod. Frib.*; euchar. acolythis praep.: *BC*; cal. subdiac.: *deest: Codd. coll. o.*; acolythis calicis praepar.: *DF Burch. (in Ed. impr.) Coll. tr. P. Ans.*; euchar. praep.: *Codd. coll. rel.*; calicis subd. praep.: [illegible]; subd. calicem praep.: *orig.* 16) benedict.: *deest: Burch.* 17) sacrific.: *deest: Burch.*; sacrificii: *orig.* 18) resp. officia et: *EGH* 19) cantandi: [illegible] *Coll. tr. P.* 20) quoq. cum aqua: *Ivo Decr.* 21) *ABCH Burch.*; aquaemanile: *Ivo Pan. Coll. tr. P.*; aquammanilem: [illegible] 22) [illegible] episcopo presbyteris: *Codd. coll. rel. et Edd. coll. o.*; et episcopo et presbyt.: *orig.* 23) vel: *Ivo Pan.* 24) *Codd. coll. o. orig.* 25) afferre: *EGH* 26) [illegible] 27) apost. ad populum: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.*; ap. ad populos: *Ivo Pan.* 28) nom. excommunicatorum: *EGH* 29) ipse praeparat aures ad Deum: [illegible]; claro: *Ed. Rom. operarum vitio.* 30) *BCDF orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* — *deest: A Coll. tr. P.* 31) annunc. festivitates: *Ed. Bas.*; annunciet: *D Edd. Arg. Venet.* I. 32) *ABC Coll. tr. P.* 33) imagines: *Ans.* 34) praecesserit: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 35) singul. ordinibus: [illegible] 36) [illegible]; hic: *orig. Ans.* 37) curam: *et postea*; sollicitudinem: *DEGH* 38) thesaurisarii: *Ed. Bas.* 39) inc. et sacrificii deferendi ad altare; cura subdiaconorum de subinferendis ad altare: *Ans.* 40) *C*; ad populum: *ABEFGH*; epistolam et ev. legat ad populum: *D*; [illegible] Apostol. et [illegible] *ea a Corr. addita esse notaverat*

preces dicat, seu responsoria[41] in dominicis diebus aut solempnitatibus[42] decantet. Sollicitudo quoque parrochiarum[43]*** et ordinatio et iurgia ad eius pertinent curam, pro reparandis diocesanis basilicis[44] ipse suggerit sacerdoti; ipse inquirit[45] parrochias cum iussione episcopi et ornamenta uel[46] res basilicarum uel[47][k] parrochiarum, gesta libertatum ecclesiasticarum[48][l] episcopo idem[49] refert, collectam pecuniam de communione ipse accipit et episcopo defert, et clericis partes proprias idem distribuit[50]. Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum, ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiuniorum dies atque solempnitatum, et ab ipso publice in ecclesia predicatur[51]****; quando uero archidiaconus absens est, uicem eius diaconus sequens adinplet. §. 12.[52] Archipresbiter***** uero[53] se esse sub archidiacono, eiusque preceptis, sicut episcopi sui, obedire sciat[54], et (quod ad eius specialiter ministerium pertinet), supra omnes presbiteros in ordine positos curam agere[55], et assidue in ecclesia stare, et, quando episcopi sui absentia contigerit, ipse eius uice missarum solempnia celebret et collectas dicat, uel cui ipse[56] iniunxerit. §. 13. Ad primicerium pertinent acoliti, exorcistae, psalmistae atque lectores; signum quoque dandum pro offitio clericorum, pro uitae honestate, et offitium[57] cantandi[58][m] et peragendi sollicite, lectiones, psalmum[59][n], laudes, offertorium[60][o] responsoria quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque et modus psallendi[61] in choro pro solempnitate temporum[62], ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium fuerit[63][p] pro reparatione basilicarum, que sunt in urbe, ipse denuntiet[64][q] sacerdoti; epistolas episcopi pro diebus ieiuniorum parrochianis[65][r] per hostiarios ipse dirigat; clericos[66]†, quos delinquere cognoscit, ipse distringat[67], quos uero emendare non ualet[68], eorum excessus ad agnitionem episcopi deferat[69]; basilicarios[70][s] ipse[71] constituat[72], et matriculas[73][t] ipse disponat[74]. Quando autem primicerius absens est, ea, que dicta[75][u] sunt, ipse[76] exquirat[77], qui ei aut lege[78] est proximus aut eruditione[79]††. §. 14. Ad thesaurarium pertinent[80][v] hostiarii basilicarum[81][w] ordinatio, incensi preparatio, cura crismatis conficiendi, cura baptisterii ordinandi, preparatio luminariorum in sacrario et sacrificiis[82][x].

II. Pars. Gratian. *Ex hac epistola liquet, quid cuiusque offitii sit. Est etiam alia distinctio episcoporum, presbiterorum*[83]*, diaconorum, quam fecit Clemens in epistola sua ita*[84][y] *dicens:*

C. II. *Quid ab episcopis, quid a presbiteris, quid a diaconibus audire oportet.*

Audire episcopum attentius[85] oportet, et ab ipso suscipere doctrinam fidei; monita autem uitae a presbiteris inquirere, a diaconibus uero ordinem disciplinae.

Gratian. *Sacerdos quoque utrumque humerum orario ambit; diaconus uero sinistrum tantum, ut ad ministerium expeditus*[86][a] *discurrat.*

Unde in Tolletano Concilio IV. c. 40.[87]

C. III. *Quare Leuita unum tantum humerum orario ambit.*

Unum orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est predicat; dexteram autem partem[88] oportet habere liberam, ut expeditus[89][a] ad ministerium sacerdotale discurrat.

III. Pars. Gratian. *Nunc autem per singulos gradus ordine recurrentes, qui, ex quibus ordinibus, in quem gradum conscendere possint; qui post lapsum ualeant reparari, uel non*[90][b]*; quibus culpis a*[91] *proprio gradu mereantur deici; quo accusante, quibus testificantibus possint conuinci; cuius sententia sint soluendi uel dampnandi*[92][c]*, breuiter consideremus.* §. 1. *Ac primum a pontificali gradu incipientes, qualem oporteat eum esse, qui in episcopum ordinandus est, diligenter inuestigemus, Apostoli regulam secuti, quam in huiusmodi re Timotheo et Tito scribit dicens: „Oportet*[93] *episcopum esse inreprehensibilem:" id*[94] *est, non obnoxium reprehensioni. Hoc ad Timotheum. Ad Titum*[95] *autem: „Oportet episcopum esse sine crimine:" quod (ut Ieronimus scribit ad Oceanum)*[96] *idem est.* §. 2. *Nomine autem criminis quodlibet peccatum intelligitur; unde in eadem epistola Ieronimus dicit: „Res* *pene contra naturam est, ut sine peccato aliquis sit: sed talis eligatur, cuius comparatione ceteri grex dicantur." In epistola uero ad Titum*[97] *crimen uocatur criminale peccatum uel criminalis infamia: unde ibi*** legitur: „Crimen est querela, id est peccatum accusatione et dampnatione dignum."* §. 3. *Quod autem sine crimine*[98][d] *iubetur esse qui in episcopum eligitur, non ante baptisma, sed post baptismum intelligendum est: ut a tempore uidelicet baptismatis nullius criminis conscientia mentem eius remordeat****.* §. 4. *Criminis appellatio*[99][e] *alias late patet, complectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit. Unde Beda**** super epistolam Iacobi: „Peccata, que ex ignorantia uel infirmitate humana committuntur, dicit et precipit alterutrum confiteri, quia facile dimittuntur: quecumque uero fiunt ex deliberatione, non nisi per penitentiam." Hinc etiam Augustinus ait: „Nullum peccatum*† *est*[100] *adeo ueniale, quod*

EDITIO ROMANA.

Dist. XXV. c. 1. k) vel: *deest* l) ecclesiarum m) officii meditandi n) lect. benedictiones, psalm. o) offert. et resp. p) est q) denunciat r) parochitanis s) basilicanos t) matriculam u) praedicta v) pertinet w) basil. et ostiarii x) et in sacrif. y) ep. sua III. — c. 2. a) ut ad minist. expeditius discurr. — c. 3. a) expeditius b) vel qui non c) absolvendi vel condemnandi d) criminatione e) crim. autem appell.

NOTATIONES CORRECTORUM.

*** Parochiarum: In epistola legitur: *parochitanorum*, quemadmodum et paulo inferius: et vox ista frequens est in antiquis exemplaribus conciliorum Toletanorum.

**** Praedicatur: Sic emendatum est ex manuscript. Grat. et originali. Antea legebatur: *praedicantur.*

***** Archipresbyter: Hinc usque ad vers.: *Ad primicerium* non sunt in ipsa epistola Isidori, neque in Panormia, neque apud Burch. et X. cap. 1. *de offic. archipresbit.* citatur ex concilio Toletano.

† Clericos: In primo Vaticano est: *clericos urbis*, et post verbum: *deferat*, additur: *ceteri enim qui sunt extra urbem, ad archidiaconi curam pertinent*, quemadmodum et in nonnullis aliis exemplaribus.

†† Eruditione: In originali est: *eruditione his explendis certus.*

P. III. * Res contra: Sic fere in glossa ordinaria ad vocem illam: *irreprehensibilem:* et est epitome quaedam verborum B. Hieronymi in epistola ad Oceanum, explanantis locum Apostoli ad Timotheum et ad Titum.

** Unde: Id est non apud B. Paulum, sed in glossa ordinaria ad locum B. Pauli. Sumta autem sententia est ex B. Augustino, ex tractatu 41. ad c. 8. Ioannis; eiusque verba habentur et apud Bedam ad eundem B. Pauli locum et infra D. 81. c. *Apostolus* 1.

*** Remordeat: Sequebatur in vulgatis: *Unde Hieronymus scribit in eadem epistola ad Titum:* quae verba sunt inducta, quoniam in nullo manuscripto sunt inventa: habentur autem infra ead. ante cap. 1.

**** Unde Beda: In commentariis ipsius ad c. 5. epistolae Iacobi, ad illa verba: *confitemini alterutrum*, sic legitur: *In hac autem sententia illa debet esse discretio, ut quotidiana leviaque peccata alterutrum coaequalibus confiteamur, eorumque quotidiana credamus oratione salvari; porro gravioris leprae immunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus, atque ad eius arbitrium, qualiter et quanto tempore iusserit, purificari curemus.*

† Nullum peccatum: In glossa ordinaria in cap. 11. 1. Corinth. ad ea verba; *reus erit corporis et sanguinis Domini*, citatur haec sententia ex B. August. homilia 24. in Ioannem, in haec verba: *Nullum peccatum veniale est, dum placet, quantumcunque parvum: sicut mortale, si vere displicet, nullum iudicatur.*

Dist. XXV. can. 1. 41) responsorium: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. — Corr.* 42) solemnitatum: *orig. Burch. Ans. Coll. tr. P.;* solemnitatem: *orig. Ivo Decr. Pan.* 43) parochianorum: *Ans.;* parochitanorum: *orig.* 44) cur., praeparandas dioec. basilicas: *Burch.* 45) ambit: *Ivo Pan.* 46) et: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 47) *Codd. coll. o. Ivo Decr.;* basil. parochitanarum: *orig.* 48) *ABC orig.* 49) ipse: *DF;* idem: *deest: EG* 50) ipse dis.: *AB; finis canon. ap. Burch.* 51) praedicantur: *Ivo Decr. Pan.* 52) §. 12. *deest: Burch. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P. et etiam in originali (opp. ed. Arevalo* VI, 559. *ita ut posteriori tempore interpolata esse videatur; cf. Morinus de sacr. ordinat. P.* III. *ex.* 16. *c.* 6. *no.* 16 *ff. Hinschius K.-R.* II, 186. 53) vero: *deest: Ivo Decr.* 54) se sciat: *CD Edd. coll. o.* 55) gerere: *G* 56) ille: *Ed. Bas.* 57) *ABCDGH orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 58) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 59) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 60) *ABCDFG;* offert.: *deest in Edd. coll. o. p. Bas.; in Edd. Venet.* I. II. *Lugdd. Par. legitur:* resp. officiorum 61) canendi: *Edd. o. pr. Bas. — Corr.* 62) et tempore: *FH Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 63) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* fuer.: *deest: orig.* 64) *ABCD Ivo Decr. Pan.* 65) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 66) cleric. urbis: *EGH* 67) distringit: *orig. Ans.* 68) valeat: *EG* 69) def. ceteri enim qui sunt extra urbem ad archidiaconi curam pertinent: *EG* 70) *ABCDF Ed. Bas. orig. Corr. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr.;* basilicarios id est basilicarum custodes: *EGH* 71) iste: *Ans.* 72) const. quos de ostiariis faciet: *EGH* 73) *Codd. coll. o. Ed. Basil. orig. Ans., ap. quem sequitur:* iste — *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 74) dispon. quibus notatur quae personae, quae officia singulis peragant diebus vel septimanis pro more ecclesiae: *EGH* 75) *ACEGH Ivo Pan.;* dictae: *Edd. coll. o.* 76) iste: *Coll. tr. P.;* ille: *orig. Ans.* 77) exequatur: *D Ed. Bas.;* exequitur: *orig.* 78) lege sui gradus: *EGH;* longe: *Coll. tr. P.;* loco: *orig. Ans.* 79) *in Coll. tr. P. et ap. Ans. est ut in orig. (cf. not.** Correct.); male ap. Ivon. Pan.:* his exemplis certus. 80) *ABC* 81) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* basilicarii et ostiarii: *orig.* 82) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* — praeparatio sacrificii: *orig. Ans.* — Pars. II. 83) epis. clericorum presb.: *EG* || can. 2. 84) *ABCDF — Epist. Pseudoisid. Clement.* I. *c.* 59. *ap. Hinschius p.* 53. (*ex Clem. recogn.* III, 66. *et ipsis apocryphis*) *Jaffé lit. spur. no.* XI. *Ans.* VII, 81. (*in Cod. Vat. ut in textu; in nostro Cod. canon continuatur.*) 85) aud. ergo eum attent.: *orig.* || can. 3. 86) *ABC* 87) *habit. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 234. *Caes.* IV, 103.; *Ans.* VII, 86. (ex Conc. Tolet. V.); in Conc. Tolet. V. *legitur etiam: ACDE* 88) partem: *deest: EGH* 89) *C orig. Hisp. Ans.* — Pars. III. 90) *ABC* 91) a: *deest: EG* 92) *Codd. coll. o. pr. H* 93) I. *Tim. c.* 3. *v.* 2. 94) *ex glossa interlin. ad hunc locum* 95) *c.* 1. *v.* 7. 96) *et infr. ead. c.* 6. 97) *et in gloss. ordin. ad loc. c. epist. ad Tim.* 98) *ABCDFG Edd. coll. o. Böhm.* 99) *ABC* 100) est: *deest: EG*

non fiat criminale, dum placet.“ Alias ea[101 f] *demum significat, que semel commissa ad dampnationem sufficiunt.* §. 5. *Multa enim ex deliberatione procedunt, que nisi sepius iterata et in consuetudinem fuerint deducta, quamuis grauent post mortem, non tamen eternaliter perdunt: quia etsi quadam ratione crimina appellentur, tamen mortifera, et capitalia non sunt. Unde Augustinus in omilia*[102] *de igne purgatorio, exponens uerba Apostoli: „Si quis super hoc fundamentum edificauerit, ligna, fenum stipulam*[103]. *Multi*[104 g] *sunt, qui lectionem istam male intelligentes falsa securitate decipiuntur, dum credunt, quod si supra fundamentum Christi crimina capitalia edificant*[105 h], *peccata ipsa per ignem transitorium*[106] *possint purgari, et ipsi postea ad uitam peruenire perpetuam. Intellectus iste, fratres karissimi, corrigendus est, quia ipsi se seducunt, qui sic*[107 i] *sibi blandiuntur. Illo*[108] *enim transitorio igne, de quo dicit*[109] *Apostolus: „ „Ipse saluus*[110 k] *erit, sic tamen quasi per ignem“ “, non capitalia, sed*[111] *minuta peccata purgantur: de quibus, etsi non omnia, uel aliqua commemoranda sunt, ne aliquis inaniter*[112 l] *excusare conetur, et dicat nescire se, que sunt minuta*[113 m] *peccata, que*[114 n] *crimina capitalia.* §. 6. *Et quamuis Apostolus plura capitalia commemorauerit*[115], *nos tamen (ne desperationem facere uideamur) breuiter dicemus*[116 o], *que illa sunt: sacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio*[117], *falsum testimonium, rapina, furtum, superbia, inuidia, auaritia; et si longo tempore teneatur, iracundia, et ebrietas, si assidua sit, in eorum numero*[118 p] *computatur*[119 q]. *Quicumque enim aliquod*[120] *de istis peccatis in se dominari cognouerit, nisi digne emendauerit*[121 r], *et si habuerit spatium, longo tempore penitentiam non*[122 s] *egerit, et largas elemosinas non*[123 t], *erogauerit, et a peccatis ipsis non*[124 u] *abstinuerit, illo transitorio*[125] *igne, de quo Apostolus ait, purgari non poterit, sed eterna illum flamma sine remedio ullo trucidabit*[126 v]. §. 7. *Que autem sint*[127] *minuta peccata, licet omnibus nota sint, tamen quia longum est, ut omnia replicentur, opus est, ut ex eis uel aliqua nominemus. Quotiens aliquis in cibo aut*[128] *potu plus accipit, quam necesse est*[129 w], *ad minuta peccata nouerit pertinere; quotiens plus loquitur, quam oportet, plus*[130 x] *tacet, quam expedit; quotiens pauperem importune*[131] *petentem*[132 y] *exasperat; quotiens cum sit corpore sanus, aliis ieiunantibus prandere uoluerit, aut somno deditus tardius ad ecclesiam surgit; quotiens, excepto filiorum desiderio, uxorem suam cognouerit; quotiens in carcere*[133 z] *positos tardius requisierit, infirmos*[134 aa] *tardius uisitauerit; si dicordes ad concordiam reuocare neglexerit; si plus aut proximum, aut uxorem, aut filium, aut seruum exasperauerit, quam oportet; si amplius fuerit blanditus, quam oportet*[135 bb]; *si cuicumque maiori personae aut ex uoluntate, aut ex necessitate adulari uoluerit; si, pauperibus esurientibus, nimium deliciosa uel sumptuosa*[136] *conuiuia preparauerit*[137 cc]; *si se aut*[138 dd] *in ecclesia aut extra ecclesiam fabulis otiosis (de quibus in die iudicii ratio reddenda est) occupauerit; si dum incaute*[139] *iuramus, et cum hoc per aliquam necessitatem*[140] *implere non poterimus, utique periuremus*[141 ee], *et cum omni facilitate uel temeritate maledicimus, cum scriptum*[142] *est*[143 ff]: *„ „Neque maledici regnum Dei possidebunt.“ “*

C. IV. *Que sunt uenialia peccata, que post hanc uitam purgantur.*

Item Gregorius [Dialog. lib. IV.[144] c. 9.]

Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentatur[145]: sed tamen de quibusdam culpis[146 a] esse ante iudicium purgationis[147 b] ignis credendus est, pro eo, quod ueritas dicit[148]: „Quia si quis in spiritum sanctum[149] blasphemiam[150] dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro.“ In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam in[151 c] futuro posse relaxari[152 d]. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut predixi, hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus otiosus[153] sermo, immoderatus risus, uel peccatum curae[154] familiaris, (que uix sine culpa uel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant sciunt,)[155 e] que etiam post mortem grauant, si[156] adhuc[157] in uita[158 f] positis[159] minime[160] fuerint relaxata.

[PALEA.[161]

C. V. De eodem.

Item Augustinus[162] in libro de uera et falsa penitentia c. 18.

Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis[163]. Hic autem[164] ignis, etsi, eternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit[165] enim omnem penam, quam umquam aliquis passus[166] est in hac uita, uel pati* potest[167].]

Gratian. *Alias autem ea tantum delicta significat, quorum est perpetua infamia. Unde illud Ieronimi: Primum itaque sine crimine etc.*[168 a].

Unde Ieronimus[169] *scribit in eadem epistola ad Titum,* [cap. 1.]:

C. VI. *A die baptismi sine crimine debet inueniri, qui in episcopum est ordinandus.*

Primum itaque sine crimine iubetur esse episcopus[170], quod alio uerbo ad Timotheum inreprehensibilem nominatum puto: non quod eo tantum tempore, quo ordinandus est, sit sine crimine ullo, et preteritas maculas noua conuersatione[171] diluerit, sed quod ex eo tempore, quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur[172 a]. Quomodo enim potest preses ecclesiae auferre malum de medio eius, qui in delictum simile[173 b] corruerit? aut qua libertate peccantem[174] corripere[175 c], cum tacitus ipse sibi respondeat, eadem se[176 d] admisisse, que corripit?

Gratian.[177] *Ecce, quod ordinandus in*[178 e] *episcopum, non*

EDITIO ROMANA.

Dist. XXV. c. 3. f) alias autem ea g) et stipul. etc. ait: Multi h) aedificent i) taliter k) Ipse autem salv. l) aliq. se inanit. m) minora n) pecc. vel quae o) dicimus p) numerum q) computantur r) digne se emendav. s) non: *deest* t) non: *deest* u) non: *deest* v) cruciabit w) sit x) oport. aut plus y) petentes z) *post:* carcere *additur:* clausos aut in vinculis aa) req. quotiens infirm. bb) expedit cc) conv. sibi praepar. dd) aut: *deest* ee) periuramus ff) sit — c. 4. a) quibusd. levibus culpis b) purgatorius c) quasd. vero in d) laxari e) *post:* sciunt: *additur:* aut in non gravibus rebus error ignorantiae quae cuncta f) in hac vita — c. 5. a) Unde ill. Hieronymi: Prim. itaque sine crim. etc.: *deest* — c. 6. a) remordeatur b) delicto simili c) corripere peccantem potest, quum d) se: *deest* e) quod ordin. est in

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * **Vel pati potest:** Haec verba non sunt in originali, neque infra de poen. dist. 7. c. ult. §. fin. ubi hoc idem recitatur.

Dist. XXV. Pars. III. 101) *Codd. et Edd. coll. o.* 102) *Sermo 41. de sanctis, sive de anima defunctorum.* 103) *Codd. coll. o.:* — lignum: *AB* 104) *BC* 105) *Codd. coll. o. pr. C.* 106) purgatorium: *EG* 107) *Codd. et Edd. coll. o.* 108) in illo: *DE* 109) dixit: *AB* — I. *Cor. c. 3.* 110) *ABCDEG* 111) sed quasi min.: *Ed. Basil.* 112) *Codd. coll. o.* 113) *Codd. et Edd. coll. o.* — sint min. pecc.: *C* 114) *ABCDEG* 115) enumeraverit: *D* 116) dicemus: *Codd. coll. o.* 117) forn.: *abest ab orig.* 118) *ABCDEFG* 119) *ABGH Edd. coll. o. orig. pr. Bas.;* Computabitur: *Ed. Bas.* 120) aliqua: *orig.* 121) *Codd. coll. o.* 122) *ABCDFG* 123) *Codd. et Edd. coll. o.* 124) *ABCD;* se non abstin.: *F* 125) tamen transit.: *EG* 126) *ADEFG Ed. Basil.* 127) sunt: *ABDE* 128) aut potu: *DEF;* et in potu: *A Ed. Basil.;* vel potu: *B* 129) *Codd. et Edd. coll. o.* 130) *ABCDG Edd. coll.* 131) inopportune: *AEG* 132) *ABCG Ed. Bas. Böhm.* 133) *Codd. et Edd. coll. o.* 134) *Codd. coll. o.;* et inf. etc.: *Edd. coll. o.* — infirm. tard. visit.: *deest D* 135) *Codd. et Edd. coll. o.* 136) persumptuosa: *EG* 137) *Codd. et Edd. coll. o.* 138) *ABCDF* 139) dum iocantes et incaute: *EGH* 140) pro aliqua necessitate: *Ed. Bas.* 141) *Codd. coll. o. pr. C.* 142) I. *Cor. c. 6. v. 10.* 143) *Codd. coll. o.* ‖ can. 4. 144) *Cap. 34. in Ed. Maur. opus non inoffensae fidei; Anselm.* XI, 159. 145) repraesentatur: *BDEG;* apparebit vel praesentatur: *C* 146) *Codd. coll. o. Anselm.* 147) *ABCDEG Anselm.* 148) *Matth. c.* XII. *v. 32.* 149) spiritu sancto: *orig.* — sanct.: *deest: AC* 150) blasphemias: *C Edd. coll. o.* — dimittetur: *A* 151) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 152) *ib.* 153) et otios.: *CEG* 154) curae rei famil.: *Ed. Basil. orig. Böhm.* 155) *Codd. et Edd. coll. o. Anselm.* 156) etsi: *Ed. Argent.* 157) ad hoc: *Ans.* (*male*) 158) *ABCDFH* 159) positus: *Ans.* 160) minime in morte fuer.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* ‖ can. 5. 161) *Haec Palea deest: ABC, invenitur in rel. Codd. coll.; Paleam esse notarunt: Rufinus,* (*Schulte p.* 13.) *Ioannes Faventinus* (ib. p. 14.) *Summa Paris.* (*ib.*) *Hugucc.* (*ib. p.* 15.) — *in E est continuatio canonis antecedentis;* de eodem: *deest: EG;* Item Augustinus: *DEFGH; nulla invenitur inscriptio in Ed. Basil.* 162) *Librum de vera et falsa poen. Augustini non esse, dudum monuerunt VV. DD.* 163) Sed etiamsi conversus vita vivat et non moriatur, non tamen promittimus, quod evadet omnem poenam; nam prius purgandus est igne purgationis qui in aliud saeculum distulit fructum conversionis: *orig.* 164) autem: *deest: DEFG* 165) superat: *DEFGH* 166) quam homo nunquam pass.: *EG;* q. homo unquam pass.: *DH* 167) in h. vita vel pati potest: *deest: H Ed. Basil.* 168) *Codd. coll. o.* — *in A sequitur hoc loco canon;* Decernimus ut ii, *qui invenitur postea Dist.* XXVIII. *c.* 2. ‖ can. 6. 169) *in Comment. ad v. 6. c. 1. Ep. Pauli ad Titum.* 170) sine crimine sit episc.: *orig. cf. Berard.* III, 141. 171) conversione: *Ed. Bas.* 172) *ABCDEG Edd. coll. o.* 173) *Codd. et Edd. coll. o.* 174) corripit: *DEFGH* 175) *Codd. coll. o. orig.* 176) *ABCDEG* 177) *hoc loco nova Dist. incipit: EFGH* 178) *ABC*

solum tempore suae ordinationis, sed etiam omni tempore post baptisma a crimine debet esse immunis.

DISTINCTIO XXVI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Sequitur in utraque epistola: „unius[1] uxoris uirum“ post baptisma uidelicet, non ante baptismum.*

Unde Ieronimus scribit ad Oceanum,* [epist. 83.]:

C. I. *Post baptismum debet esse monogamus, qui episcopus est ordinandus*[2 a].

Unius uxoris uirum, id est monogamum, post baptismum. Si enim et ante coniugem habuerit[3 b], que obierit, non ei imputatur[4], cui prorsus nouo[5 c] nec stupra, nec alia, que ante fuerunt[6], iam obsunt.

C. II. *Qui ante baptismum habuerit unam, et post baptismum alteram*[7 a], *ordinandus non est.*

Augustinus[8] *uero econtra*[9 b] *testatur, scribens in epistolam ad Titum.*

Acutius[10] intelligunt[11], qui nec eum, qui catecuminus uel paganus[12] habuerit[13 c] alteram, ordinandum censuerunt[14], quia[15] de sacramento agitur[16], non de peccato[17 d*]. Propter sacramenti[22 e] sanctitatem sicut femina[23], si catecumina[24] uitiata est[25], non potest post baptisma inter Dei uirgines consecrari, ita non absurde[26] uisum est[27] bigamum non peccasse, sed normam[28] sacramenti amisisse non ad uitae[29] meritum, sed ad ordinationis[30 f] signaculum[31 g]. Unius uxoris uir, episcopus[32 h] significat ex omnibus gentibus unitatem uni uiro Christo subditam.

II. Pars. §. 1. Sicut[33 i] duobus dominis seruire, sic ab uno Deo apostatare, atque in alterius superstitionem ire non licet.

C. III. *Bigamus* probatur, qui ante baptismum habuerit unam, et post baptismum alteram*[38].

Item Innocentius [I.] *Rufo et Eusebio, et ceteris Episcopis Macedonibus,* [epistol. XXII. c. 2.][39 a]

Deinde ponitur[40], non dici oportere bigamum[41] eum, qui catecuminus habuerit uxorem atque amiserit[42], si post baptismum fuerit[43] aliam sortitus, eamque primam uideri, que nouo homini copulata sit, quia illud coniugium per[44] baptismi sacramentum cum ceteris criminibus sit ablatum[45 b]. Quod cum de una utique dicitur, certe, si tres habuerit in uetere positus homine uxores[46**], erit ei[47], que post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima[48 c] uirginis[49] eque[50] nomen accipiet, que quarto ducta est loco. Quis (oro) istud non uideat contra Apostoli[51] esse preceptum, qui ait: „unius uxoris uirum oportere[52] fieri sacerdotem?“ Sed obicitur, quod in baptismo totum[53], quicquid in ueteri[54] homine gestum est, sit solutum[55]. Dicite mihi (ut cum pace uestra loquar[56 d]), crimina[57] tantum dimittuntur in baptismo, an et[58] illa, que secundum Domini[59] precepta ac Dei instituta[60] complentur? Uxorem ducere crimen est, an non est crimen?[61] Si crimen est, ergo (ut[62 e] prefata uenia dixerim)[63] erit auctor in culpa, qui, ut[64] crimina committerentur, in[65] paradiso precepit***, cum ipse eos benedixit. Si uero non est crimen, quia quod Deus instituit[66] nefas est[67 f] crimen appellari, et Salomon[68] addidit: „Etenim a Deo preparatur uiro uxor,“ quomodo creditur inter crimina esse dimissum[69], quod Deo[70] auctore legitur consummatum? Quid de talium filiis percensetur? Numquid[71] non erunt admittendi in hereditatis consortium[72 g], qui[73 h] ex ea suscepti sunt, que ante baptismum fuit[74] uxor, eruntque appellandi uel[75] naturales, uel spurii[76], quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (ut uobis uidetur), quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur a Iudaeis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit[77]: „Quod[78] ergo[79] Deus coniunxit[80 i], homo non separet. Ac[81] ne de his locutus esse credatur, que[82 k****] post baptismum sortiuntur, meminerint[83] hoc[84] et a Iudaeis

EDITIO ROMANA.

X. Pars. Presbiterum, non[164 b] legalibus nuptiis detentum, cathedram quidem[165] habere, sed ab offitio* abstinere precipimus. Sufficit[166] enim huiusmodi ei indulgentia, quia benedicere aliis eum, qui uulnera sua debet curare, consequens non est. Benedictio enim sanctificationis traditio est. Qui uero hanc non habet propter delictum ignorantiae[167], quomodo aliis tradet? Non enim[168 c] publice neque priuate benedicat, nec corpus Domini dispenset aliis, nec alio modo ministret; sed sufficiat ei, quod presidet, et inploret a Deo, ut dimittatur ei iniquitas ignorantiae suae. Manifestum est autem, quod et[169 d] huiusmodi non legitimae nuptiae soluentur, et nullatenus[170] uir accessum habeat[171 e] ad eam, propter quam sacro ministerio priuatus est.

C. XVII. *De presbiteris non est laicis iudicandum.*

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum[172], [c. 70.]

XI. Pars. Consulendum[173] decernitis[174] utrum presbiterum* habentem uxorem debeatis sustentare et honorare, an a uobis proicere. In quo[175 a] respondemus: Quoniam licet ipsi sint ualde reprehensibiles, uos tamen Deum conuenit imitari, qui[176] solem suum[177] facit oriri super bonos et malos[178]. Deicere enim[179 b] a[180 c] uobis ideo non debetis, quonium[181] nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, a[182 d] numero apostolorum[183] deiecit[184 e]. Verum[185] de presbiteris[186] uobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de uita eorum quicquam[187 f] inuestigandum; sed episcoporum iudicio, quicquid illud sit[188 g], est[189 h] reseruandum[190].

DISTINCTIO XXIX.

GRATIANUS.

Sed notandum est[1], *quod secundum Ysidorum pleraque capitula ex causa, et loco, et tempore, consideranda sunt*[2 a].

Ait enim[3 a]:

C. I. *Ex tempore, et[4 b] loco et persona et causa[5] regulae canonum intelligantur[6 c].*

Sciendum est, quod[7] pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris laborinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quam intelligant; ante inculpant, quam iterando lecta perquirant.

Hinc etiam Gregorius ait[8]:

C. II. *Pro uarietate[9 a] rerum temperantur regulae sanctorum.*

Regulae sanctorum Patrum pro tempore, loco et persona[10] negotio[11 b] instante necessitate traditae sunt.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXVIII. c. 13. f) fil.: et si postea g) attamen h) ministraverat i) antea — c. 15. a) disc. a communione nupt. b) ideo se abstin. — c. 16. a) Synodo in Trullo b) Presb. per ignorantiam non c) igitur d) et: *deest* e) habebit — c. 17. a) Ad quod b) vero c) eum a d) de e) eiecit f) quidpiam g) quic. illud sit h) per omnia reservandum. — Dist. XXIX. a) ex loco, ex temp., ex persona cons. sunt — c. 1. a) Ait en. Isidorus b) et: *deest* c) intelliguntur — c. 2. a) diversitate b) persona et negotio

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * Gratianus refert sensum canonis, ceteri collectores ipsa etiam fere verba.

C. XV. * Graece est: *Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω.* Id est: *Si quis secernat se a presbytero, qui uxorem duxit, tanquam non oporteat illo liturgiam peragente de oblatione percipere, anathema sit*, quae versio non multum discrepat a versione Dionysii Exigui.

C. XVI. * Ab officio: Graece est: *τῶν δὲ λοιπῶν ἐνεργειῶν*, id est, *a ceteris officiis*.

C. XVII. * Presbyterum: In ultimo cap. harum responsionum referuntur Bulgarorum verba, dicentium: multos apud se esse Graecos et Armenos et alios, qui diversa docerent. Nondum enim a Romana sede episcopum aut presbyterum acceperunt. Quamobrem nihil mirandum, si presbyter, de quo in hoc capite agitur, coniugatus erat.

Dist. XXVIII. can. 13. 148) legitimo: *D;* legitime: *F et alii sec. Corr.* 149) ab administratione: *AB* 150) non esse eligend.: *CDEGH* 151) *Codd. coll. o.* — *post: pro* uxor.: mulieris: *AB* 152) *Codd. coll. o.* 153) ministrare: *DF* 154) oportebit: *EGH* 155) *ABCD Edd. coll. o. exc. Basil. et Nor.* 156) *Codd. coll. o.* || can. 14. 157) *cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 775. — *Burch.* I, 78.; *Ivo Decr.* V, 184.; *Ivo Pan.* III, 113. 158) contemnere non debet: *CDEFGH* || can. 15. 159) *ABCDEH* 160) *hab. inter a.* 325. *et* 370. *cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 764. — *Anselm. ded.* IV, 74. (*v. Dionys.*): *Regino Appdx.* III. *c.* 12. (*v. Dionys.*); *Burch.* III, 75. — *ib.* III, 207. (*v. Dionys.*); *Ivo Decr.* II, 128. (ex Conc. Agath.): *ib.* III, 258. (*v. Dionys.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 4. 161) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 16. 162) officiis: *DF* 163) *Codd. coll. o.* — *hab. ao.* 692. — *Verba canonis patres mutuati sunt ex canonibus S. Basilii ad Amphiloch.* — *cf. Berard.* I, 328. — *Coll. tr. P.* II, 11, *de sext. synod.*, 7. 164) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 165) quidem: *deest: EGH* 166) sufficiat: *Coll. tr. P.* 167) τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα 168) *Codd. et Edd. coll. o.;* neque enim: *Coll. tr. P.* 169) *ABCDFH;* quod ab: *Ed. Bas.;* quod etiam: *EG* 170) nullo modo: *Ed. Bas.* 171) *ABCEGH* || can. 17. 172) *Epist. scr. ao.* 866. *Jaffé no.* 2123. — *Ivo Decr.* II, 82.; *Ivo Pan.* V, 12.; *Coll. tr. P.* I, 62, 60. 173) cons. esse dec.: *Ivo Pan.* 174) decernimus: *DF* 175) *ABCDF Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* — quo: *orig.* 176) *Matth. c.* 5. *v.* 15. 177) suum ut evangelium testatur: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 178) malos et pluit super iustos et iniustos: *ib.* 179) *ABCDFH Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* — proicere: *C* 180) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 181) quia: *Ivo Pan.* 182) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 183) discipulorum: *DH* 184) *ABCH Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 185) verum autem: *EGH;* sic et de: *Ed. Bas.;* verum et: *Edd. coll. rel.* 186) presb. quales cum sint vob.: *orig.* 187) *ABCDH Edd. coll. o.* 188) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.;* quic. sit: *Ivo Decr.;* quic. id est: *Edd. coll. rel.* 189) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 190) *ABCEH*

Dist. XXIX. 1) Et: *EGH;* sciendum: *AB* 2) *ABCDF* || can. 1. 3) *ABCDF* — ait enim: *deest: EGH; De huius canonis auctore non satis constat; apud Isid. Hisp. enim libro de norma vivendi (quem supposititium nonnulli putant) et in lib.* II. *Synonym. c.* 16. *similia tantum leguntur. Notatio Corr., quae in ipsa Ed. Rom., et ex ea in Ed. Pelleterii et Bohm. legitur, inducta est, nam id ipsi in indice erratorum voluerunt Correctores.* 4) *ABCDF* 5) et causa: *deest: AB* 6) *ABDEFGH* — intelligendae sunt: *C* 7) quod secundum Isidorum: *EG* || can. 2. 8) *Gregor. lit. spur. Jaffé no.* CCXLII. — *Berard.* 2, 135. *putat auctorem ex Gregorii* VII. *hausisse epistola quae exstat in Reg.* VIII, 28. (IX, 5.) *ap. Jaffé Mon. Gregor. p.* 478. — *Ans.* IV, 52. — Hinc Greg. ait: *DF* 9) *ABC* 10) et persona: *deest: AB* 11) *CDEFH;* et pro neg.: *ABG*

[C. III.] *Pro diuersitate locorum, temporum et hominum scripturae intelligendae sunt*[12].

Item Ieronimus in epistola[a] *ad Ephesios.*

Necesse est, ut iuxta diuersitates temporum et locorum et hominum, quibus* scriptae[13] sunt, diuersas et causas et argumenta et origines habeant. Et quomodo B. Iohannes in apocalipsi sua septem scribens ecclesiis[14b] in unaquaque earum specialia[15] uel[16] uitia reprehendit, uel uirtutes probat, ita et S. apostolus Paulus per singulas ecclesias uulneribus medetur illatis, nec ad instar imperiti medici uno colirio omnium oculos uult curare.

DISTINCTIO XXX.

GRATIANUS.

I. Pars. *Illud autem, quod in canone apostolorum, et in Gangrensi concilio, et in VI. sinodo legitur, ex causa consideratur et ex tempore. Causa fuit heresis Manicheorum**, *que coniugium detestabatur*[1a], *sicut etiam quorumdam superstitio multa in Catholicorum detestacione*[b] *introduxisse inuenitur, contra quos* in Gangrensi** Concilio *statutum*[2c] *legitur:*

C. I. *De multimoda supersticione hereticorum, quos Gangrense concilium anathematizauit.*

[Conc. Gangr. c. 16.][3]

Si qui filii parentes, maxime fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes, et non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum* in eis uenerentur, quod fideles sunt[4], anathema sint.

C. II. *Item de eodem.* [ib. c. 17.][5a]

Quecumque mulier, religioni* iudicans[6] conuenire, comam sibi amputauerit, quam Deus ad uelamen eius** et ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquam resoluens ius subiectionis, anathema sit.

C. III. *De eodem.* — *Item ex eodem*, [c. 14.][7]

Si qua mulier derelicto uiro discedere uoluerit, soluto uinculo coniugali[8], nuptias condempnando[9], anathema sit.

C. IV. *De eodem.* — *Item ex eodem*, [c. 10.][10]

Si quis propter Deum uirginitatem[11] professus[12] in[13] coniugio positos per arrogantiam uituperauerit[14a], anathema sit.

C. V. *Item de eodem.* [ib. c. 9.][15a]

Si quis uel[16] uirginitatem, uel continentiam professus*, tanquam abominabiles nuptias iudicat, et non propter hoc solum, quod continentiae[17] et uirginitatis bonum sanctum propositum sit[18b], anathema sit.

C. VI. *Item de eodem.* [ib. c. 13.][19a]

Si qua mulier suo[20] proposito utile iudicans, ut[21] uirili ueste utatur, propter[22] hoc uiri[23b] habitum imitetur[24]*, anathema sit.

C. VII. *Item de eodem.* [ib. c. 18.][25a]

Si quis, tanquam hoc continentiae conuenire iudicans, die dominico ieiunauerit in eiusdem* diei contemptum, anathema sit.

C. VIII. *Item de eodem.* [ib. c. 19.][27a]

Si quis eorum, qui in proposito sunt continentiae, propter necessitatem* corporalem superbiat, et ieiunia communia putauerit contempnenda, tocius ecclesiae[28] perfectam in sua conscientia[29] iudicans rationem, anathema sit.

C. IX. *Item de eodem.* [ib. c. 20.][30a]

Si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans[31], conuentus, qui per loca et basilicas sanctorum martirum fiunt[32], uel accusauerit, uel etiam oblationes, que ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque Sanctorum contempnendas, anathema sit.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXIX. c. 3. a) in prooemio epistolae b) ad sept. scrib. ecclesias — Dist. XXX. Pars. I. a) quia coniug. detestabantur b) detestationem c) Conc. capitibus sexdecim statut. — c. 2. a) De eod. — Item ex eodem — c. 4. a) vituperavit — c. 5. a) De eod. — Item ex eod. b) est — c. 6. a) De eod. — Item ex eod. b) virilem — c. 7. a) De eod. — Item ex eod. — c. 8. a) De eod. — Item ex eod. — c. 9. a) De eod. — Item ex eod.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXIX. C. III. * Quibus scriptae: Antea legebatur: *quibus diversae scripturae factae sunt.* Emendatum hoc est ex manuscriptis et originali, quemadmodum et nonnulla alia.

Dist. XXX. Pars I. * Manichaeorum: Proprie Gangrensis synodus statuit contra Eustathianos, ut supra dist. 16. c. *prima adnotatio.* Sed hunc errorem Eustathiani hauserant a Manichaeis.

** In aliquot vetustis exemplaribus haec omnia, quae hic citantur ex concilio Gangrensi, unico capite et coniuncta oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea, quae est Dionysii Exigui, longe magis respondet originali graeco, quamvis neque ipsa usquequaque.

C. I. * Ut hoc ipsum: Graece est: *Προτιμωμένης δηλονότι παρ᾽ αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας.* Id est: *quod scilicet divinus cultus apud ipsos omnibus rebus praeferatur.*

C. II. * Religioni: Graece est: *Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν*, id est: *Ob eam, quae existimatur pietatis exercitatio:* quod Dionysius vertit; *propter divinum cultum, ut existimat.* Graeci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam proprie *ἄσκησιν* nominabant. Burchardus et Ivo in part. 6. secuti sunt versionem Dionysii, in octava autem Ivo priscam.

** Ad velamen eius: Haec non sunt in graeco originali, neque in versione Dionysii. Videntur autem sumta ex epist. 1. ad Corinth. c. 11.

C. V. * Professus: Hic erat additum: *in coniugio*, quod neque est in canone graeco, neque etiam in latino, qui citatur infra dist. 31. c. *quicunque.* neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.

C. VI. * Imitetur: Graece legitur: *Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος ἀνδρεῖον ἀναλάβοι*, quae Dionysius Exiguus apte vertit: *et pro solito muliebri amictu virilem sumit;* sicque habet Burchardus et fere etiam Ivo.

C. VII. * In eiusdem: In originali huius priscae[26] versionis est, *aut in eiusdem diei contentum:* quod in versione Dionysii, quam attulerunt Burchardus, et Ivo, istis vocibus videtur exprimi: *aut contumaciam* (al. *propter contumaciam*), sed in graeco vulgato nihil est, quod istis respondeat.

C. VIII. * Propter necessitatem: Nihil mutatum est ob glossas; ceterum multis modis discrepat a prisca versione et a Dionysiana, quam secuti Burchardus et Ivo. Prisca sic habet: *Si quis eorum, qui in proposito sunt continentiae, praeter necessitatem corporalem, et superbiens ieiunia communia totius ecclesiae putaverit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit.* Dionysiana autem hoc modo: *Si quis eorum, qui continentiae student, absque necessitate corporea, tradita in commune ieiunia et ab ecclesia custodia superbiendo dissolvit, stimulo suae cogitationis impulsus, anathema sit.* Quae versio in ceteris quidem partibus originali graeco, etiam vulgato, satis respondet; sed in postrema insignis est varietas. Nam ubi Dionysius habet: *stimulo suae cogitationis impulsus*, in graeco vulgato est: *ἀποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ*, id est: *nimirum perfecta, quae in ipso est, ratiocinatione, illa abrogante.* In manuscriptis autem huius canonis exemplaribus partim est: *ὑποικουροῦντος*, id est: *perfecta in eo residente ratione*; partim: *ἐπικουροῦντος*, id est: *perfecta, quae in ipso est, ratione sibi auxilium ferente.* Notantur vero Eustathiani (quos postea Bogomilici sectati sunt), qui ita statuebant, peracto certo quodam ieiunio ad eam se perfectae vitae rationem pervenisse, ut postea omnia sibi essent indifferentia, nullisque praeceptis obligarentur, sed soluti omnino essent, ac nec peccare quidem possent; qua de re Balsamon in capitis huius interpretatione.

Dist. XXIX. can. 3. 12) *omnia desunt: ABE* 13) scripturae: *DF* 14) *ABCEFGH Edd. coll. o.* 15) spiritualia: *ABCD — ast est error scribae* 16) vel: *deest: GH*

Dist. XXX. Pars. I. 1) *Codd. coll. o. sed in AB omnia usque ad verba;* sicut etiam etc. *inveniuntur post c.* XII. 2) *Codd. coll. o.* || can. 1. 3) *hab. int. a.* 325. *et* 370. *cf. ad Dist.* XXVIII. *c.* 15. *Ans. ded.* XII, 38. (*vers. Dionys.*) *Ivo Decr.* VIII, 319. *Coll. tr. P.* II, 4, 16. 4) sint: *Ivo* || can. 2. 5) *Ans. ded.* XII, 139. (*vers. Dionys.*) *Regino Appdx.* III, 14. (*v. Dion.*); *Burch.* VIII, 62. (*v. Dion.*); *Ivo Decr.* VIII, 320.; *ib.* VII, 80. (*v. Dionys.*); *Ivo Pan.* III, 212.; *Coll. tr. P.* II, 4, 17. — *de translatione huius capitis cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 760. 6) diiudicans: *EGH* || can. 3. 7) *Ans. ded.* XII, 36. (*v. Dion.*); *Regino Appdx.* I, 5. (*v. Dion.*); *Ivo Decr.* VIII, 229. (*v. Dion.*); *ib.* VIII, 317. *Coll. tr. P.* II, 4, 14. 8) *cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 759. 9) contemnendo: *Edd. coll. o. Ivo alii sec. Corr.* || can. 4. 10) *Ans. ded.* XII, 32. (*v. Dion. quae legitur infra D.* XXXI. *c.* 9.); *Burch.* VIII, 64. (*v. Dionys.*); *Ivo Decr.* VII, 82. (*v. Dion.*); *ib.* VIII, 316. *Coll. tr. P.* II, 4, 10. 11) virg. propriam: *EGH Ed. Bas.* — vel: *abest ab Ed. Bas.* 12) fuerit prof.: *Ed. Bas.* 13) tanquam abominabiles in: *EGH;* et tanq. abom. in: *Ed. Bas.* 14) *Codd. coll. o. Hisp. Ivo* || can. 5. 15) *Burch.* VIII, 61. (*v. Dionys.*); *Ivo Decr.* VII, 79. (*v. Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 9. 16) vel: *deest: Ed. Bas.* 17) continentia et virginitatis bonum sanctumque etc.: *Hisp.* — bonum et sanctum: *EGH Ed. Bas.* 18) *ABC* || can. 6. 19) *Ans. ded.* XII, 35. (*v. Dion.*); *Regino Appdx.* I, 6. (*v. Dionys.*); *Burch.* VIII, 60. (*v. Dionys.*); *Ivo Decr.* VII, 78. (*v. Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 13. 20) hoc: *Hisp.* 21) ut: *deest: ib.* 22) ad hoc ut: *ib. Coll. tr. P.* 23) *Codd. coll. o.* 24) assumat: *DF* || can. 7. 25) *Reg. Appdx.* I, 8. (*v. Dionys.*) *Burch.* XIII, 19. (*v. Dionys.*); *Ivo Decr.* IV, 51. (*v. Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 18. 26) *haec ut monuimus Hisp. versio est, in qua tamen vox:* aut *pariter atque in prisca vers. non legitur.* || can. 8. 27) *Ans. ded.* XII, 40. (*v. Dion.*); *Regino* I, 284. (*v. Dion.*); *Burch.* XIII, 5. (*v. Dion.*); *Ivo Decr.* IV, 38. (*Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 19. — *Ceterum vers. Hisp. a Gratiani canone in nonnullis discrepat, quod ex notatione Correct. (quibus illa priscae nomine venit,) apparet. cf. etiam Hefele Conc. Gesch.* I, 761. 28) tot. eccl.: *deest: Coll. tr. P.* 29) scientia: *ib.* || can. 9. 30) *Ans. ded.* XII, 41. (*v. Dion.*); *Ivo Pan.* II, 8.; *Coll. tr. P.* II, 4, 20. 31) aestimans: *Ed. Par. Hisp.* 32) fuerint: *CDH*

C. X. *Item de eodem.* [ib. c. 3.][33a]

Si quis docet, domum Dei contemptibilem esse debere, et congregationes, que in ea fiunt[34], anathema sit.

C. XI. *Item de eodem.* [ib. c. 6.][35a]

Si quis extra ecclesiam priuatim[36] populos congregans contempnat[37] ecclesiasticas sanctiones[38]*, ipsam[39b] ecclesiam apud se sine episcopi consilio[40c] cum presbitero agat, anathema sit.

C. XII. *Item de eodem.* [ib. c. 1.][41a]

Si quis nuptias in accusatione[42b] duxerit[43], et mulierem fidelem ac religiosam cum uiro suo dormientem abhominandam crediderit aut etiam accusandam, tamquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

C. XIII. *Item de eodem.* [ib. c. 2.][44a]

Si quis carnem[45] manducantem ex fide cum religione, preter sanguinem et ydolo[46] inmolatam et suffocatam[47b], crediderit condempnandum, tanquam spem non habentem, qui[48] eam manducat[49], anathema sit.

C. XIV. *Item de eodem.* [ib. c. 15.][50a]

Si quis dereliquerit[51] proprios filios[52b], et non eos aluerit et[53] (quod pietatis est)* necessaria non prebuerit, sed sub[54] occasione continentiae negligendos putauerit, anathema sit.

C. XV. *Item de eodem.* [ib. c. 12.][55a]

Si quis uirorum putauerit sancto proposito (id est continentiae) conuenire, ut pallio utatur, tamquam ex eo iustitiam habiturus, et reprehendat uel iudicet alios, qui cum reuerentia birris utuntur et alia ueste communi, que in usu est, anathema sit.

C. XVI. *Item de eodem.* [ib. c. ultimo][56a].

II. Pars. Hec scripsimus[57b], non abscindentes[58] eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas propositum sanctum continentiae eligunt, sed eos, qui* suscipiunt habitum eius, et in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simplicius[59] uiuunt. Sed et hos condempnamus, qui se extollunt aduersus scripturas et ecclesiasticos canones, et noua introducunt[60] precepta. Nos autem et uirginitatem cum humilitate admiramur, et continentiam cum castitate, et religionem[61c] Deo acceptissimam dicimus, et renunciationes[62d] secularium negotiationum[63e] atque actuum cum humilitate[64] approbando laudamus, et nuptiarum uinculum**, quod secundum castitatem[65] perdurat, honoramus, et diuites cum iustitia et operibus bonis non abicimus***.

C. XVII. *Anathematizatur[66], qui Manicheorum superstitiones sequitur.*

Item ex Concilio Martini Papae[67].

Si quis presbiter[68]* propter publicam penitentiam a sacerdote acceptam absque[69] aliqua necessitate die dominica pro[70] quadam religione ieiunauerit, sicut Manichei, anathema sit[71]. §. 1. Similiter et[72a]** quod ab apostolis traditum[73] canon[74b] tenet antiquus, placuit, ut[75] per omnes dominicas[76] et[77] per omnes dies pascae usque ad quinquagesimam[78c] non prosternant[79]*** se in oratione[80d] humilitatis, sed recto uultu ad Dominum orationis fungantur[81] offitio, quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini[82] celebramus. Si[83] quis etiam[84]**** non pro abstinentia[85], sed pro exsecratione escarum abstinet[86e], placuit sancto concilio, ut pregustet, et sic, si uult abstinere, abstineat[87]. Si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non degustet[88], iste non obediens, nec suspitionem heresis a se remouens, deponatur de ordine clericatus.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXX. c. 10. a) De eod. — Item ex eod. — c. 11. a) De eod. — Item ex eod. b) ipsamque c) concilio — c. 12. a) De eod. — Item ex eod. b) accusationem — c. 13. a) De eod. — Item ex eod. b) immolatum et suffocatum — c. 14. a) De eod. — Item ex eod. b) filios suos et — c. 15. a) De eod. — Item ex eod. — c. 16. a) De eod. — Item ex eod. b) Haec autem scrips. c) religione d) renuntiationem e) negotiorum — c. 17. a) quia* b) traditum est canon c) pentecosten d) orat. causa humil. e) escarum a carne abstineat

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * **Sanctiones**: Post hoc verbum in prisca versione ista sunt interiecta: *aliterque ea, quae sunt ecclesiae, voluerit usurpare, non conveniente presbytero iuxta decretum episcopi, ipsamque* et cetera, quae hic sequuntur. Dionysii autem versio, quae optime respondet verbis graecis, et refertur a Burchardo, haec est: *Si quis extra ecclesiam seorsum conventus celebrat, et despiciens ecclesiam, ea, quae sunt ecclesiae, voluerit usurpare, non conveniente presbytero iuxta decretum episcopi, anathema sit.*

C. XIV. * **Quod pietatis est**: Longe fidelius Dionysius: *et quod ad se pertinet, non ad pietatem divini cultus informat.* Graece est enim: *καὶ τὸ ὅσον ἐπ᾽ αὐτῷ* [al. *ἑαυτῷ*] *πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ.* Subintelligitur autem particula negans, id est, *μὴ*, ex superiore membro.

C. XVI. * **Eos, qui**: Graece est: *τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας*; id est: *qui ex instituto exercitationis huiusmodi capiunt occasionem sese efferendi, seque extollunt adversus eos, qui simplicius vivunt, et adversus scripturas et ecclesiasticos canones introducunt novitates.*

** **Et nuptiarum vinculum**: Graece: *καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνήν*, quae Dionysius vertit: *et nuptiarum castum vinculum.*

*** **Non abiicimus**: Post haec verba in concilio ipso proxime sequuntur, quae habentur infra cap. *parsimoniam*, dist. 41.

C. XVII. * **Presbyter**: Sequebatur: *vel diaconus.* Quae sublata sunt, quoniam absunt a plerisque manuscriptis et originali. Ceterum Burchardus et Ivo similem canonem citant ex concilio Turonensi, atque ita habet: *Si quis propter publicam poenitentiam a sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate etc.* In aliquot Gratiani manuscriptis est: *si quis praeter publicam poenitentiam a sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate, etc.* quae optima videtur lectio. Nam in c. 18. concilii Gangrensis, unde hoc videtur Martinus sumsisse, nulla presbyteri fit mentio, sed universe pronunciatur, ut sup. ead. c. *si quis tanquam*: *Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, exercitationem, die dominico ieiunet, anathema sit:* et verba illa, *absque aliqua necessitate*, videntur huc importata ex cap. 19. eiusdem concilii. Neque vero presbyteris huiusmodi poenitentiae more laicorum imponebantur, c. *illud*, cum sequent. dist. 50. et c. fin. vers. *nec enim.* 32. dist. Sed quando in gravissima crimina publice incurrebant, depositi peregrinari iubebantur, c. *si quis sacerdos*, 39. q. 1., c. *sacerdos.* de poen. dist. 6.

** **Similiter quia**: Hoc sumtum est ex canone ultimo concilii Nicaeni.

*** **Non prosternant**: In codice Lucensi regio legitur: *non prostrati, sed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.*

**** **Si quis etiam**: Hoc sumtum est ex concilio Ancyrano, c. 13. (al. 14.) et in eo mentio fit presbyteri ac diaconi.

Dist. XXX. can. 10. 33) *Anselm. ded.* XII, 30. (*v. Dion.*); *Burch.* III, 94. (*v. Dion.*); *Ivo Decr.* III, 84. (*v. Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 5. 34) fuerint: *CD Ed. Arg.* || **can. 11.** 35) *Anselm. ded.* XII, 31. (*v. Dionys.*); *Regino Appdx.* III, 13. (*v. Dionys.*); *Burch.* III, 95. (*v. Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 6. 36) privatam: *AB Coll. tr. P.* 37) contemnit: *AB*; condemnat: *Ed. Bas.* 38) consecrationes: *EGH* 39) *ABC*; et ipsam: *Di* 40) *ABCH Ed. Bas.* *Venet. II. Lugd. I. orig. alii sec. Corr. — graece est: μὴ συνόντος τοῦ πρεσβυτέρου κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου.* || **can. 12.** 41) *Ans. ded.* XII, 27. (*v. Dion. cf. infra D.* XXXI. *c.* 8.); *Burch.* VIII, 61. (*v. Dion.*); *Ivo Decr.* VII, 79. (*v. Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 1. 42) *ABC* 43) introduxerit: *AB*; deduxerit: *Hisp. Coll. tr. P.* || **can. 13.** 44) *Anselm. ded.* XII, 28. (*v. Dion.*); *Regino Appdx.* I, 9. (*v. Dion.*); *ib. Appdx.* III, 11. (*v. Dion.*); *Ivo Decr.* IV, 30.; *Coll. tr. P.* II, 4, 2. 45) carnes: *Hisp.* 46) idolis: *Ivo* 47) *Codd. coll. o. Corr. Ed. Bas. — ast in AB male:* suffocatum 48) quod eos manducet: *Hisp.*; quod eas: *Ivo*; quod: *Coll. tr. P.* 49) manducant: *Ed. Pithoe.* || **can. 14.** 50) *Anselm. ded.* XII, 37. (*v. Dion.*); *Regino Appdx.* I, 7. (*v. Dion.*); *Ivo Decr.* VIII, 318.; *Coll. tr. P.* II, 4, 15. 51) reliquerit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 53) et secundum quod: *Hisp.* 54) sub: *deest: ib.* || **can. 15.** 55) *Anselm. ded.* XII, 34. (*v. Dion.*); *Burch.* VIII, 63. (*v. Dion.*); *Ivo Decr.* VIII, 81. (*v. Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 4, 12. *cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 758. || **can. 16.** 56) *Ivo Decr.* VIII, 321. (*can. continuatur*); *Coll. tr. P.* II, 4, 20. (*can.:* Si quis per superbiam; *can. continuatur.*) *alteram huius Epilogi partem invenies infra D.* XLI. *c.* 5. 57) *ABCDF* 58) abiicientes: *EGH* 59) simpliciter: *EFGH Ed. Bas.* 60) introducant: *Edd. coll. o.* 61) religionem: *ABDH Edd. coll. o.* 62) *ABH*; renunciantes: *EG* 63) *ABEGH* 64) hum. discessum: *Hisp.* 65) castit. secum perd.: *Hisp. Coll. tr. P.* || **can. 17.** 66) anathematizantur — sequuntur: *AB*; anathematizetur: *C* 67) *Capit. Martini Brac. c.* 57. (*c.* 18. *Conc. Gangrens. et c.* 20. *C. Nicaeni*) *et* 58. (*c.* 14. *Conc. Ancyr.*) *ap. Bruns* II, 54. — *Burch.* XIII, 20. (ex C. Turonico c. 58.); *Ivo Decr.* IV, 52. (ex C. Turon. c. 57.) *Coll. tr. P.* II, 47, 57. — Item ex C. Mart. p.: *deest: AB* 68) presb. vel diaconus: *Edd. coll. o. pr. Bas.* — presb.: *deest: Ivo* 69) aut: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 70) velut pro: *Ivo*; vel ut pro: *Burch.* 71) *finis canonis ap. Burch. et Ivon.* 72) *ABCDEH Edd. coll. o. orig. Hisp.*; etiam: *Ei* 73) traditus: *EGH Ed. Bas.* 74) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 75) tam: *orig. Hisp.* 76) dom. dies: *CDEGH* 77) quam: *orig. Hisp.* 78) *ABCDEGH orig. Coll. tr. P.*; quadragesimam: *E* 79) prostrati neque humiliati: *orig. Hisp.* — prosternent: *Coll. tr. P.* 80) *Codd. coll. o.*; orationem hum.: *Coll. tr. P.* 81) fungamur orationum off.: *orig. Hisp.* 82) dominicae: *Edd. coll. o.* 83) *Coll. tr. P. l. c. c.* 58. 84) etiam: *deest: D orig. Coll. tr. P.* 85) abstinentiae disciplina: *orig. Hisp.* 86) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.*; ab esca carnium se abstinet: *orig. Hisp.* 87) et si sic vult abstineat: *orig.*; et si sic vult abstinere abstineat: *Coll. tr. P.* 88) gustet: *Ed. Bas.*

DISTINCTIO XXXI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Tempus quia*[1a] *nondum** *erat institutum, ut sacerdotes continentiam seruarent.*

Unde Gregorius scribit Petro Subdiacono Siciliae, [lib. I. epist. 42.][2]

C. I. *Qui castitatem non promisit, ab uxore sua separari non cogatur.*

Ante triennium omnium ecclesiarum subdiaconi Siciliae prohibiti fuerant[3], ut more Romanae ecclesiae suis uxoribus nullatenus misceantur[4a]. Quod mihi durum atque incompetens[5] uidetur, ut, qui usum continentiae[6b] non inuenit, neque castitatem promisit[7c], compellatur a sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) in[8d] deterius cadat. Inde[9e] uidetur mihi, ut a presenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere diaconum[10f] presumant, nisi qui se uicturum caste promiserit, quatenus et preterita mala*, que[11] proposito[12g] mentis appetita non sunt, uiolenter non exigantur et futura caute caueantur. §. 1. Qui uero post eandem prohibitionem, que ante triennium facta est, continenter cum suis coniugibus[13h] uixerint[14i], laudandi atque remunerandi sunt, atque ut in bono suo[15] permaneant exhortandi. §. 2. Eos autem, qui post prohibitionem factam a suis se uxoribus continere noluerint, ad sacrum ordinem nolumus promoueri, quia nullus debet ad altaris ministerium accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

II. Pars. Gratian. *Causa uero huius institucionis mundicia fuit sacerdotalis, ut libere cunctis diebus orationi possent*[16k] *uacare. Si enim (ut Apostolus*[17l] *ait) ab uxoribus est cessandum, ut expeditius orationi uacemus, ministris itaque*[18m] *altaris, quibus cotidiana necessitas orandi incumbit, numquam coniugali offitio uacare permittitur.*

Unde Beda super Lucam, [ad cap. 1.] *ait*[19a]:

C. II. *Sacerdotibus semper castitas obseruanda*[20] *precipitur.*

Sacerdotibus, ut semper ualeant[21b] altari[22] assistere, semper ab uxoribus continendum, semper[23] castitas obseruanda[24] precipitur.

C. III. *Qui diuinis sacramentis deseruiunt*[25a], *continentes esse*[26] *oportet.*

Item in Concilio Cartaginensi II.[27] [cap. 2.]

Episcopos, presbiteros diacones[28b] ita ut[29c] placuit, et[30d], decet[31] sacrosanctos[32e] antistites aut[33f] sacerdotes, aut Leuitas[34g], uel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse decet[35h] in omnibus.

C. IV. *Sacerdotes et Leuitae suis non misceantur uxoribus*[36a].

Item Innocentius I. Victricio Rotomag. Episcopo, [epist. II. cap. 9.][37]

Tenere debet ecclesia[38] omni modo[39b], ut sacerdotes et Leuitae cum uxoribus suis non misceantur[40], quia ministerii cotidiani necessitatibus[41] occupantur. Scriptum est enim[42]: „Sancti estote, quoniam[43] sanctus[44c] sum, Dominus Deus uester."[45] Nam priscis[46d] temporibus anno uicis suae de templo non[47e] discedebant (sicut de Zacharia legimus[48], nec domum suam omnino tangebant, quibus utique[49] propter sobolis successionem usus[50f] fuerat relaxatus, quia[51] ex alia tribu et preterquam[52] ex[53] semine Aaron ad sacerdotium nullus accedere precipiebatur[54]: quanto magis hi sacerdotes et[55g] Leuitae pudicitiam ex die ordinationis suae obseruare[56h] debent, quibus[57] uel[58] sacerdotium, uel ministerium sine successione est, nec preterit dies, qua uel a sacrificiis diuinis, uel a baptismatis offitio uacent?

[PALEA[59]*.

C. V. Item ibidem.

Nam sicut[60] Paulus ad Corinthios[61] scribit, dicens: „Abstinete uos ad tempus, ut uacetis orationi," et hoc utique laicis precepit[62]: multo magis sacerdotes, quibus orandi et sacrificandi iuge sacrificium[63] est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere.]

C. VI. *Qui ab uxoris offitiis abstinent, ad sacrificia admittantur*[64a].

Idem Exsuperio Tolletano Episcopo[65b], [epist. III. c. 1.]

Eos* ad sacrificia admitti fas sit[66], qui uel[67] cum uxore non exerceant[68c] offitium[69] carnale.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXI. Pars. I. a) Temp. quoque quia — c. 1. a) miscerentur b) us. eiusdem contin. c) cast. ante promis. d) in: *deest* e) Unde f) subdiaconum g) per propositum h) uxoribus i) vixerunt k) possint l) Paulus m) utique — c. 2. a) Beda in comment. sup. b) queant — c. 3. a) inserviunt b) presb. et diac. c) ut: *deest* d) ut e) sacros f) ant. ac Dei sacerd. g) nec non et Levitas h) decet: *deest* — c. 4. a) Sacerd. et Lev. cum uxoribus suis misceri non debent b) tenere debet omnino eccl. ut c) quon. et ego sanct. d) Nam si priscis e) templo Dei sacerdotes non f) succ. uxoris usus g) vel h) servare — c. 6. a) ab uxoribus suis abst. b) Tolosano Ep. c) exercent

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXXI. Pars I. * Nondum: Quod ait hic Gratianus, fuisse tempus, quo nondum erat institutum, ut sacerdotes continentiam servarent, in subdiaconis (nam et hi sacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valetque idem sacerdotis nomen, atque in sacris constitutus, ut infra ad initium dist. 33. notaturque in gl. c. 1. q. 1. *Qui per pecuniam*) locum habere potest. Fuit enim tempus, quum subdiaconi in aliquibus provinciis, ut in Sicilia, continentiae legibus non adstringebantur: quod Gregorii locus, qui solus ad hanc rem confirmandam proxime a Gratiano citabitur, manifeste probat. Diaconis autem et presbyteris in latina ecclesia nunquam licuisse uxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, uti, ex canonibus, qui post primum in hac eadem dist. citantur, et aliis multis, praesertim ep. 2. Siricii ad Himerium Tarraconensem, clare demonstratur.

C. I. * Mala: Vox ista abest a Polycarpo et aliquot vetustis Gratiani codicibus.

C. V. * Haec Palea in duobus Vaticanis (in quibus solis reperitur) est coniuncta cum superiori capite', quemadmodum etiam in epistola Innocentii, et legitur: *Nam si Paulus.* Sed non est mutatum, quoniam est initium capitis.

C. VI. * Eos: Apud Innocentium, et infr. dist. 82. cap. *Proposuisti*, ubi hoc idem est repetitum, legitur: *neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium.*

Dist. XXXI. Pars. I. 1) *Codd. coll. o.* || can. 1. 2) *Ep.* 44. *l.* I. *Ed. Maur. scr. ao.* 591. — *Jaffé no.* 748. *cf. supra D.* XXVIII. *c.* 1. *Ivo Pan.* III, 89. (*sine inscr.*); *Polyc.* IV, 31. (IV, 32, 39.) 3) fuerunt: *Ed. Bas.* 4) misceantur: *BCDFGH Edd. coll. o. exc. Bas. Ivo* 5) inconveniens: *Ivo* 6) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 7) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 8) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 9) *ABC* 10) *ABCEGH* — diaconorum: *DF* 11) *verba:* quae . . . exigantur: *desunt in Ed. Bas. cf. D.* XXVIII. *c.* 1. 12) *Codd. coll. o.* 13) *ABCDG Polyc.* 14) *ABCDGH Polyc.* 15) suo: *deest: Ivo* 16) *ABGH* 17) *Codd. coll. o.* — I. *Cor. c.* 7. 18) *ABCDFGH* || can. 2. 19) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* III, 92. 20) observare: *ABD;* observari: *C* 21) *Codd. et Edd. coll. o.* 22) altaribus: *CDF* 23) semper: *deest: Ivo;* semperque: *Beda* 24) observari: *EGH* || can. 3. 25) *ABCEGH* 26) continere: *C* 27) *habit. ao.* 390. *ap. Bruns* I, 118. (*cf. infra Dist.* LXXXIV. *c.* 4.) *Ivo Pan.* III, 93.; *Coll. tr. P.* II, 16, 1. (*can.:* quum in praeterito concilio) *Raban. poenitent. c.* 29. *in Opp. Ed. Migne* VI, 14, 19. 28) *Codd. coll. o. Ivo* 29) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 30) *Codd. et Edd. coll. o.* 31) conderet: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 32) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 33) *Codd. et Edd. coll. o.;* et Dei sacerdot.: *orig.;* aut Dei sacerd.: *Ivo;* ac Dei sac.: *Coll. tr. P.* 34) *Codd. et Edd. coll. o.* 35) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugd.* II. III. (*in Edd. rel.:* debent) *Ivo* || can. 4. 36) *Codd. coll. o.* 37) Victori: *CDF;* Victorino: *EGH;* Vict.: *deest: AB* — *scr. ao.* 404. *in Leonis M. Opp.* III, 204. (*Ed. Baller.*) — *Jaffé no.* 85. *Eadem fere leguntur in Ep. Innocentii ad Exsuperium c.* 1. *scr. ao.* 405. *in Leonis M. Opp.* III, 182. *Jaffé no.* 90. *cf. infra Dist.* LXXXII, *c.* 2. — *Regino* I, 89. (*can.:* praeterea quod); *Burch.* II, 118. (*eodem modo*); *Anselm.* VII, 134. (144. Victorio.; *can.:* praeterea; *canon continuatur.*) — *Ivo Decr.* VI, 194. (*can.:* Praeterea quod *usque ad:* Deus vester; *sine inscr.*); VI, 94. (*can.* Praeterea quod.); *Ivo Pan.* III, 94. (Victori Ep.) — *cf. Hispana Concil. Telept. ao.* 418. *c.* 9. 38) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 39) *Codd. et Edd. coll. o.; orig. Ivo Pan.* 40) commisceantur: *EGH;* cum mulieribus non coeant: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr.* VI, 194. 41) quia ministri divini quotidianis necess.: *Ivo Pan.* — ministerii quotidianis necess.: *Burch.* 42) enim: *deest: Burch.;* — *Levit. c.* 11. *v.* 14. 43) quia: *DF* 44) *ABCDF;* quoniam ego sanct.: *EFG Reg.* 45) *finis canonis ap. Regin. et Ivon. Decr.* VI, 194. 46) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* VI, 94. *Ivo Pan.* 47) *Codd. coll. o.;* de templo Dei: *Ivo Pan.* 48) *Levit. c.* 21. *v.* 12. 49) itaque: *AB* 50) *AB Ed. Basil. Ivo Pan.;* uxorius usus: *orig.;* uxoris usus: *CDEFGH Anselm. Ivo Decr.* 51) *Num. c.* 18. *v.* 7. 52) praeter: *orig. ap. Coustant Anselm. Ivo Decr.* 53) de: *Ivo Pan.* 54) permittebatur: *C Edd. coll. o. pr. Bas.;* nulli fuerat praeceptum: *orig. ap. Coustant;* nulli fuerat praeceptus: *Corr. Hisp. Anselm. Ivo Decr. Pan.* 55) *ABCDFH* 56) *ABCFH Ivo Pan.;* conservare: *Ed. Bas.* 57) quia: *Ivo Pan.* 58) vel: *deest: Anselm.* || can. 5. 59) *Haec Palea deest: ABEGH — cum canone anteriore coniuncta est: CDF Ed. Basil.* 60) si: *CDF orig.;* sic: *Ed. Bas.* 61) I. *Cor. c.* 7. *v.* 5. 62) praecipit: *DF* 63) officium: *Corr. — orig.* || can. 6. 64) *Codd. coll. o.* 65) *Codd. coll. o.* (*sed in C. legitur:* ex superiori Toletano Concilio) *Ivo;* — *Ep. Innocentii* I. *ad Exsuperium Ep. Tolosanum* — *cf. quae supra ad c.* 4. *annotavimus* — *Ivo Pan.* III, 95. — *cf. Dist.* LXXXII. *c.* 3. 66) est: *Edd. Nor. Par. Lugdd.* II. III. 67) vel: *deest: C;* vel etiam: *Edd. Arg. Venett.* I. II. *Nor. Par. Lugd.* I. *Ivo* 68) exerceant: *ABCDFH* — non: *deest: AB orig., ubi tamen legitur:* neque fas sit etc. 69) consortium: *orig.*

C. VII. *Sacerdoti, cui semper est orandum, semper est matrimonio carendum.*

Item *Ieronimus contra Iouinianum*, [lib. I.][70]

Si laicus et quisque[71a] fidelis non potest orare, nisi careat offitio coniugali, sacerdoti[72], cui semper offerenda[73b] sunt sacrificia, semper orandum est; si semper orandum est[74], semper ergo[75] matrimonio carendum[76].

Gratian. *Quod autem Manicheorum causa de coniugio* sacerdotum illud supra dictum sit, ex Gangrensi Concilio*[77] *apparet, in quo* [cap. 1.] *sic statutum legitur:*

C. VIII. *Anathema sit, qui nuptias uituperat.*

Si quis uituperat nuptias, et dormientem cum uiro suo fidelem ac religiosam detestatur aut culpabilem[78] estimat[79], uelut que regnum Dei introire non possit[80], anathema sit.

C. IX. *De eodem.*

Item ex eodem, [cap. 9.][81]

Quicumque uirginitatem custodiens aut continentiae studens, uelut horrescens nuptias[82], nec propter hoc, quod bonum et sanctum est, nomen uirginitatis assumit, anathema sit.

III. Pars. Gratian. *Potest et aliter intelligi illud, quod in canone apostolorum legitur, ut iste sit sensus capituli: „Si quis docet sacerdotem uxorem suam contempnere," non uxorem quam in sacerdotio accepit, sed quam, dum esset adhuc laicus uel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulauit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines conscenderet*[83a] *quam nullus debet contempnere, hoc est, ab animo et cura sua abicere, quin ei necessaria prouideat*[84]. *Probatur autem hec interpretatio*[85] *auctoritate Leonis Papae*[86], *qui* [epist. XC. cap. 3.] *scribens Rustico Narbonensi Episcopo ait:*

C. X. *Ministris altaris*[87a] *episcopis et presbiteris eadem lex est continentiae.*

Lex continentiae eadem est altaris ministris, que episcopis aut[88b] presbiteris, qui cum essent laici siue lectores, licite[89] et uxores ducere, et filios procreare potuerunt; sed cum ad predictos peruenerunt[90] gradus, cepit eis non licere quod licuit. Unde, ut[91] de carnali fiat spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere uxores, sed qui habent sic[92] habere uideantur quasi non habeant[93c], quo et salua sit caritas conubiorum[94d], et cessent opera[95] nuptiarum.

C. XI. *Episcopus uel presbiter uxorem propriam a sua cura non abiciat.*

Item Leo IX. contra epistolam Nicetae Abbatis*[96].

Omnino confitemur, non licere episcopo, presbitero, diacono[97a], propriam uxorem causa religionis abicere a cura sua, sed[98b] ut ei uictum et uestitum largiatur, sed[99c] non ut cum illa ex more carnaliter iaceat. Sic[100] et sanctos apostolos legimus egisse, B. Paulo apostolo[101] dicente: „Numquid non habemus** potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut frater[102d] Domini et Cephas?"[103] Vide insipiens, quia non dixit: numquid non habemus potestatem sororem mulierem „amplectendi?" sed „circumducendi," scilicet ut mercede[104e] predicationis sustentaretur ab eis, nec tamen deinceps foret inter eos ulterius[105f] carnale coniugium.

Gratian. *Hinc et illud Gregorii in dialogo*[106g]: *„Presbiter quidam" require infr.*[107h] §. 1. *Ut igitur ex*[108] *his auctoritatibus apparet, sacerdotes, uxoribus, quas in laicali habitu uel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria subministrare*[109i], *debita uero reddere non ualent.*

IV. Pars. §. 2. *Sed obicitur illud Tripartitae ystoriae*[110], [libro II. capite 14.]

C. XII. *Dissuasu Pahfnucii Nicena sinodus non constituit, ne presbiteri cum suis uxoribus dormirent*[111a].

Nicena sinodus uolens corrigere uitam hominum in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones uocamus, in quorum tractatu uidebatur aliquibus introducere legem, ut episcopi, presbiteri, diaconi, subdiaconi[112b]* cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerunt[113c] non dormirent. Surgens autem Pahfnucius[114d] confessor contradixit, honorabiles confessus[115] nuptias, et castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum, suasitque[116] concilio, ne talem ponerent[117e] legem, grauem esse asserens causam, que aut[118f] ipsis aut eorum iugalibus[119g] occasio fornicationis existeret. Et hoc[120h] quidem Pahfnucius (licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit, sinodusque laudauit sententiam eius, et nichil ex hac parte sanciuit, sed hoc in uniuscuiusque uoluntate, non necessitate[121i] permisit[122k].

C. XIII. *Non in perpetuum, sed tempore oblationis a complexu*[123] *suarum uxorum sacerdotes abstineant.*

Item VI. Sinodus, [cap. 13.][124]

Quoniam* in Romani ordine canonis esse traditum

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXII. c. 7. a) quicunque b) semper pro populo offer. — c. 9. a) ascenderet — c. 10. a) altar. cum ep. b) atque c) uxor. et quasi non habeant, sic habere, quo et d) connub.: *deest* — c. 11. a) diac., suadiacono propr. b) scilicet c) sed: *deest* d) fratres e) de merc. f) ulterius: *deest* g) in dialogo: *deest* h) quidam quod require infra dist. seq. cap. penult. i) ministrare — c. 12. a) syn. non constit. quod presb. cum suis uxor. non dormir. b) diac. et subdiac. c) duxerant d) autem in medio Paphnutius e) poneret f) in g) coniugibus h) haec i) in necessit. k) dimisit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * De coniugio: Sequentem canonem Gratianus restringit ad coniugia sacerdotum, quum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant aliquem Christianum, etiam laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichaeos, sed contra quendam Eustathium, qui hunc errorem cum aliis multis in Armenia disseminaverat. Est autem caput hoc idem cum capite: *si quis nuptias*, sup. dist. 30. sed ex alia versione.

C. XI. * Leo IX.: Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetae presbyteri et monachi adversus Latinos editum: quam responsionem quum nomine Leonis IX., cuius erat legatus, scripserit, potest recte nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodii libro nomine Symmachi citata inveniuntur, sup. dist. 17. c. *concilia*. et infr. 40. dist. c. *non nos*. et 81. dist. c. *nemo recte* 8. quaest. 4. c. *nonne*. et 9. q. 3. c. *aliorum*. Ac supra dist. 22. nomine Nicolai citatur caput: *omnes*, quod habetur in oratione Petri Damiani.

** Numquid non habemus: Variae sunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in 1. libro contra Iovinianum ostendit.

C. XII. * Et subdiaconi: In aliquot vetustis codicibus et in originali Socratis non sunt duae istae voces. Sozomenus tamen lib. 1. cap. 22. habet tam graeco, quam in latina vetere et nova versione, ut etiam Nicephorus.

C. XIII. * Quoniam: Graece sic habetur: *ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν*, id est: *Quoniam in Romana ecclesia loco canonis traditum esse cognovimus, etc.* Hanc vero ecclesiae Romanae traditionem non solum B. Hieronymus contra Iovinianum, Humbertus supra citatus, et alii latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon in explanatione huius canonis satis aperte probat. Verum de omnibus huiusmodi canonibus, qui VI. synodo adscribuntur, quid sit sentiendum, ad c. *habeo librum* dist. 16. satis explicatum fuit.

Dist. XXXI. can. 7. 70) *Ivo Pan.* III, 96. 71) *Codd. coll. o.* 72) sacerd. ergo: *DF Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; sacerd. vero: *GH Edd. coll. rel.* 73) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 74) si semp. orand. est: *deest: CDG;* est: *deest: F Ivo* 75) ergo: *deest: Ed. Bas.* 76) carend. est: *CDF* || can. 8. 77) *C. Gangrense hab. ao.* 355. *Versio Dionys. — cf. supra Dist.* XXX. *c.* 12. *ex vers. Hisp. — Anselm. ded.* XII. 27. 78) culpabiles: *Ans. [illegible] ded.* 79) existimat: *CD* 80) qui in regn. Dei intr. n. possint: *Anselm. ded.* || can. 9. 81) De eodem: *deest: AB;* ex eodem: *deest: FGH — versio Dionys. — cf. supra Dist.* XXX. c. 5. *ex vers. Hisp. — Burch.* VIII, 61.; *Ivo Decr.* VII, 79. 82) nupt. temerat: *orig. Ivo* 83) *ABCF* 84) prouideat anathema sit: *EGH* 85) prob. autem hoc auct.: *EGH* 86) *Ep.* 167. *scr. ao.* 458. *vel* 459. *in Leon. Opp. ed. Ballerini* I, 1416. *Jaffé no.* 320. *Anselm. dedic.* IV, 88.; *Regino* I, 97.; *Burch.* II, 114.; *Anselm.* VI, 201. (*in Cod. Vatic. deest*); *Ivo Decr.* VI, 68.; *Ivo Pan.* III, 106.; *Polycarp.* IV, 31, (32), 23.; *Caes.* VIII, 57. || can. 10. 87) *ABCH* — episc. et presbyt.: *deest: G* 88) *ABDEFGH Burch.* 89) licite: *Ans. dedic. Burch. Ans. Polyc.* 90) peruenerint: *Hisp. Ans. dedic. Reg. Ans. Polyc.* 91) ut iam: *GH Edd. coll. o.;* ut id: *Hisp.;* et ut: *Ans.* 92) sic: *deest: Ivo Pan.* 93) *ABC* (quasi non habentes), *DE* (quam hab.), *FGH Edd. Arg. Bas. Ven.* I. II. *Nor.;* — licet qui etc.: *Edd. rel.* 94) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. dedic. Reg. Burch. Ivo Decr. Polyc.* — castitas connubiorum: *Edd. rel. Ivo Pan.* 95) cesset operatio nupt.: *Corr. — Reg. Ans. Polyc.* || can. 11. 96) Leo VIII: *CD — imo est Humberti responsio scripta ao.* 1054. *qua de re cf. quae Corr. annotaverunt ad nostrum canonem et ad c.* 3. *Dist.* XVI. — *Ivo Pan.* III, 115. 97) *Codd. et Edd. coll. o.* 98) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 99) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 100) sicut et: *DEFGH Edd. coll. o. pr. Bas., ubi et deest* 101) Ap.: *deest: CD Ivo — I. Cor. c.* 9. 102) *ABCH Ivo;* sicut et frater Dom.: *Edd. coll. o.* 103) Iacobus et Cephas: *EG Ed. Basil.* 104) *Codd. coll. o.* 105) *ABCDFGH Ivo* 106) *Codd. coll. o.* 107) *Codd. coll. o. — cf. Dist.* XXXII. *c.* 18. 108) Et ideo his: *AB* 109) *ABCDEFH* || can. 12. 110) *cf. Socr. l.* I. *c.* 11.; *Sozom. l.* I. *c.* 23. — *Ivo Pan.* III, 85. 111) *DGH;* non dormir.: *ABEH* 112) *ABCEGH Ivo Pan.;* subdiac.: *deest: DF* 113) *CDEGH;* duxerint: *AB* 114) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo;* Phaunutius: *ABC Edd. coll. o. pr. Bas.;* Thaunutius: *H Ed. Bas.* 115) conf. est: *Ed. Bas.* 116) suasitque itaque: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 117) *ABC* 118) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo* 119) *AB orig.;* coniugalibus: *EG Ivo* 120) *DEFGH Ivo* 121) *Codd. coll. o. Ivo* 122) *ABCDEGH Ivo* || can. 13. 123) ab amplexu: *EGH* 124) *imo c.* 13. *Synod. quinisext. hab. ao.* 692. — *Ivo Pan.* III, 86.; VI. synodo: *AB*

cognouimus, eos, qui ordinati[125] sunt diaconi uel presbiteri, confiteri[126a], quod iam non suis[127] copulentur uxoribus: antiquum[128b] sequentes canonem apostolicae diligentiae et constitucionis[129c], sacrorum uirorum legales nuptias amodo ualere uolumus[130], nullo modo cum uxoribus suis eorum conubia dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate ad inuicem in tempore oportuno. Quicumque ergo dignus[131d] inuentus fuerit subdiaconali[132e] ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hi[133f] nullo modo prohibeantur ad talem ascendere gradum pro uxoris suae[134g] cohabitatione; nec in[135h] tempore ordinationis suae profiteri[136] cogantur, quod abstinere debeant[137i] a legalis[138] uxoris[139k] familiaritate. *Item*[140l]: §. 1. Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum continentes esse in omnibus, ut a Deo possint consequi que simpliciter[141] postulant. §. 2. Si quis igitur[142] presumpserit contra apostolicos canones aliquos presbiterorum, diaconorum[143m] priuare a[144n] contactu et communione[145] legalis uxoris suae[146o], deponatur. §. 3. Similiter et presbiter aut diaconus, qui religionis causa uxorem suam expellit, excommunicetur; si uero in hoc permanserit, deponatur.

Gratian. *Hoc autem ex loco intelligendum est. Orientalis enim ecclesia, cui VI. sinodus regulam uiuendi prescripsit, uotum castitatis in ministris altaris non suscepit.*

Unde Stephanus Papa ait [in I. actione Sinodi, ab ipso in basilica Lateranensi congregatae][147]:

C. XIV. *Occidentalis, non orientalis ecclesia castitatis obtulit uotum.*

V. Pars. Aliter se habet orientalium ecclesiarum traditio, aliter huius sanctae Romanae ecclesiae. Nam eorum[148a] sacerdotes, diaconi atque[149] subdiaconi matrimonio* copulantur; istius[150] autem ecclesiae uel occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono[151] usque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi.

VI. Pars. Gratian. *Similiter et capitulum Nicolai ex loco consideratur, quia gens Bulgarorum nouiter conuersa ad fidem propositum sacrae religionis ex integro assumere nondum didicerat.* §. 1. *Quod autem in c. VI. sinodi*[152] *presbiter non legitimis nuptiis detentus punitur, non legales nuptiae secundae*[153] *intelligendae sunt, a quibus auctoritate canonica quilibet sacerdos debet esse inmunis. Illud autem Gangrensis concilii*[154]: "*Si quis discernit presbiterum coniugatum, etc.*" *similiter intelligendum est uel localiter traditum, uel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus suae ordinationis duxerat.* §. 2. *Illud quoque Martini Papae*[155]: „*Si subdiaconus secundam duxerit uxorem,*" *non dissimiliter intelligendum est. Primam enim uxorem ante subdiaconatum habere permittitur, qua defuncta uel castitatem professa promouetur iste ad subdiaconatum. Promotus autem, si secundas desiderauerit nuptias, sententiae Martini Papae subiacebit.*

DISTINCTIO XXXII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Seruanda est ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis.*

Unde Leo Papa[1] [ad Anastasium epist. LXXXII. cap. 3. et 4.] *ait:*

C. I. *Neque etiam subdiaconis conubium conceditur*[2].

Cum[3a] sacerdotum tam excellens est electio, ut hec, que in aliis membris ecclesiae non uocantur ad culpam[4b] in illis tamen habeantur[5] illicita[6]. Cum enim[7c] extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et filiorum procreationi studere sit liberum[8], ad exhibendam[9] tamen[10] perfectae continentiae puritatem nec subdiaconibus carnale[11] quidem conubium conceditur, ut et[12] qui habent sint tamquam non habentes, et qui non habent permaneant[13] singulares[14]. Quod si in hoc ordine, qui quartus extat[15d] a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, uel secundo[16e] tertioue seruandum est, ne aut leuitico[17f] aut presbiterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur[18g], qui se a uoluptate luxuriae[19h]* nec dum refrenasse[20i] detegitur.

[PALEA[21].

C. II. Item Gregorius Leoni Episcopo Catinensi, lib. III. epist. 34.[22].

Multorum relatione comperimus[23], hanc apud uos olim consuetudinem tenuisse, ut subdiaconi suis licite misceren-tur[24] uxoribus[25]. Quod ne denuo quisquam presumeret[26], a Seruo dei sedis nostrae diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, ut eodem tempore ii, qui iam uxoribus fuerant copulati, unum e duobus eligerent, id est, aut a suis uxoribus abstinerent, aut certe ministrare nulla ratione presumerent[27]. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit offitio, et usque in obitus sui tempus[28] notarii quidem gessit offitium, et a ministerio, quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. *Et post aliqua:* §. 1. De cetero uero fraternitas tua sit omnino sollicita, ut quos ad hoc[29] iam[30] offitium contigerit promoueri[31], hoc quam maxime diligenter

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXI. c. 13. a) presb. debere confiteri b) nos antiq. c) constitutiones d) diligens e) in subd. f) hic g) suae legitimae cohab. h) etiam i) cogatur .. debeat k) legal. propriae uxor. l) Item infra m) presb. et diacon. n) a: *deest* o) suae: *deest* — c. 14. a) earum — Dist. XXXII. c. 1. a) omnium sacerdot. b) vacant a culpa c) Nam quum extra d) est e) vel in secundo f) levitico ministerio g) aestimetur h) uxoria* i) frenasse

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * Matrimonio: Id est, possunt simul esse in sacris ordinibus et matrimonio iuncti. Nam neque illis, postquam ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium.

Dist. XXXII. C. I. * Uxoria: Sic emendatum est ex epistola Leonis et ceteris collectoribus, praeterquam Ivone in p. 6. c. 98. nam ibi est, ut antea apud Gratianum: *luxuriae.* Ex isto autem epistolae loco ostenditur, eo quoque tempore in multis ecclesiis eam fuisse consuetudinem, ut subdiaconi a propriis uxoribus abstinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatim omnibus ecclesiis praeceptum, quippe quum in Sicilia aliter observaretur, c. *nullum*, sup. dist. 28, et c. *ante triennium* dist. 31.

Dist. XXXI. can. 13. 125) ordinandi (μέλλοντας ἀξιοῦσθαι): *orig.* 126) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 127) suis: *deest: Ed. Bas.;* non: *deest: Ivo* 128) *ABCDEFH* 129) *ABDGH Ivo* 130) et amodo v. voluimus: *Ivo* 131) *AGH Corr. — orig. Ivo* 132) *Codd. coll. o. Ivo;* subdiaconi: *CDF* 133) *Codd. coll. o.;* hi prohibentur: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; hinc prohibentur: *Ivo* 134) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 135) *ABCDFGH Ivo;* in: *deest: E Ed. Bas.* 136) castitatem profit.: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 137) *Codd. coll. o.* 138) legali: *Ed. Bas. Böhm.* 139) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 140) *Codd. coll. o.* 141) suppliciter: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 142) ergo: *C. Ed. Bas.* 143) *Codd. coll. o.* 144) *Codd. coll. o. Ivo;* contractu: *Edd. Arg. Bas. Ven.* I. II. 145) a commun.: *CEGH* 146) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* || can. 14. 147) *In Conc. Later. hab. ao.* 769. *haec non leguntur, licet etiam ab Ivone Pan.* III, 84. *ex c.* 4. *act.* 1. *allegentur. Nobis quidem de Stephano* IX. *sentiendum videtur* († 1058) *quem de coelibatu sacerdotum Rom. eccl. (fortassis in conc. Rom. h. ao.* 1058. *cuius fragm. est ap. Mansium) nonnulla sanxisse testantur Petrus Damiani, Berthold. Constant., Leo Casinensis qui ad a* 1057: „per quatuor, *inquit,* continuos menses Romae moratns, ac frequentibus synodis clerum urbis populumque conveniens maximeque pro coniugio clericorum ac sacerdotum, nec non et consanguineorum copulationibus destruendis nimio zelo decertans." *ap. Watterich Vitae* I, 197. *cf. Jaffé pag.* 382. — *Ivo Pan.* III, 84. 148) *ABGH Ivo* 149) aut: *DF Edd. coll. o. pr. Bas.:* sacerdot., presbyteri diaconi, subdiaconi: *Ivo* 150) totius: *Ivo* 151) subdiaconis: *ib.* 152) *supra Dist.* XXVIII. *c.* 16. 153) nupt. sed secundae: *EGH* 154) *supra Dist.* XXVIII. *c.* 15. 155) *infra Dist.* XXXIV. *c.* 17.

Dist. XXXII. can. 1. 1) *Ep.* 14. *Ed. Baller. scr. ao.* 446(?). — *Jaffé no.* 189. — *Burch.* I, 5. (*can.:* in civitatibus); *ib.* II, 148. (*can.:* nam cum); *Ans.* VII, 147. (*can.:* nam quum extra) *Ivo Decr.* V, 59. (*can.:* in civitatibus); *ib.* VI, 98. VI, 221. (*can.:* nam quum extra) *Ivo Pan.* III, 100. (*can.:* ad exhibendum — Innocent. Anastasio Ep. Thessal.) 2) *cum in ABCD canon noster cum Dicto Gratiani quod exstat Dist.* XXXI. *post cap.* XIV. *coniunctus sit, omnis deest inscriptio* — carnale connub.: *EGH* 3) *ABC — cf. orig. Burch. lib.* I. *Ivo Decr.* V, VI, 98. 4) *ABG Corr. Burch.* I.; *Ivo* V, VI, 98. 5) habentur: *BDF* 6) *finis canonis ap. Burch.* I. *Ivon.* V. 7) *Codd. et Edd. coll. o.* 8) liber. arbitrium: *Hisp. Burch. Ans. Ivo* VI, 221. 9) ad exhibendum: *Ivo Decr.* VI, 96.; *Ivo Pan. (hoc loco canon incipit)* 10) tantae: *Ivo Pan.* 11) carnale: *deest: ib.* 12) et ii qui: *EGH* 13) sint tanquam singul.: *C;* sint singul.: *Ivo Pan., ubi hic est finis canonis* 14) sing. et (vel: *Ed. Bas.*) innupti: *Edd. coll. o. pr. Nor.* 15) *Codd. et Edd. coll. o.* 16) *ABDF* 17) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Decr.* VI, 98. 221. 18) *ABH Edd. coll. o.* 19) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* VI, 96.; voluntate: *AB* 20) *ABEGH Edd. coll. o. Burch.* II. *Ivo Decr.* VI, 98.; refrenare: *CD* || can. 2. 21) *Haec Palea deest: ABEGH; in margine scripta est: C* 22) *Ep.* 36. *lib.* 4. *Ed. Maur. scr. ao.* 594. — *Jaffé no.* 941. — *Ans.* VII, 148.; *Polyc.* IV, 31, (32), 41. — *cf. infra C.* XXVII. *qu.* 2. *c.* 20. 23) cognovimus: *Ed. Bas.* 24) misceantur: *Edd. coll. o.* 25) coniugibus: *orig. Ans. Polyc.* 26) praesumat: *Ed. Bas.* 27) *finis canonis in Polyc.* 28) tempora: *CDF Ed. Bas. Ans.;* in obitum sui temporis: *Edd. coll. rel.* 29) ab hoc off. removere: *Ed. Bas.* 30) iam: *deest: DF Ans.* 31) promovere: *D Ans.*

inspiciat, ne si uxores habent[32], miscendi se cum eis licentia potiantur, sed ad similitudinem sedis apostolicae eos cuncta obseruare sua nichilominus districtione[33] constituat.]

C. III. *Extra sacros ordines constituti ducant uxores et ab ecclesia stipendia accipiant.*

Item Gregorius Augustino Anglorum Episcopo, [cap. 2. ad secundam interrogationem][34].

Si qui uero[35] sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se non possunt continere, sortiri uxores debent, et stipendia sua exterius accipere[36], quia et de eisdem Patribus nouimus[37a] scriptum[38], quod diuidebatur[39] singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo[40] stipendio cogitandum atque prouidendum est, et sub ecclesiastica regula tenendi sunt, ut bonis moribus uiuant, et canendis psalmis[41] inuigilent, et ab omnibus illicitis et[42b] cor et linguam et corpus Deo auctore conseruent.

C. IV. *Subdiacono uxorem ducere non licet.*

Item Nicolaus Papa [I.] *Adoni*[43a] *Viennensi Archiepiscopo*[44a]

De illo clerico Alwico[45b] nomine, quem per ordines ecclesiasticos usque ad subdiaconatum[46] uixisse[47c] dicitis, cur uestra[48] auctoritate uxorem duxerit, miramur, eo quod nulli umquam (exceptis illis, quibus[49] ecclesiastica regula habere permittit) uxorem ducendi[50] licentiam damus[51].

C. V. *Non audiatur missa presbiteri concubinam habentis.*

Item Nicolaus Papa [II.] *omnibus Episcopis*[52].

II. Pars. Nullus missam audiat presbiteri[53], quem scit[54] concubinam indubitanter habere aut subintroductam mulierem. Unde etiam[55] ipsa sancta sinodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: Quicumque sacerdotum diaconorum[56a] etc., *sicut in subsequenti* cap. Alexandri* [II.] *continetur*[57].

C. VI. *Non est audienda missa presbiteri, qui concubinam habet.*

Item Alexander II.[58]

Preter hoc[59] autem precipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbiteri, quem scit concubinam habere indubitanter uel subintroductam mulierem. Unde etiam[60] sancta sinodus hec a capite[61a] sub excommunicatione statuit[62], dicens: §. 1. Quicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum[63b] post constitutum beatae memoriae predecessoris nostri sancti[64c] Papae Leonis aut[65d] Nicolai de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, uel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei et auctoritate apostolorum principum[66e] Petri et Pauli precipimus et omnino[67] contradicimus, ut missam[68f] non cantet, nec euangelium legat[69g] nec[70h] epistolam ad missam[71i], neque in presbiterio cum his ad diuina offitia, qui prefatae constitucioni obedientes[72] fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat[73]. §. 2. Precipientes etiam[74] statuimus, ut hi predictorum ordinum, qui eisdem predecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint, iuxta ecclesias, (sicut[75k] oportet religiosos clericos) simul manducent et dormiant, et quicquid eis ab ecclesia[76l] competit, hoc[77m] communiter habeant[78n*]. Deinde[81], ut decimae et[82] primitiae seu oblationes uiuorum et mortuorum ecclesiis Dei[83] fideliter reddantur a laicis, et ut[84] in dispositione episcoporum sint, quas qui[85] retinuerint[86], a sanctae ecclesiae communione separentur.

III. Pars. Gratian. *Verum principia harum auctoritatum contraire uidentur Ieronimo*[87o], *Augustino et ceteris, qui Christi sacramenta neque in bono, neque in malo homine fugienda demonstrant*[88p], *sicut subsequens causa simoniacorum plenius ostendit*[89q]. *Sed Urbanus II. in epist.*[90] *destinata preposito S. Vincentii*[91r] *hanc contrarietatem determinat dicens:*

§. 1. Ad hoc** uero, quod subiungitur in eadem epistola, id est, utrum sit utendum ordinationibus et reliquis sacramentis a criminosis exhibitis, ut ab adulteris uel sanctimonialium uiolatoribus uel huiusmodi? ad hoc, inquam, respondemus[92s]: Si scismate uel heresi ab ecclesia non separantur, eorumdem ordinationes et reliqua sacramenta sancta et ueneranda non negamus, sequentes[93] B. Augustinum[94], qui super Iohannem de huiusmodi tam copiose quam ueraciter disserit[95]. Ait enim: „Baptizat seruus bonus, siue seruus malus: nesciat[96t] se ille, qui baptizatur, baptizari, nisi ab eo[97u], qui dedit[98v] sibi baptizandi potestatem.“ Et paulo post: „Non horreat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem.“ §. 2.[99w] Attamen decessores[100] nostri Nicolaus et Gregorius a missis sacerdotum, quos tales reuera esse constiterit, fideles abstinere decreuerunt, et ut peccandi licentiam ceteris auferrent, et huiusmodi ad dignae penitentiae lamenta reuocarent. Scribit enim[101x] predecessor noster Gregorius[102] Radulfo et Bertolfo ducibus[103y] inter cetera: „Offitium simoniacorum et in fornicatione iacentium scienter nullo modo recipiatis, et quantum potestis tales a sanctis ministeriis[104], ut[105] oportuerit, prohibeatis,“ etc. §. 4. Porro ad hec, que tibi silogistice in eadem epistola obiciuntur, et[106z] si corpus et sanguis Christi

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXII. c. 3. a) Patrib., de quibus praefati sumus, novimus b) et: *deest* — c. 4. a) Odoni b) Alverico c) subd. caste vixisse — c. 5. a) sacerd. et diacon. — c. 6. a) hoc capitulum b) sacerdos, diaconus, subdiaconus c) sanctissimi d) ac e) beatorum f) missas g) legat: *deest* h) aut i) miss. legat k) eccl., quibus ordinati sunt, sicut l) ecclesiis m) hoc: *deest* n) habeant. Et rogantes* monemus, ut ad apostolicam, communem scilicet[79], vitam summopere pervenire studeant, quatenus perfectionem cum his consecuti, qui centesimo[80] fructu ditantur, in coelesti patria mereantur adscribi. Deinde .. o) Hieronym. et Aug. p) ostendunt q) demonstrat r) Iventii s) ita respondemus t) non sciat u) illo v) tenuit w) pot. Et infra. §. 2. x) hoc y) Rud. duci Sueviae et Bert. duci carentanorum z) id est

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Sicut in subsequenti: Haec clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quae proxime ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus II. in epist. quae exstat, omnibus episcopis catholicis scripsit, se in concilio, quod Romae habuit CXIII. episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander II. (ut ipse etiam testatur in epist. manuscripta) in concilio a se habito iisdem verbis repetivit. Quare in Panormia appellatur decretum Nicolai iunioris et Alexandri.

C. VI. * Et rogantes: Haec usque ad vers. *deinde,* addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio, Nicolai, in quo est praeterea sequens versic. *deinde,* qui in epist. Alexandri non est.

Pars III. ** Ad hoc: Hinc usque ad finem capitis omnia accepta sunt ex epistola Urbani II. L. [Lucio] praeposito S. Iuventii apud Ticinum, quae habetur in vetusto codice bibliothecae Vaticanae, cuius epistolae initium et magna pars habetur infra, c. *salvator.* 1. q. 3. atque in aliquot vetustis Gratiani codicibus est caput distinctum cum rubrica: *De eodem.*

Dist. XXXII. can. 2. 32) habeant: *Ed. Bas.* 33) districtione: *ib.* || can. 3. 34) *Ep.* 64. *lib.* XXII. *Ed. Maur. scr. ao.* 601. — *Jaffé no.* 1414. — *cf. not. ad Dist.* V. *c.* 1. — *Ivo Decr.* VI, 86. *Ivo Pan.* III, 108. 35) vero: *deest: Ivo Decr.* 36) accipiant: *Ivo Pan., ubi hoc loco est finis canonis* 37) *Codd. coll. o.* 38) *Act. Ap. c.* 2. 39) dividebant singulis: *Edd. coll. o.* 40) quoque: *Ivo Decr.* 41) psalmis: *deest: AB;* can. horis suis: *C* 42) *ABCDF Edd. coll. o.* || can. 4. 43) *EFGH Corr.* — *orig. Ivo Coll. tr. P.* 44) *Ep.* I. *ad Adonem Vienn.* (*scr. ao.* 864.) — *Jaffé no.* 2081. — *Ivo Decr.* VI, 119. (Stephanus Adoni); *Coll. tr. P.* I, 62, 45. 45) *ABCEG Edd. Arg. Ven.* I. II. *Nor. orig. ap. Mansi T.* XV. *Ivo Coll. tr. P.;* Albino: *D;* Alverico: *H;* Alvero: *Bohm.* 46) subdiaconum: *AB;* diaconatum: *orig.* 47) *ABCDEFGH Ivo Coll. tr. P.* 48) nostra: *orig.* 49) quos: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 50) ducere: *EGH;* habendi: *Edd. coll. o. pr. Bas.* — *Corr.* 51) dedimus: *orig. Coll. tr. P.;* dederimus: *Ivo* || can. 5. 52) *in Conc. Rom. hab. ao.* 1059. *c.* 3. — *Jaffé no.* 3332. — *Ans.* VIII, 40. *Ivo Pan.* III, 135. (Decr. Nicolai iunior. et Alexandri) 53) presbyt.: *deest: Ans.* 54) scit: *deest: ib.* 55) tam: *ib.* 56) *ABCF* 57) dicentis omnibus episcopis: *Ed. Bas.* || can. 6. 58) *in Conc. Rom. h. ao.* 1063. *c,* 3. 4. 5. — *Jaffé no.* 3385. — *Ivo Pan.* III, 135.; VIII. 142. 59) haec: *CDEH* 60) etiam ipsa: *AB;* et ipsa: *Ivo;* etiam: *deest: orig.* 61) *AB orig. ap. Mansi* 62) constituit: *Ed. Bas.;* posuit: *Ivo* 63) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo;* subdiac.: *deest: orig.* 64) *Codd. et Edd. coll. o.* 65) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.;* aut Nicol.: *deest: Ivo* 66) *Codd. et Edd. coll. o.;* princ.: *deest: orig.* 67) omnino: *deest: Ivo* 68) *Codd. coll. o. orig. Ivo* 69) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 70) *Codd. coll. o. orig.;* vel: *Ivo* 71) *ABCEGH;* missam cantet: *DF;* miss. dicat: *Ed. Bas.* 72) inobedientes: *Ivo* 73) suscip. quousque a nobis sententia super huiusmodi Deo concedente praecedat: *Ivo, ubi hoc loco est finis canonis.* 74) etiam: *deest: orig.* 75) *Codd. et Edd. coll. o.* 76) *AB orig.* 77) *ABCEGH* 78) *Codd. et Edd. coll. o.* 79) scilicet: *deest: orig.* 80) *Matth. c.* 13. 81) deinde: *deest: orig.* 82) et: *deest: orig.* 83) eccl. Dei: *deest: orig.* 84) ut ipsae in: *CDF Edd. coll. o.;* ut: *deest: orig.* 85) si: *Ed. Bas.* 86) tenuerit . . . separetur: *orig.* 87) *Codd. coll. o.* 88) *Codd. et Edd. coll. o.* 89) *ib.* 90) *Ep. Urbani* II. (1088–99.) *ad Lucium praeposit. S. Iuventii ap. Ticinum* — *Jaffé no.* 4308. 91) *ABCEFG Edd. Bas. Arg. Lugdd.;* Innocentii: *DH Edd. coll. rel.* 92) *Codd. coll. o.* 93) sequendo: *EGH* 94) *tract.* 5. *ad c.* 1. 95) dixerit: *DF;* asserit: *EGH* 96) *Codd. coll. o.* 97) *ib.* 98) *ib.* 99) *ib.* 100) praedecessores: *DGH* 101) *ABCFGH* 102) *Lib.* II. *Reg. Ep.* 45. 103) *Codd. et Edd. coll. o. orig. ap. Mansi* 104) mysteriis: *orig.* 105) ubi: *BDEFGH Edd. coll. o.;* vi, si: *orig.* 106) *ABCDFH*

non sunt, et alia, que prediximus, suae uirtutis effectum non habent[107 aa], quid agentibus obsunt? quod si habent, cur spernuntur, si[108] ab indignis[109 bb] presumuntur? Ad hec, inquam, respondemus ita: proprias quidem habent uirtutis[110] dignitates, ut prefatus Augustinus ait super Iohannem contra Donatistas; sed agentibus uel suscipientibus eadem sacramenta contra prefatorum Pontificum instituta, (nisi forte sola morte interueniente, utpote ne sine baptismate uel communione quilibet humanis rebus excedat), eis, inquam, in tantum obsunt, ut ueri[111 cc] ydololatrae sint, cum talibus et ordinationum, et sacramentorum confectio, et aliter quam premissum est scienter susceptio uehementer a sanctis canonibus prohibeantur. Ait enim Samuel[112] propheta: „Quoniam peccatum[113 dd] ariolandi est repugnare, et quasi scelus ydololatriae nolle adquiescere.“ Hec de malis catholicis, qui intra ecclesiam sunt. §. 4. Ceterum scismaticorum et hereticorum sacramenta, quoniam extra ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, scilicet Pelagii, Gregorii, Cipriani, Augustini, Ieronimi, formam quidem sacramentorum, non autem uirtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi uel eorum sacramentis initiati per manus inpositionem ad catholicam redierint unitatem. Sciendum uero est[114 ee], quod canones apostolorum[115] (quorum auctoritate orientalis et ex parte utitur Romana ecclesia), et[116] insignis martir Ciprianus, et LXXX. episcopi cum eodem baptisma hereticorum lauacrum diaboli appellant. Stephanus uero et Cornelius martires et Pontifices Romani, et uenerabilis Augustinus in libro de baptismate, eundem Ciprianum et prefatos episcopos ob hanc causam uehementer redarguunt, affirmantes baptisma siue ab heretico siue a[117 ff] scismatico ecclesiastico more celebratum[118] ratum esse; et merito, quia alia in baptismo, et alia in reliquis sacramentis consideratio est, quippe cum et ordine prior, et necessarior sit. Subito enim morituro prius baptismate, quam dominici corporis communione uel aliis sacramentis consulitur, et dum forte catholicus non inuenitur, satius[119] est ab heretico baptismi sacramentum sumere, quam in eternum perire. Et hanc sententiam prescriptorum Pontificum Cornelii et Stephani et Augustini, secuti sunt Siricius[120], Innocentius[121], Leo[122], Anastasius[123] et M. Gregorius[124] et omnis catholica ecclesia.

IV. Pars. §. 5. *Prohibentur ergo de manibus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non quin sint uera quantum ad formam et effectum, sed quia, dum huiusmodi sacerdotes se a populo contemptos uiderint, rubore uerecundiae facilius ad penitentiam prouocantur*[125 gg].

C. VII. *Qui uxorem ducere uoluerit, ante ordinem subdiaconatus hoc faciat.*

Item ex VI Sinodo[126], [cap. 6.]

Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, uoluerit nuptiali iure[127] mulieri copulari, hoc ante ordinem[128] subdiaconatus faciat.

C. VIII. *Lectores aut uxores ducant, aut continentiam profiteantur.*

Item ex Concil. Cartag. III. [cap. 19.][129]

Lectores cum ad annos pubertatis ueniunt[130 a], cogantur aut uxores[131] ducere, aut continentiam profiteri.

C. IX. *Subdiaconos continentiam obseruare*[132 a] *oportet.*

Item Gregorius Bonifatio Episcopo Regitano, [lib. III. epist. 5.][133]

Subdiaconibus tuis hoc, quod de singulis[134 b] statuimus, decreuimus[135 c] obseruari, nec illam diffinitionem nostram cuiusquam contumatia sinas aut temeritate corrumpi.

C. X. *Beneficio et offitio careant, qui post diaconatum uxoribus uacant.*

Item Urbanus II. in Sinodo apud Melfiam, [cap. 12.][136]

Eos, qui post diaconatum[137 a*] uxoribus uacare uoluerint[138 b], ab omni sacro ordine remouemus, offitio[139 c] atque beneficio ecclesiae carere decreuimus[140 d]. Quod si ab episcopo commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, ut eorum feminas mancipent seruituti. Si uero episcopi consenserint eorum prauitatibus, ipsi[141] offitii interdictione mulctentur.

C. XI. *Excludendi sunt a suorum graduum dignitate subdiaconi, et deinceps, si continentes esse noluerint*[142 a].

Item[143] *Dominico Grandensi*[144] *Patriarchae.*

Erubescant impii, et aperte intelligant[145] iudicio Spiritus sancti eos, qui in tribus[146 b] sacris gradibus[147 c], presbiteratu[148], diaconatu, subdiaconatu[149] positi[150 d], mulierculas non abiecerint[151 e] et caste non[152 f] uixerint, excludendos[153] ab eorundum[154 g] graduum dignitate. De manifestis quidem[155] loquimur: secretorum autem cognitor[156 h] et iudex est Deus.

Idem Meldensi Sinodo presidens ait, [cap. 3.][157 a]

C. XII. *Ad sacros ordines non accedat, nisi uirgo*[158], *aut probatae castitatis.*

Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut uirgo, aut probatae castitatis[159 b], et qui[160] usque ad subdiaconatum unicam et uirginem uxorem habuerit[161].

C. XIII. *In tribus gradibus constituti etiam ab uxoribus abstineant.*

Item in[162] *Cartaginensi Concilio* [V., c. 3.][163]

Placuit episcopos, presbiteros, diaconos* subdiaconos[164 a] secundum priora instituta[165 b**] etiam[166] abstinere

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXII. c. 6. aa) proprias non habent virtutis dignitates bb) indigno cc) vere dd) quasi peccat. ee) est: *deest* ff) a: *deest* gg) provocentur — c. 8. a) venerint — c. 9. a) servare b) Siculis c) decernimus — c. 10. a) subdiaconatum b) volunt c) officioque d) decernimus — c. 11. a) nolunt b) tribus: *deest* c) ordinibus d) sunt positi e) nisi mulieres abiecerint f) non: *deest* g) ab omni eorund. h) aut. et cognit. — c. 12. a) dixit b) probat. sit castitat. — c. 13. a) subdiac.: *deest* b) statuta

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * Subdiaconatum: Antea legebatur: *diaconatum.* Sed emendatum est ex aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, et ex ipso concilio, cuius unum exemplar est in bibliotheca Vaticana, et alterum missum est e Gallia. Diaconis enim nunquam in latina ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut usum ipsius, quos Siricius et Innocentius semper eadem continentiae lege cum episcopis et presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque post B. Gregorium et prohibitionem illam, quae continetur in c. *ante triennium,* sup. dist. 31. eadem lex fuit constituta, quam Urbanus II. hic innovandam statuit.

C. XIII. * Diaconos: Sequebatur: *subdiaconos:* quae vox sublata est, quoniam abest ab originali, et ab Africano, cap. 37. et a Carthaginensi graeco, cap. 71. et dist. 84. c. *quum de quorundam:* quamvis habeatur in Carthaginensi, codicis canonum c. 5.

** Secundum priora statuta: Graece est: *κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους,* et Balsamon interpretatur: *tempore vicis suae,* quod ab originali sententia alienum est.

Dist. XXXII. can 6. 107) *Codd. et Edd. coll. o.* 108) sicubi: *orig.* 109) *Codd. coll. o.* 110) virtutes: *EGH;* virtutes et dign.: *Edd. coll. o.* 111) *ABEGH Ed. Bas. orig.;* fere: *Corr.* 112) I. *Reg. c.* 15. 113) *Codd. coll. o.* 114) *Codd. coll. o.* 115) *can.* 45. 46. 47. 116) etiam: *CEFGH* 117) *Codd. coll. o.* 118) traditum vel celebr.: *EGH* 119) sanctius: *EGH Edd. coll. o.* 120) *Ep. ad Himerium cap.* 1. *scr. ao.* 385. — *Jaffé no.* 65. 121) *Ep. ad Victricium cap.* 15. *scr. ao.* 404. — *Jaffé no.* 85. 122) *Ep ad Rusticum Narbon. c.* 16. *scr. ao.* 458—459. — *Jaffé no.* 320. 123) *Ep. ad Anast. Aug. c.* 7. *et* 8. *ap. Thiel p.* 621. *sqq. scr. ao.* 493. — *Jaffé* (*ao.* 496) *no.* 464. 124) *Dialog. l.* II. *c.* 13, 125) *Codd. coll. o.* || can. 7. 126) *Ex synodo quinisexta hab. ao.* 692. *Ivo Pan.* III, 102.; *Coll. tr. P.* II, 11, 2. *cf. l.* I. X. *tit.* 14. *c.* 9. (*Innoc.* III.) 127) iure: *deest: AC Coll. tr. P.;* lege muliebri: *Ivo* 128) ordinationem: *AB Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 8. 129) *hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 126. *Ans.* VII, 61. 152. *Ivo Pan.* III, 111.; *Coll. tr. P.* II, 17, 11.; *Caes.* VIII, 58. 130) *ABEGH Edd. coll. o. Ivo;* pubertat. suae: *GH* 131) uxorem: *DF* || can. 9. 132) *ABDEGH* 133) *Ep.* 5. *lib.* 4. *Ed. Maur. scr. ao.* 593. — *Jaffé no.* 910. — *Ivo Pan.* III, 99. 134) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 135) *ABD Ivo* || can. 10. 136) *hab. ao.* 1089. — *Ivo Pan.* II, 101. 137) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. pr. Arg.* (subdiaconatum) *Ivo;* in subdiaconatu: *orig.* 138) *ABCDFH* — *orig. Ivo* 139) *BC orig.;* officio quoque: *EGH* 140) *ABH Ivo* 141) ipsius: *Edd. coll. o. Ivo* || can. 11. 142) *ACDF;* subdiaconi et deinceps a suis gradibus deiiciantur: *EGH;* — *B:* deinceps incontinentes 143) *Est Ep. Alexandri* II. (1061—73.) — *Jaffé no.* 3503. — *cf. Berard.* II, 2, 361. — *Ivo Pan.* III, 103. (Domin. Patr. Gradensi) — *cf. c.* 1. X. (I, 14.) *ubi eadem Urbani* II. *nomine proferuntur* 144) *Haec vox in Codd. valde est corrupta;* Grandensi: *B;* Gangrensi: *AC Ed. Basil.;* Gandensi: *DEGH;* Gradensi: *Böhm.* 145) nos intellig.: *Ivo* 146) *ABCFH Edd. coll. o. orig. Ivo* 147) *ABC Edd. coll. o. Ivo* 148) scilicet presbyt.: *D orig.* 149) et subdiac.: *orig.;* subdiac.: *deest: BD* 150) *Codd. coll. o. orig. Ivo* 151) *AB Ivo orig.* (*ubi tamen* abiecerunt *legit.*); si mul. non abiec.: *Codd. coll. o.* 152) *ABCEGH orig. Ivo* 153) excludere: *orig. Ivo* 154) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo* 155) quidem: *deest: orig.* 156) *Codd. coll. o. orig.* || can. 12. 157) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* — *Non est synod. Meld. neque sub Alexand.* II. *habit.* — *imo Urban.* II. *in Synodo Melphiensi hab. ao.* 1089. — *Ivo Pan.* III, 104. — *cf. c.* 9. X. (I, 14.) 158) aut virgo: *EGH* 159) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 160) quod: *EG* 161) habuit: *H Ed. Bas.* || can. 13. 162) ex: *EGH* 163) *Conc. Carthag.* VI. *hab. ao.* 401. *cf. Maassen Gesch.* I, 162.; *Hefele Conc. Gesch.* I, 68. 70. *cf. Dist.* LXXXIV. *c.* 4. *Ivo Pan.* III, 105, *Coll. tr. P.* II, 19, 3. (*can.:* praeterea quum de quorund.) 164) *ABDEFGH Edd. coll. o. Ivo* 165) *ABC;* priorum instituta: *EGH* 166) et: *Ivo*

ab uxoribus: quod nisi[167] fecerint, ab ecclesiastico remoueantur offitio, ceteros uero clericos ad hoc non cogi[168], sed uniuscuiusque[169c] ecclesiae[170] consuetudinem obseruari debere.

C. XIV. *In minoribus ordinibus constituti uxores ducant, nisi uoto et religioso habitu prohibeantur*[171a].

Item Leo [IX.] *contra epistolam Nicetae Abbatis*[172].

Seriatim et aperte prosequamur[173b], quod[174c] sancta Romana ecclesia in[175] gradibus clericorum ait[176d]. Clericos hostiarios[177e], lectores, exorcistas, acolitos, si extra uotum et habitum monachi inueniantur et continentiam profiteri noluerint[178], uxorem ducere uirginem cum benedictione sacerdotali permittit[179], non autem uiduam aut repudiatam, quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt, nec[180f] laicus nisi[181g] uirginem sortitus uxorem aut bigamus ad clericatum, uel[182h] si quis ex prefatis ordinibus desiderat, ad subdiaconatum ascendere[183] non potest[184i] sine consensu uxoris suae, ut fiat de carnali deinceps spirituale coniugium, nemine eos cogente[185k]. Neque permittitur postea uxor iungi eidem marito suo carnaliter, nec cuiquam nubere in uita aut post mortem illius.

C. XV. *Non liceat clericis alterius sectae uxorem accipere.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [cap. 14.][186]

Quoniam in quibusdam prouinciis concessum est[187] lectoribus et psalmistis uxores ducere, constituit[188a] sancta sinodus, non[189] licere cuiquam ex his accipere sectae alterius uxorem.

C. XVI. *Non habitent cum clericis mulieres, nisi que naturali federe omnem suspicionem excludunt.*

Item Niceni Concilii, [c. 3.][190a]

V. Pars. Interdixit per omnia sancta[191] sinodus, non episcopo, non presbitero, non diacono, non subdiacono[192b] non[193c] alicui omnino, qui in clero est, licere[194] subintroductam mulierem habere, nisi forte aut[195] matrem, aut sororem, aut amitam, aut etiam* eas idoneas[196] personas, que fugiant[197] suspiciones.

[PALEA[198]*.

C. XVII. Item Ieronimus ad Nepotianum de uita clericorum, et alibi[199].

Hospitiolum tuum aut raro, aut numquam mulierum pedes terant. §. 1. Quia non potest** toto corde cum Deo habitare, qui feminarum accessibus copulatur. §. 2. Femina*** conscientiam secum pariter habitantis exurit. §. 3. Numquam de formis mulierum disputes. §. 4. Feminae nomen tuum nouerint****, uultum[200] nesciant. §. 5. Feminam, quam bene uideris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia†. §. 6. Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere.]

C. XVIII. *Presbiter uxorem suam quasi sororem diligat et quasi hostem fugiat*[201].

Item Gregorius in Dialog. lib. IV. [cap. 2.][202]

Presbiter quidam commissam sibi regebat ecclesiam cum magno timore Domini, qui ex tempore accepti ordinis[203] presbiteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius non[204] sinebat accedere, eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens[205], ab ea sibi communionem funditus familiaritatis[206] abscidit[207].

Gratianus. *Presbiteram uero quam debeamus accipere, Laudicense Concilium,* [c. 11.][208] *ostendit, dicens:*

C. XIX. *Viduae uel seniores presbiterae appellantur.*

Mulieres[209]* que apud Grecos presbiterae appellantur, apud nos autem[210a] uiduae, seniores, uniuirae et matricuriae[211] appellantur, in ecclesia tamquam ordinatas constitui non debere[212].

DISTINCTIO XXXIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Ecce, quod in sacris ordinibus constituti uxores habere non possunt, uel si bigami aliqui inuenti fuerint, ad sacros ordines ascendere*[1] *non ualent. Sed queritur, si quis preter uxorem concubinam habuerit, utrum in sacerdotem promoueri ualeat? Talis*[2] *a sacris ordinibus auctoritate canonum Apostolorum*[3] *prohibetur, in quibus* [cap. 17.] *sic statutum legitur:*

C. I. *Secundis nuptiis post baptisma copulatus, aut concubinam habens, ad sacrum ordinem conscendere non ualet*[4].

Si quis post acceptum[5] sacrum[6a] baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus aut concubinam habuerit, non potest fieri[7] episcopus, nec sacerdos, nec[8b] diaconus, aut prorsus ex numero[9c] eorum, qui ministerio* sacro deseruiunt.

Gratian. *Deseruientes sacro ministerio intelliguntur subdiaconi, qui calicem diacono offerunt, et acoliti, qui cum cereis diacones precedunt, unde ceroferarii*[10d] *dicuntur, qui etiam uinum et aquam preparando calici subministrant. Concubina intelligenda est preter uxorem, ut iste sit sensus capituli:* „Si

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXII. c. 13. c) secundum uniuscuiusque — c. 14. a) uxorem .. voto aut .. b) prosequemur c) quid d) agat e) cleric. tantum ostiar. f) quia nec g) non h) Quod i) nequibit k) ad hoc cogente — c. 15. a) statuit — c. 16. a) in Nicaeno Concilio b) non subd.: *deest* c) vel — c. 19. a) autem: *deest* — Dist. XXXIII. c. 1. a) sacrum: *deest* b) non presbyter aut diac. c) ex numero: *deest* d) unde et cerof.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVI. * **Aut etiam:** Graece est: ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν, id est: *vel eas tantum personas, quae omnem fugerint suspicionem.*

C. XVII. * **Hospitiolum:** Caput hoc habetur in multis manuscriptis, et sine Paleae nomine. Est autem collectum ex variis B. Hieronymi locis, in quibus de uitanda mulierum consuetudine agitur.

** **Non potest:** In epistola ad Oceanum, quae non putatur esse B. Hieronymi, legitur: *Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, etc.*

*** **Femina:** Ibidem paulo superius: *flammigero igne percutit femina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta mentium.*

**** **Noverint:** Antea legebatur: *feminae nomen tuum nesciant.* Emendatum est ex aliquot manuscriptis, et ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.

† **Frequentia:** In epistola ad Oceanum est: *frequentes ornatu.*

C. XIX. * **Mulieres:** Sic habet prisca[209] versio. Graece: περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίαις καθίστασθαι. Id est: *Quod non oporteat eas, quae presbyterae vel praesidentes dicuntur, in ecclesia collocari,* quae est Dionysii versio, praeterquam in ultimis verbis. Ille enim habet: *ecclesiis ordinari.* Et videndus est Balsamon ad eum locum.

Dist. XXXIII. * **Ministerio:** Graece: τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, id est: *qui sunt in catalogo sacerdotali.*

Dist. XXXII. can. 13. 167) si non: *CDEFGH* 168) cogi praecipimus: *EGH* 169) *ABCEGH* 170) eccl.: *deest: Hisp.* || can. 14. 171) *Codd. coll. o.* 172) *Imo ex respons. Humberti legati Leonis* IX. *contra Nicetam scr. ao.* 1054. *cf. supra ad Dist.* XVI. *c.* 3. — *Ivo Pan.* III, 107. (Leo XI. adv. Nicet. Abbat.) 173) *Codd. coll. o.* 174) *ABCEGH Ivo* 175) de: *CD Edd. coll. o. pr. Bas. Ivo* 176) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 177) *Codd. et Edd. coll. o.;* clericos enim est.: *Ivo* 178) nolunt: *A Ivo* 179) permittimus: *E Ed. Bas.;* permittuntur: *Edd. coll. rel. Ivo* 180) *BCDF Ivo* 181) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 182) *Codd. et Edd. coll. o.* 183) accedere: *Ivo* 184) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 185) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* || can. 15. 186) *hab. ao.* 451. — *versio Dionys.* — *Ivo Pan.* III, 110.; *Coll. tr. P.* II, 10. 14. (*can.:* continenter) 187) quia . . . conceditur: *Coll. tr. P.* 188) *Codd. coll. o. Ivo* 189) prorsus non: *Coll. tr. P.* || can. 16. 190) *Codd. coll. o.* — *hab. ao.* 325. *versio Dionys.* — *Ans. dedic.* II, 173.; *Regino* I, 91.; *Burch.* II, 109.; *Ans.* VI, 202. (199.) *Ivo Decr.* VI, 186. *Ivo Pan.* III. 112.; *Coll. tr. P.* II, 1, 3. (*vers. Hisp.*); *Caes.* VIII, 63. 191) sanct. magna synod.: *orig. Ans. dedic. Reg. Burch. Ivo Decr.* 192) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Arg.* 193) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* nec: *Ans. dedic.* 194) lic.: *deest: Ans.* 195) aut: *deest: orig. Ans. dedic. Reg. Burch. Ans. Ivo Decr. Ivo Pan.* 196) eas: *deest: A;* etiam eas: *deest: C;* vel eas tantum person.: *orig. Ans. dedic. Reg. Burch. Ans. Ivo Decr.* 197) effugiunt: *orig. Burch. Ans. Ivo Decr.:* suffugiunt: *Ans. dedic. Reg.;* fugiunt: *Ivo Pan.* || can. 17. 198) Haec Palea deest: *ABEH* — in margine scripta est: *C; cf. Rufinus in Summa:* Hospitiolum tuum etc. usque presbyter paucapalea ex auctoritate Ier. apposuit (*Schulte* 13.) *Paleam esse notaverunt porro: Huguc.* (*ib.* 14.) *Summa Paris.* (*ib.*) *cum tamen Summa Huguc. nulla Paleae mentione facta commentationem adiiciat* 199) *inscr. in Codd. coll. o. est:* Item Hieronym. de eodem. — *pr. can. ex Epistola ad Nepot.*, §. 1. *ex Ep. ad Oceanum, quae tamen Hieronymi non est, excerpta est.* 200) noverint vultum: *deest: CDG Edd. coll. o.* || can. 18. 201) Presb. quidam . . . . diligebat . . . . fugiebat: *GH* 202) *Ivo Pan.* III, 114. (*can. continuatur*) 203) ordinationis acceptae: *orig.* 204) nunquam: *orig. Ivo* 205) permittebat: *EF Edd. coll. o. pr. Bas.* 206) communiones . . familiaritates: *EGH* 207) absciderat: *orig. Ivo* || can. 19. 208) *habet. inter a.* 343. *et* 381. *cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 731 *sqq.* 209) *Imo est versio Hisp.* 210) *ABDEGH Edd. coll. o.* 211) matriculariae: *AD Hisp.* — *Bohm.* 212) debere decrevimus: *EGH*

Dist. XXXIII. Pars. I. 1) accedere: *CE* 2) tales . . . prohibentur: *CDEFGH* || can. 1. 3) *ap. Hefele* I, 779. *Ans.* VI, 148.; *Ivo Decr.* VIII, 287. 4) ord. non accedat: *EGH* 5) accept.: *deest: Ivo* 6) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. pr. Bas.* (sanctum); *Ans.* 7) esse: *Corr. Dionys. Ivo* 8) *Codd. coll. o. Ans.* 9) *ABCDEGH Edd. coll. o. Ans. Ivo* 10) *ABCEGH*

quis post acceptum sacrum baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit"[11e]*: distinguendum est, antequam uxorem duxerit, siue post mortem uxoris.*

Unde B. Gregorius ait*[12]:

C. II. *Duarum matronarum maritus post baptismum clericus non ordinetur.*

Maritum duarum matronarum post baptismum clericum non ordinandum censuimus[13a]; neque[14] eum, qui unam[15] quidem concubinam[16b], uel[18c] meretricem in matrimonio[19d] assumpsit[20e]; nec illum[21f], qui semetipsum abscidens quodlibet membrum[22g] indignatione aliqua uel iusto, uel iniusto[23] tenore[24h] superatus truncauerit; nec illos[25i] qui usuras accepisse conuincuntur, aut in scena lusisse noscuntur[26k]; nec eum, qui publica penitentia mortalia crimina defleuit[27]; neque illum, qui in furiam aliquando uersus insaniuit, uel afflictione diabolica[28l] uexatus[29] est; neque eum, qui per emptionem[30m] ad[31] imitationem Simonis Magi pecuniam obtulerit[32].

C. III. *Arrepticii uel epileptici sacris altaribus non ministrent.*

Item Pius Papa[33].

II. Pars. Communiter diffinimus, ut nullus de his, qui aut in terra[34a] arrepti a demonibus eliduntur[35] aut quolibet modo[36] uexationis incursibus efferuntur, uel sacris audeant[37] ministrare altaribus[38], uel indiscusse[39] se ingerant sacramentis diuinis, exceptis illis, qui corporum[40b] incommoditati[41c] dediti sine huiusmodi passionibus in terra[42d] probantur[43] elisi: qui tamen et ipsi tamdiu erunt ab offitii sui et[44e] ordine et loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem episcopi inueniantur ab incursu demonum liberati[45].

C. IV. *De eodem.*

Item Nicolaus Papa[46]*.

Clerici, qui in adolescentia a demonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem sacri regiminis gradum accedere[47a] non possunt.

C. V. *De eodem.*

Item Gelasius Papa [I. epist. ad uniuersos Episcopos per Lucaniam constitutos, 19.][48]

Usque adeo sane comperimus illicita queque prorumpere, ut demonibus[49] similibusque[50] passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare[51] tribuatur[52]. Quibus[53] si in hoc opere positis aliquid propriae necessitatis occurrat[54], quis fidelium[55] de sua salute confidit[56a], ubi ministros ipsos humanae curationis tanta prospexerit[57] calamitate uexari? Atque ideo necessario remouendi sunt, ne quibuslibet[58], pro quibus Christus mortuus est, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore sauciatum fortassis[59] aut debilem nequaquam sancta contingere lex[60] diuina permisit[61], quanto magis doni celestis dispensatores esse[92] non conuenit (quod est deterius) mente percussos[63b]?

C. VI. *Qui tempore baptismi uxores habent, si postea religiose uixerint, clerici fieri non prohibentur.*

Item Innocentius Papa [I. Felici Episcopo Nucerino, epist. IV. c. 4.][64]

III. Pars. Laici[65], qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt[66], ut in nullo opinio eorum uacillet, aut[67a] clericis iuncti sunt[68b], aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, adheserunt[69c], si non concubinam, si non[70d] pellicem norunt[71e], si in bonis[72f] operibus uigilauerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

IV. Pars. Gratian. *Ceterum ante susceptum sacrum ordinem quosdam legimus concubinam habuisse, quos tamen sacri canones non reiciunt, si post sacrum ordinem ab eius commixtione se*[73g] *immaculatos custodiunt.*

Unde Gregorius Andreae Tarentino Episcopo, [lib. II. epist. 44.][74]

C. VII. *De quodam episcopo, qui ante sui episcopatus apicem concubinam habuit.*

Habuisse te concubinam[75] manifesta ueritate comperimus*, et te illius criminis participationem habere[76a] de qua etiam contraria est quibusdam nata[77] suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuae conscientiae committendum eligimus. Qua de re, si in sacro ordine constitutus eius te recolis permixtione maculatum[78b], sacerdotii honore deposito ad ministrandum nullo modo presumas accedere: sciturus in animae tuae periculo te[79] ministrare, et Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si huius[80] sceleris conscius in eo quo es ordine celans ueritatem permanere uolueris.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXIII. c. 1. e) duxerit — c. 2. a) censuimus: *deest* b) sed concubin. c) non matronam habuit; nec illum qui viduam aut[17] repudiatam vel d) matrimonium e) assumserit f) eum g) semetipsum quolibet corporis sui membro indign. h) timore i) illum k) convincitur .. dignoscitur l) diaboli m) ambitionem — c. 3. a) terram b) corporis c) incommoditatibus d) terram e) et: *deest* — c. 4. a) ascendere — c. 5. a) confidat b) perculsos — c. 6. a) ut aut b) sint c) adhaeserint d) si: *deest* e) noverint f) in omnibus bonis g) sese — c. 7. a) et te illius criminis participat. habere: *deest* b) permixtione esse recolis maculatum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. ** Gregorius: Hoc caput sumtum est ex cap. 72. libelli de ecclesiasticis dogmatibus, qui inter opera B. Augustini editus est, atque ex eo alibi saepissime ab ipso Gratiano citatur. A Trithemio autem adscribitur Alcuino, ab aliis Isidoro. Sed plures et maioris auctoritatis Gennadio tribuunt, et Valfridus Strabo lib. de reg. eccl. cap. 20., Petrus Lombardus sent. 2. dist. 8., S. Thomas quodlib. 12. art. 10., Platina in Symmacho, et alii.

C. IV. * Simile quiddam habetur in concilio Arausico 1. c. 16. Ivo citat Nicolaum Aluvino Iovanensi archiepiscopo, ad quem etiam fortasse scribitur c. *quorundam*, infr. dist. 34.

C. VII. * Comperimus: Sequebatur: *et te illius criminis participationem habere*, quae verba sunt etiam in editione operum B. Gregorii Frobeniana. Verum sublata sunt, quoniam absunt et ab aliis editionibus, et a ceteris collectoribus, et a Ioanne Diacono, lib. 3. num. 43. vitae eiusdem Gregorii, omninoque sententiam perturbant.

Dist. XXXIII. can. 1. 11) *Codd. coll. o.* || can. 2. 12) *Jaffé litt. spuriae no.* CCXLIII. *Anselm.* VII, 26.; *Ivo Decr.* VIII, 295.; *Polycarp.* II, 31, 32. — *apud omnes:* Augustinus de eccl. regul. 13) *ABCDF Ed. Bas.;* esse censuimus: *EGH;* censemus: *Edd. coll. rel.* 14) sicque: *Anselm.* 15) eum quidem qui unam concub. vel meret. in matrim. assumserit (assumsit: *Ed. Bas.*): *Edd. coll. o.;* qui unam concubinam non matronam habuit: *Anselm.* 16) *Codd. coll. o. Polyc.* 17) viduam aut: *deest: Ivo* 18) *Codd. et Edd. coll. o.;* nec meretricem nec viduam sumsit: *Ivo* 19) *ABCDF Ans.* 20) *Codd. coll. o. Polyc.;* sumsit: *orig. Ans. Ivo* 21) *ABEFGH* 22) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 23) aliq. iusto iniustoque: *Ivo* 24) *ABCDFG Polyc.;* timore: *EH Ivo;* amore: *Ans.* 25) *Codd. et Edd. coll. o.* 26) *Codd. coll. o.* — probatur: *Ivo;* noscitur: *Ans. Polyc.* 27) deflet: *orig. Ans. Ivo Polyc.* 28) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 29) tentatus: *Ivo* 30) *ABCDFH* — pro ordinatione: *Corr.* 31) ac: *Ed. Bas.* 32) offert: *orig. Ans. Polyc.;* offert expetendo honorem: *Ivo* || can. 3. 33) Pius P. Felici Ep. cap. III.: *EGH Ed. Bas.; Non est Pii Epistola — cf. Jaffé lit. spur. no.* L. — *imo c.* 13. *Concil. Toletani* XI. *hab. ao.* 675. *ap. Bruns* I, 315. — *qui error debetur Burchardo* III, 72. (*can.:* Bene siquidem.) — *Ivo Decr.* II, 125. (*eod. modo*); *Polyc.* IV, 31, (32.) 7. (*eod. modo*) 34) *BCDEFH Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 35) deliduntur: *Burch.* 36) quibuslibet vex.: *EGH Ed. Bas.* 37) audeat . . . ingerat: *Ed. Bas.* 38) altaris: *orig.* 39) indiscussi: *orig. Polyc.;* indiscussis: *Burch.* 40) *ABCDFH Burch. Ivo Polyc.;* qui variis corporis: *orig. Hisp.* 41) *ABCDF Codd. coll. o. Polyc.;* incommoditate: *H* 42) *ABCDFH Edd. coll. o.* 43) approbantur: *orig. Burch. Polyc.* 44) *BCEGH Polyc.;* officio suo et: *A Ed. Bas. Ivo* 45) alieni: *orig. Burch. Ivo Polyc.* || can. 4. 46) *Ep. Nicolai* (858—67.) *ad Adalvin. Iuvaviens. — Jaffé no.* 2152. *cf. ad Dist.* XXVII. *c.* 6. — *Ivo Decr.* XI, 104. *Coll. tr. P.* I, 62, 20. 47) *ABEG Ed. Bas. Ivo Coll. tr. P.* || can. 5. 48) *scr. ao.* 494. *ap. Thiel p.* 372. — *Jaffé no.* 391. — *Regino* I, 426.; *Burch.* II, 20.; *Ivo Decr.* II, 88.; *ib.* VI, 40. 49) daemoniis: *EH orig.* 50) aliisque: *Ivo* II. 51) tractanda tribuantur: *Ivo* VI., *ubi seqq. desunt usque ad:* si corpore sauciat. 52) tribuantur: *DEFGH Edd. Bas. Par.* 53) Quod: *Ivo* II. 54) occurrerit: *ib.* 55) de sua fideliumque: *EGH Edd. coll. o.;* de sua ac fidelium: *Ivo* II. 56) *Codd. coll. o.;* confidet: *orig.* 57) perspexerit: *orig. Ivo* II. 58) *inde a voce:* quibuslibet *usque:* si corpore *omnia desunt: Regino Burch.* 59) fortass.: *deest: Reg. Burch. Ivo* VI. 60) *Levit. c.* 21. 61) prohibet: *Reg.;* permittit: *Ivo* II. 62) esse: *deest: Reg.* 63) *ABCDF Ivo* II.; percussus: *H;* quod deterius mente percussus est: *EG* || can. 6. 64) *Ep. incerti temporis ad Felicem Ep. Nucerianum scripta — Jaffé no.* 111. — *Ans.* VII, 34. (*can. continuat.*) *Ivo Decr.* VI, 96. (*in medio canonis:* de laicis vero — *can. continuatur*); *Ivo Pan.* III, 45. (*can. continuatur*); *In Edd. Bas. Lugdd.* (*et etiam in D manu tamen posterioris aetatis*) *inscr.:* Felici Episcopo Capuano, *quod ex eo venisse videtur quod in o. Codd. coll. et Panorm. legitur:* Felici Ep. cap. IV. (*sive* cap. III.) — *in Ivonis Decr. profertur ex Ep.* ad Exsuperium. 65) Laici vero: *orig. Ivo Decr. Pan.* 66) instituerint: *A orig.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 68) *Codd. et Edd. coll. o.;* qui autem clerici iuncti sunt: *Ivo Pan.* 69) *ABDFGH;* haeserunt: *C;* haeserint: *orig. Hisp. Ans. Ivo Pan.* 70) *BEGH Edd. coll. o.;* sive: *ACF;* nec: *Ivo Pan.* 71) *ABCDFH; post:* uigilauerunt: *AB* 72) *Codd. coll. o.;* si in omnibus op.: *Ivo Pan.* 73) *Codd. coll. o.* || can. 7. 74) *Ep.* 45. *lib.* 3. (*Ed. Maur.*) *scr. ao.* 593. — *Jaffé no.* 885. — *Reg. Appdx.* II, 24. *Burch.* I, 195.; *Ans.* VIII, 12.; *Ivo Decr.* V, 310.; *Coll. tr. P.* I, 55, 81.; *Polyc.* IV, 39, (41,) 6. — *in omnib. canon incipit:* tribunal iudicis securus *et continuatur.*) 75) te siquidem concub.: *orig. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 76) *Codd. et Edd. coll. o. orig. in Ed. Maur. Coll. tr. P. — ast in EGH et Ed. Bas. add.:* cognovimus 77) innata: *EGH* 78) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 79) te: *deest: Reg. Ans. Coll. tr. P. Polyc.;* periculum te: *Corr.* 80) huiusmodi: *Ed. Bas. Ivo Polyc.*

DISTINCTIO XXXIV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Domesticarum quoque personarum immoderatam familiaritatem episcopum uitare oportet.*

Unde Nicolaus *Papa Adaluino Archiepiscopo*[1a]:

C. I. *Etiam consanguinearum inmoderatam familiaritatem uitare episcopum oportet.*

Quorumdam relatione fidelium nostris auribus intimatum est, quod Lanfredus[2] episcopus, qui et iuuenis esse[3] dicitur, uenationi sit deditus, quod uitium plurimos etiam[4] de clericali catalogo, genere[5] dumtaxat Germanos et Gallos, irreuerentes[6b] implicat. Verum iste (si ita est, ut audiuimus) merito iuuenis dicitur, qui iuuenilibus desideriis occupatus nulla[7] grauitate constringitur[8c]. Nam (ut B. dicit Ieronimus[9] uenatorem numquam legimus sanctum[10]. Nichilominus[11d] autem de hoc episcopo relatum est apostolatui nostro, quod cum quadam filia sua immoderatam teneat[12] familiaritatem, et ob id mala fama ei orta sit, pro qua re a sanctitate tua ceterisque coepiscopis suis ammonitus[13e] atque correptus[14] est, sed nullatenus emendatus; que res in hoc maxime displicet, et magis ac magis de se deteriorem reddit opinionem, in quo beatitudini[15f] tuae et coepiscoporum[16g] suorum rationibus non obedit, et per inobedientiam in culpam protoplasti[17] relabitur. §. 1. Oportet ergo fraternitatem tuam sinodale cum episcopis et suffraganeis tuis[18] conuocare concilium, et hunc salutaribus eloquiis episcopum conuenire, atque illi pastorali[19] auctoritate precipere, quatenus ab omnium bestiarum uel uolucrum uenatione penitus alienus existat, atque ab inmoderata filiae suae familiaritate[20] semet omnino coherceat. Quod si parere contempserit, et tam pro uenationis declinatione quam pro inmoderata filiae suae conuersatione uitanda[21] uobis ammonitenbus obedire distulerit, a uestro collegio excommunicatus abscedat. Quod si in hoc adhuc contumax apparuerit, a ministerio cessare debebit[22].

[PALEA[23].

C. II. Ex Concilio Epaonensi c. 4.[24a*]

Episcopum, presbiterum aut diaconum[25] canes ad uenandum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non licet[26]. Quod si quis talium personarum in hac uoluptate[27] sepius detentus[28] fuerit, si episcopus est, tribus mensibus a communione** suspendatur[29]; diaconus[30] uero[31] ab omni offitio et[32] communione suspendatur][33].

[PALEA[34*].

C. III.

Omnibus seruis Dei uenationes[35] et siluaticas uagationes cum canibus, et ut accipitres aut[36] falcones habeant[37] interdicimus.]

II. Pars. Gratian. *Concubina autem hic ea intelligitur, que cessantibus legalibus instrumentis unita est, et coniugali affectu asciscitur*[38a]*; hanc coniugem facit affectus, concubinam uero lex nominat. De hac dicitur in Concilio* Tolletano [I. c. 17.][39]

C. IV. *Qui non habet uxorem, loco illius concubinam licet habere*[40a].

Is, qui[41*] non habet uxorem, et pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen ut unius mulieris, aut[44] uxoris aut concubinae[45], sit coniunctione contentus.

C. V. *De eodem.*

Item Ysidorus *de distantia ueteris et noui testamenti*[46].

Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum aut uxorem, aut certe loco uxoris (si coniux deest) concubinam.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXIV. c. 1. a) ad Albinum Archiepiscopum b) irreverenter c) constr. Et infra. d) sanct. Et infra e) commonitus f) beatitudinis g) et ceterorum coepisc. — c. 2. a) Aurelianensi IV.* — c. 4. a) Qui non hab. uxor. sed loco illius concub. a communione non repellitur.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXXIV. C. II. * Aurelianensi: Haec Palea etiam in decretalibus tit. *de cleric. ven.* cap. 1. citatur ex concilio Aurelianensi, et in Panormia ex cap. 8. Sed in Aurelianensibus, quae exstant, non est inventa. Burchardus et Ivo part. 6. cap. 288. citant ex Meldensi. Eadem vero sententia est in Agathensi, cap. 55. (quod etiam citat Ivo p. 5. c. 366. et p. 13. c. 30.) et in Epaunensi, cap. 3.

** A communione: In decretalibus legitur: *a communione, si presbyter, duobus, si diaconus, ab omni officio suspendatur.* Apud Burchardum est: *se a communione suspendat presbyter duobus, diaconus vero ab omni officio et communione suspendatur:* neque multo aliter apud Ivonem part. 6. et in concilio Epaunensi. In Agathensi autem et apud Ivonem part. 5.: *Se a communione suspendat; presbyter duobus mensibus se abstineat: diaconus vero*[31] *ab omni officio et communione cessabit.* Verum apud eundem Ivonem part. 13. ex concilio item Agathensi hoc modo legitur: *se a communione abstineat, presbyter duobus mensibus se abstineat, diaconus uno ab omni officio vel communione cesset.*

C. III. * Haec etiam Palea habetur eod. tit. *de cleric. ven.* c. 2. ubi ex eodem concilio Aurelianensi citatur, quemadmodum et apud Burchardum et Ivonem. Sententia iisdem paene verbis est in synodo Francica sub Zacharia papa, quae et conciliorum tomis est inserta et habetur lib. 5. Capit. cap. 2. et manuscripta etiam inter epistolas Zachariae in codice saepe memorato monasterii Dominicanorum.

C. IV. * Is, qui non: Integer concilii canon, qui apud Ivonem quoque et in Panormia refertur, est hic: *Si quis, habens uxorem fidelis, concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam habet*[42]*, a communione non repellatur: tamen ut unius mulieris, aut uxoris aut concubinae (ut ei placuerit), sit coniunctione contentus. Alias*[43] *vivens abiiciatur, donec desinat et ad poenitentiam revertatur.* Neque vero omne concubinarum genus eo etiam tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentilium imperatorum legatur, nihil opus est referre. Certe Iustinianus nov. 18. c. 5. (ut est apud Iulianum antecessorem) quasdam concubinas comparat quodammodo uxoribus, quae sine dotalium tabularum solennitate ductae fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum est, quod scripsit B. Augustinus in lib. de bono coniugali, et refertur infra 32. q. 2. c. *solet.* In quibus haec tria erant necessaria: primum. ut uterque esset solutus; deinde fides mutua, quod alteri non iungerentur, neque a procreatione filiorum abhorrerent: tertium, ut usque ad mortem in ea vitae coniunctione manendum sibi proponerent. Et in his quidem scribit B. Augustinus posse aliquo modo dici nuptias esse et connubium, quamvis sic habitam non audeat appellare uxorem, quia non intervenerant instrumenta dotalia et alia, quae iure civili et canonico requirebantur, ut esset legitima uxor: quod habetur in praedicta nov. 18. et infra 30. q. 5. c. *aliter.* Itaque huiusmodi mulieres, quum non essent uxores, vocabantur concubinae; sed ob illa tria, ac praecipue, quod in affectu maritali permanere statuerant, permittebatur ipsis communicare, habebanturque tanquam uxores minus solenniter ductae. Et hoc est, quod hic et in sequenti capite dicitur pro uxore et loco uxoris habere concubinam; idque Gratianus ipse ad finem capitis antecedentis §. *concubina.* indicavit. Nam concubinarum ad tempus adhibitarum, etiamsi filiorum procreandorum causa haberentur, plane illicitus erat concubinatus, quod asserit idem B. Augustinus c. *audite*, infra ead. et in eodem lib. de bono coniugali, cap. *concubina,* infra 32. quaest. 2.

Dist. XXXIV. can. 1. 1) *GH* — Alvin.: *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas. — Corr.;* Adluin.: *E;* Alduin.: *Ed. Bas. Est Ep. Nicolai ad Adaluinum Iuvav. Ep.* (*scr.* 858–67.) *Jaffé* no. 2153. *cf. supra ad Dist.* XXVII. *c.* 6. *Ivo Decr.* V, 353. (Alvino Iovanensi) *Coll. tr. P.* I, 62, 56. 2) Leufredus: *Ed. Bas.* 3) esse: *deest: Edd. coll. o. pr. Basil.* 4) etiam: *deest: DEFGH Ed. Bas.* 5) vel genere: *H Ed. Bas.* 6) *ABCEH Edd. coll. o. pr. Bas.; Ivo Coll. tr. P.;* et reverentes: *D* 7) null. senum gravit.: *Ivo* 8) *Codd. coll. o. — Coll. tr. P.* I, 62. 57. 9) *ad c.* 5. *Micheae et in Ps.* 90. 10) sanct. esse: *Ed. Bas.* 11) *Codd. coll. o.* 12) tenebat: *Coll. tr. P.* 13) *ABCEGH Edd. coll. o.; Coll. tr. P.* 14) correctus: *EGH* 15) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo Coll. tr. P.* 16) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 17) protoplasti: *DEFGH* 18) suis: *ABEGH Ed. Bas. Coll. tr. P.* 19) past. dignitate vel auct.: *Ed. Bas.* 20) pen. alien. ex. atque ab immod. fil. s. famil.: *deest: E?* 21) familiaritate vit.: *Coll. tr. P.;* vit: *deest: Ivo* 22) debet: *AB* || can. 2. 23) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. — Palea esse notatur in Summa Huguc.* (*Schulte p.* 15.) 24) *hab. ao.* 517. *ap. Bruns* II, 67. *Regino* I, 178. (*sine inscr. sed cum inscriptio canonis antecedentis sit:* Ex Conc. Meldensi; *Burch.* II, 216. (*in Ed. impr.* 213.) *in errorem ductus est ut huic capiti eandem apponeret inscriptionem; Ivo Decr.* VI, 288. (Ex Conc. Meldensi); *Ivo Decr.* XIII, 30. (Ex Conc. Agath.) *Ivo Pan.* III, 167. (Ex Conc. Aurel. *quam inscr. etiam Correctores probaverunt*) *Coll. tr. P.* II, 44. 1. (Ex Conc. Epaon.) *Sed. cf. c.* 1. *Comp.* I. *de cler. ven. — c.* 1. X. *h. t.* — *Maassen Gesch. d. Quell.* I, 203 *sq.* 25) Episcopis presbyteris atque diaconis: *orig. — Ivo Decr.* XIII. *Coll. tr. P.* (*omisso:* atque); Episcopo etc.: *Regino* 26) liceat: *orig. Regino Ivo Decr.* XIII.; aut huiusm. res: *deest: Ivo Decr.* XIII. *Coll. tr. P.* 27) voluntate: *Corr. orig. Regino Ivo Decr.* VI. XIII. *Coll. tr. P.* 28) detectus: *Corr. — orig. Reg. Ivo Decr.* VI. XIII. *Pan. Coll. tr. P. Comp.* I. *l. l.;* saepius: *deest: orig.* 29) se suspendat: *orig. Reg. Burch. Coll. tr. P.;* privetur: *Ivo Pan.;* abstineat: *Ivo Decr.* XIII. 30) si presbyter duobus diac.: *Ed. Bas.;* presbyter duobus mensibus: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* (*omissa voce:* abstineat.) 31) uno: *orig. Regino — Burch. Ivo Decr.* XIII. *Pan.;* uno mense a communi officio et a communione cessabit: *Coll. tr. P.* 32) vel: *Regino Ivo Decr.* XIII. 33) cessabit: *orig.;* suspend.: *deest: Reg.;* cesset: *Ivo Decr.* XIII. || can. 3. 34) *Haec Palea deest in Codd. coll. o.; Palea esse dicitur in Summa Huguc.* (*Schulte p.* 15.) — *Ex Concil. Germ.* I. *hab. ao.* 742. *c.* 2. — *Burch.* II, 217. (*in Ed. impr.* 214.); *Ivo Decr.* VI, 289. (*ut ap. Burch.:* ex c. Aurel. c. 3.) 35) Nec non et illas venationes. servis Dei interdicimus: *orig.* 36) et: *orig. Burch. Ivo* 37) non habeant (*omissa voce:* interdic.) *orig.* 38) *ABDFH* || can. 4. 39) *hab. ao.* 400. *ap. Bruns* I, 206. *Ivo Decr.* VIII, 64. (*can:* Si quis habet. — *continuatur.*) *Ivo Pan.* VI, 49. 40) *ABCD;* sibi (*A*) habere liceat: *EGH* 41) Si quis: *BEGH* 42) habeat: *Hisp.* 43) *add.:* vero: *ib.* 44) aut scilicet: *GH Ed. Bas.* 45) conc. ut ei placuerit: *Ivo Decr.* || can. 5. 46) *Ivo Decr.* VIII, 66. (Isid. de consonantia vet. et novi test.) *Ivo Pan.* VI, 58.; *Ceterum liber eiusmodi inter opera Isidori non exstat; similia tamen sunt lib.* II. *de differentiis spir. no.* 28.: *de offic. eccl. lib.* II. *c.* 19. *et lib.* I. *Sentent. c.* 20. *cuius titulus est:* de differentia testamentorum. — *cf. Berard.* III, 338.

[PALEA[47].

C. VI. Ex dictis Augustini in lib. VII. homiliarum, hom. 49.[48].

Audite carissimi, membra Christi et matris catholicae ecclesiae filii! Quod dico competentibus[49]* et fidelibus, audiant penitentes. Quod dico fidelibus, dico et competentibus, et penitentibus. Audiant catecumini, audiant omnes, omnes[50] timeant, nemo contempnat; sit mihi in consolationem[51] uester auditus, ne uobis sit[52] in testimonium dolor meus. Competentibus dico, fornicari uobis non licet, sufficiant uobis uxores[53]**; audiat Deus, si uos surdi estis, audiant angeli[54], si uos contempnitis. Concubinas uobis habere non licet; et si non habetis[55] uxores, tamen non licebit[56] uobis habere concubinas[57], quas postea[58] dimittatis, et ducatis uxores[59], tanto magis[60] dampnatio[61] uobis erit, si uolueritis habere uxores et concubinas.]

III. Pars. Gratian. *Ceterum, si non talis concubina fuerit, et etas illius, de quo agitur, futurae incontinentiae suspicionem auferre dignoscitur, apostolica concessione ad ordinem diaconatus prouehi potest.*

Unde Pelagius Papa scribit Florentino Episcopo[63]:

C. VII. *Qui post mortem uxoris de ancilla filios habuerit diaconus fieri permittitur*[64].

Fraternitatis tuae relatione suscepta, eius latorem secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus, castitatem tamen eum[65] priori non seruasse coniugio designasti. Et quamuis multa sint, que in huiusmodi casibus obseruari canonicae iubeat sublimitatis[66] auctoritas: tamen[67] quia defectus nostri temporis[68 a], quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur manere[69 b] censuram, et etas istius, de quo agitur, futurae incontinentiae suspicionem auferre dignoscitur, ut ad diaconatus ordinem[70 c] possit prouehi, concessisse[71 d] nos noueris[72 e]. §. 1. Micinam[73 f] uero ancillam eius, de qua se[74] post uxoris transitum filios habere confessus est, iubemus, ut[75] tua dispositione[76] cuicumque[77 g] monasterio continentiam professura tradatur*.

Gratian. *Hoc ex dispensatione misericordiae; ceterum ex rigore disciplinae intelligitur illud Aurelianensis*[78]** *Concilii:*

C. VIII. *Non admittatur ad clerum, qui preter uxorem aliam cognouerit.*

Si quis[79] de laicis post uxorem suam[80 a] aliam cuiuscumque conditionis cognouerit mulierem, in clerum[81 b] nullatenus admittatur.

IV. Pars. Gratian. *Quod ergo de pellice et meretrice apud Gregorium et Innocentium scribitur, propter spem futurae incontinentiae constitutum esse*[82 c] *creditur, quia difficile continentiam seruat, qui se illicito concubitu maculare non metuit. Vel prohibetur ordinari, qui pellicem uel meretricem cognouerit maritali affectu, uel*[83] *quia corrupta florem uirginitatis amiserat*[84 d]*, uel quia meretricari non desinit, licet in uxorem ducatur. Utrumque enim inpedimentum cuilibet prestat, quo minus ad sacros ordines pertingere ualeat.*

Unde Ylarius Papa [in Sinodo Romana, cap. 2.] *scribit, dicens*[85]:

C. IX. *Qui uirginem non duxit uxorem, ad sacros ordines non accedat.*

Curandum[86] ergo inprimis est, ne ad sacros ordines[87] (sicut gestis prioribus[88] ante prescriptum est) quisquam[89], qui uxorem uirginem non duxerit[90 a], aspiret.

C. X. *Bigamus, uel penitens, corpore uitiatus, litteras ignorans, curiae uel conditioni obnoxius, clericus non fiat.*

Item Gregorius urbis Romae Presul Scillacino Episc. [lib. II. epist. 25.][91 a]

Precipimus, ne umquam illicitas ordinationes facias, nec bigamum aut qui uirginem sortitus non est[92] uxorem, aut ignorantem litteras, uel qualibet[93 b] parte corporis uitiatum, uel penitentem[94 c], uel curiae[95] aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere: sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promouere.

C. XI. *Non fiat sacerdos, cuius euidenter uxorem constat adulterium admisisse.*

Item in Neocesariensi Concilio[96] [cap. 8.]

Si cuius uxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, euidenter[97] fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu eo iam constituto adulterauit, dato repudio dimittere eam debet. Si uero retinere eius consortium uelit, non potest suscepto ministerio perfrui.

C. XII. *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papae[98].

Si laici[99] uxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicuius clerici uxor adulterata fuerit, dimittat eam[100]. Si autem cum ipsa uoluerit permanere, a ministerio alienus sit.

Gratian. *Premissis auctoritatibus bigami et qui uirgines non sunt sortiti uxores a sacris ordinibus prohibentur. Sed*

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXIV. c. 7. a) nostrorum temporum b) patit. in omnibus manere c) diaconatum d) *ante* concessisse *additur:* temporum ut dictum est conscendentes defectui e) *post* noveris *additur:* Et infra f) Minenam g) cuiquam — c. 8. a) suam: *deest* b) clericum c) esse: *deest* d) amiserit — c. 9. a) duxit — c. 10. a) Squillatino b) in qualibet c) poenitentiae

NOTATIONES CORRECTORUM.

VI. * Competentibus: Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinem restituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Augustinus in sermone ad competentes, atque intelligi etiam potest ex eodem B. Augustino alibi, et ex aliis.

** Uxores: In hac praecipue parte non sunt relata propria verba B. Augustini: sed nonnulla omissa ac mutata. Nam ipse[62] ita scribit: *sufficiant vobis uxores, aut nec uxores, concubinas vobis habere non licet. Audiat Deus, si vos surdi estis; audiant angeli eius, si vos contemnitis: concubinas vobis habere non licet: si *audiant competentes, quod dico fidelibus,* non habetis uxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea* [*dimittatis, ut*] *ducatis uxores; quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis, et concubinas et uxores *dimittatis?**

C. VII. * Tradatur: Apud Anselmum sequitur: *ut meliori sorte ad quod promovetur officium sub bonae possit famae merito ministrare, nec aliqua opinionis eius maculandae relinquatur occasio:* neque multo aliter in Polycarpo.

** Aurelianensis: Haec ad verbum habentur in concil. Gerundensi, cap. 8.

Dist. XXXIV. can. 6. 47) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.* 48) *Serm.* 392. *Ed. Maur., compaginatus ex variis August. locis et supposititius ut videtur. — Burch.* IX, 15.; *Ivo Decr.* VIII, 153.; *Ivo Pan.* VI, 43.; *Polycarp.* VI, 8, 4. 49) audiant fideles, quod dico fidelibus audiant competentes. Quod dico fidelibus et competentibus et poenitentibus (*haec duo verba absunt ab Ed. Bas.*) audiant et catechum.: *Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 50) omnes: *deest: Burch. Ivo Decr. Polycarp.* 51) consolatione: *Ivo Pan.* 52) sit: *deest: ib.* 53) *add.:* concubinas vobis non licet habere: *Ivo Decr. Pan.* 54) angeli eius: *Burch. Ivo Pan. Polycarp.* 55) habeatis: *Ed. Bas.* 56) licet: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 57) concub. et uxores: *Burch., apud quem inde ab hac voce minime canon cum textu nostro consonat* 58) propterea: *Ed. Bas.* 59) et uxores: *Ivo Decr. Pan.* 60) maior: *Polycarp.* 61) damnum: *Ed. Bas.* 62) *verba astericis inclusa in Ed. Maurinorum non leguntur* || can. 7. 63) *Haec Pelagii* II. (578—590.) *ut videtur epistola integra legitur ap. Anselm.; eisdem plane verbis eam ex msc. Colbertino lib.* V. *Miscellaneorum protulit Baluzius. — Jaffé no.* 647. — *Anselm.* VII, 83.; *Coll. tr. P. I*, 54, 18.; *Polycarp.* II, 1, 13.; *Caes.* VIII, 56. 64) Qui post transitum ux. . . . . non prohibetur: *EGH* 65) cum: *Edd. Par. Lugdd. — Böhmer. Corr.* 66) subtilitatis: *Ans. Coll. tr. P. Polyc. — Corr.* 67) tamen: *deest: Polyc.* 68) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.;* defectu temp. nostri: *Coll. tr. P.* 69) *Codd. et Edd. coll. o.* 70) *Codd. et Edd. coll. o.* (*pr. AB.* ordinationem) *Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 71) *Codd. et Edd. coll. o.;* consensisse: *Coll. tr. P.* 72) *Codd. coll. o. — finis canonis in Coll. tr. P.* 73) *ADH Corr. orig.;* Nicenam: *Ed. Bas.* 74) se: *deest: EGH* 75) ut: *deest: EGH;* iub. neque cum ipso manere liceat: *Ans. Polyc.* 76) dispensatione: *DF* 77) *Codd. coll. o. Ans. Polgc.;* cuiuscunque: *Ed. Bas.* || can. 8. 78) *imo ex Concil. Gerundensi hab. ao.* 517. *ap. Bruns* II, 20. *cf. tamen C. Aurelian.* III. *hab. ao.* 536. *c.* 6. — *Berard.* I, 275. — *Burch.* II, 38. (C. Aurel.); *Ivo Decr.* VI, 139.; *Ivo Pan.* III, 62. 79) quis vero: *orig.* 80) *ABCEFGH* 81) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.;* clero: *orig.* 82) *ABCDEGH* 83) vel. q. corr. flor. virg. amis.: *deest: AB* 84) *CDEFGH* || can. 9. 85) *hab. ao.* 465. *Jaffé pag.* 49.; *Ans.* VII, 15.; *Ivo Pan.* III, 50. — Yl. Episc.: *AB* 86) cavendum inprimis: *orig. Ivo* 87) gradus: *orig.* (sacratos grad.); *Ans. Ivo* 88) priorum: *DF;* sic. gest. pr. a. praes. est: *deest: Ivo* 89) quisquis: *orig.;* quisq.: *deest: Ivo* 90) *ABDFGH Ed. Bas.* || can. 10. 91) Silitano: *ABD Edd. coll. o. pr. Bas.;* Scilitano: *F;* Siciliano: *CEGH;* Salernitano: *Ed. Bas. — ast est urbis Neapolitanae nomen quae hodie appellatur: Squillace — Ep.* 37. *lib.* 2. *Ed. Maur. scr. ao.* 592. — *Jaffé no.* 826. — *Ans.* VII, 35. (42.) (Squillatino); *Ivo Decr.* VIII, 288. (Ioanni Ep. Squilatino); *Polyc.* II, 31, 28. (Squillacino) 92) fuerit: *EGH* 93) *ABCEGH* 94) *ABCGH orig. Ans. Ivo Polyc.* 95) vel cur.: *deest: Ans. Ivo Polyc.* || can. 11. 96) *hab. ao.* 314—25. (*cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 210.) *Interpretatio huius cap. in coll. Ans.* VII, 19. *nec priscae neque Hisp., nec Dion. vers. respondet. — Coll. tr. P.* II, 3, 4. 97) evidenter: *deest: Coll. tr. P.* || can. 12. 98) *c.* 28. *Cap. Mart. Brac. ex c.* 8. *Conc. Neocaes. ap. Bruns* II, 50. — *Coll. tr. P.* II, 47, 28. 99) alicuius: *orig. Hisp.* 100) eam a cura: *DF Ed. Bas.*

queritur, si quis ante baptisma uiduam duxerit[101] *uxorem, an propterea sit prohibendus a sacris ordinibus?*

De his ita scribit Innocentius[102] *Papa Victricio Rotomagensi Episcopo*, [epist. II. cap. 5. et 6.][103]

C. XIII. *Qui ante baptisma, seu post baptisma uiduam uxorem duxerit*[104a], *non admittatur ad clerum.*

Si quis uiduam[105] (licet laicus) duxerit uxorem[106], siue ante baptismum[107], siue post baptismum[108], non admittatur ad clerum, quia eodem uitio uidetur exclusus. In baptismate enim crimina dimittuntur, non acceptae uxoris consortium relaxatur[109b]. §. 1. Quod si non putatur uxor esse computanda, que ante baptismum ducta est, ergo nec filii, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

Gratian. *Prohibentur etiam bigami a quolibet ordine clericatus, iuxta illud* Ambrosii, [epist. LXXXII.][110] *ad Vercellenses*[111c].

C. XIV. *Qui secunda coniugia sortitur, clericus non fiat.*

Cognoscamus[112], non solum de[113a] episcopo et presbitero Apostolum statuisse, sed etiam Patres in[114] concilii Niceni tractatu[115] addidisse, clericum quemquam non debere esse[116b], qui secunda coniugia sit sortitus.

V. Pars. Gratian. *Similiter etiam uiduarum mariti, uel ancillarum, uel meretricum, clerici fieri non possunt.*

Unde in canonibus Apostolorum, [c. 18.] *legitur*[117]*:*

C. XV. *Spectaculis publicis mancipatam, uel eiectam, uel ancillam ducens uxorem, diaconus*[118] *non fiat.*

Si quis uiduam aut[119] eiectam acceperit[120], aut meretricem, aut ancillam[121], uel aliquam de his, que publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, aut presbiter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt.

VI. Pars. Gratian. *Que autem sit uidua, que eiecta, uel meretrix,* Ieronimus [epist. CXXVIII.][122] *ad Fabiolam de ueste sacerdotali, ostendit dicens:*

C. XVI. *Que sit uidua, uel eiecta, uel meretrix.*

Vidua est, cuius maritus mortuus est. Eiecta, que[123a] a[124] marito uiuente proicitur. Meretrix, que multorum libidini patet.

VII. Pars. Gratian. *Sed postea temporum defectui condescendens Papa* Martinus[125] *in minoribus ordinibus eos constitui permisit, dicens*[126b]*:*

C. XVII. *Inter lectores uel hostiarios deputetur subdiaconus, secundam*[127] *ducens uxorem.*

Si subdiaconus secundam uxorem duxerit, inter lectores uel hostiarios habeatur, ita ut Apostolum[128] non legat.

Gratian. *Necessitate tamen exigente bigami usque ad subdiaconatum possunt*[129a] *promoueri.*

Unde Martinus *Papa ait*[130]*:*

C. XVIII. *Viduam ducens uxorem, subdiaconus fieri*[131a] *potest.*

Lector, si uiduam uxorem alterius acceperit[132], in lectoratu permaneat, aut si[133b] necessitas fuerit[134c], subdiaconus fiat, nichil autem supra. Similiter et si bigamus fuerit.

VIII. Pars. Gratian. *Quibus autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuiis interesse.*

Unde in Agatensi Concilio, [cap. 39.] *legitur*[135]*:*

C. XIX. *Nuptiarum conuiuiis presbiteri interesse non debent.*

Presbiteri, diacones, subdiacones[136] uel deinceps, quibus ducendi uxores licentia[137] non est*, etiam[138] alienarum nuptiarum euitent conuiuia, nec his cetibus misceantur[139], ubi amatoria cantantur et turpia[140], aut obsceni motus corporum choris[141a] et saltacionibus[142] efferuntur[143], ne auditus et[144b] obtutus sacris misteriis[145] deputatus[146c] turpium spectaculorum atque uerborum contagione polluantur[147].

IX. Pars. Gratian. *Vidua uero intelligenda est, si post solempne fedus nuptiarum morte interueniente a uiro suo diuisa fuerit. Ceterum*[148] *si antequam conueniant fatali necessitate ab alterutro diuisi fuerint, licet ex sponsalibus uxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, et*[149d] *si in propria*[150] *sit ducta, et cum eo uelata, uidua appellatur, nec ex eius copula a sacris ordinibus aliquis prohibetur.*

Unde Pelagius *Papa scribit*[151]*:*

C. XX. *Qui cum alio uelatam, non tamen illi nuptam, uxorem duxit, sacerdos fieri non prohibetur.*

Valentino clerico, cui mulier cum alio ante uelata, non tamen illi[152a] nupta, sed uirgo permanens, post mortem eius, cum quo uelata erat sponso[153b], coniugali est copula sociata, quia iterum[154] uelamen accepit, nullum in promouendo generetur obstaculum, quia nichil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de[155] canonicis obuiet constitutis[156c].

DISTINCTIO XXXV.

GRATIANUS.

I. Pars. *A quibus ordinibus bigami prohibeantur, et utrum reputentur bigami, qui ante baptismum habuerunt unam, et post baptismum alteram, et an liceat sortiri uxores in sacris ordinibus constitutis, multorum auctoritatibus breuiter monstratum est.* §. 1. *Sequitur autem in descriptione illa apostolica*[1]: „*ut sit sobrius,*“ *qui ordinandus est,* „*non uinolentus,*“ *quod ex auctoritate ueteris testamenti introductum est. Ministri*[2] *enim templi prohibentur uinum et siceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, ut*[3a] *sensus eorum uigeat semper et tenuis sit, uel quia*

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXIV. c. 13. a) duxit b) *post* relax. *additur:* Et infra c) Vercellensem ecclesiam — c. 14. a) solum hoc de b) addidisse, neque cleric. quenq. debere esse — c. 16. a) Eiecta est, quae b) permisit, non regulam praefigendo, dicens — c. 17. a) bigamus .. potest — c. 18. a) si necessitas exigat, fieri b) si forte necessit. c) sit — c. 19. a) choreis b) aut c) deputati d) etiamsi — c. 20. a) ei b) sponsa c) institutis — Dist. XXXV. Pars. I. a) eor. et ut

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIX. * Licentia non est: In codicibus impressis [excepta Ed. Basil.] legebatur: *licentia modo non est.* Expuncta est dictio, *modo*, quae neque in originali, neque in vetustis exemplaribus Gratiani, aut Burch., Ivone, concilio Venetico, c. 11. (ubi hoc idem repetitur) habetur. Ac presbyteris quidem nunquam, ne apud Graecos quidem, licuit ducere uxores.

Dist. XXXIV. can. 12. 101) *ABH* || can. 13. 102) Victori: *CDF Edd. coll. o.;* Victorico: *ABH Anselm.;* Victorino: *EG Ivo* 103) *scr. ao.* 404. — *Jaffé no.* 85. — *Ans.* VII, 11.; *Ivo Decr.* VI, 55. 104) *ABDFH* 105) Ut is qui vid.: *orig. Ivo;* is qui vid.: *Anselm.* 106) in: *DF* 107) bapt.: *deest: Ed. Bas.* 108) sive p. bapt.: *deest: AB* 109) *Codd. coll. o. — finis canonis ap. Ivon.* 110) *c. a.* 396. — *Ivo Decr.* VIII, 290.; *Ivo Pan.* VI, 63. (*can.:* qui sine crimine) 111) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* || can. 14. 112) cognoscimus: *Ed. Bas.* 113) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 114) in: *deest: AB* 115) concilio Nic. tractatus: *orig.* 116) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* || can. 15. 117) *ap. Hefele* I, 779. 118) clericus: *CG* 119) et eiect.: *ABDF*, et abiectam: *H;* vel abiectam: *Ed. Bas.* 120) accepit: *EG* 121) anc. aliquam.: *AB* || can. 16. 122) *Ivo Decr.* VIII, 297.; *Ivo Pan.* VI, 68. 123) *ABDF Ivo Decr. Pan.:* eiectaque: *EGH* 124) a: *deest: A Ivo Pan.* || can. 17. 125) *c.* 44. *Cap. Mart. Brac. ex C. Tolet.* I. *c.* 4. — *ap. Bruns* II, 53. — *Coll. tr. P.* II, 47, 44. 126) *ABCDF* — *Corr.* 127) secund.: *deest: BG* 128) epistolam: *D Edd. Lugdd.* II. III. 129) *ABCDFGH* || can. 18. 130) *c.* 43. *Cap. Mart. Brac. ex cod. Conc. Tol. c.* 3. — *ap. Bruns l. c.* — *Coll. tr. P.* II, 47, 43. 131) *BCEGH* 132) duxerit: *AB;* in uxor. duxerit: *C* 133) *ABCDH* 134) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 19. 135) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 151.; *Reg.* I, 335.; *Burch.* II, 134. (Ex dictis Augustini *cf. de hoc Burch. errore Wasserschleben Regino l. l.*) *Ivo Decr.* VI, 208.; *Coll. tr. P.* II, 28, 38.; *Polyc.* IV, 31, (32,) 55. (Augustin.) 136) subd.: *deest: D Ivo Decr.* 137) licitum: *Burch. Ivo Polyc.* 138) etiam: *deest: D Coll. tr. P.* 139) admisceantur: *orig. Hisp. Regino Burch. Ivo Polyc.* 140) turpia carmina: *Ivo* 141) *ABCDF orig. Hisp. Regino Burch.;* chori: *EGH* 142) exaltationibus: *EGH;* saltibus: *orig.* 143) offeruntur: *E Ed. Bas. Burch.* 144) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 145) ministeriis: *Edd. coll. o. pr. Bas. Arg. Ivonis Codd. nonnulli — Corr.* 146) *Codd. coll. o. Hisp. Reg. Burch. Coll. tr. P. Polyc.* 147) polluatur: *Reg. Burch.* 148) cet.: *deest: CD* 149) *Codd. coll. o.* 150) propriam: *DFGH* || can. 20. 151) *Hanc Epistolam Ivo Decr.* VI, 113. *Pelagii* (555—60.) *nomine praefert. scribentis ad Marcellum Atanensem Ep.* (*Sessanensis Ep.: Baluzius in Misc. l.* V, 465.) *Nec tamen desunt inter VV. DD. quibus supposititia esse videatur. cf. Berard.* II, 1, 412. — *Jaffé no.* 641. — *Coll. tr. P.* I, 54, 22. 152) *Codd. coll. o.* 153) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Balus. Ivonis Codd. non. Coll. tr. P.* — *Corr.* 154) tantum: *CDH;* iter. vel tantum: *A;* interim: *Balus. Ivo Coll. tr. P.* — *Corr.* 155) ei de: *deest: CD* 156) *AD Edd. coll. o. pr. Bas. et Lugdd.* — *Baluzius, Coll. tr. P.*

Dist. XXXV. Pars. I. 1) I. *Tim. c.* 3. *v.* 2. 2) *infra ead. c.* 6. 3) *Codd. coll. o.*

uenter mero estuans facile despumat in libidines[4b]. *Unde Noe in ebrietate*[5] *nudauit femora; Loth, quem*[6c] *Sodoma non uicit, uina uicerunt.* §. 2. *Quod autem*[7d] *uinolentus esse prohibetur, non semel, sed frequenter uino repletus debet intelligi.*

Hinc etiam in canonibus *Apostolorum*, [can. 43. et 42.] *legitur*[8]:

C. I. *Diaconus, presbiter et episcopus ebrietati et aleae deseruientes, nisi desierint, deponantur*[9].

Episcopus, aut[10] presbiter, aut diaconus, aleae atque[11] ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certe dampnetur[12], Subdiaconus autem[13a], aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut[14] communione priuetur. Similiter et[15b] laicus.

C. II. *Esus carnium et uini potus post diluuium concessus legitur, post Christi aduentum inhibitus*[16].

Item *Ieronimus* [lib. I. contra Iouianum.]

Ab exordio conditionis humanae nec carnibus uescebamur, nec dabamus repudium, nec prepucia nobis eripiebantur in signum, et[17a] hoc cursu usque ad diluuium peruenimus. Post diluuium autem cum datione, quam nullus implere potuit[18b], carnes ingestae sunt ad uescendum, et repudii concessa duricia[19c], et cultellus circumcisionis est[20d] appositus, quasi Dei munus[21e] plus in nobis creauerit quam necesse est. Postquam autem Christus uenit in fine temporum[22], et Ω reuelat[23f] ad A, id est extremitatem[24g] retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes, dicente Apostolo[25]: „Bonum est uinum non bibere, et carnes non comedere.“[26] Et uinum enim[27] cum carnibus post diluuium dedicatum est.

C. III. *Alienum est a sapiente potationibus et ebrietatibus*[28] *uacare.*

Item ex epistolis eiusdem[29a].

Luxuriosa[30] res uinum[31], et contumeliosa[32b] ebrietas; omnis autem[33c], qui cum his miscetur, non erit sapiens.

C. IV. *Ignominiosum est sacerdoti affluere deliciis*[34a].

Idem in Michea propheta [ad. c. 2.][35b].

Ecclesiae principes, qui deliciis affluunt, et inter epulas atque lasciuias[36] pudicitiam seruare se credunt, propheticus[37] sermo describit, „quod eiciendi sint de spatiosis domibus lautisque conuiuiis et multo labore conquisitis epulis propter[38c] malas cogitationes et opera sua.“ Et si uis scire, quo eiciendi sunt[39], euangelium lege: „in tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium.“ An non confusio et ignominia est Iesum crucifixum, pauperem[40d] et[41e] esurientem, farsis[42f] predicare corporibus? et ieiuniorum[43g] doctrinam rubentes[44] buccas tumentiaque ora proferre? Si in loco apostolorum sumus[45], non solum sermonem[46] eorum imitemur, sed conuersationem et[47h] abstinentiam[48i].

[PALEA[49].

C. V. De eodem.

Idem ad Oceanum, epist. 83.

Venter mero estuans cito despumat[50] in libidines. Ubi ebrietas, ibi libido dominatur et furor.]

[PALEA[51].

C. VI. De eodem.

Idem ad Nepotianum, de uita clericorum.

Vinolentum sacerdotem[52] et Apostolus dampnat, et uetus[53] lex prohibet. Sacerdotes, qui ministrant[54] in templo Dei, prohibentur uinum et siceram bibere, ne in[55] crapula et ebrietate aggrauentur[56] corda eorum. Sicera hebreo[57] sermone omnis potio nuncupatur, que[58] inebriare potest. *Et infra*[59]: Quicquid inebriat et[60] statum mentis euertit, fuge similiter ut[61] uinum. „Nolite[62], ait Apostolus, inebriari uino, in quo est luxuria.“ *Et supra*[63]: Qui altario[64] deseruiunt, uinum et siceram non bibant. Sponsa Christi* uinum fugiat ut uenenum. Vinum et ebrietas incendium est.]

[PALEA[65].

C. VII. De eodem.

Item Prosper de uita contemplatiua, lib. II. cap. 22.

Luxuriam facit et nutrit uini perceptio nimia, non natura.]

C. VIII. *In paradyso abstinentia, post paradysum edendi lasciuia cepit*[66a].

Item *Ambrosius* *in sermone de ieiunio Diuinum ad patrem resultat oraculum*[67b].

Sexto die bestiae sunt creatae, et cum bestiis orta edendi potestas est et usus escarum. Ubi cibus cepit, ibi finis factus est mundi: ubi[68c] cepit sua incrementa nescire, ibi ceperunt diuina circa eum opera[69] feriari. Quo indicio[70] declaratum est, quod per cibos mundus haberet imminui, per quos desiit[71] augeri. *Et infra:* §. 1. Ut[72d] sciamus, non esse nouellum[73e] ieiunium, primam illic legem constituit de ieiunio. *Et infra:* Eousque nemo preuaricari nouerat ut[74] adhuc orta non esset, que prima est preuaricatio. Indictum est[75f] ieiunium, abstinentiae[76] lex a Domino Deo: preuaricatio legis a diabolo; culpa per cibum, latebra post cibum; cognitio infirmitatis in cibo, firmitatis uirtus in ieiunio. Serpens[77g] gulae suadet[78h], Dominus ieiunare decernit. Itaque gula paradyso[79i] regnantem expulit, abstinentia ad paradysum reuocauit errantem. *Et infra:* §. 2. In principio generis humani ignorabatur ebrietas; primus Noe uineam plantauit, dedit[80] naturam, sed ignorauit potentiam. Itaque uinum nec suo pepercit auctori. Sed[81k] illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe. Ubi

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXV. Pars. I. b) libidinem c) Loth autem quem d) tamen — c. 1. a) autem: *deest* b) etiam — c. 2. a) et: *deest* b) dat. legis q. impl. null. pot. c) repudia concess. duritiae d) est: *deest* e) manus f) revolvit g) A et extremit. — c. 3. a) Idem lib. II. contra Iovinianum b) tumultuosa c) autem: *deest* — c. 4. a) delic. epulis atque lasciviis b) Idem in Micheam ad c. 2. c) eiiciendi propter d) magistrum pauperem e) atque f) fartis g) corp. ieiuniorumque h) conv. quoque et i) abstin. amplectamur — c. 8. a) incepit b) Ambr. in lib. de Elia et ieiunio cap. 4. et 5. c) ibi — ubi d) Et ut e) nouum f) est: *deest* g) *ante* Serpens *additur:* Et infra h) persuadet i) gula de paradiso k) *ante* Sed *additur:* Et infra

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXXV. C. VI. * Sponsa Christi: In epistola ad Eustochium sic habetur: *Hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno.* Et paulo post: *vinum et adolescentia duplex est incendium voluptatis.*

Dist. XXXV. Pars. I. 4) *ABDEFGH* 5) in: *deest: AB;* in ebriatus: *C* 6) *ABEFGH* 7) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. — Gloss. interl. ad Tim. l. c.* || can. 1. 8) *Hefele Concil. Gesch.* I, 788. *Versio Dionys. est. — Reg.* I, 146; *Burch.* XIV, 5.; *Ivo Decr.* XIII, 73.; *Ivo Pan.* III, 170.; *Caes.* VIII, 50.; *Polycarp.* VI, 17, (16,) 6. *Raban. de poen. c.* 28. 9) deserv. communione privetur: *ADF Edd. coll. o.* 10) aut: *deest: Reg. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 11) aut: *Ed. Bas. Ivo Pan.* 12) deponatur: *orig. Ivo Pan.;* communione priventur: *Corr.* 13) *Codd. coll. o.* 14) aut desin. aut: *deest: Ivo Pan.* 15) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 2. 16) inhibetur: *FG* 17) *ABD* 18) *ABC;* diluvii innundationes quas vitare: *EGH* 19) *ABDEFGH Edd. coll. o.;* repudii divortia: *C;* concessa est: *EGH* 20) *BCDEFGH* 21) *Codd. et Edd. coll. o.* 22) saeculorum: *Ed. Bas.* 23) *ABCDF;* revolat: *EGH;* revolat etiam: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 24) *ABDEGH Edd. coll. o.* 25) *Rom. c.* XIV. *v.* 21. 26) et: *deest: ACEFH* 27) enim: *deest: A;* etenim: *EH* || can. 3. 28) *ebrietati: EGH* 29) *ACDF;* ex eisdem epist.: *BEGH* 30) *Prov. c.* XX. *v.* 1. 31) vinum est: *DEGH* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) *Codd. coll. o.;* enim: *Ed. Bas.* || can. 4. 34) *CDEFGH;* divitiis: *AB* 35) *ABH;* Mich. prophetam: *CDEFG* 36) delicias: *EGH* 37) *Michaeae c.* 2. 38) *Codd. et Edd. coll. o.;* propt. mal. cog. et op. sua *in AB exstant post:* eiciendi sunt 39) *Matth. c.* XXII. *v.* 13. 40) *Codd. et Edd. coll. o.* 41) *CDEFGH* 42) *ABEFGH;* falsis: *D* 43) *Codd. coll. o.* 44) rub. genas et: *Ed. Bas.* 45) sum. interius et exterius: *EG* 46) sermones: *DF* 47) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 48) *Codd. coll. o.* || can. 5. 49) *Haec Palea deest ABEGH; in margine scripta est in C. ubi cum sequenti coniuncta est. cf. Summa Paris.* (*Schulte* 14.) — Idem: *inscr. in Codd. coll. o.* 50) spumat: *Edd. coll. o. exc. Bas.* || can. 6. 51) *Haec Palea deest ABEGH cf. Summa Paris.* (*Schulte* 14.) — *inscr.* Idem: *DF* 52) violentos sacerdotes: *F* 53) *Levit. c.* X. *v.* 9. *Num. c.* VI, *v.* 3. 54) deserviunt altario: *orig.* 55) in: *deest: CDF;* a: *Ed. Bas.* 56) graventur: *CDF Ed. Bas.* 57) graeco: *Ed. Bas.* 58) qua inebriari potest: *CDF;* qua quis inebriari potest: *Edd. coll. o.* 59) et infra: *deest: CDF* 60) et: *deest: CDF Edd. coll. o.* 61) vin. in quo est luxuria: *ib.* 62) non licet: *Ed. Bas. — Ephes. c.* V. *v.* 18. 63) et sup.: *deest: CDF* 64) *cf. Hieron. comm. ad Gal. c.* 5. *et ep. ad Eustochium* || can. 7. 65) *Haec Palea deest ABEGH, invenitur CDF — cf. Summa Paris.* (*Schulte* 14.) — *Inscr.:* Item Prosper. — *imo est Iulianus Pomerius huius libri-auctor* || can. 8. 66) *ABEFGH;* edendi licentia: *G* 67) *Codd. coll. o.* 68) *ABD orig.* 69) tempora: *Ed. Bas.* 70) iudicio: *Edd. coll. o.* 71) quos ipse desinit: *EGH* 72) *ABCDGH* 73) *Codd. et Edd. coll. o.* 74) quum: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 75) *ABEH* 76) abst. scilicet: *Ed. Bas.* 77) *Codd. coll. o.* 78) *ABCDFGH;* servire suadet: *C;* suasit: *Edd. coll. o.* 79) *ABGH;* a parad.: *DEF Edd. coll. o.;* in parad.: *C* 80) denudavit: *EGH* 81) *Codd. coll. o.*

malum[82 l] ebrietatis agnouit, iumentum[83] suum ad remedium temperauit, non[84] ad uicium effudit. §. 3. Manebat autem[85 m], antequam uinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas; nemo sciebat a consorte naturae suae obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidem iam fraternae prelationis inuidia, manebat tamen paternae pietatis adhuc reuerentia. Lesa pietas est, dum irridetur[86 n] ebrietas. Non illis itaque solis nocent uina, quos temptant; sed etiam[87 o] illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum[88] membra nudantur[89]. *Et infra*[90 p]: §. 4. Legimus etiam, quod patrem Loth inebriauerunt[91 q] filiae in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, et habitabant in spelunca. §. 5.[92 r] Fuit itaque ebrietas origo[93] incesti, pessimae regeneratricis[94 s] partus deterior. §. 6. At non Abraham uina in suo conuiuio ministrabat, sed immolabat uitulum; butirum et lac etiam angelis hospitibus exhibebat. Recte enim illic[95 t] deerat materia peccati, ubi erat remissio peccatorum. Denique annuntiauit Dominum[96 u] Iohannes, „non manducans panem, neque bibens uinum.“ Qui enim Christum annuntiat[97], ab omni uitiorum incentiuo prestare se debet alienum.

C. IX. *Triginta diebus a communione clericus abstineat, quem ebrium fuisse[98] constiterit.*

Item ex Concilio Agatensi, [cap. 41.][99]

Ante omnia clericis uetetur[100 a] ebrietas, que omnium uitiorum fomes ac nutrix est. Itaque eum, quem ebrium[101] fuisse constiterit, (ut ordo patitur) aut[102] triginta dierum spatio a communione submoueatur, aut corporali subdatur[103 b] suplicio.

DISTINCTIO XXXVI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Oportet etiam esse ordinandum prudentem. Quod contra eos notandum est[1 a], qui sub nomine simplicitatis excusant stulticiam sacerdotum. Prudentem[2] autem oportet episcopum intelligi non solum litterarum peritia, uerum etiam secularium negotiorum dispensatione[3 b].*

Unde in[4] epistola Gelasii Papae[5] [ad Episcopos per Lucaniam, cap. 18.][6]:

C. I. *Illitterati et corpore uitiati non promoueantur ad clerum.*

Illitteratos[7], aut aliqua[8] parte corporis imminutos[9 a *], nullus presumat ad clerum[10 b] promouere[11], quia litteris carens sacris non potest[12] esse aptus offitiis, et uitiosum nichil Deo prorsus offerri[13] legalia[14] precepta sanxerunt. §. 1. Similiter[15], qui se ipsos abscidunt[16 c].

C. II. *Ad summum sacerdotium non aspiret, qui diuinis stipendiis non[17 a] est eruditus.*

Item Zosimus Papa [epist. ad Hesychium Episcopum Salonitanum][18].

Qui[19] ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est[20] inbutus, et temporum[21] approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiae sacerdotium aspirare presumat[22]; et non solum in eo ambitio inefficax habeatur[23], uerum etiam ordinatores[24] eius careant[25] eo ordine, quem contra[26 b] precepta Patrum crediderant presumendum.

Gratian. *Ecce, quod sacrarum litterarum oportet episcopum habere peritiam: unde in ueteri testamento[27] inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur[28] manifestatio et ueritas, quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio ueritatis.* §. 1. *Hinc etiam uectes[29], quibus archa portabatur, iugiter annulis erant inserti, ut, cum archa esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis uectibus, quia predicatores, per quos ecclesia circumfertur, sacris litteris semper debent insistere, ne tunc querant discere, cum ex offitio alios docere debeant.* §. 2. *Hinc etiam Dauid[30] prius ex gratia Spiritus sancti donum scientiae percepit, et postea regni administrationem assecutus est.* §. 3. *Salomon[31] quoque non diuitias, non longa tempora huius uitae, sed sapientiam a Deo petiit[32] et inpetrauit.* §. 4. *Hinc etiam Dominus prius ponit uerba sua in ore prophetae, et postea constituit eum super gentes et regna, dicens ad Ieremiam[33]: „Ecce, dedi uerba mea in ore tuo. Ecce, constitui te hodie[34] super gentes et super regna etc.“[35 c]* §. 5. *Hinc etiam Malachias[36] ait: „Labia sacerdotis custodiunt[37 d] scientiam, et legem exquirunt[38 e] de ore eius, quia angelus Domini exercituum est.* §. 6. *Hinc idem[39 f] saluator[40] noster prius in medio doctorum sedit, audiens illos et interrogans, et postea predicare cepit, quia prius quisque debet discere, et postea predicandi offitium usurpare.* §. 7. *Hinc et[41 g] Salomon prius[42] ait: „tempus tacendi,“ et postea: „loquendi,“[43 h] quia ueritas prius tacendo discitur, et postea loquendo predicatur.* §. 8. *Hinc idem[44] Dominus ait[45]: „Qui audit, dicat, ueni.“* §. 9. *Hinc etiam prius apostolos docuit, deinde eos ad predicandum misit, dicens[46]: „Estote prudentes[47 i] sicut serpentes, et simplices sicut columbae.“ Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit et scripturas explanauit, et postea dixit[48] eis: „Euntes in mundum uniuersum, etc.“ Unde cum[49] de quinque panibus quinque milia hominum uellet reficere, prius panes accipiens fregit, et postea discipulis dedit, et per eos demum turbis apposuit, quia sacramenta legis et prophetarum prius disserendo exposuit, et postea eorum scientiam discipulis dedit, et tandem per eos illam fidelibus dispensauit.* §. 10. *Et[50] hinc Petrus cum rectoribus ecclesiae scriberet ait[51]: „Parati reddere[52 k] rationem omni poscenti uos satisfactionem de ea fide et spe, que in uobis est.“* §. 11. *Hinc etiam Paulus[53] scribens ad Timotheum ait: „Attende lectioni et[54 l] exhortationi et doctrinae.“* §. 12. *Ex quibus omnibus[55]*

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXV. c. 8. l) Ubi enim malum m) autem: *deest* n) ridetur o) et p) Et infra: *deest* q) inebriaverint r) *ante* §. 5. *addit.*: Et infra s) regenerationis t) exhib. Coeli dominum mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed recte illic u) eum — c. 9. a) vitetur b) statuimus submovendum .. subdendum — Dist. XXXVI. Pars. I. a) est: *deest* b) dispositione — c. 1. a) corpor. vitiatos* uel immin. b) ad clericatus ordinem prom. c) abscindunt — c. 2. a) stip. vel disciplinis non b) quem sine ordine contra c) etc.: *deest* d) custodient e) requirent f) *et* g) etiam h) tempus loquendi i) Est ergo prud. k) Parati esse debetis reddere l) et: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXXVI. C. I. * Vitiatos, vel: Istae duae voces absunt a plerisque vetustis exemplaribus Gratiani et originali, cuius expressa est potius sententia, quam verba relata.

Dist. XXXV. can. 8. 82) *Codd. et Edd. coll. o.* 83) inventum: *orig.* 84) nec: *EGH* 85) *Codd. et Edd. coll. o.* 86) *BEGH Edd. coll. o. pr. Bas.*; rideretur: *C*; derideretur: *Ed. Bas.* 87) *Codd. coll. o.* 88) ebriosorum: *DEGH* 89) denudantur: *EH* 90) *Codd. coll. o.* 91) *Codd. coll. o.* 92) *Codd. coll. o.* 93) *orig.*; concubitus incesti: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.* 94) *ABDEFGH* 95) *Codd. et Edd. coll. o.* 96) *Codd. et Edd. coll. o. orig. — cf. Matth. c. XI. v. 18.* 97) annunciavit: *Ed. Bas.* || can. 9. 98) esse: *EGH* 99) *hab. ao. 506. ap. Bruns* II, 154.; *Reg.* I, 135. (*can.*: itaque eum) *Burch.* XIV, 11. (*eod. modo*) *Ivo Decr.* XIII, 79. (*eod. modo*); *Coll. tr. P.* II, 28, 40. 100) *ABCDFH Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.*; a cler. vitetur: *orig.* 101) ebriosum: *EGH* 102) aut: *deest: Burch. Coll. tr. P.* 103) *Codd. et Edd. coll. o.*; statuimus submovendum aut corp. dandum suppl.: *Reg. Burch. Ivo Decr.*

Dist. XXXVI. Pars. I. 1) *Codd. coll. o.* 2) *Gloss. interlin. ad I. Tim. c. III. v. 2.* 3) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* || can. 1. 4) et in: *GH* 5) Pap. legitur: *CDEFG*; legitur sic: *H* 6) *Est c. 16. Ep. ad Epp. per Lucaniam scr. ao. 494. ap. Thiel p. 371. — Reg.* I, 111.; *Burch.* II, 18.; *Ivo Decr.* VI, 37.; *Ivo Pan.* III, 47.; *Coll. tr. P.* I, 46, 10.; *Caes.* IV, 109. 7) Illit. quoque: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 8) et nonnulla: *orig.*; et in aliqua: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 9) *Codd. coll. o. pr. A. orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* — minutos: *Ivo Pan.*; *verba seqq.*; *usque ad* promovere *desunt in orig., ubi legitur*: Quod simul antiqua traditio et ap. sedis vetus forma non recipit. — *eod. modo in Coll. tr. P. legitur*: sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium. Quod simul etc. 10) *ABC Reg. Burch. Ivo Decr.*; clericorum ordinem: *DEGH Ed. Bas.*; clericor. ordinationem: *F* 11) provehere: *Reg. Burch. Ivo Decr.* 12) quia nec … sacris potest: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 13) offerre: *EGH Ed. Bas. Ivo Pan.* 14) *Levit. c. XXII.* 15) *Haec eiusdem Epistolae cap. XVII. sumta est* 16) *ABDEFH Reg. Burch.* || can. 2. 17) *ABCDF* 18) *scr. ao. 418. — Jaffé no. 131. — Ans.* VI, 28.; *Ivo Decr.* V, 102. (*can.*: Hoc autem specialiter) — *cf. Dist.* LIX. *c.* 1. 19) in eccl. disc. qui: *G*; Quia eccl.: *Ivo* 20) fuisset: *orig. Ans. Ivo* 21) temporis: *orig. Ans.* 22) praesumeret: *orig. Ans. Ivo* 23) haberetur: *orig. Ans. Ivo* 24) in ordine: *orig. Ans.* 25) ut careret: *orig.*; ut careant: *Ans.*; carerent: *Ivo* 26) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo* 27) *Exod. c. 28. ex interpr. LXX.* 28) scribebantur: *CF* 29) *Exod. c. XXV.* 30) II. *Reg. c.* 5. 31) II. *Reg. c.* 3. — *Paral. c.* 1. 32) expetiit: *DF* 33) *Hierem. c.* I. *v.* 9. 34) hodie: *deest: AB*; hodie … regna: *deest: C* 35) *Codd. coll. o.*; et super reg.: *deest: AB* 36) *Malach. c.* II. *v.* 7. 37) *Codd. coll. o.* 38) *ACDEFGH* 39) *ABDF*; etiam idem: *GH*; et idem: *E* 40) *Luc. c.* II. 41) *EFGH*; Et Salom.: *CD*; et: *deest: A* 42) *Eccles. c.* III. *v.* 7. 43) *BCDEFGH* 44) hinc etiam: *D*; hinc vel: *EG* 45) *Apoc. c.* XXII. *v.* 17. 46) *Matth. c.* X. *v.* 16. 47) *Codd. coll. o.* 48) *Marci c.* XVI. *v.* 15. 49) *Matth. c.* XIV. 50) etiam: *DF* 51) I. *Petr. c.* III. *v.* 15. 52) *Codd. coll. o.* 53) I. *Tim. c.* IV. *v.* 13. 54) *BCDFGH* 55) omnibus: *deest: DF*

liquido colligitur, quod non sufficit prelatis bona conuersatio et morum honestas, nisi addatur scientia doctrinae. §. 13. *Unde sacerdotes*[56] *ingressuri tabernaculum*[57] *prius lauabantur in labro*[58] *eneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum.* §. 14. *Hinc etiam in Canticis Canticorum*[59] *oculi, per quos prelati ecclesiae*[60] *intelliguntur, assimilantur columbis, que resident iuxta fluenta plenissima.*

Hinc etiam Ieronimus in Leuit.* [c. 8.][61]

C. III. *Sacerdotis est legis scientiam habere, non bellis, sed orationibus operam dare*[62 a].

Si quis uult pontifex non tam uocabulo esse quam merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? quia[63 b] non discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo Domini. Quod[64] autem ei[65 c] opus erat? ut aut a Deo aliquid disceret aut ipse populum doceret. Hec duo sunt pontificis opera, ut a[66 d] Deo discat legendo diuinas scripturas et sepius meditando, aut populum doceat. Sed illa doceat, que ipse a Deo[67] didicerit[68], non ex proprio corde uel ex[69 e] humano sensu, sed que Spiritus sanctus docet[70]. §. 1. Est et aliud opus, quod facit Moyses: ad bella non uadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, et donec orat[71 f], uincit populus eius; si relaxauerit et dimiserit[72 g] manus, populus eius uincitur et fugatur. Oret ergo sacerdos[73 h] ecclesiae indesinenter, ut uincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas[74], qui sunt demones inpugnantes eos, qui uolunt pie uiuere in Christo[75].

DISTINCTIO XXXVII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Sed queritur, an secularibus litteris oporteat eos esse eruditos? De his ita scribitur in Concilio Cartagin. IV.* [cap. 16.][1]:

C. I. *Libros gentilium non legat episcopus.*

Episcopus[2] libros gentilium non legat, hereticorum autem[3] pro necessitate[4] aut[5] tempore.

C. II. *Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis euangeliis legunt comedias.*

Item Ieronimus ad Damasum[6 a] *de prodigo filio,* [epist. CXLVI.][7]

Sacerdotes Dei omissis euangeliis et prophecciis[8 b] uidemus comedias legere, amatoria bucolicorum uersuum uerba cantare[9 c], tenere Virgilium[10], et id[11], quod in pueris est causa[12 d] necessitatis, crimen in se facere uoluptatis[13].

C. III. *In uanitate et obscuritate sensus ambulant, qui secularibus disciplinis occupantur.*

Idem [ad cap. 4. epist. ad Ephesios, lib. II. comment.]

Nonne uobis uidetur in uanitate sensus et obscuritate mentis ingredi[14], qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui phisicus perscrutator oculos trans celum leuat, et ultra profundum terrarum et abissi in[15] quoddam[16] inane demergitur? qui iambum feruet[17 a*]? qui tantam metrorum siluam in suo studiosus corde distinguit et congerit? et (ut ad[18] alteram partem transeam)[19] qui diuitias per fas et nefas querit? qui adulatur regibus, hereditates captat alienas, et congregat opes, quas in momento cui sit relicturus ignorat?

C. IV. *Qui scripturas sacras male intelligunt, uel seculari sapientia abutuntur, uino inebriantur et sicera*[20 a].

Idem in Ysaia[21].

Vino inebriantur, qui[22 b] scripturas sanctas male intelligunt atque peruertunt: sicera, qui[23 c] abutuntur seculari sapientia et dialecticorum tendiculis, que non tam uincula sunt appellanda quam fantasmata[24 d], id est umbrae quedam et imagines, que cito pereunt et soluuntur[25]. *Idem*[26]: §. 1. Secundum tropologiam pseudoprophetas eos debemus accipere, qui aliter scripturarum uerba accipiunt, quam Spiritus sanctus sonat, et diuinos eos, qui coniectura mentis suae incerta futurorum quasi uera pronuntiant absque diuinorum auctoritate uerborum. Idem[27]: §. 2. Quicumque scripturas non[28] ita intelligit[29], ut rei ueritas habet, uuam acerbam comedit.

C. V. *Reprehenduntur episcopi, qui filios suos secularibus erudiunt litteris.*

Idem [lib. III. ad cap. 6.] *in epist. ad Ephes.*[30]

Legant episcopi atque presbiteri, qui filios suos secularibus litteris erudiunt, et faciunt comedias[31 a] legere et mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis sumptibus forsitan eruditos. Et quod in corbonam pro peccato uirgo uel uidua, uel substantiam suam totam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc calendarum[32 b] strenam, et saturnalium[33 c] sportulam, et mineruale munus grammaticus et orator, aut in sumptus domesticos aut in[34 d] templi stipes, aut sordidum conuertit in lucrum[35 e]. Heli[36] sacerdos ipse fuit sanctus; sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina et correctione[37 f], supinus cecidit et mortuus est.

[PALEA[38].

C. VI. Item ex responsione Adriani* Papae ad Carolum, cap. 49.[39]

Omnem uim uenenorum[40] suorum in dialectica disputa-

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXVI. c. 3. a) vacare b) quod c) eius d) ut aut a e) ex: *deest* f) don. ille orat. g) demiserit h) ergo et sacerd. — Dist. XXXVII. c. 2. a) Dam. Papam b) prophetis c) canere d) est causa: *deest* — c. 3. a) ferit* — c. 4. a) intelligit .. abutitur .. inebriatur b) *et* c) quando d) phasmata — c. 5. a) faciunt illos comoed. b) in calendariam c) saturnalitiam d) aut in: *deest* e) in sordida scorta convert. f) correptione

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * Hieronymus: Citatur ex B. Hieronymo, et exstat in homilia 6. Origenis in Leviticum, quas quidem homilias cum aliis multis B. Hieronymus latinas fecit, sed ita, ut noxia quaeque detruncarit, utilia transtulerit. Quod ipsemet ad Theophilum epist. 62., ad Vigilantium epist. 75. et in prologo lib. 2. in Michaeam professus est. Ac frequenter Gratianus ea, quae sunt Origenis, Hieronymi nomine citat, vel quia praecipui ecclesiae doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus eo quo dictum est modo illa vertendo paene sua fecerat.

Dist. XXXVII. C. III. * Ferit: Antea legebatur: *iambum fervet.* In originali autem impresso est: *iambum struit.* Emendatum vero est ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de iambo sic scribit:

Iambus ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen inditum est senario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quod pedes coniungimus.

Ac de iisdem senariis Isidorus lib. 1. Etymolog. cap. 38. ait: *hos Graeci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.*

C. VI. * Hadriani: Hoc caput antea tribuebatur Urbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum M. c. 49. et inde emendatum est. Eadem vero habentur apud B. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imp. cap. 3.

Dist. XXXVI. can. 2. 56) *Exod. c.* 38. 57) tab. templi: *EFG* 58) labio: *EGH* 59) *c.* V. *v.* 12. 60) eccl.: *deest: AE* || can. 3. 61) *Imo ex homil.* VI. *Origenis in Levit., interprete Rufino* 62) *ABCDF;* tamen libellis sed etiam orat. op. dare: *EGH* 63) *BCDEFH* 64) quid: *EH Edd. coll. o.* 65) *Codd. et Edd. coll. o.* 66) *ABC* (a Deo: *deest*); *H Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 67) ipse: *deest: F Ed. Bas.* 68) didicerat: *Edd. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 69) *ABDEFGH* 70) doceat: *EGH* 71) *Codd. et Edd. coll. o.* 72) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 73) *Codd. coll. o.;* orat: *GH* 74) et Amalech.: *Ed. Bas.* 75) Christ. Iesu: *ib.*

Dist. XXXVII. can. 1. 1) *c.* 5. *Statt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 143. — *cf. supra D.* XVIII. *c.* 9. — *Ans. ded.* II, 210.; *Reg. Appdx.* III, 28.; *Burch.* I, 95.; *Ivo Decr.* IV, 160.; *ib.* V, 197.; *Ivo Pan.* II, 130.; *Coll. tr. P.* II, 18, 5.; *Polyc.* IV, 7, (8,) 1. 2) ut Ep.: *Ans. ded. Reg. Burch. Coll. tr. P.;* episcopi . . . legant: *Ivo Decr.* 3) autem legat: *DE;* autem perlegat: *Edd. coll. o.;* aut: *Ivo Pan.* 4) nec. temporis: *orig. ap. Baller.;* nec. et temp.: *orig. ap. Bruns.* 5) aut pro: *AEH;* et: *orig. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* IV. V. *Coll. tr. P. Polyc.* || can. 2. 6) *ABCDF* 7) *scr. c. a.* 398. *Ivo Decr.* IV, 162.; *Ivo Pan.* II, 131.; *Caes.* VIII, 49. 8) *ABCD Ivo Pan.* 9) *ABDEFGH;* laudare: *C* 10) ten. in manibus: *Ivo Decr. Pan. Edd. coll. o. pr. Bas. — Corr.* 11) id: *deest: orig.* 12) *ABCEFGH Edd. Arg. Bas.;* causa adest: *Edd. coll. rel.* 13) voluntatis: *AB* || can. 3. 14) ingr. illum: *Ed. Bas.* 15) in: *deest: ABCF Edd. coll. o. pr. Bas. Par.* — abyssi quoddam immane demergit: *Corr.* 16) quiddam: *A;* quidem: *C* 17) *Codd. coll. o.* 18) si alteram: *A;* ad: *deest: CDF* 19) transeant: *BCD* || can. 4. 20) *ABCDEFH* 21) *ut Corr. iam annotaverunt est Hieronymi lib.* IX. *ad c.* 28. *Esaiae* 22) *Codd. et Edd. coll. o.* 23) *ib.* 24) *Codd. et Edd. coll. o.* 25) resolvuntur: *DEFGH* 26) *ex l.* V. *comm. Hier. ad Hieremiam c.* XXIX. *v.* 8. 27) *ib. lib.* VI. *ad c.* XXXI. *v.* 29. 28) non: *deest: Ed. Bas.* 29) intelligunt. .. comedant: *DEFGH* || can. 5. 30) *Ivo Decr.* IV, 166. (*can.:* Educati ait apostol.) 31) *AB* (erud. faciunt); *Ivo* 32) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 33) *CDEFGH Edd. coll. o. Ivo;* saturnalitium: *AB* 34) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 35) *Codd. et Edd. coll. o. — finis canonis ap. Ivon.* 36) I. *Reg. c.* 2. 37) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. pr. Arg. — Böhm.* || can. 6. 38) *Haec Palea deest: AECEGH* 39) ex responsalibus Urbani P.: *DF Edd. coll. o.; scr. non ut Richt. censuit ao.* 787. *sed* 794. *Jaffé no.* 1902. — *Ivo Decr.* IV, 229. 40) inventorum: *DF Edd. coll. o. Ivo — Corr.*

tione[41] constituunt[42] heretici[43], que philosophorum sententia definitur non astruendi uim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit[44] Deo[45] saluum facere populum suum. Regnum enim[46] Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.]

C. VII. *B. Ieronimus ab angelo uerberatur, quia Ciceronis libros legebat*[47].

Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis[48].

Legimus de B. Ieronimo, quod[49], cum librum[50a] legeret Ciceronis, ab angelo correptus[51] est, eo quod uir[52] Christianus paganorum figmentis intenderet.

Gratian. *Hinc etiam filius prodigus ille in euangelio*[53] *reprehenditur, qui de siliquis, quas porci manducabant, uentrem suum replere*[54] *cupiebat.* §. 1. *Hinc etiam Origenes* cinifes et ranas, quibus Egiptii percussi sunt, uanam dialecticorum garrulitatem et sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quod non est ab ecclesiasticis secularium litterarum querenda peritia.* §. 2. *Sed econtra legitur*[55]*, quod Moyses et Daniel*[56] *omni scientia Egiptiorum et Caldeorum eruditi fuerint*[57b]. *Legitur*[58] *etiam, quod precepit Dominus filiis Israel, ut spoliarent*[59] *Egiptios auro et argento, moraliter instruens, ut siue aurum sapientiae, siue argentum eloquentiae apud poetas inuenerimus*[60c]*, in usum salutiferae eruditionis uertamus.* §. 3. *In Leuitico*[61] *etiam primitias** mellis, id est dulcedinem eloquentiae humanae Domino iubemur offerre.* §. 4. *Magi*[62] *quoque tria munera Domino obtulerunt, in quibus nonnulli tres partes philosophiae uolunt intelligi.* §. 5. *Denique, ut in expositione Psalterii Cassiodorus*** testatur, omnis splendor rethoricae eloquentiae, omnes modi*[63d] *poeticae locutionis, quelibet uarietas decorae pronuntiationis*[64] *a diuinis scripturis sumpsit exordium.* §. 6. *Hinc etiam*[65e] *Ambrosius† ait super epistol. Colosensium: „Omnis ratio supernae scientiae uel terrenae creaturae in eo est, qui est caput earum et auctor, ut, qui hunc nouit, nichil ultra querat, quia hic est perfecta uirtus et sapientia; quicquid alibi queritur, hic perfecte inuenitur. In Daniele et Salomone ostendit infidelibus esse*[66f] *se auctorem totius sapientiae. Quod infideles non putant, quia non legunt in euangeliis et prophetis astrologiam, et*[67g] *alia huiusmodi, que despecta*[68h] *sunt, quia*[69i] *nichil ualent ad salutem, sed mittunt in errorem*[70]*, et, dum his*[71] *student, curam animae non habent. Qui uero Christum nouit, thesaurum sapientiae et scientiae inuenit, quia id nouit, quod utile est.*"

Hinc etiam Beda ait in [lib. II.] *Regum*, [c. 9. in Samuelis allegoricis expositionibus][72]:

C. VIII. *Non prohibeantur clerici seculares litteras legere.*

Turbat acumen legentium et deficere cogit, qui eos a legendis secularibus libris[73a] omnibus modis[74b] existimat[75c] prohibendos, in[76] quibus si qua inuenta[77] sunt utilia, quasi sua sumere licet. Alioquin Moyses[78d] et Daniel sapientia et[79] litteris Egiptiorum Caldeorumque non[80e] paterentur erudiri, quorum tamen supersticiones simul[81] et delicias horrebant. Nec ipse[82] magister gentium aliquot[83] uersus poetarum suis uel scripturis[84f] indidisset, uel dictis.

II. Pars. Gratian. *Cur ergo legi prohibentur, que tam rationabiliter legenda probantur? Sed seculares litteras quidam legunt ad uoluptatem, poetarum figmentis et uerborum ornatu delectati; quidam uero ad eruditionem eas addiscunt, ut errores gentilium legendo detestentur, et utilia, que in eis inuenerint, ad usum sacrae eruditionis*[85] *deuote*[86] *inuertant*[87g]. *Tales laudabiliter seculares litteras addiscunt. Unde B. Gregorius*[88] *quendam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat, sed quia contra episcopale offitium pro lectione euangelica grammaticam populo exponebat.*

Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam, [in explanatione prooemii][89]:

C. IX. *Seculares litterae legendae sunt, ut non*[90a] *ignorentur.*

Legimus aliqua, ne legantur[91b]*; legimus, ne ignoremus; legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus.

C. X. *Gramatica legenda est, ut per eam sacrae scripturae intelligantur*[92].

Item Ieronimus super epistolam ad Titum[93a].

Si quis gramaticam artem nouit[94b] uel dialecticam, ut recte loquendi rationem habeat, et inter falsa et uera diiudicet[95], non inprobamus*. §. 1. Geometria autem[96c] et aritmetica et musica habent in sua scientia ueritatem, sed non est scientia illa pietatis[97d]. Scientia autem[98e] pietatis est legere scripturas et[99f] intelligere prophetas, euangelio[100] credere, apostolos non ignorare. §. 2. Gramaticorum[101]** autem doctrina potest[102g] proficere ad uitam, dum fuerit in[103] meliores usus assumpta.

C. XI. *Exemplo Danielis probatur, non esse peccatum secularibus litteris erudiri.*

Item[104a].

Qui de mensa et uino[105b] regis nolunt[106c] comedere, ne polluantur, utique si sapientiam[107d] atque doctrinam Babiloniorum scirent esse peccatum, numquam adquiescerent discere quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur, sed ut iudicent atque conuincant, quomodo si quispiam aduersus mathematicos uelit scribere[108] inperitus matheseos[109e], risui[110] pateat, et aduersus philosophos dis-

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXVII. c. 7. a) libros b) fuerunt c) invenerimus d) omnis modus e) et f) esse: *deest* g) astr. geometriam et h) quae ideo despecta i) sunt a nostris quia — c. 8. a) litteris b) omnimodo c) aestimat d) Alioq. nec Moys... vel liter. e) Chaldaeorumque non: *deest* f) scriptis g) convertant — c. 9. a) ne b) negligantur* — c. 10. a) ad cap. I. epistolae b) nouerit c) quoque d) illa scientia pietat. e) autem: *deest* f) pietat. est nosse legem, intell. g) doctr. etiam potest — c. 11. a) It. Hieronym. in cap. 1. Danielis b) et de vino c) potus eius nolunt d) si ipsam sapient. e) mathematis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Origenes: In homil. 4. ad cap. 7. Exodi ranas quidem comparat poëtis, cyniphes autem dialecticis.

** Primitias: Levitici c. 2. prohibetur fermentum ac mel adoleri in sacrificio Domini; primitiae tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Ubi in glossa ordinaria mel exponitur *gentilis eloquentia*, ab Isychio autem *paganorum doctrina*, cuius primitiae ad imitationem B. apostoli Pauli possunt Deo offerri.

*** Cassiodorus: In prologo Psalterii c. 15. et seq. multis verbis Cassiodorus divinae scripturae eloquentiam explicat et commendat. Sed quae affert in principio explanationis Psalm. 6. valde videntur his, quae nunc referuntur, convenire.

† Ambrosius: Ex B. Ambrosii principio expositionis c. 2. epist. ad Coloss. haec summatim collecta sunt, referunturque in glossa ordinaria, et ab Anselmo ad idem caput 2., cuius Anselmi verbis Gratiani verba magnopere sunt similia.

C. IX. * Negligantur: Sic etiam in Panormia, sed in originali, et in uno Gratiani manuscr.: *ne legantur.* Ibi enim agitur de pseudoëvangeliis. Sed non est mutatum ob glossam.

C. X. * Non improbamus: Absunt istae duae voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio epistolae ad Titum: *Et cognitionem veritatis, quae est iuxta pietatem*, ita scripsit: *Est plane veritas, quae non habet pietatem, si quis grammaticam, etc.*

** Grammaticorum: Haec non sunt B. Hieronymi, sed Isidori lib. 3. de summo bono, c. 13. ex quo citat Ivo [101].

Dist. XXXVII. can. 6. 41) disputantes: *DF Edd. coll. o. pr. Bas. — Ivo* 42) ponunt: *DF Edd. coll. o. Ivo* 43) her.: *deest: orig.* 44) placuit: *DF Edd. coll. o. Ivo* 45) Deo Patri, Filio et Spiritui S.: *Edd. coll. o. (pr. Bas.) omissis iis quae in textu exstant verbis.* 46) enim: *deest: Ed. Bas.* ‖ can. 7. 47) verberatus est: *CG;* librum: *ABEF* 48) *in libro de press. eccles. Attonis Vercell. (nam Rabani non est) ed. a D'Acherio in Spicilegio. cf. Berard.* III, 438. *Ivo Decr.* IV, 164. (Raban.); *Ivo Pan.* II, 182. (Beda lib. II. de press. eccl.) 49) quoniam: *ABF Ivo Decr. Pan.;* qui quum: *EH* 50) *ABDF Ivo Decr. Pan.* 51) correctus: *CD;* esse correptum: *Ivo Pan.;* est: *deest: AB* 52) vix: *Ed. Bas.* 53) *Luc. c.* XV. 54) implere: *CDEFGH* 55) *ABCDF;* econtra leg. etiam quod: *GH;* contra leg. etiam quod: *E* 56) *Dan. c.* I. 57) *ABCDEFGH* 58) *Exod. c.* III. *v.* 22. 59) *ABCDF* 60) *ABCDEFH* 61) *Levit. c.* II. *v.* 11. 62) *Matth. c.* II. *Rabanus ad h. l.* 63) *ABCDEGH* 64) quael. var. dec. pron: *deest: AB* 65) *Codd. coll. o.* 66) *ABEGH; add.:* ostendit Dominus: *GH* 67) *Codd. coll. o.* 68) *Codd. coll. o.;* que sunt: *deest: AB* 69) *Codd. coll. o.* 70) et alia huiusmodi despecta quia nihil ualent sed inicient error.: *AB* 71) in his: *AB* ‖ can. 8. 72) *Ivo Decr.* IV, 85.; *Ivo Pan.* II, 133. 73) *Codd. et Edd. coll. o.* 74) *ABCDF Ivo Decr.* 75) *ABCEFGH* 76) in: *deest: Ivo Decr. Pan.* 77) inveniuntur: *EGH Ed. Bas.;* quib. ubi libror. inv.: *Ivo Pan.;* quibus ubilibet inv.: (*omissa voce:* sunt) *Ivo Decr.* — *Corr.* 78) *ABCDEFGH Ivo Pan.* 79) *Codd. coll. o.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 81) simul: *deest: EGH;* tam. superst... quam simul: *Ivo Pan.* 82) etiam ipse: *AB* 83) aliquos: *Ivo Pan.* 84) *ABCDF Edd. coll. o.;* in script... in dict... *AB* 85) sacrae scripturae erud.: *EGH* 86) devoti: *DGH* — *deest: C* 87) *ABDEFGH* 88) *infra Dist.* LXXXVI. *c.* 5. ‖ can. 9. 89) *Ivo Pan.* II, 134.; hinc et Ambr.: *AB* 90) *AB* (litterae: *deest*), *DEFGH;* Non prohibeantur clerici saeculares literas legere: *C* 91) *CDF;* negligenter: *AB* ‖ can. 10. 92) sacra scriptura intelligatur: *DF* 93) *Codd. coll. o.* — *ad cap.* I. *epistolae ad Titum.* — *Ivo Pan.* II, 135. 94) *ABH* 95) iudicet: *Böhm.* 96) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* autem: *deest: Edd. coll. rel.* 97) *Codd. coll. o.* 98) *CDEFGH* 99) *ABEGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; piet. est nosse legem, scripturas et intell.: *CDF* 100) in evang.: *EGH* 101) *Ivo Decr.* IV, 167. (*can.:* Ideo prohibetur.) *Ivo Pan.* II, 16. 102) *ABCD* 103) ad: *AB* ‖ can. 11. 104) idem: *EH;* — secularium litt.: *AB;* — *Hieronymus in c.* I. *Danielis* — *Polyc.* IV, 7, (8,) 4. (*usque ad Gratiani* §. 1.) 105) *ABCDFGH* 106) *Codd. et Edd. coll. o. — ast in Edd. coll. o. orig. Polyc.:* non vult, *et sic num. sing. deinceps* 107) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 108) describere: *DF Ed. Bas.* 109) *Codd. et Edd. coll. o.;* mathematicis: *male Polyc.* 110) risui non pateat: *Edd. Lugdd.* II. III.

putans, si ignorat[111f] dogmata philosophorum. Discunt[112] ergo ea mente doctrinam[113] Caldaicam[114g], qua et Moyses omnem sapientiam Egiptiorum didicerat. *Idem*[115]: §. 1. Si quando cogimur litterarum secularium recordari, et aliqua ex his discere[116], que olim omisimus[117], non est nostrae uoluntatis, sed, ut ita dicam, grauissimae necessitatis, ut probemus ea, que a sanctis prophetis ante secula multa predicta sunt, tam Grecorum, quam Latinorum et aliarum gentium litteris contineri[118].

C. XII. *Magistros et doctores episcopi congruis locis constituant.*

Item ex Sinodo Eugenii Papae* [II. c. 34.][119]

De quibusdam locis ad nos refertur, neque[120] magistros, neque curam inueniri pro studio litterarum. Idcirco ab[121a] uniuersis episcopis[122b] subiectis[123c] plebibus, et aliis locis[124], in quibus necessitas occurrerit, omnino cura et diligentia habeatur[125d], ut magistri et[126] doctores constituantur[127], qui studia litterarum liberaliumque artium dogmata[128] assidue doceant[129], quia in his maxime diuina manifestantur atque[130] declarantur mandata.

C. XIII. *Auctoritatibus gentilium eorum uanitas retunditur atque conuincitur.*

Item Augustinus contra Manicheos, [lib. XIII. cap. 15.][131a]

Si quid ueri de Deo Sibilla, uel Orpheus, aliiue gentium uates aut philosophi predixisse perhibentur, ualet quidem aliquid ad paganorum uanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatem complectendam[132b]. Quantum[133] enim de Christi distat aduentu inter predicationem angelorum, et confessionem demonum[134c], tantum inter auctoritatem prophetarum, et curiositatem sacrilegorum[135].

C. XIV. *Ad intelligentiam sacrarum scripturarum secularium peritia est*[136a] *necessaria.*

Item Clemens [Papa I. epist. V. ad suos discipulos][137].

III. Pars. Relatum nobis est[138], quod quidam in uestris partibus commorantes sanis[139b] doctrinis aduersantur, et prout eis uidetur non secundum traditionem patrum[140c], sed iuxta[141] suum sensum docere uidentur. Multas enim quidam, ut audiuimus, uestrarum partium ingeniosi homines[142] ex his, que legunt, uerisimilitudines capiunt. Et ideo diligenter obseruandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam[143] legatur uel doceatur. Sunt enim multa uerba in diuinis scripturis, que possunt trahi[144] ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte presumit[145]; sed non[146d] oportet. Non enim sensum, extrinsecus alienum[147e] et extraneum debetis querere ut[148f] quoquo modo ipsum ex[149g] scripturarum auctoritate confirmetis[150h], sed ex ipsis scripturis[151] sensum capere ueritatis[152]. Et ideo oportet ab eo scientiam[153i] discere scripturarum, qui eam a maioribus secundum ueritatem sibi traditam seruat[154k], ut et[155l] ipse possit eam, quam[156m] recte suscepit, competenter asserere[157]. Cum enim ex diuinis scripturis integram quis[158] et firmam regulam ueritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, que forte in pueritia attigit, ad assertionem ueri dogmatis conferat, ita tamen, ut, ubi uera didicerit[159], falsa et simulata declinet.

C. XV. *Quare prohibetur Christianus*[160a] *poetica figmenta legere.*

Item Ysidorus in lib. [III.] *Sententiarum,* [de summo bono, cap. 13.][161]

IV. Pars. Ideo prohibetur Christianus[162] legere figmenta poetarum, quia per oblectamenta fabularum nimium[163b] mentem excitant[164] ad incentiua libidinum. Non enim solum thura offerendo demonibus immolant[165c], sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

V. Pars. Gratian. *Ut itaque*[166] *ex premissis auctoritatibus*[167d] *apparet, inperitia sacerdotibus semper debet esse aduersa, quoniam*[168e], *cum per ignorantiam cecati*[169] *aliis ducatum prestare ceperint, ambo in foueam cadunt; unde dicitur in Psalmo*[170]*: „Obscurentur oculi eorum, ne uideant, et dorsum eorum semper incurua.“ Cum enim obscurantur illi, qui preeunt, ad ferenda onera peccatorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus, ut ignorantiam a se quasi quandam pestem abiciant. Licet enim seruus*[171] *nesciens uoluntatem domini sui, et non faciens, dicatur uapulare paucis, non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ut enim ait*[172f] *Apostolus*[173]*. „Qui ignorat, ignorabitur.“ Quod de eo intelligendum est, „qui noluit intelligere, ut bene ageret“*[174].

Unde Augustinus ait in libro Quest. [ueteris ac noui testamenti, quaest. 67.][175]

[C. XVI.]

Non omnis ignorans est immunis a pena*[176]. *Ille enim ignorans potest excusari a pena, qui quod*[177a] *disceret non inuenit. Illis*[178b] *autem hoc ignosci non poterit*[179c], *qui, habentes a quo discerent, operam non dederunt*[180d].

DISTINCTIO XXXVIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Cum itaque uoluntaria ignorantia omnibus sit noxia sacerdotibus est periculosa.*

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXVII. c. 11. f) ignoret g) Chaldaeorum — c. 12. a) idcirco in univ. b) episcopiis c) subiectisque d) adhibeatur — c. 13. a) contra Faustum Manichaeum b) amplectendam c) daemoniorum — c. 14. a) ostenditur b) sacris c) patris d) sed fieri non e) sensum quem extrins. adulteretis alienum f) aut g) ex: *deest* h) confirmare i) intelligentiam k) servavit l) et: *deest* m) ea quae — c. 15. a) prohibeatur Christianis b) nimium: *deest* c) immolatur d) auctoritatibus: *deest* e) quia f) Ait enim Apost. — c. 16. a) a quo b) Istis c) petit d) *addit.*: Huiusmodi non licet ignorare; accipient ergo veniam, si convertantur.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Eugenii: Apud Anselmum citatur: *Ex synodo habita Romae in consist. Lateran. a Beato ***.* In Polycarpo eodem modo, et additur nomen Eugenii, ex quo etiam citat Ivo. Inventum vero est in synodo Eugenii Papae II. et in synodo Leonis IV., quarum synodorum, ut alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam synodi a Gregorio VII. Romae habitae talis cuiusdam capitis haec ponitur summa: *Ut omnes episcopi artes literarum in suis ecclesiis docere faciant.*

C. XVI. * Caput hoc in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori. Est autem responsio ad quaestionem, quam praemisit B. Augustinus his verbis: *Quid est, quod in cruce positus salvator ait:* [Luc. c. XXIII. v. 34.] Pater ignosce illis, non enim sciunt, quid faciunt. *Si enim nesciunt, quid est, quod ignoscitur? maxime quum dicat* [Genes. c. XX. v. 4.] *rex Abimelech ad Deum:* Numquid gentem ignorantem perdes? *Non omnis ignorans immunis est, etc.* In extremo autem addita sunt nonnulla ex ipsa B. Augustino, quo sententia sit integrior.

Dist. XXXVII. can. 11. 111) *ABEGH* 112) discant: *DF Edd. coll. o. pr. Bas. Par.*; discat: *EGH* 113) mente dogmata et doctr.: *CDF Ed. Bas.* 114) *Codd. coll. o. Polycarp.* 115) *in prooem. in Daniel.* 116) dicere: *ABEG Ed. Rom. operarum vitio* 117) commisimus: *EG* 118) continere: *Ed. Bas.* || can. 12. 119) *hab. ao.* 826. *Jaffé pag.* 224. — *in Mon. Germ. LL.* II. *Appdx.* 11. *sq.* — *Anselm.* VII, 2.; *Ivo Decr.* IV, 214.; *Polycarp.* IV, 32. (33.) *c. unic.* (*can.*: In episcopiis) 120) non: *orig. Anselm. Ivo Decr.* 121) *Codd. et Edd. coll. o.* — ab: *deest. Ivo Decr.* 122) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* 123) *Codd. et Edd. coll. o.*; et in subiect.: *Ivo Pan.* 124) loc. opportunis: *Ivo Pan., ubi seqq. usque ad verb.*: adhibeant ut *desunt* 125) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Anselm.* 126) ubi mag. doct.: *Anselm.* 127) instituantur: *EGH Ed. Bas.* 128) habentium dogm.: *Anselm.* — dogmata habeant: *Ivo Pan., ubi* assidue doceant *deest* 129) doceantur: *orig.* 130) et: *EDGH* || can. 13. 131) *CDEFGH;* item Aug.: *AB — in originali fusius* 132) *ABDEFGH;* contemplandam: *C* 133) *ib. post pauca.* 134) *Codd. et Edd. coll. o.* 135) sacrilegarum (saecularium: *EG*) scripturarum: *EGH* || can. 14. 136) *ABCDF;* saecular.: *deest: EG* 137) *Ep. Pseudoisidor. ap. Hinschius p.* 65. — *Eadem fere, Petro Ap. tributa leguntur in lib.* X. *Recogn. Clementis.* — *Coll. tr. P.* I, 1, 25. 138) etiam nobis: *orig. Coll. tr. P.* 139) *ABDEFGH orig. Coll. tr. P. Corr.;* traditiones: *DEGH* 140) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 141) iusta: *orig.* 142) ingenio hominum: *ib.* 143) ing. virtutem vel intellig.: *CDEFGH Edd. coll. o.* 144) retrahi: *EGH Ed. Bas.* 145) praesumpserit: *Edd. coll. o.* 146) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 147) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. — Corr.;* quem extrinsecus attuleris: *orig.* 148) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 149) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* quo modo: *orig.* 150) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 151) scriptis: *Ed. Bas.* 152) verit. oportet: *EGH Edd. coll. o.* 153) *Codd. et Edd. coll. o.;* addiscere: *EGH Edd. Bas.* 154) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 155) *ABCDF Coll. tr. P.* 156) *ABDEFGH* 157) *finis canonis in Coll. tr. P.* 158) quisquam: *GH;* quisque: *Edd. coll. o.* 159) didicit: *F orig.;* dicit: *D.* || can. 15. 160) *ABDFG;* Christianus: *Codd. coll. o.* 161) *Ivo Decr.* IV, 167.; *Ivo Pan.* II, 137. 162) Christianis: *Böhm. orig. ex Ed. Breul.* 163) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 164) incitant: *Ivo Decr.*; excit. ad incendia: *EG* 165) *Codd. coll. o.* 166) autem: *AB* 167) *ABEGH* 168) *ABEH* 169) fuerint excaecati: *EGH* 170) *Ps.* LXVIII. *v.* 24. 171) *Ex Greg. M. pastor. lib.* I. *c.* 1. 172) *ABCEGH* 173) I. *Cor. c.* XIV. *v.* 38. 174) *Ps.* XXXV. *v.* 4. || can. 16. 175) *Liber apocryphus — Ans.* VIII. *cap. fin.* 176) a culpa: *C;* in poenitentia: *Ans.* 177) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 178) *ABDEH;* ille: *Ans.* 179) *Codd. et Edd. coll. o.* 180) *Codd. et Edd. coll. o.*

Unde in ***Tolletano*** *Concilio* [IV., cap. 24.] *legitur*[1]:

C. I. *Sacerdotibus maxime ignorantia est uitanda.*

Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei uitanda[2] est, qui docendi offitium in populo Dei[3a] susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas[4b] admonentur[5c], Paulo apostolo dicente[6d] ad Timotheum: „Adtende[7] lectioni, exhortationi[8], doctrinae[9e]," et[10]: „semper permane in his." Sciant ergo[11f] sacerdotes scripturas sacras et canones[12], et[13g] omne opus eorum[14] in predicatione et doctrina consistat, atque edificent cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina.

C. II. *Offitialem libellum ab episcopo accipiant presbiteri, cum ordinantur.*

Item ex eodem [Toletano IV. c. 25.][15]

Quando presbiteri in parrochiis[16] ordinantur, libellum offitialem a sacerdote suo accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant[17], ne per ignorantiam etiam in[18] ipsis diuinis sacramentis[19] offendant[20]. Cum uero ad letanias uel ad concilium uenerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum[21] offitium celebrent[22], uel baptizent.

C. III. *Inscientia*[23a] *sacerdotum nec excusatione digna est nec uenia*[24].

Item Leo Episcopis Constantinopolitanis[25b].

Si in laicis uidetur intolerabilis[26c] inscientia[27d], quanto magis in his[28e] qui presunt, nec excusatione est digna, nec uenia?

C. IV. *Canones non licet*[29] *sacerdotibus ignorare.*

Item ***Celestinus*** *omnibus orthodoxis Episcopis*[30a].

Nulli sacerdotum[31] liceat[32] canones[33] ignorare, nec quicquam facere, quod possit Patrum regulis obuiare[34]. Que enim a nobis res digna[35b] seruabitur[36], si decretalium norma constitutorum pro aliorum[37c] libitu licentia populis permissa frangatur?

C. V. *Que sacerdotibus necessaria sunt*[38a] *ad discendum.*

Item ex dictis S. ***Augustini***[39].

Que[40]* ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est sacramentorum liber[41], lectionarius, antiphonarius[42], baptisterium, computus, canones penitentiales[43b], psalterium, omeliae per circulum anni[44] dominicis[45] diebus et singulis festiuitatibus aptae. Ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen[46] uix in eo constabit[47], quia ualde periculosae sunt euangelicae minae, quibus dicitur[48]: „Si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt."

C. VI. *Que oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus.*

Item ex VII. Sinodo, [cap. 2.][49]

Omnes[50] psallentes repromittimus Deo: „In[51] iustificationibus tuis[52] meditabor, non obliuiscar sermones tuos." Quod[53] omnes quidem Christianos obseruare saluberrimum est, sed precipue hos, qui ecclesiasticam[54a] consecuti sunt[55] dignitatem. Unde diffinimus omnem, qui ad episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus psalterium nosse, ut ex hoc etiam[56b] omnis clerus, qui sub eo[57c] fuerit, ita moneatur[58] et inbuatur. Inquiratur autem diligenter a metropolitano, si in promtu habeat[59] legere scrutabiliter et non transitorie tam sacros canones et sanctum euangelium, quam diuini[60] Apostoli librum et omnem diuinam scripturam atque secundum mandata[61d] conuersari[62], et docere populum sibi commissum. Substantia enim summi sacerdotii nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est uera diuinarum scripturarum disciplina[63], quemadmodum magnus perhibet Dionisius[64]. Quod si disceptauerit, et ita libenter facere et docere minime spoponderit, nullatenus consecretur. Ait enim prophetice[65] Deus: „Tu scientiam repulisti, et ego repellam te, ne sacerdotio fungaris michi."

C. VII. *De eodem.*

Item ex Concilio ***Cartaginensi*** *III.*, [c. 3.][66]

Placuit, ut ordinatis[67a] episcopis uel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus[68] eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilii fecisse peniteat[69].

C. VIII. *Sacrae scripturae inherentes non obscurantur iniquitate mundana.*

Item ***Zepherinus*** *Papa* [epist. I. ad Episcopos Siciliae][70].

Sicut stellas celi non extinguit nox, sic mentes fidelium inherentes firmamento[71] sacrae[72a] scripturae non obscurat mundana iniquitas.

C. IX. *Ignorantia scripturarum*[73] *est ignorantia Christi.*

Item ***Ieronimus*** *in Isaia*[74a].

Si[75] iuxta apostolum Paulum[76] Christus Dei uirtus est et Dei[77b] sapientia est[78c], ignoratio[79d] scripturarum est ignoratio Christi.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXVIII. c. 1. a) in populis suscep. b) script. frequenter c) admonet d) Paulus apostolus dicens e) exhort. et doctrinae f) igitur g) ut — c. 3. a) Inscitia b) Leo Episcopus ad Clerum et plebem Constantinopolitanae urbis, epist. XXII. c) laic. vix tolerabilis d) inscitia e) iis — c. 4. a) universis Episcopis per Apuliam et Calabriam constitutis epist. III. b) digne c) aliquorum — c. 5. a) sint b) canon poenitentialis — c. 6. a) hierarchicam b) et c) ipso d) mand. Dei conv. — c. 7. a) ordinandis — c. 8. a) sanctae — c. 9. a) Hier. ad Eustochium in prooemio Comment. in Esaiam b) Deique c) est: *deest* d) sap., et qui nescit scripturas nescit Dei virtutem eiusque sapientiam, ignoratio

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XXXVIII. C. V. * Ceteri etiam collectores Augustinum citant. Fere autem omnia haec habentur in poenitentiali Bedae, et in libro de officiis ecclesiasticis, et alibi.

Dist. XXXVIII. can. 1. 1) *hab. ao.* 633. *Hispana c.* 25.; *ap. Bruns* I, 231. (*c.* 25.); *Burch.* I, 100.; *Ans.* VII, 114. (118.); *Ivo Decr.* V, 202.; *Coll. tr. P.* II, 37, 5.; *Caes.* IV, 54. 2) evitanda: *ABC* 3) *Codd. et Edd. coll. o. exc. AB, ubi* Dei *deest* 4) sancta scriptura: *orig. Burch. Ivo Decr.; vox* frequenter *quae hoc loco invenitur in Ed. Rom., deest in Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Burch. Ans. Ivo Decr.* 5) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Burch. Ans. Ivo Decr.* — I. *Tim. c.* 10. *v.* 13. 7) intende: *orig. Burch. Ans. Coll. tr. P.* 8) et exhort.: *Burch. Ivo Decr.* 9) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ans. Coll. tr. P.*; doctrinae: *deest: Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 10) et: *deest: orig. Burch. Ans.* 11) *Codd. coll. o.*; Doctores (enim: *Ivo Decr.*) semper se permanere (manere: *Coll. tr. P.*) in his sciant: *Burch. Ivo Decr.*; *Coll. tr. P.* 12) can. meditentur: *Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* — *cf. Conc. Aurel.* IV. *c.* 3. 13) *Codd. coll. o.* 14) eorum: *deest: Ivo Decr.* || can. 2. 15) *Hisp. c.* 26. *ap. Bruns* I, 231. (*c.* 26.); *Ans. ded.* IV, 30.; *Ans.* VII, 113. (117.); *Ivo Decr.* III, 129.; *Ivo Pan.* III, 23.; *Coll. tr. P.* II, 37. 6.; *Richt. Correctores secutus falso citat Burch.* II, 157. *hoc enim canone eiusdem Concilii continetur c.* 27. *iisdem quidem verbis incipiens.* 16) parochias: *orig.* 17) cedant: *CEGH Ans. ded. Ans.* — *Böhm.* 18) in: *deest: orig. Ivo Pan.* 19) scripturis: *C*; scriptis: *Ed. Bas.* 20) off. ita ut quando ad: *orig. Ans. ded. Ans. Ivo Decr.* (*missa tamen voce:* ita) 21) suum off.: *ABC* 22) celebrant ... baptizant: *orig. Hisp. Ans. ded.* || can. 3. 23) *Codd. coll. o.* 24) excusatione vel venia indigna est: *ABC* 25) *CDEFGH*; episcopo Constantinopolitano: *AB* — *Leon. ep.* LIX. (*Ed. Baller.*) *ao.* 450. *ad Clerum et populum Const. scr.* — *Jaffé no.* 225. — *Ans.* VII, 119. (Leo Ep. Constantinopolitanis); *Polyc.* IV, 4, (5,) 2. 26) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 27) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 28) *Codd. coll. o.* || can. 4. 29) liceat: *EGH* 30) *Codd. coll. o.* — *Ep. Coelestini ao.* 429. *ad universos Epp. per Apuliam et Calabriam constitutos scr.* — *Jaffé no.* 151. — *Ans. ded.* II, 200.; *Reg. Appdx.* III, 8.; *Burch.* II, 160.; *Ans.* VII, 106. (120.); *Ivo Decr.* VI, 251.; *Coll. tr. P.* I, 41, 3.; *Polyc.* IV, 4, (5,) 1. 31) sacerdoti: *Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 32) licet: *Polyc.* 33) can. suos: *orig. Ans. ded. Reg. Ivo Decr.* — *Corr.* 34) *finis canonis ap. Ans.* 35) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans. ded. Reg. Burch. Coll. tr. P.*; *Polyc.* — *Corr.* 36) reservabitur: *DF Coll. tr. P.*; observabitur: *EGH* 37) *Codd. coll. o.* || can. 5. 38) *ABEFGH* 39) *apud Bedam, quem canonis auctorem esse voluerunt Corr. Rom. similia tantum leguntur. Integer canon prostat in Capitulari Ahytonis Basil.* (806—23.) *c.* 5. *et Coll. Conc. Mansi* XIV, 394. — *Reg. Appdx.* III, 50.; *Burch.* II, 2. *cf.* XIX, 8.; *Ans.* VII, 109. (121.); *Ivo Decr.* VI, 22.; *Ivo Pan.* III, 24.; *Polyc.* IV, 31, (32,) 52. 40) Sexto quae: *Reg.* 41) sacrorum: *Edd. Bas. Nor. Ven.* I. 42) antiph.: *deest: Ivo Decr. Pan. Polyc.* 43) *ABEGH Ivo Pan. Ans.* 44) totius anni: *Ed. Bas.* 45) in dom.: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* — *Böhm.* 46) nomine: *Edd. Arg. Bas.* 47) constare (stare: *Ed. Bas.*) poterit: *EGH Ed. Bas.* 48) *Matth. c.* XV. *v.* 14. || can. 6. 49) *hab. ao.* 787. — *interpretatio Anastasii Bibliothecarii.* — *Ivo Decr.* V, 372. *Coll. tr. P.* II, 12, 5. — Item Zepherynus papa ex VII. synodo: *EGH* 50) Quoniam: *Ivo* 51) *Psalm. c.* XVIII. *v.* 16. 52) tuis: *deest: Ivo* 53) quod: *deest: ib. Coll. tr. P.* 54) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 55) fuerint: *Ivo Coll. tr. P.* 56) *ABDEFH Ivo Coll. tr. P.* 57) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 58) moveatur: *Ivo* 59) prompt. habeat legem: *D*; prompt. hanc legem: *Ed. Bas.*; prompt. hab. legem legere: *Ivo* 60) div.: *deest: EGH* 61) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.*: mand. eorum: *Ed. Bas.* 62) conservare: *CDFH Edd. coll. o. pr. Bas.* (conservari), *et Arg.*: (conversari vel conservare) 63) doctrina: *C* 64) *Dionys. Areop. libr.* (*suppos.*) *de eccl. hierarch. c.* 1. 65) per prophetam: *Ivo* — *Oseae c.* IV. *v.* 6. || can. 7. 66) ex C. Carth. IV.: *CEG* — *hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 123.; *Ans.* VII, 61.; *Coll. tr. P.* II, 17, 1. 67) *ABCEFG Coll. tr. P. Ans.* 68) in auribus: *Ed. Bas.* 69) poeniteant: *Edd. coll. o. Hisp.*; asserant: *orig.* || can. 8. 70) *Ep. Pseudoisidor. c.* 1. *ap. Hinschius p.* 131. — *cf. Prosper. Aquitan. Sent.* 220, *ex qua caput mutuatus est impostor.* 71) et firmam.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 72) *Codd. coll. o.* || can. 9. 73) scripturae: *EGH* 74) *Codd. coll. o.* — *ad Eustochium in prooemio comment. in Esaiam.* 75) Si: *deest: EGH* 76) I. *Cor. c.* 1. *v.* 18. 77) *ABD*; et sapientia: *EH* 78) *ABCD* 79) *Codd. coll. o.*: ignorantia: *Edd. coll. o.*

C. X. *A Domino sciuntur, uel ignorantur, qui ea, que Dei sunt, sapiunt, uel ignorant.*

Item Gregorius in Moralibus[80a].

Qui ea, que Dei sunt*, sapiunt, a Domino sapiuntur, et qui ea, que Dei sunt, nesciunt, a Domino[81b] nesciuntur, Paulo testante[82c], qui ait[83]: „Si quis ignorat, ignorabitur.“ *Idem*[84]. Quicumque stultus est in culpa, sapiens erit in pena.

C. XI. *Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur.*

Item Augustinus [in Enchiridio ad Laurentium, cap. 17.][85]

II. Pars. Quamuis errare[86] quanta possumus cura cauendum sit, non solum in maioribus, uerum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, non est tamen consequens, ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed si quis[87a] se existimet[88b] scire quod nescit. Pro uero quippe approbat falsum, quod erroris est proprium. Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Nam in una eademque re et nescienti sciens, et erranti non errans recta ratione preponitur. In diuersis autem rebus, id est cum iste scit alia, ille alia, et iste utiliora, ille minus utilia uel etiam noxia: quis non in eis, que ille scit, ei preferat nescientem? Sunt enim quedam, que nescire melius est[89c] quam scire.

III. Pars. Gratian. *Sed licet per ignorantiam gramaticae artis aliquid uitiosum proferant episcopi uel presbiteri, non tamen ideo a scolasticis sunt despiciendi*[90], *quia morum uitia magis quam uerborum sunt precauenda.*

Unde Augustinus in libro de catezizandis rudibus, [c. 9.][91]:

C. XII. *Non contempnant scolastici ecclesiasticam simplicitatem.*

Sedulo monendi sunt scolastici*, ut humilitate induti[92] Christiana[93], discant non contempnere quos cognouerint morum uitia quam uerborum amplius[94] deuitare[95], sed[96a] cordi[97] casto linguam exercitatam nec[98] conferre audeant, quam etiam preferre consueuerant. His[99b] enim[100c] maxime utile est nosse, ita esse preponendas uerbis sententias[101], ut preponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita malle[102] debeant ueriores quam dissertiores[103] audire sermones, sicut malle debent prudentiores quam formosiores habere amicos. Nouerint etiam, non esse uocem[104] ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites et ministros ecclesiae forte animaduerterint uel cum barbarismis et soloecismis Deum inuocare, uel eadem uerba, que pronunciant, non intelligere, perturbateque distinguere, non quia ista minime corrigenda sunt, ut populus ad id, quod plane intelligit, dicat *Amen;* sed quia[105] pie toleranda sunt ab eis, qui didicerint[106d] ut sono in foro, sic uoto in ecclesia benedici. Itaque forensis illa nonnumquam forte bona dictio numquam tamen benedictio dici potest.

[P A L E A[107].

C. XIII. De eodem.

Item Gregorius ad Leandrum[108] Episcopum Hispalensem, in prefat. Moral. ad fin.*

Indignum uehementer existimo, ut uerba celestis oraculi restringam sub regulis Donati.]

[P A L E A[109].

C. XIV. Item Augustinus de uera religione, cap. 49. et 50.

Locutio diuinarum scripturarum secundum cuiusque linguae proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua sua[110] quedam propria genera locutionum, que cum in aliam linguam[111] transferuntur, uidentur absurda.]

[P A L E A[112].

C. XV. Item Ieronimus ad Pammachium, epist. LII. cuius initium est: Christiani interdum pudoris est.

Ecclesiastica interpretatio etiamsi habet eloquii[113] uenustatem, dissimulare eam debet[114] et fugere[115], ut non otiosis philosophorum scolis paucisque discipulis[116], sed uniuerso[117] loquatur hominum generi.]

C. XVI. *Episcopus propter obprobrium senectutis a paruulis et a minimis discere non erubescat.*

Item Clemens Papa [epist. III.][118]

Nullus episcopus[119] propter obprobrium senectutis uel nobilitatem generis[120] a paruulis uel minimis[121] eruditis, si quid forte est utilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter uiuit, et discere atque bona agere recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, et potius infidelis quam fidelis monstratur[122].

DISTINCTIO XXXIX.

GRATIANUS.

Ecce plenarie monstratum[1] *est, quod sacerdotes oportet litterarum tam sacrarum quam secularium esse peritos. Nunc queritur, an secularium negotiorum oporteat eos habere peritiam? Hanc prelatis esse necessariam, multis rationibus probatur. Debent namque prelati subditis non solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solum uerbo docebat, sed etiam uirtute sanabat et corporalibus alimentis reficiebat. Ut autem prelati hec omnia plene perficere possint, secularium negotiorum oportet eos habere sollertiam, ut eorum cautela et ecclesiae seruentur indempnes, et cuique necessaria pro suo modo subministrentur*[2a]. *Unde quidam in episcopum electus a B. Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesiae dilapidarentur.*

Unde idem scribit nobilibus ciuibus Neapolim [lib. VIII. epist. 40.][3a]

C. I. *Secularium negotiorum inperiti non sunt in episcopos ordinandi.*

Petrus diaconus[4], quem a uobis[5] electum asseritis, omnino (ut[6] dicitur) simplex est, et nostis, quia hoc tempore talis in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, uerum etiam de extrinseca utilitate[7] et cautela sciat esse sollicitus.

EDITIO ROMANA.

Dist. XXXVIII. c. 10. a) in Pastorali b) Deo c) attestante — c. 11. a) quisquis b) existimat c) sit — c. 12. a) et b) *ante* His *addit.:* et infra c) etiam d) didicerunt — Dist. XXXIX. Pars. I. a) ministrentur — c. 1. a) Sic enim scribit Gregorius Clero et nobilibus Neapol.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * **Dei sunt:** In loco indicato legitur: *Qui ea, quae sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo attestante etc.*

C. XII. * **Scholastici:** Vox ista abest ab originali. Sed in eo haec praecedunt: *Sunt item quidam de scholis usitatissimis grammaticorum oratorumque venientes, quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum est exercitata quaestionibus. His ergo, qui loquendi arte ceteris hominibus excellere videntur, quum veniunt, ut Christiani fiant, hoc amplius quam illis illiteratis impertire debemus, quod sedulo admonendi sunt, ut humilitate, etc.*

C. XIII. * Hoc et duo sequentia capita absunt a multis antiquis exemplaribus, neque glossam habent.

Dist. XXXIX. can. 10. 80) *Codd. et Edd. coll. o. — in Pastorali part.* I. *c.* 1. 81) *ABEFH Edd. coll. o.* 82) *ABEGH* 83) I. *Cor. c.* XIV. *v.* 38. 84) item: *AB;* id est: *C; — ex Moral. lib.* XV. *c.* 3. *in cap.* 21. *Iobi* || can. 11. 85) *Petr. Lomb. Sentent. lib.* III. *dist.* 38. 86) error cavendus: *orig.* 87) *ABD Edd. coll. o.* 88) *ABDEFGH* 89) *Codd. coll. o.* 90) decipiendi: *EG* 91) *Ivo Decr.* VI, 383. 92) inducti: *Ed. Bas.* 93) Christiani: *Ivo* 94) magis: *CD Edd. coll. o.* 95) vitare: *ABC* 96) *Codd. coll. o.* 97) corde: *Ed. Par. Ivo* 98) non: *CDF* 99) *Codd. coll. o.* — paullo post: *Ivo* 100) *ABCDEH Ed. Bas. Ivo;* enim: *deest: Edd. coll. o.* 101) praeponendam . . . sententiam: *CDF* 102) *in ABE pro* malle *semper legitur:* male 103) discretiores: *Ed. Bas.* 104) voces: *CDEFGH* 105) tamen: *orig. Ivo* 106) *ABDEH Ed. Bas. Ivo* || can. 13. 107) *Haec Palea deest: ABCEGH* 108) item ad Alexandrinum Ep.: *D Edd. coll. o. pr. Nor.:* (ad Alexandrium); ad Alexandrum ep.: *F* || can. 14. 109) *Haec Palea deest: ABCEGH;* item de vera relig.: *DF* — de eodem: *ib.* 110) sua: *deest: DF Edd. coll. o.* 111) in alia transf.: *DF Edd. coll. o.* || can. 15. 112) *Haec Palea deest: ABCEGH* — item Hier. ad Pammach. de eodem: *DF* 113) eloquentiae: *DF* 114) debes: *F Edd. coll. o. pr. Bas.* (debetis); deberes: *D* 115) non fugere: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. — Corr.* 116) disciplinis: *Edd. coll. o.* 117) universa loq. hom. genera: *D Edd. coll. o.* || can. 16. 118) *Ep. Pseudoisid. c.* 63. *qui hoc l. secutus est lib.* I. *Recogn. Clem. c.* 67. — *Hinschius p.* 54. 119) Nullus enim: *orig.* 120) gen. aut iuventutis: *ib.* 121) parv. et minus erud.: *ib. — Corr.* 122) esse monstrat.: *CDEFGH*

Dist. XXXIX. Pars. I. 1) probatum: *CD* 2) *ABCDEGH* || can. 1. 3) *Codd. coll. o. — Ep.* 62. *lib.* X. *Ed. Maur. scr. ao.* 600. — *Jaffé no.* 1325. — *Ans.* VI, 13. (*can.:* Nec novum nec reprehensibile; *continuatur*); *Polyc.* II, 1, 24. (*eod. modo*) *Caes.* III, 36. 4) autem itidem (item: *Polyc.*) diac.: *Ans. Polyc.* 5) quem quidem electum de duobus asser.: *EGH* 6) quantum: *Ans. Polyc.* 7) *Codd. et Edd. coll. o.*

DISTINCTIO XL.

GRATIANUS.

I. Pars. *Oportet*[1] *quoque episcopum esse ornatum et hospitalem. Ornamenta episcopalia uirtutes debent intelligi, que a Domino eis repromittuntur, dum*[2a] *dicitur*: „*Sacerdotes*[3] *eius induam salutari.*" *Unde in ueteri*[4] *testamento uariis uestibus ex precepto*[5] *Domini sacerdotes ornati leguntur, quia multimodis uirtutibus splendere debet uita pontificis, ut gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed uita et mores sanctum faciunt sacerdotem. Unde ex offitio suscepto non licentiam peccandi, sed necessitatem bene uiuendi se nouerint assecutos.*

Unde Simacus Papa ait*[6].

C. I. *Offitium sacerdotii non confert, sed adimit licentiam delinquendi*[7a].

Non nos beatum Petrum (sicut dicitis) a Domino cum sedis priuilegio[8b], uel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perhennem meritorum dotem cum hereditate innocentiae transmisit[9c] ad posteros. Quod illi concessum est per actuum lucem[10d], ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantae dignitatis[11] attollit? In quo si desint[12e] bona acquisita per meritum, sufficiunt, que a loci predecessore[13f] testantur[14g]. Aut enim claros ad hec fastigia erigit, aut qui eriguntur, illustrat.

C. II. *Filii sanctorum sunt, qui exercent opera eorum.*

Item Ieronimus [ad Heliodorum, epist. I.][15]

Non est facile stare[16] in loco Petri et Pauli et tenere cathedram regnantium cum Christo[17a], quia hinc* dicitur: non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum[18].

C. III. *Morum nobilitas, non loci uel generis, sacerdotes notificet.*

Item Gregorius[19].

Nos, qui presumus, non ex locorum uel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec urbium claritate, sed fidei puritate.

C. IV. *Non loca uel ordines, sed merita nos Deo coniungunt*[20a].

Idem Anastasio Presbitero, [lib. VI. epist. 29.][21]

Non loca uel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos[22b] aut[23c] merita bona coniungunt[24d], aut mala disiungunt.

C. V. *Magnitudo peccati uel dignitatis quemque fortiter deicit*[25].

Item Iohannes Crisostomus, [id est, auctor operis imperfecti in Matthaeum, homilia 40. ad c. 21.]

II. Pars. Homo Christianus fortiter cadit in peccatum[26a] propter duas causas: aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.

C. VI. *Dampnatur Apostolicus, qui suae et fraternae salutis est negligens.*

Item ex gestis[27a] *Bonifacii* Martiris*[28].

III. Pars. Si Papa suae[29] et fraternae salutis negligens reprehenditur[30b] inutilis et remissus in operibus suis, et insuper a bono taciturnus, quod magis officit sibi et omnibus, nichilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio gehennae cum ipso plagis multis in eternum uapulaturus[31]. Huius[32] culpas istic redarguere presumit[33] mortalium nullus, quia cunctos ipse iudicaturus[34] a nemine est iudicandus, nisi deprehendatur a fide deuius[35]; pro cuius perpetuo statu uniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertunt[36c] propensius pendere.

C. VII. *Non ordines, sed uitae merita nos Deo commendant*[37].

Item Augustinus ad Valerium, [epist. CXLVIII.][38]

IV. Pars. Ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua, nichil esse in hac uita et maxime in[39a] hoc tempore facilius et leuius[40b] et hominibus acceptabilius episcopi, aut presbiteri, aut diaconi offitio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur, sed nichil apud Deum miserius[41] et tristius et dampnabilius. §. 1. *Item*[42]: Nichil est[43c] in hac uita et

EDITIO ROMANA.

Dist. XL. Pars. I. a) quum — c. 1. a) peccandi b) privilegiis c) misit d) pro act. luce e) desunt f) decessore g) praestantur — c. 2. a) stare loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Christo regnant. — c. 4. a) iungunt b) sed ei nos c) aut: *deest* d) iungunt — c. 5. a) peccato — c. 6. a) dictis* b) deprehenditur c) animadvertit — c. 7. a) in: *deest* b) laetius c) esse

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XL. C. I. * Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, est in libro, quem pro Symmacho Ennodius diaconus scripsit: iureque Symmachi nomine citatur, quod eum librum Symmachus et universa V. synodus pro causa Symmachi habita sic approbarunt, ut parem ei cum synodis et apostolicis decretis auctoritatem tribuerint.

C. II. * Quia hinc: Haec usque ad finem non sunt inventa apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam ceteri collectores.

C. VI. * Dictis Bonifacii: Nauclerus Gen. 26. testatur hoc fuisse dictum Bonifacii Martyris. Verum Deusdedit presbyter cardinalis tit. Apostolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papae III. libros IV. de rebus ecclesiasticis composuit, qui in bibliotheca Vaticana servantur. Et in libro I. cap. 231. ex gestis (sic habent etiam multi Gratiani codices, et Ivo) Bonifacii martyris et archiepiscopi Moguntini, sed. ap. legati, haec sanctissimi illius viri de Romano Pontifice ac sede apostolica verba refert, in quibus est hoc caput, et quidem ex antecedentibus et sequentibus valde illustratur. *Sancta Romana ecclesia, privilegio specialis auctoritatis divinitus et humanitus caput omnium ecclesiarum post Christum Iesum effecta, secundum antistitis vel rectoris sui qualitatem et valetudinem afficit totius Christianitatis membra, ut illius incolumitati sua respondeant incolumitate et congaudeant, et nihilominus eius languoribus suo languore consentiant, et sicut eius gloria iuxta Apostolum* [II. Cor. c. I.] *conglorificantur, sic eius deiectione deiiciuntur, ut illud propheticum in eo praecipue compleri deprehendatur:* Omne caput languidum, et omne cor moerens; a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. [Esa. c. I. v. 5.] *Et revera tanta reverentia apicem praefatae apostolicae sedis omnes suscipiunt, ut nonnullam sanctorum canonum disciplinam et antiquam Christianae religionis institutionem magis ab ore praecessoris eius, quam a sacris paginis et paternis traditionibus expetant; illius velle, illius nolle tantum explorant, ut ad eius arbitrium suam conversationem et ipsi remittant, aut intendant. Quod si, ut summopere sibi et omnibus expedit, zelo domus Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator et prudens exsistens, Deo et hominibus opere et sermone irreprehensibilem sese conservare studuerit, ut vere fatear, universum paene mundum secum attonitum et sollicitum post Deum currere facit, ex utroque sexu populos diversae professionis, conditionis et aetatis catervatim Domino suo super omnia bona ipsius constituendus ducit. Si vero suae et fraternae salutis negligens deprehenditur, inutilis et remissus in operibus suis, et insuper a bono taciturnus (quod magis officit sibi et omnibus), nihilominus innumerabiles populos catervatim secum ducit, primo mancipio gehennae cum ipso plagis multis in aeternum vapulaturus; cuius culpas istic redarguere praesumit mortalium nullus, quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus, nisi forte deprehendatur a fide devius; pro cuius perpetuo statu universitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animadvertunt propensius pendere. Salvo enim divinae omnipotentiae mysterio, ut dignum est, loco ab ipsa secundo, illud B. Iob.* [c. XII. v. 14.] *non incongrue aptari S. Romanae ecclesiae potest:* Si destruxerit, nemo est, qui aedificet, et si incluserit hominem, nullus est, qui aperiat ei; si continuerit aquas, omnia siccabuntur, et si emiserit eas, subvertent terram; *nec immerito, quum ipsa specialius in Petro coeli terraeque retentet habenas. Haec quum omnium fidelium in Christo spiritalis sit mater, nemo debet renuere illius feriri disciplina vel emendari censura, iuxta illa proverbia Salomonis* [c. I. v. 8. c. VI. v. 21.]: Ne dimittas legem matris tuae, liga eam in corde tuo iugiter; qui enim abiicit disciplinam, infelix est, et stultus homo despicit matrem suam; *et rursus* [Deut. c. XXIX. v. 16.]: Est maledictus a Deo, qui exasperat matrem, et maledictio matris eradicat fundamenta; *illa utique quae arrogant* [arrogantor(?)], *divisa a sede illius, cui dictum est* [Matth. c. XVI. v. 18.]: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; *et super arenam concupiscentiae carnalis seu humanae praesumtionis probantur posita; cursus rivi minime prosperatur, si a suo fonte dividatur.*

Dist. XL. Pars. I. 1) I. *Tim. c.* III. *v.* 2. 2) *ABCEGH* 3) *Psalm.* CXXXI. *v.* 16. 4) *Exod. c.* XXVIII. 5) ex praecepto: *deest: AB* || can. 1. 6) *Ex lib. apolog. Ennodii pro Sym.* IV. (*hab. ao.* 501.) *ap. Hinschius p.* 666. — *Polyc.* III, 7, (8,) 3. 7) *Codd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o.; post:* accepisse: *AB* 9) *Codd. et Edd. coll. o.* 10) *ABEFGH Edd. coll. o. Polyc.* 11) exspectata dignitas: *Polyc.;* potestatis: *C* 12) *AB orig. Polyc.* 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. || can. 2. 15) *Burch.* I, 207.; *Ivo Decr.* V, 321.; *Polyc.* III, 8, 4. — *Infra C.* II. *qu.* 7. *c.* 29. 16) non facile constare: *Burch.* 17) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. Burch. Ivo;* — in loco Petri et Pauli et tenere gradum Petri iam c. Chr. reg.: *Polyc.* 18) sanctorum: *Burch. Pol.* || can. 3. 19) *caput incerti auctoris.* — *Burch.* I, 208.; *Ivo Decr.* V, 322.; *Polyc.* III, 7, (8.) 2. || can. 4. 20) *ABDF;* — merita nos Deo coniung. non loca v. ord.: *EGH* 21) *Ep.* 32. *lib.* 7. *Ed. Maur. scr. ao.* 597. *Jaffé no.* 1110. — *Coll. tr. P.* I, 55, 109. 22) *ABD Edd. coll. o. pr. Ed. Bas. Lugdd.* II. III. (sed et nos.) 23) *ABDEFGH orig. Coll. tr. P.* 24) *ABCEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* | can. 5. 25) dignitas: *AB; Richterus citat: Polyc. ib. sed neque Correctores illum locum indicant, neque nos canonem in Polyc. invenimus.* 26) *ABCFH Edd. coll. o.* || can. 6. 27) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 28) *Caput non inoffensae fidei. cf. Berard.* II, 2, 182. *Deusdedit* I, 231. (*can.:* Sancta Rom. et ap. eccl.); *Ivo Decr.* V, 23. *Coll. tr. P.* III, 9, 3. 29) si vero suae: *Deusded.* 30) *ABCDF Coll. tr. P.* 31) vapulantur: *AB;* vapulaturos: *Ivo — Corr.* 32) huiusmodi: *Ed. Bas.;* cuius palmas: *Deusded.* 33) praesumat: *AB* 34) iudicat: *Coll. tr. P.* 35) devians: *AB; in ep. Clem.* I. *ad Iac. eadem formula legitur, cf. etiam Isid. Hisp. sent. lib.* III. *c.* 39. 36) *ABH Ivo Coll. tr. P.;* animi advertuntur: *Deusded.* || can. 7. 37) coniungunt: *AB* 38) *Ep.* 21. (*scr. ao.* 391.) *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VI, 389.; *Coll. tr. P.* II, 10, (11,) 24. 39) *ABDEFH* 40) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 41) miserabilius: *CDEFGH* 42) Idem: *H Edd. coll. o. pr. Bas.;* — *Ans.* VI, 191. (193.) 43) *ABDH Edd. coll. o. Ans.*

maxime in[44d] hoc tempore difficilius et[45e] laboriosius et[46f] periculosius episcopi, aut presbiteri, aut[47] diaconi offitio, sed apud Deum nichil beatius, si eo[48] modo militetur, quo noster imperator iubet. Quis autem sit[49g] modus, nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici, et eo tempore, quo[50] discere ceperam, uis mihi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem[51] nescio, ut secundus locus gubernaculorum[52] mihi traderetur[53], qui remum[54] tenere non noueram.

C. VIII. *Corrumpitur et ad terram sacerdotium trahitur, nisi legaliter et iuste seruetur.*

Item Ysidorus[55].

Sicut uiri et mulieris digna coniunctio unum facit matrimonium, et sicut duorum copulatio unum perficit[56] corpus, ita clericatus et sacerdotium unum faciunt[57] presbiterum, et electio et consecratio unum faciunt[58] episcopum: que omnia unum efficiunt corpus, quod citius corrumpitur et ad terram trahitur, nisi legaliter conseruetur[59a], nisi[60] iuste uiuendo laudetur.

C. IX. *Gratia, non locus saluat animam.*[61]

Item Ambrosius, [lib. de paradiso, c. 4.]

V. Pars. Illud autem[62] aduerte[63a], quia[64] extra paradisum uir factus est, mulier[65] intra paradisum, ut aduertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed uirtute unusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum, hoc est[66] in inferiori loco, uir factus melior inuenitur, et illa, que in meliori loco, hoc est in paradiso, facta est, inferior inuenitur[67b].

C. X. *De eodem.*

Item Gregorius, [lib. VI. Reg. epist. 5.][68]

Quelibet occulta loca sine gratia animam[69a] saluare non possunt, quod aliquando in ipsis quoque[70] conspicimus erratibus electorum. Nam Loth[71] in ipsa peruersa ciuitate iustus fuit: in monte peccauit. Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim paradiso iucundius? quid celo securius? et tamen homo ex[72] paradiso, et angelus de[73] celo peccando cecidit.

C. XI. *De eodem*[74].

Idem[75].

Adam* primus homo de[76] paradiso pro peccato eiectus est: hoc est, qui[77a] Dei nobilitatem[78] a se deiecit[79], nobilitate loci priuatur[80b].

C. XII. *Non est uere*[81a] *sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos.*

Item Iohannes Crisostomus, [id est, auctor operis imperfecti in Matth. hom. 43. ad c. 23.][82]

VI. Pars. Multi sacerdotes[83], et pauci sacerdotes; multi nomine, et[84b] pauci in[85c] opere. Videte ergo quomodo[86] sedeatis[87d] super cathedram[88], quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed homo locum; non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos est[89e]. Qui bene sederit[90] super cathedram, honorem accipit cathedrae[91f]; qui male sederit[92], iniuriam facit cathedrae; ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo crimen adquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedens, si quidem bene[93] uixeris et bene docueris, populum instruis[94g]; si uero[95h] bene docueris et male uixeris, tui solius condempnator eris[96]. Nam bene uiuendo et bene docendo populum instruis, quomodo uiuere debeat: bene autem docendo et male uiuendo Deum instruis, quomodo te debeat condempnare. *Idem*[97]: §. 1. Quicumque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in celo, nec* inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit, nec unusquisque eorum festinet, quomodo appareat aliis maior, sed quomodo omnibus inferior uideatur, quoniam non qui maior fuerit in honore, ille est iustior, sed qui fuerit iustior, ille maior[98] est[99i].

DISTINCTIO XLI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Ecce, quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus. Scilicet*[1a] *preterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu uidelicet et incessu: habitu, ut nec fulgidis, nec sordidis se uestibus ornet. Ut enim ait Ieronimus*, nec affectatae sordes, nec exquisitae deliciae laudem*[2] *pariunt, quod tam de uestibus, quam de cibis intelligendum est.*

Unde Augustinus ait in lib. [III.] *de doctrina Christiana*, [cap. 12.][3]

C. I. *Pro moribus eorum, cum quibus uiuimus, alimentis uti debemus*[4a].

Quisquis rebus[5] pretereuntibus restrictius[6] utitur quam sese habent mores eorum, cum quibus uiuit, aut intemperans[7]*, aut supersticiosus est. Quisquis uero sic[8] eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos uersatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido in[9b] culpa est. §. 1.[10c] Quid igitur[11] locis, et temporibus[12], et personis conueniat, diligenter adtendendum est, nec[13d] temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest, ut sine aliquo uitio cupidinis[14] uel uoracitatis preciosissimo cibo sapiens utatur, insipiens autem fedissima[15] gulae flamma in uilissimum ardescat[16e], et sanius[17] quisque maluerit more Domini[18] pisce uesci, quam lenticula more Esau, nepotis Abraham, aut hordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores sunt nobis pleraeque[19] bestiae, quia uilioribus escis aluntur[20]. Nam in omnibus huiuscemodi[21] rebus non ex

EDITIO ROMANA.

Dist. XL. c. 7. d) in: *deest* e) *et* f) et: *deest* g) aut. iste sit — c. 8. a) seruetur — c. 9. a) animadverte b) reperitur — c. 10. a) grat. Dei anim. — c. 11. a) quia b) privatus est — c. 12. a) verus b) et: *deest* c) in: *deest* d) sedetis e) est: *deest* f) ab illa g) *add.:* omnium iudex es h) autem i) *add.:* conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus. — Dist. XLI. Pars. I. a) Sed — c. 1. a) etiam uti deb. alim. b) utentis in c) *ante* §. 1. *add.:* Et infra d) ne e) olus ardescat

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * Primo libro B. Gregorii in Ezechielem, homil. 9. leguntur haec verba, quae nonnihil ad hanc rem facere videntur: *Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui et in paradiso cecidit.*

C. XII. * Nec inter: In loco indicato legitur: *ut inter servos Christi non sit de primatu certamen, nec unusquisque etc.* Sed obstitit glossa, ne mutaretur.

Dist. XLI. Pars I. * Hieronymus: Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit: *nec affectatae sordes, nec exquisitae munditiae conveniunt Christiano.* Ad Nepotianum quoque in eandem fere sententiam: *vestes pullas aeque decita ut candidas, ornatus ut sordes pari modo fugiendae sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.*

C. I. * Intemperans: Apud S. August. et Ivonem legitur: *temperans.* Sed ob glossam non est mutatum.

Dist. XL. can. 7. 44) *ABDF* 45) *ABEH* 46) *Codd. et Edd. coll. o.* 47) aut . . aut: *deest: Ans.* 48) eodem: *AB* 49) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 50) quo tempore: *Ed. Bas.* 51) aestimem: *ABF* 52) tabernaculorum: *ABEFH* 53) traditus est: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 54) postremum: *C. Ans.* || can. 8. 55) *Fragmentum omnino incertum.* — 56) facit: *CDEGH Ed. Bas.* 57) facit: *AB* 58) faciunt: *deest: C* 59) *CDEFGH;* fuerit: *AB* 60) et: *CH;* ubi: *E* || can. 9. 61) *in Codd. coll. o. haec inscr. in seq. canone invenitur; sed nos Corrector. exemplum secuti inscriptiones commutavimus, quia c. IX. et X. idem continetur, non vero can. IX. et VIII.* 62) autem: *deest: EGH* — Quo loci illud adverte: *orig.* 63) *ABCEFGH; orig.;* advertas: *Ed. Bas.* 64) quod: *DEFGH* 65) *Codd. coll. o.* 66) scilicet et in: *AB;* id est (in: *C*) inferiori (inferiore: *C*): *CD* 67) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 10. 68) *Ep. ad Cyriacum Ep. Const. Ep. 4. (scr. ao. 596.) lib. 7. — Jaffé no. 1083. — Coll. tr. P. I, 55, 4.* 69) *ABCDGH Coll. tr. P.* 70) quoque: *deest: AB* 71) *Genes. c.* XIX. 72) de: *EGH;* homo peccando ex: *Coll. tr. P.* 73) parad., ang. ex: *AB Ed. Bas.;* a coelo cecid.: *Coll. tr. P.* || can. 11. 74) De eod.: *deest: AB* 75) *Burch.* I, 206.; *Ivo Decr.* V, 320.; *Coll. tr. P.* I, 55, 28. 76) ex: *AB* 77) *AB Ivo Coll. tr. P.* 78) voluntatem: *AB* 79) eiecit: *A Ed. Bas. Burch.;* proiecit: *Ivo* 80) *ABCEGH Edd. Arg. Bas.;* privetur: *Burch. Ivo Coll. tr. P.* || can. 12. 81) *ABCFGH* 82) *Fragmentum apocryphum — cf. Berard.* III, 186. 83) sunt sacerdot.: *EGH* 84) *DEFGH orig.* 85) *Codd. coll. o.* 86) ergo fratres quomodo: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 87) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. orig.* 88) eam: *orig.* 89) *ABCD* 90) sedit: *AB* 91) *Codd. et Edd. coll. o.* 92) sedit: *ABF* 93) si bene: *GH* 94) *DEFGH Edd. coll. o.;* si pop. instr.: *AB;* et popul. instr.: *C* 95) *ABC;* vero: *deest: DEFGH* 96) es: *CGH* 97) *ibid. hom.* XXXV. *ad c.* 20. 98) minor: *AB* 99) *Codd. coll. o.*

Dist. XLI. Pars. I. 1) *ABDFGH;* praeterea: *deest: AB, ubi antea legit.:* ornandum 2) laudes: *EGH; ante:* acquisitae del.: *AB* || can. 1. 3) *Ivo Decr.* IV, 24.; *Ivo Pan.* II, 195. 4) *ABCF* 5) autem rebus: *Ivo Decr. Pan.* 6) rectius: *Ivo Decr.* 7) temperans: *orig. Ivo Decr.* 8) sic: *deest: Ivo Pan.* 9) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 10) *Codd. coll. o.;* post pauca: *Ivo Decr.* 11) ergo: *DF Ivo Decr.* 12) tempori: *DEFGH* 13) *ABCDF* 14) cupediae: *orig.;* cupiditatis: *Ivo Pan.* 15) foetidissima: *DEFGH* 16) *DEFGH orig. Ivo Decr. Pan.;* vil. cibum: *ABC Ed. Bas.* 17) sane quemque melius est more Domini: *AB;* sanus: *EG orig. — Corr.* 18) *Luc. c.* XXIV. *— et cf. ad sqq. Gen. c.* XXV. 19) plures: *Ivo Pan.* 20) utuntur: *ib.* 21) huiusmodi: *DEFGH*

earum rerum[22 f] natura, quibus utimur, sed ex causa utendi et modo appetendi uel probandum est, uel inprobandum quod facimus.

C. II. *Non cibus, sed appetitus in culpa est.*

Item Augustinus super epistolam Iohannis[23 a].

Deliciae quelibet, si absque desiderio percipiantur, non officiunt, et uiles cibi appetenter accepti[24] inpediunt profectum abstinentiae. Dauid[25] enim aquam concupitam[26 b] effudit, et Elias[27] carnes comedit*.

C. III. *Contra suae[28] infirmitatis consuetudinem aliquibus cibis non cogantur diuites uti.*

Idem in libro de uerbis Domini [secundum Mattheum c. 7. serm. V.][29 a].

Non cogantur[30] diuites pauperum cibis uesci, utantur[31] consuetudine infirmitatis suae; sed doleant se aliter non posse[32]: si consuetudinem mutant[33], egrotant. Utantur[34] superfluis, dent inopibus[35] necessaria; utantur preciosis, dent pauperibus uilia.

C. IV. *Equanimitas tolerandi, non usus, uel abstinentia cibi iustitiam facit.*

Idem in lib. [II.] *quest. euang.* [c. 11.][36]

Quod dicit Dominus in euangelio[37]: „Iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis," ostendit filios sapientiae intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando esse iusticiam, sed in equanimitate tolerandi inopiam, et temperancia[38 a] per abundantiam non se corrumpendi, atque oportune[39] sumendi uel non sumendi ea, quorum non usus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, ut succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi uiuendum est. Neque quantum sumas multum interest, cum uideamus aliorum stomachum citius saturari[40], et eos tamen[41] illi ipsi paruo, quo saciantur, ardenter et intolerabiliter et omnino turpiter inhiare; alios autem plus paulo poculo[42 b] saciari quidem, sed tolerabiliter[43 c] inopiam perpeti, et[44] uel ante horam[45 d] positas epulas, si id in tempore aut opus sit aut necesse sit[46 e], cum tranquillitate aspicere, neque tangere. Magis ergo interest, non quid uel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque personae suae, et pro suae[47] ualetudinis necessitate quis accipiat[48 f], sed quanta facilitate[49] et serenitate animi careat, cum his uel oportet, uel[50] necesse est carere; ut illud in animo Christiani conpleatur, quod Apostolus[51] dicit: „Scio et minus habere, scio et habundare; ubique[52] et in omnibus inbutus sum: et saciari, et esurire, et habundare, et penuriam pati, omnia possum in eo, qui me confortat."

C. V. *Temperantia ciborum et uestium[53], non dissolutio eorum laudatur.*

Item ex Concilio Gangrensi[54], [c. ultimo.]

Parsimoniam cum ueste humili non reprobamus, sicut etiam ornatum preter corporis[55]* diligentiam infucatum laudamus. Dissolutos autem et fractos uestibus[56 a] et incessu[57 b] non recipimus[58 c]; pietatem in priuatis domibus non concludentes, omnem[59 d] locum in nomine Domini[60 e] edificatum honoramus[61 f]; et congregationem in ecclesia factam ad utilitatem communem recipimus, et bona opera, que supra uires** in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, et omnia, que conueniunt tradicionibus apostolicis et sanctarum scripturarum preceptis, in ecclesia fieri exoptamus[62].

C. VI. *Sub specie uirtutum[63 a] sepe se uicia ingerunt.*

Item Gregorius [Iohanni Constantinopolitano, lib. I. Reg. epist. 24.][64]

Sepe uicia esse[65] se uirtutes mentiuntur, ut tenacia[66 b] parsimonia, effusio largitas, crudelitas zelus iusticiae, remissio pietas uelit uideri.

C. VII. *Meritis fidei et uitae, non diuitiis episcopalis auctoritas queritur.*

Item ex Concilio Cartagin. IV. [c. 15.][67]

Episcopus[68] uilem supellectilem, et mensam ac uictum pauperem habeat, et[69] dignitatis suae auctoritatem fide et uitae meritis querat. §. 1.[70] Hospiciolum[71 a] quoque non longe ab ecclesia habeat.

[C. VIII.][72 a]

Item ex eodem, [c. 45.][73]

Clericus professionem suam etiam[74 b] habitu[75] et incessu probet, et ideo[76] nec uestibus[77], nec calciamentis decorem querat.

Gratian. *Sicut ergo in cibis mores eorum, cum quibus uiuimus, obseruare monemur, sic et de indumentis intelligendum est. Ut enim alibi[78] dicitur: „quisquis contemptis his, cum quibus uiuit, lautiora sibi uel austeriora pre ceteris indumenta uel alimenta querit, aut intemperans sui est, aut supersticiosus." Incessu[79 c] autem debet esse sacerdos ornatus, ut grauitate itineris mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (ut Augustinus[80] ait) qualitatem[81 d] indicat mentis. Unde istorio-*

EDITIO ROMANA.

Dist. XLII. c. 1. f) rerum: *deest* — c. 2. a) Idem b) male concupit. — c. 3. a) in libro: *deest* — c. 4. a) in temper. b) plusculo c) tolerabilius d) ora e) temp. opus sit cum tranq. f) capiat — c. 5. a) in vestib. b) incessus (*omiss.*: et) c) *post* recip. *add.*: et domos Dei honoramus, et conventus, qui in his fiunt, tanquam sanctos et utiles recipimus d) sed omnem e) Dei f) honorantes — c. 6. a) virtutis b) tenacitas — c. 7. a) Hospitium — c. 8. a) C. VIII. De eodem b) et c) In incessu d) inaequalitatem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. * In operibus beati Augustini aut impressis, aut manuscriptis, quae hactenus ad manus venerunt, haec non sunt inventa. Ceterum apud Prosperum de vita contemplativa, l. 2. cap. 22. eadem fere leguntur: *Nec deliciae quaelibet, si absque desiderio percipiantur, officiunt, et viles cibi plerumque abstinentiae profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, quod sanctus David aquae in se concupiscentiam castigavit, atque eam sibi a suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit, et sancto Heliae perceptio carnium non concupita non nocuit.*

C. V. * Praeter corporis: Est ex prisca[55] versione. Graece est: δι᾽ ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπερίεργον: id est: *propter corporis tantum curam minime supervacaneam atque operosam;* sed ob glossam non est mutatum.

** Supra vires: In prisca illa versione est: *iuxta vires.* Dionysius habet, ut Gratianus. Graece autem: τὰς καθ᾽ ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας; id est: *eximias atque excellentes fratrum beneficentias, quae secundum traditiones per ecclesiam iam pauperes fiunt.*

Dist. XLI. can. 1. 22) *Codd. coll. o. orig. Ivo Pan.* || can. 2. 23) *Codd. coll. o. — cf. Berard.* III, 233. 24) off., si viles appetantur acceptae: *C* 25) II. *Reg. c.* XXIII. 26) *Codd. coll. o.* 27) II. *Reg. c.* XVII. || can. 3. 28) suae: *deest: ABG* 29) *Codd. coll. o.;* de verbo: *AB; — Sermo* LXI. *Edd. Maur. ao.* 12. 30) neque ita hoc dixi ut divites cogam epulis et paup.: *orig.* 31) utantur divites: *ib.* 32) *add.*: sustentari: *A Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; sustentare: *BG*; abstinere: *EGH* 33) vitant: *GH*; mutos aegrotas: *orig.* 34) Utere . . . da . . . utere . . da: *orig.* 35) pauperibus: *EGH* || can. 4. 36) *Ivo Decr.* IV, 23.; *Coll. tr. P.* III, 5, (6,) 1. 37) *Matth. c.* XI. *Luc. c.* VII. 38) *ABEFGH orig.*; temperantiam: *CD Ivo Coll. tr. P.* 39) importune: *AB* 40) cibis satur: *FGH Edd. coll. o. exc. Arg.* — satiari: *orig.* 41) inde: *AB* 42) *ABC* (*omisso:* paullo) *DEFGH Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 44) et: *deest: EFGH* 45) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. Aug. Ivo Coll. tr. P.* 46) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.*; *post:* non tang. neque asp.: *AB* 47) et pro suae: *deest: EGH* 48) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 49) suavitate: *EGH* 50) vel etiam: *Ivo Decr. — Böhm.* 51) *Philipp. c.* 4. *v.* 12. 52) ubique: inaequalitatem: *Ed. Bas.*; in omnibus et in omnib.: *orig.*; *inde a voce* ubique *usque ad* abundare *omnia desunt: AB* || can. 5. 53) temperamentum . . . vestimentorum: *EGH* 54) *Epilog. Conc. Gangr. hab. c. a.* 355. *cuius altera pars exstat D.* XXX. *c.* 16. — *versio Hisp.* — *Ivo Decr.* VIII, 321. (*can.:* Haec autem scripsim.); *Coll. tr. P.* II, 4, 20. (*can.:* Si quis per superbiam) 55) propter: *Hisp.*; *Corr. tamen erraverunt, qui can. priscae versionis esse contendebant, neque Richtero accedere possumus qui Gratianum Pseudoisidori translationem secutum esse affirmat, cum Pseudoisidori concilium textus ab Hispana minime discrepet, et Hinschio testante ea quae in Merlini Conc. Ed. inveniuntur errorum sint plena.* 56) *ABCDF*; fractis vestib.: *EGH* 57) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 58) *Codd. et Edd. coll. o.* 59) *Codd. coll. o.*; et omnem: *Ivo Coll. tr. P.* 60) *Codd. coll. o. pr. AB* 61) *ABC Edd. coll. o. Hisp. Ivo Coll. tr. P.*; honoremus: *DEFGH* 62) optamus: *C Coll. tr. P.* || can. 6. 63) *Codd. coll. o.* 64) *Ep.* 25. *lib.* 1. *Ed. Maur. scr. ao.* 591. — *Jaffé no.* 725. — *Coll. tr. P.* I, 55, 3. 65) ingerunt et (se: *deest: Edd. coll. o.*); esse: *DF Edd. coll. o.* 66) *ABCDF orig. Coll. tr. P.* || can. 7. 67) *Statut. eccl. antiq. c.* 4. (*cf. id c.* 9. *D.* XVIII.) *ap. Bruns* I, 143. — *Coll. tr. P.* II, 18, 14. 68) ut episc.: *orig. Coll. tr. P.* 69) et: *deest: AB* 70) *eiusd. Concilii c.* 14.; *c.* 1. *Statt. eccl. ant.* — *Regino* I, 83; *Burch.* II, 107; *Ivo Decr.* VI, 184. 71) *Codd. coll. o. Ed. Bas.*; ut episcopus hospitiolum: *orig. Reg. Coll. tr. P.* || can. 8. 72) *in Codd. coll. o. can.* 8. *cum* 7. *coniunctus est. cf. etiam Rolandus ed. Thaner p.* XIX. 73) *Statut. eccl. ant. c.* 26. *ap. Bruns.* I, 146. — *Regino* I, 347.; *Burch.* II, 209. (*in Cod. Friburg. c.* 212.); *Ivo Decr.* VI, 284.; *Coll. tr. P.* II, 18, 44. — *Ans.* VII, 202. *a Correct. et Richtero citatur; at in Cod. a nobis collato can.* 202. *et* 203. *omnino desiderantur.* 74) *BDEFGH Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 75) in habit . . . in incess.: *orig.* 76) ideo: *deest: orig.* 77) in vestibus: *C Ivo*; vestimentis: *Burch.* 78) *supra eadem c.* 1. 79) *ABCDF* 80) *Ep.* CIX. *ad monachas* 81) *ABCF*

graphus[82] *ille, cum mutabilitatem eius describeret, cuius conscientia excita*[83] *curis uastabat mentem, inter cetera etiam hoc notabile indicauit*[84e]*: „Incessus eius modo citus modo tardus“*[85f].

DISTINCTIO XLII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Hospitalem uero sacerdotem esse oportet, ne sit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur: „Hospes*[1] *eram*[2], *et non suscepistis me.“ Qui enim Apostolum secutus alios ad hospitalitatem debet inuitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum a se ipso et a domestica sua ecclesia debet exigere quod postea populis imperet; si primum, imitando Christum, ipse debet facere que postea populum doceat: necesse est, ut pauperes*[3] *hospitio recipiat, quo ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat.* §. 1. *Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham*[4] *et Loth per hospitalitatis opera Deo placere*[5a], *et angelos hospitio recipere meruerunt; quomodo angeli, Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerint*[6b]*; quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit; quomodo etiam secundum Ieronimum*[7] *aliena rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur; ac sic per opera pietatis instituat*[8c] *ut etiam*[9d] *presentis uitae subsidia, et eternae claritatis premia a Domino*[10e] *percipiat*[11]*: utrumque enim*[12] *pietati promittitur.* §. 2. *Unde Apostolus scribens ad Timotheum*[13] *ait: „Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem utilis est ad omnia, habens promissionem uitae, que nunc est, et futurae.“ Ab hac quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit.* §. 3. *Si enim uidua*[14] *in*[15] *ecclesia recipi prohibetur, que pauperes non recipit*[16f] *in*[17g] *hospitio, que pedes sanctorum non lauit, que omne opus bonum non est executa: multo magis sunt prohibendi a sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni.* §. 4. *Unde quidam*[18h] *hospitalitatis opera despicientes in Gangrensi*[19] *Concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est* [c. 11.]:

C. I. *Non sunt despiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent.*

Si quis despicit eos, qui fideliter agapas, id est conuiuia, pauperum[20a] exhibent et propter honorem Domini[21b] conuocant fratres, et noluerit communicare huiuscemodi uocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

Gratian. *Hinc*[22] *etiam Iohannes Euangelista in epistola sua quendam Diotrepem*[23c] *excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, et recipientes de ecclesia eiciebat*[24]. *In hospitalitate*[25] *autem non est habendus delectus personarum, sed indifferenter quibuscumque sufficimus hospitales nos exhibere debemus.*

Unde Iohannes Crisostomus in epist. ad Ebreos, [hom. XI. ad c. 6. circ. fin.]

C. II. *In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio.*

II. Pars. Quiescamus ab hac absurda curiositate, et diabolica, et peremptoria[26]. Si enim in clero electum se esse dicat, si sacerdotem se[27] nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est; circa maiora periculum uertitur: non enim das, sed accipis. Si uero pro nutrimento postulat, ne[28a] in his examines. Quomodo[29b] Abraham hospitalem se[30] circa omnes[31] ostendebat[32]. Si scrutator esset[33c] circa refugientes ad se, numquam angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putasset[34d] eos angelos[35e], sed cum reliquis repelleret[36f]; sed quoniam omnes recipiebat[37], suscepit et angelos. Non enim ex uita eorum, quos accipis[38], mercedem tibi retributurus est Deus, sed ex uoluntate[39] et[40g] ex honorificentia multa, ex misericordia, et[41h] bonitate.

III. Pars. Gratian. *Sed licet ipsa conuiuia despicienda non sint, nec*[42i] *tamen in ecclesiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos partes sibi ex eis tollere oportet.*

Unde in Laudicensi Concilio, [c. 27.][43]:

C. III. *Clerici ad agapen uocati partem*[44a] *sibi non tollant.*

Non oportet ministros altaris uel quoslibet clericos* ad agapen[45] uocatos partes tollere, propter iniuriam**, que ex hac occasione ecclesiastico ordini poterit[46b] deputari.

C. IV. *In locis Deo sacratis nec comedere, nec accubitus sternere liceat.*

Item[47a], c. 28.

IV. Pars. Non oportet[48] in basilicis[49] seu in ecclesiis agapen facere et intus* manducare, uel accubitus sternere.

C. V. *Nisi necessitate coacti in ecclesia clerici*[50] *non conuiuentur.*

Item ex Concilio Cartaginensi III. [c. 30.][51]

Nulli[52] episcopi uel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum[53] necessitate illic reficiantur[54]. Populi etiam[55] ab huiusmodi conuiuiis quantum fieri potest prohibeantur.

[PALEA.[56]

C. VI. De eodem.

Item ex dictis B. Benedicti Abbatis[57].

Oratorium hoc sit, quod dicitur; nec ibi quicquam aliud geratur uel[58] condatur[59], quam[60] quod[61] diuinis[62] ministeriis[63] conueniat.]

EDITIO ROMANA.

Dist. XLI. c. 8. e) iudicauit f) dicens: Citus modo, et modo tardus incessus. — Dist. XLII. Pars. I. a) placuere b) liberaverunt c) se instruat d) et e) Deo f) recepit g) in: *deest* h) quidam: *deest* — c. 1. a) pauperibus b) Dei c) Diotrephem — c. 2. a) nihil b) Inquire, quomodo c) fuisset d) putans e) angel. esse f) et hos repulisset g) *add.*: tua ex liberalitate; (et: *deest*) h) ex i) non — c. 3. a) partes b) possit — c. 4. a) Item ex eodem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XLII. C. III. * Clericos: In concilio graeco et prisca [Hispanica potius] etiam versione additur: *vel laicos.*

** Propter iniuriam: Graece est: διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προστρίβεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ; id est: *eo quod ecclesiastico ordinati inuratur contumelia.*

C. IV. * Et intus: Graece est: καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, quod Dionysius vertit: *nec intra domum Dei,* sed apud Balsamonem abest vox, *Dei.*

Dist. XLI. can. 8. 82) *Sallust. Catilina c.* XV. 83) excitata: *EGH Edd. coll. o. — Böhm.;* excitatam: *Corr.;* exagitatam: *ib.;* curis mentem uexabat: *ib.* 84) *Codd. coll. o.* 85) *ib.*

Dist. XLII. Pars. I. 1) *Matth. c.* XXV. *v.* 35. 2) fui: *ABF* 3) pauperem: *EGH* 4) *Genes. c.* XVIII. *et* XIX. 5) *ABCDF* 6) *ABCD* 7) *In regula monachorum perperam ei adscripta* 8) *ABCDF;* se instituat: *EGH* 9) *Codd. coll. o.* 10) *ABCDF* 11) recipiat: *GH;* recipiant: *E* 12) enim: *deest: EG* 13) I. *Tim. c.* IV. *v.* 8. 14) *ib. c.* V. 15) ab: *EGH* 16) *ABDF* 17) *ABEGH* 18) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. — Corr.;* despiciens excommunicatur: *AB* || can. 1. 19) *hab. ao.* 355. — *Interpr. Dionys. — Burch.* XIX, 124. *Ans.* V, 76.; *Ivo Decr.* XV, 136.; — *Coll. tr. P.* II, 4, 11. (*vers. Hisp.*) 20) *BCDEGH* 21) *ABCDEFG Burch. Ans. Ivo* 22) Sicut: *EFGH* 23) *Codd. coll. o.;* nomine Diotr.: *EGH* 24) subiiciebat: *GH* 25) hospitalitatem: *GH* (*ubi tamen rasura effectum est:* hospitalitate) || can. 2. 26) perniciosa: *orig. — Corr.* 27) se esse: *AB;* se: *deest: orig.* 28) *BCDEFGH;* in his: *deest: orig.* 29) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 30) Abra. hospitalitatem circa: *orig.* 31) omn. transeuntes: *orig.* 32) assistebat: *EGH* 33) *Codd. et Edd. coll. o.;* scrutatus fuisset: *orig.* 34) *Codd. et Edd. coll. o.* 35) *Codd. et Edd. coll. o.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 37) suscipiebat: *orig.* 38) recipis: *AB;* non enim ex vita accipientium a te: *orig.* 39) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 40) *ABCDF sed in DF omissa voce:* ex 41) *CDEFGH* 42) *Codd. coll. o. pr. C* || can. 3. 43) *hab. inter a.* 347. *et* 381. *ex vers. Hisp. — Ivo Decr.* III, 128. *Coll. tr. P.* II, 7, 13.; — *Ans.* V, 77. (*ex vers. Dionys.*) 44) *Codd. coll. o. pr. D;* et ad agap.: *AB* 45) agapas: *AB* 46) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* || can. 4. 47) *Codd. coll. o. — Berardus* I, 123. *quem Wasserschleben* (*Regino ad* I, 57.) *secutus est, ex Pseudoisidoro Gratianum hunc canonem hausisse putat. Sed cum Pseudoisidori genuina concilia* (*cf. — quae annotavimus ad Dist.* XLI. *c.* 5.) *Hispanicae versionis sint, etiam Gratianus ex Hispana Coll. canonem sumsisse videtur, quamvis multa ab illo sint mutata. — Reg.* I, 57.; *Coll. tr. P.* II, 7, 14.; — *ex interpr. Dionys.: Burch.* III, 82.; *Ivo Decr.* III, 73. 48) decet: *Hisp.* 49) in dominicis eccles.: *Hisp.:* domiciliis sive eccl.: *Reg.* || can. 5. 50) clerici: *deest: EGH* 51) *hab. ao.* 397. *ap. Bruns.* I, 127.; *Reg.* I, 56.; *Burch.* III, 83.; *Ivo Decr.* III, 74.; *Coll. tr. P.* II, 17, 21. 52) ut nulli: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 53) hospitii: *Reg. Coll. tr. P.* 54) reficiant: *Hisp. Reg. Coll. tr. P.* 55) etiam: *deest: EGH* || can. 6. 56) *Haec Palea deest: ABEF* (*in F manu posterioris aetatis addita est*) *GH; in C in margine scripta est. — canonem nostrum paleam esse testatur: Summa Paris.* (*Schulte p.* 14.) *cum Hugucc. econtra canonem citaverit, nihil ulterius disserens.* (*Schulte p.* 15.) 57) *Regula S. Bened.* (*ao.* 515.) *c.* 52.; *Reg.* I, 55.; *Burch.* III, 81.; *Ivo Decr.* III, 71. 58) aut: *C Reg. Burch. Ivo* 59) credatur: *C* 60) *haec ultima verba absunt ab orig. et Reg.* 61) quod: *deest: Burch.* 62) divinis: *deest: Ivo* 63) laudibus: *C Ed. Arg. — Corr.;* mysteriis: *D Edd. Ven.* I. II. *Nor. Lugd.* I. *Par.*

[P A L E A.[64]

C. VII. De eodem.

Item Augustinus [epist. CIX. de regula monachorum.][65]

In oratorio preter orandi et psallendi cultum[66] penitus nichil agatur, ut nomini huic et opera iugiter inpensa concordent.]

DISTINCTIO XLIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Pudicus quoque debet esse sacerdos, ut et moribus, et uerbis pudorem indesinenter exhibeat. Unde in Canticis Canticorum*[1] *genae sponsae, id est predicatores, turturi comparantur.* §. 1. *Debet etiam gratiam docendi habere, quia, ut Ieronimus*[2] *ait:* „*Innocens absque*[3 a] *sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum et baculo* lupi*[4 b] *sunt arcendi.*“ *In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda*[5 c] *taceat.*

Unde Gregorius[6] *in XV. cap.* [Part. II.] *sui Pastoralis* [c. 4.] *ait:*

C. I. *De discretione predicationis, et silentii.*

Sit rector discretus in silentio, utilis[7] in uerbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit[8], ita indiscretum silentium hos[9 a], qui erudiri poterant, in errorem[10 b] derelinquit. Sepe namque rectores inprouidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta[11] pertimescunt, et iuxta ueritatis uocem[12] nequaquam iam[13] gregis custodiae pastorum studio, sed mercenariorum uice deseruiunt, quia ueniente lupo fugiunt, dum[14] se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpans[15 c] ait in Ysaia[16 d]: „Canes muti, non ualentes latrare.“ Hinc rursum[17] queritur dicens in Ezechiele[18 e]: „Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis[19] murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die Domini.“ Ex aduerso quippe ascendere est pro defensione gregis uoce libera huius[20] mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prelio stare est[21] prauis decertantibus[22] ex iustitiae amore resistere. Pastori[23 f] enim recta timuisse dicere, quid est aliud quam tacendo terga prebuisse? qui nimirum, si pro grege se obicit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur in Hieremia[24 g]: „Prophetae tui[25] uiderunt tibi falsa et stulta[26], nec aperiebant[27] iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam prouocarent.“ Prophetae quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores uocantur, qui dum fugitiua esse presentia indicant[28], que sunt[29] uentura manifestant; quos diuinus sermo falsa uidere redarguit, quia, dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur, qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis uoce conticescunt. Clauis quippe apertionis est sermo correctionis[30] quia increpando[31 h] culpam detegit, quam sepe nescit ipse etiam qui perpetrauit. Hinc Paulus ait ad Titum[32 i]: „Ut potens sit ad exhortandum[33 k] in doctrina sana et eos qui contradicunt, redarguere.“ Hinc per Malachiam[34] dicitur: „Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.“ Hinc per Ysaiam[35] Dominus ammonet dicens: „Clama, ne cesses, sicut[36 l] tuba exalta uocem tuam.“ Preconis quippe offitium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando[37] gradiatur. Sacerdos ergo, si predicationis est nescius[38], quam[39] clamoris[40] uocem daturus est preco mutus? In Actibus Apostolorum[41 m]: hinc est enim, quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus insedit, quia nimirum, quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi precipitur in Exodo[42 n], ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, ut uidelicet predicationis uoces habeat, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: „Ut audiatur sonitus, quando ingreditur[43 o] sanctuarium in conspectu Domini, et non moriatur.“ Sacerdos namque ingrediens uel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur[44 p], quia iram contra se occulti iudicis exigit[45], si sine predicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula uestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere? Propheta attestante[46 q], qui ait in Psalmo CXXXVI.[47 r]: „Sacerdotes tui induantur iusticia.“[48] Vestimentis itaque illius tintinnabula inherent, ut uitae uiam cum linguae sonitu ipsa quoque opera[49 s] sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum preparat, sub quanto cautelae studio loquatur, attendat, ne, si inordinate ad loquendum rapitur, erroris uulnere audientium corda feriantur, et cum fortasse sapientem se[50 t] uideri desiderat, unitatis[51] compagem insipienter abscidat[52 u]. Hinc namque ueritas dicit in Marco[53 v]: „Sal[54 w] in uobis, et pacem habete inter uos.“ Per sal quippe uerbi sapientia designatur. Qui ergo sapienter loqui nititur, magnopere[55] metuat, ne eius eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait ad Romanos[56 x]: “Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.“ In Exodo[57 y] in sacerdotis ueste iuxta diuinam uocem tintinnabulis mala Punica coniunguntur. Quid enim per mala Punica nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo Punico uno exterius cortice multa interius grana muniuntur[58], sic innumeros sanctae ecclesiae populos unitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat, hoc, quod iam premisimus, per semetipsam discipulis clamat ueritas in Marco[59 z]: „Habete sal in uobis, et pacem habete[60] inter uos“: ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Mala Punica tintinnabulis iungite, ut per omne, quod dicitis, unitatem fidei cauta obseruatione teneatis. §. 1. Prouidendum quoque est sollicita intentione rectoribus, ut ab eis nullo modo non solum praua, sed nec[61 aa] recta quidem nimie et inordinate proferantur, quia sepe dictorum[62] uirtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis[63] incauta inpor-

EDITIO ROMANA.

Dist. XLIII. Pars. I. a) Innoc. et absque b) bac. pastorum lupi c) proferenda — c. 1. a) eos b) errore c) increpat d) dicens: canes etc. e) in Ezech.: *deest* f) pastorem g) in Hier.: *deest* h) increpatio i) ad Titum: *deest* k) exhortari l) quasi m) In Act. Ap.: *deest* n) In Exod.: *deest* o) ingr. vel egreditur sanct. p) auditur q) testante r) in Psalmo CXXXVI: *deest* s) quoque bona opera t) sapiens videri desiderat v) abscindat u) in Marco: *deest* w) Habete sal x) ad Rom.: *deest* y) In Exodo: *deest;* Hinc in sacerdot. z) in Marco: *deest* aa) ne

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XLIII. Pars. I. * Baculo: In epistola B. Hieronymi legitur: *baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est.* Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.

Dist. XLII. can. 7. 64) *Haec Palea deest: ABEGH; in margine scripta invenitur in C; manu posterioris aetatis addita in F — Paleam esse testatur Summa Paris. (Schulte p. 14.)* 65) *in Augustini Ep.* CCXI. *ad sanctimoniales (scr. ao. 413.) similia quaedam leguntur. Eadem in regula Tarnatensis monast. se invenisse testatus est Baluzius. — Sed cf. Berard.* III, 319.; — *Reg.* I, 546. (item alibi): *fons Regin. est Coll. Vaticana de qua cf. Wasserschleben Beitr. p. 3. sqq.* — *Burch.* III, 80. (ex d. Aug.; *Ivo Decr.* III, 72. (ex d. S. Aug.) 66) Dei cultum: *Reg.;* Deo cultum: *Burch. Ivo*

Dist. XLIII. Pars. I. 1) *Cant. c.* 5. *Gloss. interl. ib.* 2) *Ep. ad Oceanum et gloss. ord. in* I. *Tim. c.* 3. 3) *ABDEFGH* 4) *Codd. coll. o.;* lup. s. coercendi: *AB* 5) *CDEFGH;* doctorem .. tacendum proferat aut proferendum: *AB* ‖ can. 1. 6) *Codd. coll. o. — Pars.* II. *c.* 4. 7) util. et cautus: *Edd. Ven.* I. II. *Bas. Lugdd.* 8) detrahit: *CDF* 9) *AB orig.* 10) *ABDEGH* 11) recte: *D;* rect. *deest: AB* 12) *Ioann. c.* X. 13) iam: *deest: Edd. coll. o. exc. Bas.* 14) aut: *AB;* cum: *F* 15) *ABC Ed. Bas.* 16) ib. dicens in Esaia: *Codd. coll. rel. — Esa. c.* LVI. *v.* 10. 17) *ABEFGH* 18) *Codd. coll. o.;* dicens: *deest: EGH — Ezech. c.* XIII. *v.* 5. 19) posuistis: *CDF;* opposuistis vos: *EGH Ed. Bas.;* posuistis vos: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 20) huiusmodi: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 21) est: *deest: EGH* 22) decertatoribus: *Ed. Bas.* 23) *ABCDF orig.;* pastoribus: *EGH* 24) *Codd. coll. o. — Hierem. c.* II. *v.* 8. 25) tui quippe: *Ed. Bas.* 26) et vana et stulta et falsa: *AB* 27) aper. tibi iniq.: *Edd. coll. o.* 28) dicunt: *AB;* iudicant: *F Ed. Bas.* 29) sint: *CDF* 30) correptionis: *Böhm.* 31) *Codd. coll. o. pr. F — orig.* 32) *Codd. coll. o. — c.* 1. *v.* 9. — hinc etiam: *Codd. coll. o.* 33) *ABEGH* 34) *Mal. c.* 2. *v.* 7. 35) *Esa. c.* 58. *v.* 1. 36) *ABDEFGH Ed. Bas.* 37) *AB Edd. coll. o. pr. Bas.* 38) inscius: *EGH* 39) quam tibi clam.: *Edd. coll. o.* 40) clamationis: *AB* 41) *ABF;* Hinc est enim quod in Act. Ap.: *EGH;* In act. Ap. legitur: *D;* hinc est en. quod in act. ap. legitur: *Edd. coll. o.* 42) *Codd. coll. o. — c.* 28. *v.* 35. 43) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* ingred. et egreditur: *Edd. coll. rel.* 44) *BEFGH* 45) exigit: *Edd. Nor. Par.* 46) *AB orig.* 47) *Codd. coll. o. — Psalm.* CXXXI. *v.* 9. 48) *add.:* et sancti tui e.: *AB* 49) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 50) *Codd. et Edd. coll. o.* 51) virtutis: *ABEGH* 52) *Codd. coll. o. orig.* 53) *c.* 9. *v.* 50. 54) *ABCEFGH;* Habete salem: *Edd. coll. o. exc. Lugg.* 55) magno opere: *EFH* 56) *Codd. coll. o. — c.* 12. *v.* 3. 57) *ABCEGH;* in Exod. hinc: *F;* hinc in Exod.: *D — Exod. c.* 28. 58) muniuntur: *Ed. Bas.* 59) *CDEFGH;* veritas clamans in Marco ait: *AB — Marc. c.* 9. *v.* 50. 60) habete: *deest: CF* 61) *BCDEFGH; post:* quidem: *deest: AB* 62) doctorum: *AB* 63) loquacitas: *ABDF Edd. coll. o.*

tunitate leuigatur, et auctorem suum hec[64] eadem loquacitas inquinat, que seruire auditoribus ad usum profectus ignorat. Unde bene per Moysen dicitur in Leuitico[65bb]: „Vir, qui fluxum seminis patitur, inmundus erit[66cc].“ In mente quippe audientium semen secuturae cogitationis est audita equalitas[67dd] locutionis, quia, dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Unde ab[68ee] huius[69] mundi sapientibus in Actibus Apostolorum[70ff] predicator egregius semiuerbius[71gg] uocatus est[72]. Qui ergo fluxum seminis sustinet[73hh], inmundus asseritur[74], quia multiloquio subditus ex eo se inquinat; quod si ordinate promeret, prolem rectae cogitationis edere in audientium corde[75ii] potuisset, dumque incautus per loquacitatem diffluit[76kk], non ad usum generis[77], sed ad inmundiciam semen fundit[78ll]. Unde Paulus quoque, cum de instancia predicationis discipulum admoneret, dixit ad Timotheum Ep. II.[79mm]: „Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos et mortuos et[80nn] aduentum ipsius et regnum eius, predica uerbum, insta oportune, inportune.“ Dicturus: „inportune,“ premisit: „oportune,“ quia scilicet apud auditoris mentem ipse[81oo] sua uilitate[82pp] se destruit, si habere inportunitas oportunitatem[83] nescit.

C. II.[84] *Porcis et canibus sacra non sunt committenda.*
Item Origenes[85a].

II. Pars. In mandatis habemus, ut uenientes ad ciuitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus[86]; quanto magis nosse oportet[87b], quis qualisue sit is, cui inmortalitatis[88] uerba credenda sunt? Solliciti enim esse[89c] debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos[90]. Sed ob[91d] alias causas utile est uiri huius[92] me[93] habere noticiam. Si enim sciam[94], quia[95] in his, de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est et inculpabilis, (hoc est, si sobrius, si misericors[96], si iustus, si mitis, et humanus est[97e], que utique bona nullus[98f] ambigit,) tunc consequens uidebitur[99], ut ei, qui obtinet bona uirtutum, etiam quod deest fidei et scientiae conferatur, et in quibus maculari eius uita uidebatur[100g], que est in reliquis probabilis, emendetur. Si uero in his, que palam sunt, peccatis inuolutus permanet et inquinatur[101h], non me oportet aliquid[102i] de secretioribus[103] et remotis diuinae sententiae[104] proloqui, sed magis protestari, et conuenire eum, ut peccare desinat et actus suos a uiciis emendet. Quod si ingesserit se, et prouocabit[105k] nos dicere, que eum minus recte agentem non oporteat[106l] audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nichil omnino respondere auditorum causa utile non[107] uidetur, ne forte estiment[108m], nos responsionis penuria declinare certamen, et fides eorum ledatur non intelligentium propositum nostrum[109].

C. III. *Verba predicationis persecutoribus suis*[110] *prelati non subtrahant.*

Item Anacletus, [epist. I. omnibus Episcopis.][111]

III. Pars. Scimus autem, multos ob id infestare doctores[112], ut eos perdant, et[113a] propriae uoluntatis placita adinpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum uires suppetunt) a recta emulatione et bona intentione[114] recedere debent, scientes, quia beati[115], qui persecutionem patiuntur propter iusticiam.

C. IV. *Non mundus est a sanguine subiectorum, qui Dei consilium illis non annunciat.*[116]

Item Gregorius Venantio, Episcopo[117a], [lib. I. epist. 33.]

Ephesiis Paulus dicit[118]: „Mundae sunt manus[119] meae a sanguine omnium uestrum: non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium Dei uobis.“ Mundus ergo a sanguine eorum[120] non esset, si eis Dei consilium pronunciare[121b] noluisset, quia, cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit.

C. V. *Eternae dampnationis penam incurrit predicator, qui semen diuini uerbi non spargit.*

Item Nicolaus Papa [ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium est: „*Proposueramus.*“][122]

Dispensatio est nobis celestis seminis iniuncta[123]; „uae[124] si non sparserimus, uae si tacuerimus.“ Quod cum electionis uas formidet et clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est? Proinde, sicut non leue discrimen incumbit pontificibus, siluisse[125a] quod congruit, ita his (quod absit) non mediocre periculum est, qui cum debeant parere, despiciunt.

IV. Pars. Gratian. *Pariter quoque obseruare debet sacerdos, ne indignis et non intelligentibus secreta misteria sua predicatione reserare incipiat. Qui enim ea docet, que ab auditoribus intelligi non ualent*[126], *non eorum*[127b] *utilitatem, sed sui*[128c] *ostentationem facit. Unde in expositione: „Beati inmaculati,“ dicitur*[129]: *„Vicium animi*[130d] *est, indignis secreta uulgare*[131e], *quod fit uel loquacitate incauta, dum sine iudicio uolat irreuocabile uerbum, uel adulatione, ut ei placeat, cui secreta reuelat, uel iactatione scientiae, ut plura scire uideatur.“ In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat esse discretio in predicatione sacerdotis, qua si forte caruerit, tanquam torto naso, sacerdotalis offitii iudicatur indignus.*

DISTINCTIO XLIV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Cum autem uinolentus esse prohibetur, gulae intemperantiam nequaquam habere permittitur; neque enim ebrietas prohibetur, et*[1] *uoracitas permittitur. Utrumque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat, scribens Romanis*[2]: *„Non in comessationibus et ebrietatibus.“ Ventris namque ingluuies ad luxuriam facile prouocat, et omne*[3] *bonum opus dissoluit. Unde*[4] *uenter et genitalia sibimetipsis*[5] *uicina sunt, ut ex uicinitate membrorum confederatio intelligatur uitiorum. Hinc etiam Nabusardan*[6a] *princeps cocorum muros Ierusalem destruxisse legitur, quia uenter, cui multitudo cocorum deseruit, edificia uirtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque*[7] *de altario*[8b] *uiuere, non luxuriari querat. Unde*[9c] *Ieronimus ait*[10]: *„Tibi o sacerdos de*

EDITIO ROMANA.

Dist. XLIII. c. 1. bb) in Levitico: *deest* cc) est dd) auditae qualitas ee) Unde et ab ff) in Act. Ap.: *deest* gg) seminiverbius hh) patitur ii) corda kk) defluit ll) effundit mm) ad Tim. Ep. II.: *deest* nn) per advent. oo) ipsa pp) utilitate — c. 2. a) Clemens epist. III. in extremo b) convenit c) *ante* esse *add.:* et valde solliciti d) Sed et ob e) est: *deest* f) esse nullus g) videtur h) inquinatus i) op. ei aliq. k) provocaverit l) oportet m) existiment — c. 3. a) ut — c. 4. a) Episc.: *deest* b) annunciare — c. 5. a) *post* siluisse *add.:* pro divinitatis cultu et ecclesiae correctione b) non ad eor. c) sed ad sui d) animi: *deest* e) secr. mysteria — Dist. XLIV. Pars. I. a) Nabuzardam b) altari c) ut ait Hier.

Dist. XLIII. can. 1. 64) haec: *deest: EGH* 65) *Codd. coll. o. — c.* 15. *v.* 2. 66) *Codd. coll. o.* 67) *ABCEGH Edd. coll. o.* 68) *ABCF* 69) huiusmodi: *EFGH Edd. coll. o. pr. Arg.* 70) *Codd. coll. o. — Act. c.* 17. *v.* 18. 71) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 72) vocatur: *EGH* 73) *CDEFGH Edd. coll. o. orig.* 74) erit: *AB;* erit vel asseritur: *EGH* 75) *ABCEFGH Edd. coll. o. — Corr.* 76) *BC orig.* 77) generationis: *Ed. Bas.* 78) *CDEFGH* 79) *Codd. coll. o.* — II. *Tim. c.* 4. *v.* 1. 80) *BCDEFGH* 81) *Codd. coll. o.* 82) *ABEFGH — Edd. Arg. Venett.* I. II. *orig.;* utilitate: *CD Codd. Gregor.;* senilitate: *Ed. Bas.* 83) opportunitatis inportunitatem: *AB* || can. 2. 84) *in C antecedit:* Istud invenitur Petrus Ap. dixisse in itinerario Clementis 85) *Codd. et Edd. coll. o. — est Ep.* III. *Clementis c.* 72. *in extremo. Epistola Pseudoisidoriana ap. Hinsch. p.* 59. — *cf. Clem. recogn.* II, 3, 4. 86) *Matth. c.* 10. *v.* 11. 87) *Codd. et Edd. coll. o.* 88) mortalitatis: *orig. sed in Codd. class. A invenitur:* immortalit. 89) *Codd. et Edd. coll. o.* 90) *Matth. c.* 7. *v.* 6. 91) *ABCDE* 92) huiusmodi: *DEGH Edd. coll. o.* 93) me: *deest: CDEGH Edd. coll. o.* 94) scientia: *ABF Ed. Bas.* 95) quia: *deest: C;* quod: *EGH* 96) mis. est: *orig. sed in Codd. class. A deest:* est. 97) *Codd. coll. o. orig.* 98) *Codd. coll. o.* 99) videtur: *AB* 100) *Codd. et Edd. coll. o.* 101) *ABDEFG* 102) *Codd. et Edd. coll. o. — orig.* 103) secr. mysteriis: *Ed. Bas.* 104) scientiae: *AB* 105) *ABDEFGH Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II.; provocavit: *orig.;* provocaverit: *Codd. orig.* 106) *Codd. et Edd. coll. o. — orig.* 107) non: *deest: AB* 108) *ABCD Codd. Pseudois.* 109) intelligentia propositi nostri: *orig.* || can. 3. 110) suis operam dare prael.: *EGH* 111) *Ep. Pseudoisid. c.* 7. *ap. Hinsch. p.* 69. — *Ivo Decr.* V, 237. (*can.:* Beatus praedecess. noster; — *continuatur*); *Coll. tr. P.* I, 2, 2. (*contin.*) 112) doct. suos: *Edd. coll. o.* 113) *ABDEFGH Ivo Coll. tr. P.* — et plac. prop. vol. adimpl.: *deest: C* 114) et b. int.: *deest: Ed. Bas.;* institutione: *Corr.* 115) *Matth. c.* 5. *v.* 10. || can. 4. 116) annuntiant: *DEGH* 117) *Codd. coll. o. — Gregor. Ep. lib.* I. *ep.* 34. (*Ed. Maur.*) *scr. ao.* 591. *ad Venant. exmonachum patric. Syracus.* — *Jaffé no.* 737. — *Coll. tr. P.* I, 55, 59. 118) scribit: *EGH — Act. c.* 20. *v.* 26. 119) hodie man.: *orig.* 120) omnium: *orig.* 121) *ABCEFGH Ed. Bas. — Coll. tr. P.* || can. 5. 122) *scr. ao.* 865. — *Jaffé no.* 2111. — *Ans.* I, 75. (*can.:* Non ergo quales sint) — *Imitatus in his est Nicol. Gelasii ep. ad Anastas. Aug.* (*scr. ao.* 494. *ap. Thiel. p.* 349. — *Jaffé no.* 387. —) 123) dispensationem nobis iniunctam: *Ans.;* dispensatione nob. iniuncta: *orig.* 124) I. *Cor. c.* 9. *v.* 16. 125) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 126) quae auditores non val. intelligere: *AB* 127) *ABCDF* 128) *Codd. coll. o.;* sui ostensionem: *AB* 129) *Gloss. ord. ex Ambros. Serm.* II. *in Ps.* CXVIII. *verb.:* „*Abscondi eloquia tua.*“ 130) *Codd. coll. o.* 131) *Codd. coll. o.*

Dist. XLIV. Pars. I. 1) vel: *EGH* 2) *Rom. c.* 13. *v.* 13. 3) omne: *deest: EGH* 4) Inde: *AB;* Unde Ieronimus: *EGH;* — *cf. Hieron. in ep. ad Amandum; August. Serm. de temp.* 65.; *Gregor. Pastor. p.* III. *c.* 20. 5) sibimetipsi: *EGH* 6) *ABDEGH — Reg. c.* 25. *sec.* LXX. 7) quoque: *AB* 8) *Codd. coll. o.* 9) *Codd. coll. o.* 10) *in Michaeam c.* 3. *in fine*

altario uiuere, non luxuriari permittitur." §. 1. *Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxiae, qui festiuos et solempnes dies non aliter se digne celebrare putant*[11], *nisi comessationibus deseruiant.*

Unde Augustinus scribit ad Aurelium[12] *Episcopum*, [epist. LXIV.]:

C. I. *Non est uacandum comessationibus et ebrietatibus.*

Comessationes et ebrietates ita concessae putantur et licitae, ut in honorem beatissimorum[13a] martirum non solum per dies solempnes, (quod unus quisque[14b] non lugendum uideat, qui hec non carneis oculis inspicit?), sed etiam cotidie celebrentur[15]. *Et post pauca:* Non ergo aspere, quantum estimo[16c], non duriter, non modo imperiose[17d] ista tolluntur: magis[18] docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine[19e]. Seueritas autem[20] exercenda est in peccata paucorum. Et si quidem[21f] minamur, cum dolore fiat, de[22] scripturis comminando uindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita[23] prius mouebuntur[24] spirituales uel[25g] spiritualibus proximi, quorum auctoritate et lenissimis[26] quidem, sed instantissimis admonicionibus cetera multitudo frangatur.

C. II. *Nulli clericorum aut continentium licet tabernas intrare.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 24.][27]

Non oportet clericos[28] seruientes[29]* a presbiteris usque ad subdiaconos[30a] et deinceps ordinis ecclesiastici omnes usque ad ministros, aut lectores, aut exorcistas, aut hostiarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito continentiae sunt, tabernas** intrare.

C. III. *Deponatur clericus, qui tabernas*[31a] *aut ergasterium habere uoluerit.*

Item ex VI. Sinodo, [cap. 9.][32].

Nulli licet[33] clerico tabernam[34]* aut ergasterium habere[35]. Si enim huiusmodi tabernam ingredi inhibetur[36b], quanto magis aliis ministrare in ea? Si quis uero tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur.

C. IV. *Nisi necessitate compulsi clerici tabernas non ingrediantur.*

Item ex Concilio Cartag. III. [c. 27.][37]

Clerici[38] edendi uel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi[39].

C. V. *Corripiendus est episcopus, qui conuiuiis occupatur.*

Item Gregorius Natali Episcopo, [lib. II. Reg. Indict. X. epist. 14.][40]

II. Pars. Multis ab urbe tua uenientibus[41], frater karissime, didici, pastorali cura derelicta solis[42] te conuiuiis occupatum. Que audita non crederem, nisi hec[43] actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exortationi inuigiles, sed ipsum quoque usum ecclesiastici ordinis ignores, hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus positus es, seruare reuerentiam nescis[44].

C. VI. *De eodem.*

Item ad eundem[45a] [ib. II. epist. 37.]

Conuiuia[46], que ex intentione impendendae karitatis fiunt, recte uestra fraternitas[47] in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est, quia tunc ex karitate ueraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium uita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis inanes[48] secularium negotiorum fabulae, sed uerba sacrae lectionis audiuntur; cum non plus, quam necesse est, seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, ut ad usus[49b] exercendae uirtutis habeatur. Hec itaque si uos in uestris conuiuiis[50] agitis, abstinentium, fateor, magistri estis.

[PALEA[51].

C. VII. Item ex Concilio Nanetensi[52]

Nullus[53] presbiterorum, quando[54] ad anniuersarium diem, trigesimum, aut[55] septimum, uel tertium alicuius defuncti, aut quacumque uocatione ad collectam presbiteri conuenerit[56], se inebriare[57] ullatenus[58] presumat, nec precatus[59] amore[60] sanctorum uel ipsius animae bibere, aut alios ad bibendum cogere, uel se aliena precatione[61] ingurgitare; nec plausus et risus inconditos, et fabulas inanes ibi referre, aut cantare presumat, aut turpia ioca uel[62] urso[63], uel tornatricibus[64] ante se fieri[65] patiatur[66]; nec laruas demonum* ante se ferri[67] consentiat, quia hoc diabolicum est et a sacris canonibus prohibitum.]

[PALEA[68].

C. VIII. De eodem.

Item ex eodem[69].

Quando autem conuenerint[70] presbiteri ad aliquod conuiuium, aliquis[71] prior illorum uersum ante mensam incipiat et cibum benedicat. Et tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri[72] honorem prebentes[73]; et per uices[74] cibum et potum benedicant, et aliquis de illorum clericis[75] aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter san-

EDITIO ROMANA.

Dist. XLIV. c. 1. a) hon. etiam beat. b) ipsum quis c) existimo d) imperioso e) mult. peccantium f) quid g) aut — c. 2. a) diaconos — c. 3. a) tabernam b) prohibetur — c. 6. a) Idem b) usum

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XLIV. C. II. * Clericos servientes: Graece est: *ἱερατικούς*, quod Dionysius vertit: *sacro ministerio deditos;* quam versionem concilium Aquisgranense, Burchardus et Ivo attulerunt.

** Tabernas: Sequebatur in impressis [etiam in D]: *nisi causa necessitatis*, quae sunt expuncta, quia neque in plerisque manuscriptis, neque in Burchardo et Ivone, neque in ipso concilio Laodicensi aut Aquisgranensi (ubi c. 60. hoc idem repetitur) leguntur; videntur tamen accepta ex can. apost. 54.

C. III. * Tabernam aut ergasterium: Graece est: *καπηλικὸν ἐργαστήριον*, id est: *cauponariam tabernam.*

C. VII. * Daemonum: Burchardus [et Hincm. et Reg.] addit: *quas vulgo talamascas dicunt*, [*ibi*].

Dist. XLIV. Pars. I. 11) *cf. Gregor. ad Augustin. supra Dist.* IV. *c.* 6. || can. 1. 12) Aureolum: *AB;* Aurelianum: *EGH;* scribens: *EGH* — *Ep.* 22. *no.* 3. *et* 5. *scr. ao.* 391. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* XIII, 68.; *Coll. tr. P.* III, 26, (27,) 3. 13) *Codd. et Edd. coll. o.;* etiam (*Ivo*) beatorum: *Coll. tr. P.;* honore beat.: *ABC* 14) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* — *Edd. coll. rel. omissa voce seq.:* non 15) inspiciat . . . celebrantur: *EGH* 16) *ABCDG Edd. Ven.* I. II. *Nor. Lugd.* I. 17) *ABDEFGH Edd. Arg. Bas. Coll. tr. P.;* pernicioso: *C* 18) sed mag.: *Ivo* 19) *ABEFGH orig. Ivo Coll. tr. P. — Corr.* 20) quoque: *Ed. Bas.* 21) *CDEFGH;* Sed si quidem: *B;* sed si quid: *A* 22) cum: *AB* 23) itaque: *EGH* 24) monebuntur: *AC Coll. tr. P.* 25) *BCDF orig. Ivo Coll. tr. P.* 26) levissimis: *EGH Edd.* [illegible] || can. 2. 27) *hab.* 343 — 81. — *versio Hisp.* — *Coll. tr. P.* II, 7, 10.; — *ex vers. Dionys.: Ans. ded.* V, 82. *Regino* I, 180. *Burch.* II, 131. *Ans.* VII, 91. [illegible] *Ivo Decr.* VI, 205. — *cf. Conc. Aquisgr. c.* 60. 28) cler.: *deest: Hisp.* 29) serv. altaris: *ib.* 30) *ABEGH Conc. Aquisgr.* || can. 3. 31) *ABDEFGH* 32) ex V. syn.: *AB; imo ex synod. quinisexta hab. ao.* 692. — *Versio Anast. Bibl.* — *Coll. tr. P.* II, 11, 4. 33) nulli licere cl.: *C;* nulli licet clericorum: *EG* (liceat) *H;* non lic.: *Coll. tr. P.* 34) tabernas: *CDF;* tabernam intrare: *AB* 35) intrare: *C* 36) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 4. 37) *hab. ao.* 397. *ap. Bruns.* I, 127. — *Ans. ded.* V, 83.; *Reg.* I, 179. (ex conc. Laod. — *fons est c.* 324. *Coll. Vatic.*); *Burch.* II, 130.; *Ivo Decr.* VI, 204.; *Coll. tr. P.* II, 17, 17. 38) ut cler.: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 39) comp.: *deest: Hisp.* || can. 5. 40) *Ep.* 18. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 810. — *Coll. tr. P.* I, 55, 97. 41) ven. super hoc modo didici: *E;* frat. Karissime (*a Corr. add.*) hoc modo didici: *G* 42) solum: *AB* 43) hoc: *DEFGH* 44) nescire affirmant: *C* || can. 6. [illegible] *Ep.* 52. *scr. ao.* 592. *lib.* 2. *Ed. Maur.* — *Coll. tr. P.* I, 55, 98. 46) conv. communia: *Edd. coll. o. pr. Bas. Böhm. Edd. Greg. recentiores exc. Maur.* (conv. autem) *contra Mscrpt. fidem.* 47) sanctitas: *orig. Corr.* 48) inanis . . fabula: *Coll. tr. P.* 49) *AB* (*om. voce* ad); *DEFGH Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 50) negotiis et conv.: *A;* negot. conv.: *B* || can. 7. 51) *Haec Palea deest: ABEGH; in margine adscripta est: C;* [illegible] 52) Maticonsi: *DF Ed. Bas.* — *Ad conc. Nannetense* (*cf. supra D.* XXIV. *c.* 5.) *haec non pertinent,* [illegible] *Remensis* (*ao.* 852.) *c.* 14.; *cuius nomine apud Regin.* I, 216. *prostant; Erroris auctor Burch. est.* II, 161.; — *Ivo Decr.* VI, 252. (ex C. Nannet.); [illegible] *de consecr. c.* 36. — *in CD additur:* de eodem. 53) ut nullus: *Hincm. Reg. Burch. Ivo* 54) quand.: *deest: Hincm.;* quantum: *C* 55) aut: *deest:* [illegible] *invenitur in Codd. nonnullis;* vel tricesimam tertiam vel septimam: *Hincm.* 56) convenerint: *Hincm. Reg. Ivo Decr.* 57) inebriari: *F Ed. Bas.* 58) nullatenus: *CDF Edd. o. exc. Par. et Lugdd. Burch. Ivo;* ullat.: *deest: Hincm.* 59) precari: *C Hincm. Reg. Burch.;* praevaricari: *DF Ed. Bas.;* precatus: *Ivo* 60) in amor.: *Hincm. Reg. Burch. Ivo* — *Corr.* 61) praedicatione: *DF Ed. Bas.* 62) cum: *Hincm. Reg.* 63) viso: *Ed. Bas.* 64) praesum. et larvas vel cervulos cum tornatr.: *C* 65) facere: *Hincm. Reg. Burch. Ivo* — *Corr.* 66) permittat: *ib.* 67) ferre: *C* — vel tornatr. ferre cons.: *D* || can. 8. 68) [illegible] *deest: ABCEGH; manu posterioris aetatis in margine adscripta est in F* 69) *Hincmar. l. c. Reg.* I, 218.; *Burch.* II, 162.; *Ivo Decr.* VI, 253. 70) conveniunt: *Edd. Lugdd.* II. III.; veniunt: *Edd. Arg. Nor. Par. Ven.* I. II. 71) decanus aut aliq.: *Hincm. Reg. Burch.;* aliq.: *deest: Ivo* 72) alterius: *Hincm.* 73) portantes: *Hincm. Reg.;* praebeat: *Burch.* 74) vicissitudines: *Hincm.* 75) aliq. illorum clericorum: *Hincm.*

ctum ymnum dicant ad exemplum[76] Domini[77], sicut in cena fecisse legitur, et sic[78] se contineant omnes presbiteri[79], maxime in talibus locis[80], ut non uituperetur ministerium illorum[81].]

[P A L E A[82].

C. IX. De eodem.

Item ex e o d e m[83].

Quando presbiteri per calendas simul[84] conueniunt post peractum diuinum misterium[85] ad[86] necessariam collationem[87], non[88] quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium ibi ad tabulas[89] resideant, ne[90] per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent[91], quia indecens est et onerosum. Sepe etiam tarde ad ecclesiam[92] redeuntes maius damnum de reprehensione consequuntur[93], quod[94] de grauedine mutua contrahunt, quam lucrum ibi[95] faciant[96]. Nam de huiusmodi conuentu Paulus[97] Corinthios reprehendit, qui inconuenienter cenam dominicam manducare conueniebant. Sic et qui ad cenam dominicam, id est ad collationem[98] uerbi, sub occasione conueniunt, et ex ueritate[99] uentris causa coniunguntur, reprehensibiles coram Deo et hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui uoluerint[100], panem cum caritate[101] in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, et singuli singulos bibere faciant[102], et[103] maxime ultra tertiam uicem poculum non contingant[104], et sic ad ecclesias[105] redeant.]

C. X. *Christiani ex simbolis conuiuia non celebrent*[106].

Item ex Concilio L a u d i c e n s i, [c. 55.][107]

III. P a r s. Non oportet ministros altaris uel quoslibet clericos, aut etiam laicos[108] Christianos ex simbolis, que uulgus comissalia[109a] appellat, conuiuia celebrare.

C. XI. *Sacrarum scripturarum lectio sacerdotalibus*[110] *conuiuiis semper admisceatur*[111a].

Item ex Concilio T o l l e t a n o III. [c. 7.][112]

Pro reuerentia Dei et[113] sacerdotum id uniuersa[114b] constituit[115] sinodus, ut (quia solent crebro mensis ociosae fabulae interponi) in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim et animae edificantur ad bonum, et fabulae non necessariae[116] prohibentur.

C. XII. *De confertis*[117] *nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet*[118].

Item ex Concilio M a r t i n i P a p a e, [c. 61. et 66.][119]

Non liceat sacerdotes uel clericos, sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. §. 1. Nec[120] oportet clericos uel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire conuiuia, neque[121a] aliquando clericos, nisi ymno dicto, edere[122b] panem, et post cibos[123] gratias auctori[124] Deo referre.

Gratian. *Si ergo laicis comessationes dampnabiles sunt, multo magis sacerdotibus inputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (ut ait Ieronimus)*[125] *crassum sensum generat, cum sacerdotalis sensus*[126] *econtra*[127c] *uigil debeat esse et tenuis; atque ideo edacitatis uitio obnoxii in sacerdotes ungi*[128] *non debent. Hi enim (ut ait Gregorius in Moralibus)*[129], *qui adhuc uiciorum bello subiacent, nequaquam per predicationis usum preesse magisterio ceterorum debent.*

DISTINCTIO XLV.

GRATIANUS.

I. P a r s. *Sequitur: „non percussorem"*[1]. *Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem et perturbati sensus, ut percutiat, qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.*

Unde G r e g o r i u s scribit Iohanni Episcopo Constantinopol. [lib. I. epist. 52.][2]

C. I. *Verborum correctione, non uerberibus timeri debent episcopi*[3a].

Quid autem[4] de episcopis, qui uerberibus uolunt timeri, canones dicant[5], bene fraternitas uestra[6] nouit. Pastores enim[7b] facti sumus, non percussores[8]. Egregius[9c] predicator[10] dicit: „Argue, obsecra, increpa cum[11d] omni patientia et doctrina." Noua uero atque inaudita est ista predicatio, que uerberibus exigit fidem.

[C. II.][12a]

Item in quodam Concilio [R o m a n o sub S i l u e s t r o, c. 17.][13b]

Neminem[14] quisquam peccantem clericum cede[15] attingat, non presbiter diaconum[16c], non episcopus clericum uel seruitorem ecclesiae ad cedem perducat. Quod[17d] si ita causa exigit, id est, si incorrigibilis extiterit clericus[18e], triduo priuetur honore, ut penitens redeat ad matrem ecclesiam.

C. III. *Non asperis, sed blandis uerbis*[19] *ad fidem sunt aliqui prouocandi.*

Item P a s c a s i o Episcopo Neapolim [lib. XI. epist. 15.][20a]

Qui sincera intentione extraneos a Christiana religione ad fidem cupiunt rectam adducere[21b], blandimentis debent, non asperitatibus studere, ne quorum mentem reddita a plano[22c] ratio poterat prouocare[23d], pellat procul aduersitas. Nam quicumque aliter agunt, et eos sub hoc uelamine a consueta ritus sui uolunt cultura remouere[24e], suas illic[25f] magis, quam Dei probantur causas attendere[26]. §. 1. Iudei[27] siquidem Neapolim habitantes[28g] questi nobis sunt asserentes, quod quidam eos a quibusdam feriarum suarum sollempnitatibus[29] irrationabiliter nitantur arcere, ne illis sit licitum festiuitatum suarum sollempnia colere, sicut eis nunc usque et parentibus eorum[30] longis retro temporibus licuit obseruare[31]. Quod si ita se ueritas habet, superuacuae rei

E D I T I O R O M A N A.

D i s t. XLIV. c. 10. a) comessalia — c. 11. a) misceatur b) sancta constit. — c. 12. a) nec b) comedere c) contra D i s t. XLV. c. 1. a) correptione .. episcopus b) etenim c) ut egreg. d) in — c. 2. a) C. II. De eodem b) quodam: *deest* c) non diaconus d) Sed si e) exigit clerici — id est si inc. ext.: *deest* — c. 3. a) Item Gregorius b) perducere c) ad planum d) revocare e) suspendere f) illi g) Neapoli consistentes

---

D i s t. XLIV. c a n. 8. 76) *Richt. haec dua verba* (ad exemplum) *asteriscis inclusit, tamquam a Corr. addita fuissent; Sed inveniuntur: DF* 77) dom. et saluatoris ac discipulorum eius: *Hincm.* 78) sic: *deest: Codd. et Edd. coll. o.* 79) presb. in omni loco: *Hincm.* 80) loc.: *deest: ib.* 81) nostrum: *F Reg.;* ne sicut dixit Apostolus vitup. minist. nostrum: *Hincm.* || c a n. 9. 82) *Haec Palea deest: ABCEGH; manu posterioris aetatis addita est: F — Rolandus canonem nostrum non novit, cf. Ed. Thaneri p.* XXII. 83) *Hincmar. c.* 15. *Regino* I, 219.; *Burch.* II, 164.; *Ivo Decr.* VI, 255. 84) in unum: *F Ed. Bas.* 85) ministerium: *DF Edd. coll. o. Ivo Decr.* 86) et: *DF Ed. Bas. Hincm. Reg.* 87) collectionem: *DF Edd. coll. o.* 88) non . . . sed: *desunt: Reg.* 89) tab. sibi resid.: *DF Ed. Bas.* 90) et: *Hincm. Reg.* 91) per tales inconvenientes pastellos se i. g.: *Hincm.* 92) ecclesias (*Reg.*) suas: *Hincm.* 93) conquirunt: *Hincm. Reg. Burch. Ivo* 94) ut: *DF Ed. Bas.;* et: *Hincm. Reg. Burch. Ivo* 95) cibi: *F Ed. Bas.—Corr.* 96) faciunt: *Reg.* 97) conv. qui sub religionis obtentu agebatur Paullus Apost. convenienter repr. Cor.: *Hincm.* — I. *Cor. c.* 11. 98) collectionem: *DF Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. 99) ingurgitate: *F;* gurgitate: *Ed. Bas.;* ingluvietate: *D Edd. coll. rel. — Corr. — Ivo (sed in Codd. Ivon. reperitur etiam:* veritate) 100) voluerit *et postea:* frangat: *Burch.* 101) car. et gratiarum actione: *Hincm.* 102) biberes (*i. e. singulos vini scyphos cf. Reg.* II, 432.) accipiant: *Hincm. Reg.* 103) et: *deest: Hincm. Reg. Ivo* 104) contingat: *Ed. Bas.* 105) et ad ecclesias suas red.: *Hincm.;* et sic ad ecclesiam red.: *Burch.* || c a n. 10. 106) celebrant: *EGH* 107) *hab. inter a.* 343. *et* 381. *in Capit. Martini Brac. c.* 61. *cf. infra D.* XLIV. *c.* 12. *Coll. tr. P.* II, 7, 27. — *Eadem leguntur in Conc. Aquisgr.* (*ao.* 813. *hab.*) *c.* 83. *et ut Corr. et R. indicant in Rab. Poen. c.* 27., *ubi tamen nihil invenimus* 108) aliquos: *EGH* 109) *ABCDFG* (*prius legebatur:* commissum *sed correctum est*) *H—Hisp. Coll. tr. P.* || c a n. 11. 110) sacerdotum: *EGH* 111) *Codd. coll. o.* 112) *hab. ao.* 589. — *ap. Bruns* I, 214. — *Burch.* II, 169. (Ex C. Africano); *Ivo Decr.* VI, 260. (ex. C. Afr.); *Coll. tr. P.* II, 36, 3. — *cf. Rabani Poen. c.* 28. 113) et: *deest: orig. Hisp.* 114) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 115) statuit: *Burch. Ivo* 116) non nec.: *deest: Ivo* || c a n. 12. 117) conf. vero: *EGH* 118) liceat: *ib.* 119) *Cap. Mart. Brac. c.* 61. 65. — *ap. Bruns* II, 55. — *incertae originis, — Coll. tr. P.* II, 47, 61. 64. — *Prior cap. pars interpretatio est c.* 55. *Conc. Laod., posterior apud Reg.* I, 189.; *Burch.* II, 165. *Ivo Decr.* VI. 256. *ex Conc. Carthag. c.* 12. *depromta esse dicitur; erroris auctor Regino est, cf. Wasserschleben in Ed. Reg. ad l. c. — cf. Dist.* XL. *c.* 10. 120) non: *Reg. Burch.* 121) *ABCEFGH orig. Reg. Coll. tr. P.* 122) *ABCEFGH orig. Hisp. Reg. Burch. Coll. tr. P.* 123) cibum: *Reg.* 124) auct.: *deest; AB* 125) *Ep. ad Nepotianum* 126) venter: *AB* 127) *Codd. coll. o.;* econt. vigil debet: *AB* 128) inungi: *EGH* 129) *lib.* XXIII. *c.* 12.

D i s t. XLV. P a r s I. 1) I. *Tim. c.* 3. *v.* 2. || c a n. 1. 2) *Ep.* 53. *lib.* 3. *Ed. Maur. scr. ao.* 593. — *Jaffé no.* 893. — *Polyc.* IV, 9, (10,) 3. 3) *ABCDEF;* correctionem: *GH;* non verberum: *EGH* 4) autem: *deest: Polyc.* 5) dicunt: *EG* 6) tua: *Polyc.* 7) *ABCD* 8) persecutores: *orig. Polyc.* 9) *Codd. coll. o.* 10) II. *Tim. c.* 4. *v.* 2. 11) *ABCEGH Ed. Bas. Polyc.* || c a n. 2. 12) *Codd. coll. o.* 13) *Codd. et Edd. coll. o. — Ex apocrypho constituto Silvestri cf. Jaffé Reg. Lit. spur. pag.* 928. *Maassen* I, 412.; *Hefele Conc. Gesch.* I, 423. 14) Nemo: *orig.* 15) verberibus: *Ed. Bas.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) *Codd. coll. o.* 18) *ABCDEGH* || c a n. 3. 19) verbis: *deest: AB* 20) *Codd. coll. o. Ep.* 12. *lib.* XIII. *Ed. Maur. scr. ao.* 602. — *Jaffé no.* 1496. — *Coll. tr. P.* I, 55, 16. 21) *BCDEFGH orig. Coll. tr. P.* 22) *ABCDF Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. — *Coll. tr. P. — Corr.* 23) *ABCF Ed. Bas. orig. Coll. tr. P.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 25) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* illis: *Edd. coll. o.* 26) accedere: *Coll. tr. P.* 27) *Ivo Decr.* XIII, 105. 28) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 29) solemnibus: *orig.* 30) eor.: *deest; Coll. tr. P.* 31) obs. vel colere: *orig. Coll. tr. P.*

uidentur operam dare[32]. Nam quid utilitatis est, quando, etsi contra longum usum fuerint uetiti, ad fidei[33 h] illis[34] conuersionem[35 i] nil proficit? Aut cur Iudeis qualiter ceremonias suas colere debeant regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum est ergo, ut potius ratione et mansuetudine[36] prouocati sequi nos uelint, non fugere, ut eos[37], ex[38] eorum codicibus ostendentes que dicimus, ad sinum matris ecclesiae Deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis prout[39 k] potuerit[40], Deo adiuuante ad conuertendum accendat, et de suis illos solempnitatibus[41] inquietari denuo non permittat, sed omnes festiuitates feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi quam parentes eorum per longa colentes[42] retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi celebrandique licentiam.

C. IV. *Non seueritate, sed beniuolentia subditos prelati corripiant*[43].

Idem uniuersis Episcopis per Galliam et Europam et Germaniam constitutis[44 a].

Licet plerumque accidant sacerdotibus[45 b] que sunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia quam seueritas, plus cohortatio quam commotio[46 c], plus karitas quam potestas, cum nemo nostrum sine reprehensione aut sine peccato uiuat. Nam si Dominus[47] statim post trinam negationem B. Petrum preceptorem nostrum apostolum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Expectandi ergo atque corrigendi magis sunt rectores ecclesiae, quam statim iudicandi[48]. Unde[49 d] necesse est queque[50 e] negotia ecclesiastica post multarum experimenta causarum sollicitius perspici[51], et diligentius precaueri, quatinus per spiritum karitatis et pacis omnis materia[52 f] scandalorum et presumptio Iudeorum[53 g *] atque oppressio simplicium fratrum[54] de ecclesiis Domini auferantur. Et sicut non uult quisquam fratrum se aliorum iudicio pregrauari, ita non audeat alii inferre[55] quod sibi non uult fieri.

Iudei non sunt cogendi ad fidem, quam tamen si inuiti susceperint[56], *cogendi sunt retinere.*

Unde in Tolletano *Concilio IV.* [c. 56.] *statutum est*[57]:

C. V. *Sicut non sunt Iudei ad fidem cogendi, ita nec conuersis ab ea recedere permittitur*[58 a].

De Iudeis autem[59] precepit[60 b] sancta sinodus, nemini deinceps uim ad credendum inferre[61 c]. „Cui[62] enim[63] uult Deus miseretur, et quem uult indurat.“ Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes, ut integra sit forma iusticiae. Sicut enim[64] homo propria[65 d] arbitrii uoluntate serpenti obediens periit, sic uocante se[66] gratia Dei propriae[67] mentis conuersione quisque[68 e] credendo[69] saluatur[70]. Ergo non ui, sed libera[71 f] arbitrii facultate[72] ut conuertantur suadendi sunt, non potius inpellendi[73]. Qui autem iampridem ad Christianitatem coacti sunt, (sicut[74 g] factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti)[75], quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos[76 h], et[77 i] baptismi gratiam suscepisse, et crismate unctos esse, et corporis[78 k] Domini[79] extitisse participes, oportet[80], ut fidem, quam ui[81 l] uel necessitate susceperint[82 m], tenere cogantur, ne nomen[83] Domini blasphemetur, et[84] fides, quam susceperunt, uilis ac[85 n] contemptibilis, habeatur.

C. VI. *Beniuolentia plus quam seueritas erga corrigendos agat.*

Item Leo Episcopus, [epist. LXXXII. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, c. 1.][86 a]

Licet nonnumquam accidant, que in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis[87], plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia quam seueritas, plus cohortacio[88] quam commotio[89 b], plus karitas quam potestas. Sed ab his[90 c], qui que sua querunt[91 d], non que Iesu Christi, facile ab hac lege disceditur[92 e]; et dum dominari magis quam consulere subditis placet[93 f] honor inflat superbiam[94 g], et quod prouisum[95] est ad concordiam, tendit ad noxam.

C. VII. *Deiciatur ab offitio diaconus presbiter et episcopus uerberibus timeri querens*[96 a].

Item ex canone Apostolorum, [can. 28. (juxta priscam uersionem)][97].

Episcopum, aut presbiterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes aut infideles inique agentes, et per huiusmodi uolentem[98] timeri[99], ab offitio suo deici precipimus, quia numquam[100 b] nos[101] Dominus hoc docuit. E contrario uero ipse[102], „cum percuteretur, non repercutiebat[103], cum malediceretur, non maledicebat[104 c], cum[105] pateretur, non comminabatur.“

C. VIII. *Non uerberibus, sed uerbis subditos episcopi corripiant.*

Item ex Concilio Bracarensi [III. c. 7.][106]

Cum beatus Apostolus[107] arguere, obsecrare uel[108] increpare in omni patientia[109] precipiat, extra hanc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis cedibus in honora-

EDITIO ROMANA.

Dist. XLV. c. 3. h) fidem i) et convers. k) monit. quidem prout — c. 4. a) Item Gregorius IV. in epistola Epp. per Gall. et Germ. const. b) in sacerdot. c) comminatio d) *ante* Unde *add.*: quum maiora negotia et difficiliores causarum exitus sanctorum Patrum canones spiritu Dei conditi et totius mundi reverentia consecrati iubeant sub nostrae sententiae exspectatione suspendi nostroque moderamine finiri. e) est haec et alia eccl. quaeq. neg. f) materies g) invidorum* — c. 5. a) conversi .. permittuntur b) praecipit c) inferri d) proprii e) homo quisque f) liberi g) sunt venire sicut h) sociatos i) et: *deest* k) corp. et sanguinis Dom. l) etiam vi m) susceperunt n) et — c. 6. a) Leo Papa b) commutatio c) Sed hi d) quae sua sunt quaer. e) discernuntur f) subd. quaerunt, placet g) superbia — c. 7. a) presb. et diacon. b) nusquam c) remaledicebat

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XLV. C. IV. * Invidorum: In epistola Gregorii IV.[53] (quae est in saepe memorato codice bibliothecae Dominicanae,) et aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur: *Iudaeorum*.

Dist. XLV. can. 3. 32) adhibere: *orig. Ivo — Corr.; Hic est finis canonis ap. Ivon.* 33) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 34) illius: *D Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 35) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.*; conversationem: *EGH* 36) ratione mansuetudinis: *C* 37) eis: *orig.* 38) ex: *deest: Coll. tr. P.* 39) *Codd. et Edd. coll. o.* 40) potuit: *EGH* 41) festivitatibus: *C*; sollicitudinibus: *Coll. tr. P.* 42) canentes: *AB* ‖ can. 4. 43) corrigant: *EGH*; benevolentia plus quam severitas erga corrigendos valet: *C* 44) *Codd. et Edd. coll. o. cf. Roland. Summa c.* XXIII. *qu.* VIII. *Thaner p.* 98. — *Ep. Gregorii* IV. *scr. ao.* 833. (*cf. ad Dist.* XII. *c.* 2.); *non inoffensae fidei — Jaffé no.* 1958. — *Ivo Decr.* V, 368.; *Coll. tr. P.* I, 55, 107. (inter Decret. Gregorii I.) 45) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 46) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. in Ed. Rom.; Ivo Coll. tr. P. — Corr.* 47) *Matth. c.* 26. 48) statim et absque nostro consulto iudic.: *orig. Coll. tr. P. Ivo* 49) *Codd. et Edd. coll. o.* 50) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. in quibus tamen*: eccl.: *deest* 51) prospici: *orig.* 52) *ABCEGH* 53) *Codd. coll. o. — in orig. ap. Mabillon Anal. p.* 298. *legitur*: invidorum 54) fratrum: *deest: orig. sed invenitur in Ed. Rom.* 55) inferri: *EGH* 56) susceperunt: *EG* ‖ can. 5. 57) IV.: *deest: AB; — hab. ao.* 633. — *ap. Bruns* I, 237. — *c.* 57. — *Regino Appdx.* III, 1. *Burch.* IV, 82.; *Ivo Decr.* I, 276. (Ex C. Tolet. V.); *ib.* XIII, 94. (*usque ad vocem*; inferre; *deinde sequitur*: Iudaei non vi .... impellendi); *Ivo Pan.* I, 72. *Coll. tr. P.* II, 37, 18. 58) *ABDEFGH* 59) aut.: *deest: Ivo Decr.* XIII. 60) *BCDF orig. Reg.*; hoc praecep.: *Hisp. Burch. Ivo Pan.*; haec praecep.: *Ivo Decr.* I. 61) *BCDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 62) *Rom. c.* 9. *v.* 18. 63) enim: *deest; AB* 64) enim: *deest: Ivo Decr.* I. 65) *AF Codd. orig. Reg. Burch. Ivo Decr.* I. *Ivo Pan. Coll. tr. P.*; proprii: *Codd. coll. rel. orig. Hisp.* 66) se: *deest: orig. Hisp. Reg.* 67) propria: *ABD* 68) *Codd. et Edd. coll. o.* 69) cred.: *deest: Burch.* 70) solvitur: *C*; solvatur: *Codd. origin.* 71) *ABC Reg. Burch. Ivo Decr.* I. XIII. *Ivo Pan.* 72) facult. et uoluntate: *ABF*; uoluntate: *Edd. coll. o.*; *Ivo Decr.* XIII. 73) ut convertatur suadendus est ... impellendus: *C* 74) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr.* I. *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 75) Sisenandi: *Burch. Ivo Decr.* I. 76) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Decr.* I. *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 77) *ABDF Reg. Burch. Ivo Decr.* I. *Ivo Pan.* 78) *Codd. et Edd. coll. o.* 79) Domini: *deest: orig.* 80) oportet etiam: *C orig. Coll. tr. P.* 81) *ABEGH orig. Reg. Ivo Decr.* I. *Coll. tr. P.*; uel ui: *Burch. Ivo Pan.* 82) *BCD* 83) nomen: *D*; blas. et: *deest: Reg.* 84) blasphe. fidesque: *Ivo Decr. Pan.* 85) *BCDF orig. Reg. Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P.* ‖ can. 6. 86) *ABEGH — Ep.* 14. *scr. ao.* 446. [?] *c.* 1. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 189. — *Polyc.* IV, 29, (30,) 3. 87) accid. sacerdotibus quae sunt repr.: *AB* 88) exhortatio: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 89) *ABCDF orig. Polyc. — Corr.* comminatio: *EG*; criminatio: *H* 90) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 91) *BC* (quae: *deest*); *DFH* 92) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 93) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 94) *ABDF Ed. Bas. orig. Polyc.*; in superbiam: *EGH Edd. coll. rel.* 95) visum: *Polyc.* ‖ can. 7. 96) *Codd. coll. o.* 97) *Imo ex interpretat. Dionysii Exig.* *Hefele Conc. Gesch.* I, 782.; *Ans. ded.* II, 153.; *Regino* I, 175.; *Polyc.* IV, 9, (10,) 1. — *Ans.* VI, 159. *a Corr. et Richt. citatur, sed nihil ibi invenimus.* 98) eiusmodi uoluntatem: *Ans. ded.*; huiusm. uoluntatem: *Polyc.* 99) timere: *Ans. ded.* 100) *Codd. et Edd. coll. o.* 101) nos: *deest; AB Ans. ded.* 102) I. *Petr. c.* 22. *v.* 23. 103) percutiebat: *DEFG*; repercussit: *Reg., ubi hic est finis canonis.* 104) *ABCDEF Edd. coll. o.* 105) dum: *AB* ‖ can. 8. 106) *imo c.* 6. *C. Brac.* III. *hab. ao.* 675. — *ap. Bruns* II, 100.; *Coll. tr. P.* II, 48, 2. 107) Ap. Paulus (II. *Tim. c.* 4. *v.* 2.): *Edd. coll. o.* 108) uel: *deest: ABF* 109) pat. et doctrina: *EGH orig. Hisp.*; pat. et bonitate: *Edd. Par. Nor. Lugdd.* II. III.

tos[110] efferuescere[111a], quanto[112b] poterant latrocinantium promereri personae. Et ideo, qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, id est presbiteri, abbates siue[113c] leuitae, qui[114], exceptis[115] grauioribus et mortalibus culpis, nullis debent uerberibus subiacere, non est dignum, ut passim unusquisque prelatus honorabilia[116d] membra sua prout uoluerit et ei[117] placuerit uerberibus subiciat et dolori, ne dum incaute subdita percutit[118] membra, ipse[119] quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud, quod quidam sapiens dicit[120e]: „Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, asperitatis[121] autem nimiae increpatio nec increpationem[122f] recipit, nec salutem.“ Et ideo, si quis aliter, quam dictum est, predictos honorabiles subditos, licentia perceptae potestatis elatus, malicia tantum[123g] crediderit uerberandos, iuxta uerberum modum, quem[124h] intulerit, excommunicationis pariter et exilii sentenciam sustinebit.

II. Pars. Gratian. *Salomon*[125] *uero econtra*[126i] *ammonet, dicens: „Percute filium tuum uirga, et liberabis animam eius a morte.“ Hinc etiam B. Gregorius*[127] *scribit in Dialogo, B. Benedictum quendam monachum uirga percutiendo sanasse, quem crebra ammonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus*[128] *flagello facto de resticulis*[129k] *male uersantes in templo flagellauit et de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apostolus*[130] *fornicatorem illum satanae corporaliter*[131] *uexandum tradidit*[132], *et magum*[133] *illum corporali cecitate dampnauit. Hinc etiam in canonibus*[134] *pueri, qui ante rationales*[135] *annos irrationabiliter uersantur, uerberibus castigari iubentur. Virgines quoque, si religionis ueste deposita aliis se copulauerint, ergastulis retrudi*[136] *precipiuntur.*

Hinc etiam Gregorius in Moralibus scribit lib. XX. p. 4. c. 11.[137a]

C. IX. *Disciplina non est seruanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina.*

Disciplina uel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed circa subditos inesse[138] debet rectoribus et iuste consulens[139b] misericordia, et pie seuiens disciplina. Hinc est, quod semiuiui illius uulneribus, qui a Samaritano[140] in stabulum ductus est, et uinum adhibetur et[141] oleum, ut per uinum mordeantur[142] uulnera, per oleum foueantur: quatinus unusquisque, qui sanandis uulneribus preest, in uino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollíciem pietatis; per uinum mundantur putrida, per oleum sananda fouentur[143c]. Miscenda ergo est lenitas cum seueritate, faciendum est[144d] quoddam ex utroque[145e] temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur[146]. Hoc nimirum illa tabernaculi[147] archa significat[148], in qua cum tabulis uirga simul et manna est, quia cum scripturae sacrae scientia est[149f] in boni rectoris pectore si est[150] uirga districtionis, sit et[151] manna dulcedinis. Hinc etiam[152] Dauid[153] ait: „Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.“ Virga enim[154g] percutimur, et baculo sustentamur[155]. Si ergo est districtio iusticiae[156h], que feriat, sit et consolatio[157] baculi, que sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens; sit uigor[158i] sed non[159] exasperans; sit zelus, sed non inmoderate seuiens; sit pietas, sed non plus quam expediat parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam simul[160k] cum seueritate sociatam. Videamus amantem pie et districte seuientem. §. 1. Certe cum Israeliticus populus ante Dei oculos pene inueniabilem contraxisset offensam, ita ut eius rector audisset[161l]: „Descende, peccauit populus tuus,“ ac si ei diuina uox diceret: „qui in tali peccato lapsus est, meus[162m] non est,“ atque subiungeret[163]: „Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, et deleam eos, faciamque te in gentem magnam,“ ille semel et iterum pro[164] populo, cui preerat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens ait: „Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo[165], quem scripsisti.“ Pensemus ergo, quibus uisceribus eundem populum amauit, pro cuius uita de libro uitae deleri se petiit. Sed tamen iste[166], qui tanto amore eius populi constringitur, contra eius culpas pensemus quanto zelo rectitudinis accendatur[167]. Mox enim, ut culpae uenia delerentur[168] obtinuit zelo rectitudinis succensus ait[169n]: „Ponat uir gladium super[170o] femur suum, ite et redite de porta usque[171] ad portam per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem[172] et amicum et proximum suum[173]; cecideruntque in die illo[174] quasi uiginti* tria[175] milia hominum.“ Ecce, qui uitam hominum[176p] etiam cum sua morte petiit, paucorum uitam gladio extinxit. Intus arsit igne[177q] amoris: foris accensus est[178] zelo seueritatis. Tanta fuit pietas[179], ut se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret[180]; tanta seueritas, ut eos, quos diuinitus[181] feriri timuerat[182], ipse iudicii gladio feriret. Sic amauit eos, quibus prefuit, ut pro eis nec sibi parceret, et tamen delinquentes sic persecutus est, quos amauit, ut eos etiam[183] parcente Domino[184] prosterneret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator admirabilis[185], causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegauit. Intus amans diuinae irae suplicando obstitit: foris seuiens culpam feriendo consumpsit. In[186r] regimine ergo utrumque[187s] Moyses miscuit, ut nec disciplinae deesset misericordia, nec misericordiae disciplina[188t]. Unde hic[189] quoque iuxta utramque uirtutem dicitur: „Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator.“ Sedere quippe circumstante exercitu uigor est disciplinae[190u] regiminis: merentium uero corda consolari ministerium[191] pietatis.

C. X. *Iuste iudicans misericordiam cum iusticia seruat.*

Idem[192a].

Omnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat; in[193b]

EDITIO ROMANA.

Dist. XLV. c. 8. a) subditos efferv. b) quantas c) et d) honorabiliora e) dixit f) correctionem g) malit. animi tant. h) quae i) contra k) funiculis — c. 9. a) scribit: *deest* b) consolans c) mundentur .. foveantur d) faciendumque quodd. e) utraque f) est: *deest* g) etenim h) virgae i) rigor k) simul: *deest* l) audiret m) est, iam meus n) ut petitione prima, ne delerentur, culpae veniam obtinuit, ad eundem populum veniens ait o) glad. suum super p) omnium q) ignibus r) *ante* In *add.:* Succurrit citius omnibus, ostensa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus, fidelem famulum suum citius exaudivit agentem pro populo, quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo s) ergo populi utrumq. t) misericordia disciplinae u) est ac disciplina — c. 10. a) Item Isidorus lib. III. Sententiar. de summo bono c. 54. b) et in

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Viginti tria: Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorii; sed in hebraeis, paraphrasi chaldaica, versione Septuaginta, et vulgata est: *tria millia.*

Dist. XLV. can. 8. 110) inhonoratores: *Ed. Bas.;* inhonoratos: *ABCD* 111) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 112) *ABCDEFH Ed. Bas. Coll. tr. P.* 113) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 114) qui: *deest: orig.* 115) excepto: *orig. Coll. tr. P.* 116) *ABF orig. Hisp. Coll. tr. P.* 117) cum: *orig.* 118) percutiant: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 119) ipsi: *eaed. exc. Bas. Lugdd.* II. III. 120) *BDEFGH Coll. tr. P.* — leniter castigat.: *orig.* 121) asperitate autem nimiae increpationis: *orig.* (*sed in Codd. quibusdum textus invenitur Gratiani*) *Hisp.* 122) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 123) *ABCDF orig. Hisp. Coll. tr. P.* 124) *BCDEFGH orig. Hisp.* 125) *Prov. c.* 23. *v.* 14. 126) *Codd. coll. o.* 127) *Lib.* II. *Dial. c.* 4. 128) *Ioann. c.* 2. 129) *Codd. coll. o.* 130) I. *Cor. c.* 5. 131) corp. damnauit et vex.: *EGH* 132) tradit: *AB* 133) *Act. c.* 13. 134) *Siricius P. ep.* I. *c.* 6. 135) *CDF* 136) retundi: *AB* || can. 9. 137) *Codd. coll. o.* — *lib.* XX. *c.* 5. *no.* 14. *in cap.* 29. *Iob. v. ult.* — *Ed. Maur.* — *Phillips Cod. can. S. Petri Salisb. p.* 34. 138) *Codd. et Edd. coll. o.* 139) *Codd. et Edd. coll. o.* 140) *Luc. c.* 10. 141) ad: *Böhm.* 142) morderentur: *D Ed. Bas.;* fouerentur: *Ed. Bas.* 143) *ABDEFGH Edd. coll. o.;* ut per uin. mundentur . . foueantur: *C* 144) *ABCDF;* faciend. est igitur: *EGH;* fac. igitur: *Edd. coll. pr. Lugdd.* II. III. 145) *Codd. coll. o.* 146) dissoluantur: *EGH* 147) tab.: *deest: Ed. Bas.* 148) figurat: *EGH* 149) *CEFGH Edd. coll. o.* 150) est ibi uirga: *EG* 151) etiam: *EG* 152) et: *AB;* etiam et: *EGH* 153) *Psalm. c.* 22. *v.* 4. 154) *ABDEFGH;* en. *deest: Ed. Bas.* 155) percutitur et . . . sustentatur: *EGH* 156) *Codd. coll. o.;* sit ergo distr. (discretio: *Ed. Nor.*) iust.: *Edd. coll. o.* 157) sustentatio: *C* 158) *C orig.* 159) non: *deest: orig.* 160) *ABD Edd. coll. o.* 161) *ABDF Edd. coll. o.* — *cf. Exod. c.* 32. *v.* 7. 162) *Codd. et Edd. coll. o.* 163) subiungens: *EGH* 164) pro: *deest: ABF Edd. Ven.* I. II. *Par.* 165) lib. uiuentium: *AB* 166) cum isto: *GH;* tam. iste: *deest: E* 167) succensus est: *C* 168) *AB;* daretur: *CD;* deleretur: *EGH;* damnarentur: *Ed. Bas.* 169) inquit: *CDEFGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 170) *Codd. coll. o.* 171) usque: *deest; AB* 172) fratr. uxorem et: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* II. III. 173) frat. uel amic. suum et prov.: *C* 174) illa: *AB* 175) quatuor: *C* 176) *ABCDF Edd. coll. o.* 177) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 178) est: *deest: EGH* 179) piet. in eo: *C* 180) dubitauit: *AB* 181) divinitas: *Ed. Bas.* 182) timuerit: *Ed. Arg.* 183) etiam: *deest: EGH* 184) parc. uel Domino parendo: *GH;* uel Dom. parcendo: *E* 185) utrob. leg. fort. utrob. legatus amicabilis: *A;* utrob. leg. fort.: *deest: B;* utr. leg. fort. utr. amator admirab.: *C* 186) *Codd. et Edd. coll. o.* 187) *Codd. et Edd. coll. o.;* utraque: *AB* 188) *Codd. coll. o.* 189) unde in Iob quoque: *EG;* unde in Iob iuxta: *Edd. coll. o.* 190) *Codd. coll. o.;* vigor disciplinae (*add.:* maioris: *Ed. Bas.*) *Edd. coll.* 191) est min.: *ABD* || can. 10. 192) *Codd. coll. o.* — *Isidor. Sentent. lib.* III. *c.* 52. *no.* 4. — *Ed. Areval.* — *Burch.* XVI, 25. (*can.:* Ad delictum pertinet — Ex dictis S. Isidori) 193) *Codd. coll. o. Burch.*

utroque penso iusticiam et misericordiam portat; sed per iusticiam reddit peccatis[194c] sententiam, per misericordiam peccati temperat penam, ut iusto libramine[195] quedam per equitatem corrigat, quedam uero per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicia[196] oculis suis proponit[197], semper timens et tremens[198] in omni negotio formidat[199], ne de iusticiae tramite deuians cadat, et unde non iustificatur, inde potius condempnetur.

C. XI. *Qui remittit, et qui corripit, uterque miseretur.*

Item ***Augustinus*** *in Enchiridion*, [c. 72.][200]

Et qui emendat uerbere, in quem potestas datur, uel cohercet aliqua disciplina, et tamen peccatum eius, quo ab illo lesus aut offensus est, dimittit ex corde, uel orat ut ei dimittatur, non solum in eo, quod dimittit atque[201] orat, uerum etiam in eo, quod corripit et aliqua emendatoria pena plectit, elemosinam dat, quia misericordiam prestat. Multa enim prestantur inuitis bona, quando eorum consulitur utilitati, non uoluntati, quia ipsi sibi inueniuntur esse[202] inimici.

Gratian. *Sunt enim multa genera elemosinarum, de quibus* ***Albinus***[203] *ait:*

C. XII. *De multiplici genere elemosinarum.*

Tria sunt genera elemosinarum: una corporalis, egenti dare quicquid poteris: altera spiritualis, dimittere a quo lesus fueris; tercia, delinquentem[204a] corrigere, et errantes[205] in uiam ducere[206b] ueritatis.

C. XIII. *Elemosinae corporali*[207a] *prefertur elemosina cordis.*

Item ***Augustinus***, [lib. L. homiliarum, hom. 6.][208]

Duae sunt elemosinae, una cordis, alia[209b] pecuniae. Elemosina cordis est dimittere[210c], a quo[211] lesus es. Nam dare aliquid indigenti aliquando queris, et non habes; indulgere[212] peccanti[213] quantum uolueris redundat tibi. §. 1.[214d] Elemosina cordis multo maior est quam elemosina corporis. §. 2.[215e] Caritatis elemosina sine terrena substantia sufficit[216f]: illa uero, que corporaliter[217] datur, si sine[218g] benigno corde tribuitur, omnino non sufficit.

III. Pars. Gratian. *Ex his omnibus apparet, quod nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine seueritatis, nec zelus rectitudinis sine mansuetudine in prelatis debet inueniri. Percussores ergo, qui premissis auctoritatibus ab episcopali offitio remouentur, non quilibet corporaliter flagellantes, sed pretermissa mansuetudine ad uerbera semper parati intelligendi sunt, qui per flagella non uicia corrigere, sed timeri appetunt; quibus Petrus scribit*[219]: „*Ne sitis dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.*"

Hinc etiam ***Gregorius*** *scribit in Moralibus, lib. XIX, p. 4. c. 23.*[220]

C. XIV. *Mansuetudo et districtio ab inuicem non separentur.*

Sunt namque nonnulli ita districti, ut omnem etiam[221] mansuetudinem benignitatis amittant; et sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti iura[222] regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere[223] sunt tenenda, ut nec in disciplinae uigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum in[224a] mansuetudine districtionem deserant disciplinae, quatinus nec[225] a[226] conpassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigunt, nec disciplinae uigorem molliant, cum infirmorum animos[227] consolantur. Regat ergo disciplinae uigor mansuetudinem, et mansuetudo ornet sermone[228b] uigorem, et sic alterum commendetur ex altero, ut nec uigor sit rigidus, nec mansuetudo sit[229c] dissoluta.

C. XV. *Vere iustus*[230a] *miseris compatitur, delinquentibus indignatur.*

Idem [homil. XXXIV. in euangel. (circa init.][231]

Vera iusticia compassionem habet, falsa dedignationem[232b], quamuis et iusti soleant recte peccatoribus indignari[233c]. Sed aliud est, quod agitur tipo[234d] superbiae, aliud, quod zelo[235] disciplinae. Dedignantur[236] etenim, sed non dedignantes[237]. §. 1.[238e] At contra hi, qui de falsa iusticia superbire solent, ceteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt, et quo se peccatores esse non credunt, eo[239] deterius peccatores fiunt.

C. XVI. *Peccantes mansuetudine prouocentur, non austeritate abiciantur.*

Item ***Ieronimus***, *in Ieremia*[240a].

Recedite (inquiunt) polluti, recedite, abite, nolite nos tangere, nolite[241b] nobis[242] communicare. Talis[243] loquela non illuminat cecum, non sanat egrotum, non curat infirmum, sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem[244] mittit[245]. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes magis per humilitatis et mansuetudinis leuamentum student peccantes[246] ab erroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Unde doctor gentium[247]: „Factus sum," inquit, „infirmus infirmis."

C. XVII. *In populum ira Dei deseuit, cum predicator delinquentes palpat, non corripit.*

Idem[248a].

Sed illud non ociose transcurrendum[249b] est, quod uno peccante ira super[250c] omnem populum uenit. Hoc quomodo[251d] accidit? quando sacerdotes, qui populo presunt, erga delinquentes beniuoli[252e] uideri uolunt, et uerentes[253] peccantium linguas, ne forte male de eis loquantur[254], sacerdotalis seueritatis inmemores nolunt complere quod scriptum[255] est: „Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri metum[256f] habeant;" et iterum[257]: „Auferte malum de[258g] uobis ipsis." Nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem[259]: „Tradidi huiusmodi hominem satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat." Neque illud euangelicum[260h] inplere student, ut si uiderint peccantem, primo secrete conueniant[261], post etiam duobus uel[262] tribus testibus[263i]; quod si contempserit, et post ecclesiae correptionem[264k] non fuerit emendatus, de ecclesia expulsum uelud gentilem habeant ac[265] publicanum; et dum uni[266] parcunt, uniuersae ecclesiae moliuntur interitum. Que ista bonitas, que ista misericordia est[267l], uni parcere, et omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex uno peccatore populus. Sicut ex una oue[268m] morbida uniuersus grex inficitur[269], sic

EDITIO ROMANA.

Dist. XLV. c. 10. c) peccanti — c. 12. a) delinquentes b) reducere — c. 13. a) pecuniae b) altera c) dimitt. ei a quo d) *ante* §. 1. *add.*: Et infra e) *ante* §. 2. *add.*: Et infra f) suffic. sibi g) non — c. 14. a) in: *deest* b) sermone: *deest* c) sit: *deest* — c. 15. a) Vere iustitia b) fals. vero dedign. c) dedignari d) typho e) *ante* §. 1. *add.*: Et post pauca — c. 16. a) ad c. 4. Threnorum b) nolite in aliquo nob. — c. 17. a) Item ex Origene homilia VII. in Iosua b) transmittendum c) ira Dei super d) quando e) benigni f) timorem g) ex h) evangelii i) tribus adhibitis test. k) haec ecclesiae correctione l) est: *deest* m) oue: *deest*

Dist. XLV. can. 10. 194) *ABDH Ed. Bas.*; pietatis: *EG* (*sed in G correctum est:* peccatis.); peccati: *Ed. coll. vel. orig. Burch.*; peccanti: *C* 195) moderamine: *C* 196) iustitiam: *Edd. coll. o. exc. Arg. Bas.* 197) praeponit: *EGH Ed. Bas.* 198) et tremens: *deest: C*; tremensque: *orig. Burch.* 199) reformidat: *orig. Burch.* || can. 11. 200) *Aug. Enchir. c. 19. Ed. Par. — cf. Petr. Lombard. Sent. lib. IV. D. 15. no. 3.* 201) et: *EGH* 202) esse: *deest: ib.* || can. 12. 203) *Apud Alcuinum* (*nam sic uidetur legendum esse*) *in libro de virtutib. et vitiis c. 17. ed. a Basnagio similia quaedam sunt. Magis vero congruunt quae ex Eligii Noviomens. VII. saeculi scriptoris hom. XI.* (*Bibl. Patr. XII.*) *de eleemosynis leguntur.* — *Ivo Pan. II. 192.* 204) *ABCEFGH Ed. Bas.* 205) errantem: *Ivo Pan.* 206) *AB Ivo Pan.* || can. 13. 207) *Codd. coll. o.* 208) *Sermo apocryphus in Ed. Maur.* (*Paris. 1838.*) *V, 2. Appdx. p. 3065. sqq. Sermo 271. no. 5.* — *Ivo Pan. II, 193.* 209) *ABCDF Edd. coll. o. orig. Ivo*; et alia: *EGH* 210) *Codd. coll. o. orig. Ivo* 211) dim. quod.: *orig. Ivo* 212) indulgo: *orig.* 213) peccato: *Ivo* 214) *Codd. coll. o.* 215) *Codd. coll. o.* 216) *Codd. coll. o. Ivo* 217) corporalis: *EGH* 218) *Codd. coll. o.* 219) I. *Petr. c. 5. v. 3.* || can. 14. 220) c. 24.: *EGH — lib. XIX. c. 20. no. 30. ad Iob c. 29. v. 12. 13.* 221) etiam: *deest: ABF* 222) vires: *AB* 223) summop.: *deest: ib.* 224) *ABCDFGH orig.* 225) ne . . . corrigant: *EGH* 226) ad compassionem: *Ed. Bas.* 227) animum: *AB* 228) *Codd. coll. o.*; sermonem: *Edd. coll. o.* 229) *Codd. coll. o.* || can. 15. 230) *Codd. coll. o.* 231) *Hom. XXXIV. no. 2. ad Luc. XV. v. 1—10.* 232) *AB orig.* 233) *Codd. coll. o. orig.* 234) *Codd. et Edd. coll. o.* 235) zelo geritur: *D Ed. Bas.* 236) indignantur: *CEGH Edd. coll. o. — Corr.* 237) dedig. sunt: *D Edd. coll. o. exc. Bas.* 238) *Codd. coll. o.* 239) eo quidem: *Ed. Bas.* || can. 16. 240) *ad c. 4. Threnorum.* — [illegible] 241) [illegible] *et Edd. coll. o.* 242) nobiscum: *D Edd. coll. o.* 243) Sed talis: *Ed. Bas.* 244) periculi tandem: *AB* 245) permittit: *EGH*; cadere permittit: *Ed. Bas.* 246) peccatores: *EG* 247) I. *Cor. c. 9. v. 22.* || can. 17. 248) *Codd. coll. o. — Origenes homil. VII. in Iosua ex interpret. Rufini* 249) [illegible] 250) *ABCEFGH orig.* 251) *Codd. coll. o.* 252) *Codd. et Edd. coll. o.* 353) uerentes: *Ed. Bas.* 254) loquerentur: *EGH* 255) I. *Tim. c. 5. v. 20.* 256) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 257) I. *Cor. c. 5. v. 13.* 258) *BCDEFG* 259) I. *Cor. c. 5. v. 13.* 260) *BCF Ed. Bas. orig.* 261) eum conueniant: *D Edd. coll. o.*; secrete: *AB* 262) aut: *CEGH* 263) *ABCEGH*; arbitris: *orig. — Corr.*; adhibitis testib.: *D Edd. coll. o.* 264) *ABCD orig.*: post eccl. correctionem: *ABEFGH Edd. coll. o.* 265) et: *CEGH* 266) uni: *deest: AB* 267) *Codd. et Edd. coll. o.* 268) *Codd. coll. o.* 269) infirmus efficitur: *A*

etiam uno uel[270n] fornicante uel aliud quodcunque scelus[271] committente plebs uniuersa polluitur.

Gratian. *Hinc etiam alibi*[272] *dicitur: „Rectorem subditis pietas matrem, disciplina uero patrem exhibeat."*

IV. Pars. *Percussor quoque dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiam uulnerat.*

Unde Anacletus Papa [epist. II. ad Episcopos Italiae][273]:

C. XVIII. *Qui sermone incauto conscientiam percutit infirmorum, percussor uocatur.*

Sane percussor ille dicitur doctor, qui sermone[274] inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere uos et omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem[275] sermonem, ut potens sit consolari[276] in doctrina sacra[277a], et contradicentes redarguere, et recte uiuentes atque rectam fidem tenentes[278b] consolidare.

DISTINCTIO XLVI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Sequitur*[1]: *„Non litigiosum." Nichil est enim*[2] *impudentius arrogancia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, et parati ad lites in subiectos*[3] *tumide*[4a] *intonant, quod ex arrogancia superbiae*[5b] *prouenire manifestum est.*

Unde Gregorius scribit in Moralibus, lib. XXIII. p. 5. cap. 12. [c. 13. §. 23. et 24. ad c. 33. Iob.]:

C. I. *Arrogantes nesciunt humiliter inferre que docent.*

Hoc habet proprium doctrina arrogantium[6], ut humiliter nesciant inferre quod[7] docent, et recta, que sapiunt, recte[8] ministrare[9] non possunt[10a]. In uerbis enim eorum proditur, quod[11], cum docent, quasi in quodam sibi uidentur summitatis[12b] culmine residere, eosque, quos docent, ut longe infra se positos uelut in imo respiciunt, quibus non consulendo, sed uix dominando dignantur loqui. Recte autem his per Prophetam Dominus dicit[13]: „Vos autem cum austeritate inperabatis eis et cum potentia." Cum austeritate enim et potentia inperant, qui subditos suos non tranquille[14] corrigere ratiocinando, sed aspere inflectere dominando festinant. At contra doctrina uera tanto uehementius hoc elationis uicium fugit per cogitationem[15], quanto ardentius suorum uerborum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Cauet enim, ne eum[16c] moribus elatis predicet, quem in cordibus[17d] audientium sacris sermonibus insectatur.

II. Pars. Gratian. *Ecce, quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est et alia causa huius prohibitionis. Litigiosi namque*[18] *uel adulationibus animos principum sibi conciliant, uel fratribus suis detrahendo infamiae notam ingerunt, uel inter fratres discordiam seminando seditiones*[19e] *numquam facere cessant; que omnia in prelatis dampnabilia esse probantur.*

Unde Gregorius scribit in Moralibus, in lib. XVIII. p. 4. c. 3. [ad cap. 27. Iob.][20]:

C. II. *De his, qui peccantibus*[21a] *adulantur.*

Sunt nonnulli[22], qui, dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent que increpare debuerant[23b]. Hinc enim per Prophetam[24] dicitur: „Vae[25] qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, et faciunt ceruicalia sub capite uniuersae etatis." Ad hoc quippe sub cubito puluillus uel ceruical sub capite iacentis[26c] ponitur, ut molliter[27d] quiescatur[28]. Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillum uel ceruical[29e] sub capite uel cubito iacentis ponit, ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. §. 1. Hinc rursum scriptum est[30]: „Ipse edificabat parietem, illi autem liniebant eum." Parietis quippe nomine peccati duricia designatur[31]. Edificare ergo parietem est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut, quod illi peruerse agentes edificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant[32]. §. 2. Sed sanctus uir sicut mala de bonis non estimat, ita iudicare bona de malis recusat, dicens[33]: „Absit[34] a me, ut iustos uos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea."

Hinc etiam in Concilio Cartaginensi IV. [c. 56.] *legitur*[35]:

C. III. *Adulator uel proditor clericus ab offitio degradetur.*

Clericus, qui adulationibus et prodicionibus[36] uacare deprehenditur, degradetur ab offitio.

C. IV. *Excommunicentur ab episcopo, qui fratribus non probanda obiciunt.*

Item [ex eodem Concilio, c. 55.][37]

Accusatores fratrum episcopus[38] excommunicet[39a*], et si emendauerint uicium, recipiat eos[40] ad communionem, non ad clerum.

C. V. *Remoueatur* ab offitio clericus maledicus; scurra fratrum*[41a] *profectibus inuidens non promoueatur.*

Item ex eodem [Concilio, c. 57.][42]

Clericus maledicus (maxime[43] in sacerdotibus) cogatur ad postulandam[44] ueniam. Si noluerit, degradetur, nec umquam ad offitium absque satisfactione reuocetur[45].

C. VI. *De eodem.*

Item [ex eodem Concilio, c. 60.][46]

Clericum scurrilem et uerbis turpibus ioculatorem[47] ab offitio retrahendum[48a].

C. VII.[49a]

Item [ex eodem, c. 54.][50]

Clericus inuidens fratrum profectibus[51], donec in uicio est, non promoueatur.

EDITIO ROMANA.

Dist. XLV. c. 17. n) uel: *deest* — c. 18. a) sancta b) tuentes — Dist. XLVI. Pars. I. a) tumidi b) arrog. et superbia — c. 1. a) possint b) sublimitatis c) ne eum magis dat. morib. d) corde e) seditionem — c. 2. a) De iis qui peccatoribus b) debuerunt c) Ad hoc quippe pulvillus ponitur d) mollius e) vel ceru.: *deest* — c. 4. a) excom., qui non probanda fratribus obiiciunt* — c. 7. a) C. VII. De eodem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XLVI. C. IV. * Qui non probanda fratribus obiiciunt: Verba ista neque in originali, neque in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.

C. V. * Remoueatur: Rubrica haec pertinet simul ad hoc caput, et ad duo sequentia.

Dist. XLV. can. 17. 270) *ABCDEGH Ed. Bas. orig.* 271) sceleris: *orig.* 272) *Gregor. Past. p.* II. *c.* 6. || can. 18. 273) Episcopus: *EGH; Ep. Pseudois. Anacleti p.* II. *c.* 26. *ap. Hinschius p.* 80. — *Coll. tr. P.* I, 2, 18. 274) *ex Hieronymo ad c.* 1. *Tit.* 275) fidelis sermone: *Edd. Par. Ven.* I. II.; fidelis et sermonem: *Ed. Nor.;* eum serm., qui sec. doctrinam est: *Ed. Arg.* 276) exhortari: *Ed. Bas.* 277) *ABCDF Ed. Bas.;* sana: *EH Böhm. — Corr.* 278) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Coll. tr. P.*

Dist. XLVI. Pars. I. 1) *ad Tim. c.* 3. *v.* 3. 2) non est impud.: *AB* 3) subditos: *CEGH* 4) *ABCDF* 5) *Codd. coll. o.* || can. 1. 6) arrogantiam: *Ed. Bas.* 7) quae: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas. Nor.* 8) etiam recte: *DEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 9) manifestare: *ABC* 10) *Codd. coll. o.* 11) qui: *EGH* 12) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 13) *Ezech. c.* 34. *v.* 4. 14) cum tranquillitate: *D Edd. coll. o. exc. Bas.* 15) cognitionem: *ABD Edd. coll. o. — Corr.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) *ABCDF* 18) enim: *AB* 19) *Codd. coll. o.* || can. 2. 20) *in Ed. Maur. c.* 4. 21) *Codd. coll. o.* 22) namque nonnull.: *orig.* 23) *Codd. et Edd. coll. o.* 24) *Ezech. c.* 13. *v.* 18.*;* etiam per proph.: *EGH* 25) Vae his: *EGH Edd. coll. o. exc. Bas.* 26) *Codd. et Edd. coll. o.* 27) *Codd. et Edd. coll. o.* 28) quiescat: *H Edd. coll. o. exc. Arg.* 29) *ABCDF Ed. Bas.;* et pulu. sub cubito et (vel: *Edd. coll. o.*) cervical sub capite: *EGH Edd. coll. rel.* 30) *Ezech. c.* 13. *v.* 10. 31) signatur: *EGH* 32) reddunt: *EGH* 33) *Iob c.* 27. *v.* 5. 34) absit hoc: *Edd. coll. o. exc. Bas.* || can. 3. 35) *Statutt. eccl. ant. c.* 43. — *ap. Bruns* I, 147. — *Burch.* II, 176.; *Ivo Decr.* VI, 267.; *Ivo Pan.* III, 173.; *Coll. tr. P.* II, 18, 55.; *Coll. duod. Part.* III, 48. *cf. Wasserschleben Beitr. p.* 46. 36) et proditioni: *ABF;* vel proditioni: *EGH* || can. 4. 37) *Statutt. eccl. antiq. c.* 17. — *ap. Bruns* I, 146. — *Coll. tr. P.* II, 18, 54. 38) ut episc.: *orig.;* ut episcopi .. excommunicent .. recipiant: *Hisp.* 39) *ABCDF orig. Hisp. Coll. tr. P.* 40) eos: *deest: Coll. tr. P.* || can. 5. 41) *Codd. coll. o.* 42) *Statutt. eccl. antiq. c.* 44. — *ap. Bruns* I, 147. — *Ans. ded.* V, 96.; *Reg.* I, 155.; *Burch.* X, 66. *Ivo Decr.* XI, 11.; XIII, 66.; *Coll. tr. P.* II, 18, 56.; *Coll. duodec. P.* III, 85. *cf. Wasserschleben Beitr. p.* 46. 43) maximeque in: *DEFGH Ed. Bas. Hisp. Coll. tr. P.;* maximeque a: *Burch. Ivo* XI. 44) postulandum: *EGH orig.* 45) reuertatur: *Ans. ded.* || can. 6. 46) *Statt. eccl. antiq. c.* 73. — *ap. Bruns* I, 147.; (*cf. Conc. Tolet.* IV. *c.* 23. *Agath. c.* 70.) — *Ans. ded.* V, 86.; *Reg.* I, 154. (Ex C. Afric.); *Burch.* II, 172.; *Ans.* VII, 163. (170.); *Ivo Decr.* VI, 263.; XI, 79.; *Ivo Pan.* III, 172.; *Coll. tr. P.* II, 18, 59.; *Coll. duod. Part.* III, 99. *cf. Wasserschleben Beitr. p.* 46. 47) iocularem: *orig. Hisp. Ans. ded. Ivo Decr.* XI.; *Coll. tr. P.;* clericos scurriles .... ioculatores .. detrahendos: *Reg. Burch. Ivo Decr.* VI. *Ivo Pan.* 48) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. exc. Bas. Lugdd.* II. III. — *orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Decr.* VI. XI. *Coll. tr. P.* || can. 7. 49) *ABCF* 50) *Statutt. eccl. antiq. c.* 42. — *ap. Bruns* I, 146.; *Burch.* II, 16.; *Ivo Decr.* VI, 35.; *Coll. tr. P.* II, 18, 53.; *Coll. duod. Part.* III, 86. *cf. Wasserschleben Beitr. p.* 46. 51) prouectibus: *Burch.;* prouectionibus: *Ivo* ||

C. VIII. *Non sunt ordinandi, qui sedicionibus uacant.*
Item [ex eodem, c. 67.][52]

Sedicionarios statuimus[53] numquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, uel[54a] iniuriarum suarum ultores.

C. IX. *Usuras exigere clericis*[55] *minime licet.*
Item ex Concilio Laudicensi, [c. 5.][56]

III. Pars. Non licet fenerari ministris altaris, uel in sacerdotali ordine constitutis uel[57] usuras, uel lucra, que sescupla dicuntur, accipere.

C. X. *Nec suo nomine, nec alieno clericus fenerator existat.*
Item Leo Papa [Episcopis per Campaniam, epist. I. c. 4.][58]

Sicut non[59] suo, ita nec[60] alieno nomine aliquis clericorum exercere fenus attemptet[61]. Indecens enim est crimen suum commodis alienis inpendere et exercere[62a]. Fenus autem hoc[63] solum aspicere et exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus, a Domino[64b], (qui multipliciter et in perpetuum mansura tribuit)[65], recipere ualeamus.

DISTINCTIO XLVII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem in fine huius capituli usurarii ordinari prohibentur, inde est, quia*[1a] *usuram exercentes cupididati deseruire probantur; cupidi autem ab Apostolo*[2] *ordinari prohibentur, quia tales facile a iusto deuiarent.*

Unde in canonibus Apostolorum, [c. 44.] *legitur*[3]:

C. I. *Diaconus, presbiter et*[4] *episcopus exigens usuras, nisi desierit, deponatur.*

Episcopus aut[5] presbiter aut diaconus usuras a debitoribus exigens, aut desinat[6], aut certe deponatur[7].

C. II. *Usuras exigens siue clericus, siue regulae subiectus, deiciatur.*
Item ex Concilio Niceno, [c.] 17.[8]

Quoniam multi sub regula constituti auaritiam et turpia lucra sectantur, oblitique diuinae[9] scripturae, dicentis[10]: „Qui pecuniam suam non dedit ad usuram," mutuum[11] dantes centesimas[12] exigunt: iuste censuit sancta et magna[13] sinodus, ut, si[14] quis inuentus fuerit post hanc diffinitionem[15] usuras[16] accipiens, aut aliquam adinuentionem[17a] uel quolibet modo negotia[18b] transigens[19], aut emiolia, id est sescupla* exigens, uel aliquid tale prorsus excogitans[20] turpis lucri gratia, deiciatur a clero et alienus existat a regula.

Hinc etiam Gregorius in lib. XIX. Moralium, parte IV. c. 35. de dilectoribus seculi scribit, dicens[21a]:

C. III. *Temporalibus lucris deseruientes Deo nequaquam militare probantur.*

Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, et pro spe perpetua nec[22b] parum quidem in labore subsistunt; pro terrenis lucris quaslibet iniurias tollerant, et pro celesti mercede uel tenuissimi uerbi ferre contumelias recusant; terreno iudici[23] toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione uero coram Domino uel unius horae momento lassantur; sepe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitiis atque honoribus tollerant, et earum rerum[24] se per abstinentiam[25c] cruciant, ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant, quanto[26] ea tardius putant retribui[27]. §. 1. Hi itaque quasi aliarum[28] arborum more deorsum uasti sunt, sursum augusti, quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens uita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis desideriis[29d] fortes et in celestibus debiles, sed longius atque distantius studiosos se Deo exhibent, quam seculo fuisse meminerint[30e]. §. 2. Nam cum quibusdam per predicatorem nostrum dicitur[31]; „Humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire inmundiciae et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc, exhibete membra uestra seruire iusticiae in sanctificationem," eorum proculdubio infirmitati[32] condescenditur, ac si eis apertius[33] diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione uiciorum, ne[34] debiliores uos habeat sancta libertas aeris[35]*, quos in carne ualidos habuit usus terrenae uoluptatis.

C. IV. *Ad sacros ordines usurarii promoueri non debent.*
Item Gregorius ciuibus Neapolim, [lib. VIII. epist. 40.][36a]

De Petro insuper ad nos peruenisse cognoscite, quia[37b] solidos dederit[38c] ad usuras[39d]. Quod uos oportet cum omni subtilitate perquirere[40], et[41] si ita constiterit, alium eligite, et ab huiusmodi[42e] persona uos suspendite sine mora. Nam nos amatoribus usurarum nulla ratione manus inponimus[43]. Si uero subtili habita inquisitione hoc falsum esse putaueritis[44f], (quia persona eius nobis ignota est, et utrum

EDITIO ROMANA.

Dist. XLVI. c. 8. a) nec — c. 10. a) et exerc.: *deest* b) ab eo Domino — Dist. XLVII. Pars. I. a) quod — c. 2. a) ex adinventione aliqua b) negotium — c. 3. a) de dilect. saec.: *deest* b) ne c) se abstinentia d) studiis e) meminerunt — c. 4. a) Clero et civibus Neapolitanis b) quod) c) dedit d) usuram e) huius f) patuerit

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XLVII. C. II. * Sescupla: Hoc sesquialterarum usurarum genus, quamvis gravissimum, in frugibus humidis vel arentibus Constantinus lege permiserat, quae nunc exstat in codice Theod. lib. 2. tit. ult. *de usur.* l. 1. Eodem pertinet, quod scribit B. Hieronymus in commentariis in Ezech. lib. 6. c. 18. his verbis: *Solent in agris frumenti et milii, vini et olei ceterarumque specierum usurae exigi, sive, ut appellat sermo divinus, superabundantiae: verbi gratia, ut hiemis tempore demus decem modios, et in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius partem mediam.* Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias usuras clericis interdicunt, voluerunt etiam sescuplam frugum expresse iisdem interdicere. Postea vero in aliis conciliis et a Romanis Pontificibus genus omne usurarum, tanquam iuri naturali ac divino contrarium, tam clericis quam laicis fuit interdictum, quemadmodum apparet in Decretalibus, tit. *de usur.*

C. III. * Aëris: Apud B. Gregorium legitur: *sancta libertas heredes.* vel: *sancta libertas caritatis, quam in carne.* In uno autem exemplari Gratiani Vaticano: *coelestis conversationis*, quod in glossa ad explanandam dictionem: *aëris*, affertur.

Dist. XLVI. can. 8. 52) *Statutt. eccl. antiq. c. 55. ap. Bruns* I, 147. (*Conc. Agath. c.* 69.) *Reg.* I, 173. (Ex C. Agath.) *Burch.* II, 17.; *Ivo Decr.* VI, 36.; *Coll. tr. P.* II, 18, 66. 53) statuim.: *deest: orig. Hisp. Reg. Burch.*; decernimus: *Ivo Decr.* 54) *Codd. coll. o. Hisp. Reg. Burch. Coll. tr. P.*; nec: *orig.*; sicut nec: *Ivo* || can. 9. 55) cleric.: *deest: ABC, sed in C adiectum est.* 56) *hab. inter a.* 343 *et* 381. *versio Hisp.* — *Ans. ded.* V, 71. (*v. Dionys.*); *Reg.* I, 226. (*v. Dion.*); *Coll. tr. P.* II, 7, 2. *cf. Cap. Ahytonis Bas. c.* 17. (*Migne Patrol.* CXV, 13.) 57) vel: *deest: Hisp.*; et vel: *Coll. tr. P.* || can. 10. 58) *Ep.* IV. *c.* 4. [illegible] *ao.* 443. — *Jaffé no.* 180. — *Ans. ded.* V, 73.; *Reg.* I. 228.; *Burch.* II, 121.; *Ivo Decr.* VI, 66. (*in his omnibus canon incipit verbis:* Illud etiam duximus); *Ans.* VII, 150. (160.) 59) nec: *EGH* 60) non: *Ans. ded.* 61) *finis canonis ap. Reg. Burch.* 62) *ABCDF Edd. coll. o. exc. Arg.* — *finis canonis ap. Ans.* 63) hoc: *deest: AB* 64) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 65) retribuit: *Ans. ded. Ivo.*

Dist. XLVII. Pars. I. 1) *Codd. coll. o.* 2) I. *Tim. c.* 3. *v.* 3. || can. 1. 3) *ap. Hefele Concil. Gesch.* I, 788. — *Ans. ded.* II, 163.; *Reg.* I, 224.; *Burch.* II, 119. (item ex eodem; *sed antecedit can.* Innocentii papae) *Ivo Decr.* VI, 195.; *Ivo Pan.* III, 157. 4) et: *deest: CEFGH* 5) aut: *deest: Burch. Ivo Decr.* 6) desinant .. deponantur: *AB* 7) damnetur: *orig. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Decr.*; aut dep. aut communione privetur: *Ivo Pan.* || can. 8. 8) c. 16.: *AE*, 19.: *C*, 18.: *D* [illegible] *hab. ao.* 325. *interpret. Dionys.* — *Ans. ded.* V, 70.; *Reg.* I, 225.; *Halitgari Poenit. lib.* V. *c.* 9.; *Burch.* II, 120.; *Ivo Decr.* VI, 196.; *Polyc.* IV, 31.; *cf. c.* 8. C. XIV. *qu.* 4. (*versio prisca*); *Coll. tr. P.* II, 1, 18. (*vers. Hisp.*) — *a Corr. citatur Ans.* VII, 153.; *a Richt.* VII, 163. *sed in cod. coll. nihil invenimus* 9) div.: *deest: Reg.* 10) *Psalm.* 14. *v.* 5. 11) us. id est mut.: *EG* 12) dant. duplicatam centes. exig.: *EH*; dant. centes. usuras exig.: *D Edd. coll. o.* 13) et magna: *deest: AB Reg.* 14) *Ivo Decr.* XIII, 8. 15) post h. def.: *deest: Reg. Ivo Decr.* XIII. 16) usuram: *EGH*; *inde a verb.:* accipiens; *usque ad.* hemiol.: [illegible] *desunt: Reg.* 17) *Codd. et Edd. coll. o.*; *add.:* faciens: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.*; aut adinuentione aliqua: *Ivo Decr.* VI. 18) *Codd. coll. o.* 19) transiens: *AEGH Ans. ded.* 20) prorsus prius excog.: *AB* || can. 3. 21) *Codd. coll. o. sed in AB legitur:* de dilectionibus [illegible] seculi. [illegible] XIX. *c.* 27. [illegible] 22) *ABDFGH* 23) iudicio: *Ed. Bas.* 24) rerum spe se: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 25) *Codd. et Edd. coll. o.* 26) quanto magis: *CDFGH Edd. coll. o.* 27) tribui: *EGH* 28) palma aliar. arbor.: *D*; quasi malarum arbor.: *Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. 29) *Codd. et Edd. coll. o.* 30) *Codd. et Edd. coll. o.* 31) *Rom. c.* 6. *v.* 19. 32) inf. cordis: *Ed. Bas.* 33) aperte: *EGH* 34) nec: *C* 35) aëris: *legitur etiam in Codd. Gregor.* || can. 4. 36) *Codd. coll. o.* — *Ep.* 62. *sec. ao.* 600. *lib.* 10. *ed Maur.* — *Jaffé no.* 1325. — *Ans.* VI, 9. (13.); (*can.:* nec. novum nec repreh.); *Polyc.* II, 1, 24. (*can.:* nec novum etc.); *Cass.* V, 11. §. 3. 37) *Codd. coll. o. Polyc.* 38) *Codd. coll. o. praeter D orig. Ans. Polyc.* 39) *ABDEFGH orig. Ans. Polyc.* 40) requirere: *Ans. Polyc.* 41) ut: *AB* 42) *Codd. coll. o. pr. F orig.* 43) *finis canonis ap. Polyc.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.*

ita sit de simplicitate[45g], quod ad nos perlatum est, ignoramus), cum decreto a uobis[46] facto ad nos eum uenire necesse est, ut uitam moresque ipsius[47h] sollicitius requirentes[48i] sensum quoque pariter agnoscamus, ut[49], si huic iudicio aptus extiterit, uestra in eum[50k] (adiuuante Domino)[51] desideria conpleamus.

C. V. *Degradetur clericus, qui usuras accipere detegitur.*
Item ex Concilio Elibertano, [c. 20.][52]

Si quis clericorum[53] detectus fuerit usuras accipere, placuit[54] degradari et abstinere[55].

C. VI. *Nec*[56] *implicari errore, nec cupiditate sacerdotem uiolari oportet.*

Item Leo Episcopus [Anatolio Episcopo Constantinopol., epist. LI.][57a]

II. Pars. Virum catholicum et precipue Domini sacerdotem sicut nullo errore inplicari, ita nulla oportet cupiditate uiolari, dicente sancta[58] scriptura[59]; „Post concupiscentias tuas non eas.“ Mens etiam[60b] potentiae[61] auida nec abstinere nouit uetitis[62c], nec gaudere concessis, nec* pietati adhibere consensum.

C. VII. *Qui cupiditatem a se non abscidit*[63a], *bonorum auctori inherere*[64] *non ualet.*

Item Gregorius, [l. VII. epist. 100.][65]

Bonorum auctori inherere[66] aliter non ualemus, nisi cupiditatem[67] a nobis (que[68] omnium malorum radix est) abscidamus[69b].

C. VIII. *Auarus omnium bona inuadit, quorum necessitatibus subuenire ualet*[70a].

Item Ambrosius [Serm. LXXXI.] *de eo, quod scriptum est in euangelio: „Hominis*[71] *cuiusdam diuitis fructus uberes agere attulit“*[72].

Sicut hi[73b], qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suae fantasias uident, ita etiam mens auari semel uinculis cupiditatis astricta semper aurum, semper argentum uidet, semper redditus computat, gratius aurum intuetur quam solem[74]; ipsa eius oratio et supplicatio ad Dominum[75] aurum querit. *Et post pauca:* §. 1. Interdum etiam usurae arte[76] nequissima ex ipso auro aurum nascitur[77]. Sed nec[78c] sacietas unquam, nec finis aderit cupiditati. *Et infra:* §. 2. Sed ait[79d]: quid iniustum est, si cum aliena non inuadam, propria diligentius seruo? O inpudens dictu[80e]! Propria[81] dicis? que? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem, quando de uentre matris existi, quibus queso facultatibus quibusque subsidiis stipatus ingressus es? *Et post pauca:* §. 3. Proprium nemo dicat, quod est commune*, plus[82f] quam sufficeret sumptum[83] et[84g] uiolenter obtentum est. *Et infra:* §. 4. Numquid iniquus est Deus, ut nobis non equaliter distribuat uitae subsidia, ut tu quidem esses affluens et habundans, aliis uero deesset et egerent? an idcirco magis, quia et tibi uoluit benignitatis suae[85] experimenta conferre, et alium per uirtutem patientiae coronare? Tu uero susceptis muneribus Dei, et[86h] in sinum tuum redactis, nichil te putas[87] agere iniquum, si tam multorum uitae subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus[88i], tam auarus, quam qui[89] multorum alimenta suum non usum, sed habundantiam et delicias facit? Neque enim minus est criminis habenti tollere, quam, cum possis et habundas[90k], indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines; nudorum indumentum est, quod tu recludis; miserorum[91l] redemptio est et absolutio pecunia, quam tu in terra[92m] defodis. Tantorum[93n] te ergo scias inuadere bona, quantis[94o] possis prestare quod uelis.

III. Pars. Gratian. *Necesse*[95] *est etiam, ut ille, qui ordinandus est, „suae domui sit bene prepositus,“ id est, si in laicali habitu uxorem habuerit*[96p] *uel filios, a uiciis ad uirtutum studia et uerbo et exemplo prouocet, ut quod postea precepturus est populis, prius exigat a domesticis. Unde Apostolus Ephesiis*[97] *scribit, ut uxores suas sicut sua corpora diligant, et filios suos non ad iracundiam prouocent, sed enutriant illos in omni disciplina et correctione Domini. Unde cum ad*[98q] *Timotheum scribens, dixisset: „suae domui bene prepositum,“ statim subiunxit: „habentem sibi subditos filios in omni castitate, non*[99] *in accusatione luxuriae.“ Non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi*[100]. *Unde de B. Iob legitur*[101], *quod pro filiis suis cotidiana Deo offerebat sacrificia, offerrens olocausta per singulos, quos tanta karitatis perfectione in unum constrinxit, ut quisque eorum*[102] *in suo die conuiuium fratribus pararet*[103], *et*[104] *ad epulandum secum tres sorores suas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere dissimulauit, ac*[105] *falsa pietate superatus filios delinquentes ferire noluit*[106], *(sicut in libro Regum legitur) apud districtum iudicem semetipsum cum filiis crudeli dampnatione percussit, unde ei diuina uoce dicitur*[107]: *„Honorasti filios tuos plus*[108r], *quam me.“ Hinc etiam Dauid erga filios bonitatem*[109s], *non disciplinae seueritatem exercens, eorum iuuentutem experimento didicit perniciosam, quorum*[110] *pueriiciam uaga licentia permisit esse uoluptuosam. Unus quippe eorum sororem suam stupro corrumpens, a fratre eius, Absalone*[111] *uidelicet, inter epulas, quas fratribus suis fraudulenter parauerat, obtruncatus est. Absalon uero, postquam ueniam a patre obtinuit, regno*[112t] *illum expulit; ad*[113u] *concubinas eius ingressus est; demum per inuia deserti patrem*[114] *persequens, quercui inhesit, atque ita suspensus interiit. Hinc etiam Paulus ad Timotheum*[115] *scribit, dicens: „Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit et est infideli deterior.“ Iure ergo, qui domui suae preesse nescit in episcopum ordinari prohibetur, quia qui in re minima, et*[116v] *de qua sibi familiarior debet*[117] *cura inesse, fidelis non est, quomodo in ecclesia Dei (ubi tot sunt et alieni) sollicitam diligentiam exhibebit*[118w]? *Unde Ieronimus*[119]: *„Non enim*[120] *iustus polluitur ex uiciis*[121] *filiorum, sed libertas ab Apostolo ecclesiae principi reseruatur, ut talis fiat, qui non timeat propter uicia liberorum extraneos reprehendere.“*

IV. Pars. §. 1. *Quod tunc fiet, si non erit quod sibi inputetur. Cum enim gressus hominis a Domino dirigantur*[122] *nec sint*[123] *in homine uiae eius, corripere quidem potest, corrigere*

EDITIO ROMANA.

Dist. XLVII. c. 4. g) simpl. eius h) illius i) inquirentes k) eo — c. 6. a) Ep.: *deest* b) enim c) a vetitis — c. 7. a) abscindit b) abscindamus — c. 8. a) Avari est hominum bona invadere b) ii c) Sed quid agis? nec d) ais e) dictum f) quod plus g) etiam h) etsi i) iniust., tam avidus, tam k) abundes l) et miser. m) terram n) Tot o) quot p) habuit q) Paulus ad r) magis s) benignitatem t) de regno u) et ad v) et: *deest* w) adhibebit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * **Nec pietati:** Hoc postremum orationis membrum abest ab originali; sed habetur etiam apud Anselmum.

C. VIII. * **Commune:** Apud B. Ambrosium legitur: *Proprium nemo dicat quod e communi plus quam sufficeret sumtum et violenter obtentum est.* Sed ob glossam non est mutatum.

Dist. XLVII. can. 8. 45) *Codd. coll. o. Ans.* 46) nobis: *C* 47) *ABCEFGH Ans.;* de vita moribusque ipsius: *orig.* 48) *ABCEGH Ed. Bas. Ans.;* inquiramus: *DF* 49) et: *AB;* ut: *deest: Ans.* 50) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 51) *EGH* || can. 5. 52) *hab. ao.* 305. *aut* 306. — *ap. Bruns* II, 5. — *Ivo Decr.* XIII, 12.; *Ivo Pan.* III, 156. 53) clericus: *Ivo Pan.* 54) p[illegible] eum: *orig. Ivo Decr.* 55) abstineri: *orig. sed ap. Mans. legit.:* abstinere || can. 6. 56) non: *AB* 57) *Ep.* 106. *scr. ao.* 452. *Ed. Baller.* — *Jaffé no.* 261. — *Ans.* VII, 140, (150.) 58) dicente quippe sanct.: *orig.* 59) *Eccl. c.* 18. *v.* 30. 60) *ABCDF Ans.* 61) quoniam mens pot.: *orig.;* pecuniae: *Corr.* 62) *ABF orig. Ans.* || can. 7. 63) *Codd. coll. o.* 64) adhaerere: *BC* 65) *Ep.* 106. *scr. ao.* 599. *lib.* 9. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1263. — *Coll. tr. P.* I, 55, 5. 66) haerere: *orig. Coll. tr. P.* 67) cup. rerum: *Ed. Bas.* 68) I. *Tim. c.* 6. *v.* 10. 69) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 8. 70) *Codd. coll. o.* 71) hom.: *deest: EGH;* Evang. Lucae: *ib.* 72) *Abiudicant canonem Ambrosio Edd. Maurini; sed Berard.* III, 41. *et Ambrosii et Basilii esse iure contendit, quorum prior Basilii homil. ad ev. Lucae* (c. XII. v. 16.) *in latinum sermonem transtulit.* 73) *Codd. coll. o.* 74) sol. videt: *orig.* 75) Deum: *Edd. coll. o.* 76) ex arte: *EGH* 77) nanciscuntur: *GH* (naciscuntur: *E*) 78) *Codd. et Edd. coll. o.* 79) *Codd. coll. o.;* ait auarus: *Ed. Bas.;* ait aliquis: *Edd. coll. rel.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* III. 81) Quid propria: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 82) *Codd. coll. o. pr. B.* (quod est conventui omnium commune quod) 83) sumtui: *Edd. coll. o. pr. Lugd.* III. 84) *Codd. coll. o.* 85) tuae: *AB* 86) *Codd. coll. o. pr. C.; Edd. coll. o. pr. Lugd.* III. 87) reputas: *DEGH Edd. coll. o. pr. Lugd.* III. 88) *Codd. et Edd. coll. o.* 89) qui tam mult.: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 90) *ABCEGH;* abundans: *DF;* abundans sis: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 91) *Codd. coll. o.* 92) *Codd. et Edd. coll. o.* 93) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* III. — *Corr.* 94) *ib.* — *Corr.* 95) *Hier. ad Ocean.* I. *Tim. c.* 3. *v.* 2. *et ibi gloss.* 96) *ABC* 97) Ap. Paulus Eph. scrib. dicens: *AB;* apud Ephesios: *EGH* — *Ephes. c.* 5. *v.* 28. 98) *Codd. coll. o.* — I. *Tim. c.* 3. *v.* 2. 99) *Tit. c.* 1. *v.* 6. 100) arguendi: *EGH* 101) dicitur: *AB* — *Iob. c.* 1. 102) eorum: *deest: AB;* quisquis: *D* 103) faceret: *CEGH;* praepararet: *D;* fratrib.: *deest: AB* 104) ut: *AB;* et: *deest: C* 105) hac: *ABF* 106) voluit: *EGH* 107) I. *Tim. c.* 3. *v.* 2. 108) *ABEFGH* 109) *ABDF* 110) *abest haec ultima pars periodi ab Ed. Böhm.* 111) II. *Reg. c.* 13—18. 112) *ABCD* 113) *BCD* 114) patrem: *deest: AB* 115) I. *Tim. c.* 5. *v.* 8. 116) *BCDF* 117) deberet: *EGH* 118) *BDEFGH* 119) *in. comm. ad c.* 1. *Tit.* 120) itaque: *orig.* 121) vitio: *CEGH* 122) *Psalm.* 36. *v.* 5. 123) *Hier. c.* 10. *v.* 23.

autem non ualet; pulsare[124] *potest, non aperire, manus conprimere, non animum mutare.*

Unde Augustinus ad Vincentium Donatistam[125 a] [epist. CXXXVII.]:

C. IX. *Bonorum disciplina omnium*[126 b] *mores inmutare*[127] *non ualet.*

Quantumlibet uigilet[128] disciplina domus meae, homo sum et inter homines uiuo; nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit quam archa Noe, ubi tamen[129] inter octo homines unus reprobus inuentus est, aut melior sit quam domus Abrahae, ubi[130] dictum est: „Eice ancillam et filium eius," aut melior sit quam domus Ysaac, cui[131] de duobus geminis dictum est[132]: „Iacob dilexi, Esau autem odio habui." §. 1.[133 c] Simpliciter autem[134] fateor karitati uestrae coram Domino Deo nostro, qui testis[135] est super animam meam, ex quo Deo seruire cepi, quoniam[136 d] difficile sum[137] expertus meliores quam qui in monasteriis[138] profecerunt[139] ita non sum expertus peiores[140] quam qui in monasteriis defecerunt[141 e].

C. X. *Conuicia perditorum a uia rectitudinis nos mouere*[142] *non debent.*

Item Cipriano, Cornelius Papa[143 a].

Quod ad nos adtinet, conscientiae nostrae conuenit, frater[144], dare operam, ne quis culpa nostra[145] de ecclesia pereat; si autem quis ultro et crimine suo perierit, et penitenciam agere atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in[146] iudicii die inculpatos futuros credimus, qui eorum[147 b] consulimus sanitati; illos solos in penis remansuros, qui noluerint[148] consilii nostri salubritate sanari[149]. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus a uia recta, et a certa regula non recedamus, quam[150 c] et Apostolus instruit[151 d], dicens[152]: „Si hominibus placerem, Christi seruus non essem."

DISTINCTIO XLVIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Prohibentur etiam „neophiti"*[1] *in episcopos ordinari, ut qui heri*[2] *erat catecuminus, hodie non fiat episcopus, qui heri erat in teatro, hodie non sedeat in ecclesia, qui uespere erat in circo, hodie non*[3] *ministret*[4] *altario, qui dudum fuerat*[5] *fautor istrionum, hodie non sit*[6] *consecrator uirginum. Causa autem huius prohibitionis est secundum Apostolum, ne elatus in superbiam tamquam religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. Momentaneus namque sacerdos nescit humilitatem*[7 a]*, modos*[8 b] *personarum, uel se*[9] *contempnere; non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non pauperibus erogauit*[10]. *In arrogantiam (que est ruina diaboli) incidunt, qui puncto horae necdum discipuli fiunt magistri, et sicut Innocentius*[11] *ait, „miserum est, eum fieri magistrum, qui necdum didicit esse discipulus."*

Unde de eisdem[12 a] *in Niceno Concilio,* [c. 2.] *legitur:*

C. I. *Neophitus in episcopum non est ordinandus.*

Quoniam multa siue per necessitatem, siue ex quacumque* causa, contra regulam gesta sunt, ita ut homines ex uita gentili nuper adhuc cathecumini[13 b] uel instructi[14] statim ad spirituale baptisma[15 c] uenissent, et continuo, cum baptizati sunt[16 d], etiam ad episcopatum uel presbiterium prouecti[17] sunt: recte igitur[18] uisum est, de cetero nil tale fieri[19 e]. Nam et[20] tempore opus est, ut sit[21] catecuminus, et post baptismum multa probatione indiget. Euidens namque est preceptum apostolicum, dicens[22]: „Non neophitum, ne forte elatus in superbiam[23 f] in iudicium incidat et in[24 g] laqueum diaboli." Si uero precedente** tempore mortale aliquod[25]*** peccatum admiserit, et conuictus duobus uel tribus testibus fuerit, cessabit[26 h] a clero qui huiusmodi est. Si quis uero preter hec[27] fecerit[28], tanquam contraria statuti[29 i] sancti concilii gerens, etiam[30 k] ipse periclitabitur[31 l] de statu sui cleri.

Gratian. *Neophiti uero hodie appellantur ad propositum sacrae religionis nouiter accedentes*[32 m].

Unde B. Gregorius scribit [lib. VII. epist. 110.] *dicens*[33 a]:

C. II. *Qui dicantur neophiti*[34 b].

Sicut neophitus dicebatur[35 c], qui in[36 d] initio* sanctae fidei erat erudicione[37] plantatus[38], sic modo neophitus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos[39] sacros ordines[40 e] irrepserit. §. 1. Ordinate ergo ad ordines ascendendum[41 f] est. Nam casum appetit, qui ad summi[42] loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum[43]. Scimus[44] autem, quod edificati parietes non prius tignorum[45] pondus accipiant[46 g], nisi[47] a[48] nouitatis suae humore siccentur, ne, si ante pondera, quam solidentur, accipiant[49], cunctam simul fabricam ad terram deponant[50].

EDITIO ROMANA.

Dist. XLVII. c. 9. a) Clero et populo Hipponensi b) hominum c) *ante* §. 1. *add.:* Et infra d) quo modo e) ceciderunt, ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi [*c.* 22. *v.* 11.] scriptum: „Iustus iustior [iustificetur, et qui sordidus est: *Edd. coll. o.*] fiat, et sordidus sordescat adhuc." — c. 10. a) Cyprianus Cornelio papae b) eorum: *deest* c) quando d) instruat — Dist. XLVIII. Pars. I. a) habere humilit. b) obseruare mod. — c. 1. a) de eisd.: *deest* b) catechizati c) spiritualem baptismum d) sunt: *deest* e) debere fieri f) in superb.: *deest* g) in: *deest* h) cesset i) statutis k) etiam: *deest* l) praecipitabitur m) app. propos. .. assumentes — c. 2. a) scrib. Syagrio Ep. et aliis Episcopis lib. VII. b) Quis dicatur neophytus c) tunc diceb. d) in: *deest* e) honores sacros f) accedendum g) accipiunt

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XLVIII. C. I. * Quacunque causa: Graece est: ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων: quod Dionysius vertit: *aut alias cogentibus hominibus.*

** Praecedente: προϊόντος, id est: *procedente,* sed ob glossam non est mutatum. [procedente: orig.]

*** Mortale: Abest vox ista a prisca [imo Hisp.] versione. Graece est: ψυχικόν τι ἁμάρτημα: quod Dionysius vertit, *delictum animae.*

C. II. * Initio sanctae: In lib. 7. epist. 110. ubi habetur prior pars huius capitis usque ad vers. *Scimus autem,* legitur, *in sanctae fidei erat conversatione plantatus.* Lib. autem 5. ep. 51. sive c. 95. (ubi et eadem fere iisdem verbis habentur, ac praeterea sequens pars usque ad finem) legitur hoc loco: *qui adhuc noviter erat eruditione plantatus in fide.*

Dist. XLVII. can. 8. 124) pulsare autem pot.: *DEGH* ‖ can. 9. 125) *Codd. coll. o.* — *Ep.* LXXVIII. *no.* 8. 9. *Ed. Maur. scr. ao.* 404. — *Coll. tr. P.* II, 50, 37. 38. 126) *ABCF* 127) mutare: *EGH* 128) enim vigil.: *orig. Coll. tr. P.* 129) tantum: *AB Edd. coll. o.* 130) cui: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 131) cuius: *orig. sed in Codd. Aug. invenitur etiam:* cui. —; ubi: *Ed. Bas.* 132) est in Malachia: *D Edd. coll. o.* 133) *Codd. coll. o.* 134) autem: *deest: Coll. tr. P.* 135) testis mihi est: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 136) *ABEGH Ed. Bas.;* quoniam sicut: *Edd. coll. rel.* 137) sim: *EGH* 138) monasterio: (*et infr. eod. modo*): *DF Edd. coll. o.* 139) ceciderunt: *Coll. tr. P.* — *hic est finis canonis in AB et in Coll. tr. P. quod errore scribae factum fuisse censeam* 140) deteriores: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 141) *CDEFGH Corr.* — *finis canonis: EFGH* — *in CD et Edd. coll. o. additur:* ut hinc arbitror (hinc arbitror: *D;* unde hinc arbitrer: *Ed. Bas.:* ita ut hinc arbitror: *Edd. coll. rel.*) Apocalypsi dictum (*Apost. c.* 22. *v.* 11.) iustus iustificetur adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc. ‖ can. 10. 142) ad viam .... amovere: *EGH* 143) *ABCDF;* Cypriano episcopo: *EGH Cypriani Ep.* LIX. *c.* 8. (*Corp. SS. eccles.*) *scr. ao.* 252. 144) semper: *EFGH Edd. coll. o.;* semper frater: *D* 145) vestra: *EH* 146) in: *deest: A orig.* 147) *Codd. et Edd. coll. o.* 148) noluerunt: *EGH* 149) san. aut consolari: *AB Ed. Bas.* 150) *ABDF Edd. coll. o.;* quomodo: *C* — sequens et: *deest: Edd. Bas. Ven.* I. II. *Lugdd.* II. III. 151) *ABCD;* instruit: *EFGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 152) *Galat. c.* 1.

Dist. XLVIII. Pars. I. 1) I. *Tim. c.* 3. *v.* 6. *glossa ord. ib. et Hieron. ad Oceanum* 2) *ex Leone* — Ans. VI, 34, (30.) 3) non: *deest: EGH* 4) serviat in: *A;* sedeat in: *B* 5) fuerat: *deest: AB* 6) sit: *deest: ib.* 7) *Codd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o. pr. D* 9) sese: *EGH* 10) sua erogav.: *EGH* 11) *Ep. ad Anicium* ‖ can. 1. 12) *CEFGH:* unde eisdem: *AB;* unde eidem: *D* — *hab. ao.* 325. — *versio Hisp.* — *Coll. tr. P.* II, 1, 2. 13) *ABEGH* 14) instituti: *Hisp.* 15) *Codd. coll. o.;* pervenissent: *AB* 16) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 17) transvecti: *CEGH* 18) ergo: *AEGH* 19) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Hisp.* 20) et: *deest: AE* 21) sic: *Ed. Bas.* 22) I. *Tim. c.* 3. *v.* 6. 23) *Codd. et Edd. coll. o.* 24) *Codd. coll. o.* 25) mort.: *deest: Hisp. Coll. tr. P.;* aliquid: *Hisp. sed in Codd. nonnullis:* aliquod 26) *Codd. coll. o.* — *Hisp.* 27) hoc: *C Edd. coll. o.* 28) facit: *Hisp. Coll. tr. P.* 29) *ABDF;* statutis: *C;* contra statuta: *EGH Edd. coll. o.* 30) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* — *Hisp. Coll. tr. P.* 31) *ABCEGH Hisp. Coll. tr. P.* 32) *ABEGH* ‖ can. 2. 33) *ABCEFG* — Unde b. Greg. scribit Siagrio Ep.: *D* — *Ep.* 106. *scr. ao.* 599. *lib.* 9. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1263. — *cf. ep. ad Virgilium Arelat. l.* V. *ep.* 53. — Ans. VI, 26, (30.) *Ivo Decr.* V, 131. (ex ep. ad Virgil. *can.:* Cum ad sacr. ord.); *Polyc.* II, 1, 28. 34) *ABC* 35) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Ans.* 36) *BDEFGH Edd. coll. o. Polyc.;* in initio in sanctae: *orig.* 37) conversatione: *orig.; sed in nonnull. Codd. leg.:* eruditione 38) plantandus: *Polyc.* 39) ambigendos: *AB Ed. Bas.* 40) *Codd. coll. o. Ans.* — *Corr.* 41) *Codd. coll. o. pr. AB* — *orig. Ans.* 42) summa: *orig. Ans. Polyc.* — *Corr.* 43) accessum: *AB;* ascendere: *EGH* 44) *Ep.* 53. *lib.* 5. *Ed. Maur.* — *Apud Ans. et Polyc. non sequuntur, et quae apud Grat. exstant verba desunt* 45) lignorum: *AB* 46) *ABEFGH Ivo Decr.* 47) nisi prius: *AB* 48) a: *deest: orig.* 49) sentiant: *A;* accip.: *deest: B* 50) ponant: *AB*

DISTINCTIO XLIX.

GRATIANUS.

Ecce, a quibus uiciis debeant esse inmunes, qui in episcopum[1] *sunt ordinandi*[2]. *Qui enim intercessores pro populo ad Deum parantur, necesse est ut eius gratiam bene uiuendo mereantur. Ut enim*[3a] *ait Gregorius in Pastorali*[4]. §. 1. „*Sollicite formidandum est*[5b], *ne, qui placare posse iram Dei creditur, hanc ipse*[6] *ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido*[7] *nouimus quia is, qui displicet, cum ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo desideriis*[8c] *terrenis astringitur, caueat, ne districti iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriae, fiat subditis auctor ruinae. Sollerter*[9] *ergo se quisque metiatur, nec*[10] *locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se uicium dampnabiliter regnat; nec*[11] *is, quem crimen deprauat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.*“

C. I. *Qui uiciis maculatus est sacrificium Deo offere non debet*[12a].

Hinc[13b] etenim superna[14] uoce ad Moysen dicitur in Leuitico[15c]: „Loquere ad Aaron[16]: homo de semine tuo per familias[17], qui habuerit maculam, non offerat panem[18d] Deo[19e] suo, nec accedat ad ministerium eius.“ Ubi et[20] repente subiungitur[21]; „Si cecus fuerit, si claudus, si uel paruo[22] uel grandi uel[23f] torto naso, si fracto pede, si mancus[24g], si gibbus[25], si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si[26] impetiginem in corpore, uel ponderosus.“ §. 1. Cecus quippe est, qui supernae lumen contemplationis ignorat, qui presentis uitae tenebris pressus, dum lucem uenturam nequaquam diligendo conspicit, quo gressus[27] operis[28] porrigat[29] nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur in libro Regum[30h]: „Pedes sanctorum suorum seruabit, et impii in tenebris conticescent.“ §. 2. Claudus uero est, qui quidem quo[31] pergere debeat aspicit, sed per infirmitatem mentis uitae uiam perfecte[32i] non ualet tenere quam uidet; quia uidelicet quis[33k] ad uirtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo desiderium[34l] innititur[35], illuc gressus operis efficaciter non sequitur[36m]. Hinc etenim Paulus dicit ad Ebreos[37n]: „Remissas manus et dissoluta genua erigite, et gressus[38] rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans erret[39o], magis autem[40p] sanetur“[41]. §. 3. Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores fetoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur, per quam uirtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde et in laude[42] sponsae dicitur in canticis canticorum[43q]: „Nasus tuus sicut turris, que est in Libano,“ quia nimirum sancta ecclesia que ex causis singulis temptamenta prodeant per discretionem conspicit, et uentura uiciorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui, dum estimari[44] hebetes nolunt, sepe se[45] in[46r] quibusdam inquisitionibus[47s] plus quam necesse est exercentes ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: „uel grandi uel[48t] torto naso.“ Nasus etenim[49u] grandis et tortus est discretionis subtilitas inmoderata, que, dum plus quam decet excreuerit, actionis suae rectitudinem ipsa confundit. §. 4. Fracto autem pede uel manu est, qui uiam Domini[50v] pergere omnino[51] non ualet, atque a bonis actibus funditus exors uacat, quatenus hec non ut claudus saltem cum infirmitate teneat, sed ab his omnimodo alienus existat. §. 5. Gibbus[52] uero est, quem terrenae sollicitudinis pondus deprimit, ne umquam ad superna respiciat, sed solis his, que in infimis calcantur, intendat[53], qui et si quando[54] aliquid ex bono patriae celestis audierit, ad hoc[55], nimirum peruersae consuetudinis pondere pregrauatus, cordis faciem non attollit, qui[56w] cogitationis[57] statum erigere non ualet, quem terrenae usus sollicitudinis curuum tenet. Ex horum quippe specie Psalmista dicit in Psalmo XXXVII.[58x]: „Incuruatus sum et humiliatus sum[59y] usquequaque.“ Quorum culpam quoque per semetipsam ueritas reprobans ait in Luca[60z]: „Semen autem, quod in spinis[61] cecidit, hi sunt, qui audierunt[62aa] et[63bb] a sollicitudinibus et diuiciis et uoluptatibus uitae euntes suffocantur, et non referunt fructum.“ §. 6. Lippus uero[64] est, cuius quidem ingenium ad cognitionem[65] ueritatis emicat, sed tamen hoc[66] carnalia opera obscurant. In lippis quippe[67] oculis pupillae sanae sunt, sed humore defluenti infirmantes[68cc] palpebrae grossescunt[69], quorum[70dd] quia infusione crebra atteritur[71ee], etiam acies pupillae uitiatur. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis uitae operatio sauciat, qui uidere[72] recta subtiliter per ingenium poterant, sed usu prauorum actuum caligant[73]. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit, cui bene per Angelum dicitur in Apocalypsi[74ff]: „Colirio inunge oculos tuos, ut[75] uideas.“ Colirio quippe oculos ut uideamus inungimus[76], cum ad cognoscendam ueri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bonae operationis adiuuamus. §. 7. Albuginem uero habet in oculo, qui ueritatis lucem uidere non sinitur, quia arrogantia sapientiae seu iusticiae cecatur. Pupilla namque oculi[77] nigra uidet, albuginem tollerans nichil uidet, quia uidelicet sensus humanae cogitationis, si stultum se peccatoremque intelligit[78], cognitionem intimae claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi iusticiae seu sapientiae tribuit[79], a luce se supernae cognitionis excludit, et eo claritatem ueri luminis nequaquam penetrat, quo se apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur ad Romanos[80gg]: „Dicentes enim[81] se esse sapientes, stulti facti sunt.“ §. 8. Iugem uero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor uiscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur, quia[82] si cordis temptatio usque ad operationem prosilit, nimirum feruor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit, et foris iam corpus sauciat, quia dum in cogitatione uoluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis[83] pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat ad Corinthios[84hh]: „Temptatio non apprehendat uos, nisi humana,“ ac si aperte diceret[85]: Humanum quidem[86] est in corde temptationem perpeti, demoniacum uero est temptationis[87ii] certamine et[88kk] operatione superari. §. 9. Impetiginem quoque[89] habet in corpore quisquis auaricia uastatur in mente, que si in paruis non compescitur, nimirum[90] sine mensura dilatatur. Inpetigo

EDITIO ROMANA.

Dist. XLIX. Pars. I. a) Unde b) est: *deest* c) adhuc desider. — c. 1. a) Sacrificium Deo non offerat qui vitiis est maculatus b) *ante* hinc *add.*: Idem in eod. Pastorali c. 11. continenter c) in Lev.: *deest* d) panes e) Domino Deo f) et g) uel manu h) in lib. Reg.: *deest* i) perfectae k) videl. quis: *deest* l) per desider. m) sequuntur n) ad Ebr.: *deest* o) quis erret p) sed magis san. q) in cant. cant.: *deest* r) in: *deest* s) exquisit. t) et u) enim v) Dei w) quia x) in Psal. XXXVII.: *deest* y) sum: *deest* z) in Luca: *deest* aa) audiunt bb) verbum et cc) infirmatae dd) quae ee) atteruntur ff) in Apocal.: *deest* gg) ad Rom.: *deest* hh) ad Corinth.: *deest* ii) in tentat. kk) in

---

Dist. XLIX. Pars I. 1) episcopos: *C* 2) *add:* apparet: *EGH* 3) *ABEGH — hoc loco in EH rubrica est inserta sequentis canonis* I. 4) *Parte* I. *c.* 10. 5) *Codd. coll. o.* 6) ipsam: *EGH* 7) liquide: *AB* 8) *Codd. coll. o.* 9) *ibid. c.* 11. 10) ne: *BEGH* 11) ne: *ib.* ‖ can. 1. 12) *Codd. coll. o. pr. D. — sed in EGH haec rubrica hoc loco deest (cf. supra not.* 3.) *— in ADEGH hoc est initium distinctionis* XLIX. 13) idem in eodem: *D;* in eodem: *C;* de eodem: *G; eiusdem Pastoralis c.* 11. 14) in superna: *EGH* 15) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *— Levit. c.* 21. *v.* 1. 16) Moysen: *AB* 17) per fam.: *deest: ib.* 18) *BEFGH* 19) *Codd. et Edd. coll. o. — Turrecrem. ed. Fontan.* 20) et: *deest: DF;* etiam: *C* 21) subiungit: *EGH* 22) parvo etiam: *EGH* 23) *Codd. et Edd. coll. o.* 24) *Codd. et Edd. coll. o.* 25) gibbosus: *BEGH Edd. coll. o.* 26) si etiam: *Ed. Bas.* 27) gressum: *BEGH* 28) corporis: *D* 29) dirigat: *BEFGH Edd. Lugdd.* II. III. *— Corr.* 30) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — I. *Reg. c.* 2. *v.* 9. 31) quomodo: *C* 32) *Codd. et Edd. coll. o. — orig.* 33) *CDEFGH Codd. coll. o.;* videlicet quisquis: *AB* 34) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 35) *AB Edd. coll. o. exc. Bas.* 36) *ABEGH* 37) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *— Hebr. c.* 12. *v.* 12. 38) egressus: *Ed. Bas.* 39) *ABDF;* aliquis: *EGH* 40) *Codd. et Edd. coll. o. — orig.* 41) saluetur: *H* 42) laudibus: *D Edd. coll. o. exc. Bas.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *— Cant. c.* 7. *v.* 4. 44) existimari: *F Ed. Bas.;* se exist.: *D Edd. coll. rel.* 45) se: *deest: Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. 46) *Codd. coll. o. pr. A orig.* 47) *Codd. coll. o. — orig.* 48) *ABC Edd. coll. o.;* vel etiam: *EGH* 49) *BEGH;* quippe etenim: *DF* 50) *Codd. et Edd. coll. o.* 51) omnimodo: *ADF Ed. Bas.* 52) gibbosus: *BEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 53) intendit: *CD* 54) aliquando: *EGH* 55) haec: *Ed. Bas.* 56) *ABCH* 57) cognitionis: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 58) *ABEFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; XXXVI: *C;* XXXVIII: *D; — Psalm.* 118. *v.* 107. 59) *Codd. coll. o.* 60) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *— Luc. c.* 8. *v.* 14. 61) spinas: *Ed. Bas.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. — orig.* 63) *BDEFGH* 64) quippe: *AB Ed. Bas.* 65) cogitationem: *AB* 66) haec: *DEG Ed. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 67) quidem: *EGH* 68) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (infirmitatae); *— in orig. magna est lectt. varietas:* infirmatae palpebrae, infirmanti palpebra, infirmantia palpebra — 69) aegrotescunt: *Ed. Arg.* 70) *ABD Ed. Bas. orig.;* quorum quidem: *C;* quorum quidem quia: *F Edd. coll. rel. exc. Lugdd.* II. III. 71) *CDEFGH;* conteritur: *A;* crebro conteritur: *B* 72) vid. et studere: *Ed. Bas.* 73) caligantur: *EGH Edd. coll. o.* 74) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. *— Apocal. c.* 3. *v.* 18. 75) unge . . et: *Ed. Bas.* 76) iungimus: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. — iniungimus: *Ed. Bas.* 77) oculi: *deest: AB* 78) videt: *AB* 79) apprehendisse existimat: *AB* 80) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. *— Rom. c.* 1. *v.* 22. 81) enim: *deest: AB* 82) quia etsi: *Edd. coll. o. exc. Bas. Lugdd.* II. III. 83) cutis: *deest: AB* 84) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. — I. *Cor. c.* 10. *v.* 13. 85) diceretur: *EGH* 86) quippe: *ib.* 87) *Codd. et Edd. coll. o.* 88) *AB Edd. coll. o. — orig.;* etiam in: *EFGH* 89) quoque: *deest: AB* 90) nimium: *Edd. Arg. Ven.* I. II.

quippe sine dolore corpus occupat, et absque occupati tedio excrescens[91] membrorum decorem fedat, quia et auaritia capti animum[92 ll], dum quasi delectat, exulcerat, dum adipiscenda[93] queque[94] cogitationi obicit, ad inimicicias accendit, et dolorem in uulnere non facit, quia estuanti animo ex culpa habundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoque uirtutum per hanc pulcritudo deprauatur, et quasi totum corpus exasperat, quia per uniuersa animum[95 mm] subplantat, Paulo adtestante, qui ait ad Timotheum[96 nn]: „Radix omnium malorum est cupiditas.“ §. 10. Ponderosus uero est, qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac cogitacione continua sine moderamine grauatur in mente; qui nequaquam quidem usque ad opus nefarium rapitur, sed eius animus uoluptate[97] luxuriae sine ullo repugnationis stimulo[98 oo] delectatur. Vicium quippe est ponderis, cum humor uiscerum ad uirilia labitur, que profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitacionibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde; et quamuis praua non exerceat opera[99 pp], ab his tamen non eleuatur[100 qq] mente, nec ad usum boni operis in aperto ualet assurgere, quia grauat hunc in abditis pondus[101] turpe. §. 11. Quisquis ergo quolibet horum uitio[102] subigitur[103], panes Domino offerre prohibetur, ne profecto* aliena delicta ualeat[104 rr] diluere is, quem adhuc propria deuastant. §. 12. Quia igitur paucis ad pastorale magisterium dignus qualiter ueniat[105], atque indignus hoc qualiter pertimescat, ostendimus, nunc is, qui ad illud digne peruenerit, in eo qualiter uiuere debeat, demonstremus.

C. II. *Indoctus, terrena lucra quaerens*[106 a], *uitiosus ordinari non debet.*

Item Ieronimus super Malachiam, [ad c. 1. v. 7. 8.][107]

Sacerdotes nomen Domini despiciunt, et, quantum ad se, panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt, quique dato munere sacerdotium presumunt. Panem quoque polluit, qui doctrinam Domini in populo male dispertit[108 b], et qui honorat potentem et despicit pauperem. *Et infra:* §. 1. „Si offeratis[109] cecum[110] ad immolandum, nonne malum est?“ etc. Superius accusati de panibus nunc accusantur de uictimis. Cecum animal offert, qui ordinat indoctum in[111 c] loco docti, magistrumque facit, qui uix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui lucra terrena querentem locat, utpote pedem in diuersa[112] ponentem[113], unum in diuinis, alterum in carnalibus, cui potest inferri illud de libro Regum[114]: „Usquequo claudicas[115 d] in duas partes?“ Languidum offert, qui uitiosum pro religioso habet[116], quique tardum et pigrum probat* pacientem, dicens illum negligentiae redarguendum. Indignum est enim dare Deo quod dedignatur homo.

DISTINCTIO L.

GRATIANUS.

I. Pars. *Ex premissis auctoritatibus liquido demonstratum*[1 a] *est, quod uariis criminibus irretiti in sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autem de hisdem queritur, utrum post actam*[2 b] *penitenciam, uel in propriis ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conscendere*[3] *ualeant? Multorum auctoritatibus deiciuntur*[4] *uariis criminibus irretiti a propriis ordinibus, et ab accessu maiorum prohibentur.*

Unde Gregorius ait[5] *Constantino*[6 a] *Mediolanensi Episcopo,* [lib. IV. epist. 17.]:

C. I. *Lapsi in suum ordinem reparari non possunt.*

Si lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia conceditur[7 b], uigor canonicae proculdubio frangitur disciplinae, dum pro[8] reuersionis spe prauae actionis desideria quis[9 c] concipere non formidat. *Et post pauca:* §. 1. Illud pre[10 d] omnibus studete[11], ut lapsos in sacro ordine[12 e] nullius[13] uobis supplicatio aliquo modo reuocare studeat[14 f], ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse[15 g] uindicta.

C. II. *Qui post ordinationem*[16 a] *labitur, depositus permanebit.*

Item Martinus Papa [I.] *Amando Episcopo*[17].

Qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit[18], deinceps iam depositus erit, nullumque gradum sacerdotii poterit adipisci.

C. III. *Presbiter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reparari ualet.*

Item Gregorius Papa Sabino[19 a] *Episcopo* [lib. VII. epist. 25.][20]

Presbiterum[21], de quo nos fraternitas tua latoris presentium legatione[22] consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere, aut reuocari[23] posse cognoscat[24 b]. Circa quem tamen mitius agendum est[25], quia commissum facinus facili[26] dicitur professione confessus.

C. IV. *Post peractum*[27 a] *homicidium sacerdotale offitium amministrari*[28 b] *non potest.*

Item Iohannes VIII. Cenomantico Venetensi Episcopo[29 c].

Miror minus doctam scientiam[30] tuam sacerdotem putare et[31 d] post perpetratum[32] homicidium posse in sacerdotio ministrare, immo (quod est ineptius[33]) nobis suadere uelle, ut ipsi tali presumptioni preberemus assensum. Quis enim tam demens tamque peruersi sensus tale quid existimaret[34 e] uel post quantamcumque penitenciam concedendum[35], cum omni[36 f] sit canonicae[37] disciplinae contrarium?

EDITIO ROMANA.

Dist. XLIX. c. 1. ll) captivam animam mm) vitia animum nn) ad Tim.: *deest* oo) obstaculo pp) opere qq) evellitur rr) non valeat — c. 2. a) sectans b) dispergit c) in: *deest* d) claudicans — Dist. L. Pars. I. a) monstratum b) peractam — c. 1. a) Constantio b) concedatur c) quisque d) igitur prae e) sacrum ordinem f) suadeat g) eis esse — c. 2. a) suam ordin. — c. 3. a) Sabiniano b) cognoscas — c. 4. a) perpetratum b) ministrari c) Uticensi d) et: *deest* e) aestimaret f) omnino

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XLIX. C. I. * Ne profecto: Sic etiam in originali impresso. In aliquot Gratiani manuscriptis legitur: *Nec profecto diluere aliena delicta valet is, quem adhuc propria devastant.*

C. II. * Probat patientem: Sic interpungitur etiam in manuscriptis et in glossa, quum tamen ita posset etiam distingui, *et pigrum probat, patientem dicens illum, etc.*

Dist. XLIX. can. 1. 91) exercens: *ABCEG; sed in AG correctum:* excrescens 92) *BCDEFGH orig.* 93) adip. negotia: *EGH Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. 94) quisque: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 95) *ABCDF* 96) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. — I. *Tim. c.* 6. *v.* 10. 97) in volupt.: *EGH* 98) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. — *orig.* 99) *Codd. et Edd. coll. o.* 100) elevatur: *ABCDF Ed. Bas.;* elevatur in mente: *EGH;* avellitur: *Edd. coll. rel.* 101) opus: *EGH* 102) cuilibet (quolibet: *Ed. Bas.*) horum vitiorum: *Edd. coll. o.* 103) subiicitur: *CEF Edd. coll. o.* 104) *ABD;* nec profecto valet: *Codd. Edd. coll. o. pr. Bas.;* nec profecto..non valeat: *F* 105) pastoralem...perveniat: *EGH;* veniat et: *AB* ‖ can. 2. 106) *ABCEFGH* 107) *Gratian. potius curavit ut sententiam paucis contraheret, quam verba ipsa describeret.* 108) *Codd. coll. o. pr. D. — Corr.* 109) offeras: *EGH* 110) caecum animal: *Edd. coll. o.* 111) *Codd. et Edd. coll. o.* 112) diversis: *EGH* 113) trahentem: *AB* 114) III. *Reg. c.* 18. *v.* 21. 115) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Bas.* 116) offert: *AB*

Dist. L. Pars I. 1) *Codd. coll. o. pr. AB* 2) *Codd. coll. o. — Corr.* 3) ascendere: *GH;* ascendisse: *E* 4) deic.: *deest: AB* ‖ can. 1. 5) ait: *deest: AB* 6) *Codd. et Edd. coll. o.;* Constantio: *orig. — Ep.* 4. *scr. ao.* 595. *lib.* 5. *Ed. Maur. Jaffé no.* 966. — *Ans.* VIII, 25. (35.); *Ivo Decr.* VI, 80.; *Ivo Pan.* III, 145.; *Coll. tr. P.* 1, 55, 56. 7) *Codd. coll. o.* 8) per..spem: *orig.;* dum perversiones: *male Ans.* 9) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* quique: *Ans.* 10) *ABD Ivo Pan. Coll. tr. P.;* illud autem: *Codd. coll. rel. Edd. coll. o.;* pro: *Ivo Pan.* 11) cavere studete: *EFGH Ivo Pan.;* omn. studeat: *C Edd. coll. o.* 12) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 13) nulla: *Codd. coll. o. pr. AB* 14) *Codd. coll. o. pr. A. — Ans.* 15) *Codd. coll. o. pr. D. — Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* ‖ can. 2. 16) *Codd. coll. o. pr. C* (ordinem suum) 17) *Ep. ad Amandum Traiectin. scr. ao.* 649. — *Jaffé no.* 1595. — *Ivo Pan.* III, 141. 18) in lapsu decidit: *Ivo* ‖ can. 3. 19) *Codd. coll. o. pr. F. — Ed. Bas.;* Fabian.: *Edd. coll. rel.* 20) *Ep. ad Sabinianum Ep. Iadertinum lib.* 8. *ep.* 24. *ed. Maur. scr. ao.* 598. — *Jaffé no.* 1145. — *Ans.* VIII, 26. (Saviniano Ep. Ladestino); *Ivo Pan.* III, 146. 21) presb. vero: *orig. Ans.* 22) relatione: *orig. Ans. — Corr.* 23) revocare: *AB* 24) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F — finis canonis ap. Ans.* 25) propter commissum facinus: *Ivo* 26) facile: *EGH* ‖ can. 4. 27) *BEFGH — Parrectum. ed. Fontan.* 28) *Codd. coll. o. pr. C* 29) Cenomacho: *ABF;* Cenomatico: *DEGH;* Caenomoco: *Ivo Decr. Coll. tr. P. — Corr.;* Coenomantico Uticensi: *Ivo Pan.;* Vertericensi: *AB;* Vertincensi: *C;* Veticensi: *DEGH;* Venet: *Ivo — Corr.;* Venetiecensi: *Coll. tr. P. — fragmentum Epistolae deperditae Iohannis* VIII. (873–882.) *Cenomanico Ep. Venetensi al. Uticensi scr. — Jaffé no.* 2588. — *Ivo Decr.* IV, 111; X, 51.; *Ivo Pan.* III, 153.; *Coll. tr. P.* 1, 63, 6. — *at Cenomanicus* ([illegible]) *ep. fuit Venet.* (*urbis in Bretonia sitae* 878–92.) — 30) sententiam: *Ed. Bas. Ivo Decr.* X. 31) *ABEGH* 32) patratum: *Ivo Pan.* 33) peius: *Ivo Decr.* VI. *Mansi* XVII, 24. 34) *Codd. coll. o.;* destinaret: *Ivo Pan.* 35) conc. est: *H;* concedendum: *E* 36) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* VI. X. *Ivo Pan. Coll. tr. P. — Mansi l. l.* 37) catholicae: *AB*

Debet ergo sacerdotio priuatus lacrimarum fonte flagitium tam immane diluere, ut talibus saltem remediis curatus salutis possit inuenire suffragium.

C. V. *Ad maiorem gradum proueht non potest clericus, qui paganum occiderit*[38a].

Item Nicolaus Papa[39].

Clericum, qui paganum occiderit, non oportet ad maiorem gradum prouehi, qui carere debet etiam acquisito, homicida enim est. Nam cum discreti sint milites seculi a militibus ecclesiae, non conuenit militem[40b] ecclesiae militare seculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit[41] peruenire.

C. VI. *Qui se defendendo paganum occiderit, sacerdotali careat offitio.*

Idem Osbaldo Corepiscopo Quadrantino[42].

De his clericis, pro quibus consuluistis[43a], scilicet, qui se defendendo paganum occiderunt[44], si postea per penitenciam emendati[45] ad[46] pristinum possint gradum redire, aut ad altiorem ascendere[47b], scito, nos nullam occasionem dare nec ullam tribuere licentiam[48] eis quemlibet hominum[49c] quolibet modo occidendi[50]. Verum si contigerit, ut[51] clericus sacerdotalis ordinis saltim paganum occiderit, multum sibi consulit, si ab offitio sacerdotali recesserit; satiusque[52] illi est in[53] hac uita Domino sub inferiori habitu inreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo in profundum[54] dampnabiliter dimergi[55d].

C. VII. *Episcopus, presbiter, aut diaconus capitale crimen committens cadat ab offitio.*

Item ex Concilio Agatensi[56].

Si episcopus[57], presbiter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cartam falsauerit[58], aut falsum testimonium dixerit, ab offitii honore depositus in monasterio[59a] detrudatur[60b], et ibi quamdiu uixerit laicam tantummodo[61] communionem accipiat.

C. VIII. *Qui homicidii facto aut precepto, aut consilio post baptismum conscius*[62] *fuerit, clericus non ordinetur.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 26.][63]

Si quis uiduam aut ab alio relictam[64a] duxerit, non admittatur ad clerum[65b]. Quod si irrepserit[66], deiciatur. Similiter si[67] homicidii aut facto, aut[68] precepto, aut consilio, aut defensione[69]* post baptismum conscius fuerit, et per aliquam subreptionem ad clericatum uenerit, deiciatur, et in fine uitae suae communionem[70c] accipiat[71d].

C. IX. *De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt.*

Item Gregorius Ianuario Episcopo Caralitano, [lib. III. epist. 26.][72]

Peruenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos uel post penitenciam, uel ante penitenciam[73a] ad ministerii sui offitium reuocari; quod omnino prohibemus, et in hac re[74] sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur[75] post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum[76] fuerit[77] carnis, sacro ordine careat[78b], et[79c] ad ministerium altaris non[80d] accedat.

C. X. *De eodem.*

Idem Venantio Lunensi Episcopo, [lib. IV. epist. 5.][81]

Accedens ad Gorgonam insulam fraternitas uestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino expresbitero[82a]* est perlatum[83]. Peruenit namque ad nos, quia postquam de sacris ordinibus[84b] lapsus a[85] sui sacerdotii ordine deiectus est, ad explendum ministerium[86] presbiterii[87c] presumpsit[88] accedere, et omnipotenti Deo hostias immolare[89]. Quod si ita factum uestra fraternitas repererit, eum sacri corporis et sanguinis domini[90d] participatione priuatum in penitenciam redigat, ita ut usque ad diem ultimum[91e] in eadem excommunicatione permaneat et[92] uiaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat[93f]. Sin autem eum talem penitenciam agere fraternitas uestra[94g] cognouerit, ut ei iuste ad recipiendam[95] inter laicos communionem etiam[96] ante exitum debeat misereri, hoc in tuae fraternitatis ponimus potestate. *Et infra:* §. 1. Preterea[97] ad fraternitatis tuae[98] consulta respondentes statuimus, diaconem et abbatem, quem de[99] portu Veneris indicas cecidisse[100], ad sacrum ordinem[101] non debere uel posse aliquo[102h] modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in penitenciam[103] deputare te conuenit; cuius si postea actus conuersatioque meruerit, priorem inter alios monachos, ubi decreueris[104], standi locum[105] obtineat. Subdiaconi[106] quoque, quos similis culpa constringit[107], ab offitio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris loco lapsi diaconi alium, qui hoc offitium inplere debeat, ordinabis. Saturninum uero expresbiterum[108i], ut numquam ad sacri ordinis ministerium presumat accedere, scriptis cauere decreuimus[109]; sed eum in insula Gorgona atque Capraria sollicitudinem de monasteriis gerere, et in[110k] quo est statu sine cuiusquam aduersitate manere permisimus[111l].

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 5. a) occidit b) militibus — c. 6. a) consuluisti b) conscendere c) hominem d) demergi — c. 7. a) monasterium b) retrudatur — c. 8. a) dimissam b) clericatum c) laicam commun. d) tantummodo recipiat. — c. 9. a) penit.: *deest* b) ita careat c) ut d) ulterius non — c. 10. a) presbytero* b) postq. pro crimine laps. c) sacerdotii d) dominici e) obitus sui f) recipiat g) tua h) ullo i) presbyterum k) in eo in l) permittimus

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. L. C. VIII. * Defensione: In codice Lucensi regio (in quo sunt etiam haec capitula a Martino Bracarensi episcopo collecta) et apud Anselmum et in editione conciliorum tribus tomis, in margine legitur: *assensione:* cui lectioni conuenit, quod legitur in concilio Triburiensi, c. 11. circa finem.

C. X. * Presbytero: In vetusto codice epistolarum B. Gregorii, et aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur; *expresbytero,* itemque inferius in hoc eodem capite: *Saturninum vero expresbyterum,* sive ut in impressis B. Gregorii, *expresbytero.* Depositos enim presbyteros expresbyteros, et eos, qui monasteria deseruerant, exmonachos appellabant; sicut illi, qui consulatum aut quaesturam gesserant, exconsules aut exquaestores vocari soliti fuerant.

Dist. L. can. 5. 38) *ABDEGH* 39) *Fragm. epist. deperd. Nicolai* I, (858—67) *ad Humfredum* (*s. Guifred. al. Wifred.*) *ep. Morinens. — Jaffé no.* 2160. — *Ivo Decr.* VI, 120.; *Coll. tr. P.* I, 62, 48. (*can. continuatur.*); *Caes.* XV, 35. 40) *AB orig. Ivo; Coll. tr. P.* 41) est: *EGH* || can. 6. 42) Item . . . Quadrantano: *AB; Fragm. Ep. deperditae Nicolai* I. (858—67) — *Jaffé no.* 2164. — *Coll. tr. P.* I, 62, 44.; *Caes.* XV, 34. 43) *ABCDF* 44) occiderint: *EGH* 45) emundati: *BEGH* 46) ad: *deest: EGH* 47) *Codd. coll. o. Coll. tr. P. — Turrecrem. ed. Fontan.* 48) lic.: *deest: Coll. tr. P.* 49) *ABCDF Coll. tr. P.* 50) *inseritur:* Non igitur licentiam damus militibus Christi aliter se defendere, quam ipse in se monstravit Christus, illis dumtaxat qui clericatus funguntur officio, quique familiarius in castris militant eius, ne occidendi eis prorsus tribuimus facultatem: *Coll. tr. P.* 51) et: *ib.* 52) satius quidem illi: *AB;* sanctiusque illi: *EG* 53) ut in: *Coll. tr. P.* 54) profund. inferni: *Edd. coll. o.* 55) *C Coll. tr. P.* || can. 7. 56) *Non est ut Corr. annotarunt c.* 50., *C. Agath. sed c.* 22. *C. Epaonens.* (*hab. ao.* 517.) *ap. Bruns* II, 170.; *cf. Maassen Quellen* I, 203. — *Coll. tr. P.* II, 28, 49. (C. Agath. c. 51.) 57) Si quis episc.: *EGH;* Si ep. aut presb.: *C;* si ep. vel presb.: *D* 58) fals. de actibus: *EGH;* falsaverint *et sic numero plurali deinceps: Hisp. Coll. tr. P.* 59) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. *orig.* 60) *Codd. et Edd. coll. o.* 61) tantumm.: *deest: Coll. tr. P.* || can. 8. 62) postquam conscius: *AB;* consilio conscius: *CF* 63) *Martini Brac. interpretatio can. Apost.* 17. *et can.* 21. *conc. Ancyr. Bruns* II, 49. — *Coll. tr. P.* II, 47, 26. — *a Theinero citatur: Ans.* VII, 199. *a Corr.* VII, 11. *sed in Cod. coll. nihil invenimus.* 64) *ABCDF Edd. coll. o. — Corr.* 65) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 66) aut si obrepsit: *orig. Hisp.;* quod si obrepsit: *Coll. tr. P.* 67) Si autem (*omisso:* similiter): *AB* 68) vel: *orig.;* aut: *orig. ap. Mans.;* aut dicto aut: *EGH* 69) assensione: *orig. Hisp.* 70) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P. — Corr.* 71) *Codd. coll. o. pr. D.* (tantummodo accip.) — *Turrecrem. ed. Fontan.;* tantummodo: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.;* accipiat: *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 9. 72) *Ep.* 26. *lib.* 4. *scr. ao.* 594. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 933. — *Ans.* VIII, 20.; *Ivo Decr.* VI, 78.; *Ivo Pan.* III, 133.; *Polyc.* IV, 39, (41,) 5.; *Caes.* VIII, 61. 70. 73) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 74) prohib. In hac etiam re: *EGH;* et in hoc: *Ivo Pan.* 75) ergo: *Ivo Decr. Pan.* 76) peccato: *Ans.* 77) fuit: *AB* 78) *Codd. et Edd. coll. o.* 79) *Codd. coll. o.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. — Turrecrem. ed. Fontan.* || can. 10. 81) Venant. Lun. Ep.: *deest: AB;* Lucensi: *DF — Ep.* 7. *lib.* 5. *Ed. Maur. scr. ao.* 594. — *Jaffé no.* 956. — *Ans.* VIII, 21.; *Polyc.* IV, 39, (41.) 7. 8. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 83. (*usque ad* §. 1.); *Coll. tr. P.* I, 55, 66. (*usque ad* §. 1.) 82) *DEFGH orig. Ans. Polyc.* 83) relatum: *ABF Edd. coll. o.* 84) *Codd. coll. o.* 85) a: *deest: Ans. Coll. tr. P.* 86) id ipsum: *Ans.* 87) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 88) praesumpserit: *EGH* 89) offerre: *AB* 90) *CDF Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.; Polyc. — Turrecrem. ed. Fontan.;* corp. sanguinisque Domini: *EGH;* dom.: *deest: AB* 91) *Codd. et Edd. coll. o.* 92) et: *deest: EGH; sed in EG a Correct. additum est* 93) *Codd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 94) *ABCDF* 95) noverit . . . recipiendum: *C* 96) et: *Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 97) §. 1. *Ep.* 3. *ad eundem scr. ao.* 594. — *Jaffé no.* 965. — *Ans.* VIII, 22.; *Ivo Pan.* III, 132. *a Corr. et Richt. non recte hoc loco citatur.* 98) tuae: *deest: Polyc.* 99) ex: *EGH* 100) cecid. in crimen: *Edd. coll. o.* 101) sacros ordines: *ABC* 102) *CDEFGH Edd. coll. o. Ans. Polyc.;* al. modo: *deest: AB* 103) poenitentia: *Ans. Polyc.* 104) *Codd. coll. o.* 105) locum, non ordinem obt.: *CD Edd. coll. o.* 106) subdiaconos: *Ans.* 107) restringit: *EGH* 108) *ABFH orig. Ans. Polyc.; in CD* ex *a Corr. additum est.* 109) decernimus vel decrevim.: *EGH* 110) *Codd. coll. o.;* et eo in quo: *Ans.;* et in eo quidem statu: *Polyc.* 111) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* ||

C. XI. *Loco lapsi alius ordinandus est.*

Idem [Mariniano Episcopo Rauennae, lib. VI. epist. 39.][112]

Postquam quemquam criminaliter cadentem[113a] in locum[114], quo[115b] lapsus est, nulla permittit ratio reuocari, et ultra tres menses ecclesiam uacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt[116], ne cadente[117] pastore dominicum gregem hostis (quod absit) antiquus insidiando dilaniet, fraternitas uestra deprecationi eorum consentire et in lapsi loco debet episcopum ordinare.

C. XII. *Qui post ordinationem in*[118a] *lapsum ceciderit, sacra misteria non debet tractare.*

Item Martinus Papa [I. in epistola ad Amandum.][119]

Si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, et preuaricationis peccato fuerit deprehensus obnoxius[120], omnimodo[121] prohibendum[122] est, eum manibus lutulentis atque pollutis misteria nostrae salutis tractare.

II. Pars. Gratian. *Econtra exemplis et auctoritate*[123b] *probatur, post actam*[124] *penitenciam proprios gradus*[125] *licite posse administrare*[126], *et ad maiores conscendere. Maria*[127] *enim, soror Aaron, postquam lepra percussa est, quia in Moysen murmurauerat, acta penitencia*[128c] *mundata est*[129d], *et pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron*[130] *post*[131e] *conflatum uitulum etiam in summum sacerdotem est consecratus. Dauid post adulterium et homicidium spiritum prophetiae recepit*[132], *et in proprio gradu permansit. Achab*[133] *post*[134f] *mortem Nabuthae uiri sanctissimi per penitenciam humiliatus in regia sede remansit*[135]. *Et, ut pretereamus multa exempla*[136] *ueteris testamenti, Petrus*[137] *negauit Christum, et tamen postea princeps apostolorum factus est; Paulus*[138] *Stephanum lapidauit, et tamen a Deo in apostolum*[139] *electus est. Multi quoque ab heresi ad unitatem catholicae fidei reuertentes in suis ordinibus recepti sunt, alii uero ad episcopalem etiam gradum sunt*[140] *promoti, utpote Augustinus et alii quam plures*[141g].

[PALEA[142*].

C. XIII. De eodem.

Iohannes Crisostomus a[143] duabus sinodis orthodoxorum episcoporum fuit diiudicatus, sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Ancirae Galatiae depositus fuit, sed postmodum proprium recepit episcopatum. Asclepius diiudicatus a sinodo ecclesiam suam postea recepit. Lucius[144] episcopus Adrianopolites[145] dampnatus a Papa Iulio recepit ecclesiam sui episcopatus. Cirillus episcopus Ierosolimitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesiae suae. Simili modo Polichronium[146] eiusdem ecclesiae Ierosolimitanae pontificem Sixtus Papa dampnauit et iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Fotinum[147] episcopum dampnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesiae suae. Misenum[148**] episcopum a Felice Papa dampnatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit[149] et ecclesiae suae[150] restituit. Leontius[151], dum esset presbiter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius uero quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbiterii honore priuauerat, sanctae ecclesiae Signinae[152] consecrauit episcopum. Ibas[153] namque[154] episcopus diiudicatus fuit, sed sancta sinodus canonica suam illi restituit ecclesiam. Rothadum[155] uero episcopum sanctae Suessionensis[156] ecclesiae, a sinodo, cui Carolus interfuit[157], condempnatum, et Sophronium[158] Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.]

Preterea Calixtus Papa [I.] *de huiusmodi ita scribit*, [epist. II. ad Episcopos Galliarum][159]:

C. XIV. *Clerici post lapsum in suis*[160] *ordinibus reparari possunt.*

Ponderet[161] unusquisque sermones suos, et quod sibi loqui non uult alteri non loquatur. Unde bene[162] sacra scriptura ait[163]: „Quod tibi non uis fieri, alteri ne facias“[164]. Nos[165] enim tempore indigemus, ut aliquid maturius, agamus, ne[166a] precipitemus consilia[167] et opera nostra, neque ordinem[168] corrumpamus. §. 1. Sed[169] si aliquis lapsus quo[170b] modo fuerit, portemus eum et[171] fraterno corripiamus affectu, sicut ait B. Apostolus[172]: „Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis[173c]. Alter alterius onera portate, et sic adinplebitis legem Christi.“ §. 2. Porro S.[174] Dauid de mortiferis criminibus penitenciam egit, et tamen in honore permansit. §. 3. B. quoque Petrus amarissimas lacrimas fudit, quando Dominum negasse penituit, sed tamen apostolus[175] permansit. Et Dominus per Prophetam[176] pollicetur[177d], dicens: „Peccator in quacumque die[178] conuersus fuerit et[179e] ingemuerit, omnium iniquitatum eius[180f] non recordabor amplius.“ Errant[181] itaque[182g], qui putant, sacerdotes[183h] post lapsum, si condignam egerint penitenciam, Domino non posse ministrare, et suis honoribus frui, si bonam uitam deinceps duxerint, et suum sacerdotium digne[184i] custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam traditas ecclesiae claues despicere[185k] uidentur, de quibus dicitur[186l]: „Quecunque solueritis in terra[187], erunt soluta et in celo.“ Alioquin hec sentencia aut

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 11. a) abscedentem b) de quo — c. 12. a) ord. suam in b) auctoritatibus c) pen. a peccato mund. d) mund. et sanata est e) autem post f) quoque post g) complures — c. 14. a) nec b) quocunque c) lenit., considerans te ipsum, ne et tu tenteris d) peccantibus pollicet. e) fuerit et: *deest* f) illius g) enim h) Domini sacerdotes i) condigne k) contra trad. eccl. clav. disputare et agere uident. l) dictum est

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * Palea: Caput hoc a vetustioribus codicibus abest; in vulgatis inscribebatur: *Item ex epistola Cyrilli ad Joannem Antiochenum:* quae inscriptio sublata est, quoniam quae in hoc capite tractantur, ex variis historiis sunt collecta, et aliqua longe post Cyrillum et Hierosolymitanum et Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum et Ivonem ulla talis inscriptio est, sed tantum in Panormia.

** Misenum: Antea legebatur; *Nicaenum*. Emendatum est ex Burchardo, Ivone et c. *Gregorius* 35. quaest. 9. Atque in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai I. haec leguntur: *Sicut B. Papa Felix Vitalem et Misenum episcopos, qui in Petro Alexandrino haeretica faece coinquinato coacti consenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica imo communione privavit.*

Dist. L. can. 11. 112) *Ep.* 42. *lib.* 7. *Ed. Maur. scr. ao.* 597. — *Jaffé no.* 1120. — *Ans.* VIII, 25. 113) *Codd. coll. o. Ans.* 114) loco: *Ans.* 115) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C.* (in quo) 116) perm., nisi necessitas inexcusabilis cogat ordinationis (ordinationi: *B*) tempus amplius protelari: *AB* 117) cadentem: *Edd. coll. o. Ans.* || can. 12. 118) *Codd. coll. o.* 119) *ad Amand. Ep. Traiect. scr. ao.* 649. — *Jaffé no.* 1595. — *Alger.* II, 42. 120) pecc. reprehendatur obn.: *Alg.* — *Corr.* 121) omnino: *EGH* 122) prohibendus … eum: *Edd. coll. o. Alger.*; eum: *deest: D* 123) *AEFG*; vel auctoritate: *B*; probantur: *BFG* 124) post acceptam et act.: *EGH* 125) propriis gradibus: *H* 126) ministrare: *EGH* 127) *Num. c.* 12.; *cf. c.* 11. *C.* XXXIII. *qu.* 2. 128) *ABEFGH*; murmur. per poenit.: *C*; acta poenit. a peccato: *D* 129) *Codd. coll. o.* 130) *Exod. c.* 32. 131) *ABDF*; Aaron etiam: *CEGH* 132) suscepit: *AB*; II. *Reg. c.* 1. *et* 12. 133) III. *Reg. c.* 21. 134) *Codd. coll. o.* 135) permansit: *EGH* 136) multa etiam exemp.: *ib.* 137) *Matth. c.* 26. *Ioann. c.* 21. 138) *Paul. Apostolus: AB*; *Act. Ap.* 7. *et* 9. 139) apostolatum: *CEGH* 140) sunt: *deest: AB* 141) *ABCDF*; quam plurimi: *EGH* || can. 13. 142) *Haec Palea deest: ABFGH* — invenitur: *CD cum uncis a Corr. indicata et in C cum rubrica quam Gratianus sequenti canoni* (14) *apposuit. In F manu posterioris aetatis in margine addita est.* — *Rolandus, teste Thanero hunc canonem non novit.* — *Inter fontes huius capitis Pontificale Romanum primarium locum tenere videtur; quod quod infra C.* XXXV. *qu.* 9. *c.* 8. *verba*: Misenum etc. *ex Pontif. dicuntur excerpta, licet ipsa verba ibidem non exstent — cf. Berard.* III, 362 *sqq.* — *Burch.* I, 233.; *Ivo Decr. Prol. Ivo Pan. Prolog.* 143) a: *deest: Codd. et Edd. coll. o.* 144) Marcianus: *DF Edd. coll. o.*; Leutianus: *C*; Lucianus: *Ivo* 145) Andrinopolites: *Codd. coll. o.*; Andronopolites: *Edd. Lugdd.* II. III.; Andrinopolitae: *Edd. coll. rel.* 146) Polochronium: *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; Polocromium: *Edd. coll. rel.* 147) *Codd. et Edd. coll. o.* 148) Nicaenum: *Edd. Par. Lugdd.* 149) communicavit: *C*; et communicavit: *Ivo* 150) suae: *deest: C* 151) Leucius: *Edd. Arg. Ven.* I.; Leuncius: *Edd. Nor. Ven.* II. *Lugd.* I. 152) Seguinae: *F Edd. coll. o. exc. Bas.* 153) Abbas: *Codd. et Edd. coll. o.* 154) quoque: *Ivo* 155) Rotardum: *Codd. coll. o.*; Bocardum: *Ed. Nor.*; Rocardum: *Edd. Arg. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 156) Suecviensis: *Ed. Nor.*; Suesoviensis: *Edd. Arg. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 157) interf. rex: *Codd. coll. o.* 158) Sofronus: *Ivo*; Suffronum. Suffredum: *Corr.* || can. 14. 159) *Ep. Calixti* I. *Pseudoisidor. ep.* II. *c.* 18. *ap. Hinsch. p.* 141. 160) sacris: *EGH* 161) consideret: *CEGH* 162) bene: *deest: AB* 163) *Tob. c.* 4. *v.* 16. 164) alii: *EG*; feceris: *AB* 165) *ex Ambros. ep.* 39. 166) *ABCEGH Ed. Bas.*; non: *DF Edd. coll. rel.* 167) concilia: *Edd. coll. o. exc. Nor. Ven.* I. II. *Lugdd.* II. III. 168) ordinationem: *C*; ordinem eorum: *DF Edd. coll. o.* 169) *Burch.* XIX, 12.; *Ivo Decr.* VI, 48. 170) *ABCDF Codd. Pseudois. Burch. Ivo*; quandoque: *EGH* 171) sed: *orig.*; et: *Codd. Pseudois.* (*Burch. Ivo Grat. omnino Cod. Mutin. secuti esse videntur*) 172) Ap. Paulus: *CF* — *Galat. c.* 6. *v.* 1. 173) *Codd. coll. o.* 174) sanctus quidem Dau.: *EGH*; *August. Ep.* 185. *c.* 10. *no.* 45. 175) sed tamen et sicut ante apost.: *EG*; sed inde et sicut apost. ante: *H* 176) *Ezech. c.* 18. *v.* 22. 177) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Pollicetur … ed. Fontan.* 178) hora vel die: *C*; hora: *D Edd. coll. o.* 179) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 180) *Codd. coll. o.* 181) *Ivo Pan.* III, 148.; *Polyc.* IV, 38, (41.) 1. 182) *Codd. et Edd. coll. o.*: itaque: *deest: Ivo Pan.* 183) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr. Polyc.* 184) *Codd. et Edd. coll. o.* 185) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* — *Corr.*: contra: (*deest in Cod. Mutin. et ap. Burch. et Polyc.*) eccl. claves dissipare et agere (abigere: *Polyc.*) vid.: *orig. Burch. Polyc.* — *August. Ep. cit.* 186) *Codd. coll. o.* 187) super terram: *CEGH orig.* — in terra: *orig. Cod. Mutin.*

Domini non est, aut uera est[188]. §. 4. Nos[189] uero indubitanter tam Domini sacerdotes quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire[190] ad honores[191] credimus, testante Domino per Prophetam[192]: „Numquid* qui dormit, non adiciet, ut resurgat"? Et propheta[193] Dauid penitenciam agens dixit: „Redde mihi leticiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me." Ipse namque post penitenciam et alios docuit, et sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctae ecclesiae, si lapsi fuerint et condignam penitenciam Deo[194] gesserint, utrumque facere posse[195]. Docuit enim, quando dixit; „Docebo iniquos uias tuas, et inpii ad te conuertentur." Sacrificium[196 m] Deo obtulit[197] pro se, dum dicebat: „Sacrificium Deo spiritus contribulatus"[198]. Videns enim[199] Propheta scelera sua mundata per penitenciam, non dubitauit predicando et Domino libando curare[200] aliena. §. 5.[201 n] Mutatur[202 o] ergo homo a peccato et gratia Dei resurgit a lapsu[203 p], et[204] in pristino manet offitio iuxta predictas auctoritates. Videat, ne amplius iaceat[205 q], sed[206 r] euangelica[207 s] sentencia in eo maneat que ait[208 t]: „Vade et amplius noli peccare." Unde ait Apostolus[209]: „Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut[210] obediatis concupiscentiis eius"[211]. §. 6.[212 u] Sentenciam, que misericordiam uetat, non solum tenere, fratres, sed etiam[213 v] audire refugite[214], quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificiis.

C. XV. *In pristinum gradum post penitenciam sacerdotes reuocari possunt.*

Item Ieronimus [ad cap. 3. Malachiae.]

„Et[215] purgabit filios Leui; tempus[216] est enim, ut iudicium incipiat a domo Dei," et alibi scribitur[217]: „A sanctis meis incipite." In filiis autem Leui omnem sacerdotalem intellige[218] dignitatem[219]. Si autem sacerdotes purgandi sunt et colandi, ut purum aurum remaneat et argentum, quid est de ceteris dicendum? Qui cum emundati fuerint et colati, tunc offerent[220] Domino[221] iusta sacrificia, et placebit sacrificium eorum Domino[222 a], quod offerunt[223] pro Iuda et Ierusalem, (hoc est, pro his[224 b], qui Dominum confitentur et pacem eius mente conspiciunt, sicut dies seculi et sicut anni antiqui)[225], ut quomodo in[226] principio placuerunt Deo[227], sic post peccatum et penitenciam placere incipiant, cum omni[228] fuerint peccatorum sorde purgati.

C. XVI. *Lapsi reparari possunt*[229].

Item Gregorius Secundino [lib. VII. epist. 53.][230]

Tua sanctitas[231 a] requisiuit[232 b], ut tibi[233 c] de sacerdotali offitio post lapsum resurgendi auctoritatem[234 d] scriberemus[235], dum dicis[236] de hoc canonum[237] diuersorum[238] te legisse diuersas[239 e] sentencias, alias[240 f] resurgendi, alias nequaquam[241 g]: ideo[242] nos* generaliter[243 h] a[244 i] Nicena sinodo[245 k] incipientes, cum[246 l] reliquis quatuor[247] ueneramur, quia[248] in[249 m] cunctis sentenciis[250 n] unanimiter[251] concordant. Nos uero[252] precedentes Patres sequimur[253 o], quia[254 p] (auctore Deo)[255] a sacra[256] doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes usque in[257 q] quartum altaris ministerium[258 r], hanc formam seruandam cognouimus[259 s], ut sicut minorem maior precedit honore[260 t], ita et crimine[261 u], et quem[262] maior sequitur[263] culpa, maiori inplicetur[264 v] uindicta, et post[265 w] penitencia credatur esse fructuosa. §. 1. Quid enim prodest triticum seminare, et fructum[266] illius[267] non colligere[268]? aut domum construere, et non illic habitare? Post dignam itaque[269 x] satisfactionem credimus posse redire[270 y] ad honorem. §. 2.[271 z] Ad fontem misericordiae recurrentes euangelicam[272 aa] proferamus sentenciam[273]: „Gaudeo, inquit, super uno peccatore penitenciam agente quam[274 bb] super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitencia." Et ouem perditam, nonaginta nouem non errantibus relictis[275 cc], humero pii pastoris[276] ad ouile reportandam[277 dd] Dominus ipse testatur[278]. Si ouis perdita[279] errans post inuentionem ad ouile humero deportatur[280 ee], predictis nonaginta nouem non errantibus relictis in deserto[281] cur[282] post penitenciam ad ecclesiae ministerium lapsus[283] non reuocetur? Sicut** in Apocalipsi[284] dici-

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 14. m) Et sacrific. n) *ante* §. 5. *inserit.:* Et infra o) Mundatur p) Dei lapsus q) peccet r) ut s) euangelii t) quae ait: *deest* u) *ante* §. 6. *inserit.:* Et infra v) et — c. 15. a) Dom.: *deest* b) iis — c. 16. a) Quia sanctitas tua b) hoc a nobis requisivit c) sibi d) auctoritates e) dum se dicit de hoc canones diversos legisse et divers. f) invenisse alias g) nequaq. posse h) generales i) synodos a k) synod.: *deest* l) hanc cum m) ipsam sequentes ceterae in n) canonicis sentent. o) sequi debemus p) qui q) ad r) ministrum s) cognoscimus t) in honore u) in crimine v) maiore plectatur w) et sic postea x) igitur y) rediri z) *ante* §. 2. *inserit.:* Et infra aa) evangelii bb) magis quam cc) relict. in deserto dd) reportatam ee) reportatur — praed. non nov. non err. rel. in deserto: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * Numquid: In epistola Calixti et apud collectores indicatos [exc. Burch.] legitur: *Numquid, qui cadit, non adiiciet,* [Hinsch.: adiiciat; sed in Cod. Mut.: adiiciet.] *ut resurgat, et qui aversus est, non revertetur?* et alibi: *Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.* Quae duae sententiae habentur Hierem. 8. et Ezech. 33. Sed ob glossam nihil est mutatum.

C. XVI. * Ideo nos: In duabus editionibus epistolarum B. Gregorii legitur: *ideo generalissima, quae a Nicaeno concilio incipiunt, cum reliquis quatuor invenimus concordantia. Nam et nos praecedentes,* etc. In uno manuscripto codice est, *generalissime;* reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Ivonem, Panormiam: *Nam nos generaliter;* ceteroqui parum a Gratiano discordant.

** Sicut: Hinc usque ad versic.: *Quid enim.* in aliquot codicibus epistolarum excusis et duobus manuscriptis, Burchardo, Ivone et Rabano non habentur.

Dist. L. can. 14. 188) est: *deest: orig.;* non est vera: *Burch. Polyc.* 189) *cf. Gregorii Ep. 52. lib. 9. Ed. Maur. fragm. supposititium de lapsis ep. ad Secundinum insertum.* 190) revocari: *Burch.* 191) honorem: *EGH* 192) *Psalm. 40. v. 9.* 193) *Psalm. 50. v. 14.* 194) Deo: *deest: Burch.* 195) posse, docere et sacrificare: *EGH;* posse et offerre et alios docere: *Burch., ubi hic est finis canonis.* 196) *Codd. et Edd. coll. o. origin. Cod. Mutin. — Ivo Pan.;* sed: *in Cod. cit. orig. etiam:* sacrificium Deo: *deest* 197) pro se: *deest: Edd. coll. o. — inde Richt. putaverat verba a Corr. addita esse.* 198) *finis canonis in Ivon. Decr.* 199) autem: *AB Ivo Pan.* 200) etiam aliena: *F Edd. coll. o.* 201) *Codd. coll. o. — ap. Polyc. sequuntur quae Grat. omisit, et Grat.* §. 5. *deest.* 202) *Codd. coll. o.* 203) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Pan.* 204) et iudicio Dei in prist. man. gradu et officio: *AB* 205) *CDEFGH Edd. Arg. Ven.* I. II. *Nor.;* in peccato iaceat: *AB;* cadat: *Edd. coll. rel.* 206) *CDEFGH Edd. coll. o.;* sed etiam: *AB* 207) *Codd. et Edd. coll. o. — orig. in. Cod. Mutin.* 208) *Codd. et Edd. coll. o. orig. — cf. Ioann. c. 8. v. 11.* 209) Ap. Paullus: *C — haec et seq. usque ad* §. 6. *desunt in Ivon. Pan. — Rom. c. 6. v. 12.* 210) ut non: *EGH; sed in E* non *deletum est et scriptum:* eius 211) eius: *deest: EFGH* (*de E cf. not.* 210.) 212) *Codd. coll. o. — Xyst. Pyth. s. 328.* 213) *Codd. coll. o.* 214) fugite: *Edd. coll. o.* || can. 15. 215) *Malach. c. 3. v. 3.* 216) I. *Petr. c. 4. v. 17.* 217) dicitur: *EGH — Ezech. c. 9. v. 6.* 218) intelligens: *DEFGH Edd. coll. o.* (*exc. Lugdd.* II. III., *in quibus est:* intelligit) 219) esse dignitatem: *D Ed. Bas.* 220) offerunt: *CEGH* 221) Deo: *Edd. coll. o.* 222) *CDEFGH;* domino deo: *B* 223) offerent: *BD Ed. Bas.;* offertur: *Edd. coll. rel.* 224) *CDEFGH* 225) *add.:* hoc est: *Edd. coll. o.* 226) quom. ab initio vel in: *EGH* 227) Domino: *EGH* 228) omnium: *Edd. coll. o. exc. Bas.* || can. 16. 229) Lapsi secundum ordinem rep. poss.: *F;* Post acerrimam poenitentiam: *DEGH;* lapsi reparari possunt: *EGH;* lapsi reparantur: *D* 230) *Hoc fragmentum, insertum ep. Gregorii ad Secundinum* (*Ep. 52. lib. 9. Ed. Maur. scr. ao. 599. — Jaffé no.* 1210.) *aprocryphum esse dudum iudicaverunt VV. DD. — At non. ut Thomassinus Vet. et nov. eccl. discipl. P.* II. *lib.* 1. *c.* 59. *no.* 9. *censet a Pseudoisidoro confectum est. cf. Hinschius Kirchenrecht.* I. *pag.* 39. *— Raban. Poenitent. c.* 10. (*usque ad* §. 1., *deinde alia sequuntur*)*; Burch.* XIX, 43. (*can. continuatur*)*; Ivo Decr.* VI, 85.; *Ivo Pan.* III, 147. (*usque ad* §. 1., *deinde alia sequuntur,* §. 2. *deest*) 231) *CF — Ivo Decr.;* Tua fraternitas: *AB* 232) *Codd. et Edd. coll. o.;* Nam tua sacra sanctit. inde a nobis req.: *Raban. Burch.;* sanct. a nobis requis.: *Ivo Pan.* 233) *Codd. et Edd. coll. o. — Burch. Ivo Pan.* 234) *ABEGH Ed. Bas.; deest: Burch. Ivo Decr. Pan.* 235) rescriberemus: *Burch.;* scriberem: *Raban. Ivo Decr.;* rescriberem: *Ivo Pan.* 236) *CDEFGH Edd. coll. o. — Raban. Burch. Ivo Decr. Pan.;* dicis: *deest: AB* 237) *Codd. et Edd. coll. o.* 238) *CDEFGH Rab. Burch. Ivo Decr. Pan.;* diversorum legis: *AB* 239) *Codd. et Edd. coll. o. — Rab. Burch. Ivo Pan.;* diversasque: *Ivo Decr.* 240) *Codd. et Edd. coll. o. — Burch. Ivo Decr. Pan.* 241) *Codd. coll. o. pr. C. Ivo Decr. Pan.* 242) nam: *Rab. Burch. Ivo Decr. Pan.* 243) *C. Rab. Burch. Ivo Decr. Pan.* 244) *ib.* 245) *C. Ivo Decr. Pan.* 246) *Codd. coll. o. pr. C. — orig.* 247) quat. post factis: *orig.* 248) quia: *deest: AB;* quae: *Ivo Decr.* 249) *ABDEFGH;* quia ipsam sequentes in: *Ivo Pan.* 250) *CF Rab. Burch. Ivo Decr. Pan.* 251) unanimes: *Rab. Burch. Ivo Decr. Pan.* 252) Nos ergo: *Rab. Burch. Ivo Decr.;* Hos ergo: *Ivo Pan.* 253) *BDEFGH Edd. coll. o. Rab. Burch. Ivo Decr. Pan.;* sequamur: *AC* 254) *BCDEFGH Edd. coll. o. Rab. Ivo Pan.* 255) auctoritate Dei: *Ivo Pan.* 256) sac.: *deest: Rab.* 257) *ABCDF Edd. coll. o. Rab. Burch. Ivo Decr. Pan.* 258) *B Ed. Bas. orig. Ivo Pan.* 259) *Codd. et Edd. coll. o. — Turrecrem. ed Fontan.* 260) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* sicut honore est maior ita sit in crimine: *Burch. Ivo Decr.* 261) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB, ubi legit.:* hon. et crimine ita et; *— Corr. Turrecrem. ed. Fontan.;* ita sit in crim.: *Ivo Pan.* 262) cuius: *EGH* 263) consequitur: *Ivo Pan.* 264) *ABDEFGH Edd. Arg. Bas. — Coll. Pauli Diaconi.;* maior ei applicetur: *C;* maior: *Rab. Ivo Pan.;* ei implicetur: *Burch. Ivo Decr.* 265) *ABEGH;* vindicta quae post poenitentiam: *Corr.* 266) fructus: *EGH* 267) eius: *Edd. coll. o. pr. Bas. — Ivo Decr. Pan.* 268) tollere: *CDEGH Edd. coll. o.* 269) *Codd. coll. o.;* enim: *Ivo Decr. Pan.* 270) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.; add.:* lapsum: *Ivo* 271) *Codd. coll. o.* 272) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. — cf. Luc. c. 15. v. 7.* 273) gaudebo: *orig. Burch.* 274) *Codd. coll. o. Burch.* 275) *ABDEFG — Ed. Bas. orig. Burch. Ivo Decr.* 276) pii past.: *deest: Burch. Ivo Decr.* 277) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* reportavit: *Burch. Ivo Decr.* 278) dom. ipse test.: *deest: Burch.* 279) perdita: *deest: ib.* 280) *Codd. et Edd. coll. o.* 281) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 282) cur iste: *C Edd. coll. o. pr. Arg. — orig. Burch.* 283) lap.: *deest: Burch.* 284) *Apocal. c. 2. v. 4.*

tur de ministro[285] ecclesiae: „Memento unde cecideris[286 ff], et age penitenciam, et prima opera fac.“ Quid est enim[287] grauius, aut[288] carnale delictum admittere[289], sine quo pauci[290] inueniuntur, aut Dei filium iureiurando[291] negare? In quo uerbo[292 gg] hunc[293 hh] ipsum B. Petrum apostolorum principem, ad cuius sacrum[294] corpus indigni sedemus, lapsum esse cognouimus[295 ii]. Sed post negationem penitencia secuta est, et post penitenciam misericordia data[296 kk], quia ab[297 ll] apostolatu eum non distulit[298 mm], qui[299] ante ipsum[300 nn] se negare predixit.

C. XVII. *Post acerrimam penitenciam lapsi reparantur*[301].

Idem [super Ezechielem, hom. IX. ad c. 2.][302]

Quid est hoc[303], quod Prophetae iacenti dicitur: „Sta supra pedes tuos, et loquar tecum? Qui enim iacenti loquebatur, cur stanti[304 a] promittit se[305 b] esse locuturum? sed sciendum est[306 c], quia[307] alia sunt, que iacentes, alia que stantes audire debemus[308 d]. Iacenti enim dicitur, ut surgat; stanti autem precipitur, ut ad predicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis[309] in infirmitatis confusione iacentibus[310] preberi non debet auctoritas predicationis. Sed cum iam in[311] bono opere surgimus, cum iam recti stare ceperimus, dignum est, ut ad lucrandos[312] alios in predicatione[313 e] mitti debeamus. Stans ergo Propheta uisionem spiritualem uidit, et cecidit; cadens uero[314] admonitionis uerba[315 f] suscepit, ut surgeret; surgens autem preceptum audiuit, ut predicaret. Nam qui adhuc ex superbiae uertice stamus, cum iam de eternitatis timore aliquid sentire ceperimus, dignum est, ut ad[316] penitenciam cadamus[317]. Et dum[318 g] infirmitatem nostram[319] subtiliter agnoscentes[320 h] humiliter iacemus, per diuini uerbi consolationem ad fortiora[321] opera surgamus[322 i].

C. XVIII. *De eodem.*

Idem [lib. XVIII. Moral. c. 16. ad cap. 28. Iob.][323]

Ferrum de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiae a terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici, quod[324] fuit, quia[325] iam incipit[326] esse quod non fuit.

C. XIX. *Post condignam*[327] *penitenciam pristina recipiuntur offitia.*

Item Augustinus[328 a].

Cum exaudiero eos, dabo eis uirtutem spiritus mei, et inplebo eos iudicio meo et fortitudine mea[329 b]. Animaduertite[330 c], in presenti[331] loco posse docere aliquem post peccatum, si tamen uicia pristina digna penitencia diluerit. Unde[332] Dauid post adulterium et homicidium loquitur in Psalmo[333]: „Asperges me, Domine[334 d], ysopo, et mundabor; lauabis me, et super niuem dealbabor.“ Nec sua tantum puritate contentus est, sed infert: „Redde mihi leticiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me,“ cumque hoc feceris, „docebo, ait, iniquos uias tuas, et inpii ad te conuertentur.“

C. XX. *De eodem.*

Item Ieronimus [lib. II. contra Iouinianum.][335]

Ihesus[336] filius Iosedech sacerdos magnus quamquam[337] in tipo precesserit[338] aduentum[339 a] saluatoris, qui nostra peccata portauit et alienigenam ex gentibus sibi copulauit ecclesiam, tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, et stat[340] diabolus a[341] dexteris eius, et candida illi deinceps uestimenta redduntur.

C. XXI. *Per penitenciam clerici correcti gradum suum et dignitatem recipiant.*[342 a]

Item ex Concilio Agatensi, [c. 2.][343]

Contumaces clerici[344], prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis[345] corrigantur[346], et si qui prioris gradus elati superbia communionem fortasse[347] contempserint[348], aut ecclesiam frequentare[349] uel[350] offitium suum inplere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita, ut cum eos penitencia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

C. XXII. *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papae [c. 17.][351]

Si quis presbiter aut diaconus[352 *] inuentus fuerit aliquid de ministeriis ecclesiae uenundasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica[353] non haberi. Iudicio[354 a] tamen episcopi dimittendus[355 b] est[356], si[357 c] in suo debeat recipi[358 d] gradu, quia multociens hoc[359] ipsum, quod de sacrosancto altario contaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

[PALEA[360 *].

C. XXIII. Item Augustinus ad Bonifacium[361].

Bene ualet sacerdos restitui ad honorem suum post peractam penitenciam, licet in hoc diuersi diuersa sentiant, dicentes, non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est propter simulatas penitencias quorundam, et propter affectatas honorum dignitates.]

[PALEA[362].

C. XXIV.

Sacerdos quidem si cadit, ualet[363], et habet restitutionis

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 16. ff) excideris gg) verbo: *deest* hh) tamen hunc ii) cognoscimus kk) data est ll) postea ab mm) expulit nn) quidem ipsum — c. 17. a) non se nisi stanti b) se: *deest* c) est: *deest* d) debeamus e) praedicationem f) vero iam monitionis verba g) quum h) cognoscentes i) surgere ad fort. op. iubemur — c. 19. a) Item Hieronymus ad cap 3. Michaeae b) mea: *deest* c) Animadverte d) Domine: *deest* — c. 20. a) advent.: *deest* — c. 21. a) recipiunt — c. 22 a) In iudicio b) dimittendum c) est, sive dignus sit, sive indignus si d) in suo recipi ut debeat

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXII. * Diaconus: Sequebatur: *aut subdiaconus*, quae duae dictiones expunctae sunt, quia neque apud Martinum aut Burchardum aut Ivonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.

C. XXIII. * Palea: In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani hae duae Paleae non habentur, sed post finem capitis *si quis presbyter*, sequitur continenter: *Quomodo igitur;* sunt tamen in multis, atque in iis quidem, a quibus plerumque Paleae absunt. Ac videntur summae quaedam partim praecedentium capitum: *Ponderet*, et: *Quia sanctitas*, partim sequentis: *Ut constitueretur*, quod refertur ex Augustino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has Paleas haec eadem irrepere citatio.

Dist. L. can. 16. 285) ministorio: *Ed. Bas.* 286) *Codd. coll. o.* 287) enim: *deest: Burch. Ivo Decr.* 288) aut: *deest: C Burch.* 289) committere: *EGH* 290) non multi: *Burch.* 291) timendo: *Burch.* 292) *Codd. et Edd. coll. o.* — *orig.*; peccato: *Burch. Ivo Decr.*; *sed in nonnullis Ivon. Codd.*: verbo. 293) *Codd. et Edd. coll. o.* — *orig. Burch. Ivo Decr.* 294) nunc: *Burch. Ivo Decr.* 295) *Codd. coll. o.* 296) *ABEFGH* — *Burch.* 297) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Burch. Ivo Decr.* 298) *Codd. coll. o. pr. EG, sed in C. manu poster. act. corr.* — *Ed. Bas.*; deiecit: *C* (*ante correct.*); *Burch. Ivo Decr.*; destituit: *EG* 299) quem: *Burch. Ivo Decr.* 300) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Burch. Ivo Decr. Ivo Pan.* ‖ can. 17. 301) acerbam ... reparari possunt: *EGH*; reparentur: *AC* 302) *lib. 1. homil. 9. c. 4. Ed. Maur.* 303) hoc: *deest: AB* 304) *Codd. et Edd. coll. o.*; statim: *D Edd. Arg. Ven. I. II. Nor. Lugd. II.* 305) *Codd. coll. o.*; promisit: *EG* 306) *Codd. coll. o.* 307) quod: *EGH* 308) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C, ubi:* deberemus. 309) nob.: *deest: orig.* 310) in infirmitate iacent.: *AB* 311) in: *deest: AB* 312) ut alios in praed. ad lucrandum mitt.: *EGH* 313) *Codd. coll. o. pr. CD* 314) ergo: *ABDF* 315) *Codd. et Edd. coll. o.* 316) per: *Edd. Bas. Lugd. II. III.* 317) accedamus: *Edd. coll. o. exc. Arg. Lugdd. II. III.* 318) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Turrecrem. ed. Fontan.* 319) infirmitates nostras: *Edd. coll. o.* 320) *ABCEGH* — *Ed. Bas.* 321) fortia: *EGH* 322) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.*; resurgamus: *Edd. coll. rel.* ‖ can. 18. 323) *Moral. lib. 19. c. 27. Ed. Maur.* 324) quidquid: *orig.* 325) qui: *A orig.* 326) coepit: *orig.* ‖ can. 19. 327) dignam: *AB* 328) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* — *Est Hieronym. ad cap. 3. Mich. vers. 5. sqq.* — *Ans.* XI, 156. 329) *ABEGH* 330) *Codd. et Edd. coll. o.* 331) praesenti vitae: *EH*; praesentis vitae: *G* 332) Et: *orig.* 333) *Psalm. 50. v. 9.* 334) *BEFGH* ‖ can. 20. 335) *cf. infra D. II. c. 40. de poenit.* 336) *Zach. c. 3.* 337) quamvis: *AB* 338) praecessit: *EGH* 339) *Codd. et Edd. coll. o.* 340) astat: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 341) ad: *ABF* ‖ can. 21. 342) *Codd. coll. o.* 343) *hab. ao. 506. ap. Bruns* II, 146. — *Ivo Decr.* VI, 366. *Coll. tr. P.* II, 28, 1. *Bened. Levita* III, 237. *in Mon. Germ. Ll.* II, 117. 344) cont. vero cler.: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 345) episcopo suo: *AB*; episcopo: *Edd. coll. o. pr. Bas. Arg.* 346) corripiantur: *BEGH Ed. Bas.* — *Turrecr. ed. Fontan.* 347) forte: *EGH* 348) contemserit, *et sic num. sing. deinceps: Ed. Bas.* 349) contrequentare: *AE* 350) aut: *EGH* ‖ can. 22. 351) *c. 15. Conc. Ancyr. ex interpr. Martini Brac., Cap.* 17, *ap. Bruns* II, 47. — *Reg.* I, 354.; *Burch.* III, 179.; *Ivo Decr.* III, 240.; *in his omnib.*: Ex C. Brac. — *Ivo Decr.* III, 173. (ex Martino); *Coll. tr. P.* II, 47, 17. 352) diac. aut subdiaconus: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 353) ecclesiae: *Reg. Burch. Ivo c. 240.* 354) *ABEGH* 355) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo c. 173. Coll. tr. P.* 356) est: *deest: Burch., ubi* dimittendum *legit.* 357) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Ivo c. 173.* 358) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo c. 173. Coll. tr. P.*; debeat: *deest: orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo c. 240.*; *in his omnibus hic est finis canonis.* 359) pro hoc ipso, quod de sacr. alt. intaminaverint, id cum episcopi: *orig. Hisp.*; quod etiam: *EGH* ‖ can. 23. 360) *Haec Palea deest: ABEFGH*; [illegible] *Rolando* (*Stroma ed. Thaner p.* XXII.); *paleam esse notavit: Summa Paris.* (*Schulte p.* 14.) [illegible] (*Schulte* 14 *sq.*) 361) de eodem: *adiic. CD*; *Richt. cit. Ep.* 185. *scr. ao.* 417. *Ed. Maur.*; *at canon Augustini non est*, [illegible] ‖ can. 24. 362) *Haec Palea deest: ABEFGH, Rolando ignota fuit* (*Thaner l. l.*) *Pal. esse traditur in Summa Paris.* (*Schulte p.* 14.) — *cf. Ep. Pseudo-Calixti* II. *c.* 20. *ap. Hinschius p.* 142. *et spurium fragm. de lapsis apud Gregor. ad Secundin.* (*supra c.* 16.), *unde haec sunt excerpta.*; Item Augustin.: *CD Edd. coll. o.*; de eodem: *D* 363) val. restitui: *C*

locum post dignam[364] peractam penitenciam in honorem suum, Propheta attestante[365], qui ait: „Numquid qui cadit[366] non adiciet, ut resurgat?" Et B. Gregorius hoc dicit ad Secundinum inclusum, amicum suum: Etiam ab ipso Propheta in hoc argumentum habemus, qui, cum post peractum adulterium et homicidium perpetrauit[367], tamen postea peracta digna penitencia per Dei gratiam ad pristinum offitium restituitur.]

III. Pars. Gratian. *Quomodo igitur*[368] *huiusmodi auctoritatum dissonantia ad concordiam reuocari ualeat, breuiter inspiciamus. Sunt quidam, quos non odium criminis, sed timor uilitatis, amissio*[369 a] *proprii gradus et ambitio celsioris ad penitenciam cogit. Hos sacri canones irrecuperabiliter*[370] *deiciunt, quia qui simulatione penitenciae uel affectione*[371 b] *honoris adeo*[372 c] *non consequitur ueniam, nec ab ecclesia meretur reparationem.*

Unde Augustinus scribit ad Bonifacium, [epist. L.][373]

C. XXV. *Quare constitutum est in ecclesia, ne post penitenciam aliquis*[374 a] *ad clericatum redeat.*

Ut constitueretur[375] in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis penitenciam clericatum accipiat, uel ad clericatum redeat, uel in clericatu maneat[376], non desperatione indulgentiae, sed rigore factum est disciplinae. Alioquin contra claues datas ecclesiae disputabitur, de quibus dictum est: „Quecumque solueritis in terra[377], soluta erunt et in celo." Sed ne forte etiam de ceteris[378] criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret penitenciam, seuerissime placuit, ut post actam de crimine dampnabili penitenciam nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et uerior[379] esset humilitatis[380]. Nam et S. Dauid de criminibus mortiferis egit penitenciam, et tamen in honore suo perstitit[381], et B. Petrum, quando amarissimas lacrimas fudit, utique Dominum[382] negasse penituit, et tamen apostolus mansit[383]. Sed non ideo putanda est[384] superuacua posteriorum[385] diligentia, qui[386], ubi saluti nichil detrahebatur[387], humilitati aliquid addiderunt, quo salus tucius[388 c] muniretur, experti[389], credo, aliquorum fictas penitencias per affectatas honorum[390] potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum[391]. Verum[392] in huiusmodi causis, ubi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis periculum[393 d], sed populorum[394] strages iacent[395], detrahendum est aliquid seueritati, ut maioribus malis sanandis karitas sincera[396] subueniat.

C. XXVI. *Reparationis beneficium non nisi post penitenciam debet*[397 a] *concedi.*

Item ex epistola Cleri Romani, missa Papae Cipriano[398]*.

Absit[399] a Romana ecclesia uigorem suum tam profana facilitate dimittere, et neruos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere, ut, cum adhuc non tantum iaceant, sed etiam[400 b] cadant euersorum fratrum ruinae, properata nimis remedia communicationum utique non profutura prestentur[401 c]. Ubi enim poterit penitenciae[402 d] medicina procedere[403 e], si etiam ipse medicus intercepta penitencia indulget periculis[404 f]? Hoc non est curare, sed (si dicere uerum uolumus) occidere.

C. XXVII. *Inpenitentibus uenia concedi non potest.*

Item Ciprianus de lapsis[405].

Si quis prepostera[406 a] festinatione temerarius remissionem peccatorum cunctis putat dare se posse, aut audet Domini precepta rescindere, non tantum nichil prodest, sed obest lapsis. Prouocasse est[407] iram, non seruasse sentenciam, nec misericordiam piissimi Domini deprecari[408 b], sed contempto Domino de sua facilitate presumere. *Et infra:* §. 1. Mandant[409] martires aliqua fieri, si iusta, si licita, si non contra ipsum Dominum ac[410 c] Dei sacerdotem[411 d] sunt[412 e] facienda[413]; si[414 f] obtemperantis facilis et prona confessio[415 g], si penitentis[416 h] fuerit religiosa moderatio. Mandant martires aliqua[417 i] fieri; sed si scripta non sunt in Domini lege, que mandant, ante est[418], ut sciamus illos de Deo inpetrasse que[419 k] postulant, tunc[420 l] facere quod mandant. Neque enim statim uideri potest de[421] diuina maiestate concessum, quod fuerit[422] humana pollicitatione promissum. Nam et Moyses pro peccatis populi petiit, nec tamen peccantibus ueniam[423], cum petisset, accepit.

C. XXVIII. *Qui sunt reparandi post lapsum, uel qui non.*

Item Ysidorus ad Massanum[424] *Episcopum.*

Domino sancto meritisque beato fratri[425] Massano[426] episcopo Ysidorus Episcopus[427 a]. Quod[428] in epistolis uenerabilis fraternitas tua innotuit, uidelicet quod in canone Anquiritano*, cap. XIX.[429] legitur, post lapsum corporalem[430] restaurandum honoris gradum post penitenciam, alibi uero legitur[431], post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis[432] meritum: hec diuersitas[433] hoc

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 24. a) vil. et amiss. b) affectatione c) a Deo — c. 25. a) quis b) Quae c) totius d) hom. est peric. — c. 26. a) potest b) et c) *post* praest. *add.:* et nova per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, ut miseris ad eversionem maiorem eripiatur et poenitentia d) indulgentiae e) proficere f) *post* periculis *add.:* si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem — c. 27. a) praepropera b) nec miseric. prius Dei deprecandam putare c) a d) sacerdote e) sunt: *deest* f) sit g) consensio h) petentis i) mand. aliquid martyr. k) quod l) et tunc — c. 28. a) episc. salutem (Ysid. ep.: *deest*)

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVI. * Locupletatum est caput hoc ex originali.

C. XXVIII. * Ancyrano: Sic habet hoc caput in epistola, quae nuper una cum aliis Isidori operibus est impressa Parisiis, et ita inscribitur: *Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola ad Massanum episcopum. Domino sancto, meritisque beato, etc.* In epistola autem longiore, eodem argumento et iisdem paene verbis, (quae et ibidem, et antea Antverpiae, cum libris de summo bono impressa est) non fit hoc loco mentio concilii Ancyrani; sed tamen in editione Parisiensi titulus hic est: *Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola de restituendis in pristinam dignitatem clericis poenitentibus.* seu: *Explanatio canonum aliquot Ancyrani concilii.* Veruntamen in canone illo 19. versionis Dionysii (qui apud Graecos et in aliis versionibus XX. est) ubi legitur, *perfectionem consequi secundum pristinos gradus,* graece est: κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας, id est: *secundum gradus, qui eo deducunt.* Et Balsamon longe aliam sententiam elicit, quam Isidorus.

Dist. L. can. 24. 364) dign. et peract.: *Ed. Bas.* 365) *Hieron. c.* 8. 366) dormit: *Ed. Bas.* 367) perpetrat: *ib.* 368) ergo: *CEGH* 369) *ABCD* 370) irreparabiliter: *AB Ed. Bas. Corr.* 371) *ABCDF* 372) *Codd. coll. o.* || can. 25. 373) *Ep.* 185. *c.* 45. *scr. ao.* 417. *Ed. Maur.* — *Ans.* VIII, 3. *Ivo Decr.* VI, 386. *et in prologo. Polyc.* VI, 20, (19,) 16. *cf. Schulte Z. Gesch. d. Literat. üb. d. Decret Grat.* II. *Beitr.* (*Wien* 1870) *p.* 29. 374) *Codd. coll. o.* 375) Quod constituerunt: *GH* 376) permaneat: *Ivo* 377) quaecunque ... super terram: *DEGH;* quaecunque .. in terra: *ACF;* quodcunque: *B* 378) detectis: *Corr. orig.; sed in Edd. orig. etiam:* de ceteris 379) utilior: *EG* 380) humilitas: *Böhm. Ans.* 381) permansit: *C* 382) deum: *A Ans.* 383) permansit: *EGH* 384) opinanda: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 385) posterorum: *EGH;* posteriorum doctorum: *D* 386) quia ubi: *CDG;* quia sicut in depositione, ubi: *Ed. Bas.* 387) detrahitur: *EGH Polyc.;* detrahebant: *Ans.* 388) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F.* — *orig. Ivo Polyc.* 389) expertis: *EH Polyc.;* inveniretur: *Ed. Bas.;* expertus: *Ed. Bas. Ans.* 390) bonorum: *Polyc.* 391) *finis canon. ap. Ans. Polyc.* 392) *cf. infra C.* XXIII. *qu.* 4. *c.* 24. 393) *Codd. et Edd. coll. o.* 394) plurimorum: *CD Ed. Bas.;* plurim. populorum: *Edd. coll. rel.* 395) iacet: *EGH Edd. coll. o.* 396) sinc.: *deest: A;* sincere: *Ivo* || can. 26. 397) *Codd. coll. o.* — *Turrecrem. ed. Fontan.* 398) *Ep.* 30. *c.* 3. *scr. ao.* 250. *in Corp. SS. eccl.* III, 2, 55. — *Ans.* VIII, 20. (30.) 399) abs. enim: *orig. Ans.* 400) *ABCF;* in peccatis etiam: *EGH* 401) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* Quomodo enim: *EGH* 402) *Codd. coll. o.* — *Ans.* 403) *Codd. et Edd. coll. o.* (*pr. Lugdd.* II. III., *ubi legit.:* praecedere) — *Corr. orig. Ans.* 404) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Ans.* || can. 27. 405) *Ans.* VIII, 32. (33. *can.;* Credimus posse ap. iudic.) 406) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 407) est: *deest: BCD;* prov. enim ir. est: *EGH* 408) *Codd. et Edd. coll. o.;* nec mis. prius Dei deprecandam, sed: *Ans.* 409) mand. enim: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 410) *ABCDF Edd. coll. o. Turrecrem. ed. Fontan.* — *Ans.* et: *EGH* 411) *Codd. coll. o. pr. D;* sacerdotes: *D Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit.* 412) *BCD Edd. coll. o.;* sint: *AG;* sit: *E;* non sint: *H* 413) fac. sunt: *EGH Edd. coll. o.* 414) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 415) *Codd. coll. o. Ans.* 416) *Codd. coll. o.* 417) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 418) est: *deest: Ans.* 419) *Codd. coll. o. Ans.* 420) *Codd. coll. o. pr. AD Ans.* 421) de: *deest: D Edd. coll. o. pr. Arg.* 422) fuit: *Ed. Bas.;* fuerat: *D Edd. coll. o.* 423) ven. a Deo, cum: *Edd. coll. o.* || can. 28. 424) Qui sint (*ABC*) rep. post laps.: *A;* et qui non: *C; in B errore scribae hic invenitur rubrica capit. seq.;* Amasianum: *B;* Merarium: *D;* Massianum: *EFGH;* Masonem: *Corr.;* Massenum: *ib.* *Non desunt qui hanc ep. scr. Massonae sive Massanae Ep. Emerit.* — *in Ed. Areval. Ep.* IV. — *qui primus subscripsit C. Tolet.* III. *pro suppositicia habeant; contra eius fidei defensor exstitit operum Isidori postremus editor, Arevalus. Codd. mss. plerique eam ao.* 606. *assignant* — *Raban. Poenit.* I, 1.; *Burch.* XIX, 43. (Ex reg. Gregor. Secundino incluso — *can.:* Nam tua sanctit.): *ib.* XIX, 73. (Ep. Isidori ad Masonem — *can.:* nulla est in huiusmodi); *Ans.* VIII, 37.; *Ivo Decr.* VI, 397.; XV, 57. (*can.:* omni homini); XV, 86. (*can.:* nulla est); *Ivo Pan.* III, 149. — *cf. etiam Algeri praef. in libr. de misericordia et iust.* 425) fratri: *deest: orig.* 426) Massario: *C;* Maximiano: *F;* Massiano: *EGH;* Massonae: *orig.;* Massonis: *Burch.* 427) *Codd. coll. o.; Edd. coll. o. add. voce:* salutem, *quae tamen et in orig. deest* — *Ivo Pan.* 428) verum quod sequenter: *Burch.* 43. *Ivo Decr.* XV, 57. 429) XVIII: *EGH* 430) in lapsu corporali: *orig. Burch. Ivo Decr.* 431) vere legit.: *deest: orig. Burch. Ivo Decr.;* vero: *deest: A* 432) ad ant. ord. mer.: *EGH;* prioris ord.: *Burch. c.* 73. *Ivo Decr.* XV, 86.; antiqui honoris: *Ivo Decr.* VI. 433) h. enim divers.: *orig. Burch. Ivo Decr.* XV, 86.

modo soluitur[434]. Illos enim ad pristinos gradus[435*] redire canones precipiunt[436], quos penitenciae precessit satisfactio uel condigna[437] peccatorum confessio. At contra hi, qui neque a uicio corruptionis[438] emendantur, atque[439] hoc ipsum carnale delictum[440], quod admittunt, uendicare[441] quadam supersticiosa temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam recipiunt communionis[442]. Ergo ita est determinanda[443] sentencia, ut necesse sit illos restaurari in loco[444 b] honoris, qui per penitenciam reconciliationem merentur[445 c] diuinae pietatis. Hi non[446 d] inmerito consequuntur adeptae[447 e] dignitatis statum[448], qui[449] per emendationem penitenciae[450] recepisse noscuntur remedium uitae[451]. Id autem, ne forte magis sit ambiguum, diuinae auctoritatis sentencia confirmatur[452 f]. Ezechiel[453] quidem propheta sub tipo preuaricatricis[454] Ierusalem ostendit, post penitenciae satisfactionem pristinum restaurari[455 g] honorem: „Confundere," inquit, „o Iuda, et porta ignominiam tuam." Et post paululum[456]: „Et tu," inquit, „et filiae tuae reuertimini ad antiquitatem tuam"[457]. §. 1. Quod dixit, „confundere," ostendit, post[458] opus peccati debere quemquam[459 h] erubescere, et post confessionem[460] pro admissis sceleribus uerecundam frontem humo[461 i] prostratam demergere, pro eo quod dignum confusione perpetrauit[462 k] opus. Deinde precepit, ut post ignominiam[463] id est[464 l] deiectionem sui[465] nominis siue dignitatis reuertatur ad suam antiquitatem. Ergo dum quisque post opus confusionis[466 m] suae confunditur, atque ignominiam portans depositionem suam[467] cum humilitate luget[468], reuocari[469] secundum Prophetam ad priorem poterit[470] statum. Item Iohannes[471] euangelista Angelo Ephesi ecclesiae[472] inter cetera quedam similia scribit[473]: „Memor esto unde cecideris[474], et age penitenciam, et prima opera fac; alioquin ueniam tibi, et mouebo candelabrum tuum de loco suo"[475 n]. §. 2. Ecce** in quantum ualui concilii Anquiritani antiquam plane[476] et plenam auctoritate sentenciam[477 o] sacris testimoniis explanaui, ostendens, eum posse restaurari in proprio ordine[478 p], qui per penitenciae satisfactionem nouit[479 q] propria delicta deflere. Qui uero nec[480 r] luget que gessit, sed[481 s] lugenda sine ullo pudore religionis uel timore diuini iudicii committit, nullo modo eum posse ad pristinum gradum restaurari cognoscas[482]. §. 3. In fine[483]*** autem huius epistolae hoc adiciendum putaui, ut quotiescumque in gestis conciliorum discors sentencia inuenitur, illius concilii magis teneatur sentencia, cuius antiquior[484 t] et[485 u] potior extat[486] auctoritas.

Gratian. *Quicumque igitur*[487] *pro criminibus suis digne Deo penitenciam obtulerint, auctoritate Gregorii et Ieronimi et Augustini et Ysidori gradum pristinae dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed timore uilitatis*[488 u] *uel ambitione honoris*[489] *falsas Deo penitencias offerunt, in pristini honoris gradum*[490] *reparari minime poterunt*[491].

Sed obicitur illud Hormisdae Papae[492], *qui scribit omnibus Episcopis per uniuersas prouincias*[493]:

C. XXIX. *Diaconus aut presbiter in adulterio deprehensi*[494] *reparari non possunt.*

Si quis* diaconus aut presbiter post acceptam benedictionem Leuiticam cum uxore sua incontinens inuenitur[495], ab offitio suo abiciatur[496 a]. §. 1. Ecce[497] manifeste[498] constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum sancto Spiritu** suggerente[499] conscriptos, et secundum sentencias CCCXVIII. episcoporum, (quas etiam Gallicani canones continere uidentur), clerici in adulterio deprehensi, aut[500] ipsi confessi, aut ab aliis conuicti, ad honorem redire non possunt. Quia[501 b] forte non desunt[502], quibus pro[503] nimia pietate suprascripta sanctorum Patrum[504] seueritas minime placeat, sciant, se CCCXVIII. episcoporum, qui[505] et reliquos[506 c] canones statuerunt, sentencias reprehendere uel dampnare. Sed forte maior est in illis pietas, quam in supradictis[507 d] CCCXVIII. episcopis? maior est[508] in illis misericordia, quam in S. Iohanne Papa[509 e]? maior karitas, quam in reliquis sanctis[510] sacerdotibus, qui hoc[511] exemplo remedia ecclesiarum suis diffinicionibus deliberauerunt? Et ideo aut prona[512 f] uoluntate preceptis illorum consentiant, aut omnibus[513 g] illis[514] contrarios se et inimicos esse cognoscant. Que est ista iusticiae[515] inimica bonitas[516 h], palpare criminosos, et uulnera eorum usque ad[517 i] diem iudicii incurata seruare? §. 2. Quod si eos[518] durissimam penitenciam[519] per plures annos uideremus agere, tunc nos et[520] saluti eorum possemus[521] consulere, et statuta canonum deberemus[522] temperare[523]. Cum uero in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instancia orandi appareat[524 k], nec beatum Dauid imitentur, qui dicit[525]: „Lauabo[526] per sin-

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 28. b) locum c) reconc. recepisse mer. d) Hi enim non e) ademtae f) confirmetur g) prist. posse restaur. hon. h) quemque i) humi k) perpetraverit l) et deiect. m) confessionis n) eius o) plen. auctoritatem sacris p) gradu q) noverit r) vero negligit nec s) et t) cuius aut antiq. u) aut v) utilitatis — c. 29. a) deiiciatur b) Sed quia c) qui fuerunt congregati in concilio Nicaeno et reliq. d) suprascriptis e) Ioan. apostolico papa f) promta g) aut si non fecerint omnib. h) benignitas i) in k) or. vel plangendi appar.

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Ecce: Hic in epistola longiore multa interiiciuntur.

*** In fine: Haec nunc leguntur in longiore epistola, non autem in alia, quam ceteroqui Gratianus videtur secutus.

C. XXIX. * Si quis: Hinc usque ad versic.: *Ecce*, sunt ex cap. 23. concilii Arausici, quod videtur citatum fuisse ab Hormisda, sive alio quis quis fuerit huius capitis auctor. Anselmus quidem et ipse Hormisdam citat.

** Sancto Spiritu: Apud Anselmum [et in orig.] legitur: *a S. Ioanne Papa transmissos, et CCCXVIII. episcoporum sententias*, quod videtur convenire cum his, quae paulo inferius habentur: *Maior est in illis misericordia, quam in S. Ioanne apostolico Papa?*

Dist. L. can. 28. 434) dissolvitur: *D;* loquitur: *Ed. Bas.;* distinguitur: *orig. Burch. Ans. Ivo Decr.* 435) pristinum statum: *Ed. Bas.;* prist. officii gradus: *orig. Burch. Ivo Decr.* 436) grad. canones recipiunt: *AB;* red. canon praecipit: *orig. Burch. Ivo Decr.* IV, 57, 86. *Ivo Pan.;* praecepit: *Ivo Decr.* VI. 437) digna: *orig. Burch. Ivo Decr.* XV.; et digna: *ib.* VI. 438) correpti: *orig.;* corporis: *Corr. Burch. c.* 73. *Ivo Decr.* XV, 86. 439) ad: *Burch. c.* 72. 440) delict.: *deest: Burch. c.* 72. 441) etiam vendic.: *orig. Burch. Ivo Decr. Ivo Pan.* 442) recipiant: *Burch. c. 72., ubi canon finit. — Ivo Decr.* XV, 86. (*finis canon.*); accipiant: *Ivo Decr.* VI. 443) utraque dirimenda: *orig. Burch. Ivo Decr.* 444) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Ivo Pan.;* honoris sui: *A* 445) *ABCDF — Ed. Bas. orig. Burch. Ivo Decr.;* meruerunt: *orig. Burch. Ivo Decr.* 446) *Codd. coll. o. pr. A. — Ivo Decr.* XV, 57. *Ivo Pan.;* hi neque: *orig. Burch. Ivo Decr.* VI. 447) *ABCEFG — Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. *Corr. — Codd. origin. Burch. Ivo Decr. Ivo Pan.* 448) gradum: *Ivo Pan.* 449) qui: *deest C, ubi sequit.:* recep. ee nosc. 450) per poenitentiam: *Ivo Decr.* VI. 451) *finis canonis ap. Ivo Decr.* VI. 452) *AC Codd. orig.* 453) Ez. enim: *orig. Burch. Ivo Decr.; Ezech. c. 16. v.* 52. 454) praevaricationis: *Burch.* 455) *ABCDF Ed. Bas. orig.;* restaurare: *Burch.* 456) paullopost: *E;* post paullum: *FGH* 457) vestram: *EGH* 458) post confusionem id est: *Corr. orig. Burch. Ivo Decr. Ivo Pan.* 459) *Codd. coll. o. pr. B.* (quemcunque: *B*); *Turrecrem. ed. Font. Bas.* 460) post. conf.: *deest: orig. Burch. Ivo Decr.* 461) *Codd. et Edd. coll. o.* 462) *Codd. coll. o. pr. ADF; Ivo Pan.;* perpetraverat: *Burch. Ivo Decr.* 463) post ignom.: *deest: Ivo Decr.* 464) *DF Ed. Bas.;* id est dehonorationem nom.: *orig.;* ignom. deiectionemque: *EGH* 465) sui: *deest: orig.* 466) opera confusionis: *orig.* 467) depositionis suae: *orig. Ivo Decr.* 468) portaverit: *orig.;* lugens s. hum. quod peccaverat: *Burch. Ivo* 469) sicque revoc.: *Burch. Ivo Decr.* 470) *finis canonis ap. Burch.* XIX, 43. 471) *Apocal. c. 2. v. 4.;* simile quiddam: *orig.* 472) eccles.: *deest: AB* 473) *in C hic est notatum [illegible] rubrica: de eodem* 474) excideris: *AB Ivo Pan.* 475) *AB orig.;* eius nisi poenitentiam egeris: *Ed. Bas.* 476) plane: *deest: orig.* 477) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ivo Pan.* 478) *Codd. coll. o. pr. D. — Ed. Bas. Ivo Pan.;* honore: *orig.* 479) *ABC orig.* 480) *ABC orig.* 481) *C orig.;* nec: *Ivo Pan.* 482) cogn.: *[illegible]* 483) finem: *orig.; cf. infra C.* XXIII. *qu. 2. c.* 11. 484) *Codd. coll. o. — orig. Ivo Pan.* 485) *CDEFGH;* potiorve: *A;* potiorque: *B* 486) exsistat: *[illegible] Ivo Pan.* 487) itaque: *DEFGH* 488) *ABCDF Turrecrem. ed. cit.* 489) dignitatis vel hon.: *EGH* 490) gradu: *EFGH* 491) possunt vel poterunt: *[illegible] can. 29.* 492) *Prior canonis pars ad concil. Araus.* I. (*hab. ao.* 441.) *c. 23. pertinet. — ap. Bruns* II, 125. — *De alterius vero eiusque longioris auctore [illegible] ab Hormisda tamen sine ullo dubio est abiudicanda — cf. Thiel l. c. pag.* 1005. *Jaffé lat. spur. no.* CCIX. — *Sirmondus, Gall. concil. [illegible] canonis auctorem esse suspicatus est, quod Ballerinis etiam placuit. — invenitur etiam Ep. addita Poenitentiali eundem quod [illegible] Thesaur. Mon. Eccl. ed. Basnage* (*Antverp.* 1725) II, 2, 142., *cuius textus cum collectionum maxime convenit. — Ivo Pan.* III, 98. 493) universam provinciam: *[illegible]* 494) diaconi aut presbyteri: *AB;* reprehensi: *C* 495) inveniatur: *DEGH Edd. coll. o. exc. Bas. — Turrecrem. ed. Fontan.* 496) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit.;* ab off. abiic.: *orig.;* ab off. removeatur: *Ivo, ubi hic est finis canonis.* 497) *Ans.* XI, 87. (86. *canon contin.*) 498) manifestissime: *orig. ap. Can.* 499) s. spir. sugg.: *deest: AB* 500) et aut: *orig. ap. Can.* 501) *Codd. coll. o.;* Et quia: *orig. ap. Can. Ans.* 502) deerunt *[illegible]* revicti: *[illegible] consentit cum Grat.* 503) vel pro: *orig. ap. Can.* 504) suprascriptorum Patr.: *AB* 505) episc. praecepta et S. Papae (i. e. Ioannis II.) auctoritatem, et aliorum Pontificum qui ordinantibus 318. Epp. reliquos etc. — *orig., sed deest ap. Canis.* 506) *Codd. coll. o. — orig. ap. Can. Ans.* 507) *[illegible] orig. ap. Can. Ans.* 508) est: *deest: orig. ap. Can.* 509) *Codd. coll. o.* 510) sanct.: *deest: orig. ap. Can.* 511) per exempla vel remedia: *orig. ap. Can.*, pro exemplo vel remedio: *Corr. orig. Ans.* 512) *CDEFG Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. (bona: *Lugd.* II.); *Corr.;* pro prona: *AB,* plena: *orig.*, per promptam voluntatem: *orig. ed. Can.;* ideo prompta: *Ans.* 513) *Codd. coll. o.;* in omnibus: *Ans.* 514) ill.: *deest: orig. ap. Can. Ans.* 515) iust.: *deest: orig. ed. Can.* 516) *Codd. et Edd. coll. o.* 517) *CEFGH orig. ap. Can.* 518) etiam eos: *orig. ap. Can. Ans.* 519) durissima poenitentia… agere viderint: *orig. ed. Can.* 520) sic idipsum et: *orig. ed. Can. Ans.* 521) poss.: *deest: orig. ed. Can. Ans.* 522) debemus: *orig. ed. Can.* 523) servare: *orig. ed. Can. Ans.* 524) *Codd. coll. o.* 525) dixit: *orig. ed. Can. Ans.* 526) *Psalm.* 6. *v.* 7.

gulas noctes lectum meum; lacrimis meis[527] stratum meum rigabo;" et illud: „Cinerem[528] tamquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam;"[529] nec eos ieiuniis uel[530] lectionibus[531] uacare uideamus[532], possumus[533] agnoscere, si ad pristinos gradus uel[534 l] honores redirent, cum quanta negligentia et[535] cum quanto torpore[536] et inimica suae animae securitate permanerent[537], credentes, quod sic eis non acta[538] digna[539] penitencia dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse uidentur[540]. Vere dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa et falsa misericordia indulgere uidemur[541], cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis dampnandi aduenerint[542], contra nos[543] causam dicturi sunt, dicentes[544], quod dum aut asperitatem[545] linguae eorum expauimus[546], aut falsa blandimenta et periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem[547] peccatis permanere eis[548] inutiliter indulgemus[549], aut ipsa peccata augere permittimus[550], non recordantes[551 m] illud, quod in ueteri testamento scriptum est[552]: quia[553] uno peccante contra omnes ira Dei deseuit[554 n].

C. XXX. *Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire.*

Item Ieronimus[555]*.

Quicumque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare. Reuerti enim in pristinum[556] gradum difficile[557 a] est.

C. XXXI. *Lapsus post penitenciam altario tantummodo*[558 a] *ministret.*

Item Basilius[559]*.

Qui sub gradu ceciderit[560] post penitenciam, contentus fiat baptizare, communionem infirmis dare, et altario ministrare[561] tantummodo.

C. XXXII. *De sacerdotibus, diaconibus et laicis, qui idolis thurificant.*

Item ex Concilio Ancirano, [c. 1. et seqq.][562]

Presbiteros, qui immolauerunt, et postea certamen iterum inierunt, si[563] ex fide* luctati sunt, et non ex compacto ad ostentacionem ut offerrentur[564 a] ipsi fecerunt, hos placuit honorem quidem sedis propriae retinere, offerre autem illis et sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus offitiis fungi non liceat. §. 1. Diacones similiter, qui immolauerunt, postea uero iterum reluctati[565] sunt, alias quidem honorem habere oportet; cessare autem debent[566] ab omni sacro ministerio, ita ut nec panem, nec calicem offerant, nec pronuncient[567 b]**, nisi forte aliqui episcoporum conscii laboris[568 c] eorum et humilitatis et mansuetudinis, uoluerint[569 d] eis aliquid amplius tribuere uel adhibere[570 e]. Penes ipsos ergo de his erit potestas. §. 2. Qui[571] autem[572] fugientes comprehensi sunt, uel a domesticis traditi, uel ademptis facultatibus sustinuere tormenta, aut in custodia[573 f] trusi proclamauerunt se Christianos esse, et eousque astricti[574] sunt, ut manus eorum comprehendentes uiolenter adtraherent et funestis sacrificiis admouerent, ut[575 g] aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur[576 h], in[577 i] omni deiectione et habitu et humilitate uitae confitentes[578 k], hos[579] uelud extra delictum constitutos a communionis gratia non prohiberi[580] decernimus[581]. §. 3. Si uero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam, uel propter quorundam ignorantiam, statim[582], recipiantur. §. 4. Hoc autem similiter et de clericis et de laicis ceteris obseruare[583 l] conuenit[584]. §. 5. Perquisitum est autem et illud, si possunt etiam laici[585], qui in has necessitatis angustias inciderunt[586], ad clericatus ordinem promoueri. Placuit ergo et hos tamquam qui nichil peccauerint[587 m], si precedens[588 n] eorum uita probauerit[589 o], ad hoc offitium prouehi. §. 6. De[590] his autem[591], qui negauerunt[592] preter necessitatem, aut preter ablationem[593] facultatum, aut preter periculum, uel aliquid huiuscemodi[594] (quod factum est sub tirannide Licinii), placuit sinodo[595 p], quamuis humanitate probentur[596] indigni, tamen eis beneuolentiam commodari.

Gratian. *Sed illud Hormisdae Papae desidiosos et negligentes, non uere penitentes reparari prohibet.* §. 1. *Illud autem Ieronimi fatetur hoc esse difficile, non inpossibile.* §. 2. *Basilius autem circa delinquentes rigorem iusticiae seruandum ostendit, quem circa penitentes alii relaxandum misericorditer affirmant.* §. 3. *Possunt et aliter distingui premissae auctoritates. Quorum crimina*[597 q] *manifesta sunt ante uel post ordinationem, a sacris ordinibus deiciendi sunt*[598]*; quorum autem peccata occulta sunt et secreta satisfactione secundum sacerdotis edictum purgata*[599]*, in propriis ordinibus remanere possunt.*

Unde Nicolaus Papa Carolo Archiepiscopo, et eius suffraganeis[600].

C. XXXIII. *Non potest restitui in sacerdotem*[601], *cuius fuerit manifestum crimen.*

Sacerdotes, si in fornicationis laqueum ceciderint[602], et

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 29. l) gradus vel: *deest* m) recolentes n) desaeviit — c. 30. a) grad. post lapsum diff. — c. 31. a) tantum — c. 32. a) caperentur b) nec evangelium pronunc. c) conscii sint labor. d) mansuet. et voluer. e) adimere f) custodiam g) aut h) *post* coger. *add.:* confitentes iugiter se Christianos esse, et luctum rei, quae contigit, incessabiliter ostendentes i) in: *deest* k) confit.: *deest* l) observari m) peccaverunt n) si et praeced. o) vita probabilis sit p) plac. sanctae synod. q) Quor. enim crimina

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXX. * Simile quiddam priori parti huius capitis habetur in can. 27. *Basilii* ad Amphilochium, et in can. 26. synodi in Trullo.

C. XXXI. * Basilius: Ivo citat ex dictis Augustini. Habetur nonnihil ad hanc rem faciens in epist. Basilii ad Amphilochium, c. 27. Sed propius etiam ad hanc sententiam accedit c. 14. conc. Aurelianensis I., et c. 9. conc. Neocaesariensis (qui habetur infr. 15. quaest. 8. c. *qui admisit.*) praecipue si hic legatur, quemadmodum in plerisque Gratiani codicibus: *communionem infirmis dare, non autem sacrificare et altario ministrare.* Similem quandam sententiam refert ex novella Leonis Balsamon ad c. 21. synodi in Trullo.

C. XXXII. * Si ex fide: Hic verba concilii sunt in compendium redacta; omnino autem versio Dionysii, quam attulerunt Burchardus et Ivo, propius accedit ad verba graeca. Sunt tamen nonnulla in hoc capite emendata et locupletata ex versionibus, quas Gratianus videtur secutus.

** Nec evangelium pronuncient: In versione antiquiore est: *nec pronuncient;* in alia, quam Burchardus attulit: *vel praedicando,* graece *κηρύττειν*, quod proprie significat evangelium et fidei doctrinam praedicare.

Dist. L. can. 29. 527) meis: *deest: orig. orig. ed. Can.* 528) *Psalm.* 101. *v.* 10. 529) miscebo: *orig. ed. Can.* 530) nec: *AB Ed. Bas.;* nec eos et ieiun. et lect.: *EGH* 531) lectioni: *orig. orig. ed. Can.* 532) videmus: *AB orig. ed. Can.* 533) possimus: *orig. ed. Can.* 534) *Codd. coll. o.;* prist. grad. et hon.: *Edd. coll. o.;* ad honorem pristinum: *orig. ed. Can. Ans.* 535) quanta negl. (cum: *deest:*) *Ans.;* negl., cum quanto: *AB* 536) tempore: *B* (*male pro* tepore *ut legit. in orig.*): corpore: *E Ed. Arg.* 537) permanent: *AB;* quanto tempore inimici animae securitate permaneant: *Ans.* 538) peracta: *EGH* 539) digne: *orig. Ans.* 540) viderentur: *Ans.* 541) videntur: *AB;* videremur: *Ans.* 542) venerint: *AB* 543) nos ipsos: *Ans.* 544) dic.: *deest: AB* 545) aut duram asperit.: *EGH;* dum asperit.: *Ans.* 546) expavemus: *Ans.* 547) eid.: *deest: ib.* 548) nos eos dum illis: *orig. ed. Can. Ans.* 549) indulgebamus: *EGH;* inutilitatem indulgemus in peccatis permanere aut ipsa peccata et augere permiserimus: *orig. ed. Can.* 550) permisimus: *CEGH;* aut ipsa facta etiam indulgere permiserimus: *Ans.* 551) *Codd. et Edd. coll. o. orig. orig. ap. Can. Ans.* 552) *Num. c.* 16. *v.* 22. 553) quia: *deest: Ans.* 554) *Codd. coll. o. pr. EG Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *orig.* || can. 30. 555) *Caput incerti auctoris = cf. Berard.* III, 172. — *Burch.* XIX, 78. (Ex dict. Hieron.); *Ivo Decr.* XV, 91. (ex dic. Hier.); *Polyc.* IV, 39, (41,) 12. (*sine inscr.*) — ex dictis Hier.: *Corr.* 556) eum: *Ivo Polyc.* 557) *ABCDF Edd. Arg. Bas. Nor. Corr. Burch. Ivo Polyc.; sed apud hos legitur:* in quo ante fuerunt. || can. 31. 558) *Codd. coll. o. pr. D.* 559) *cf. Berard.* III, 42. — *Burch.* XIX, 80. (ex dict. Augustini); *Ivo Decr.* XV, 93. 560) suo gradu: *Turrecrem. ed. cit.;* a suo gradu: *Corr.;* cecidit: *Ivo* 561) *add.:* non autem sacrificare: *EGH* || can. 32. 562) *hab. ao.* 314. — *Prior capitis pars* (*usque ad* §. 2.) *Hispanicae, altera Dionysii versionis est.* — §. 6. *est c.* 11. *C. Nicaen.* (*hab. ao.* 325.) *eodem Dionysio interprete.* — *Burch.* V, 40. 41.; (*vers. Dionys.* — *usque ad* §. 2.); *Ivo Decr.* II, 49. 50. (*versio Dionys.*); *Polyc.* VI, 12, 2. (VI, 11, 13. 14. *usque ad* §. 2.) 563) si ergo: *Hisp. Polyc., ubi quaedam antecedunt quae Grat. omisit* 564) *ABCDF Hisp. Polyc.;* offerrent: *EGH Edd. coll. o.* 565) luctati: *Hisp.; sed in Codd. quibusd.:* reluctati 566) vero debere: *Hisp.* 567) *Codd. coll. o. Polyc.;* nec evang. pronunc.: *deest: Hisp.; sed in quibusdam codd. legit.:* nec pronunc. 568) *Codd. et Edd. coll. o.;* consc. fuerint: *Hisp.;* sunt: *Polyc.* 569) *Codd. et Edd. coll. o.* 570) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Polyc.;* adimere: *Dionys.;* minuere: *vers. prisca.* 571) *Ans.* VIII, 31. 572) autem: *deest: Dion.* 573) *BDEFGH;* retrusi: *EGH* 574) stricti: *EGH* 575) *Codd. coll. o.* 576) *Codd. et Edd. coll. o.* 577) *Codd. coll. o.* 578) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* vitae fidem confit.: *Edd. coll. rel.* 579) hos vero: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 580) vetari (*missa voce:* decern.): *Dion. Ans.* 581) decrevimus: *AB* 582) in statum: *EGH* 583) *Codd. et Edd. coll. o. Dionys.* 584) conveniat: *Edd. coll. o.;* conveniet: *Dionys.* 585) illi laici: *AB Ed. Bas.;* et laici: *GH* 586) inciderint: *AB* 587) *ABCD* 588) *BCDEFGH* 589) *EGH Edd. coll. o. pr. B.;* probavit: *AB;* probabit: *CDF;* probabitur: *Ed. Bas.* 590) *Ans.* XI, 134. 591) aut.: *deest: Dionys.* 592) praevaricati sunt: *Dionys.* 593) oblationem: *DEG* 594) aut aliq. huiusmodi: *DEGH;* vel al. huiusmod.: *F* 595) *ABCDF Dionys.;* huic sanctae synod.: *EGH* 596) probantur: *FGH* 597) *Codd. coll. o. Raban. poen. c.* 1. 598) deiiciuntur: *C* 599) purgati: *C* || can. 33. 600) Carolo Episcopo: *EGH;* suffrag. scribit: *AB* — *Est can.* 11. *Conc. Wormatiens. hab. ao.* 868. — *Ivo Pan.* III, 186.; *Richt. citat adhuc: Ivo Decr.* X, 180. — *at hic canon ex Nicolai quidem est Epistola Carolo AEp. directa sed ad nostram minime pertinet.* 601) sacerdotium: *DEGH* 602) inciderint: *AF;* cecid. aut crim.: *Corr.*

criminis manifestus siue ostensus fuerit actus, sacerdocii[603 a] non possunt habere honorem secundum canonicae institucionis auctoritatem.

Item Rabanus Archiepiscopus scribit ad Heribaldum[604]:

C. XXXIV. *Qui sint reparandi post*[605 a] *lapsum, uel qui*[606 b] *non.*

De his uero[607] uisum nobis[608] est scribendum esse[609 c], qui sacros ordines habent et ante[610 d] uel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur[611 e]. In quibus, ut mihi uidetur, hec distancia esse debet, ut hi, qui deprehensi uel capti fuerint publice[612] in periurio, furto atque fornicatione et ceteris huiusmodi criminibus, secundum sacrorum canonum instituta a proprio gradu decidant[613], quia scandalum est populo Dei tales personas superpositas[614 f] habere, quas ultra modum uitiosas esse constat. Nempe inde detrahunt[615 g] homines sacrificio[616 h] Dei (sicut quondam, filiis Hely peccantibus[617], fecisse leguntur[618], et rebelles hinc atque contrarii existentes eorum prauis exemplis cotidie peiores fiunt. Qui autem de predictis peccatis[619] absconse[620 i] a se admissis per occultam confessionem coram angelis[621 k] Dei, presente etiam sacerdote, qui eis indicturus est penitenciam, confitentur[622], et semetipsos grauiter deliquisse queruntur[623], si se[624] per ieiunia* et elemosinas uigiliasque et sacras orationes purgare certauerint, his etiam gradu seruato spes ueniae de misericordia Dei promittenda est.

IV. Pars. Gratian. *De lapsis etiam in heresim hoc obseruandum est, ut ante sentenciam concilii nullus eis communicet.*

Unde Ciprianus Papa Antoniano inter cetera[625 a] [lib. IV. epist. 2.]

C. XXXV. *A communione abstineat, qui lapsis ante restitutionem communicat*[626 b].

De eo tamen[627 c], quod statuendum esset[628] circa causam lapsorum, distuli, ut cum quies et tranquillitas data esset, et episcopos[629 d] in unum conuenire indulgentia diuina[630] permitteret, tunc communicato et librato[631] de omnium collatione consilio[632] statuerem[633 e] quid fieri oporteret. Si quis uero ante consilium[634] nostrum et ante sentenciam de omnium consilio[635] statutam temere lapsis communicare uoluisset, ipse a communione[636 f] abstineret[637 g].

V. Pars. Gratian. *Quod uero supra de homicidiis*[638 h] *statutum legitur, intelligendum est, quando facultas datur effugiendi, nec necessitate clauduntur obsidionis. Ceterum, cum necessitate angustati effugere non possunt, si tunc homicidium admiserint*[639], *purgati per penitenciam et offitio, et communioni reddentur.*[640].

Unde in Ilerdensi Concilio, [cap. 1.] *legitur*[641]:

C. XXXVI. *Clerici in obsidionibus positi, necessitate si sanguinem fuderunt, post*[642 a] *duorum annorum penitenciam offitio et communioni restituantur.*

De his clericis, qui in obsessionibus[643 b] positi necessitate fuerint, id statutum est, ut qui altario ministrant[644] et Christi corpus et[645] sanguinem tradunt, uel uasa sacro offitio deputata contrectant, ut[646 c] ab omni humano sanguine, etiam[647] hostili, se[648] abstineant. Quod si in hoc inciderint[649], tam offitio quam communione[650] corporis Domini duobus annis priuentur, ita ut duobus[651 d] annis uigiliis, ieiuniis, orationibus et elemosinis pro uiribus, quas Dominus donauerit, expientur; et ita demum offitio uel[652] communioni reddantur, ea tamen ratione, ne ulterius ad offitia potiora promoueantur[653 e]. Quod si in[654] diffinito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint, protelandi[655 f] ipsius penitenciae tempus in potestate maneat sacerdotis.

Gratian. *Casu quoque si clericus*[656] *homicidium fecerit, in proprio gradu ex dispensatione remanere permittitur.*

Unde Urbanus II. scribit Guarnerio Merseburgensi Episcopo[657 a]:

C. XXXVII. *Qui casu homicidium facit, ex dispensatione in suo ordine permaneat.*

Clerico iaciente lapidem puer interemptus dicitur. Nos[658] pro amore tuo in suo[659] ordine eum permanere permittimus, ut tamen semper in penitencia et timore permaneat.

C. XXXVIII. *De eodem.*

Item Stephanus V. Sichiberto Corsicae Episcopo[660].

Quia te quasi obnoxium iudicas, eo quod a Sarracenis captus[661] homines[662] interfecisse uideris, bene facis. Sed quoniam non tua sponte id fecisse[663] cognosceris, inde[664] canonice nullo modo iudicaris.

Gratian.[665] *Si uero ira conmotus aliquem presbiter interfecerit, etsi animum occidendi non habuerit, perpetuo tamen*[666] *depositus erit.*

Unde Nicolaus Papa scribit Osbaldo Corepiscopo Quadrantino*[667].

C. XXXIX. *Perpetuo*[668] *careat offitio presbiter, qui ira conmotus, licet extra animum, aliquem interfecerit.*

Studeat sanctitas tua persuadere episcopo tuo, sibi canonicum sociare[669] numerum collegarum, id est sex[670] ex uicinis prouinciis fratres et coepiscopos suos[671], quibus tecum iunctis[672] et decernentibus diligenter inuestigare[673 a]

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 33. a) sacerdotis — c. 34. a) Qui valeant reparari post b) qui: *deest* c) esse: *deest* d) habentes ante e) confitentur f) supra se positas g) retrahuntur h) a sacrif. i) abscondite k) oculis — c. 35. a) ait inter cet. b) abstineant .. communicant c) autem d) episcopis e) statueremus f) communicatione g) abstineretur h) homicidis — c. 36. a) Post duor. ann. penit. off. et commun. restituantur clerici qui in obsidionis positi necessitate sanguinem fuderunt b) obsessionis c) ut: *deest* d) ut his duob. e) provehantur f) protelandae — c. 37. a) Guernerio Narbonensi — c. 39. a) investigate

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIV. * Si se per ieiunia: Sic etiam in manuscriptis, et apud Ivonem et Panormiam. In originali autem legitur: *si veraciter poenituerint, et se per ieiunia.* Itemque Burchardus, [legitur tamen pro: *se per: semper*] qui cap. hoc citat ex concilio Ilerdensi.

C. XXXIX. * Chorepiscopo: Antea legebatur: *Coepiscopo.* emendatum est ex omnibus, quae collata sunt, vetustis Gratiani exemplaribus, optimeque convenit verbis Nicolai.

Dist. L. can. 33. 603) *Codd. coll. o. orig. Ivo* || can. 34. 604) *Ep. ad Heribald. Ep. Autissiodorens. scr. ao. 853. c. 10. cf. Poenitent. c. 1.* — [illegible] XIX, 150. (ex C. Hilerdensi c. 10. *can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 400.; *Ivo Pan.* III, 152. (Raban. lib. poen. c. 1.) 605) *CEFGH* [illegible], sunt: *AB.* valeant reparari: *D* 606) *ABCEFGH*; vel: *deest: CF* 607) ergo: *orig. Burch.* 608) vobis: *orig.* 609) *Codd. coll. o. Ivo Pan.*; conscribi: [illegible] *Ed. Bas.* - *Burch. Ivo Decr. Ivo Pan.*; habentes et: *D Edd. coll. rel.*; habent vel: *orig.* 611) *Codd. coll. o. pr. D.* [illegible] 612) publico: *orig.* 613) deponantur: *orig. Burch. Ivo Decr. Pan.*; inst. prop. gr.: *AB* 614) *ABEFGH Corr. Ivo Decr. Pan.*; super se posit.: [illegible] *Burch.* 615) *ABCDF orig. Ivo Decr.*; detrahuntur: *Burch. Ivo Pan.* 616) *BCDF Ivo Decr. Pan.* 617) I. *Reg. c.* 2. 618) legunt: [illegible] 619) vitus: *orig.*; viris: *Burch.* 620) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (abscondite: *AB*); ab se absconse commissa: *orig.*; mala ab se absconse com.: [illegible] 621) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 622) conf. peccata: *Edd. coll. o.* 623) accusant: *orig. Burch.* 624) se: *deest: AB*; sive per: [illegible] can. 35. 625) *ABEFGH*; Antonino: *DE*; *Ep.* LV. *c.* 4. *in. Corp. SS. eccl.* III, 2, 626. *scr. ao.* 254. — *Ans.* VIII, 28. 626) *Codd. coll. o.* 627) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Ven.* I. II. *Nor. Corr. orig. Ans.*; tamen: *deest: Ed. Arg.* 628) est: *EGH* 629) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D.* (episcoporum: *D* [illegible] 630) div.: *deest: AB* 631) liberato: *C*; deliberato: *Ans.* 632) concilio: *EFH Edd. Bas. Ven.* I. *Par. Lugd.* I.; cons.: [illegible] (statuam: *F*); *Ans.* 634) concilium: *F Edd. Bas. Ven.* II. *Par. Lugd.* I. 635) concilio: *eaed. et Lugdd.* II. III. 636) *Codd. coll. o. pr. EH* (ipsa communione: *EH*) *Ans.* 637) *Codd. coll. o. Ans.*; abstineat: *Edd. coll. o.* 638) *Codd. coll. o.* 639) commiserint: *EGH* 640) redduntur: [illegible] can. 36. 641) [illegible] *ap. Bruns* II, 20. *Coll. tr. P.* II, 31, 1. (Conc. Heleronense) 642) *Codd. coll. o. pr. D.*; *sed in AB*: cler. obsidionib. necess. pos.: [illegible] 643) [illegible] *Coll. tr. P.*; obsidionibus: *CDF Edd. Arg. Bas. Ven.* I. II. *Nor.*; obsidionis: *EGH* — *Edd. coll. rel.* 644) serviunt vel min.: *EGH* 645) corp. et: [illegible] *Hisp. Coll. tr. P.*; et .. et: *AB* 646) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Coll. tr. P.* 647) et: *AB* 648) se: *deest* [illegible] 649) ceciderint: [illegible] *Bas.* 650) corp. dom.: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.*; duob. annis: *deest: AB* 651) *Codd. coll. o.* — *Coll. tr. P.*: in duob.: *Edd. coll. o. exc.* [illegible] 652) et: [illegible] 653) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. Font. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 654) infra praefinitum tempus: *orig. Hisp.*; indefinito: *Coll. tr. P.* 655) [illegible] *Hisp.*; praestolandi: *Coll. tr. P.* 656) Si autem casu cler.: *EGH* || can. 37. 657) *C*; Garner. Memburgensi: *AB*; Norbonensi: *D*; Neburgensi: *GH*; Roburgensi: *E*; Narbonensi: *F*; *Ep. Urbani* II. (*ao.* 1088 - 1093) *ad Wernerum Ep. Merseb.* (1063 - 1093) — *Jaffe no.* 4090. — *Ivo Pan.* III, 154. (Guarn. Ep. Narbon. *sed in aliquot Codd.* Merseburg.) 658) Nos vero: *AB* 659) amore Dei et tuo in eodem: *Ivo* || can. 38. 660) *Ep. Stephani* VI [illegible] XVIII, 24. 26. — *Jaffe no.* 2651. *Ivo Pan.* III, 155. (Steph. V. Sigeberto); Sintiperto: *C*; Sicimberto: *DF*; [illegible] *venitur* 661) capt. es: *Ivo* 662) hominem: *Ed. Bas.* 663) sponte interfecisse: *Ivo* 664) vim: *orig. ap. Mansi* 665) *in C hic est novus can. cum inscr.*: de eodem: *in E est continuatio antecedentis.* 666) tamen: *deest: EGH* || can. 39. 667) Osbardo: *AE*, Hosbaldo: *D* [illegible] no. 2165. *Ivo Decr.* X, 24.; *Coll. tr. P.* I, 62, 43. 668) perp.: *deest: CEGH* 669) consociare: *AB* [illegible] 670) sex: *deest:* [illegible] 671) tuos: [illegible] 672) coniunctis: *Edd. coll. o.* 673) *ABCDF Coll. tr. P.*

et omni annisu[674b] scrutari procurate, quatenus inuenire ualeatis, utrum percussione[675] iam nominati presbiteri[676], an ceruicis fractione idem diaconus, ut fertur, extinctus est. Et[677] siquidem a sepe fato[678] presbitero non ad mortem percussus est, sed ex equo cadens ceruice fracta interiit, secundum arbitrium uestrum[679] pro percussione incaute agenti[680] presbitero penitenciam competentem indicite, et aliquanto tempore a missarum solempniis suspendatur, denuo post hec ad sacerdotale rediturus offitium. Quod si ueraciter qualicumque percussione presbiteri[681c] ille mortuus fuerit[682d] diaconus, nulla hunc ratione ministrare more sacerdotis decernimus, quoniam, etsi uoluntatem occidendi non habuit, furor tamen et indignacio, ex quibus motio illa mortifera prodiit[683], in omnibus, et[684e] precipue in Dei ministris, multipliciter inhibetur[685f] atque dampnatur[686g]. Verum si presbiter adeo uestro studio obnoxius[687] forte claruerit, precipimus, ut tale beneficium sibi ecclesiae suae concedatur, quo et ipse et sui sufficiens[688h] possint habere suae sustentacionis solatium.

[PALEA.

C. XL. De eodem.

Item ex Concilio Maticensi*, c. 6.[689]

Qui uero[690] odii meditatione uel propter cupiditatem Iudeum uel paganum occiderit, quia[691] imaginem Dei et spem futurae conuersionis[692] exterminat[693], quadraginta dies in pane et aqua[694] peniteat.]

[PALEA.[695]

C. XLI. De eodem.

Si quis homicidium fecerit, si episcopus est, XV. annos peniteat, et deponatur; cunctos quoque[696] dies uitae suae peregrinando finiat. Presbiter XII. annis[697] peniteat, tres[698] ex his in pane et aqua, et deponatur superioris[699] sentencia. Diaconus X. annis peniteat, tres ex his in pane et aqua. Clericus et laicus VII. annis peniteat, tres ex his in pane et aqua, et ad gradum cuiuslibet sacerdocii accedere non presumat.]

C. XLII. *Quinquennio a communione abstineant, qui casu homicidium faciunt.*

Item ex Concilio Neocesariensi[700a].

Eos uero, qui non uoluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem tantum[701b] annorum penitenciam communioni[702] sociauit secundum[703] gradus constitutos; hec uero* humana diffinicio[704c] quinquennii tempus[705] tribuit.

C. XLIII. *Quibus temporum spaciis a communione abstineat que uoluntate uel casu ancillam suam interfecerit*[706].

Item ex Concilio Eliberitano, [c. 4.][707]

Si qua femina[708] furore zeli accensa[709] flagellis[710] uerberauerit ancillam suam[711], ita[712] ut infra[713a] tertium diem animam cum[714] cruciatu emittat[715b], eo quod incertum sit, uoluntate, an casu occiderit: si uoluntate[716], post septem annos[717], si casu, post quinque[718] annorum tempora (acta legitima penitencia) ad communionem placuit admitti[719]. Quod si infra[720c] tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

C. XLIV. *De his, qui sponte*[721a] *homicidium uel casu faciunt*[722].

Item ex Concilio Martini Papae[723b].

Si quis uoluntarie[724] homicidium fecerit, ad ianuam ecclesiae catholicae semper iaceat[725b], et communionem in exitu uitae suae recipiat. Si autem non uoluntate[726d], sed casu homicidium aliquod[727] fecerit, prior canon septem annis agere[728] penitenciam iussit, secundus canon quinque[729] mandauit.

[C. XLV.][730a] *Item Dig. tit. de furtis.* [l. Qui saccum.][731]

Qui saccum habentem pecuniam subripuit[732b], furti[733c] etiam[734] sacci nomine tenetur, quamuis non sit ei animus sacci subripiendi.

Contra animum, non opus puniri, lib. IX. Cod. tit. ad leg. Cornel. de sicar. [l. 5.] *exemplo sacrarum litterarum Diocletiani et Maximiani*[735] *colligitur:*

C. XLVI.[736a]

Eum, qui asseuerat homicidium se non uoluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio prebita uideatur, si hoc ita est, neque[737] super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione, quam ex admissae rei discrimine sustinet, secundum id, quod annotacione nostra conprehensum est, uolumus liberari.

[PALEA[738].

C. XLVII. Item Imperator Antoninus C. ad leg. Cornel. de sicar. l. 1.][739]

Frater uester rectius fecerit, si se presidi prouinciae obtulerit, qui[740], si probauerit, non occidendi animo hominem a se esse percussum, remissa homicidii pena secundum militarem disciplinam sentenciam proferet[741]. Crimen enim contrahitur, si et uoluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, que ex inprouiso casu potius quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae inputantur.][742]

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 39. b) nisu c) perc. istius presb. d) fuerit: *deest* e) sed f) inhibentur g) atque ubique damnantur h) sufficienter — c. 42. a) Concilio Ancyrano c. 22. §. Eos vero b) tantum: *deest* c) diffinicio: *deest* — c. 43. a) intra b) effundat c) intra — c. 44. a) voluntate b) ex capitulis Mart. Bracarensis Episc. c. 78. c) subiaceat d) voluntarie — c. 45. a) C. XLV. De eodem b) surripuerit c) furti actione etiam — c. 46. a) C. XLVI. De eodem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XL. * Maticensi: Burchardus et Ivo citant ex concilio Moguntino: in nullo tamen eorum, quae exstant, habetur. Simile vero aliquod legitur in concilio Vormaciensi, c. 27.[689]

XLII. * Haec vero: Graece: ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει; id est: *Secunda vero quinquennii tempus explebit.* Atque ita fere Burchardus et Ivo ex Dionysii versione, et infr. ead. cap. *Si quis voluntate.*

Dist. L. can. 39. 674) *A Ivo Coll. tr. P.;* toto nisu: *EGH* 675) ex perc.: *Ed. Bas.;* pro perc.: *Edd. coll. rel.* 676) presb. incaute agentis: *Ed. Bas.* 677) ut: *Ed. Bas.;* qui: *Edd. Ven.* II. *Par. Lugdd.* 678) a praefato: *AB;* se praefato: *EGH* 679) nostrum: *Coll. tr. P.* 680) perc. presbyteri incaute agentis: *EGH* 681) *Codd. et Edd. coll. o. — Coll. tr. P.* 682) *BEFGH* 683) prodierit: *EGH* 684) *Codd. coll. o.* 685) *ABCDF Edd. coll. o.;* prohibetur: *EGH* 686) *Codd. coll. o.;* ubique damnatur: *Edd. coll. o.* 687) noxius: *Corr. Ivo Coll. tr. P.* 688) *Codd. coll. o.* || can. 40. 689) *Haec Palea deest in o. Codd. coll. solummodo in F manu posterioris saeculi in marg. adscripta est — In Conc. Vormat. hab.* 868. *c.* 27., *cuius mentionem faciunt Corr. de Iudaeis nihil constituitur; verum etiam apud Reginonem, ubi caput illud tanquam ex Moguntino profertur, Iudaeorum pariter ac paganorum caedes prohibitae leguntur. — Reg.* II, 91. (ex c. Moguntiac.); *Burch.* VI, 33. (ex c. Mogonciensi): *Ivo Decr.* X, 162. (eod. modo) 690) vero: *deest: Burch. Ivo* 691) *inde a voce* quia *ap. Reg. alia sequuntur* 692) conversationis: *Ed. Bas. Burch.* 693) extinxerat: *Burch. Ivo* 694) in aq. et pan.: *deest: Burch.* || can. 41. 695) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. — in F manu saeculi posterioris in marg. adscripta est. — Ans.* XI, 34. (iudic. canonum) 696) quoq.: *deest: Edd. Arg. Bas. Ans.* 697) annos: *Ans.* 698) quatuor: *Corr. Ans.* 699) superiori: *Ed. Bas. Ans.* || can. 42. 700) *Codd. coll. o. — immo est Concil. Ancyrani hab. ao.* 314. *c.* 22. §. *eos vero. — cf. Conc. Tribur. hab. ao.* 895. *c.* 52. — *Versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 2, 12.; *Versio Dionys.; Burch.* VI, 15.; *Ans.* XI, 45. 46.; *Ivo Decr.* X, 25. 144.; *Polyc.* VI, 10, (9,) 11. 701) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* a regula: *EGH* 702) communionis: *EGH* 703) sec. poenitentiae: *Ed. Bas.* 704) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* humanior: *Corr. Hisp.* 705) quinquennium tempus: *CEGH;* quinquennium tribuit: *A* || can. 43. 706) Quibus temporibus a comm. (a comm: *deest: G*) abstin. qui voluntarie (voluntate: *G*) vel casu (*deest: G*) ancillam suam interficit (interfecit: *AE;* vel homicidium fecerit: *G*): *EGH* 707) *hab. ao.* 305. *aut* 306. (*cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 122.) — *cf. c. Vormat. hab. ao.* 868. *c.* 39. — *ap. Bruns* II, 2. *in Hispana est c.* 5. — *Raban. ad Her. c.* 3.; *ad O. c.* 14.; *Reg.* II, 58.; *Burch.* VI, 19.; *Ans.* XI, 36.; *Ivo Decr.* X, 148. 22.; *Caes.* X, 29. 708) mulier: *B;* domina: *Reg. Burch. Ivo* 709) inflammata: *Reg.* 710) flagris: *orig. Hisp. Ans.* 711) ancill. occiderit: *Reg.* 712) ita: *deest: Ivo c.* 22. 713) *BDEFGH Edd. coll. o. exc. Bas. Lugdd.* II. III. — *Burch. Ivo* 714) cum: *deest: Burch.* 715) *Codd. et Edd. coll. o. Reg.* 716) voluntarie: *Reg.* 717) ann.: *deest: AEGH* 718) quinquennii temp.: *orig. Hisp. Burch. Ivo c.* 148.; quinquennium: *Ans.* 719) *finis canonis ap. Reg. et Ans.* 720) *ABDEFGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. — *orig. Hisp. Burch. Ivo* || can. 44. 721) *Codd. coll. o.* 722) fecerint: *BF* 723) *Codd. coll. o.; can.* 22. *Conc. Ancyrani ex Martini Brac. interpret., — inter Capit. Martini c.* 78. *ap. Bruns* II, 57.; *Ivo Decr.* X, 39.; *Coll. tr. P.* II, 47, 78. 724) voluntate: *BEGH Edd. coll. o. pr. Bas. — Hisp.* 725) *Codd. et Edd. coll. o.* 726) *ACD Edd. coll. o. orig.* (*sed ap. Mans. legit.:* voluntarie); *Hisp. Coll. tr. P.* 727) aliquo: *BF Coll. tr. P.* 728) agi: *orig. Hisp.* 729) quinque annis: *orig. Hisp.* || can. 45. 730) *ABCEGH;* nomine sacci furti etiam tenetur: *DF* 731) Item in Dig.: *EH;* item: *deest: AC;* it. dig. tit. de furt.: *deest: B; l.* 78. *Dig.* (37, 2.) *ed. Mommsen* 732) *Codd. et Edd. coll. o.;* subripit: *orig.* 733) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Argent. — orig.;* furti: *deest: B* 734) etiam: *deest: CG* || can. 46. 735) *Dat. ao.* 290. 736) *ABCH* 737) est, homicida est neque: *C* || can. 47. 738) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. pr. EG; in Edd. Arg. Bas. Ven.* I. II. *Nor.;* Item de eodem. Non imputatur ad penam quod ex voluntate non procedit: *E* 739) Imp. Anton. ex Conc.: *EG;* item Anton. in conc.: *Ed. Paris. — Dat. ao.* 216. 740) Quod: *Edd. Lugdd.* II. III. 741) proferri: *Edd. Par. Lugdd.;* proferat: *Böhm.* 742) imputanda sunt: *eaedem* ||

Hinc etiam Pelagius Papa[743a]:

C. XLVIII. *De eodem*[744].

Quantum dicit iste Placidus[745], anno preterito dictum est de uxore ipsius[746b], quia subito inter caballos inuenta[747c], et dum traherentur caballi, collisa est illa, et abortum fecit. Quod si ita est, forte si caballos alienos[748] tulit[749d], inde est culpabilis. Nam de muliere, que casu inter caballos confracta est, ubi uoluntas illius[750] non agnoscitur[751] perniciosa fuisse, non potest nec debet[752] addici per leges.

C. XLIX. *De eodem*[753].

Item Nicolaus Papa[754].

Hii, qui arborem[755a] incidere uidentur, si contigerit, ut cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt atque innoxii, quia nec uoluntate eorum[756], nec desiderio homicidium perpetratum est. Si uero aliqua eorum[757] culpa uel neglectu morientis hominis interitus[758] cognoscitur[759] aduenisse, abiciendi sunt a[760] gradu, et in sacro ordine nullatenus suscipiendi.

C. L. *De eodem.*

Item ex Concilio Guarmatiensi[761a].

Sepe contingit[762], dum[763] quis operi necessario insistens arborem inciderit[764], ut aliquis[765] subtus ipsam ueniens deprimatur. Et iccirco, si uoluntate uel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicida penitenciae debet omnino submitti. Quod si non uoto, sed[766b] incuria illius, non hoc[767c] eum sentencia[768d] contingit[769e]. Si enim[770f] dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrit[771g] sub arbore[772] et[773h] sub ipsa oppressus est[774], incisor arboris non tenetur pro homicida.

C. LI. *De eodem.*

Item ex Concilio Triburiensi[775], [cap. 36. Sed ibi copiosius.]

Si duo fratres in silua arbores succiderint[776], et appropinquante casura[777] unius[778a] arboris frater fratri dixerit, caue, et ille fugiens in pressuram arboris inciderit[779], et mortuus fuerit, uiuens frater[780] innocens de[781] sanguine germani diiudicetur.

Gratian. *Premissis auctoritatibus, lapsis permittitur, ut post penitenciam in suis ordinibus reparari ualeant; ad maiorem autem conscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur, immo penitus prohibetur.*

Unde in Ilerdensi Concilio, [c. 5.] *legitur*[782].

C. LII. *Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conscendere.*

Hii[783], qui altario sancto[784a] deseruiunt[785], si subito flenda[786b] carnis fragilitate corruerint, et Domino respiciente digne penituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis uel ueraciter afflictos non diu suspendere, uel desidiosos prolixiori[787c] tempore ab ecclesiae corpore segregare; ita tamen, ut sic offitiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora offitia ulterius promoueri.

[P A L E A[788].

§. 1. Quodsi iterato* uelut canes ad uomitum reuersi fuerint, et ueluti[789] sues in uolutabris luti[790] iacuerint[791]**, non solum dignitate offitii careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu non[792] percipiant.]

Gratian. *Sed exemplo B. Petri (qui postquam trinae negationis maculas confessione diluit amoris, non solum in gradu sui apostolatus remansit, uerum etiam in pastorem totius ecclesiae a Christo*[793] *institui meruit,) probantur lapsi post dignam penitenciam non solum propria offitia retinere, sed etiam ad maiora posse conscendere. Quod autem B. Petrus post negationem pastor ecclesiae a Domino sit institutus, probatur auctoritate B. Gregorii*[794], *qui in omelia dominicae resurrectionis de eodem principe apostolorum scribit, dicens:*

C. LIII. *Petrus post culpam negationis princeps apostolorum a Domino est institutus.*

Considerandum est nobis, cur omnipotens Deus eum, quem cunctae ecclesiae preferre disposuerat, ancillae uocem pertimescere et se ipsum negare permisit. Quod nimirum magnae actum pietatis[795a] dispensatione cognoscimus, ut is, qui futurus erat pastor ecclesiae, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, et tunc preposuit ceteris[796], ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma[797] tolleraret.

C. LIV. *Post negationem in fide et gradu Petrus profecit.*

Item Ambrosius in omelia L.[798a].

Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit; atque ideo maiorem gratiam reperit quam amisit. Tamquam bonus enim pastor tuendum gregem accepit, ut qui sibi ante[799b] infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, et qui se[800c] interrogationis temptacione nutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait[801] Dominus: „Tu es Petrus et[802d] cet.“ Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta[803] posuerit, et tamquam saxum immobile totius operis[804e] Christiani[805f] compagem molemque contineat.

VI. Pars. Gratian. *Item obicitur, penitentes ad sacros ordines promoueri non debent: non ergo lapsi post penitenciam ad maiora pertingere possunt.*

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 48. a) Hinc et Gelasius b) illius c) inventa est et d) tulerit — c. 49. a) arbores — c. 50. a) Vormaciensi b) non c) denique (eum: *deest*) d) scientia e) contigit f) Sed g) occurrens h) sub arb. improvisus devenit et — c. 51. a) ipsius — c. 52. a) Dei b) in flenda c) prolixiore — c. 53. a) act. esse pietat. — c. 54. a) in serm. XLVII. de fide Petri b) antea c) ipse d) et supra hanc petram aedificabo ecclesiam meam. e) corporis f) Christianitatis

NATIONES CORRECTORUM.

C. LII. * **Quod si iterato:** Haec usque ad finem absunt in codicibus illis Gratiani, a quibus Paleae abesse solent. In alio autem hic praepositum est nomen Paleae.

** **Et veluti sues in volutabris luti iacuerint:** Haec non leguntur in antiquis editionibus conciliorum Coloniensi ac Parisiensi, duobus codicibus Vaticanis, Lucensi regio, neque infr. 15. q. 8. c. *Hi qui.* Sunt tamen apud Ivonem, et in editione Colon. 4. volum.

Dist. L. can. 48. 743) etiam: *Codd. coll. o.; ABCDF Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Corr. Coll. tr. P.;* Gelasius: *EGH; ad neutrum tamen hoc cap. pertinere ipsa scribendi ratio docet.* — *Coll. tr. P.* I, 45, 10. 744) de eod.: *deest: CF;* Non imputetur ad penam quod ex voluntate non procedit: *[illegible]* 745) Placidus: *DF Corr.* 746) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 747) *ABCEFGH* 748) alien. furatos: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 749) *BCEGH Coll. tr. P.;* duxerit: *A* 750) ill.: *deest: Coll. tr. P.* 751) cognoscitur: *Ed. Bas.* 752) debet: *deest: Coll. tr. P.* ‖ can. 49. 753) de eod.: *deest: AE* 754) *Fragm. aeque incertum.* — *Coll. tr. P.* I, 62, 21. 755) *BDEFGH* 756) eor.: *deest: AB;* illorum: *F* 757) negligentia: *EGH* 758) periculum: *Coll. tr. P.* 759) agnoscit.: *AB* 760) a: *deest: Coll. tr. P.* ‖ can. 50. 761) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. Font.; can. 29. Conc. Vormatiensis hab. ao.* 868. — *Reg.* II, 17.; *Burch.* VI, 21. (ex C. Vormat. c. 5.); *Ivo Decr.* X, 150. *Coll. tr. P.* III, 21, 43. — *cf. Lex Saxon. c.* 11. — *Liber Papiens. Rothar.* 138. (*Mon. Germ. LL.* IV, 311.) 762) contigit: *D Burch.* 763) ut dum: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 764) incidat: *Turrecrem. ed. cit. orig. Reg. Burch. Coll. tr. P.;* incidit: *AB Ivo Decr.* 765) aliquid: *EGH* 766) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Coll. tr. P.;* nec: *Burch. Ivo;* incuria illius (qui: *Ed. Bas.*) mortuus est: *Edd. coll. o.* 767) *ABEFGH;* haec: *CD Edd. coll. o. Reg. ap. Baluz. ex vet. Cod.; Coll. tr. P.* 768) *Codd. et Edd. coll. o.;* sententia: *Reg. Coll. tr. P.* 769) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Arg. Ven.* I. II. *[illegible]* 770) *[illegible]* 771) *Codd. coll. o. pr. DG;* occurrerit: *DG Edd. coll. o.* 772) arborem: *orig.;* occurr. arbori: *Burch.* 773) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 774) est: *deest: D Ivo* ‖ can. 51. 775) *hab. ao.* 895. *cf. Wasserschleben Beitr. p.* 25. *sqq.* 183.; *Phillips D. gr. Synode v. Tribur* 61. *c.* 17. — *Reg.* II, 18.; *Burch.* VI, 22. (Ex conc. Trib. c. 17.); *Ivo Decr.* X, 151. (*eod. modo*); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 54. — *cf. infra C.* XV. *qu.* 8. *c.* 2. 776) inciderint: *AB* 777) casu: *ABC Codd. Regin.* 778) *BC Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.;* illius: *A* 779) ceciderit: *CDF Edd. coll. o.;* cecidit: *EGH* 780) frater illius: *EGH* 781) a: *AB* ‖ can. 52. 782) *hab. ao.* 524. *ap. Bruns* II, 22.; *Raban. poen. c.* 1. *Ans. ded.* IV, 121. *Burch.* XIX, 74. (*in Cod. Frib.:* 73. Ex C. Everdensi); *Ivo Decr.* XV, 87.; *Coll. tr. P.* II, 34, (C. Heleronense), 5. 783) Si qui: *Edd. Nor. Ven.* I. — *Coll. tr. P.* 784) *Codd. coll. o. pr. D, ubi:* sanct.: *deest;* sancto Dei: *Edd. coll. o.* 785) serviunt: *Ivo Coll. tr. P.* 786) *ABCD; orig. (sed ap. Mansi legit.:* in flenda) *Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 787) *BCDF Hisp.* 788) *Haec Palea deest ABDEF (manu posterioris aetatis in margine adscripta est in F); GH Paleam esse notavit Huguc. (Schulte p.* [illegible]*)* 789) et velut . . . iacuer.: *[illegible]* . et velut canes ad vomitum reversi fuerint: *Hisp.* 790) emersi: *CF Burch.;* eversi: *Edd. Ven. Lugdd.;* immersi: *[illegible]* 791) iacerint: *[illegible]* 792) non: *[illegible] invenitur ap. Mans.); Hisp. Burch.* 793) a Christo: *deest: AB* 794) *Homil:* 21. *c.* 4. (*Ed. Maur.*) *in Evang. Marc. c.* 16. 795) *Codd. coll. o.* 796) cunctis: *AB* 797) alienam infirmitatem: *EGH Ed. Bas.;* alienas inf.: *Ed. rel.* ‖ can. 54. 798) *CDFG,* LXI.: *H;* LX: *E* [illegible] I. hom. I.: [illegible] *et Mign. desideratur; Alias hic sermo tribuitur Maximo Taurinensi* (*Bibl. Patr. t.* 6.) *aut Augustino* (*Ed. Maur. Appdx. Sermo* 192. *c.* 1.) — *Ans.* I, 71. (*can.:* dicite mihi — *contin.*) 799) *Codd. coll. o. Ans.* 800) *BCDEFGH Ans.;* se: *deest: Aug.* 801) *Matth. c.* 16. *v.* 18. 802) *Codd. coll. o. Ans.* 803) fundamentum: *EGH* 804) *ABEFGH August. Ans.* 805) *ABCDEGH Ed. Bas. Ans.* ‖

Unde in Cartaginensi Concilio IV. [cap. 68. et 69.] *legitur*[806]:

C. LV. *Non ordinetur clericus ex penitentibus.*

Ex penitentibus, quamuis sit[807] bonus, tamen[808a] clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum[809] fuerit, deponatur a clero, quia[810] se ordinationis tempore non prodidit fuisse penitentem[811]. Si autem sciens episcopus ordinauerit[812] talem[813], etiam ipse ab* episcopatu suo[814] ordinandi dumtaxat potestate priuetur[815]. Simili sentenciae subiacebit episcopus, si sciens ordinauerit clericum[816b], qui uiduam aut repudiatam uxorem habuerit[817c], aut[818] secundam.

C. LVI. *Bigamus, penitens, uiduae maritus, sacrae militiae se ingerens*[819], *sine spe promotionis*[820] *in suo ordine permaneat.*

Item Siricius Papa Himerio Episcopo, [epist. I. c. 15.][821]

Quicumque penitens, quicumque bigamus[822], quicumque uiduae maritus ad sacram miliciam indebite et incompetenter irrepserit[823], hac sibi condicione a nobis ueniam intelligat relaxatam, ut in[824] magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promocionis[825] in hoc quo inuenitur ordine perpetua stabilitate permaneat.

C. LVII. *Non prohibeatur a clero, qui pressus languore*[826] *per communionem*[827] *penitenciae benedictionem accepit*[828].

Item ex Concilio Gerondensi, [c. 9.][829]

Is[830a] uero, qui egritudinis languore depressus penitenciae benedictionem, quam uiaticum dicimus[831a], per communionem acceperit, postmodum[832c] reconualescens caput[833] penitenciae in ecclesia non subdiderit publice, si prohibitis uiciis non detinetur[834] obnoxius, admittatur ad clerum.

C. LVIII. *Qui ad penitenciam agendam in monasterio recluditur, presbiter non ordinetur.*

Item Hormisda Papa omnibus Episcopis per uniuersas prouincias[835a].

Si ille, qui ultro petit penitenciam, quamuis eam perfecte agat, non potest[836] episcopus aut presbiter ordinari, ita ut, etiamsi per ignoranciam ordinatus fuerit[837] et postea conuincitur penitenciam accepisse, deiciatur: ille, qui[838b] inuitus ad penitenciam agendam mittitur in monasterio[839c], (qui[840] utique nichil[841] aliud, quam penitens dicendus est)[842], qua consciencia ad sacerdocium peruenire[843d] permittitur[844]? Nemo mihi alia quelibet contra auctoritatem sedis apostolicae uel CCCXVIII.[845] episcoporum, uel[846] reliquorum canonum constituta[847] obiciat; quia quicquid contra illorum diffinicionem (in quibus Spiritum sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

C. LIX. *Bigami*[848a], *uel quilibet post penitenciam sacris*[849] *non applicentur*[850b] *ministeriis.*

Item Gelasius Urbis Romae Episc. omnibus Episcopis [per Lucaniam, etc. cap. 5.][851]

Non confidat quisquam[852] pontificum fas esse[853c], digamos[854d] aut coniugia sortientes ab aliis derelicta[855], siue quoslibet post penitenciam, uel sine litteris, uel corpore uiciatos, uel condicionarios, aut curiae publicarumque rerum nexibus inplicatos[856], aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, diuinis seruituros applicare ministeriis[857].

C. LX. *Penitentes nec etiam*[858] *clerici fieri possunt*[859].

Item Innocentius [Agapito et ceteris, epist. VI.][860]

Canones apud Niceam[861] constituti penitentes etiam ab infimis offitiis clericorum excludunt[862].

Gratian. *Hoc non de quibuslibet penitentibus intelligitur, sed de illis tantum, qui post penitenciam*[863a] *secularis militiae cingulum accipiunt*[864]. *De quibus Innocentius Episcopus*[865] *scribit Victorio*[866h] *Rotomagensi Episcopo,* [epist. II. c. 2.][867]

C. LXI. *Non debet fieri clericus, qui post remissionem peccatorum miliciae cingulum habuit.*

Si quis post remissionem peccatorum cingulum miliciae secularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non debet.

Gratian. *Potest et aliter intelligi. Est quedam penitencia, que solempnis appellatur, que semel tantum in ecclesia conceditur, de qua Ambrosius*[868] *ait:* „*Sicut unum est baptisma, ita unica est penitencia.*“ *Item*[869]: „*Non est secundus locus penitenciae.*“ *Item:* „*Reperiuntur quam plurimi*[870a]*, *qui sepius agendam penitenciam putant, qui*[871b] *luxuriantur in Christo. Nam si uere penitenciam agerent, numquam*[872c] *iterandam postea putarent.*“

[C. LXII.][873a]

Item Augustinus ad Macedonium, [epist. LIV.][874]

Quamuis[875] *caute et salubriter*[876] *prouisum sit, ut locus humillimae*[877b] *penitenciae semel tantum*[878] *in ecclesia concedatur, ne medicina* nimis utilis minus*[879c] *uilis haberetur*[880d], *tamen cotidie peccantibus numquam per penitenciam uenia negatur.*

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 55. a) tamen: *deest* b) cler. eum qui c) habuit — c. 57. a) Si vero b) deputamus c) et postmodum — c. 58. a) prov. constitutis b) ille ergo qui c) monasterium d) venire — c. 59. a) bigamus b) applicetur c) fas esse: *deest* d) bigamos — c. 60. a) post actam poenit. b) Victricio — c. 61. a) Merito reprehenduntur* (Item: Reper. quam plurimi: *deest*) b) quia c) ag. poenit. iter. postea non put. — c. 62. a) C. LXII. De eodem b) loc. illius humill. c) minus: *deest* d) habeatur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LV. * Ipse ab: In originali legitur: *ipse* [deest ap. Bruns] *ab episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate privetur.* al.: *ipse episcopatus sui,* quemadmodum et apud Ivonem p. 15. c. 5.

C. LXI. * Reprehenduntur: Legebatur: *reperiuntur.* Emendatum est hic ex originali, quod tamen fieri non potuit infr. c. *reperiuntur,* de poen. dist. 3. quia vox: *reperiuntur,* ibi est initium capitis.

LXII. * Ne medicina: In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani caput hoc est coniunctum superiori. Locum enim Augustini suo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur: *Ne medicina vilis minus utilis esset* [eod. modo in Ivonis Decr.] *aegrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus contemtibilis fuerit. Quis tamen audeat dicere Deo: Quare huic homini, qui post primam poenitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? etc.*

Dist. L. can. 55. 806) *Statt. eccl. ant. c.* 84. 85. (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) *ap. Bruns* I, 147.; *Reg. Appdx.* III, 37. (ex. c. ap. Valentias); *Burch.* II, 35. (c. Carth. c. 68.); *Ivo Decr.* VI, 136.; XV, 23.; *Ivo Pan.* III, 60.; *Coll. tr. P.* II, 18, 67. 68. *Caes.* XV, 32.; *Polycarp.* II, 31, 42.; *Anselm.* VII, 20. *a Richt.*, VII, 20. 23. *a Corr. citatur, sed in Cod. coll. nihil invenimus* 807) sit: *deest: Hisp. Reg. Burch. Ivo Pan.* 808) *Codd. et Edd. coll. o.* 809) factus: *Hisp.* 810) quia . . . penitentem: *deest: Polyc.* 811) *finis canonis: Burch. Ivo Pan.*; in penitentia: *Ivo Decr.* VI. *Pan.* 812) ordinavit: *Reg.* 813) talem: *deest: Hisp. Reg.* 814) episcopatus sui: *Ivo Decr.* VI. XV. *Pan.* 815) *finis can.: Reg. Ivo Decr.* VI. XV. 816) *Codd. coll. o.* 817) *Codd. et Edd. coll. o.* 818) vel: *Hisp.* || can. 56. 819) inserens: *EGH* 820) promot. sit (*om. verbb.:* in suo ord. perm.): *C* 821) Inmerino: *AB;* Igmerio: *EGH; scr. ao.* 385. *c.* 15. — *in Leon. M. Opp. ed. Ball.* III, 246. — *Jaffé no.* 65. — *Ans.* VII, 21. *a Corr. citatur sed in Cod. coll. nihil invenimus; at ap. Ans.* VII, 20. *alius exstat eiusdem Siricii canon.* 822) digamus: *Hisp.* 823) irrepsit: *orig. Hisp.;* irrepserit: *Codd. Hispan.* 824) id: *Hisp.* 825) provectionis: *orig.; sed in Codd. recentior.:* promot. || can. 57. 826) post languorem: *EF* 827) a communione: *EH* 828) accipiet: *AB;* acceperit: *C* 829) *hab. ao.* 517. *ap. Bruns* II, 20. — *Coll. tr. P.* II, 32, 4. 830) *BCDF Edd. coll. o. Corr. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 831) *ABCDF Edd. coll. o. orig. ap. Harduin.* — *Coll. tr. P.* 832) *ABCDF Coll. tr. P.* 833) si caput: *EGH Edd. coll. o.* 834) tenetur: *EGH* || can. 58. 835) *ABC; Non pertinet ad Hormisdam cf. ad c.* 39. *supra et Thiel* 1005. — *Jaffé no.* CCIX. — *Ans.* VII, 22.; XI, 87.; *Polyc.* II, 31, 50. 836) non tamen: *EGH* 837) ordinatur: *Ans.* 838) *Codd. coll. o. pr. D.* (vero: *D*); *Ans. Polyc.* 839) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.;* monasterio dicitur: *Ans.;* ad pen. mitt. in mo.: *AB* 840) et: *Ans. Polyc.* 841) nihil: *deest: Polyc.* 842) non est: *ib.* 843) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Ans.* 844) *finis canonis: Polyc.* 845) contra CCCXVIII: *Ans.* 846) et: *BDF Edd. coll. o.* 847) statuta: *Ans.* || can. 59. 848) *ABCD* 849) sacr.: *deest: AB* 850) *Codd. coll. o.* 851) *scr. ao.* 494. *c.* 4. *ap. Thiel* 364. — *Jaffé no.* 391. — *Ans.* VII, 18.; — *Coll. tr. P.* I, 46, 19. *citatur in Theineri Disq.; nosmet nihil ibi invenimus.* 852) quisque: *orig.* 853) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig. Ans.* 854) *B Ans.* 855) relicta: *DEFGH Edd. coll. o.;* relictam: *AB* 856) implicitos: *EGH* 857) mysteriis: *Corr. orig.* || can. 60. 858) poenit. non cler.: *C* 859) poenitens . . . clericus . . . potest: *EGH* 860) *add.:* Papa: *EGH; Ep. incerti temporis* (402—17) *ad Epp. Apuliae Ep.* XXXIX. *ap. Mansi* III, 1047. — *Jaffé no.* 113. 861) *cf. Conc. Nicaen. c.* 9. 862) cum . . . excludant: *orig. Hisp.* 863) *ABD;* peractam: *F* 864) acceperunt: *AB* 865) Papa: *EGH* 866) *ABC;* Victori: *DF;* Victoricio: *EH;* Victorico: *Ans.;* Victorino: *G* 867) *Ep.* II. *Innoc. ad Victricium cap.* 2. *scr. ao.* 404. *in Leonis M. Opp.* (*ed. Baller.*) II, 304. — *Jaffé no.* 85. — *Ans.* VII, 13.; *Coll. tr. P.* I, 38, 19. 868) *lib.* 2. *de poen. c.* 10. — *cf. c.* 2. *et* 49. *D.* III. *de penit.* 869) item Ambrosius: *EGH* 870) *Codd. coll. o.;* item Ieronimus: *EGH* 871) *Codd. coll. o.* 872) *Codd. coll. o.* || can. 62. 873) *in Codd. coll. o. pr. C. hic canon pertinet ad antecedens Gratiani dictum; in C inscriptio invenitur quae in textu est can. seq.* 874) *Ep.* 153. *c.* 7. *Ed. Maur. scr. ao.* 414. — *Ivo Decr.* XV, 24. (*can.:* iudicet se ipsum); *Coll. tr. P.* III, 28, (29,) 5. *cf. Petr. Lombard. lib.* IV. *dist.* 14. *c.* 3. — *infra D.* III. *de penit. c.* 22. 875) quamv. ergo: *orig.;* quamv.: *deest: Coll. tr. P.* 876) salubriterque (et: *deest*): *Ivo* 877) *Codd. et Edd. coll. o.; Coll. tr. P.* 878) tant.: *deest: orig. Ivo Coll. tr. P. Petr. Lomb.* 879) *ABCDFH Ed. Bas.;* minus utilis: *EG* 880) *ABCDEF Ed. Bas.;* habetur: *H;* hab. aegrotis: *Coll. tr. P. Petr. Lomb.; in his seqq. desunt et alia inveniuntur.*

Gratian. *Hec autem penitencia quomodo inponenda sit, in Agatensi Concilio legitur, in quo sic statutum est* [c. 15.][881]:

C. LXIII. *Quomodo penitentes ad penitenciam accedant*[882a].

Penitentes tempore, quo penitenciam petunt, inpositionem manuum[883] et cilicium super capita[884b] a sacerdote (sicut ubique statutum[885c] est) consequantur[886]. Si autem[887] comas non deposuerint, aut uestimenta non mutauerint, abiciantur[888], et nisi digne penituerint, non recipiantur[889]. Iuuenibus etiam[890] penitencia propter etatis fragilitatem non facile committenda est. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est[891] negandum.

C. LXIV. *Que sint*[892] *obseruanda*[893a] *in solempni penitencia. Item ex eodem*[894]*:

In capite quadragesimae omnes penitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt penitenciam, ante fores ecclesiae se representent episcopo ciuitatis, sacco induti, nudis[895] pedibus, uultibus in terram[896] demissis[897], reos se esse ipso habitu et uultu protestantes[898]. Ibi[899] adesse debent[900] decani, id est[901] archipresbiteri parrochiarum et[902] presbiteri** penitencium, qui eorum[903] conuersationem diligenter inspicere debent, et secundum modum culpae penitenciam per prefatos[904] gradus iniungere[905]. Post hec eos in ecclesiam introducat[906b], et cum omni clero septem penitenciae[907c] psalmos in terram[908d] prostratus cum[909e] lacrimis pro eorum absolutione decantet[910]; tunc resurgens[911] ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis inponat, aquam benedictam super eos spargat[912], cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat[913], et cum gemitu et crebris suspiriis denunciet eis, quod sicut Adam proiectus est de paradiso, ita et[914f] ipsi pro peccatis ab ecclesia abiciuntur[915]; postea[916g] iubeat ministris, ut eos extra ianuam[917h] ecclesiae expellant, clerus uero prosequatur eos cum responsorio[918]: „In sudore uultus tui uesceris pane tuo, etc." ut, uidentes sanctam ecclesiam pro[919] facinoribus suis tremefactam atque commotam, non paruipendant penitenciam. In sacra autem Domini cena rursus ab eorum decanis et[920] eorum presbiteris ecclesiae liminibus representientur.

Gratian. *Hanc penitenciam nulli umquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiuscemodi*[921i] *penitentes ad clerum admitti prohibentur.*

Unde in Cartaginensi Concilio V. [cap. 11.] *statutum legitur*[922a]:

C. LXV. *Clericis non inponatur*[923] *manus tamquam penitentibus.*

Confirmandum[924] est, ut, si quando presbiteri uel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit remoueri[925], non eis manus tamquam penitentibus uel tamquam fidelibus laicis inponatur[926], neque umquam[927] permittendum est[928b], ut rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.

Item Siricius Papa [Himerio, epist. I. c. 14.][929a]:

C. LXVI. *Nec clerico penitenciam agere, nec penitenti ad clericatum accedere permittitur.*

Illud quoque nos par[930] fuit prouidere, ut sicut penitenciam agere nulli umquam[931b] conceditur clericorum, ita post[932c] penitudinem[933] ac reconciliationem cuiquam[934d] laicorum[935e] non[936f] liceat honorem clericatus adipisci[937], quoniam[938g] quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere[939], qui dudum fuerint[940h] uasa uiciorum.

C. LXVII. *Presbiteris et diaconibus tamquam penitentibus manus inponi non debent.*

Item Leo Papa [Rustico Narbonensi, epist. XC. cap. 2.][941]

Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbiterali honore aut diaconii[942a] gradu fuerint consecrati, hi[943b] pro crimine aliquo suo per manus inpositionem remedium accipiant penitendi; quod[944] sine dubio ex[945] apostolica tradicione descendit[946], secundum quod scriptum[947] est: „Sacerdos* si peccauerit, quis orabit pro illo?"[948c] Unde huiusmodi lapsis ad promerendam[949d] misericordiam Dei priuata est expetenda secessio[950]**, ubi illis, si satisfactio fuerit digna, sit etiam[951] fructuosa.

Gratian. *Probantur etiam auctoritate Tolletani Concilii huiuscemodi penitentes ad clerum non admittendi, in quo* [c. 2.] *sic statutum est*[952]:

C. LXVIII. *Causa necessitatis ad clerum penitentes admittantur*[953].

Placuit, ut penitentes non admittantur[954] ad clerum, nisi tantum si[955] necessitas aut usus exegerit; tunc[956a] de-

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 63. a) accedunt b) caput c) constitutum — c. 64. a) servanda b) introducant c) poenitentiales d) terra e) prostrat. episcopus cum f) et: *deest* g) post haec h) ianuas i) huiusmodi — c. 65. a) est b) est: *deest* — c. 66. a) Unde b) cuiquam non c) ita et post d) nulli unquam e) laico f) non: *deest* g) quia h) fuerunt — c. 67. a) aut in diac. b) ii c) eo d) promerendum — c. 68. a) exeg. et tunc

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXIV. * Ex eodem: Ex Agathensi etiam citant Burchardus et Ivo, et Rhebaldus Cardinalis (qui tempore Paschalis P. claruit) in libro suo *de poenitentia publice non iteranda*. In uno tamen manuscripto Burchardi exemplari citatur ex Poenitentiali Romano. Sententia vero huius capitis magna ex parte habetur in Pontificali, et Ordine Romano a pag. 24. usque ad 30.

** Et presbyteri: Apud Burchardum legitur: *id est presbyteri.*

C. LXVII. * Sacerdos: Vulgo saepe indicatur in margine locus iste ex I. Reg. 2. ut infr. de poen. dist. 1. c. *Si sacerdos*, quum tamen in eo scripturae loco in vulgata legatur: *Si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Verum B. etiam Gregorius ad illum locum in morali interpretatione talem sententiam elicit: *Quis ei intercessor remanet, quum ille se transgrediendo praecipitat, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est?*

** Secessio: Sic emendatum est ex antiquis codicibus et epistola ipsa; et hanc lectionem habuit auctor glossae, quod ex manuscriptis glossis constat: ideirco et in ea emendandum. Antea legebatur [nec tamen in Ed. Bas.]: *est expetenda successio.*

Dist. L. can. 63. 881) *hab. ao. 506. ap. Bruns* II, 149.; *Bened. Levita lib.* I. *c.* 28. (*usque ad* consequantur); *lib.* III. *c.* 310. — *Ans. ded.* VII, 119.; *Reg.* I, 291.; *Burch.* XIX, 27.; *Ivo Decr.* XV, 17. 882) *Codd. coll. o. pr. C. in hoc invenitur inscriptio capitis sequentis quod cum nostro coniunctum est.* 883) manus: [illegible] *Lev.* I. III. *Ans. ded.* 884) *Codd. coll. o. pr. C.* — *Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.*; capita sua: *Edd. coll. o.*; sup. cap.: *deest: Bened. Lev.* III. 885) *Codd. et Edd. coll. o.*: sic. ub. stat. est: *deest: Bened. Lev.* III. 886) *finis canonis ap. Burch.* 887) et si aut: *Hisp. Ben. Lev.* III. *Ans. ded.* 888) *finis canonis ap. Reg.* 889) et u. d. p. non rec.: *deest: Ans. ded.* 890) enim: *Ed. Bas.*; autem: *Ivo* 891) est: *deest: orig. Ben. Lev.* III. *Hisp. Ivo Coll. tr. P.* || can. 64. 892) sunt: *DEFGH* 893) *ABCDF* 894) *c.* 11. *poenitent. Theod. ap. Petit* I, 21.; *Morinus de poenit.* IV, 18. §. 20. *invenit eundem canonem in antiquo codice* [illegible] *tentialem.* — *Reg.* I, 295. (*inscr.*: Unde supra); *inde factum est, ut Burch.* XIX, 26. *et post eum Ivo Decr.* XV, 45. *rem minus recte intelligentes, conc. Agath. capitis fontem laudarent.* 895) nud.: *deest: orig.* 896) terra: *EGH* 897) prostratis: *orig. Reg. Burch. Ivo* 898) proclamantes: [illegible] 899) ubi: [illegible] 900) adesse debent archipresbyteri parochiarum i. e. presbyteri poenitentium: *orig.* 901) archidiaconi archipresbyt.: *FGH* [illegible] 902) cum testibus id est presbyteris: *Reg.*; paroch. id est presb.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* — *Burch.* 903) cor. poenitentiam et conv.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 904) praefixos: *Corr. Reg. Ivo* 905) iniungat: *Reg.*; iniungant: *Burch. Ivo* 906) *BCDF Corr. orig. Reg. Burch. Ivo* 907) *ABCF Ed. Bas. Turrecrem. ed. cit. orig. Reg. Burch. Ivo* 908) *BDF Ed. Bas. orig. Reg. Burch. Ivo* 909) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Ivo* 910) decantent: *EGH* 911) surgens: *CFGH Reg.* 912) superspargat: [illegible] *in textu* 913) cooperiat: *EGH Reg. Burch. Ivo* 914) *ABCDF Ed. Bas. orig. Reg. Burch. Ivo* 915) proiiciunt.: *C*; peccat. eiiciunt.: *Reg., sed in Codd. Reg. ut in textu* 916) *ABCDF*; post: *Burch.* 917) *ABEFGH Ed. Bas. orig.* 918) *Gen. c.* 3. *v.* 19. 919) prae: *Edd. Lugdd.* II. III.; pro: *deest: Reg.* 920) aut: *AB*; dec. et eor.: *deest: orig.*; ab eor. dec. et eor. presb.: *deest: Reg.* 921) *BCD* || can. 65. 922) *Codd. coll. o. pr. AB*; *hab. ao.* 401. — *Ans.* [illegible] II, [illegible]; [illegible] I, 314.; *Rab.* I, 10.; *Burch.* XIX, 72.; *Ivo Decr.* XV, 85.; *Coll. tr. P.* II, 19, 11.; *Bened. Levita* I, 131. 923) imponantur: *FGH* 924) confirmatum: [illegible] ita confirmatum: *Hisp.*; item confirmatum: *Ans. ded. Burch. Ivo Coll. tr. P. Ben. Lev.* 925) removere: *Hisp. Coll. tr. P.* 926) *finis can.*: *Reg.* 927) [illegible] *Hisp.* 928) *ABCDF* || can. 66. 929) *Codd. coll. o.*; *scr. ao.* 385. *c.* 14. *in Leon. M. Opp. ed. Ball.* III, 246. — *Jaffé no.* 65. — *Burch.* XIX, 49.; [illegible] VII, [illegible] post poenitudinem); *Ivo Decr.* VI, 51.; XV, 63.; *Coll. tr. P.* I, 36, 9. 930) cura: *EGH* 931) *Codd. et Edd. Coll.* [illegible] *C Ivo Decr.* XV. 934) *Codd. et Edd. coll. o.* 935) *Codd. coll. o. pr. AB* 936) *Codd. et Edd. coll. o.* 937) [illegible] *pr.* A; etenim: *Ans.* 939) accipere: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 940) *ABCEGH orig. Burch. Ans. Codd. Hisp.*; (*in Ed.* [illegible]) fuerunt; fuerant: [illegible] can. 67. 941) *Ep.* 167. (*ap. Baller.* I, 1416.); *scr. ao.* 458. *vel* 459. — *Jaffé no.* 320. — *Ans. ded.* IV, 105.; *Reg.* I, 316.; [illegible] XIX, 71.; [illegible] VI, [illegible]; *Ivo Decr.* VI, 67.; *Polyc.* IV, 39, (41,) 2; *Caes.* XV, 10. 942) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Hisp. Ans. ded. Reg. Ans. Ivo* 943) *ABC* [illegible] 944) quod . . descend.: *deest: Reg.* 945) ex: *deest: Ans.* 946) non descend.: [illegible] 947) dictum: [illegible] 948) [illegible] *Ans. Polyc.* 949) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 950) successio: *Burch.* 951) et: [illegible] can. 68. 952) [illegible] *coll. o.*; *C. Tolet.* I. *hab. ao.* 400. *ap. Bruns* I, 204.; *Burch.* II, 37.; *Ans.* VII, 31.; *Ivo Decr.* VI, 138.; *Ivo Pan.* III, 61. (*C. Tolet.* II. [illegible] II, 54, 18.; *cf Capit. Martini c.* 23. 953) pen. admittatur: *AB*; admittuntur: *FGH* 954) de pen. non admittatur: [illegible] 955) si: *deest: orig.* (*invenitur ap. Mans.*); *Hisp.* 956) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* [illegible] *omisso*: etiam tunc: [illegible]

putentur[957] inter hostiarios uel inter lectores, ita ut apostolum uel euangelium[958b] non legant[959]. §. 1. Si qui autem ordinati[960c] sunt in diacones[961d], inter subdiacones habeantur, ita ut manum non inponant, nec sacra[962] contingant. §. 2. Cum[963e] uero penitentem dicimus, qui post baptisma[964], aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus grauissimisque peccatis publicam penitenciam gerens sub cilicio[965] diuino fuerit reconciliatus altario.

VII. Pars. Gratian. *Apostatae quoque ad clericatus offitium admitti non debent.*

Unde in Concilio *Arelatensi II.* [cap. 25.][966]:

C. LXIX. *Ad clericatus offitium non admittantur apostatae.*

Hii[967], qui post sanctam religionis professionem[968] apostatant et ad seculum[969a] redeunt[970], et postmodum penitenciae[971] remedia non requirunt, sine penitencia communionem penitus[972] non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus offitium non admitti[973]. Et[974] quicumque ille sit[975], post penitenciam habitum secularem accipere[976] non presumat. Quod si presumpserit, ab ecclesia alienus habeatur.

DISTINCTIO LI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Ecce, quod criminosi, uel non uere penitentes, uel publicam penitenciam agentes, a sacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoque*[1] *sancta mater ecclesia, ut* *curiales*, *aut*[2] *post baptisma* *militantes*, *aut in foro* *decertantes*, *a sacris prohibeantur ordinibus.*

Unde *Innocentius* *ait* [Papa Episcopis in Toletana[3]. Sinodo constitutis, epist. XXIV. c. 2.][4]

C. I. *Post baptisma militantes, uel in foro decertantes, a sacris prohibentur ordinibus.*

Aliquantos[5] ex his, qui post acceptam baptismi[6] gratiam in forensi exercitacione sunt uersati et obtinendi[7] pertinaciam susceperunt, adscitos ad sacerdotium esse[8] comperimus, e quorum numero[9a] aliqui perhibentur ad sacerdotium assumi; aliquantos ex milicia[10], qui cum potestatibus obedierunt[11], seua[12] necessario precepta sunt exsecuti; aliquantos[13] ex curialibus, qui, dum parerent[14b] potestatibus, que sibi sunt inperata fecerunt; aliquantos[15], qui uoluptates et editiones populi[16c] celebrarunt, ad honorem summi sacerdocii peruenisse, quorum omnium neminem ad[17d] societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenire[18e]. Que singula si discutienda mandemus[19], non modicos motus aut scandala Ispaniensibus prouinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis[20] inducemus[21]; idcirco remittenda potius hec putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis uestrae maturitas prouidere debebit, ut tantae usurpationis[22f] nunc[23g] finis necessarius inponatur, eo[24] uidelicet constituto, ut[25], quicumque tales ordinati fuerint[26], cum ordinatoribus suis deponantur.

C. II. *De quibus laicis ad*[27a] *clericatum non possunt peruenire.*

Idem *Felici Episcopo Nuceriano*, [epist. IV. c. 3.][28]

Designata sunt genera laicorum[29], de quibus ad clericatum aliqui[30b] peruenire[31] non possunt, id est, si quis fidelis administrauerit[32c]. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inueniantur huiusmodi uiri, qui clerici debeant fieri, tamen quoniam sepius ad curiam[33d] repetuntur, cauendum est ab his propter tribulationem, que sepe de his ecclesiae prouenit.

C. III. *Non admittantur curiales ad clericale offitium.*

Idem [Victricio Episcopo Rothomagensi, epist. II. cap. 11.][34]

Preterea frequenter quidam ex fratribus nostris[35] curiales uel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, pro[36a] quibus postea maior est[37b] tristicia, cum[38] de reuocandis eis aliquid ab inperatore precipitur, quam gratia nascitur de ascito[39]. Constat enim eos in ipsis muneribus[40] etiam uoluptates exhibere, quas a diabolo inuentas esse non dubium est, et ludorum et munerum[41c] apparatibus[42] aut preesse, aut forsitan[43] interesse. Sit certe in exemplum sollicitudo et tristicia fratrum, quam sepe pertulimus inperatore presente, cum pro his sepius rogaremus[44], quam ipse nobiscum positus cognouisti[45], quibus[46] non solum inferiores clerici ex curialibus, uerum etiam iam[47d] in sacerdotio constituti ingens molestia ut redderentur instabat[48].

C. IV. *Non promoueatur ad diaconatum, qui post baptismum ad fideles*[49a] *necandum*[50] *accinctus fuerit.*

Item ex Concilio *Tolletano I.* [cap. 8.][51]

Si quis post acceptum[52b] baptismum militauerit, et clamidem sumpserit ac[53c] cingulum ad necandum[54d] fideles *, etiamsi grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconii non accipiat dignitatem.

C. V. *A quibus debet*[55] *esse inmunis, qui in episcopum est ordinandus*[56a].

Item ex *Tolletano* *Concilio IV.* [cap. 19.][57]

Qui in aliquo crimine detenti[58b] sunt, qui infamiae nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam penitenciam se admisisse confessi sunt, qui in heresim[59] sunt lapsi, qui[60c] in heresi baptizati[61] aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt aut qui[62d] naturali defectu[63] mem-

EDITIO ROMANA.

Dist. L. c. 68. b) ut evangelia aut epistolam c) aut. ante ordin. d) ord. sunt diaconi e) Eum — c. 69. a) ad saecularem red. conversationem — Dist. LI. c. 1. a) num. Rufinus et Gregorius perhib. [aliq.: *deest*] b) parent c) populo d) nem. ne ad e) pervenisse f) usurpationi — c. 2. a) laic. aliqui ad b) aliqui: *deest* c) *post* fidel. *addit.*: militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulaverit, si quis fidelis administr. d) a curia — c. 3. a) pro: *deest* b) est: *deest* c) mimorum d) iam: *deest* — c. 4. a) fidelem b) accept.: *deest* c) aut d) necandos — c. 5. a) ordinatur b) detecti c) vel qui d) qui: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LI. C. IV. * Ad necandos fideles: Verba haec non sunt in codice Lucensi regio.

Dist. L. can. 68. 957) deputetur: *orig.*; deputantur: *Hisp.* 958) *Codd. coll. o.*; ev. et apostol.: *orig. Hisp. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 959) legat: *orig. Hisp.* 960) *Codd. et Edd. coll. o.*; autem non ordin.: *Polyc.* 961) *Codd. et Edd. coll. o.*; subdiacones: *orig. Hisp. Burch. Ans. Polyc.*; diac.: *deest: Ivo Pan.* 962) aut sacra non: *orig. Hisp.*; aut sacra: *Burch. Ivo Decr. Polyc.* 963) *ABC*; Ex penitente: *orig. Hisp.*; ex eo vero poenitente: *Burch.* 964) *Codd. coll. o.*; de eo qui post bapt.: *Hisp.* 965) concilio: *Corr. Ans. Polyc.* || can. 69. 966) *hab. ao.* 443. *vel* 452. (*cf. Hefele* II, 281.); *ap. Bruns* II, 133.; *Reg.* I, 319.; *Burch.* XIX, 67.; *Ivo Decr.* XV, 81.; *Coll. tr. P.* II, 24, 8. — *canon noster et antecedens Dictum Gratiani desunt in D; in F manu posterioris aetatis in margine adscripta sunt.* 967) Si: *EGH* 968) propositum: *Reg.*; sanctae relig. propositum: *Burch. Ivo Decr.* 969) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 970) redeant: *EGH* 971) poenitentium: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 972) pen.: *deest; Reg. Burch.* 973) *finis canonis: Reg.* 974) *cf. Reg.* I, 320. 975) sit: *deest: orig. Hisp.*; est: *Burch. Ivo Decr.* 976) acc.: *deest: Ivo Decr. Coll. tr. P.*

Dist. LI. Pars. I. 1) quoque: *deest: AB* 2) vel . . vel: *ABF* || can. 1. 3) Tolosana: *Hisp.* 4) *scr. c. a.* 404. *c.* 4. (*in Hisp. c.* 2.) — *Jaffé no.* 89. 5) quantos enim: *orig. Hisp.* (*et sic per exclamationem deinceps*) 6) bapt.: *deest: orig.* 7) et obtin. vel obiciendi: *AB* 8) esse: *deest: AB* 9) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 10) aliqua milit.: *orig.*; quantos ex milit.: *Hisp.* 11) obedirent: *orig.*; obedierint: *Hisp.* 12) saeva: *orig.*; severa: *Hisp.* 13) quantos: *orig. Hisp.* 14) *Codd. et Edd. coll. o.* 15) quantos: *orig. Hisp.* 16) *ABCDF* 17) *Codd. et Edd. coll. o.*; nec ad: *Hisp.* 18) *Codd. coll. o. Hisp.* 19) mandamus: *EGH*; mandaremus: *Edd. coll. o.* 20) emendationes: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 21) indiceremus: *Ed. Lugd.* I.; induceremus: *Edd. coll. rel.*; inducimus: *Hisp.* 22) *AF Hisp.* 23) *Codd. coll. o.* 24) Ex eo: *EGH* 25) *verba seqq. inveniuntur in Hisp. desunt in orig. ubi alia sequuntur* 26) *verba seqq.: desunt: A, ubi legitur:* cavendum est ab his propter tribulationem que sepe de his ecclesiae provenit. || can. 2. 27) *BDEFGH* 28) *Ep. Innocentii* I. (402—17.) *incerto tempore scr. c.* 3. — *Jaffé no.* 111. — *Ans.* VII, 10.; *Ivo Decr.* VI, 95. (De laicis vero); *Polyc.* II, 31, 37. — Miceriano Ep.: *Edd. coll. o.*; Tolosano: *Ivo* 29) laicor.: *deest: Hisp. Ivo* 30) *Codd. et Edd. coll. o.* 31) venire: *BDF Edd. coll. o.* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) *AF Edd. Arg. Bas. Corr. orig. Hisp. Ans. Ivo Polyc.* || can. 3. 34) *scr. ao.* 404. *c.* 11. *in Leon. M. Opp. ed. Ball.* III, 204. — *Jaffé no.* 85. — *Ivo Decr.* VI, 349. 35) vestris: *AB* 36) *Codd. et Edd. coll. o.* 37) *ib.* 38) tunc cum: *E*; tunc cum iam: *G Edd. coll. o. pr. Arg. et Nor.*; trist. cum iam: *C Edd. Arg. Nor.* 39) adscitis: *Corr.*; de adsc.: *deest: Hisp.* 40) monitis: *Hisp.*; munerib. id est ministeriis: *GH*; muniis: *Corr.* 41) *ABF orig.*: vel muner.: *Corr. Hisp.*; aut numerum: *male Ivo* 42) partibus: *Hisp.* 43) fors.: *deest: ib.* 44) rogamus: *BF*; rogassemus: *AB* 45) agnovisti: *orig.* 46) ex quibus: *EGH Corr.* 47) *AC orig. Hisp. Ivo* 48) imminebat: *orig.*; instabat: *Codd. orig.* || can. 4. 49) *Codd. coll. o. pr. D.* 50) necandos: *EGH* 51) Tolet. II.: *CEFH*; — *hab. ao.* 400. *ap. Bruns* I, 205.; *Coll. tr. P.* II, 35, 4. 52) *Codd. et Edd. coll. o.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 54) *ABCDF Edd. coll. o. Coll. tr. P.*; ad nec. fid.: *deest: orig. Hisp., sed exstat in orig. ed. Mansi* || can. 5. 55) debeat: *AB* 56) *Codd. coll. o. pr. C.* — *Edd. Arg. Bas.*; eligitur: *C* 57) *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 229.; *Coll. tr. P.* II, 37, 3. 58) *BDEGH Edd. coll. o. orig. ap. Mansi* 59) heresi: *AB*; in heresi: *C* 60) *ABCDF orig. Hisp. Coll. tr. P.* 61) bapt. sunt: *CEFGH* 62) *Codd. coll. o.* 63) naturaliter defecta: *Coll. tr. P.*

brorum aliquid[64e]* minus habere noscuntur, qui secundae uxoris coniunctionem sortiti sunt aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui uiduam uel a[65] marito relictam duxerunt aut corruptarum mariti fuerunt[66], qui concubinas aut fornicarias** habuerunt, qui seruili condicioni obnoxii sunt[67], qui ignoti sunt, qui neophiti uel laici sunt, qui seculari miliciae dediti sunt, qui curiae nexibus obligati sunt, qui inscii litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt[68], qui ambitu honorem querunt, qui honorem muneribus obtinere moliuntur[69], qui a decessoribus[70] in sacerdotium eliguntur. §. 1. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriae ciuitatis elegit, uel[71] auctoritas metropolitani, uel conprouincialium sacerdotum assensus[72] non exquisiuit. Quicumque ergo[73] deinceps ad ordinem sacerdocii postulatus[74], et in his, que predicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, et examinatus probabili[75] uita atque[76f] doctrina exstiterit, tunc secundum sinodalia uel decretalia constituta cum omnium clericorum uel ciuium uoluntate ab uniuersis conprouincialibus episcopis, aut certe a tribus, in sacerdotem die dominico[77g] consecrabitur, conuenientibus[78] ceteris, qui absentes sunt, suis litteris, et magis auctoritate uel presencia eius, qui metropolitanus Episcopus[79h] constitutus est. Episcopus autem conprouincialis ibi consecrandus est, ubi metropolitanus elegerit; metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli, conprouincialibus[80] ibidem conuenientibus. §. 2. Si quis autem deinceps contra predicta uetita canonum ad sacerdotii gradum indignus aspirare contenderit[81], cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

DISTINCTIO LII.

GRATIANUS.

Qui uero pretermissis aliquibus gradibus non superbia, sed negligentia ad maiores[1a] conscenderit[2b], tamdiu a maioribus abstineat, quousque congruo tempore pretermissos accipiat.

Unde Alexander* *II. scribit* Grimaldo *Constantiensi Episcopo*[3]:

C. I. *De eo, qui subdiaconatus ordine postposito diaconus et presbiter est ordinatus.*

Sollicitudo dilectionis tuae studuit consulere, utrum portitor[4a] istarum litterarum diaconatus et presbiteratus offitium idoneus sit peragere nec ne, cum ad id prepropero[5b] cursu, subdiaconatus ordine postposito[6], negligentia potius quam superbia cognoscatur ascendisse. Unde nos consulendo caritati tuae mandamus, ut ab offitio sacerdotali eum prohibeas[7], donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi rite inponas, et sic deinceps ad maiora offitia eum redire concedas.

DISTINCTIO LIII.

GRATIANUS.

Curiales autem, ut supra scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab ecclesia repetuntur, plurima incommoda ecclesia sequitur[1a], uel quia iidem curiales non uoto religionis, sed ut offitiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesias[2b] se transferunt.

Unde Gregorius *scribit lib. VIII. Reg.* [Indict. I. epist. 11.] *omnibus Episcopis de lege Mauritii Augusti*[3a]:

C. I. *Quare sit constitutum, ne curiales ordinentur.*

Legem, quam piissimus inperator dedit, ne forte[4b] hi, qui miliciae uel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum ueniant uel in monasteriis conuertantur[5], uestrae studui fraternitati transmittere[6], maxime ob hanc causam[7c], quod[8d] hi, qui seculi actionibus inplicati sunt, in clero ecclesiae prepropere suscipiendi non sunt, quia, dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter quam prius[9e] uixerant uiuunt, nequaquam student seculum fugere, sed mutare. Quod si etiam tales quique[10f] monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt[11], nisi prius a negociis[12g] publicis fuerint absoluti. §. 1. Si qui uero ex militaribus uiris[13]* in monasteriis annumerari[14h] festinant, non sunt temere suscipiendi, nisi uita eorum subtiliter inquisita fuerit. Et iuxta normam regularem in suo habitu per triennium probati[15i], tunc monachicum habitum Deo auctore suscipiant[16k].

DISTINCTIO LIV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Serui autem ordinari prohibentur, nisi a propriis dominis libertatem legitimam consequantur.*

Unde Leo *Episcopus omnibus scribit Episcopis*[1a]:

C. I. *Seruus ad clericatus offitium non promoueatur.*

Nullus* episcoporum seruum alterius ad clericatus offitium promouere presumat[2], nisi forte eorum peticio aut uoluntas accesserit, qui aliquid sibi in eo[3] uendicant potestatis. Debet[4] enim esse inmunis ab aliis, qui diuinae miliciae est[5] aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen eius asscribitur, nullius[6b] necessitatis[7] uinculis abstrahatur.

EDITIO ROMANA.

Dist. LI. e) memb. aut decisione* aliq. f) et g) dominica h) qui est in metropoli constit. — Dist. LII. a) maiorem b) ascenderit — c. I. a) portator b) praepostero — Dist. LIII. a) consequitur b) ecclesiam — c. I. a) Gregor. Papa ... Ep. Siciliae b) fortasse c) ob hoc d) exhortans quod e) prius vixer. f) quoque g) ratiociniis h) converti i) debent ... probari k) et tunc ... suscipere — Dist. LIV. c. I. a) Episc. per Campaniam b) nullis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Aut decisione: Addita haec sunt ex conciliis olim Coloniae ac Lutetiae impressis. In novissima vero Coloniensi editione legitur: *vel defectione*, pro: *vel desectione.*

** Aut fornicarias: In codice Lucensi regio [in ed. Bruns et in Hisp.] legitur: *ad fornicationes;* quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis, ut supr. dist. 34. c. *Is qui*, est annotatum.

Dist. LII. C. I. * In libro pervetusto est epistola eiusdem Alexandri ad Gervasium Remensem archiep., cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantiensi ep. se dedisse narrat.

Dist. LIII. C. I. * Viris: In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus et apud Ivonem legitur: *numeris*, ut significentur milites in breviculo seu matricula descripti.

Dist. LIV. C. I. * Nullus: Caput hoc videtur confectum ex titulo, qui in codice canonum praeponitur primo decreto Leonis I., et ex parte posteriore ipsius decreti, in qua exceptio eorum, quae prius statuit, continetur; prior autem pars, quae hic deest, habetur infr. ead. c. *admittuntur.*

Dist. LI. can. 5. 64) *Codd. et Edd. coll. o.:* membror. decisione: *Coll. tr. P.;* aliq.: *deest: Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 65) a: *deest: orig. Hisp.* 66) fuerint: *ib.* 67) condicione obn. s.: *AB;* videntur: *C* 68) accesserunt: *Hisp. Coll. tr. P.* 69) volunt: *AB* 70) praedec.: *Ed. Bas.* 71) nec: *orig.;* elegerit vel: *orig. ap. Mansi* 72) assensio: *Hisp. Coll. tr. P.;* ass. n. exquisierit: *AB* 73) igitur: *orig. Hisp.* 74) postulatur: *orig. Hisp.;* postulatus: [illegible] *ap. Mansi* 75) probabilis: *orig. Hisp.* 76) *Codd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 77) *ABCDF* 78) conniventibus: *Corr. orig. Hisp.;* convenientibus: *orig. ap. Mansi* 79) *Codd. et Edd. coll. o.;* *add.:* vero: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 80) a compr.: *D Edd. coll. o. pr. Bas.; add.:* omnibus: *Ed. Bas. F* [illegible] 81) voluerit: *AB*

Dist. LII. 1) *Codd. coll. o.;* mai. gradus: *EGH* 2) *Codd. coll. o.* ‖ can. 1. 3) *Ep. ad Rumoldum Constantiensem scr. circ. a.* 1061 [illegible] *ap. Mansi* XIX, 963. — *Jaffé no.* 3441. — *Ivo Decr.* VI, 409.; Constantinensi: *ABE Corr.;* Rainoldo, Rumaldo: *Corr.* 4) *Codd. coll. o.* 5) [illegible] 6) cursu videlicet sine subd. ordine, negl.: *Ivo* 7) prohibeatis: *ib.*

Dist. LIII. 1) *ABCEFGH* 2) *ABEGH* ‖ can. 1. 3) *Codd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* — *Ep. 5. (scr. ao. 598.) lib. 8. Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1131. — *Ivo Decr.* X, 121.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 50. 4) *ABCEGH Coll. tr. P.* 5) conv.: *deest: Coll. tr. P.* 6) fraternitatis studio: *A;* transm. cupimus: *F* 7) *AB* (maximeque), *C* (hancque), *DEFGH* — *Edd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o.;* hoc maxime excitat: *Ivo;* excitant: *Coll. tr. P.* 9) [illegible] 10) [illegible] *coll. o.* — *orig.* 11) non s. susc. ullo modo: *EGH* 12) *AB* (*omisso:* a); *CEGH;* rationibus: *D orig. Coll. tr. P.;* actionibus: *Corr. Ivo* 13) numeris: *CD orig. Ivo Coll. tr. P.* 14) *ABEGH Edd. coll. o. pr. Bas.;* ingredi: *F Ed. Bas.* 15) *Codd. et Edd. coll. o.;* sed in *AB deest:* debent 16) *Codd. et Edd. coll. o.*

Dist. LIV. can. 1. 1) *Codd. coll. o.; scr. ao.* 443. *c.* 1. *Ed. Baller* I, 612. — *Jaffé no.* 180. — *Ivo* VII, 28.; [illegible] II, 51, 16. [illegible] admittuntur, [illegible] *verb.* debet, *usque ad finem canonis, deinde nostri sequitur initium*) 2) *usque ad hoc verbum omnia desunt in orig.* [illegible] sed ab aliis etiam qui originali aut alicui conditioni obligati sunt volumus temperari. 3) eos: *orig.;* eis: *Polyc.* 4) *Burch.* II, 22.; *Ivo Decr.* VI, 64. 5) fuerit: *orig. Burch. Ivo Polyc.* 6) *BDEFGH* 7) necessitatum: *Burch. Polyc.;* necessitatibus abstrahatur: *Ans.*

C. II. *De seruili condicione ad sacros ordines nullus accedat*[8 a].
Item ex Triburiensi Concilio[9]*.

Nulli[10] de seruili condicione ad sacros ordines[11] promoueantur, nisi prius[12] a dominis propriis[13] legitimam libertatem consequantur[14]; cuius libertatis charta ante ordinationem[15] in ambone publice legatur, et, si nullus contradixerit, rite consecrabuntur[16]. Porro seruus non[17] canonice consecratus, postquam de gradu deciderit[18 b], eius condicionis sit, cuius fuerat ante[19] gradum.

[P A L E A[20].

C. III. Ex Concilio Cartaginensi I.*, c. 8.[21]

Magnus episcopus Astiagensis[22] dixit, quid dilectioni[23] uestrae uidetur, procuratores, actores[24] et executores[25], seu curatores[26] pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: si post deposita uniuersa et reddita ratiocinia actus uitae ipsorum fuerint conprobati in omnibus, debent[27] et cum laude cleri[28], si postulati fuerint[29], honore munerari[30]. Si enim ante libertatem negociorum uel offitiorum[31] ab[32] aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur[33]**. Uniuersi dixerunt: Recte omnia statuit sanctitas tua, ideoque[34] ita est et[35] nostra ista quoque sentencia.]

C. IV. *Post donum libertatis famuli ecclesiae deuocentur*[36 a] *in clerum.*
Item ex Concilio Tolletano IX. [c. 11.][37]

Qui ex famulis[38 b] ecclesiae seruituri deuocantur in[39] clerum ab episcopis suis, necesse est, ut[40] libertatis percipiant donum, et si honestae uitae claruerint meritis adiuti[41 c], tunc demum maioribus fungantur offitiis. Quos uero flagitii sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua[42] seruitus condicionis religet in catena[43 d].

Gratian. *Qui autem a dominis suis ordinandi libertatem consequuntur, ab eorum patrocinio penitus debent esse alieni, ut in nullo eorum obsequiis inueniantur obnoxii.*

Unde in Concilio Tolletano IV. [c. 73.] *legitur*[44]:

C. V. *Ad clericatum suscipiantur*[45 a] *qui nullo obsequio retento a dominis suis libertatem percipiunt.*

Quicumque libertatem a dominis suis[46] ita percipiunt, ut sibi[47] in eis nullum obsequium patronus retentet, isti, si[48] sine crimine[49] sunt, ad clericatus ordinem liberi[50] suscipiantur[51], quia[52] directa manumissione absoluti noscuntur[53]. Qui uero retento[54] obsequio manumissi sunt, pro eo, quod adhuc patroni[55] seruitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem[56] promouendi, ne, quando uoluerint eorum domini, fiant ex clericis serui.

[P A L E A[57].

C. VI. Ex Concilio Tolletano*, c. 82.][58]

De seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos[59] promouentur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordari[60] debere, et statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere presumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti[61] fuerint. §. 1. Et[62] si quilibet seruus dominum suum[63] fugiens aut per litteras[64], aut adhibitis testibus munere conductis uel corruptis, aut qualibet calliditate uel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, decretum est, ut deponatur, et dominus eius eum recipiat. §. 2. Si uero auus uel[65] pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, et ipse filius ibidem educatus et[66] ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, et utrum seruus sit ignotum[67] sit, et postea ueniens dominus illius legibus eum acquisierit, sancitum est, ut, si dominus eius illi libertatem dare uoluerit, in gradu suo permaneat. §. 3. Si uero eum catena seruitutis a castris dominicis abstrahere[68] uoluerit, gradum amittat, quia iuxta sacros canones uilis persona manens sacerdotii dignitate fungi non potest.]

C. VII. *Sine consensu patroni non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus.*
Item ex Concilio Martini Papae[69].

Si quis obligatus est[70] tributo seruili, uel aliqua condicione, uel[71] patrocinio cuiuslibet domus[72], non est ordinandus clericus, nisi probatae uitae fuerit, et patroni consensus[73] accesserit.

[P A L E A[74].

C. VIII. Ex Concilio Tolletano*, c. 2.[75]

De rebus uero illorum uel peculiari, qui a propriis dominis libertate[76] donantur, ut ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur[77], statutum est, ut in[78] potestate dominorum consistat, quicquid ante libertatem habuerunt[79] utrum illis concedere, an sibi retinere[80] uoluerint.]

Gratian. *Ceterum, si a dominis suis libertatem consecuti non fuerint, et ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint, presbiter peculii amissione mulctetur, diaconus uero*[81] *aut uicarium pro se prestabit, aut in seruitutem reuocabitur*[82]; *ceteri uero gradus non possunt quemquam a nexu seruitutis absoluere.*

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIV. c. 2. a) deveniat b) ceciderit — c. 4. a) revocentur b) familiis c) adiuti: *deest* d) catenam — c. 5. a) suscipiuntur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. * Concilio Triburiensi: Huius capitis in conc. Tribur. c. 29. sententia potius habetur, quam verba, quae aliqua ex parte videntur convenire cum iis, quae scribuntur lib. 1. Capitul. c. 88. de ordinatione servorum, vers. *Et quandocunque*.

C. III. * Carthaginensi: In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Ivone, Decretal. in c. un. *de oblig. ad ratioc.*

** Ecclesia infamatur: Sic emendatum est ex concilio et decretal. et Burchardo et Ivone. Antea legebatur: *ab ecclesia infirmentur.*

C. VI. * Toletano: Sic etiam citatur apud Burchardum et Ivonem. In Panormia vero a vers. *si quilibet.* citatur ex lib. 1. Capitularium, ubi integrum exstat hoc caput, atque etiam caput post hoc secundum, *De rebus.*

C. VIII. * Toletano: Haec Palea in Capitularibus habetur coniunete cum Palea antecedente *De servorum,* sed apud Burchardum et Ivonem ex eodem Toletano separatim referuntur.

Dist. LIV. can. 2. 8) *Codd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 9) *hab. ao.* 895.; *inter impressa capitula c. Trib. non exstat; sed cf. c.* 29. *C. Trib. et Wasserschleben Beitr.* 22 *sqq.* 174. *c.* 8. — *Reg.* I, 419.; *Appdx.* I, 44.; *Burch.* II, 21.; *Ivo Decr.* VI, 41.; *Ivo Pan.* III, 48.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 3.; *Polyc.* II, 31, 45. 10) ut nulli: *Reg.* I. *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 11) gradus: *Reg. Appdx.* 12) prius: *deest: Ivo Pan.* 13) propriam: *ib.* 14) consecuti fuerint: *Reg. App.* 15) ordinandum: *ib.* 16) consecrabitur: *BH Ed. Bas. Reg.* 17) qui non: *EGH, sed in EG manu post. aetat.* qui *delet. est.* 18) *ABC Turrecr. ed. Font. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 19) et ante: *Ivo Pan.* || can. 3. 20) *Haec Palea deest in Codd. coll. o.* 21) *hab. inter a.* 345—48. (*cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 610.) *ap. Bruns* I, 114. *Burch.* II, 36.; *Ivo Decr.* VI, 137. — *cf. c.* 1. *Decr. Comp.* I. *et c.* 1. X. *de obl. ad rat.* (1, 19.) 22) Astuagensis: *Hisp. Ivo;* Astaugensis: *Burch.* 23) dilectionis: *Edd. coll. o.* 24) et actor.: *orig. Hisp. Burch. Ivo* 25) etiam per se tutores pupillorum: *orig. Hisp.:* etiam seu curatores: *Burch.* 26) seu curat.: *deest: Ivo* 27) debere: *Edd. coll. o.;* debeant: *Hisp.* 28) clericatus: *Ivo* 29) postulatum fuerit: *ib.* 30) numerari: *Ed. Bas.* 31) vel offic.: *deest: F Edd. coll. o.* 32) et ab: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* 33) infirmatur: *F* 34) ideo quae tua est nostra est quoque sent.: *Hisp.* 35) et: *deest: F Edd. coll. o. Burch. Ivo* || can. 4. 36) *ABDFH;* convoc.: *C* 37) *hab. ao.* 655. *ap. Bruns* I, 295. *Ivo Decr.* VI, 370.; *Coll. tr. P.* II, 35, 5. 38) *ABCDF Corr.;* familia: *Hisp.* 39) ad: *AB* 40) ut: *deest: orig. Hisp.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 42) perpetue: *Coll. tr. P.* 43) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Turrecr. ed. cit. Ivo Coll. tr. P.* || can. 5. 44) *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 241.; *Ans. ded.* X, 56.; *Reg.* I, 406., *Burch.* II, 25.; *Ivo Decr.* VI, 126.; *Ivo Pan.* III, 46.; *Coll. tr. P.* II, 37, 30.; *Polyc.* II, 31, 55. 45) *Codd. coll. o. pr. D.* 46) suis: *deest: Ivo* 47) sibimet: *Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Pan.* 48) si: *deest: Polyc.* 49) crim. capitali: *Ivo Decr. Pan.* 50) libere: *Hisp. Ans. ded. Reg. Ivo Decr. Polyc.* 51) suscipiuntur: *orig.* (*sed ap. Mansi:* suscipiantur) *Hisp. Ans. ded.* 52) qui: *Ivo Pan.* 53) abs. esse nosc.: *Ivo Decr. Pan.* 54) retenti: *Reg.* (*ap. Baluz.:* retento) 55) patronis: *Ed. Bas.;* a patrono: *orig.* (patroni: *Mansi*) *Hisp. Ans. ded. Coll. tr. P.;* a patronis: *Reg.* 56) ad clericatum prom.: *AB* || can. 6. 57) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. — in F manu posterioris aetatis in margine adscripta est.* 58) *imo ex Cap. Reg. Franc. Ansegis. lib.* I. *c.* 82. (*Capit. Aquisgran. ao.* 817. *c.* 6.) *Mon. German. LL.* I, 207. *Reg.* I, 408. (ex eod. [*id est ex Capitular.*]) *Burch.* II, 31.; *Ivo Decr.* VI, 132. — *cf. c.* 2. *Decretal. Comp.* I. *et c.* 2. X. *de serv. non ord.* (1, 18.) 59) indiscrete prom.: *orig. Reg. Ivo;* promovebantur: *orig.* 60) concordare: *Burch. Ivo* 61) secuti: *Burch.* 62) *Ivo Pan.* III, 163. 63) suum: *deest: F Edd. coll. o.* 64) aut (vel: *Burch. Ivo Decr.*) latitans: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr.* 65) aut: *Burch. Ivo Decr.* 66) educat. est et: *F Edd. coll. o.;* et: *deest: Ivo Decr.* 67) ignoraverit: *orig.* 68) extrahere: *orig.;* abstrahere: *Codd. orig.* || can. 7. 69) *cap.* 46. *Martini Brac.* (*ex Conc. Tolet.* I. *c.* 1. *ao.* 400. *hab.*) *ap. Bruns* II, 53.; *Coll. tr. P.* II, 47, 46. 70) est: *deest: orig. Hisp., invenitur in ed. Mansi* 71) vel: *deest: orig. Hisp., invenitur in ed. Mansi* 72) domiui: *EGH Ed. Bas.* 73) concessus: *orig. Hisp.;* consensus: *Codd. orig. Codd. Hisp.* || can. 8. 74) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. in F manu posterioris seculi in margine adscripta est.* 75) *cf. not.* 58. — *Reg.* I, 409.; *Burch.* II, 23.; *Ivo Decr.* VI, 38. 76) libertati: *Ed. Bas.* 77) promoveri debeant: *F Edd. coll. o. Ivo; add.:* iure: *Burch.* 78) in: *deest: Burch.* 79) q. ante lib. hab.: *deest: orig. Reg.* 80) vindicare: *orig. Reg.* 81) vero factus: *BEFGH* 82) devocabitur: *ADF*

Unde Gelasius scribit Martino[83] *et Iusto Episcopis*[84]:

C. IX. *Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium, peculii amissione multetur.*

Ex[85] antiquis regulis et nouella sinodali explanatione conprehensum est, personas obnoxias cingulo[86a] celestis miliciae non precingi. Sed nescio utrum ignorantia aut[87b] uoluntate rapiamini, ita[88] ut ex hac causa[89] nullus pene episcoporum uideatur extorris. Ita enim[90] nos frequens et plurimorum querela circumstrepit, ut ex hac parte nichil penitus putetur constitutum. §. 1. Actores[91] siquidem illustris uiri filii nostri Amandiani[92c] grauiter conqueruntur, homines suo[93] iuri debitos[94] alios iam clericos, alios iam[95] diaconos[96] ordinatos, cum non solum post modernum concilium[97] (quod tantorum collectione pontificum sub omnium saluberrimae prouisionis[98] assensu constat esse perfectum) huiusmodi[99d] personae suscipi non deberent[100], uerum etiam, si qui forte in diuinae cultu[101] miliciae ante fuerint ignorantia faciente suscepti, eliminari[102e] prorsus et exuti religioso priuilegio, ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint[103] ammonitione compelli[104]. Et ideo, fratres karissimi[105], eos, quos supradicti uiri actores in clericatus offitio[106] monstrauerint detineri[107], discussos et obnoxios adprobatos[108], custodito[109] legum tramite sine intermissione restituite, ita ut si quis iam ex his[110] presbiter reperitur, in eodem gradu peculii sola[111f] amissione multatus[112] maneat[113]. Diaconus uero aut uicarium[114] prestet, aut, si non habuerit, ipse[115] reddatur. Reliqua uero offitia[116] sciant, neminem posse ab obnoxietate[117g], si conuincitur, uendicari[118], quatenus hoc ordine custodito nec dominorum iura, nec priuilegia ulla ratione turbentur.

C. X. *Seruus clericus factus seruituti maneat obnoxius.*

Idem Herculentio, Stephano et Iusto Episcopis[119].

Frequens quidem[120a] et assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra nouiter[121] directa cogitantes, obnoxias possessoribus[122b] illigatasque[123c] personas uenientes ad clericale cingulum[124d] non refutant. §. 1. Nuper[125] etenim[126e] rectores[127f] illustris feminae Placidiae[128g] petitorii[129] oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis[130h] siue Cusilinatis[131i] urbis antistitem Antiochum seruum iuris patronae suae (absentis dominae occasione captata) ad presbiterii honorem usque perductum[132k], eiusque fratrem Leoncium clericalis offitii priuilegio decorasse. Et ideo, fratres carissimi, inter supradictos actores, et eos, qui extremae condicionis repetuntur obiectu[133], cognitionem uobis nostra auctoritate deputamus, ut omni[134] ueritate discussa, si reuera obiectam sibi maculam iustae[135] refragationis non poterit[136l] ratione diluere[137], Leoncium clericum, quem gradus prefinitus[138] legibus non defendit, ad sequendam condicionis[139] suae necessitatem modis omnibus redibete[140m]*. Antiochum uero, quia propter[141] sacerdotium iam retolli[142n] non potest, si in sua ecclesia[143] in hoc in quo est honore collocare desiderat[144o], non uelud redditum sibi habeat, sed pro ministeriorum[145p] celebratione susceptum.

C. XI. *De eodem.*

Idem Rufino et Aprili Episcopis[146].

Quis aut leges principum, aut patrum regulas, aut ammonitiones modernas dicat debere contempni, nisi qui inpunitum sibi tantum existimat[147a] transire commissum[148]? Actores siquidem filiae nostrae illustris et magnificae feminae Maximae petitorii nobis insinuatione conquesti sunt, Siluestrum atque Candidum, originarios suos, contra constituciones, que supra dictae sunt, etiam[149b] contradictione preeunte a Lucerino[150] pontifice diacones non legitime[151c] ordinatos. Et[152d] ideo, fratres karissimi, tantae preuaricationis excessus noueritis sagacius inquirendos, et, si constiterit querelam ueritate fulciri, continuo, qui contradictione preeunte non legitime sunt creati, a sacris offitiis repellantur.

C. XII. *Nec ad religiosae uitae propositum, nec ad clericatus offitium sine dominorum consensu serui admittantur.*

Item eisdem[153a].

Generalis etiam querelae uitanda presumptio est, qua propemodum causantur uniuersi, passim seruos et originarios dominorum iura possessionemque[154b]* fugientes, sub religiosae conuersationis obtentu uel ad monasteria sese conferre, uel ad ecclesiasticum famulatum conniuentibus quoque presulibus indifferenter admitti. Que modis omnibus est amouenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum aut aliena[155] peruadi, aut publica uideatur disciplina subuerti; precipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari dignitatem conueniat, cogaturque pro statu militantium sibi condicioneque[156] iurgari[157], aut uideri (quod absit) obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohi-

EDITIO ROMANA.

Dist. LIV. c. 9. a) serituti cing. b) an c) Amandi d) huiuscemodi e) eliminati f) sui g) ab hac obnox. — c. 10. a) equidem b) possessionibus c) obligatasque d) clericalis officii cingul. e) enim f) actores g) Placidae h) Marcellaniensis i) Clusitanae k) perduxisse l) poterunt m) reddi iubeatis* n) reconciliari o) desiderat domina p) mysteriorum — c. 11. a) aestimet b) et c) non leg.: *deest* d) Et: *deest* — c. 12. a) Idem Episcopis per Lucaniam, etc. epist. I. c. 16. b) possessionumque*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * **Reddi iubeatis**: In plerisque vetustis exemplaribus Gratiani, Anselmo, Ivone et Polycarpo legitur: *redhibete*; sed ob glossam non est mutatum.

C. XII. * **Possessionumque**: Emendatum sic est ex decreto Gelasii, quum antea legeretur: *possessionemque*. Nam originarii non solum dominis, sed fundis ac possessionibus addicti erant l. *quemadmodum*. l. *originarios*. lib. XI. Cod. tit. *de agricol*. Ac propterea supra in c. *frequens*. non est mutata vox: *possessionibus*, quamvis in plerisque vetustis codicibus legatur: *possessoribus*.

Dist. LIV. can. 9. 83) Martyrio: *Corr. orig. Ans.* 84) *De fide huius epist. non est quod dubitemus* (*cf. Thiel p.* 34.). *Martyrium enim episcop.* [illegible] *Terracinensis et Iustum praefuisse legimus ecclesiae Acherontiae in Lucania. De epocha non constat, videtur tamen scripta paulo post epistolam ad Epp. Lucaniae etc.* (*ao.* 494.) *quae initio novella synodalis explanatio vocatur.* — *ap. Thiel: Ep.* 20. *pag.* 386. — *Jaffé no.* 428. — *Ans.* VII, 29. 85) et: [illegible]; ex: *Codd. orig.* 86) *Codd. coll. o. Turrecr. ed. cit. orig. Ans.* 87) *Codd. coll. o.* 88) ita: *deest: orig. Ans.; invenitur: Codd. orig.* 89) culpa: *Corr. orig. Ans.* 90) enim: *deest: EGH* 91) *Ivo Decr.* VI, 353. *Ivo Pan.* III, 164. 92) *ABEGH orig. Ans. Ivo Decr.* 93) et: *Ans.* 94) deditos: *Ivo Decr.* 95) adhuc: *orig. Ans. Ivo Decr.*; alios iam in: *Ivo Pan.* 96) subdiaconos: *Ivo Pan.* 97) concil.: *deest: orig. Ans. Ivo Decr.* 98) professionis: *Ed. Bas.* 99) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 100) debent: *DF Ed. Bas.*; personas suscipere non deberes: *orig.* (*sed in Codd. orig. ut in textu nostro*) *Ans. Ivo Decr.*; personas suscipere non deberent: *Ivo Pan.* 101) ad .. cultum: *A*; in cultum: *orig. Ans. Ivo Decr.*; in cultu: *Codd. orig.* 102) *Codd. coll. o.*; eliminare: *orig. Ans. Ivo Decr.* 103) debuerunt: *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas.*; debuerant: *EGH Ed. Bas.*; debueris: *orig. Ans. Ivo Decr.* 104) exutos . . . . . compellere: *orig. Ans. Ivo Decr.* 105) frater carissime . . . restitue: *orig. Ans.*; fratres . . . restituite: *Codd. orig.* 106) officium: *EGH* 107) attineri: *orig. Ans. Ivo Decr.* 108) et adprobat.: *AEGH*; ac probatos: *Ivo Decr.* 109) custoditos: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 110) eis: *A*; ex his: *deest: Ivo Decr. Pan.* 111) *ABDEFGH Ed. Bas.* [illegible] sui sola: *C Corr.* 112) mulct.: *deest: orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 113) remaneat: *EGH*; permaneat: *Ivo Decr. Pan.* 114) per se prest.: *FGH* 115) ipse: *deest*: *Ivo Decr.* 116) residua off.: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 117) *ABCF orig. Ivo Decr.*; noxietate: *EFGH Edd. coll. o. exc. Bas.* [illegible] *Ans. Ivo Pan.* 118) vendicare: *CDEG* || can. 10. 119) *Ep.* 21. *scr. ao.* 494 95. *ap. Thiel p.* 388. — *Jaffé no.* 429. — *Ans.* VII, 30.; *Polyc.* II, 31, 26. 120) *ABCGH Polyc.* 121) vel noviter: *AB*; noviter noverint cogit.: *B*; decr. nost. noverint: *DF* 122) *ABCF Corr. Ed. Bas. Codd. orig.* (*Cod. Vatic.* 3832.) *Ans. Polyc.* 123) *Codd. coll. o. Codd. orig. Ans. Polyc.* 124) *ABDF Ans. Polyc.*; ad clericale officium: *C*; ad clericale officium vel cingulum: *EGH* 125) *Ivo Decr.* VI, 354.; *Ivo Pan.* III, 165. 126) [illegible] *Polyc.* 127) *Codd. coll. o.* 128) *Codd. coll. o. pr. AB Ed. Bas. Ans. Ivo Decr.* 129) petitorum: *Ans. Polyc.* 130) *Codd. et Edd.* [illegible] *orig. Ans. Ivo*; Marcell. ecclesiae: *H* 131) *BC Ivo Decr. Polyc.*; Culisinatis: *EG*; Culphinatis: *D*; Consilinatis: *A*; Clusionatus: *Ivo Pan.* — sive Cusil.: *deest: H Ed. Argent.*; Casilinatis: *orig.*; *in Fragm.* 17. *ep. Pelagii* I. *ad Petrum Potentin. ep. script. mentionem fieri videmus Marcell. eccl. sive Consilinatium.* 132) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Codd. orig.* (*Cod. Vatic.* 3832.) *Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 133) obiectam: *orig. Ans. Ivo Decr.*; obiectum: *Polyc.* 134) omnium: *Ivo Pan.* 135) iustitiae: *orig. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 136) *AB orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.*; potuerint: *CEGH*; poterit: *D* 137) divellere: *Ivo Pan.* 138) definitus: *ib.* 139) cognationis: *orig.*; cognitionis: *Codd. orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 140) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Decr. Pol.*; inebete: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; exhibete: *Ivo Pan.* 141) per: *Turrecr. ed. cit. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 142) *Codd. coll. o.* [illegible] *Ans. Ivo Decr. Polyc.*; revelligi: [illegible] 143) suam ecclesiam: *orig. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 144) *Codd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 145) *Codd. coll. o. pr.* [illegible] || can. 11. 146) *Ep.* 22. *scr. ao.* 494. *aut* 495. *ap. Thiel p.* 389. — *Jaffé no.* 430. — *cf. Dist.* X. *c.* 11. — *Ivo Decr.* IV, 179.; VI, 104.; *Ivo Pan.* II, 150.; *Deusdedit p.* IV. *a Corr. et R. citatur*; *sed in Ed. impr. non invenitur canon verbis nostri incipiens, neque ullus ex Gelasii nostra epistola desumtus.* 147) [illegible]; tantum: [illegible] 148) *finis canonis ap. Ivo Decr.* IV, 149) *BDEGH Ivo Decr.* 150) Nicerino: *AB* 151) *Codd. et Edd. coll. o.* 152) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo* || can. 12. 153) *CF*; idem eisdem: *EGH*; item ex eiusdem: *AB*; *Ep.* XIV. *Gelasii scr. ao.* 494. *c.* 14. *ap. Thiel p* 370. — *Jaffé no.* 391. — *Ans.* VII, 196. (198. *can.*: quisquis episcopus). *Ivo Decr.* VI, 100.; *Polyc.* IV, 34, (35), 31. *Caes.* IX, 18. 154) *Codd. coll. o. Codd. orig. Ivo Decr.* 155) al. iura: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 156) conditione: [illegible] 157) iurgare: *Polyc.*

bitis, quisquis[158] episcopus, presbiter, diaconus[159c], uel eorum, qui monasteriis preesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes non restituendas patronis, aut deinceps uel ecclesiae[160d] seruituti, uel religiosis congregationibus putauerint applicandas, nisi uoluntate forsitan[161] dominorum[162] subscriptionis[163e] testimonio primitus absolutas uel legitima transactione concessas, periculum se proprii honoris non ambigant[164] communionisque[165] subituros, si super hac re cuiusquam uerax nos querela pulsauerit. §. 1. Magnis[166] quippe studiis secundum B. Paulum[167f] Apostolum[168] precauendum est, ne fides et disciplina Domini blasphemetur. Idem[169]**: §. 2. Nichil perire credimus ecclesiasticis utilitatibus, si que sunt aliena reddantur.

II. Pars. Gratian. *Hoc tunc obseruandum est, cum dominus et seruus eiusdem professionis inueniuntur. Ceterum si Iudeus Christianum mancipium emerit, iudicis uel episcopi auctoritate, etiam eo inuito, ad libertatem debet perduci.*

Unde Gregorius Libertino Episcopo[170a].

C. XIII. *Ad libertatem perducantur mancipia Christiana a*[171] *Iudeis conparata.*

Mancipia Christiana, quecumque Iudeum conparasse patuerit, ad libertatem iuxta legum precepta sine ambiguitate[172b] perducite, ne, quod absit, religio Christiana Iudeis subiecta[173c] polluatur.

C. XIV. *Offitia publica Iudeis non sunt committenda.*
Item ex Concilio Tolletano III. [c. 14.][174]

Nulla offitia publica Iudeis[175] iniungantur, per que eis occasio tribuatur penam Christianis inferre. Si qui[176] uero Christiani ab eis in Iudaismo[177a] ritu sunt maculati[178] uel etiam circumcisi, non reddito pretio ad libertatem et religionem redeant Christianam.

Gratian. *De his autem, qui in infidelitate empti ad gratiam baptismi uenire desiderant, quid fieri debeat, Gregorius scribit Fortunato Neapolitano Episcopo,* [lib. V. epist. 31.][179]:

C. XV. *In libertatem uendicentur serui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt.*

Fraternitatem uestram oportet[180a] esse[181] sollicitam, si[182] de Iudeorum[183b] seruitio non solum Iudeus, sed etiam quisquam[184] paganorum fieri uoluerit Christianus, postquam uoluntas eius fuerit patefacta, ne[185] hunc sub quolibet ingenio uel argumento[186] cuipiam Iudeorum uenundandi facultas sit; sed is, qui ad Christianam conuerti fidem desiderat, defensione uestra in libertatem modis omnibus uendicetur. §. 1. Hi uero, quos huiuscemodi[187c] oportet seruos amittere, ne forsitan utilitates suas[188] irrationabiliter existiment[189d] inpediri, sollicita uos hoc[190e] conuenit consideratione seruare, ut, si paganos, quos mercimonii causa de externis[191] finibus emerint, infra[192f] tres menses, dum emptor, cui uenditi fuerant[193g], non[194] inuenitur, fugere ad ecclesiam forte contigerit, et uelle se dixerint Christianos fieri, uel etiam extra ecclesiam hanc talem uoluntatem prodiderint, pretium eorum[195] a Christiano scilicet[196] emptore percipiant[197]. Si autem post prefinitos tres menses quisquam huiuscemodi[198h] seruorum Iudaicorum[199i] uelle suum dixerit[200k], et fieri uoluerit Christianus, nec aliquis eum postmodum emerit[201], nec dominus qualibet occasionis specie hunc[202l] audeat uenundare, sed ad libertatis proculdubio premia perducatur, quia hunc non ad uendendum, sed ad sibi seruiendum dicitur conparasse[203].

[P A L E A[204].

C. XVI. Idem Ianuario Caralitano Episcopo, lib. III. epist. 9.[205]

Si[206] quilibet Iudeorum seruus ad uenerabilia loca confugerit causa fidei, nullatenus eum patiamini preiudicium sustinere; sed siue olim Christianus, siue nunc fuerit baptizatus, sine ullo Christianorum* pauperum damno religioso ecclesiasticae pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.]

[P A L E A[207].

C. XVII. Item ex Concilio Tolletano XII. c. 9.[208]

Et[209] si Iudeorum serui, nec dum[210] adhuc[211] conuersi, ad Christi gratiam conuolauerint, libertate[212] donentur.]

[P A L E A[213].

C. XVIII. Item ex Concilio Matisconensi I. c. 16.[214]

Presenti* concilio Deo auctore sancimus, ut nullum Christianum mancipium Iudeo deinceps seruiat[215]; sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis ipsum mancipium quicumque Christianus[216] seu[217] ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi. Et[218] si Christianus fieri desiderat, et non permittitur, similiter faciat, quia nefas est, quem[219] Christus Dominus sanguinis sui effussione redemit, blasphemum[220] Christianae religionis in uinculis tenere. Quod si acquiescere his, que[221] statuimus[222], quicumque Iudeus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam uenire distulerit, liceat mancipium[223] ipsum cum Christianis ubicumque uoluerit habitare.]

C. XIX. *De eodem.*
Item ex Concilio Aurelianensi [I. c. 5.][224]

III. Pars. Si seruus[225], absente aut[226a] nesciente domino, episcopo sciente[227b] quod seruus sit[228], presbiter aut diaconus ordinatus fuerit, ipso in clericatus offitio permanente[229], episcopus eum domino[230] duplici satisfactione

EDITIO ROMANA.

Dist. LIV. c. 12. c) aut diaconus d) ecclesiasticae e) sub scripturae f) Paulum: *deest* — c. 13. a) Lib. Praefecto Siciliae lib. II. ep. 37. b) sine omni ambig. c) subdita — c. 14. a) eis Iudaismi — c. 15. a) vest. de his oportet b) et si c) huiusmodi d) aestimet e) haec f) intra g) fuerint h) huiusmodi i) Iudaic.: *deest* k) edixerit l) hunc: *deest* — c. 19. a) vel b) ep. tamen sciente

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Idem: Haec non sunt inventa apud Gelasium neque apud ceteros collectores habentur.

C. XVI. * Christianorum: Ioannes Diaconus in vita S. Gregorii, lib. 4. num. 46. referens hanc epistolam, et Ivo part. 13. cap. 102. habent hanc vocem, quae tamen abest a codicibus epistolarum S. Gregorii tam impressis quam manuscriptis, qui sunt collati.

C. XVIII. * Praesenti: Caput hoc eodem modo refertur a Burchardo et Ivone; in concilio tamen ipso paulo aliter habetur, et nonnulla desunt.

Dist. LIV. can. 12. 158) *Ivo Decr.* XVI, 47. 159) *EGH Ans. Polyc.;* et: *ADF* 160) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. orig.* 161) fors.: *deest: Ans.* 162) dom. suorum: *BEGH Turrecr. ed. cit.* 163) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ivo Decr.* 164) ambigat..subiturum: *Ans.* 165) et nostrae communionis: *Ans.* 166) magnisque: *EG* 167) *BEGH;* Petrum: *DF Edd. coll. o. — cf.* II. *Tim. c.* 6. II. *Petr. c.* 2. 168) *finis canonis: Ans. Polyc. Ivo Decr.* 169) *Fragm.* 26. *Maximo et Clero Epp. ap. Thiel p.* 499. || can. 13. 170) *Codd. coll. o. — Ep.* 38. (*scr. ao.* 593.) *lib.* 3. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 878. — *Coll. tr. P.* I, 35, 65. 171) a: *deest: AB* 172) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Coll. tr. P.* 173) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 14. 174) *hab. ao.* 589. *ap. Bruns* I, 216.; *Coll. tr. P.* II, 36, 7.; Tolet. IV.: *BC* 175) eis: *Coll. tr. P.;* eos (*i. e. Iudaeos*) opus est agere: *orig. Hisp.* 176) qui: *deest: Edd. coll. o. exc. Bas.* 177) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.;* eis iudaico: *orig. Hisp.* 178) mancipati: *EGH* || can. 15. 179) *Ep.* 32. *scr. ao.* 596. *lib.* 6. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1043. — *Ivo Decr.* XIII, 106.; *Coll. tr. P.* III, 26, (27), 9.; *Polyc.* VII, 14, (13), 3.; *Caes.* VIII, 17. 180) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 181) esse primo soll.: *Edd. coll. o. exc. Bas.* 182) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 183) eorum: *orig.* 184) quilibet: *Coll. tr. P.* 185) nec: *orig.* 186) ingenio arguto: *Ed. Bas.;* argum. cuiuspiam: *AB* 187) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 188) utilitatem suam: *EGH* 189) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 190) *Codd. coll. o. pr. F Turrecr. ed. cit. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 191) extraneis: *EGH Corr. Edd. coll. o.* 192) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 193) *Codd. coll. o. pr. BF — Ivo Coll. tr. P.;* cui vendi debeant: *orig. Polyc.* 194) non: *deest: orig., sed invenitur apud recentiores* 195) eor. ibi: *Edd. coll. o. pr. Bas. — Böhm.* 196) scil.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 197) percipiatur: *Ed. Bas.* 198) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 199) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.;* Iudaeorum: *Edd. coll. o.* 200) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Coll. tr. P.* 201) emere: *orig. Polyc.* 202) *Codd. coll. o.* 203) intelligitur reservasse: *orig.;* intell. reservare: *Polyc.;* reservasse: *Corr.* || can. 16. 204) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. — in F manu posterioris saeculi in margine adscripta est* 205) *Ep.* 9. *scr. ao.* 594. *lib.* 4. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 914. — *Ivo Decr.* XIII, 102. (*can.:* pervenit ad nos) 206) sed: *orig. Ivo* || can. 17. 207) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. — in F manu posterioris saeculi in margine adscripta est.* 208) *hab. ao.* 681. *ap. Bruns* I, 329.; *Burch.* IV, 86.; *Ivo Decr.* I, 280. 209) item ut iud. serv.: *orig. Hisp.;* item ut si iud.: *Burch. Ivo* 210) in ecclesiis: *F Edd. coll. o.* 211) adh.: *deest: F Burch. Ivo* 212) libertati; *F orig. Hisp. Burch. Ivo* || can. 18. 213) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. — manu posterioris saeculi in F adscripta est in margine* 214) *hab. ao.* 581. *ap. Bruns* II, 245. *Burch.* IV, 88.; *Ivo Decr.* I, 282. 215) nullus Christianus Iudaeos deinceps debeat deservire: *orig.* 216) Christianorum: *F Edd. Coll. o. Burch. — deest: Ivo* 217) seu: *deest: F Edd. coll. o.* 218) *haec usque ad verbum* faciat: *desunt in orig.* 219) ut quos: *orig.;* ut quod: *Burch.* 220) persecutorum vinculis maneant irretiti: *orig.* 221) in: *deest: F Edd. coll. o.* 222) acq. statutis nostris: *F Edd. coll. o.* 223) mancipio ipsi: *orig.* || can. 19. 224) *hab. ao.* 511. *ap. Bruns* II, 162. *c.* 8. — *Reg.* I, 404. (Ex C. Moguntiar.) *Burch.* II, 24.; *Ivo Decr.* VI, 125.; *Coll. tr. P.* II, 29, 5.; *Polyc.* II, 31, 44. 225) serv. autem si: *Burch.;* seruus si: *Ivo Polyc.* 226) *BCDF Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 227) *Codd. coll. o. pr. B Turrecr. ed. cit. orig. Hisp. Burch. Coll. tr. P. Polyc.;* autem sciente: *B Reg. Ivo* 228) q. serv. sit: *deest: Reg.* 229) ipse . . permaneat: *Reg.* 230) dom. suo: *BC Edd. coll. o.*

recompenset[231 c]. Si uero episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent[232], aut eum supplicauerint[233] ordinari, simili redibitione[234 d] teneantur obnoxii[235].

C. XX.[236 a]

Constitutio noua[237 b]*.

Si seruus, sciente et non contradicente domino, in clero fuerit ordinatus[238], ex hoc ipso liber[239 c] et ingenuus erit. Sed si[240] ignorante domino[241], licet[242], ei[243] intra spatium unius anni et seruilem fortunam[244] probare, et seruum suum[245] accipere[246]. Verum[247] et[248 d], si legitimo probatus[249 e] experimento monachus efficiatur[250], euadit[251] iugum seruitutis. Debent enim per triennium antequam monachi efficiantur in monasterio[252] permanere, postea uero si monachi effecti[253] fuerint, liberi efficiuntur[254]. Episcopalis[255] ordo[256 f] liberat a fortuna seruili uel ascriptitia, sed non a curiali siue[257] offitiali, nam et post ordinationem durat[258]. Sed[259] et[260] ius patriae potestatis soluit episcopalis dignitas. Inscripticios[261 g] uero in ipsis possessionibus clericos[262] etiam preter uoluntatem dominorum fieri permittimus, ita tamen, ut clerici facti inpositam sibi agriculturam adinpleant.

C. XXI. *De eodem.*

Item Leo[263 a] *omnibus Episcopis*, [epist. I. c. 1.][264]

Admittuntur passim ad sacrum ordinem, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, et qui a dominis suis consequi libertatem minime potuerunt[265], ad fastigium sacerdotii (tamquam seruilis uilitas hunc honorem capiat)[266 b] prouehuntur[267]. Ab[268 c] his itaque, fratres karissimi, omnes uestrae prouinciae abstineant sacerdotes, et non tantum ab his, sed etiam[269] ab aliis originariis, uel qui alicui conditioni obligati sunt, uolumus temperari, nisi forte eorum peticio aut uoluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos uendicant potestatis.

IV. Pars. Gratian. *De seruis monasterii queritur, an ecclesiasticis offitiis possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut supra dictum*[270] *est, nisi a propriis episcopis libertatem consequuntur*[271 d]. *Porro seruus monasterii libertatem consequi non ualet*, non ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quod autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octauae Sinodi*[272], *in qua sic statutum legitur:*

C. XXII. *Monasterii seruum abbati uel monacho non licet facere liberum.*

Abbati uel monacho monasterii seruum non licebit facere liberum. Qui enim nichil proprium habet, libertatem rei alienae dare non potest[273], nam, sicut et[274 a] seculi leges sanxerunt, non potest alienari possessio, nisi a proprio domino.

Gratian. *Hac auctoritate prohibentur serui adipisci libertatem recedendi ab obsequio*[275 b] *monasterii, sed non prohibentur nancisci libertatem promouendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus monasterii obsequiis perpetuo deseruire, ac sic seruus monasterii et libertatem adipisci et sacris offitiis*[276] *ualet associari. Unde in alio capitulo prefatae constitucionis hec causa redditur: „Iniustum* est enim, ut monachis rurale opus facientibus serui eorum otio torpeant ac deliciis affluant."*

V. Pars. Gratian. *Quod autem serui ecclesiarum (quo nomine etiam monasterii seruos significari intelligimus) ad sacrae religionis propositum debeant assumi, auctoritate beati*[277 c] *Gregorii probatur, qui generali*[278 d] *Sinodo residens*[279] *dixit:*

C. XXIII. *Si conuersationis probatae fuerit famulus ecclesiae, potest ordinari.*

Multos ex[280 a] ecclesiastica familia nouimus[281 b] ad omnipotentis seruitium[282 c] festinare, ut ab humana seruitute liberi in diuino seruitio ualeant in[283 d] monasteriis conuersari. Quod[284 e] si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici iuris dominium occasionem prebemus. Si uero festinantes ad omnipotentis seruitium[285 f] incaute retinemus, illi inuenimur negare quedam, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut si quis[286 g] ex iuris[287] ecclesiastici uel secularis miliciae seruitute ad Dei[288] seruitium conuerti desiderat, probetur prius in laicali[289 h] habitu constitutus. Et si mores eius[290 i] atque conuersatio bono desiderio illius[291] testimonium ferunt, absque ulla[292] retractione in monasterio omnipotenti Domino[293 k] seruire permittatur, ut ab humano seruitio[294] liber recedat[295], qui diuino amore[296] districtiorem appetit subire[297] seruitutem. Si[298] autem et[299] in monachico[300 l] habitu secundum Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conuersatus, post prefixa[301] sacris[302] canonibus tempora iam[303 m] ad quodlibet ecclesiasticum offitium prouehatur[304], si tamen illis non[305] fuerit criminibus maculatus, que in testamento ueteri morte mulctantur.

Gratian. *Ecce, quomodo serui ad clericatum ualeant assumi, uel quomodo non admittantur*[306]. *Liberti quoque non sunt promouendi ad clerum, nisi ab obsequiis sui patroni fuerint absoluti. Unde in Concilio Eliberitano*, [c. 80.][307]

C. XXIV. *Absque patroni consensu*[308 a] *libertus non promoueatur ad clerum*[309 b].

Prohibendum est[310], ut liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum non promoueantur[311 c].

EDITIO ROMANA.

Dist. LIV. c. 19. c) compenset d) redhibitioni — c. 20. a) C. XX. De eodem b) item Const. c) ipso, quod constitutus est, liber d) etiam e) probato f) Ep. enim ordo g) Adscriptitios — c. 21. a) Leo Papa b) hon. iure capiat c) *ante* Ab *interiect. est:* Et infra d) consequantur — c. 22. a) etiam b) obsequiis c) beati: *deest* d) in generali — c. 23. a) de b) fam. seu saeculari militia nov. c) omnip. Dei serv. d) val. familiarius in e) Quos f) omnip. Dei serv. g) quisquis h) laico i) illius k) Deo l) monastico m) temp. licenter iam — c. 24. a) assensu b) liberti ... promoveantur c) provehantur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XX. * Exstat hoc caput ad verbum in epitomis novellarum constitutionum ab Irnerio descriptis, quae post Codicem poni solent, itemque in Novella 123. c. 26. per Iulianum antecessorem. Verba autem, quae addita erant in titulo: *Leo imperator omnibus episcopis,* videntur illuc irrepsisse ex sequenti titulo.

IV. Pars. * Non valet: In primo Vaticano post haec verba sequitur: *qui enim sunt monasterii, in nullius ius transire possunt. Unde nec [illegible] potest dicere, hoc meum est, non ergo, etc.* Caput autem, quod nunc a Gratiano citatur, alibi repertum non est, quam apud Isidorum Hispalensem in reg monach. c. de famil. vita.

C. XXII. * Iniustum: Infra 17. quaest. 4. c. *In [illegible]*, vers. *iniustum.* hoc ipsum citatur ex concilio Agathensi, ubi etiam exstat, c. 56.

Dist. LIV. can. 19. 231) *Codd. coll. o. pr. AD — Edd. coll. o.;* persolvat.: *Reg.* 232) perhibuerunt: *EGH;* perhibuerint: *Ed. Bas.;* de illo perhib.: [illegible]; de illo perhibet: *Ivo* 233) postulant: *Reg.;* supplicatione impleverunt: *Burch.* 234) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.;* recompensatione: *Reg.* 235) obnox.: *deest: Polyc.* || can. 20. 236) *Codd. coll. o.* 237) *ABDEFGH; add.:* Item Leo omnibus episcopis: *D et F* [illegible] *Novell.* 123. *c.* 17. *Auth. Si servus Cod. de Epp. et cler.* (1, 3.) — *cf. Iuliani Epitome c.* 432. 445. *Ed. Haenel. — Ivo Pan.* III, 166. 238) clerum: *EGH;* clero sortitus sit: *Ivo Pan.* 239) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 240) si vero: *orig.;* si enim: *Ivo* 241) dom. suo: *Edd. coll. o.;* dom. ordinatio fiat: *orig.;* consecratio facta fuerit: *Ivo* 242) liceat domino intra annum tantum conditionem probare: *Ivo* 243) domino: *orig. Ivo* 244) formam: *C* 245) proprium accip.: *Ivo apud quem verba sqq. desiderantur et alia reperiuntur.* 246) recipere: *orig.* 247) *Auth. Verum Cod. de Epp. et cler.* (1, 3.) 248) *Codd. coll. o. orig.* 249) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Turrecr. ed. cit. Nov. Ven. I. II. orig.* 250) effectus: *EGH* 251) evadet: *orig.* 252) monasteriis: *ib.* 253) facti: *ib.* 254) erunt: *ib.* 255) *Nov.* 123. *c.* 4. — *Auth. Episcopalis Cod. de Epp. et cler.* (1, 3.) 256) *Codd. coll. o. — orig.* 257) vel: *orig.* 258) dur. fortuna servilis: *C* 259) *Nov.* 81. *Auth. Sed episc. Cod. l. c.;* sed episcopopalis dignitas: *orig.* 260) etiam: *EGH* 261) *Codd. coll. o. pr. A — Nov.* 123. *c.* 17. *Auth. Adscriptit. Cod. l. c.* 262) cler.: *deest: orig.* || can. 21. 263) *Codd. coll. o.* 264) *Ep.* 4. *c.* 1. *ser. no.* 443. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 180. — *Ans. ded.* II, 203.; *Reg.* I, 403.; *Burch.* II, 22.; *Ivo Decr.* VI, 61. (*can. continuat.*); *Polyc.* II, 31, 16. 265) poterunt: *AB* 266) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. ded. Reg.* 267) [illegible] *apud quos alia exstant* 268) *Codd. coll. o.* 269) sed ab aliis etiam, qui originali aut alicui: *orig. Ivo* 270) scriptum: *ACF* 271) *ABEGH* || can. 22. 272) [illegible] *est c.* 19. *Isidori Reg. mon. — Coll. tr. P.* II, 11, 29. 273) debet: *Coll. tr. P.* 274) *ABCDF Edd. coll. o., Coll. tr. P.,* et: [illegible] 275) [illegible] 276) ordinibus vel offic.: *EGH* 277) *Codd. coll. o.* 278) *BDEFGH;* praesidens: *C Corr.* || can. 23. 279) *ao.* 595. — *Ans.* VII, 184. (193.) *Coll. tr. P.* I, 55, 25.; *Polyc.* VI, 16, (15.) 21. — *cf. C. Tribur. c.* 29. 280) *BDEFGH Corr. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 281) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.;* eccl. seu saeculari familia: *orig.* 282) *ABDF Edd. coll. o. pr. Bas.* 283) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 284) *Codd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 285) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 286) *Codd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 287) viris ecclesiasticis vel: *Edd. coll. o.;* vel saec. milit.: *deest: Coll. tr. P.* 288) Dei omnipotentis: *Coll. tr. P.* 289) *Codd. et Edd. coll. o.* 290) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 291) eius: *orig. Coll. tr. P.* 292) ulla: *deest: orig.;* illa: *Ans.* 293) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 294) serv.: *deest: AB* 295) discedat: *EGH* 296) in divino obsequio: *orig.* 297) appet.: *deest: orig.;* servire appetit: *Coll. tr. P., ubi hic est finis canonis* 298) *Sequentia in ipso concilio non leguntur.* 299) et: *deest: EGH* 300) [illegible] monachali: [illegible] 301) fixa: *Ans. Polyc.* 302) a sacris: *CEGH* 303) *Codd. et Edd. coll. o.* 304) promoveatur: [illegible] 305) tamen nullis: [illegible] 306) admitti apparet: [illegible] can. 24. 307) *hab. ao.* 305. *aut* 306. (*Hefele Conc. Gesch.* I, 123.) *ap. Bruns* II, 12.; *Coll. tr. P.* II, 30, 16. 308) [illegible] voluntate: [illegible] 309) [illegible] in clerum: *AB* 310) est: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.* 311) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.*

DISTINCTIO LV.
GRATIANUS.

I. Pars. *Corpore uero uitiati similiter a sacris offitiis*[1] *prohibentur.*

Unde Gelasius Papa [Episcopis per Lucaniam et Brutios constitutis, epist. I. c. 2. et 3.] *scribit, dicens*[2]:

C. I. *Qui de monasterialibus disciplinis ad clericale munus accedit et de laicis, anteacta eius uita examinetur.*

Priscis igitur pro[3] sua[4a] reuerentia manentibus institutis[5b], (que[6], ubi nulla rerum[7c] uel temporum perurget[8] angustia, regulariter conuenit custodiri), quia[9d] eatenus ecclesiae*, uel cunctis uel sufficientibus priuatae sunt ministeriis[10e], ut[11f] plebibus ad se pertinentibus diuina munera subplere non ualeant, concedimus[12g], ut, si[13] quis[14] monasterialibus** disciplinis eruditus ad clericale munus accedit[15], etiam[16] de laicis, anteacta[17] eius[18] uita requiratur, §. 1.[19] ne sit aliquo facinore[20] infectus, uel illitteratus, uel bigamus, uel ab adolescentia sortitus[21h], uel corpore uitiatus, uel seruilis uel originariae condicionis, uel curiae uel publicarum nexibus rerum inplicatus[22], uel publica penitencia notatus, uel nulla congruentis temporis expectatione discussus.

C. II. *Annuae suspensioni subiaceat, qui preter canonum*[23] *formam aliquem ordinat.*

Item ex Concilio Arelatensi IV. [c. 3.][24a]

Nullus penitentem, nullus digamum[25b], nullus[26] uiduarum[27] maritos[28] in predictis honoribus audeat ordinare. Et licet hec[29c] iam prope omnium canonum instituta[30] contineant[31], tamen ne[32] cuicumque[33d] sacerdotum supplicantium (sicut iam diximus[34]) inportunitas uel suggestio iniqua subripiat[35e], necesse fuit, ut nunc seueriorem regulam sibi uelint Domini sacerdotes inponere. Et ideo, quicumque ab hac die contra ea, que superius conprehensa sunt, clericum ordinare presumpserit, ab ea[36] die, qua hoc ei potuerit approbari, anno integro missas cantare[37f] non presumat. Quam rem si quis obseruare noluerit, et contra constitutum[38] fratrum[39] faciens missas celebrare presumpserit, ecclesiae communione priuetur*, et[40] ab omnium fratrum communione[41] se nouerit alienum, quia dignum est, ut seueritatem ecclesiasticae disciplinae sentiat, qui salubriter[42g] a sanctis Patribus instituta obseruare contempnit.

C. III. *Non ordinentur penitentes, uel inscii litterarum*[43a].

Item Ylarius Papa[44b] [ex Concilio Romano ab ipso habito, cap. 3.][45]

Penitentes uel inscii[46] litterarum, aut[47] aliqua membrorum dampna perpessi[48], ad sacros ordines aspirare non audeant[49]. Quisquis autem[50] talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet.

Gratian. *Corpore autem uitiati intelliguntur non casu, sed propria uoluntate abscisi*[51c].

Unde in canonibus Apostolorum, [c. 22. et 23.] *legitur*[52]:

C. IV. *Qui semetipsum abscidit*[53a], *non ordinetur.*

Si quis abscidit semetipsum, (id est, si quis amputauerit[54b] sibi uirilia), non fiat clericus, quia suus[55c] est homicida, et Dei[56] condicionis[57] inimicus. §. 1. Si quis, cum clericus fuerit, absciderit[58] semetipsum, omnino dampnetur, quia suus[59d] est homicida.

C. V. *Non producantur ad clerum, qui se ipsos abscidunt*[60a].

Item ex Concilio Arelatensi II. [c. 7.][61]

Hii[62], qui se carnali uicio repugnare[63] nescientes abscidunt[64b], ad clerum peruenire non possunt.

Item Innocentius scribit Felici Nuceriano Episcopo [epist. IV. cap. 1.][65]:

C. VI. *Non est ordinandus, qui partem digiti sui uolens abscidit*[66a].

Qui partem cuiuslibet[67] digiti[68] sibi ipsi[69] uolens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui uero casu aliquo contigerit[70b], dum aut[71] operi rustico curam inpendit, aut aliquid faciens se non sponte percutit[72c], hos[73] canones precipiunt et[74] clericos fieri[75], et, si in clero reperti[76] fuerint, non abici[77]. In illis enim[78] uoluntas est iudicata[79], que sibi ausa[80] fuerit[81d] ferrum inicere[82]*; in istis uero casus ueniam meruit.

Gratian. *Similiter intelligendum est de his*[83e], *qui per languorem a medicis secantur*[84], *aut a barbaris absciduntur*[85f], *aut a dominis castrantur.*

Unde in Niceno Concilio, [c. 1.] *legitur*[86]:

C. VII. *Qui per languorem a medicis dissecatur, ad clerum ualet*[87] *admitti.*

Si quis[88] a medicis propter[89] languorem desectus est aut

EDITIO ROMANA.

Dist. LV. c. 1. a) sui b) constitutis c) nulla vel rer. d) quia: *deest* e) ecclesiae*, quae vel ... ministris f) usque adeo despoliatae servitiis ut g) val. tam instituendi quam promovendi (*orig.*: prouidendi) clericalis obsequii sic spatia dispensanda conced. h) sordidatus — c. 2. a) C. Arel. III. b) bigamum c) hoc d) cuiquam c) subrepat f) facere g) qui toties salubr. — c. 3. a) illiterati b) Papa: *deest* c) abscissi — c. 4. a) absciderit b) amputavit c) *et* d) sui — c. 5. a) *et* b) abscindunt — c. 6. a) digiti volens sibi abscid. b) contigit c) percussit d) fuit e) Sim. vero intell. .. de iis f) abscinduntur

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LV. C. I. * Eatenus ecclesiis: Restitutus est hic locus ex epistola Gelasii et Ivone.

** Monasterialibus: Hic de industria videntur Gelasii verba mutata et in compendium redacta, integra autem referuntur infr. dist. 77. c. *Si quis*. et ibi legenda.

C. II. * Ecclesiae communione privetur: Haec verba non sunt in ipso concilio, et videntur idem significare ac sequentia, sunt tamen in vetustis quoque Gratiani codicibus.

C. VI. * Iniicere: In originali sequitur, *quod scilicet et alii id facere dubitari* [dubitare: orig. ed. Coustant Hisp. Ans. ded. Ivo Decr. Pan.] *non possit, in istis etc.*

Dist. LV. Pars. I. 1) ordinibus: *EGH* 2) *Ep.* XIV. *scr. ao.* 494. *ap. Thiel p.* 362. — *Jaffé no.* 391. — *Ivo Decr.* III, 142. 143.; *Polyc.* II, 31, 49.; *Alger.* I, 10. (*can.*: cum pro necessitate temporis) — *Ans.* VII, 46. *a Corr. et R. citatur sed in Cod. coll. nihil invenimus.* 3) in: *CEGH;* Clericis ergo pro: *D* 4) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg. et Bas., in quibus omissum est; — orig. Ivo* 5) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B. — Ivo Alger.* 6) quae quidem: *D Edd. coll. o.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 8) perurgeat: *orig.* 9) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* quatenus: *Hisp. Polyc.* 10) *Codd. et Edd. coll. o.;* ministris: *Edd. coll. o.* 11) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 13) *l. c. c.* 3. *cf. infra D.* LXXVII. *c.* 8. 14) quis etiam de religioso proposito et disciplinis monasterialibus: *Ivo Polyc.* 15) acc. inprimis eius vita praeteritis acta temporibus inquiratur: *Polyc.* 16) et maxime: *Alger.* 17) ut anteacta: *EGH* 18) eius: *deest: Alger.* 19) *Sequentia multo ampl. habentur ap. Polyc.* 20) fac. gravi: *Alg.;* si nullo gravi fac. probatur infectus: *Ivo Decr., ubi seq. Gratiani verba desiderantur, alia vero exstant.* 21) *Codd. coll. o. Polyc.;* vel ab alio derelictam sortitus: *Alger.* 22) implicitus: *EGH Alger.* || can. 2. 23) canonicam: *CF* 24) *Codd. coll. o. pr. C.* (*Aurelian.*) — *hab. ao.* 524. (*cf. Hefele Conc. Gesch.* II, 683.) *ap. Bruns* II, 175.: *Regino Appdx.* II, 8. *Coll. tr. P.* II, 25, 1. *cf. Burch.* II, 83.; *Ivo Decr.* VI, 134.; *Ivo Pan.* III, 59. 25) *B orig. Hisp. Reg. Coll. tr. P.* 26) vel: *Coll. tr. P.* 27) internuptarum: *orig. Hisp. Reg.;* viduarum: *Codd. orig.* 28) maritum: *orig.* 29) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Reg.;* hec omnia iam prope can.: *AB* 30) statuta: *orig.;* instituta: *Codd. orig.* 31) constiterint: *Reg.* 32) nec: *ABEGH* 33) *BF Hisp. Reg. Coll. tr. P.;* cui: *orig.* 34) supra dixim.: *EGH;* dictum est: *orig.;* dixim.: *Codd. orig.* 35) *Codd. coll. o. pr. D. orig. Hisp. Reg. Coll. tr. P.* 36) hac: *orig.;* ea: *Codd. orig.* 37) *CEGH;* celebrare: *AD Corr. Edd. coll. o.* — cant.: *deest: BF* 38) constituta faciens: *D;* statuta: *Edd. coll. o.;* consensum: *orig. Hisp. Reg.;* concessum: *Coll. tr. P.* 39) nostrum: *C* 40) eccl. com. priv. et: *deest: Coll. tr. P.* 41) caritate: *Corr. Hisp. Reg. Coll. tr. P.* 42) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. orig. Hisp. Reg. Coll. tr. P.* || can 3. 43) *Codd. coll. o.* 44) *ABCDF* 45) *hab. ao.* 465. *ap. Thiel p.* 161. *Ans.* VII, 16. 46) inscii quoque (*om. verb.:* pen. vel): *orig. Hisp. Ans.* 47) vel: *AB;* nec non et aliqua: *orig.* 48) perp. vel hi qui ex penitentibus sunt: *orig. Hisp.* 49) valeant: *EGH* 50) autem: *deest: orig. Hisp.* 51) *Codd. coll. o.* || can. 4. 52) *ap. Hefele Conc. Gesch.* I, 780.; *Ans.* VII, 37. 38. 53) *ABDF* 54) *Codd. coll. o.* 55) *ABF orig. Ans.* 56) clerici: *Ans.* 57) conditioni: *F Edd. coll. o.;* conditionibus: *orig.* 58) abscidit: *AB* 59) *ABDF orig. Ans.* || can. 5. 60) *Codd. coll. o. pr. C;* absciderint: *C* 61) *hab. an.* 443. *aut* 452. (*cf. ad D.* XVIII. *c.* 12) *ap. Bruns* II, 131.; *Coll. tr. P.* II, 24, 4. 62) Si qui: *EFGH;* Hos, qui ... non posse: *orig. Hisp.;* si quis: *Coll. tr. P.* 63) rep. debere: *EGH Ed. Bas.* 64) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 6. 65) *Ep. incerti temporis* (*ao.* 402—17.) — *Jaffé no.* 111. — *Ans. ded.* V, 43.; *Reg.* I, 423. (Ep. Felicis Papae); *Burch.* II, 14.; *Ans.* VII, 35.; *Ivo Decr.* VI, 58.; *Pan.* III, 43.; *Polyc.* II, 31, 9.; Miceriano Ep.: *AB;* Numeriano: *D* 66) *BEGH;* sui: *deest: ACF* 67) cuiuslib.: *deest: Reg. Burch.* 68) digiti sui: *EGH Burch.* 69) ipse: *Hisp. Ans. ded. Ivo Pan. Polyc. — deest: Reg.;* sibi ipse: *deest: Burch.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.;* contingit: *Ans. Polyc.;* casu hoc accidit: *Reg. Burch.* 71) aut: *deest: Edd. coll. o.;* dum aut .... can. prec. et: *deest: Reg. Burch.* 72) *Codd. et Edd. coll o. Corr.* 73) hunc clericum: *Polyc.* 74) et: *deest: Hisp.* 75) et clerici possunt fieri: *Reg.* 76) fuerit repertus: *Burch. Polyc.* 77) *finis canonis: Reg. Burch.;* non abiiciatur: *Burch.* 78) enim: *deest: Ans.* 79) vindicanda: *F Edd. coll. o.;* vindicata: *D* 80) causa: *Hisp. Ans. Ivo Pan.;* qui .. ausus: *EH* 81) *CGH orig. Ans.* 82) ferro incidere: *Hisp. Ivo Pan.* 83) *Codd. coll. o.;* sim. vero: *D* 84) curantur: *AB* 85) *Codd. coll. o.* || can. 7. 86) *hab. ao.* 325. *versio Dionysiana. Ans.* VII, 36.; *Polyc.* II, 31, 53.; *Caes.* IV, 10. — 87) secantur ... valeant: *EH* 88) quis in morbo: *orig.* 89) propter: *deest: EGH;* per: *Ans.;* propt. languor.: *deest: orig.*

a[90] barbaris abscisus[91 a], hic in clero permaneat[92]. Si quis autem se[93 b] sanus[94] abscidit, hunc in[95 c] clero constitutum abstineri[96 d] conueniet[97 e], et deinceps* nullum talium[98] debere promoueri. Sicut autem hoc claret[99], quod de[100] his, qui hanc rem affectant[101] audentque semetipsos[102] abscidere[103 f], dictum sit[104], sic[105] eos, quos aut barbari, aut domini[106] castrauerunt[107], inueniuntur autem[108 g] alias[109] dignissimi, tales ad clerum suscipit ecclesia[110 h].

C. VIII. *Licite ordinetur episcopus, qui per hominum insidias eunuchizatur*[111].

Item ex canone Apostolorum [21.][112]

Eunuchus, si per insidias* hominum factus est, uel si in persecutione[113] eius sunt amputata uirilia, uel si ita natus est, et est dignus, fiat[114] episcopus**.

C. IX. *Non excluduntur a clero, qui a medicis, uel a barbaris, uel a dominis suis exsecantur*[115 a].

Item ex Concilio Martini Papae[116 b].

Si quis pro egritudine[117] naturalia a medicis secta habuerit, similiter et qui a barbaris aut a[118 c] dominis suis[119] castrati fuerint, et moribus digni inueniuntur[120 d], hos canon[121] admittit[122] ad clerum promoueri[123 e]. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis et abstinentiae sed per abscissionem a Deo plasmati corporis, existimat[124 f], posse a se carnales concupiscentias amputari, et ideo[125 g] se castrauerit, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus offitium. Quod si iam ante fuerit[126] promotus ad clerum[127], prohibitus a suo ministerio deponatur.

C. X. *Non prohibetur a sacris ordinibus, qui medicorum*[128 a] *incisione claudus efficitur.*

Item ex Concilio Ilerdensi[129].

Si quis in infirmitate positus clericus in[130 b] medicorum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus[131].

C. XI. *Non prohibetur a clero, qui digitum casu*[132] *sibi abscidit.*

Item Stephanus Roberto Metensi Episcopo[133].

Lator presentium[134], Flauinus[135 a] scilicet clericus, ad sanctam sedem apostolicam ueniens, detulit a te directam nobis epistolam, qua indagare studuisti, eum[136] a Normannis nuperrime captum sinistrae manus digitum habere abscisum[137 b], sciscitaris[138 c], si ob hoc[139] ad ecclesiasticum ordinem ualeat promoueri, an non. Quod et nos reperientes[140], quia sollertia tua[141], magis super hoc sollicita, a sede apostolica doceri flagitat, normam iusticiae semper sequi desideramus[142 d], studium tuae sanctitatis merito collaudamus, reuerentiam tuam scire uolentes, quoniam si ita est, quod a Normannis digitum ipsum[143] habeat abscisum[144 e], ad promouendum (si alias dignus fuerit) nil ei nocebit, eo quod quid[145] de his, qui a dominis, uel a[146 f] medicis, siue a paganis non sponte tale quid patiuntur, sacri[147] censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

C. XII. *Tempore sinceritatis dignitas accepta sequenti debilitate non amittatur*[148 a].

Item Gelasius Papa Palladio Episcopo[149].

Precepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut non paciuntur uenire ad sacerdotium debiles corpore, ita si[150 b] quis in eo fuerit constitutus actu[151 c], ac tunc[152] fuerit[153] sauciatus, amittere non potest quod[154] tempore suae sinceritatis accepit. §. 1. Stephanus siquidem presbiter petitorio nobis defleuit oblato, quod habetur[155]* in subditis, olim sibi et[156 d] ante annos plurimos collatam[157] presbiterii dignitatem, quam reuera inmaculati[158] corporis iudicio suscepisset; sed nuper propter prouinciae uastitatem (quam Thusciae pre omnibus[159] barbarorum diuersa[160 e] sectantium, et ambiguitas inuexit animorum), dum[161] inminentes gladios euadere fugae presidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transsiliens, inferiores partes corporis inseruisse suggessit, que uix adhibita curatione biennio potuisset[162 f] abstergi. Et ideo, frater karrissime, supradicto locum suum dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta misteria, sicut consueuit, exerceat. Nec enim conuenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum in inualitudine[163 g] corporis casu probatur faciente prolapsus[164 h].

II. Pars. Gratian. *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amiserit, licet desit uoluntas, tamen sacerdotium adipisci non potest.*

Unde Pelagius scribit Rufino Episcopo[165 a].

C. XIII. *Non*[166] *sunt prestanda iura sacerdotii, cui oculus est erutus.*

Si euangelica admonitio iracundiam nec[167] usque ad uerbum furentem prosilire permittit, ne, si Racha fratri suo quis[168] dixerit, reus sit[169] gehennae ignis: quali putamus

EDITIO ROMANA.

Dist. LV. c. 7. a) excisus b) se ipsum sanus c) hunc et in d) abstinere e) convenit f) abscindere g) castrav. si inven. alias h) regula — c. 9. a) vel barbar... castrantur b) Item ex Martino Bracarensi episcopo in capitulis synod. graec. c. 21. c) a: *deest* d) digni fuerint visi e) ad clericatus officium prom. f) existimans g) et ideo: *deest* — c. 10. a) a medic. b) in: *deest* — c. 11. a) Flavius b) abscissum c) sciscitans d) exoptans e) abscissum f) a: *deest* — c. 12. a) amittitur b) ita et si c) actu: *deest* d) et: *deest* e) barb. feritas div. f) potuissent g) invaletudinem h) collapsus — c. 13. a) Gelasius

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Et deinceps: His verbis nihil respondet in graeco vulgato codice, sed optime apud Balsamonem quemadmodum et in Carthaginensi 6., in capitulis Nicaenae synodi a Teilone et Thearisto versis.

C. VIII. * Per insidias: ἐξ ἐπηρείας, id est: *ex insultu et iniuria.*

** Episcopus: In graecis exemplaribus non habetur vox ista, et videtur subintelligi κληρικός.

C. XII. * Quod habetur: Sic est emendatum ex Anselmo et antiquis codicibus Gratiani. Nam haec est usitata forma in epistolis Romanorum Pontificum, ubi propria verba petitionum subiungunt. Antea legebatur: *quod haberet.*

Dist. LV. can. 7. 90) excisus vel a: *orig.* 91) *Codd. coll. o. Polyc.;* abscissus: *Edd. coll. o. Ans.;* exsectus est: *orig.* 92) is .. maneat: *orig.* 93) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 94) cum sanus esset: *DGH Edd. coll. o.* 95) *ABF orig. Ans.* 96) *ABDH Ans.* 97) *DF Turrecr. ed. Font. Anselm. Polycarp.;* conveniat: *AB* 98) talem: *orig.* 99) manifestum est: *ib.* 100) de: *deest: Polyc.* 101) hanc rem affectaverint: *Edd. Nor. Ven.* I. II. — (*om. voce:* rem.: *Edd. Arg. Bas.;* qui de industria hoc agunt: *orig.* 102) seipsos: *orig.* 103) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 104) haec quae dix. sunt statuta: *Edd. coll. o. pr. Bas., ubi legit.:* decretum sit.; dict. sit abstinere: *Polyc.* 105) si: *AB;* ita si qui vel a barbaris vel a dominis eunuchi facti sunt et ii alioqui digni inveniantur, tales in clerum admittit canon: *orig.* 106) medici: *Polyc.* 107) castraverint: *Ans. Polyc.* 108) *AB Ans.;* si inv. aut.: *EGH* 109) inter alios ... talesque: *Polyc.* 110) *CD Ans.;* ecclesiastica regula: *EGH Edd. coll. o.;* regula: *ABDF* || can. 8. 111) ordinatur ... eunuchatur: *EGH* 112) canonum: *ABF — ap. Hefele Conc. Gesch.* I, 780. 113) percussione: *AB* 114) efficiatur: *orig.* || can. 9. 115) *Codd. coll. o.* (vel barbar. vel dom. exsec.: *EGH;*) suis: *deest: AB* 116) *Codd. et Edd. coll. o. — c. 21. Cap. Martini Bracar. ap. Bruns* II, 48. — *est translatio can.* 1. *Conc. Nicaeni — Ivo Decr.* VI, 374.; *Ivo Pan.* III, 56.; *Coll. tr. P.* II, 47, 20. 117) casu suae egritudinis: *orig. Hisp.* 118) *BCDEFGH* 119) hominibus stultis: *orig. Hisp.;* dom. stultis: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 120) *Codd. et Edd. coll. o.* 121) canones admittunt: *AB* 122) can. permittit: *EGH;* canones permittunt: *Ed. Bas.* 123) *Codd. et Edd. coll. o.* 124) *Codd. et Edd. coll. o.;* aestimans: *orig. Hisp.;* aestimat: *Coll. tr. P.* 125) *Codd. et Edd. coll. o.* 126) fuerat: *Hisp. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 127) clericum: *Hisp.;* clerum: *Codd. Hisp.* || can. 10. 128) *ABCDFH;* incision.: *AB* 129) *Pertinet ad C. Tribur. ao.* 895. *hab. c.* 33. (*cf. C. Nicaen. c.* 1.) *Burch.* II, 15.; *Ivo Decr.* VI, 34.; *Ivo Pan.* III, 42. — Conc. Verdensi: *AB* 130) *Codd. coll. o. pr. F — Ivo Pan.;* et medic.: *Burch.* 131) denegemus: *B Ed. Bas.* || can. 11. 132) suum: *EGH* 133) *Ep. Stephani* VI. *scr. inter a.* 885. *et* 891. — *Jaffé no.* 2653. — *Ivo Decr.* VI, 118. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* III, 44. (Steph. Rob. Ep. Aletensi; *can. contin.*) *Coll. tr. P.* I, 64, 8. Stephanus Papa: *EGH;* Ruberto: *ABF;* Marensi: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 134) pres. litterarum: *AB* 135) *BCDF Ivo Decr. Coll. tr. P.;* Flavianus: *EGH Corr.;* Flavinius: *Ivo Pan.* 136) eum ... haberet: *Ivo Pan.* 137) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 138) sciscitaris: *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* et: *AE H* 139) si hic ad: *Ivo Pan.* 140) rep. verum esse: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 141) tua: *deest: Ivo Pan.* 142) *Codd. coll. o. pr. A;* desideramus et: *EGH;* desiderans et: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 143) ips.: *deest: EGH Ivo Pan.;* ipse: *D* 144) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* habeat: *deest: B;* habet: *AB* 145) quid: *deest: BEGH* 146) *ABEFGH;* sive a: *Ivo Pan.* 147) quid sacri: *EGH;* quod sacri: *Ivo Pan.* || can. 12. 148) *Codd. coll. o. pr. AB* 149) *Fragm.* 9. *Epist. Gelasii scr. int. a.* 492—96. *ad Palladium Ep. Salmontinae eccl. in Aprutio ap. Thiel p.* 488. — *Jaffé no.* 426. — *Ans.* VII, 39.; *Ivo Decr.* VI, 107.; *Ivo Pan.* III, 55.; *Coll. tr. P.* I, 46, 31.; *Polyc.* II, 31, 52. (Pelagius) 150) *Codd. et Edd. coll. o.* 151) *AB Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.;* fuerit: *deest: Ans. Polyc.* 152) ac tunc: *deest: Ivo Decr. Coll. tr. P.* 153) si fuerit: *Ans.* 154) quae: *Polyc.* 155) haberet: *Ivo Decr.;* habebatur: *Coll. tr. P.* 156) *Codd. et Edd. coll. o. — Ans.* 157) coll. fuisse: *AB* 158) immaculatam: *orig.;* immaculati: *Codd. orig.* 159) omn. provinciis: *Edd. coll. o.* 160) *BCF orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 161) cum: *orig. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 162) *ABCD Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.;* pot. abstringi: *Corr.* 163) *ABCDF;* valetudinis: *Ans. Polyc.* 164) *Codd. coll. o.* || can. 13. 165) *Codd. coll. o. Corr. — Ans. Ivo Polyc. Epist. est Pelagii* II. *scr. int. a.* 555 *et* 560. *cf. Thiel p.* 613. — *Jaffé no.* 642. — *Ans.* XI, 169.; *Polyc.* II, 31, 25.; *Caes.* XV, 40. 166) Ei non: *EGH* 167) ne: *Polyc.* 168) aliquis: *EG* 169) sit: *deest: Polyc.*

pena plectendum esse, qui non solum pugno inpie percussit hominem in Leuitici offitii[170] ministerio seruientem, sed quasi non sufficeret[171] ad cedem manus, ita (instigante se[172] diabolo) raptus ad iracundiam est, ut fuste non solum percuteret, sed etiam[173] erueret oculum fratris? Et quamuis huiusmodi excessus grauiori esset pena plectendus, bene tamen fraternitas tua fecit ab offitio eum presbiterii remouere[174]. Hoc tamen sollicitudinis tuae sit, ut locum etiam[175 b] penitenciae constituas, et in aliquo eum monasterio retrudas, laica sibi tantum[176 c] communione concessa. In loco autem[177] illius alium te necesse est[178] ordinare presbiterum, nam illi[179], cui erutus est oculus, non possunt iuxta[180 d] canones sacerdotii iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quod[181] oculum inuitus amisit[182], cum nec uolens quisquam oculum amisisse credendus est[183], nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione[184] oculi, ei[185 e] qui ad[186] sacerdotium adipiscendum non inpediret, suis excepisse regulis inuenimus; sed hoc tantummodo ad[187] prohibitionem fecisse[188 f] uidemus, ut[189 g] qui caret[190 h] oculo, sacerdotii offitium adipisci non possit. Sed nec illi ullatenus quasi in conpensatione[191 i] iniuriae sacratus ordo concedi poterit, qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare, ut ille et offitium, in quo erat, amitteret, et iste prouectus[192] sui perderet facultatem.

DISTINCTIO LVI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Presbiterorum etiam filii ad sacra offitia non sunt admittendi.*

Unde Urbanus Papa II. ait[1]:

C. I. *Filii presbiterorum a sacris ordinibus remouentur*[2 a].

Presbiterorum filios a sacris[3] ministeriis[4 b] remouemus, nisi[5] aut in cenobiis, aut in[6] canonicis[7 c] religiose probati fuerint conuersari[8 d].

II. Pars. Gratian. *Sed hoc intelligendum est de illis, qui paternae incontinentiae imitatores fuerint. Verum si morum honestas eos commendabiles fecerit, exemplis*[9] *et auctoritate*[10 e] *non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt.*

[PALEA[11].

C. II. Unde Damasus Papa scribit[12]*:

Osius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi presbiteri. Felix[13] Papa filius Felicis presbiteri de titulo Fasciolae. Agapitus Papa filius Gordiani presbiteri. Theodorus Papa[14] filius Theodori episcopi de ciuitate Ierosolima. Siluerius Papa[15] filius Siluerii episcopi Romae. Deusdedit Papa filius Stephani[16] subdiaconi.]

Felix[17] *enim*[18] *tertius, natione Romanus, ex patre Felice presbitero fuit*[19]. *Item Gelasius, natione Afer, ex patre episcopo Valerio natus est*[20]. *Item Agapitus, natione Romanus, ex patre Gordiano presbitero*[21] *originem duxit*[22]. *Quamplures*[23 a] *etiam alii inueniuntur, qui de sacerdotibus nati apostolicae sedi prefuerunt*[24].

Hinc Augustinus ait [libro de bono coniug. c. 16.][25]:

C. III. *Vicia parentum filiis non inputentur*[26 a].

Undecumque homines nascuntur[27 b], si parentum uitia non sectantur[28 c], honesti[29 d] et salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine Dei creatura est, et eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filii adulterorum nulla est defensio adulterorum[30 e], sic mali filii[31] coniugatorum nullum crimen est nuptiarum.

C. IV. *De eodem.*

Item Iohannes Crisostomus supra Mattheum homilia III. [c. 1.][32 a].

Numquam de uiciis erubescamus parentum, sed unum illud queramus* semperque[33 b] amplectamur, uirtutem uidelicet. Huiusmodi enim[43], etiamsi alienigenam[35 c] habet[36 d] matrem, etiamsi fornicatione pollutam uel quolibet huiusmodi[37 e] dedecore sordidatam, nichil tamen de eius aut uilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam uita conmaculat prior, multo magis ex meretrice natus et adultera, si propria uirtute decoretur, parentum suorum non decoloratur[38 f] obprobriis. *Item*[39 g]: §. 1. Non est omnino, non est[40 h] nec de uirtute, nec de uicio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus, nemo inde uere aut obscurus, aut clarus est, imo etiam ut considerantius aliquid dicamus ac expressius, nescio[41 i], quo-

EDITIO ROMANA.

Dist. LV. c. 13. b) et c) tantummodo d) secundum e) ei: *deest* f) suffecisse g) vid. Patribus, ut h) careret i) compensationem — Dist. LVI. c. 1. a) sacris prohibentur officiis b) sacr. altaris minist. c) canoniis d) conversati e) auctoritatibus — c. 2. a) Complures — c. 3. a) imputantur b) nascantur c) sectentur d) sect. et Deum recte colant, hon. e) adulterii — c. 4. a) in Matth. b) et c) alienig. quis hab. d) habent e) eiusmodi f) dedecoratur g) Item infra h) non est: *deest* i) imo etiam si quiddam** a communi opinione abhorrens dicendum est, nescio

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LVI. C. II. * In nullo vetusto Gratiani codice adscribitur hic nomen Paleae. In decimo Vaticano et aliis quibusdam habetur coniuncte cum verbis superioribus Gratiani, a vers. *Felix enim tertius*, usque ad finem. In alio autem satis etiam emendato ista eadem cohaerent cum superioribus: sed post illa verba: *ex patre Gordiano presbytero originem duxit*, sequitur: *Unde Damasus Papa scribit: Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo Fasciolae, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori episcopi de civitate Hierosolyma, Silverius Papa filius Hormisdae episcopi Romae. Complures etiam, etc.* Nec vero magnopere mirandum est haec omnia ex Damaso citari, qui vixit ante istos, qui hic enumerantur. Liber enim, qui Pontificalis dicitur, ubi haec scripta suis locis leguntur, a Damaso coeptus est scribi, ideoque, licet ab aliis multa deinde sint addita, retinuit tamen primi auctoris nomen. Ivo quidem eadem fere ista refert ex gestis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam huius capitis, saltem illam, quae in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptam esse constat ex verbis Gratiani in extremo praecedente capite, et capite penultimo huius distinctionis. Auctor vero Paleae, dum unum per se caput conficere voluit, ordinem perturbavit, praesertim in repetitione Felicis III., et illud de Osio temere adiunxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.

C. IV. * Quaeramus: In versione, quae nunc vulgata est legitur: *atque omnibus studiis assequamur nobilitari propriarum honore virtutum.* Graece integer locus ita habet: *παιδεύων καὶ ἡμᾶς διὰ τούτων μηδέποτε ἐγκαλύπτεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων κακίᾳ. ἀλλ' ἓν μόνον ἐπιζητεῖν τὴν ἀρετήν.*

** Si quiddam a communi: Sic est emendatum ex Graeco: *εἰ δὲ χρή τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν.* Antea legebatur, quemadmodum fere et in vulgata versione et apud Ivonem: *ut considerantius aliquid dicamus aut expressius.*

Dist. LV. can. 12. 170) levitico officii: *C;* off.: *deest: AB;* ordinis in minister.: *DEGH;* ordinis: *Turrecr. ed. cit.* 171) sufficit: *AB* 172) se: *deest: GH* 173) etiam: *deest: Polyc.* 174) removeri: *H Edd. coll. o.* 175) *BC Ans. Polyc. — deest: EGH* 176) *Codd. coll. o.;* sibi: *deest: Polyc.* 177) autem: *deest: ib.* 178) est: *deest: AB* 179) *Ivo Decr.* VI, 111. 180) *Codd. coll. o. Ivo;* contra: *Ans. Polyc.* 181) qui: *Edd. coll. o.* 182) amiserit: *AB Ed. Bas.* 183) sit: *Ans. Polyc.* 184) amissionem: *ib.* 185) *Codd. coll. o. pr. G Edd. coll. o. pr. Bas. — Ivo;* eius: *G Ed. Bas.* 186) ad: *deest: Edd. coll. o.* 187) ad: *deest: Ans.* 188) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo* 189) *Codd. coll. o.* 190) *Codd. et Edd. coll. o.* 191) *ib.* 192) profectus: *BEGH. sed in G correct. est:* provect.

Dist. LVI. can. 1. 1) *Ex Conc. Melphitano hab. ao.* 1089 (*ap. Mansi* XX, 721.); *eadem fere leguntur in Urbani Ep. ad Pibonem Tullensem* (*Mansi* XX, 676.; *Jaffé no.* 4039.) *scripta eodem anno ut videtur. Ans.* VI, 150. (147.; *in Cod. Vatic. deest*); *Ivo Decr.* VI, 410.; *Ivo Pan.* III, 51. (Ex Decr. Greg. et Urbani II.) *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 42. (Gregorius VII.); *Caes.* VIII, 54. 2) *ABC;* removeant: *EFGH* 3) removendos decernimus: *Ep. ad Pibon. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 4) *Codd. et Edd. coll. o.* 5) *inde a* nisi *usque ad finem canonis omnia desunt: AB* 6) inter: *C* 7) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. — *Corr. Ep. ad Pibon. Ans.;* canonicis regularibus: *Corr. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* monasteriis regularibus: *Ivo Pan.* 8) *Codd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 9) exemplo: *AB* 10) *ABCDF* ‖ can. 2. 11) *non merito totum hunc canonem Paleam esse censuerunt Bickel. Richt. Schulte, cum Gratianus ipse* (*Dict. post. c.* 13. *Dist.* LVI.) *dicat: „quum ergo ex sacerdotibus nati in summos Pontif. supra legantur esse promoti." — Palea deest: ABFH — in F manu posterioris saeculi in margine adscripta est, in C in textu invenitur, sed differt ordo verborum ab isto Edit. Rom.* 12) *add.:* Hieronymo presbyt.: *CEFG Edd. coll. o. Hoc exinde venit, quod epist. spuria Damasi ad Hieronymum praemissa invenitur libro pontificali, quam Damaso nonnulli perperam adscripserunt.* 13) Felix presbyt.: *deest: F Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 14) Theod. papa natione grecus ex patre Theodoro Hierosolymarum episcopo: *G* 15) Silv. papa natione Campanus ex patre Hormisda episcopo Romano: *G* 16) Iocundi presbyteri: *EFG Edd. coll. o.* 17) *Ivo Decr. et Pan. Prolog. Ivo Pan.* III, 52. 18) enim: *deest: Ivo Pan.* III. 19) fuerat: *AB; add.:* a temporibus Odoacri regis usque ad tempora Theoderici regis: *ib.* 20) Gordiano ep. originem duxit: *G;* nat. est: *deest: Ivo Pan.* III., *ubi add.:* sedit annos IV. menses VIII. dies XXIX.; — It. Gelas. natus est: *deest: F ....* 21) episcopo: *EGH* 22) orig. dux.: *deest: G Ivo Pan.* III. *hic legit.:* sedit mens. XI. dies XXIII. 23) *Codd. coll. o.* 24) *in Pan. l. c. sequuntur deinde verba Paleae de Silverio, Deusdedit, Ioanne* IV., *Theodoro* ‖ can. 3. 25) *Ed. Maur. c.* 18. — *Ivo Decr.* VI, 415.: *Ivo Pan. Prolog.; Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 45. 26) *ABCDF* 27) *Codd. coll. o. pr. D.* 28) *Codd. et Edd. coll. o.* 29) *Codd. et Edd. coll. o.* 30) *CDF; deest: ABEGH;* adulteriorum: *orig. Coll. tr. P.* 31) fil.: *deest: orig.* ‖ can. 4. 32) *Codd. coll. o. — Ivo Decr.* VI, 414. 33) *AB Ivo;* semper: *Codd. coll. rel.* 34) enim: *deest: CDF Edd. coll. o.* 35) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Ivo* 36) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 37) *CDEGH Ivo;* cuiusmodi: *AB* 38) *ABEGH Ivo* 39) *Codd. coll. o. Ivo* 40) *B Ivo* 41) *CDEFGH; add.:* si: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; immo vero et considerantius est aliquid dicamus ac pressius: *AB*

modo ille magis resplendet, qui[42] ex parentibus a uirtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit Dei[43 k] uirtute mirabilis[44].

C. V. *Non parentum, sed propria culpa quemque condempnat.*

Item *Ieronimus* *in epistola contra Rufinum*[45 a].

Nasci de adulterio non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, que confouet[46 b], non semen, quod in sulcis iacitur, non humor et[47] calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant, sed, uerbi gratia, fur et latro, qui fraude et ui eripit semina: sic genus humanum[48 c] recipit terra, id est uulua, quod suum est et[49 d] receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit, et inter illas sacri[50 e] uentris angustias Dei manus[51] semper operatur, idemque est corporis creator et animae. Noli despicere bonitatem[52] figuli[53 f], qui te plasmauit et fecit ut uoluit. Ipse est Dei uirtus et Dei sapientia, qui in utero uirginis[54] edificauit sibi domum. Iepte[55 g], inter uiros sanctos Apostoli uoce numeratus, meretricis est filius. Esau[56 h] de Rebecca et Isaac, hispidus[57 i] tam mente quam corpore, quasi bonum triticum in[58] lolium auenasque degenerat, quia non in seminibus, sed in uoluntate nascentis causa uiciorum est atque uirtutum.

C. VI. *Iniquitates parentum filiis obesse non possunt.*

Item *Augustinus** [contra Faustum, lib. XXII. c. 64.]

Sponsus[59] ille, qui uocaturus erat ad nuptias bonos et malos, congruens[60 a] inuitatis, nasci etiam uoluit de bonis et malis, quo exemplo discant[61 b], parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse.

C. VII. *Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deicit gradu.*

Item *Gregorius* [ad Columbum Episcopum Numidiae, lib. X. epist. 8.][62]

Satis peruersum et contra ecclesiasticam probatur esse censuram, ut frustra quorundam[63 a], uoluptatibus[64 b] quis[65] priuetur, quem sua culpa uel facinus ab offitiis[66 c], quo fungitur, gradu non deicit.

C. VIII. *Ex adulterio natus a sacerdotio non prohibetur*[67 a].

Item *Ieronimus*[68].

Dominus noster Iesus Christus uoluit, non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis conmixtionibus nasci, nobis magnam fiduciam prestans, ut qualicumque modo nascamus[69], tantum ut[70 b] eius uestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille uerus est pontifex ex[71] adulterinis natus[72] coniunctionibus, ita, qualicumque ordine natus sit aliquis, tantum[73] ut fidem perfectam habeat, et quod fide tenet inpleat[74] operibus, sitque litteratus, et uir unius uxoris, nequaquam a sacerdotio repellitur[75]. Iudas[76] enim patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua, et ex illo coitu[77 c] nati sunt Phares et Zaran[78], inde postea Salmon, qui fuit dux in deserto[79], inde Obeth*, indeque[80 d] Booz[81], inde postea Isai, qui fuit pater Dauid. Ex progenie autem illa[82 e] origo ducitur Christi, qui uerus sacerdos est; ideoque[83] si filii eius sumus, que[84] ipse fecit imitari[85 f] debemus.

C. IX. *A populo Dei non separat aliquem materna condicio, sed propria culpa.*

Item *Augustinus* *de unico baptismo* [contra Donatistas, lib. I. c. 15.][86]

Ismael ut separaretur[87] a populo Dei, non obfuit mater ancilla[88], sed obfuit[89] fraterna discordia; nec[90] profuit potestas uxoris, cuius magis filius erat, quia per ipsius iura coniugalia et in ancilla seminatus erat, et ex ancilla susceptus[91].

III. Pars. Gratian. *Contra*[92] *Bonifacius Martir Regi Anglorum*[93 a]:

C. X. *Vicia parentum etiam ad posteros transeunt*[94 b].

Si[95] gens Anglorum (sicut per istas prouincias diuulgatum est, et nobis in Francia et in Italia inproperatur, et ab ipsis paganis inproperium nobis obicitur[96 c], spretis legalibus conubiis adulterando et luxuriando ad instar Sodomiticae[97] gentis fedam uitam uixerit[98 d], de tali commixtione meretricum estimandum est degeneres populos et ignobiles, et furentes libidine fore procreandos, et ad extremum uniuersam plebem ad deteriora et ignobiliora uergentem, et nouissime nec bello[99 e] seculari fortem, nec in fide stabilem, et nec honorabilem hominibus, nec Deo esse amabilem uenturam, sicut aliis gentibus Ispaniae et Prouinciae et Burgundionum[100] populis contigit, que sic a Deo recedentes fornicatae[101] sunt, donec iudex[102] talium[103 f] criminum ultrices penas per ignorantiam* legis[104 g] Dei, et[105 h] per Sarracenos, uenire et seuire permisit.

Unde idem[106 a] *Urbanus* *in fine superioris capituli*[107 b] *distinguendo subiunxit*[108]:

C. XI. *Si religiosi inuenti fuerint filii sacerdotum, ordinentur*[109]*.

Nisi aut in cenobiis, aut in canonicis[110 c] religiose probati fuerint conuersari[111].

EDITIO ROMANA.

Dist. LVI. c. 4. k) de — c. 5. a) ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani b) fovet c) sic in generatione hominum d) et: *deest* e) secretas f) figuli tui g) Iephte h) Sed audi, Esau i) Isaac genitus hispid. — c. 6. a) mal., suis congruens b) disc. fideles — c. 7. a) pro quor. b) voluntatibus c) officii — c. 8. a) Ex adulterinis nati coniunctionibus ... prohibentur b) dum tamen eius c) concubitu d) inde quoque e) autem illa: *deest* f) fecit nos imit. — c. 10. a) Martyr scribens Echeldebaldo Regi b) transferuntur c) improp. est d) duxerit e) nec in bello f) iud. omnipotens talium g) ignorantes* legem i) id est — c. 11. a) idem: *deest* b) capitis c) canoniis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Apud B. Augustinum l. 22. contra Faustum, c. 64. sic legitur: *Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde sponsus ille suis congruens invitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos et malos, etiam nasci voluit de bonis et malis.* Et ex his compositum est hoc caput.

C. VIII. * Inde Obeth: In primo capite evangelii S. Matthaei Booz dicitur genuisse Obeth.

C. X. * Per ignorantes: In epistola B. Bonifacii Martyris (quae una cum multis aliis exstat manuscripta in codice saepe memorato bibliothecae Dominicanae) legitur: *per ignorantiam legis Dei, et per Saracenos, etc.* cum qua lectione concordant aliquot vetusta Gratiani exemplaria, et fere etiam Ivo.

C. XI. * Rubrica huius capitis abest ab aliquot vetustis (neque enim est ulla capitis distinctio) et praeponitur sequenti capiti: *Apostolica.*

Dist. LVI. can. 4. 42) qui natus est ex par.: *Ivo* 43) *ABCDFH;* de his: *EG* 44) virtutibus ammirabilis: *EGH* || can. 5. 45) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo; Coll. tr. P. — Hier. ep. ad Pammachium scr. ao.* 393. — *Ivo Decr.* VI, 413.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 47. 46) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 47) *Edd. coll. o.* 48) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 49) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 50) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C. — Ivo Coll. tr. P.:* secreti: *C* 51) sacra manus: *EGH* 52) bon. ac voluntatem: *EGH* 53) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.; add.:* i. e. Dei: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 54) virginitatis: *AB;* virginis Mariae: *Edd. coll. o.* 55) *Codd. coll. o. Coll. tr. P. — Iudic. c. 11. v. 1. Hebr. c. 11. v. 32.* 56) *Codd. et Edd. coll. o. — Ivo Coll. tr. P.* 57) *ib.* 58) inter: *C Edd. coll. o.* || can. 6. 59) *cf. Matth. c. 22.* 60) *Codd. et Edd. coll. o.* 61) *Codd. coll. o.;* disc. filii: *Edd. coll. o.* || can. 7. 62) *Ep. 8. scr. ao. 601. lib. 12. Ed. Maur. — Jaffé nr.* 1438. 63) *Codd. coll. o.* 64) *Codd. et Edd. coll. o.;* quor. parentum volupt. suis quis privetur officiis: *Edd. coll. o.* 65) volupt. commodis suis quis: *EGH* 66) *Codd. coll. o.;* off. suis et quo fungit. gradu: || can. 8. 67) *Codd. coll. o.* 68) *Apud Hieron. in cap. 1. ev. Matth. et in prooemio comment. in Oseam similia quaedam leguntur. Ipsa eadem verba „ex expositione generationis Iesu Christi“ referuntur in epistola Noviomensium clericorum ad Cameracenses, quae prostat in Mabillon. Museo Italic. t. 1. p. 2. pag.* 128. — *Ans.* VI, 149. (*sine inscr.*); *Polyc.* II, 31, 33. 69) nascamur: *Polyc.* 70) *DEFGH Ed. Bas. orig. ap. Mabill. Ans. Polyc.;* tamen ut: *C;* ut: *deest: AB* 71) et ex: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 72) nascens: *Ans.* 73) tamen: *Edd. coll. o. Corr.* 74) compleat: *AB* 75) repellatur: *orig.* 76) *Gen. c. 38.* 77) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 78) Ochozan: *Polyc.* 79) in deserto: *deest: AB* 80) *ABCDEGH orig.:* inde: *Ans. Polyc.* 81) *Ruth. c. 4.* — Booz de Rahab: *orig.* 82) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. Polyc.* - in nulla vero prog.: *orig.* 83) si: *deest: orig. Polyc.* 84) et quae: *ib.* 85) *BCF orig. Ans. Polyc.;* imit. per omnia: *orig.* || can. 9. 86) *Ed. Maur. c. 23. — Ivo Decr.* VIII, 61.; *Ivo Pan.* VI, 47. 87) separetur: *DF Ivo Pan.* 88) anc. Agar: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 89) obf.: *deest: Ivo Pan.* 90) et non: *orig. Ivo Decr. Pan.* 91) susc. est: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 10. 92) econtra: *CEGH* 93) *Codd. coll. o.;* martir: *deest: AB — Ep. Bonif. ad Aethilbaldum regem Mercionum scr. ao.* 744—47. *ap. Jaffé Monum. Mogunt.* (*Berol.* 1866 *p.* 173.); *Ivo Decr.* VIII, 224. (Hiltribaldo); *Coll. tr. P.* I, 58, 1. 94) *Codd. coll. o. pr. EG* (vitium transit) 95) Divulgat. est nob. in Francia, quod gens Angl.: *EGH;* Si enim: *orig.* 96) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; improp.: *deest: Edd. coll. rel.;* improperatum est: *Bohm.* 97) Sodomitanae: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 98) vixerit: *AB orig. Ivo Coll. tr. P.* 99) *Codd. et Edd. coll. o.* 100) Burgundiorum: *ABG;* Burg. popul. contingit: *AB* 101) fornicati: *EGH* 102) vindex: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Corr.* 103) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 104) *ABDEFG Ed. Bas. Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.;* ignorantias: *CH* 105) *Codd. coll. o. pr. A. orig. — Ivo Coll. tr. P.;* etiam: *A Edd. coll. o. exc. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 11. 106) *Codd. coll. o.;* id. Urb. papa: *EGH* 107) *Codd. coll. o.* 108) *cf. Dist. LVI. c. 1.* 109) *rubrica deest: C* 110) *ADEFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Corr.;* cum canonicis: *C;* in can.: *deest: B* 111) conversati: *Edd. Arg. Bas.; add.:* filii sacerdotum non admittantur (admittuntur: *Edd. coll. o. pr. Nor.*) ad olerum: *EGH Edd. coll. o. pr. Nor.*

C. XII. *De eodem.*

Item Alexander II.[112]

Apostolica uobis auctoritate precipimus, ut si eum, qui ab ecclesia electus est, digniorem altero esse, canonicamque eius electionem probaueritis, nostra fulti auctoritate consecretis. Nam pro eo, quod filius sacerdotis dicitur, si ceterae uirtutes in eum conueniant, non[113] reicimus, sed suffragantibus meritis conniuendo eum[114] recipimus.

Gratian. *Hoc autem, quod de filiis sacerdotum dicitur*[115], *ex dispensatione ecclesiae introductum uidetur, et quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regulae trahi non poterit.*

Unde Urbanus [Papa II.] *scribit Bartholomeo Thuron. Archiepiscopo*[116]:

C. XIII. *Filii sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si ceterae uirtutes in eis inueniantur.*

Cenomanensem electum, pro[117] eo, quod filius sacerdotis dicitur, si ceterae uirtutes in eum conueniant[118 a], non[119] reicicimus, sed suffragantibus meritis patienter suscipimus[120]: non tamen, ut pro[121 b] regula in posterum assumatur, sed ad tempus ecclesiae periculo consulitur[122].

Gratian. *Cum ergo ex sacerdotibus nati in summos Pontifices supra leguntur*[123 c] *esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione, sed de*[124] *legitimis coniugiis nati, que sacerdotibus* ante prohibitionem ubique licita erant, et in orientali ecclesia usque hodie eis licere probatur.* §. 1. *Quod autem uicium originis semini inputari negatur, uidetur esse contrarium illi sentenciae*[125] „*Adulterorum filii abominatio sunt Domino.*" *Sed sicut supra dictum est de presbiterorum filiis, ita et hoc de filiis adulterorum intelligendum uidetur*[126], *ut illi dicantur esse abhominatio Domino, ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt. Similiter et*[127] *illud Urbani intelligendum est, quod ipse scribit Patrono*[128 d] *Legionensi Episcopo.*

C. XIV. *De eodem.*

Quia simpliciter ad sedem apostolicam ueniens humiliter peccatum confessus es, quod pontificii tui uidebatur offitium inpedire, uidelicet quod ex matre non legitima procreatus sis[129], quam uiuente propria uxore pater tuus cognouisse cognoscitur[130 a], nos apostolicae mansuetudinis gratia admonente[131] a ceteris que sacerdotium inpediunt criminibus tam tui professione[132] quam fratrum testimonio, qui tecum sunt, inmunem te agnoscentes[133], et uitam tuam religiosam audientes, ab huius[134] te peccati uinculo absolutum in suscepto sacerdotali[135] offitio confirmamus.

DISTINCTIO LVII.

GRATIANUS.

Item, qui in[1] *egritudine constitutus baptizatur, presbiter ordinari non debet.*

Unde in Neocesariensi Concilio, [c. 12.] *legitur*[2]:

C. I. *Non ordinetur presbiter*[3], *qui in egritudine constitutus baptizatur.*

Si* quis in[4] egritudine constitutus[5] baptizatus fuerit, presbiter ordinari non debet, (non enim fides illius uoluntaria[6], sed ex necessitate est)[7], nisi forte postea ipsius studium et fides[8] probabilis fuerit[9], aut hominum raritas[10] exegerit[11].

DISTINCTIO LVIII.

GRATIANUS.

Item ex monachali habitu nullus assumatur[1 a] *ad ecclesiasticum offitium, nisi fuerit oblatus uoluntate proprii abbatis.*

Unde Gregorius scribit [Mariniano Episcopo Rauennati, lib. VII. epist. 18.][2]:

C. I. *Monachus non ordinetur clericus, nisi uoluntate abbatis episcopo fuerit oblatus.*

Ad ecclesiasticum uero[3 a] offitium nullus ex monasterio[4] producatur monachus[5], nisi quem abbas loci admonitus propria uoluntate obtulerit episcopo.

C. II. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi V. [c. 13.][6]

Si quis de alterius monasterio[7] repertum* uel[8] ad clericatum promouere uoluerit, uel in suo monasterio maiorem monasterii[9] constituere[10]**, episcopus, qui hoc fecerit, a communione ceterorum seiunctus, suae tantummodo[11 a] plebis communione contentus sit, et[12] ille neque clericus[13]***, neque prepositus perseueret.

DISTINCTIO LIX.

GRATIANUS.

Item qui ecclesiasticis disciplinis inbuti, et[1] *temporum approbatione discussi non sunt, ad summum sacerdotium non aspirent.*

EDITIO ROMANA.

Dist. LVI. c. 13. a) conveniunt b) tam ut hoc pro c) legantur d) Petronio — c. 14. a) dignoscitur — Dist. LVIII. a) assumitur — c. 1. a) Nullus ad ecclesias. off. — c. 2. a) tantum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * Sacerdotibus ante: Hic ostendit aperte Gratianus se in ea fuisse opinione, aliquando in latina ecclesia presbyteris etiam licuisse uti coniugio, quod in ecclesia Graecorum et olim et nunc permissum est. Id vero minime ita esse, superius initio dist. 31. est annotatum. De illis vero, quos antea narravit creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est, eos, antequam patres ipsorum ullo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.

Dist. LVII. C. I. * Quod canon hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia observatum, quemadmodum ex epistola Cornelii Papae de Novatiano patet, cuius verba, relata ab Eusebio Historiae eccles. lib. 6. c. 35., istuc spectantia haec sunt: *Qui quidem, ubi exorcistarum praesidio spiritu illo malo esset liberatus, et post in tam gravem morbum, ut iam ferme mori putaretur, incidisset, in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus baptismum accepit,* et paulo post, quum de ipsius ordinatione agit, adiungit: *Qui quidem episcopus, non solum ab universo clero, sed etiam a multis laicis vetitus, quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum assumi, magnopere postulabat, sibi potestatem dari, huic soli manus in sortem presbyterii imponendi.*

Dist. LVIII. C. II. * Repertum: Graece legitur: ἐάν τις ἀπ᾽ ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηται τινά, id est: *si quis ab alieno monasterio receperit aliquem.*

** Constituere: Antea sequebatur, *sine licentia abbatis et monachorum* [add.: suorum: Ed. Bas.], quae verba sunt expuncta, quia absunt a concilio Carthagin. et Africano, et plerisque vetustis Gratiani codicibus.

*** Clericus: Sequebatur: *neque canonicus,* quae ob easdem causas sunt sublata.

Dist. LVI. can. 12. 112) *fragm. Alex.* II. (1061—73) — *Jaffé no.* 3518. — *de cuius fide multum, sed immerito dubitavit Berardus. Legimus enim, Alex. P.* II. *cum de electione Arnaldi Cenomanensis quaestio mota esset, benigne in hunc modum respondisse. (cf. Acta Epp. Cenomanens. ap. Mabillon Anal. p.* 307.) *Apud Ans.* VI, 19. *in fine leguntur quae in exitu c. seq. prostant.* 113) pro tempore non: *Ans.* 114) eum: *deest: ib.* 115) legitur: *EGH;* dicimus: *D* || can. 13. 116) *Hoc fragm. rectius ab Urbano abiudicaveris, istius enim tempore iamdudum vita defunctus erat Bartholomaeus. Accedit etiam, quod conflatum esse videatur ex epistola Alex.* II., *qualiter ab Anselmo profertur. Ivo Pan.* III, 53. 117) pro: *deest: Ivo* 118) *ABDF* 119) pro tempore non: *Ivo* 120) eum susc.: *AB Edd. coll. o.* 121) *EFGH Ans.;* ut: *deest: AB* 122) consulatur: *C Ans. Ivo;* peric.: *deest: AB* 123) *Codd. coll. o. pr. A* 124) de: *deest: AB* 125) *Sap. c.* 3. 126) esse videt.: *EGH* 127) et: *deest: EGH* || can. 14. 128) *Codd. coll. o. pr. AB (Paterno);* Petro: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; *videtur legendum esse* Petro *qui fuit episcopus inde ab. ao.* 1087 *usque ad a* 1112. (*cf. Gams p.* 40.) — *Jaffé no.* 4381. (*ao.* 1088—99); *Ivo Pan.* III, 54. (Urban. II. Ep. Legon.) *Caes.* VIII, 55. 129) procr. vis: *deest: AB* 130) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo;* dicitur: *Corr.* 131) admovente: *H* — *deest: Ivo* 132) professionem . . . . testimonium: *Ivo* 133) cognosc.: *EGH* 134) huiusmodi: *F Ed. Bas.;* hoc: *AG* 135) sacerdotii: *Ivo*

Dist. LVII. 1) in: *deest: AB* || can. 1. 2) *hab. ao.* 314. — *Ans. ded.* IV, 21.; *Burch.* IV, 33.; *Ivo Decr.* I, 227.; VI, 101.; *Polyc.* II, 31, 47. 3) presb.: *deest: AB* 4) in: *deest: AB* 5) const.: *deest: Ans. ded. Ivo Decr.* I. *Polyc.* 6) vol. est: *EGH Burch. Ivo Decr.* I. *Polyc.* 7) est: *deest; Polyc.;* descendit: *Burch. Ivo Decr.* I. 8) fides huius: *Burch.* 9) videatur: *Polyc.* 10) paucitas: *Ivo Decr.* I. 11) cogat: *Hisp. Ivo Decr.* I. VI. *Polyc.;* cogit: *Ans. ded. Burch.*

Dist. LVIII. 1) *Codd. coll. o.* || can. 1. 2) *Ep.* 15. *scr. ao.* 598. *lib.* 8. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1138. 3) *Codd. coll. o.;* tamen: *orig.* 4) null. exinde prod.: *orig.* 5) mon.: *abest ab orig. pariter atque verbo* episcopo *quod in fine est* || can. 2. 6) *est. c.* 80. *vers. Dionys. Concilii Carthag.* VI. *hab.* 13. *mens. Septembr. ao.* 401. (*cf. Hefele Conc. Gesch.* II, 72.; *Maassen Geschichte* I, 162.) — *Coll. tr. P.* II, 19, 3.; *Caes.* IX, 15. 7) monasterii conventu: *EGH Edd. coll. o.* 8) vel: *deest: AB* 9) monasterii personam: *Edd. coll. o.* 10) constituerint: *Dionys.* 11) *Codd. et Edd. coll. o.* 12) et: *deest: AB* 13) cleric. neque canonicus: *EGH Edd. coll. o. pr. Arg.*

Dist. LIX. 1) imb. non sunt, nec: *C;* imb. non sunt, et: *DEG* 2) provehi non debent: *EG; Totum Gratiani dictum deest: H*

Unde Zosimus[3a] *Papa* [ad *Hesichium* Salonitanum Episcopum, epist. I.][4]:

[PALEA[5].

C. I. Non aspiret ad summum sacerdotium qui ecclesiasticis disciplinis non est inbutus[6].

Qui ecclesiasticis disciplinis inbutus per ordinem non est[7] et[8] temporum[9] approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiae sacerdotium aspirare presumat[10], et[11] nonsolum in eo ambitio inefficax habeatur[12], uerum etiam in[13] ordinatores eius, ut[14] careant eo ordine, quem sine ordine[15] contra precepta Patrum[16] crediderant presumendem.]

C. II.[17a*] *Ad sacerdotale offitium nullus, nisi per singulos gradus probatus, accedat.*

Adrianus Papa secundus (quod Nicolaus decessor[20a] eius disposuerat) missos suos, Donatum scilicet[21] Hostiensem episcopum, et Stephanum Nephesinum[22b] episcopum, et Marinum diaconem sanctae Romanae ecclesiae, ad Basilium inperatorem et ad filios eius Constantinum et Leonem Augustos Constantinopolim direxit, cum quibus et Anastasius bibliothecarius Romanae sedis, utriusque linguae, graecae scilicet[23c] et latinae, peritus, perrexit, et sinodo congregata (quam octauam uniuersalem sinodum illuc conuenientes appellauerunt) exortum scisma de Ignatii depositione et Fotii[24] ordinatione sedauerunt, Fotium[25] anathematizantes et Ignatium restituentes. In qua sic statutum est[26]: Consecrationes[27] et promotiones episcoporum, concordans prioribus conciliis, clericorum[28] electione ac decreto et episcoporum collegio[29d] fieri hec sancta et uniuersalis sinodus diffiniuit[30e] et statuit atque iure promulgauit[31f], neminem laicorum principum uel potentum semet inserere electioni uel promotioni patriarchae, uel metropolitani[32g], aut[33] cuiuslibet episcopi, ne uidelicet inordinata et incongrua[34] hinc fiat[35] contentio uel confusio[36], presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum uel laicorum ceterorum habere conueniat, sed[37] silere et attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio futuri[38] pontificis. Si uero quis[39h] laicorum ad concertandum[40i] et cooperandum inuitatur ab ecclesia, licet huiusmodi[41] cum reuerentia, si forte uoluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam et[42k] ecclesiae[43l] salutem promouet[44]*.

C. III. *Electioni episcoporum inperator interesse non debet.*

Item ex Istoria tripartita, [lib. VII. c. 8.]

Valentinianus inperator ueniens ab oriente ad esperias partes (ut refert istoria ecclesiastica) mortuo Auxentio, Arrianae perfidiae magistro, qui Mediolanensem ecclesiam ut lupus dilaniauerat, cum uellet[45] catholicum, Deo ordinante, ibi consecrari[46a] episcopum, euocans[47] episcopos hec eis locutus est: Nostis aperte, eruditi diuinis[48b] eloquiis, qualem oporteat esse pontificem, et quia[49c] non decet[50d] eum uerbo solo, sed etiam conuersacione gubernare subiectos, et totius semetipsum imitatorem uirtutis ostendere, testemque[51] doctrinae conuersacionem bonam habere. Talem itaque in pontificali constituite sede, cui et nos, qui gubernamus inperium, sincere nostra capita submittamus et eius monita, dum tanquam homines delinquimus[52e] necessario ueluti curantis medicamina[53f] suscipiamus. Hec autem[54g], cum dixisset inperator, petiit sinodus, ut magis ipse discerneret sapiens et pius existens. At ille, supra* nos[55h], inquit, est talis electio. Vos enim diuina gratia potiti et illo[56] splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi de episcopali sede tractabant. §. 1.[57i] Cum autem ordinatione diuina Ambrosius nondum baptizatus electus fuisset, exultans inperator ait: Gratias tibi ago Domine omnipotens[58k] et saluator noster, quoniam huic uiro[59] ego commiseram[60l] corpora, tu autem animas, et meam sentenciam ostendisti tuae iustitiae conuenire. Cumque sanctus Ambrosius contristaretur de hoc, quod acciderat, (ut idem ipse in suis epistolis[61] scripsit)[62m], confortauit eum inperator et ait: Noli timere, quia et[63n] Deus, qui te elegit, semper adiuuabit te, et ego adiutor et defensor tuus (ut meum ordinem decet) semper existam.

C. IV. *Apostolica auctoritate, non regio fauore episcopus est eligendus.*

Item Nicolaus Papa [I.] *Lothario Regi*[64].

Porro scias[65], quia relatum est nobis, quod, quicumque ad episcopatum in regno tuo prouehendus[66] est, non nisi fauentem tibi permittas eligi. Idcirco apostolica auctoritate sub diuini iudicii obtestacione iniungimus[67] tibi, ut in Treuerensi urbe et in Agrippina Colonia nullum eligi patiaris, antequam relatum super hoc nostro apostolatui fiat[68].

C. V. *Non recipiatur a conprouincialibus qui regia ordinatione episcopale culmen adipiscitur*[69a].

Item ex Concilio Parisiensi [I. cap. 8.][70]

Si per ordinationem regiam honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate presumpserit, a conprouincialibus ipsius loci episcopis[71] recipi nullatenus mereatur, quem[72] indebite ordinatum agnoscunt[73b]. Si quis de conprouincialibus recipere eum contra interdicta presumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus et ab ipsorum omnium[74] karitate submotus[75c].

C. VI. *De eodem.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 13.][76]

Non est[77] permittendum turbis[78] electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi[79].

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIII. c. 1. d) inord. hinc et e) Quisq. autem saec. f), g) *et* h) et — c. 2. a) praedecessor b) Nepesinum c) scilic.: *deest* d) decr. episcoporum collegii e) diffinit f) promulgat g) metropolitae h) quisquam i) contractandum k) et: *deest* l) ecclesia — c. 3. a) consecrare b) erud. quippe div. c) quod d) deceat e) deliquerimus f) medicamenta g) autem: *deest* h) super vos * i) *ante* §. 1. *adiect. est:* Et infra: k) Deus omnip. l) ego quidem commiseram m) scribit n) et: *deest* — c. 5. a) est adeptus b) cognoscunt c) semotus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. * Promovet: Si hic addatur vers. *Quisquis* ex capite antecedente, erit integer canon. 22. synodi VIII. In vulgatis sequebatur vox: *clerus*, quae in vetustioribus est glossa interlinearis.

C. III. * Super vos: Vera lectio est: *supra nos*, *μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς*. Sed ob glossam non est restituta.

Dist. LXIII. can. 1. 9) *Codd. et Edd. coll. o.* 10) fiat electio vel conf.: *Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Ivo Pan.* 11) *cf. c. sequens* 12) *Codd. et Edd. coll. o.* 13) *Codd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 14) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr.*; hanc: *Ans. Deusd. Polyc.*; ac: *deest: Ivo Pan.* 15) in hoc quod: *orig.*; quod: *Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Deusded. Polyc.* 16) *Codd. coll. o.* 17) monstravit: *Ivo Pan.* || can. 2. 18) de eod.: *deest: AB*; *add.:* hinc perpende successorem debere ratum habere quod predecessor statuit: *EGH* 19) *In principio continet canon brevem quandam et historicam narrationem, ex actis Concilii depromptam, quae eadem invenitur in Coll. tr. P.* II, 13, 1. 2.; — *Ans.* VI, 23.; *Ivo Decr.* V, 122. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* III, 8.; *Deusded.* IV, 16. (*can. contin.*); *Polyc.* II, 1, 31. (*can. contin.*); ex VI. synodo: *EGH* 20) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 21) scilic.: *deest: EGH* 22) *ACF Coll. tr. P.*; Nepherinum: *AB*; Ephesinum: *GH*; et St. Neph. ep.: *deest: E*; Neph.: *deest: D* 23) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 24) Fotini *et infra* Fotinum: *D Edd. coll. o.* 25) et Fot.: *EGH* 26) in qua s. stat. est: *deest: Coll. tr. P.* 27) *Hoc loco can. incipit in Collect. cit. omnib.* (*exc. Coll. tr. P.*) 28) cler.: *deest: orig. Ans.*; prioribus conciliorum elect.: *B* 29) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Deusd.*; colleg.: *deest: Ans. Polyc.* 30) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Deusd. Polyc.* 31) *ib. pr. Polyc.* 32) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 33) vel: *Ans. Polyc.* 34) et incong.: *deest: EGH* 35) fiat electio vel conf.: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 36) contemtio: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugd.* III. 37) sed potius: *Deusd. Polyc.* 38) fut.: *deest: Polyc.* 39) *ABCF Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P.*; quisque: *Ivo Pan. Deusd.*; *deest: Polyc.* 40) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P. Deusded. Polyc.* 41) huiusm. laico: *Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Ivo Pan.* 42) *Codd. et Edd. coll. o.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.*; ecclesiae suae: *orig. Ans. Polyc.*; ecclesiam: *Coll. tr. P. Deusded.* 44) prom. clerus: *EGH Ivo Pan.*; promoveat: *orig. Ans.*; promoveant: *Polyc.* || can. 3. 45) vell. imperator: *Edd. coll. o.* 46) *Codd. et Edd. coll. o.* 47) convoc.: *A*; advoc.: *EGH* 48) *Codd. et Edd. coll. o.* 49) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 50) *Codd. coll. o.* 51) testem quoque: *EGH* 52) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 53) *Codd. coll. o.* 54) *BDFGH Edd. coll. o.* 55) *BD* 56) illius: *AEGH*; illo spl. fulgente: *B* 57) *Codd. coll. o.* 58) *Codd. coll. o. orig.* 59) viro cui: *Ed. Bas.* 60) *ABC* 61) *in Epist. ad Vercellenses* 62) *ABEFGH* 63) *Codd. coll. o. pr. AB* || can. 4. 64) *Fragmentum epistolae deperditae scr. ao.* 863 — *Jaffé no.* 2079. — *Ivo Decr.* V, 357.; *Coll. tr. P.* I, 62, 62.; *Caes.* III, 65. 65) scias: *deest: Ivo* 66) promovendus: *ib.* 67) iungimus: *AB* 68) sit: *EGH* || can. 5. 69) *Codd. coll. o.* 70) *Est Conc. Paris.* III. *hab. post a.* 556. (*cf. Maassen Gesch.* I, 211. *Hefele Conc. Gesch.* III, 11.) *ap. Bruns* II, 221. — *Ivo Decr.* V, 123. (*can.:* Quia in aliquib. — *contin.*); *Ivo Pan.* III, 9.; Parisiacensi: *AEGH* 71) episcopus: *Corr. orig.* 72) quem vere: *Ed. Arg.*; vero: *Edd. coll. rel.* 73) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. orig. Ivo Decr.* 74) omni: *Edd. coll. o.* 75) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* || can. 6. 76) *hab. int. a.* 343 *et* 381. — *versio Dionys.* — *Burch.* II, 8.; *Ans.* VI, 38, (43.); *Ivo Decr.* VI, 28.; *Deusded.* IV, 18.; *Polyc.* II, 1, 29. — *Coll. tr. P.* II, 7, 5. (*ex vers. Hisp.*) 77) quod non sit: *Burch. Ans. Ivo* 78) turbe: *Deusd.* 79) provehendi: *Ivo*

C. VII. *Irrita sit electio episcopi, aut[80a] presbiteri a[81b] principibus facta.*

Item ex secunda actione VI. sinodi CCCL. Episcoporum*, [c. 3.][82c]

Omnis electio episcopi, uel presbiteri, aut[83d] diaconi a principibus facta irrita maneat secundum regulam, que dicit: „Si[84] quis episcopus, secularibus potestatibus usus, ecclesias[85e] per ipsas[86f] obtinuerit[87], deponatur, et segregetur[88g]** omnesque[89h], qui illi communicant.“

C. VIII. *Non eligantur a populo, qui sunt promouendi[90] ad clerum.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 1.][91]

Non liceat[92a] populo facere[93] electionem eorum, qui ad sacerdotium promouentur[94], sed in iudicio[95] episcoporum sit[96], ut ipsi[97] eum[98] probent, si in sermone et fide et spirituali uita edoctus sit[99].

Gratian. *His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum, atque iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas inperandi.*

II. Pars. *Econtra[100b] uero scribit B. Gregorius Iohanni Episcopo primae Iustinianae Iliricae*, [lib. IV. epist. 15.][101]

C. IX. *Voluntas principis in ordinatione pontificis desideratur.*

Quia igitur suscepta fratrum atque[102a] coepiscoporum relatio[103b] ad locum uos sacerdotii totius concilii unito consensu et serenissimi principis uoluntate declarat accersiri, gratias saluatori[104c] nostro magna[105] cum exultatione retulimus[106d]. Nos quoque in persona[107e] fraternitatis tuae per omnia consentimus, atque omnipotentem Dominum deprecamur, ut karitatem uestram sicut sua gratia[108] elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

C. X. *Clerus et populus pontificis electioni intersit[109a].*

Item Gregorius Iohanni Subdiacono, [lib. II. Indict. 11. epist. 30.][110]

Quanto apostolica sedes auctoritate[111b] cunctis prelata constat ecclesiis, tanto inter multiplices curas et illa nos ualde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem nostrum spectatur[112c] arbitrium. Defuncto igitur[113] Laurentio, Mediolanensi[114d] episcopo[115], sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filii nostri Constancii, diaconi sui, unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid, quod ad cautelam pertinet, omittamus, idcirco huius precepti auctoritate suffultum[116] Genuam[117] te proficisci necesse est. Et quia illic multi Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt, eorum te uoluntates oportet eis[118] in commune conuocatis perscrutari. Et si nulla eos diuersitas ab electionis unitate disterminat, siquidem in predicto filio nostro Constancio omnium uoluntates atque consensum perdurare cognoscis, tunc eum[119] a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostrae auctoritatis assensu[120], solatiante Domino[121e], facias consecrari, quatinus huiusmodi seruata consuetudine et apostolica sedes proprium uigorem retineat, et a se concessa aliis iura non minuat.

C. XI. *In electione episcopi populus debet adesse.*

Item Gelasius Papa Philippo et Gerontio Episcopis[122a].

Plebs Dictrensis[123b] data nobis peticione defleuit, diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi. Ac, sicut asseritur, is qui a nobis[124c] iam probatus dicitur, a paucis et tenuibus iam[125d] putatur electus[126], cum ad nos[127e] pertineat, uniuersos assidua admonitione[128] compellere, ut omnes in unum[129], quem dignum sacerdotio uiderint et[130] sine aliqua reprehensione, consentiant. Et ideo, fratres karissimi, diuersos ex omnibus sepe dicti loci parrochiis presbiteros[131], diaconos et uniuersam turbam uos[132] oportet sepius conuocare, quatinus non prout cuilibet[133] libuerit, sed concordantibus[134] animis talem, uobis ammonentibus[135], sibi querant sola diuinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas a constitutis possit reuocare prescriptis[136].

C. XII. *De eodem.*

Item Stephanus Episcopus seruus seruorum Dei, Romano Archiepiscopo Rauennati[137].

Nosse tuam fraternitatem[138] uolumus, ad nostras[139] aures fore peruentum, Immolensem[140] episcopum ab hac luce migrasse; in cuius successoris electione populi diuisionem prouenisse audiuimus[141]. Quod quia sepe contingere solet, querentibus singulis que sua sunt, non que Iesu Christi, non adeo miramur. Verumtamen in hoc plurimum oportet tuam adhiberi[142] sollicitudinem, ut conuocato clero et populo talis ibi[143] eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obuient canones. Sacerdotum quippe est electio[144], et fidelis populi consensus adhibendus est; quia[145] docendus est populus, non sequendus.

C. XIII. *De eodem.*

Item Nicolaus Papa Iohanni Rauennati Archiepisc.*[146]

Episcopos per Emiliam non consecres, nisi post electionem cleri et populi.

EDITIO ROMANA:

Dist. LXIII. c. 7. a) vel b) vel diaconi a c) ex Septima* Synodo, quae est secunda Nicaena d) vel e) ecclesiam f) ipsos g) segregentur** h) ab ecclesia omnes — c. 8. a) licet b) Contra — c. 9. a) patrum et b) nostrorum relatio c) omnipotenti Deo creatori d) *post* retulim. *adiect. est:* qui vitam actusque vestros ita de praeteritis fecit esse probabiles, ut omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos e) personam — c. 10. a) intersint b) Deo auctore c) exspectatur d) ecclesiae Mediolanensis e) et auxiliante Domino — c. 11. a) Geruntino b) Diotrensis c) vobis d) iam: *deest* e) vos

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Ex septima: Citabatur ante ex actione 2. Synodi VI. Restitutus est locus ex Ivone.

** Et segregentur: In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est: *segregetur*, sed plerisque cum vulgata lectione convenit. In canone 31. apostolorum graece sic legitur: *καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.* Et infra 16. q. 7. c. *Si quis episcopus*, ubi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur: *et segregetur, omnesque, qui illi communicant,* eodemque modo est apud Anselmum. Verum in versione Anastasii Bibliothecarii legitur quemadmodum apud Gratianum, et convenit cum versione prisca ac Dionysiana.

C. XIII. * In vetusto codice Mutinensi sex concilii Romae habiti referuntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hac eadem re habentur multa in Pontificali manuscripto in gestis Nicolai I.

Dist. LXIII. can. 7. 80) *ABCD* 81) *Codd. coll. o.* 82) *Codd. coll. o. Ans.;* CCCL. Epp.: *deest: AB; Est* VII. *syn. sive Nicaen.* II. *hab. ao.* 787. *Ans.* VI, 8.; *Deusded.* IV, 11.; *Ivo Decr.* V, 120.; *Coll. tr. P.* II, 12, 11.; *Caes.* II, 64. 83) *Codd. coll. o. pr. F — Collect. cit. o.* 84) *can. App. c.* 31. - *Burch.* III, 109. — *cf. C.* XVI. *qu.* 7. *c.* 14. 85) *Codd. et Edd. coll. o.* 86) *BDEFGH Coll. tr. P. Deusded.* 87) obtineat: *Ivo Decr. Deusded. Coll. tr. P.* 88) *ABCDF* - *Ans.* 89) *ABCDF Edd. Arg. Bas. Nor. Ans. Deusd. Ivo Coll. tr. P.* || can. 7. 90) provehendi: *EGH* 91) *Can.* 12. 13. *Conc. Laodic. ex interpr. Martini Brac. ap. Bruns* II, 43. — *Burch.* I, 10.; *Ans.* VI, 12.; *Ivo Decr.* V, 64.; *Coll. tr. P.* II, 47, 1. 92) *BEGH orig. Hisp. Burch.* 93) fac. per se eorum: *Burch. Ans.* 94) provocantur: *orig. Hisp. Burch. Coll. tr. P.;* provehantur: *Ivo* 95) iudicium: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 96) esse debet: *Burch. Ans. Ivo* 97) episcopi: *Edd. coll. o.* 98) eum qui ordinandus est: *orig. Hisp. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 99) est: *orig. Hisp. Ans.* 100) *Codd. coll. o.* || can. 9. 101) *Ep.* 23. *scr. ao.* 593. *lib.* II. *Ed. Maur. Ans.* VI, 95. (96. *can. contin.*) 102) *Codd. coll. o.;* fratrum et: *orig. Ans.* 103) *Codd. et Edd. coll. o.* 104) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.;* creatori: *Ans.* 105) magis: *Ans.;* magn. exult.: *AB* 106) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 107) *Codd. coll. o. Ans.* 108) Gratia te eleg.: *Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. || can. 10. 109) *Codd. coll. o.* 110) *Ep.* 30. *scr. ao.* 593. *lib.* 3. — *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 870.; *Ans. ded.* I, 120.; *Ans.* VI, 26. (27.); *Polyc.* 1, 5, (6,) 1. 111) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.;* sua auct.: *Edd. coll. o.* 112) *ABCDF Edd. Arg. Bas. Nor.;* speratur: *Edd. Par. Ven.* I. II. *Lugd.* I. 113) igit. antistite: *Edd. coll. o.* 114) *ABC;* Mediolanensis: *F* 115) archiepiscopo: *Edd. coll. o.* 116) suffultus: *Ans. ded.* 117) Ianuam: (*quod idem est*) *Edd. coll. o. exc. Lugdd.* II. III. 118) eis: *deest: AB;* clericis: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* — *Böhm.* 119) fil. vestro Const. .. atque sensum .. tunc enim: *AB* 120) consensu: *EGH* 121) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Turrecrem. ed. cit. orig. Ans. ded. Ans. Polyc.* || can. 11. 122) *ABCD Corr. orig. Ans.;* Gerontino: *EG;* Gerentino: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugd.* II, III. — *Ep. scr. inter a.* 492 *et* 446 *ap. Thiel p.* 485. — *Jaffé no.* 420. — *Ans.* VI, 48.; *Gerontius Fidenatis seu Ficoclensis Ep. ao.* 501 *Concilio Rom. subscripsit.* 123) *ABF;* Dictrensis: *CF;* Diestrensis: *EGH;* Clientensis: *orig. Ans.* (*Cliena in prov. Corneola iuxta Valeriam*) 124) *ABCF Codd. orig. Ans.* 125) *AB Ed. Bas. Codd. orig.* 126) eligendus: *orig. Ans.;* electus: *Codd. orig.* 127) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. cit.;* universos ad nos: *Ans.* 128) assiduitate ammonitionis: *C* 129) virum: *EGH* 130) et: *deest: EGH* 131) et presb. et: *Edd. coll. o.* 132) nos: *ABC* 133) unicuique: *AB;* cuique: *DF;* cuiquam: *EGH;* quemque: *Ans.* 134) et concord.: *EGH* 135) tal. vestris admonitionibus: *EGH;* vob. imminentibus: *orig. Ans.;* admonentib.: *Codd. orig.* 136) conscriptis: *CH;* preceptis: *Ans.* || can. 12. 137) *Richt. ita censuit: „In hac rubrica mendum latere videtur; etenim Romanus Ravennas vita defunctus est Ioanne* VIII. *adhuc superstite* (*cf. Ioannis Ep.* 304. *ap. Mansi*). *Nec tamen de fide ipsius epistolae* (*quae ap. Anselmum* VI, 36. *solum prostat*) *dubitandum erit. Nobis quidem, si divinare liceat, legendum esse videtur: Dom.* (*i. e. Dominico*) *quem Romani successorem fuisse constat.“ At est ep. Stephani* VI. *ad Romanum qui Ep. Ravennas fuit* (*testante Gams inde ab ao.* 878 *usque ad* 888 *vel* 889) *scr. int. a.* 896 89 — *Jaffé no.* 2645. - *Ans.* VI, 36. 138) venerabilitudinem: *Ans.* 139) nostr. apostolicas aur.: *ib.* 140) Imolae: *ib.* 141) cognovimus: *AB* 142) adhibere: *Ans.;* primum op. .. adhibere: *AB* 143) inibi: *ib.* 144) el. vel consensus: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 145) *cf. supra Dist.* LXII. *c.* 2. || can. 13. 146) *Imo c.* 1. *Conc. Romani hab. ao.* 861 *in causa Ioannis Ravennatis, ap. Mansi* XV, 598.

C. XIV. *De eodem.*

Item Pelagius Papa Tulliano Episcopo Grumentino[147a].

Litteras karitatis tuae suscepimus[148], quibus significas, Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesiae Marcellianensis[149] a clero et omnibus[150], qui illic conueniunt, postulari. Hoc[151b] itaque dicimus, ut si eum omnes eligunt, et uis eum concedere, gratum nobis esse cognosce; et si potest[152], ante diem sanctum[153] festinet[154] occurrere, ut[155] uel sabato ipso noctis magnae post baptismum cum Dei gratia ualeat ordinari.

C. XV. *Sacra* principis ordinandis est necessaria*[156a].

Idem Laurentio Episcopo Centumcelensi[157].

Principali deuotissimorum militum, qui illic in ciuitate Centumcelensi consistunt, relatione ad nos directa, sacram[158] insinuant se clementissimi principis inpetrasse, que eis presbiterum, diaconum et subdiaconum fieri debere precepit. Ideo hortamur dilectionem tuam, ut personas ipsas uideas, et diligenter requiras[159b], ne aliquid contra canones commisissent; et si eos[160] inculpabiles repereris, et uitae ipsorum testimonium laudabile uideris, ueniente mediana ebdomada[161c] pascae, (si Dominus uoluerit, et si[162d] uixerimus)[163] unumquemque per[164] offitia, que prediximus promouere non differas.

C. XVI. *Papa rogat*[165] *Augustos, ut Reatinam ecclesiam cuidam electo dignentur concedere.*

Item Leo IV. Lothario et Lodeuico Augustis[166].

Reatina ecclesia, que per tot annorum[167a] spatia pastoralibus curis destituta consistit[168], dignum est, ut brachio amplitudinis uestrae subleuetur, ac gubernationis tegmine[169] protegatur. Unde salutationis alloquio premisso uestram mansuetudinem deprecamur, quatinus Colono humili diacono eandem ad regendum ecclesiam[170] concedere dignemini, ut, uestra licentia accepta, ibidem eum Deo iuuante[171b] consecrare ualeamus episcopum. Si autem in predicta ecclesia[172] nolueritis ut preficiatur episcopus, Ausculanam[173c] ecclesiam, que uiduata existit, illi uestra serenitas[174] dignetur concedere, ut consecratus a nostro presulatu Deo omnipotenti uestroque inperio grates peragere ualeat.

C. XVII. *Regis precepto ab Apostolico Colonus Reatinae ecclesiae ordinatur episcopus.*

Item Ritae Comitissae[175].

Nobis dominus inperator et inperatrix per suas epistolas direxerunt[176a], ut Colonum in Reatina ecclesia, que pastoris offitio per longa iam tempora destituta uidebatur, episcopum facere deberemus, sicut et fecimus.

C. XVIII. *Inperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur.*

Item Stephanus Guidoni Comiti[177].

Lectis sagacitatis uestrae apicibus, que[178a] defuncto ecclesiae Reatinae antistite clerum et plebem eiusdem elegisse[179b] futurum sibi antistitem, nobis[180c] consecrandum uestro studio directum esse, ne ipsa ecclesia diu sine proprio constet pastore, fatebantur; nos, de obitu prioris dolentes, nunc ipsum electum unanimitate et canonica ipsius ecclesiae electione, ut mandastis, tam citissime ordinare omisimus, quod[181d] inperialem nobis, ut mos est, absolutionis minime detulerit[182e] epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum nobis est; ideo uoluntati uestrae in hoc parere distulimus, ne augustalis animus durissime quocumque[183f] modo perciperet. Sed scientes, ecclesiam Domini[184g] sine proprio[185] pastore diu non debere consistere, gloriae uestrae mandamus, quoniam nos aliter[186] agere non debuimus[187], ut uestra[188] sollertia inperiali (ut prisca consuetudo dictat) percepta licentia, et nobis, quemadmodum uos scire credimus, inperatoria directa epistola, tunc uoluntati[189] uestrae parebimus de hoc, eundemque electum Domino adiuuante consecrabimus; quod, karissime fili, moleste nullo modo suscipiatis[190h].

C. XIX. *Clericorum et ciuium uoluntate metropolitanus est ordinandus.*

Item Leo Papa [I. ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, epist. LXXXII. al. LXXXIV. c. 6.][191]

Metropolitano defuncto, cum in loco[192] eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad ciuitatem metropolim[193] conuenire debent[194a], ut omnium clericorum atque ciuium[195] uoluntate discussa ex presbiteris eiusdem ecclesiae uel ex[196b] diaconibus optimus[197] ordinetur[198].

C. XX. *Cum clero et populo archipresbiteri fiat electio.*

Item Ysidorus in libro Offitiorum[199].

Si in plebibus archipresbiteri obierint aut pro aliquo reatu exinde eiecti fuerint[200] archidiaconus quantocius[201a] proficiscatur illuc, et cum clericis et populis[202] ipsius plebis electionem faciat, quatinus dignus pastor domui Dei constituatur, et, dum ordinatur, eius prouidentia ipsa plebs custodiatur.

C. XXI. *Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, nisi eius decretum inperatori primum representetur*[203a].

Item ex gestis Romanorum Pontificum[204].

Agatho natione Siculus, cuius legatione fungens Iohannes episcopus Portuensis dominico die octaua[205] pascae in ecclesia S. Sophiae publicas missas coram principe et patriarcha latine celebrauit, hic suscepit[206b] diualem[207] secundum suam postulationem, per quam reuelata[208c] est quantitas, que solita erat dari pro ordinatione pontificis facienda, sic tamen, ut, si contigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regiam urbem[209] secundum antiquam consuetudinem, ut cum eorum conscientia[210d] et iussione debeat ordinatio prosperari[211e]. §. 1. Item Vitalia-

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIII. c. 14. a) Iuliano b) Et infra: Sed nunc et hoc — c. 15. a) Ex sacra princ. quis ordinatur b) inquiras c) septimana d) si: *deest* — c. 16. a) temporum b) adiuvante c) Tusculanam — c. 17. a) dixerunt — c. 18. a) qui b) ecclesiae elegisse c) nobisque d) eo quod e) detulit f) hoc quoc. g) Dei h) suscipias — c. 19. a) debebunt b) vel diaconis — c. 20. a) quanto ocius — c. 21. a) praesentetur b) susc. ab illo dival. c) relevata d) eius scientia e) provenire

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XV. * Ex sacra: Emendata est haec rubrica, ut indicet illum, de quo agitur, fuisse ad petitionem imperatoris ordinatum; sacra enim epistolam imperatoris significat.

Dist. LXIII. can. 14. 147) *Codd. coll. o. pr. D;* Tuliano: *D Ivo;* Iulinno: *Ans.;* Tulino: *Polyc.; Ep. incerto tempore* (578—90) *scr. a. Pelagio* II. — *Jaffé no.* 698. — *cf. Dist.* LXXVI. *c. fin.* — *Ans.* VI, 60. (58.); *Ivo Decr.* VI, 112.; *Polyc.* II, 29, (28,) 5. — *in omnib. can. contin.* — *Caes.* III, 35. 148) suscipimus: *EGH* 149) Marcellinae: *Ans.* 150) ab omnib.: *EGH* 151) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Ans. Polyc.* 152) ut si possit: *Polyc.* 153) festum: *AB;* sanct. Paschae: *EGH Ed. Bas.* 154) festin.: *deest: Ans. Polyc.* 155) ut: *deest: ib.* || can. 15. 156) *Codd. coll. o. pr. D;* princip. auctoritas: *D Edd. coll. o.* 157) *Ep. Pelagii* I. *scr. inter a.* 555 *et* 560 — *Jaffé no.* 640. — *Ans.* VII, 94. (*can. contin.*) 158) sacr. epistolam: *D Edd. coll. o.* 159) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 160) eas: *BDEFG* 161) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. Ans.* 162) *Codd. coll. o. Ans.* 163) vixeritis: *Ed. Bas.* 164) ad: *Ans.* || can. 16. 165) rogavit: *AB* 166) *scr. int. a.* 850 *et* 852 — *Jaffé no.* 1984. — *Coll. tr. P.* I, 60, 19. 167) *AB;* temporum vel annor.: *CDEGH Turrecrem. ed. cit.* 168) constitit: *Edd. coll. o.* 169) regimine: *CEGH Edd. coll. o.* — *Böhm.* 170) eccl.: *deest: AB* 171) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Coll. tr. P.* 172) eccl.: *deest: AB* 173) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* Asculanam: *Corr.* 174) severitas: *Edd. coll. o.* || can. 17. 175) Titae: *CH;* Ittae: *B;* Mittae: *EG;* Litae: *Coll. tr. P.; Ep. scr. inter a.* 850 *et* 852 — *Jaffé no.* 1985. — *Coll. tr. P.* I, 60, 10. 176) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 18. 177) *Ep. Stephani* VI. *scr. c. a.* 886 *ad Guidonem comit. Spoletan.* — *Jaffé no.* 2627. — *Coll. tr. P.* I, 64, 7. 178) *ABCDEGH* 179) *Codd. coll. o. pr. D Coll. tr. P.* 180) *ABCDF;* a nobis: *EG;* et a nobis: *H Edd. coll. o.* 181) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 182) *ACDFGH Edd. coll. o. pr. Bas.;* detulerint: *B Ed. Bas.* 183) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* quocumque .. percipiet: *AB* 184) *ABF Coll. tr. P.* 185) prop.: *deest: AB* 186) mox: *Coll. tr. P.* 187) debemus: *ABC* 188) a vestra: *Edd. coll. o. pr. Bas. Corr.* 189) et volunt.: *Coll. tr. P.* 190) *ABDF Ed. Bas. Coll. tr. P.;* non susc.: *AB* || can. 19. 191) *Ep.* 14. *c.* 6. (*in Hispana c.* 5.) *scr. ao.* 446 (?) *Ed. Baller.* — *Jaffé no.* 189. — *Ans. dedic.* I, 92.; *Ans.* VI, 19.; *Ivo Decr.* V, 348. (*can.:* de persona igitur); *Deusded.* I, 96. — *in omnib. can. continuat.* — *Caes.* III, 1. 192) locum: *Hisp.* 193) metropolitani: *AB;* metropolitanam: *Corr.* 194) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 195) laicorum: *AB;* atq. omnium civium: *Hisp. Ans. ded. Ivo Deusd.* 196) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ans. ded. Ans. Ivo Deusded.* 197) optimis: *AB* 198) eligatur: *orig. Hisp. Ans. ded. Ans. Ivo Decr.* || can. 20. 199) *auctor capitis non est inventus; cf. Berard.* III, 390. 200) sint: *C;* sunt: *D* 201) *Codd. coll. o. — sed in AB:* quantociens. 202) cum pop.: *AB;* presbyteris: *Corr.* || can. 21. 203) *Codd. coll. o.* 204) *Secundum Anastasii Bibl. Vitas RR. PP.* 205) *Codd. coll. o.;* octavo: *Edd. coll. o.;* dominicorum die octava: *ABC* 206) *Codd. coll. o. exc. D* 207) div. i. e. regiam epistolam: *EGH Edd. coll. o.* 208) *Codd. coll. o. pr. C — Böhm.* 209) regia urbe: *AB Corr.* 210) *Codd. et Edd. coll. o.* 211) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.*

nus[212] natione Signensis[213f] direxit responsales suos cum sinodica iuxta[214g] consuetudinem in regiam urbem apud[215h] piissimos principes, significans de ordinatione sua.

C. XXII. *Inperator ius habet eligendi Pontificem.*

Item ex[216a] *Historia ecclesiastica*[217].

Adrianus Papa Romam uenire Karolum regem ad defendendas res ecclesiae postulauit. Karolus uero Romam ueniens Papiam obsedit, ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Adriano Papa Romae honorifice susceptus est. Post sanctam uero[218] resurrectionem reuersus Papiam[219], cepit Desiderium regem; deinde Romam reuersus, constituit ibi sinodum cum Adriano Papa in patriarchio[220] Lateranensi in ecclesia S. Saluatoris, que sinodus celebrata est a CLIII episcopis religiosis et abbatibus. Adrianus autem Papa cum uniuersa sinodo tradiderunt Karolo ius et potestatem eligendi Pontificem, et ordinandi apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriciatus ei concesserunt[221]. Insuper archiepiscopos et[221] episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit, et ut, nisi a rege laudetur et inuestiatur episcopus, a nemine consecretur, et quicumque contra hoc decretum esset[222b], anathematis uinculo eum innodauit, et nisi resipisceret, bona eius publicari precepit.

C. XXIII. *Electio Romani Pontificis ad ius pertinet inperatoris*[223].

Item Leo Papa[224].

In sinodo* congregata Romae in ecclesia S. Saluatoris. Ad exemplum B. Adriani apostolicae sedis antistitis[225], qui domino Karolo, uictoriosissimo regi Francorum ac[226a] Longobardorum, patriciatus dignitatem, ac ordinationem apostolicae sedis, et inuestituram episcoporum concessit, ego quoque Leo, seruus seruorum Dei, episcopus, cum cuncto[227b] clero ac Romano populo constituimus, confirmamus[228c] et corroboramus, et per nostram apostolicam auctoritatem[229] concedimus atque largimur domino Ottoni primo, regi Teutonicorum, eiusque successoribus huius regni Italiae, in perpetuum sibi[230d] facultatem eligendi successorem, atque summae sedis apostolicae Pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi ab eo inuestituram accipiant et consecrationem, unde debent, exceptis his, quos inperator pontifici[231e] et[232] archiepiscopis concessit; et ut nemo deinceps cuiusque dignitatis uel religionis[233f] eligendi uel patricium uel Pontificem summae sedis apostolicae, aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius inperatoris, (quod tamen fiat absque omni pecunia), et ut ipse sit patricius et rex. Quod si a clero et populo quis[234] eligatur episcopus, nisi a supradicto rege laudetur, et inuestiatur, non consecretur. Si quis contra hanc apostolicam[235g] auctoritatem aliquid molietur[236], hunc excommunicacioni subiacere decernimus[237], et, nisi resipuerit, inreuocabili exilio puniri, uel ultimis suppliciis feriri[238h].

C. XXIV. *Precepto principum Maximo remittitur, quod absque apostolica auctoritate ordinatur.*

Item Gregorius [lib. IV. Reg. epist. 34. ad Constantiam Augustam.][239]

Salonitanae ciuitatis episcopus me ac responsale[240a] meo nesciente ordinatus est, et facta res est, que sub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eundem preuaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, ut omnino[241] missarum solempnia nullo modo celebrare presumeret, nisi prius a serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri iussissent[242b]; quod ei sub excommunicacionis interpositione mandaui. Qui[243] contempto me atque despecto, in audacia[244c] quorumdam secularium hominum, quibus denudata sua ecclesia premia multa prebere dicitur, nunc usque missas facere presumit, atque ad me uenire secundum iussionem dominorum noluit. Ego autem preceptioni pietatis[245] eorum[246] obediens, eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quod in ordinatione sua me uel responsalem meum pretermittere presumpsit[247], ita ex corde laxaui[248], ac si me auctore fuerit[249d] ordinatus. Alia uero peruersa illius, scilicet mala corporalia, que cognoui, uel quia cum pecuniis[250] electus est, uel quod[251e] excommunicatus missas facere presumpsit, propter Deum inrequisita preterire[252f] non possum. Et[253g] si ad me diu distulerit uenire[254], exercere in eo districtionem canonicam nullo modo cessabo.

C. XXV. *In episcoporum electione principis desideratur assensus*[255].

Item ex Tolletano Concilio [XII. c. 6.][256]

Cum[257] longe lateque tractu terrarum diffuso commeantium inpeditur celeritas nunciorum, quo aut non queat regibus audientibus[258a] decedentis presulis transitus notificari[259b], aut de successore morientis episcopi libera principis electio expectari[260c], nascitur sepe aut[261d] nostro ordini de relatione talium difficultas, aut[262e] regiae potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet, innumerosa[263] necessitas. Unde placuit omnibus pontificibus Yspaniae atque Galliae[264f], ut, saluo priuilegio uniuscuiusque prouinciae, licitum maneat deinceps Tolletano pontifici, quoscumque regalis potestas elegerit, et iam dicti Tolletani episcopi iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouinciis in[265g] precedentium sedibus preficere presules, et decedentibus episcopis eligere successores, ita[266h] tamen, ut, quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suae tempus infra trium mensium spatium metropolitani proprii presentiam uisurus accedat.

Gratian. *Electiones quoque*[267] *summorum Pontificum atque aliorum infra presulum quondam inperatoribus representabantur, sicut de electione B. Ambrosii et B. Gregorii legitur. Quibus exemplis et premissis auctoritatibus liquido colligitur, laicos non excludendos esse ab electione, neque principes esse*[268] *reiciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quod populus*[269] *iubetur electioni interesse, non precipitur aduocari ad electionem faciendam, sed*

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIII. c. 21. f) Signiensis g) epistola iuxta h) ad — c. 22. a) in b) ageret — c. 23. a) Franc. et Long. b) toto c) et confirm. d) sibi: *deest* e) pontificibus f) religiositatis g) regulam et apost. h) affici — c. 24. a) responsali b) ipsi iussiss. c) audaciam d) fuisset e) quia f) relinquere g) Et infra: Et — c. 25. a) regis auribus b) innotesci c) praestolari d) *et* e) et f) Galliciae g) et in h) sic i) esse: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIII. * In synodo: Initium huius capitis videtur esse istud: *Ad exemplum etc.* verba autem, quae antecedunt, ipsa quoque pertinere ad titulum, ut integer titulus ita habeat: *Leo Papa in synodo congregata Romae in ecclesia S. Salvatoris.* Est autem Leo VIII., de quo multa scribit Luitprandus in fine libri 6., et S. Antoninus part. 2. tit. 16. c. 16.

Dist. LXIII. can. 21. 212) Vitellianus: *CEGH* 213) *Codd. coll. o.* 214) *ib.* 215) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 22. 216) *Codd. coll. o.* 217) *Caput nostrum ap. Sigibertum Gemblacensem non invenitur ut R. censuit; immo legitur in Auctar. Aquicin. (i. e. continuat. Sigib.) Mon. Germ SS.* VI, 393., *et ut editor eius, Bethmann, censuit ex Ivonis Pan.* VIII, 135. *sumtum est. Wasserschleben Beitr.* 76. *caput Panorm. et sequens interpolatum esse conicit, cum tamen Theiner Ueber Ivos vermeintl. Decret. (Mainz* 1832) *p.* 27. *plurimis Pan. Codd. inspectis plerosque in Leonis* VIII. *decreto demum claudi censeat. — cf. Hirsch, De Vita et Scrr. Sigib. Gembl. Berolini* 1841 *p.* 42. *sqq. — Alia capitis forma exstat in libello de investitura episcopor. initio seculi* XI. *confecto ap. Schard. Syntagma tractatuum de imperiali iurisdictione et in Tübinger Theol. Quartalschrift.* 1837 *p.* 187. 1838 *p.* 339. *cf. Hinschius Kirchenr.* I, 229. — *Ivo Pan.* VIII, 135. (Ex VIII. synodo historia ecclesiastica) 218) vero: *deest: C Edd. coll. o.* 219) Pap.: *deest: AB* 220) patriarchatu: *Edd. coll. o. Ivo* 221) et: *deest: EGH;* et episc.: *deest: Ivo* 222) *ABCDF* || can. 23. 223) Romani Imper.: *EGH* 224) *Hoc Decr. (assign. ao.* 964) *in Mon. Germ. LL.* II, 167. *falsum est. Cf. Hinschius Kirchenr.* I. *p.* 240 *sqq. Primus, quantum scimus, integram Leonis* VIII. *constitutionem, unde haec sunt excerpta ex libro Florentino nimia vetustate pene consumto edidit Theodericus de Niem tract. de privil. et iur. imp. ap. Schard. l. l. — Ivo Pan.* VIII, 136. 225) episcopi: *Ivo* 226) *ABCDF orig.* 227) *Codd. coll. o. orig. Ivo Pan.* 228) *Codd. coll. o. orig.;* firmamus: *EGH* 229) dignitatem: *AB* 230) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo* 231) *ABDF Edd. coll. o. Ivo* 232) et: *deest: EGH* 233) *Codd. et Edd. coll. o.;* rel. elig. successorem vel: *AB* 234) aliquis: *Ivo* 235) *ABCDF Edd. coll. o. orig. Ivo* 236) moliatur: *Ivo* 237) decrevimus: *ib.* 238) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Ivo* || can. 24. 239) *Ep.* 21. *scr. ao.* 594. *lib.* 5. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 973. — *Polyc.* I, 5, (6,) 3. 240) *Codd. coll. o. Polyc.* 241) omn.: *deest: AB* 242) *ABF Ed. Bas.* 243) Et: *orig. Polyc.* 244) *Codd. coll. o. Polyc.* 245) piet. causa: *Ed. Bas.* 246) eius: *Polyc.* 247) *inde ab hoc verbo usque ad* presumsit: *omnia desunt in AB sed in A manu posterioris aetatis adiecta sunt* 248) relaxavi: *EGH* 249) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 250) pecunia: *DF Edd. coll. o.* 251) *CDF Polyc.* 252) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 253) *Codd. coll. o.* 254) pervenire: *EGH;* ven. exerc. in eum: *AB* || can. 25. 255) assensio: *AB* 256) *hab. ao.* 681. *ap. Bruns* I, 326. 257) dum: *orig. Hisp.* 258) *Codd. et Edd. coll. o.; Turrecrem. ed. cit.;* regiis auditibus: *orig. Hisp.* 259) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit.* 260) *ib.* 261) *ib.* 262) *ib.* 263) iniuriosa: *Corr. orig. Hisp.* 264) *ABCDF Corr. orig. Hisp.* 265) *BCDF orig. Hisp.* 266) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp.* 267) quoque: *deest; EGH* 268) *Codd. coll. o.* 269) popul. aut princeps: *EG Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd. — Böhm.;* aut principes: *H*

ad consensum electioni adhibendum. Sacerdotum enim (*ut in fine superioris capituli Stephani Papae legitur*) *est electio, et fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur an*[270k] *clericorum electioni concordet. Tunc enim in ecclesia Dei rite preficietur antistes, cum populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi uoto elegerit.*

Unde Celestinus Papa ait [ad Episcopos Galliae, epist. II. c. 5.][271]:

C. XXVI. *Plebis non est eligere, sed electioni consentire.*

Cleri, plebisque[272a] consensus[273b] et desiderium requiratur.

C. XXVII. *De eodem.*

Item Leo I. [ad Episcopos Viennensis prouinciae, epist. LXXXVII. al. LXXXIX.][274]

Vota ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum constituantur[275a]. *Et infra:* Per pacem et quietem sacerdotes, qui futuri[276b] sunt, postulentur[277], teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis conuentus[278c] et plebis[279].

III. Pars. Gratian. *Principibus uero atque inperatoribus electiones Romanorum Pontificum atque aliorum episcoporum referendas usus et constitutio tradidit pro scismaticorum atque hereticorum dissensionibus, quibus nonnumquam ecclesia Dei concussa periclitabatur, contra quos legibus fidelissimorum inperatorum frequenter ecclesia munita legitur. Representabatur ergo electio*[280] *catholicorum*[281d] *principibus, ut eorum auctoritate*[282] *roborata nullus hereticorum uel scismaticorum auderet contraire*[283], *et ut ipsi principes tamquam deuotissimi filii in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi uiderent, et*[284e] *ei in omnibus suffragatores existerent, sicut Valentinianus B. Ambrosio legitur*[285f] *dixisse: „Noli timere, quia Deus*[286g], *qui te elegit, semper adiuuabit te, et ego adiutor et defensor tuus, ut meo ordini*[287h] *decet, semper existam.“*

Unde Stephanus Papa statuit dicens[288]:

C. XXVIII. *Presentibus legatis inperatoris ordinetur Pontifex Romanus.*

Quia[289] sancta Romana ecclesia, cui Deo auctore presidemus, a plurimis[290a] patitur uiolentias Pontifice obeunte, que ob hoc inferuntur, quia absque inperiali noticia[291] Pontificis fit consecratio[292], nec[293] canonico ritu et consuetudine ab inperatore directi sunt[294b] nuncii, qui scandala uetent fieri: uolumus, ut, cum instituendus est Pontifex, conuenientibus episcopis et uniuerso clero eligatur presente[295] senatu et populo qui ordinandus est, et sic electus ab omnibus presentibus legatis inperialibus consecretur, nullusque sine sui periculo iuramenta uel promissiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere, nisi que antiqua exigit consuetudo, ne uel ecclesia scandalizetur, et inperialis honorificentia minuatur.

IV. Pars. Gratian. *Verum, quia inperatores quandoque modum suum ignorantes non in numero consentientium, sed primi distribuentium, immo exterminantium esse uoluerunt, frequenter etiam in hereticorum perfidiam prolapsi catholicae matris ecclesiae unitatem inpugnare conati sunt, sanctorum*[296c] *Patrum statuta aduersus eos prodierunt, ut semet electioni non insererent, et quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret anathematis uinculo innodaretur, sicut scriptura quoque diuina dicit, quod postquam*[297d] *Ezechias*[298] *dissipauit excelsa, et contriuit statuas, et succidit lucos, confregitque*[299e] *serpentem eneum, quem fecit Moyses; uidelicet, quia illum serpentem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populus interiret, ideo ipse populus colere et uenerari eum ceperat, et idcirco destruxit iste, quem*[300] *iubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista habenda est in ecclesia, ut, si nonnulli ex predecessoribus et maioribus nostris fecerunt aliqua, que illo*[301] *tempore potuerunt esse sine culpa, et postea uertuntur in errorem et superstitionem, sine tarditate aliqua et cum magna auctoritate a posteris destruantur. Postremo presentibus legatis inperatorum et inconsultis electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratae, et tandem idem*[302] *inperatores religioso mentis affectu prefatis priuilegiis renunciauerunt, multa insuper donaria ecclesiae Dei*[303f] *conferentes.*

Unde Gregorius IV. scribit*[304a]:

C. XXIX. *Inconsultis legatis inperatoris Adrianus* [II.] *ad Pontificatum eligitur.*

Cum Adrianus secundus ad Romanum Pontificatum ab ecclesia Dei genitricis dominae nostrae, que dicitur. „Ad presepe,“ traheretur ad Lateranense[305] patriarchium, certatim a populo et[306b] clero et proceribus deportatus est. Quod audientes missi Lodoici inperatoris moleste tulerunt, indignati[307] scilicet, quod, dum presentes essent, non fuerunt[308] inuitati, nec optatae a se futuri presulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quod non causa Augusti contemptus, sed futuri temporis prospectu hoc commissum fuerat[309c] (ne uidelicet legatos principum in electione[310] Romanorum presulum mos expectandi per huiusmodi fomitem inolesceret), omnem indignationem medullitus sedauerunt, et ad salutandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt**.

C. XXX. *Romani Pontificis*[311a] *electio a Lodoico Romanis conceditur.*

Item pactum constitutionis Inperatoris primi Lodoici cum Romanis Pontificibus[312].

Ego Lodoicus Romanus[313b] Inperator Augustus statuo et concedo[314] per hoc pactum confirmationis nostrae tibi B. Petro principi apostolorum, et per te uicario tuo domino Pascali summo Pontifici et[315c] successoribus eius[316] in perpetuum, sicut a predecessoribus uestris[317d] usque nunc in

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIII. c. 25. k) ut — c. 26. a) plebis b) et ordinis consensus — c. 27. a) exspectantur b) praefuturi c) consensus d) Pontificum catholic. e) ut f) supra legitur g) et Deus h) meum ordinem — c. 28. a) pluribus b) intersunt c) ideo sanctor. d) postquam: *deest* e) et fregit f) Dei: *deest* — c. 29. a) IV.: *deest* b) et plebe c) fuerit — c. 30. a) Romanorum Pontificum b) Roman.: *deest* c) Pontif. et universali Papae et d) nostris

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIX. * Gregorius: Hoc antea citabatur ex Gregorio IV., cuius esse non potest, quum Hadrianus II., de quo hic mentio fit, posterior sit Gregorio IV. In Pontificalibus vero manuscriptis inter gesta Hadriani II., itemque in collectione manuscripta decretorum Romanorum Pontificum in decretis eiusdem Hadriani II. habetur.

** Accesserunt: In iisdem Pontificalibus haec continenter sequuntur: *Audiens hoc Ludovicus imperator Christianissimus, mox imperialem scribens epistolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregissent officio praesulem, collaudavit; per quam epistolam videlicet innotuit, nulli quidpiam praemii fore pro consecratione Romani Pontificis quoquo modo pollicendum, quum ipse hanc non suorum suggestione, sed Romanorum potius unanimitate ardentissime cuperet provenire; maxime, quum reddi quae ablata fuerant, non auferri a Romana ecclesia, vel deperire quicquam se diceret anhelare.*

Dist. LXIII. can. 25. 270) *Codd. coll. o. exc. F* || can. 26. 271) *cf. supra D.* LXI. *c.* 13. 272) *Codd. coll. o.* 273) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 27. 274) *Ep.* 10. *c.* 4. *scr. ao.* 445. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 185. — *Gratiani verba non omnino cum originalis concordant. — Caes.* III, 2. 275) *Codd. et Edd. coll. o.;* exspectarentur: *orig.* 276) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 277) postulantur: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 278) *Codd. et Edd. coll. o.* 279) conv. plebisque: *EGH* 280) representabantur . . . electiones: *EGH* 281) *ABDFGH;* clericorum cath.: *C* 282) auctoritatibus: *EGH* 283) contravenire: *ib.* 284) *ABCFGH* 285) *Codd. coll. o.* 286) *Codd. coll. o.* 287) *Codd. coll. o. pr. AE* || can. 28. 288) *inscr. deest: AB sed in A postea addita est; Fidem huius capitis, quod invenis ap. Theiner Disq. critic. p.* 205. *acriter impugnaverunt Baronius, Papebrochius, Natalis Alexander reliqui huius generis scriptores. Pagius* (*ad Baronium*) *econtra Stephano* VI. (*al.* VII.) *illud tribuendum esse censuit, cui consentit Jaffé Regesta pag.* 221. *Muratorius vero* (*Rer. Ital. SS.* II, 2, 127. *not.* 4.) *tribuit Stephano* IV. *ad a.* 816 *quod et Richt. amplectitur, commentitium certe non esse inde putans, quod Ioann.* IX. *ao.* 898 *in conc. Rom. illud ad verbum retulerit et confirmaverit. — Sed. cf. quae hac de re disseruerint Phillips Kirchenr.* V, 768. 784. *et Hinschius Kirchenr.* I, 231. *qui decretum nostrum ex concilii Romani cit. canone compositum esse iure contendunt. — Ivo Pan.* III, 1.(*can.:* in nomine Domini; ex decr. Nicolai p.) 289) quacunque: *orig.* 290) *Codd. coll. o. pr. A — orig. Ivo* 291) *add.:* et suorum legatorum praesentia: *orig. Ivo* 292) electio et consecr.: *Edd. coll. o. — Böhm.* 293) necnon: *orig.* 294) *Codd. et Edd. coll. o.* 295) ex praesenti: *orig.* 296) *ABCD;* et ideo: *GH* 297) *Codd. coll. o.* 298) IV. *Reg. c.* 18. 299) *Codd. coll. o.* 300) quod: *ABCD;* quem .. fec. Moses: *GH* 301) illorum: *EGH* 302) idem: *deest: EGH* 303) *Codd. coll. o.* || can. 29. 304) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. Font.; Ex additam. ad Anastasii vitas RR. PP, quae perperam Guilelmo Bibliothecario tribui solent. — in Ed. Migne Patr. lat. tom.* 128. *p.* 1382. — *Ivo Decr.* V, 16. 305) Lateranensem: *EGH;* Lateranensium: *A* 306) *Codd. coll. o.; EGH et Turrecrem. ed. Font.:* a clero 307) et indignati sunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 308) fuerint: *A Ed. Bas.* 309) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. Font.* 310) electionem: *Ivo* || can. 30. 311) *Codd. coll. o.* 312) *Integra constitutio* (*supposita saec.* XI.) *prostat in Mon. Germ. Legg.* II. *Appdx. p.* 9. — *cf. Hinschius Kirchenrecht* I, 232. *Ficker Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Ital.* (*Innsbruck* 1869) II, 342. *sqq. — Ans.* IV, 35. (*can.:* In nomine Domini — *contin.*); *Deusded.* III, 150. (*in medio.*); *Ivo Decr.* VI, 51.; *Coll. tr. P.* III, 8, 7. *can. cont.*) 313) *ABDEGH* 314) condo: *orig.* 315) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 316) tuis: *F Ed. Bas.* 317) *BDF Edd. coll. o. orig. Deusd. Ivo Coll. tr. P.*

uestra potestate[318] et ditione tenuistis et disposuistis, ciuitatem Romanam cum ducatu[319] suo, et suburbanis atque uiculis[320] omnibus, et[321] territoriis eius montanis, atque[322e] maritimis littoribus, et portubus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis, ac uillis[323] in Tusciae partibus. *Idem:* §. 1.[324f] Quando diuina uocatione huius sacratissimae sedis Pontifex de hoc mundo migrauerit[325], nullus ex regno nostro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos[326] aut publice, aut priuatim[327] ueniendi, uel[328g] electionem faciendi, nullusque in ciuitatibus aut territoriis[329h] ad[330] ecclesiae B. Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propterea[331i] facere presumat; sed liceat Romanis cum omni ueneratione et sine qualibet perturbatione honorificam suo Pontifici exhibere sepulturam, et eum, quem diuina inspiratione et B. Petri intercessione omnes Romani uno consilio[332] atque concordia[333] sine aliqua[334k] promissione ad Pontificatus ordinem elegerint, sine qualibet[335l] ambiguitate uel[336] contradictione more[337] canonico consecrare[338], et, dum[339] consecratus fuerit, legati ad nos, uel ad successores nostros reges Francorum dirigantur, qui inter nos et illum[340] amicitiam et caritatem ac[341] pacem socient.

[PALEA[342].

C. XXXI. Electio et consecratio Romani Pontificis non nisi iuste et canonice fieri debet[343a].

Item Leo IV. Lothario et Lodowico Augustis.

Inter nos et uos pacti serie statutum et confirmatum est, quod electio et consecratio futuri Romani Pontificis non nisi iuste et canonice fieri debeat.]

[PALEA.

C. XXXII. Ab inperatore uel nunciis eius electioni Romani Pontificis nullum generetur obstaculum.

Item Constitutio* primi Heinrici et primi Ottonis cum Romanis Pontificibus[344].

Constitucio primi Heinrici et primi Ottonis cum Romanis Pontificibus. Ut nullus missorum nostrorum cuiuscumque inpeditionis argumentum in electione[345] Romani Pontificis componere audeat, omnino[346] prohibemus. *Item:* §. 1. In[347] electione Romanorum Pontificum neque liber, neque seruus ad hoc uenire presumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum Patrum antiqua admisit consuetudo[348], aliquod faciat inpedimentum. Quod si quis contra hanc nostram constitucionem facere presumpserit[349], exilio tradatur.]

C. XXXIII. *Iuramentum Ottonis, quod fecit domino Papae Iohanni.*

Item Constitucio Ottonis[350].

Tibi domino Iohanni Papae ego rex Otto promittere[351] et iurare facio per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et[352] per hoc lignum uiuificae crucis, et per has reliquias Sanctorum, quod, si (permittente Deo[353a] Romam uenero, sanctam Romanam ecclesiam et te rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse, et numquam uitam, aut membra, neque[354b] ipsum honorem quem habes[355], mea uoluntate, aut meo consensu, aut meo[356] consilio, aut mea[357] exortacione perdes, et in Roma[358c] nullum placitum aut[359] ordinationem faciam de omnibus, que ad Te[360] aut[361] ad Romanos pertinent, sine tuo consilio, et quicquid de terra S. Petri ad nostram potestatem uenerit[362d], tibi reddam. Cuicumque[363e] regnum Italicum commisero, iurare faciam[364] illum, ut adiutor tui[365] sit ad defendendam[366] terram S. Petri secundum suum posse[367]*.

C. XXXIV. *Liberum sit clero et populo de propria diocesi episcopum eligere.*

Item ex primo libro Capitulorum Caroli et Lodowici [Imperatorum c. 84.][368]

Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiatur[269a] honore, assensum ordini ecclesiastico prebemus[370b], ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diocesi, remota personarum et munerum acceptione, ob uitae meritum et sapientiae donum eligantur, ut exemplo et uerbo[371c] sibi subiectis usquequaque prodesse ualeant.

Gratian. *Ex his constitutionibus et pacto Lodowici inperatoris deprehenditur, inperatores illis renunciasse priuilegiis, que de electione summi Pontificis Adrianus Papa Karolo inperatori, et ad imitacionem eius Leo Papa Ottoni I. regi Theutonicorum fecerat. Cum ergo ex*[372d] *premissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum tantummodo esse, queritur, quorum sit ipsa electio, an clericorum maioris ecclesiae tantum, an etiam religiosorum aliorum, qui in eadem ciuitate fuerint? Sed (sicut in breuiatione canonum Fulgentii, Cartaginensis ecclesiae diaconi, inuenitur) septimo concilio Nicensi*[373e] *et Macerensi*[374f] *concilio statutum est, ut ad eligendum episcopum sufficiat ecclesiae matricis*[375] *arbitrium. Nunc autem sicut electio summi Pontificis non a Cardinalibus tantum, immo*[376g] *etiam ab aliis religiosis clericis auctoritate*

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIII. e) et f) *ante* §. 1. *antecedit:* Item infra g) aut h) in territor. i) propter hoc facere k) qualibet l) aliqua — c. 31. a) fiat — c. 33. a) Domino b) et c) in Romana urbe d) pervenerit e) et cuicunque f) *addit.:* Sic me Deus* adiuvet et haec sancta Dei evangelia — c. 34. a) potiretur b) praebuimus c) verbis d) ex: *deest* e) in septimo capitulo Nicaeni concilii f) in Gangrensi (conc.: *deest*) g) verum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXII. * Constitutio: Ex antiquo exemplari Gratiani restitutus est hic titulus, in quo exemplari post titulum istum, interposita rubrica, incipit caput: *Ut nullus, etc.* ut etiam apud Ivonem. Verum, quia receptum est, ut initium huius capitis sit a dictione *Constitutio,* relicta sunt haec verba etiam in principio ipsius. Exstat vero hoc capitulum in vetustis quoque exemplaribus, in quibus Paleae esse non solent.

C. XXXIII. * Sic me Deus: Addita haec sunt ex Cencio Camerario, in cuius libro habentur multae formae iuramentorum, et exstat manuscriptus Romae.

Dist. LXIII. can. 34. 318) vestram potestatem: *Deusd.* 319) dictatu: *AB* 320) incolis: *A;* vinculis: *DEH;* villiculis: *Edd. Lugdd. — add.:* suis: *GH* 321) cum: *Ans.* 322) *Codd. coll. o.;* ac: *orig. Deusd.* 323) viculis: *orig. Ans. Deusd. Ivo Coll. tr. P.;* villulis: *Corr.* 324) *Codd. coll. o. pr. C* 325) migravit: *EGH* 326) illos: *Ans. Deusd.;* lic. non hab. c. Rom.: *AB* 327) private: *EGH orig. Ans. Deusd.* 328) *ABCF orig. Ans. Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 329) *ABCF;* vel territ.: *orig. Ans. Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 330) ad: *deest: orig. sed invenitur in Codd. nonull. orig.* 331) *Codd. coll. o. pr. A;* propter hominem: *orig.* 332) concilio: *Edd. Arg. Bas.* 333) una concord.: *ib.* 334) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig. Ans. Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 335) *ABCDF orig. Ans. Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 336) atque: *D Edd. Arg. Bas.* 337) canonice: *Ans.* 338) consecrari: *orig.* (*sed in Codd. orig. invenit. etiam:* consecrare), *Ans. Deusded.* 339) cum: *EGH* 340) illos: *Ans. Deusd.* 341) et: *A orig.* || can. 31. 342) *Hic canon invenitur in Codd. coll. o. ita ut cum Maassen Beitr. p. 12. dubitemus, num inter paleas sit computandus. — Fragm. Ep. Leonis* IV. (850—55) *— Jaffé no.* 2006. *— Ivo Decr.* V, 14.; *Coll. tr. P.* I, 60, 18. (17.) 343) *Codd. coll. o.* || can. 32. 344) *Hic canon invenitur in Codd. coll. o. ita ut iterum cum Maassen Beitr. p. 11. dubitemus num inter paleas sit computandus, — Diploma authenticum et genuinum, dat. 13. Febr. a. 962. exstat in Mon. Germ. LL.* II. *Append. p.* 165. *cf. Waitz. in Jahrbüch. d. deutsch. Reichs. unt. d. sächs. Hause* I, 3, 270 *sqq. — Ans.* VI, 37. (*can.:* in elect. Romani Pontif.); *haec adiecta est subscriptio:* Et subscripserunt ambo Impp. quisque suis temporibus. Et sub Ottone quidem subscripserunt Epp. X. Comites V. Optimates VIII. Ao. Dom. Incarn. DCCCCLXII. Ind. V. — Sub Heinrico (*in quo error videtur latere*) vero subscripserunt Epp. XIII. Abbates III. Duces III. Comites IX. Optimates VIII. — *Ivo Decr.* V, 52. 345) electionem: *orig.* 346) omnino: *deest: orig. Ans.* 347) *cf. etiam Ans.* VI, 7. (*can.:* volumus ut in electione; ex capitul. Lotharii.) — *Est constit. Hlotharii ao.* 824 *dat. in Mon. Germ. LL.* I, 240.; *sed non omnimodo verba eius cum Gratiani canonis consonant.* 348) ut faciat: *EGH* 349) facere: *deest: Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. — Ans. Ivo* || can. 33. 350) item ex constitutione: *EGH — Formula huius sacramenti invenitur in Mon. Germ. LL.* II, 29. *Jaffé Monum. Gregor.* (*Berol.* 1865) *p.* 588 *sqq. — contra Doenniges, Jahrb. d. Deutsch. Reiches unt. d. sächs. Hause* I, 3, 203 *ff. qui eam commentitiam esse censuerat, cf. Waitz Deutsche Verfass. Gesch.* V, 98. (*Kiel* 1874); VI, 177. (*ib.* 1875) *Giesebrecht Gesch. d. deutsch. Kaiserzeit* (*Braunschweig* 1863) I, 828.; *Ficker Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Ital.* (*Innsbruck* 1869) II, 365 *sqq. — Ans.* I, 90.; *Deusded.* IV, 161. (sacramentum futuri imperatoris. Hoc iuramentum invenit scriptor huius libri in Saxonia quod dicitur Luineburg) 351) promitto: *C Ed. Bas.;* promittit *et sic deinceps in tertia persona singularis: Deusded.* 352) scilicet et: *EH* 353) *B Ed. Bas. — orig. Ans. Deusded.* 354) *Codd. coll. o. orig. Ans. Deusd.* 355) nunc habes: *orig.* 356) vel: *Ans.* 357) mea: *deest: orig.* 358) *ABCDF Turrecrem. ed. Font. orig. Ans.;* in Romana civitate: *EGH;* Romae urbe: *Edd. coll. o.* 359) neque: *orig.* 360) ad te pertinent: *EGH* 361) vel ad tuos: *orig.* 362) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 363) *Codd. coll. o. orig. Ans.;* cuicumque autem: *orig.* 364) tibi faciam: *orig.* 365) tuus: *EGH Ans.:* tui: *Ans. in Cod. Vatic.* 366) defendendum: *EGH Edd. coll. o.* 367) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* || can. 34. 368) *In Mon. Germ. LL.* I, 206. *solummodo invenitur capit. Hludowic. a.* 817 *c.* 2. *non ut in Ed. Baluz. Capit. Aquisgran. ao.* 803 *— sed non recte egisse Monum. Editorem Pertzium merito contendit Eichhorn Deutsche Staats- u. Rechtsgesch.* I, 167. (*Götting.* 1843), *cum Caroli Capitulare etiam ap. Ansegisum lib.* I. *c.* 78. *reperiatur.* *Ans.* VI, 6.; *Deusded.* IV, 146. 369) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. mscr. orig. ap. Baluz.; — Ans. Deusd.* 370) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 371) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Deusded.;* et exemplo et verbo: *AB* 372) *ABEGH* 373) *ABCDEFGH* (*D:* Niceni); Septimunicensi concilio: *Ferrand. c.* 11. 374) *AB;* Magrianensi: *F;* etiam in Gangrensi concilio: *EGH;* Macrianensi: *Ferrand. l. c.* 375) matris: *H* 376) *Codd. coll. o. pr. CDE;* verum et: *D;* sed etiam: *E*

Nicolai[377] *Papae est facienda, ita et episcoporum electio non a canonicis tantum, sed etiam ab aliis religiosis*[378 h] *clericis, sicut in generali sinodo* *Innocentii*[379] *Papae Romae habita constitutum est. Ait enim:*

C. XXXV. *Absque religiosorum uirorum consilio canonici maioris ecclesiae episcopum non eligant.*

Obeuntibus sane episcopis, quoniam ultra tres menses uacare ecclesiam sanctorum[380] Patrum prohibent sanctiones, sub anathemate[381 a] interdicimus, ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosos[382 b] uiros, sed eorum consilio honestam et idoneam personam in episcopum eligant[383 c]. Quod si exclusis religiosis[384 d] electio facta fuerit[385 e], quod absque eorum consensu[386 f] et conniuentia factum fuerit, irritum habeatur et uacuum[387].

Gratian. *Nunc ergo queritur, si uota eligentium in duas se diuiserint partes, quis eorum sit preferendus alteri? De his ita scribit* *Leo Episcopus* [ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, epist. LXXXII. al. LXXXIV. cap. 5.][388]

C. XXXVI. *Cum uota eligentium in duas se diuiserint*[389 a] *partes, quis sit preferendus alteri*[390].

Si[391] forte, quod* nec reprehensibile, nec inreligiosum iudicamus, uota eligentium in duas se diuiserint partes, is metropolitani iudicio alteri preferatur[392], qui maioribus iuuatur[393 b] studiis et meritis; tantum[394] ut nullus detur[395 c] inuitis et non petentibus[396], ne[397] plebs inuita[398 d] episcopum non optatum contempnat[399 e], aut oderit.

DISTINCTIO LXIV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Hinc considerandum est, a quibus uel quo tempore sacri ordines sint*[1 a] *distribuendi*[2 b], *uel quibus in locis patriarchae, primates, archiepiscopi, episcopi, corepiscopi et reliqui sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur episcopi, in* *Niceno Concilio*[3 c] *diffinitum*[4] *est, in quo sic legitur,* [c. 4.][5]

C. I. *Ab omnibus conprouincialibus episcopi ordinentur.*

Episcopi[6] ab omnibus[7], qui sunt in sua prouincia[8], debent ordinari. Si uero hoc[9] difficile fuerit, uel urgente[10 a] necessitate, uel itineris longitudine, tres[11 b] episcopi debent[12] in unum congregari[13], ita ut ceterorum[14 c], qui absentes sunt, consensum litteris[15 d] teneant[16 e]. Potestas sane uel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

C. II. *De eodem.*

Item *Anacletus Papa*[17 a] [ad Episcopos Italiae, epist. II.]

Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus, qui in[18] eadem prouincia sunt, episcopis[19 b] celebrandae sunt. §. 1.[20 c] Quod si omnes simul minime conuenire potuerint[21 d], assensum tamen[22] suis prebeant precibus[23 e]*, ut ab ipsa ordinatione animo non desint[24].

[P A L E A[25].

C. III. Ex Concilio Arausicano I. c. 21.[26]

De* abiectione[27] eius, quem duo presumpserint ordinare episcopi in nostris[28] prouinciis, placuit de presumptoribus[29], ut sicubi contigerit duos episcopos tertium ordinare[30], et ipse**, et auctores[31] dampnabuntur, quo cautius ea, que sunt antiquitus instituta[32], seruentur.]

C. IV. *Ceteris*[33] *assentientibus*[34] *cum*[35] *tribus conprouincialibus*[36 a] *ordinetur episcopus.*

Item *Anicius Papa*[37 b] [in epistola ad Episcopos Galliae.]

Conprouinciales episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus a tribus episcopis iussu archiepiscopi consecrari possunt.

C. V. *Non ordinetur episcopus extra conscientiam metropolitani.*

Item *Innocentius* [Papa ad Victricium Episcopum Rothomagensem epist. II. c. 1.][38]

Extra conscientiam metropolitani nullus[39 a] audeat ordinare episcopum. Integrum enim est iudicium, quod plurimorum sentenciis confirmatur. Nec unus episcopus presumat ordinare episcopum, ne furtiuum beneficium prestitum uideatur. Hoc enim et[40] sinodus Nycena constituit[41] atque constituendo[42 b] diffiniuit[43].

C. VI. *Episcopi a suo metropolitano, et ipse ab eisdem*[44] *consecretur.*

Item *Gelasius*[45] *uniuersis episcopis*[46 a] *per Dardaniam*[47 b].

II. Pars. Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum iura turbare, ac priuilegia, que metropoli-

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIII. c. 34. h) religiosissimis — c. 35. a) anathematis vinculo b) religiosissimos c) honesta et idonea persona in episcopum eligatur. d) eisdem religios. e) celebrata f) assensu — c. 36. a) diviserunt b) et stud. iuvat. c) detur: *deest; legit.*: et non petentibus ordinetur ne civitas episcop. d) aut contemnat — Dist. LXIV. Pars. I. a) sunt b) tribuendi c) Nic. primo Concil. — c. 1. a) aliqua urgente b) certe tres c) etiam ceteror. d) in literis e) teneant et ita faciant ordinationem — c. 2. a) Papa: *deest* b) fuerint c) *ante* §. 1. *inserit.*: et infra d) poterunt e) apicibus* — c. 4. a) provincialibus b) Papa: *deest* — c. 5. a) metrop. episcopi null. b) constituendo: *deest* — c. 6. a) episcop.: *deest* b) per Dardan. constitutis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXVI. * Quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus: Haec verba, quae a ceteris collectoribus non referuntur, non sunt inventa apud Leonem, sed apud Gregorium, ex quo referuntur infra 8. qu. 1. c. *Nec novum.*

Dist. LXIV. C. II. * Apicibus: In epistola est: *precibus*; apud Ivonem et Burchardum: *precibus et scriptis.*

C. III. * In concilio ipso hoc est initium huius capitis: *Duo si praesumserint ordinare episcopum, etc.* ac deinde tota res plenius exponitur. Apud ceteros vero collectores eodem fere modo habet atque hic, et in multis vetustis Gratiani codicibus abest.

** Et ipse: Sic emendatum est ex originali, et ceteris collectoribus; antea legebatur: *et episcopi, et auctores.*

Dist. LXIII. can. 34. 377) auct. canonum Nic.: *AB; — Nicol.* II. *in Conc. Rom. ao.* 1059 — *cf. Dist.* XXIII. *c.* 1. 378) *Codd. coll. o.* || can. 35. 379) *in Conc. Lateran.* II. *hab. ao.* 1139 *c.* 28. *ap. Mansi* XXI, 533. — *cf. Dist.* XXIII. *c.* 1. 380) sanct.: *deest: orig.* 381) *ABCF* 382) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 383) *ABEFGH Ed. Bas.* 384) *Codd. et Edd. coll. o.* 385) *Codd. et Edd. coll. o.* 386) *ACEFGH Edd. coll. o.*; quod. . . fact. fuerit: *deest: BD* 387) vanum: *C* 388) *Ep.* 14. *c.* 5. *scr. ao.* 446(?) *Ed. Baller — Jaffé no.* 189. — *Ans. dedic.* II, 9.; *Ans.* VI, 19. (*can.*: metropolitano defuncto; *can. contin.*); *Deusded.* I, 96. (*ut ap. Ans.*); *Ivo Decr.* V, 347. (*can.*: cum ergo de summi sacerdotis; *can. contin.*); *Ivo Pan.* III, 6. (*ut ap. Ans.; contin.*); *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 2.; *Polycarp.* II, 1, 5. (*can.*: cum de summi sacerdotis; *can. contin.*) 389) *ABCDF* 390) alteri: *deest: AB* 391) si in aliam fortasse personam (alium: *Ivo Pan.*) partium se vota diviserint: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 392) praeponatur: *Ans. ded. Deusded.* 393) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd. Ivo Pan.* 394) tamen: *Ivo Pan.*; ita tamen: *Turrecr. ed. Font.* 395) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 396) poenitentibus: *Ed. Arg.*; petentib. episcopus: *EGH* 397) nec: *D Ed. Arg.* 398) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc. — Corr.* 399) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded.*

Dist. LXIV. Pars. I. 1) *ABCDF* 2) *ABCF* 3) *Codd. coll. o.* 4) statutum: *EGH* || can. 1. 5) *C. Nicaen. c.* 4. *hab. ao.* 325. *versio Hisp. — Ans.* VI, 59.; *ib.* 52. (*ex vers. Dionys.*); *Ivo Decr.* V, 117.; *Coll. tr. P.* II, 1, 4. — *cf. Burch.* I, 27. (ex Conc. Arelat. c. 5.) 6) episcopum oportet: *Hisp. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 7) *add.*: episcopis si fieri potest: *ib.* 8) eius: *Hisp.*; eiusdem provinciae: *Ans.* 9) hoc: *deest: C* 10) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.* 11) *Codd. et Edd. coll. o.* 12) debeant: *Hisp.*; debent: *Codd. Hisp.* 13) congregati: *Hisp.*; congregati esse: *Ans. Coll. tr. P.* 14) *Codd. et Edd. coll. o.* 15) *Codd. coll. o. pr. AD; Hisp. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 16) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* || can. 2. 17) *ABEGH; Ep. Pseudoisidor. Ep.* II. *Anacl. c.* 18. *ap. Hinschius p.* 75. — *Burch.* I, 15. (*can. contin.*); *Ans.* VI, 53, (51.); *Ivo Decr.* V, 69.; *Ivo Pan.* III, 12, 17. *Coll. tr. P.* I, 2, 9.; *Caes.* III, 19. — *cf. infra Dist.* LXXV. *c.* 1. 18) in: *deest: Ans.* 19) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.*; episcopi: *orig. at in Cod. Par.* 3852: episcopis 20) *Codd. coll. o. — Polyc.* II, 16, (8,) 1. (*can. contin.*) 21) *B orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.*; poterint: *A Coll. tr. P. Polyc.* 22) tamen: *deest: C Ivo Pan.* 23) *AF orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.*; *add.*: et scriptis: *Burch. Ans. Ivo Pan.*; apicibus: *deest: Coll. citt. Coll. tr. P. Polyc.* 24) desierint: *B*; animo desistant: *Coll. tr. P.* || can. 3. 25) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. et in Ed. Bas.* 26) *hab. ao.* 441. (*sec. Conc. Nicaen. c.* 4.) *ap. Bruns* II, 125.; *sed canonis verba neque cum originalis neque cum Hispanae omnimodo concordant. — Burch.* I, 30.; *Ivo Decr.* V, 141.; *Ivo Pan.* III, 20.; *Ans. ded.* II, 26. *a Theinero citatur, sed falso, ut nos quidem censemus.* 27) *add.*: ambitione: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 28) vestris: *Edd. coll. o. Corr.* 29) praesumtionibus: *eaed.* 30) consecrare: *Ivo Pan. Corr.* 31) actores: *Edd. coll. o. exc. Lugdd.* 32) statuta: *Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Pan.* || can. 4. 33) cunctis: *AB* 34) absentibus: *EGH* 35) a: *ib.* 36) *Codd. coll. o.* 37) *Ep. Pseudoisid. c.* 1. *ap. Hinschius p.* 120.; *Burch.* I, 28. (*can.*: de ordinationib. episcopor.); *Ans.* VI, 39. (*can.*: si archiepiscopus; *contin.*); *Deusded.* I, 63. (*ut ap. Ans.*); *Ivo Decr.* V, 139. (*ut ap. Burch.*); *Ivo Pan.* III, 10. (*ut ap. Ans.*); *Coll. tr. P.* I, 9, 1. (*ut ap. Burch.*); *Polyc.* II, 8, 2. (*ut ap. Ans.*) || can. 5. 38) *scr. ao.* 404. — *Jaffé no.* 85. — *Ans.* VI, 56, (54.); *Ivo Decr.* V, 113. (*can.*: primum ut extra); *Polyc.* II, 8, 3.; *Coll. tr. P.* I, 38, 18.; *Caes.* III, 34. 39) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.* 40) et: *deest: BEGH* 41) constitutum est atque definitum: *orig.* 42) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB*; custodiendo diffiniv.: *Turrecrem. ed. cit.* 43) atq. const. diff.: *deest: Hisp.* || can. 6. 44) eis: *BEGH* 45) Gelas. Papa: *EGH* 46) *Codd. coll. o.* 47) *ABCF — ep.* 28. *Gelasii* (492—96) *ad Epp. Dardaniae scr. ap. Thiel p.* 435. — *Jaffé no.* 413. — *Ans.* VI, 41. (Natali episcopo); *Coll. tr. P.* I, 46, 35.; *Caes.* III, 34.

tanis uel prouincialibus[48] episcopis decreuit antiquitas, temeraria presumptione peruadere, propter quod etiam communionis apostolicae desiderant tenere dissidium[49], quod[50c] scilicet ab eius auctoritate diuisi uel[51] inpune proprias usurpationes exerceant, non respicientes, quia eterno iudici rationem tam de catholicae sinceritatis iniuria, quam de traditionum preiudiciis[52] paternarum non sine perpetuae sint dampnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint, karitatem uestram[53] duximus instruendam[54], ut uos omnes in commune[55] fratres, per[56d] Dardaniam, siue per contiguam quamque prouinciam constituti, qui uos sub metropolitanis uestris esse meministis, et ab eisdem substitui[57] decernentes[58], sicut uetus consuetudo deposcit, unanimiter studeatis[59e] antistites, et uicissim, si metropolitanus humanae condicionis sorte[60] recesserit[61f], a conprouincialibus episcopis, sicut forma transmisit, sacrari omnibus modis censeatis, neque[62g] sibi quod uobis antiqua dispositione concessum est patiamini uendicare; quatinus et inter ipsas aduersantium uoluntatum procellas ueterum regulas nullatenus custodire cessetis, sicut persecutionum tempore diuersarum Patres nostros constanter fecisse non dubium est.

C. VII. *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papae[63].

III. Pars. Episcopum[64] oportet maxime quidem ab omni concilio constitui. Sed[65] si hoc aut[66a] pro necessitate, aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur[67b], et omnium presentium uel absentium subscriptiones teneantur, et sic postea ordinatio fiat. §. 1. Huius autem rei potestas in omni prouincia ad metropolitanum pertinet[68c] episcopum[69].

C. VIII. *Non erit episcopus, qui preter metropolitani conscientiam*[70a] *fuerit ordinatus.*

Item ex Concilio Niceno [I. cap. 6.][71]

Illud generaliter est clarum, quod, si quis preter sentenciam[72] metropolitani factus fuerit episcopus, hunc magna sinodus diffiniuit episcopum esse non oportere.

DISTINCTIO LXV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Conprouincialium episcoporum uniuersaliter desideratur consensus in ordinatione episcopi. Quod si aliqui animositate ducti contradicere uoluerint, obtineat sentencia plurimorum.*

Unde in Niceno Concilio, [c. 6.][1];

C. I. *Si ceteris consentientibus ordinationi episcoporum duo uel tres contradicant, obtineat sentencia plurimorum.*

Sane, si communi omnium consensu* rationabiliter probato secundum ecclesiasticam regulam, duo uel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sentencia sacerdotum.

C. II. *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papae[2].

Non debet ordinari episcopus absque consilio et presentia metropolitani episcopi. Adesse autem oportet omnes, qui sunt in prouincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam conuocare metropolitanus[3]. Et quidem[4] si omnes occurrant[5a], bene[6]; si hoc autem difficile fuerit, pluriores[7b] oportet[8] occurrere[9]. Qui autem non conueniunt[10c], presentiam sui per epistolas suas[11d] faciant, et sic omnium facto consensu ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter, preter quod a nobis terminatum est, fuerit factum, talem ordinationem nichil preualere[12e] decernimus.

II. Pars. §. 1. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta, et aliquis cum sua[13f] malicia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

C. III. *De eodem.*

Item ex Concilio Antioceno, [c. 19.][14*]

Episcopum non ordinandum[15a] sine consilio[16] et presentia metropolitani episcopi, cui melius erit, si ex omni prouincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest, hi, qui adesse non possunt, propriis litteris consensum suum de ipso designent[17], et tunc demum post plurimorum[18] siue per[19] presentiam siue per litteras[20] consensum sentencia consona ordinetur. Quod si aliter, quam statutum est, fiat, nichil ualere[21] huiusmodi ordinationem[22]. §. 1. Si uero etiam[23] secundum diffinitas[24] regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias et[25] domesticas simultates, his contemptis sentencia de eo[26] obtineat plurimorum.

Gratian. *Si autem prouinciam*[27] *primatem habere constiterit, nec etiam metropolitano*[28b] *absque eius conscientia episcopum consecrare licebit.*

Unde Leo Papa urbis Romae Anastasio Episcopo, [epist. LXXXII. al. LXXXIV. c. 6.][29a]

C. IV. *Absque primatis consensu metropolitanus episcopum non ordinet*[30].

De persona autem consecrandi episcopi, et de cleri plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in prouincia bene placuit scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque confirmet[31] auctoritas. Que rectis dispositionibus nichil morae aut difficultatis debebit[32b] afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum.

C. V. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi III. [c. 12.][33a]

Placet[34] omnibus, ut inconsulto primate cuiuslibet prouinciae tam facile nemo presumat, licet cum multis[35b], in

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIV. c. 6. c) quo d) sive per e) statuatis f) decesserit g) nec quemquam — c. 7. a) aut: *deest* b) eligantur c) pertineat — c. 8. a) sententiam — Dist. LXV. c. 2. a) occurrerint b) plures c) convenerint d) suas: *deest* e) valere f) sua: *deest* — c. 3. a) episcopus non est ordinandus b) a metropolit. — c. 4. a) urbis Romae: *deest* b) debet — c. 5. a) Carthag. II. b) multis episcopis

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LXV. C. I. * Consensu: Graece legitur: ψήφῳ εὐλόγῳ οὔσῃ, καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικόν, quod Dionysius vertit: *decreto rationabili et secundum ecclesiasticam regulam comprobato.*

C. III. * Verbis graecis multo melius respondet altera versio, quae Dionysii est, ideoque illa consulenda.

Dist. LXIV. can. 6. 48) comprovinc.: *EGH* 49) discidium: *orig. Ans.*; dissidium: *Codd. orig.* 50) *ABCDF Coll. tr. P.* 51) velut: *EGH orig. Ans.*; *add.*: quia: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 52) praeiudicio: *Ans.* 53) tuam: *ib.* 54) *inde ab hoc loco Anselmi canon cum Gratiani minime concordat* 55) communione: *Ed. Bas.* 56) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 57) constitui: *EGH* 58) decedentes: *D orig. Corr.* 59) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 60) forte: *orig.* 61) *BF Coll. tr. P.* 62) *ABCDF* || can. 7. 63) *c. 2. Mart. Brac. ex conc. Nicaen. c. 4.*; *ap. Bruns* II, 43.; *Coll. tr. P.* II, 47, 2. 64) episcoporum: *Hisp.* 65) quod: *DEGH* 66) *Codd. et Edd. coll. o. — orig. Hisp. Coll. tr. P.* 67) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig. Hisp. Coll. tr. P. — Corr.* 68) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Coll. tr. P.* 69) episcop.: *deest: orig.*, (*sed invenitur in orig. ap. Mansi*); *Hisp.* || can. 8. 70) *Codd. coll. o.* 71) *hab. ao.* 325. — *Translatio Dionys. — Ans. ded.* I, 100. (*can. contin.*); *Ans.* VI, 42.; *Deusded.* I, 4. *Coll. tr. P.* II, 1, 6. (*vers. Hisp.*); *Caes.* III, 47. 72) conscientiam: *EGH*; sent. vel conscient.: *Edd. coll. o.*

Dist. LXV. can. 1. 1) *hab. ao.* 325. — *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 1, 6. (*can.*; mos antiq.) || can. 2. 2) *c. 3. Mart. Brac. ex conc. Antioch. c.* 19. — *ap. Bruns* II, 44. — *Coll. tr. P.* II, 47, 3. 3) metrop.: *deest: Hisp.* 4) si quidem: *ib.* 5) *ABCDFGH Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.*; concurrant: *E*; occurrunt: *Edd. Arg. Bas.*; currerint: *Turrecr. ed. cit.*; concurrerint: *Corr.* 6) bonum est: *EGH*; melius: *orig. Hisp.* 7) *ABCF orig. Hisp. Coll. tr. P.*; plurimos: *EGH*; plures: *D* 8) oportebit: *EGH* 9) concurrere: *Edd. coll. o. pr. Arg. Turrecr. ed. cit.* 10) *BEFGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (conveniant: *Ed. Bas.*); *Coll. tr. P.* 11) *ABCDF Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 12) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 13) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Coll. tr. P.*; contra suam malitiam: *orig. Hisp.* || can. 3. 14) *hab. ao.* 341. (*cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 483 *ff.*); *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 6, 13. 15) *BCF Hisp. Coll. tr. P.* 16) praeter consil. et praes.: *Hisp.*; *legendum tamen esse:* concilium (*ut etiam in F et ap. Turrecr. ed. cit. legitur*) *graeca verba* δίχα συνόδου *demonstrant.* 17) consignent: *EFGH*; signent: *AB* 18) *add.*: episcoporum: *Edd. coll. o.* 19) per: *deest: C Hisp.* 20) lit. sententiam consonam: *Hisp.* 21) valet .. ordinatio: *AB* 22) *add.*: sciat: *Edd. coll. o.* 23) et.: *deest: AB* 24) ordinatas: *Edd. Arg. Bas.* 25) et: *deest: AB* 26) eodem: *EGH* 27) provincia: *AB* 28) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 4. 29) *Codd. coll. o. Turrecr. ed. cit.*; *Ep.* 14. *c.* 6. (*scr. ao.* 446. (?) *Ed. Baller. — Jaffé no.* 189. *Ans. ded.* I, 107.; *Ivo Decr.* V, 348. (*can. contin.*); *Deusded.* I. *a Corr. et Richt. citatur, sed nos nihil invenimus.* 30) episcopus .. ordinetur: *CEGH* 31) firmet: *EFGH orig. Ans. ded. Ivo*; ord. recte celebr. t. q. conf.: *AB* 32) *CDF Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. orig. Ans. ded. Ivo* || can. 5. 33) *ABDEFG*; IV.: *H*; *est c.* 12. *Conc. Carthag.* II. *hab. ao.* 390. *ap. Bruns* I, 121. 34) placuit: *EFGH* 35) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Hisp.*

quocumque loco sine eius (ut dictum est) precepto episcopum ordinare[36]. §. I. Si autem necessitas fuerit, tres episcopi, in quocumque loco sint, cum primatis precepto ordinare debebunt[37c] episcopum[38].

C. VI. *Unicuique ecclesiae proprius honor seruetur.*

Item ex Niceno Concilio, [c. 6.][39]

Mos antiquus perduret[40a] in Egipto, uel Libia, et[41] Pentapoli[42], ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem[43b] et[44] Romano episcopo parilis* mos est[45]. §. I. Similiter autem et apud Antiochiam ceterasque prouincias honor suus unicuique seruetur ecclesiae.

C. VII. *De eodem.*

Item ex eodem, [cap. 7.][46]

Quoniam mos antiquus obtinuit et uetusta traditio, ut Eliae, id est Ierosolimorum episcopo, honor[47] deferatur, habeat[48] consequenter honorem, manente tamen metropolitanae ciuitatis[49a] propria dignitate[50].

Gratian. *Qui uero a conprouincialibus suis cum metropolitani licentia fuerit ordinatus, infra constituta tempora eius se representet conspectibus*[51b].

Unde in Tarraconensi Concilio, [c. 5.] *legitur*[52]:

C. VIII. *De eodem*[53a].

Si quis[54] in metropolitana ciuitate episcopus non fuerit ordinatus, posteaquam[55b] suscepta benedictione per metropolitani litteras honorem episcopi[56] fuerit adeptus, id optimum esse decreuimus[57], ut postmodum statuto tempore, id est inpletis duobus mensibus, se metropolitani sui[58] presentet[59c] aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius quid[60] obseruare[61] debeat recognoscat. Quod si forte hoc[62] inplere neglexerit, in sinodo increpatus a fratribus corrigatur. Et si forte infirmitate aliqua ne hoc inpleat fuerit inpeditus[63d], hoc suis litteris metropolitano indicare procuret.

III. Pars. Gratian. *His auctoritatibus datur intelligi, quod episcopi a conprouincialibus suis debent*[64e] *ordinari. Sed queritur, si in prouincia fuerint*[65] *plurimi episcopi, et contigerit forte unum remanere episcopum, quid fieri debeat? Ille, quia solus est, non potest ordinare episcopum; conprouinciales non*[66f] *habet, cum quibus consecrare*[67] *episcopum ualeat. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid faciendum sit, in Sardicensi Concilio*[68] *diffinitur, in quo* [cap. 5.] *sic statutum legitur:*

C. IX. *Si unus*[69a] *tantum in prouincia remanserit episcopus, ad consecrationem episcopi de uicina prouincia episcopi*[70b] *conuocentur.*

Si* forte in prouincia unum tantum remanere episcopum contigerit, superstes episcopus conuocet episcopos uicinae prouinciae, et cum eis ordinet conprouinciales sibi[71] episcopos. Quod si facere neglexerit, populi conueniant episcopos uicinae prouinciae, et illi prius commoneant episcopum, qui in eadem prouincia commoratur, et ostendant, quod sibi petant populi rectorem[72c], et doceant iustum esse, ut ueniat ipse[73]**, et cum eis ordinet episcopum. Sed[74d] si litteris conuentus tacuerit[75] et dissimulauerit, nichilque rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, ut ueniant[76e] ex uicina prouincia, et[77f] episcopum ordinent.

DISTINCTIO LXVI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Archiepiscopi*[1a] *autem ab omnibus suae prouinciae episcopis debent ordinari.*

Unde Anicius Papa ait [in epist. ad Episcopos Galliae][2a]:

C. I. *Ab omnibus suffraganeis episcopis*[3b] *archiepiscopus ordinetur.*

Archiepiscopus* ab omnibus suae prouinciae episcopis

EDITIO ROMANA.

Dist. LXV. c. 5. c) debeant — c. 6. a) perdurat b) pot. quandoquidem — c. 7. a) civitati b) aspectibus — c. 8. a) De eod.: *deest; legit.:* Metropolitano se repraesentet nuper factus episcopus b) postquam c) repraesentet d) praepeditus e) debeant f) enim non — c. 9. a) forte unus b) episcopi: *deest* c) episcopum rectorem d) Quod e) conveniant f) episcopi et — Dist. LXVI. Pars. I. a) archiepiscopus . . . debet — c. 1. a) ait: *deest* b) suis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Parilis: Graece legitur: *ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν*, id est: *quoniam et Romae Pontifici hoc usitatum est.* Quibus verbis nulla paritas Romani et Alexandrini patriarchatus inducitur, ut quidam male interpretati sunt. De qua re optime Nicolaus I. in epistola ad Michaëlem imperatorem, quae incipit: *Proposueramus*, sic scripsit: *Nicaena synodus noverat Romanae ecclesiae omnia Domini sermone concessa. Si omnia, ergo defuit nihil, quod non illi concesserit. Denique, si instituta Nicaenae synodi diligenter inspiciantur, invenietur profecto, quia Romanae ecclesiae nullum eadem synodus contulit incrementum; sed potius ex eius forma, quod Alexandrinae ecclesiae tribueret, particulariter sumsit exemplum.* Hactenus Nicolaus. Statutum igitur fuit, ita in Alexandrina ecclesia observandum, quia sic fieret in Romana.

C. IX. * Capitulum hoc, quomodo refertur a Gratiano, praecipue in priore parte, cum latino, quod geminum est in tomis conciliorum, multoque minus cum graeco canone convenit, quin etiam apud Burchardum et Ivonem varie legitur. Huius vero concilii canones a Latinis latine, et a Graecis graece a principio scriptos fuisse, Nicolaus Papa Photio scribens in epistola, quae incipit: *Innumerabilium*, his verbis indicat: *Quomodo autem non esse apud vos Sardicenses canones tu solus astruere poteris, quando non solum a latinae, verum etiam cum aliis a graecae linguae hominibus statuti sunt et promulgati? Qua de re credibile non est, quod ibi diffinitum est unumquemque ipsorum minime propriae linguae tradidisse.* Dionysius quoque Exiguus in epistola ad Stephanum episcopum, qua ei suam graecorum canonum interpretationem obtulit, Sardicense concilium a principio inter Latinos latine editum fuisse his verbis significat: *Tunc sancti Chalcedonensis concilii decreta subdentes, in his graecorum canonum finem esse declaramus, ne quid praeterea notitiae vestrae credamur velle subtrahere. Statuta quoque Sardicensis concilii, atque Africani, quae latine sunt edita, suis a se numeris cernuntur esse distincta.*

** Ut veniat ipse: Tam in concilio, quod est in codice canonum, quam quod in collectione Isidori[73], et apud Burchardum et Ivonem legitur: *ut et ipsi veniant, et cum ipso ordinent episcopum.* Graecus autem canon ita habet: *Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν, ἕνα ἐπίσκοπον ἀπομεῖναι, κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου, χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἐναπομείναντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως) ὅτι ἀξίοι τὰ πλήθη ποιμένα αὐτοῖς δοθῆναι, ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι, ἵνα παραγένηται. Εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὲν ἀντιγράφοι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους χρὴ γενέσθαι. χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου.* Id est: *Osius episcopus dixit: Si qua in provincia, in qua plurimi sunt episcopi, contigerit unum episcopum morari absentem, neque is propter negligentiam quandam convenire voluerit, neque episcoporum creationi consentire, populi vero congregati postulent eum, quem ipsi expetunt, episcopum constitui, primum oportet episcopum illum, qui absens moratur, admoneri literis primatis provinciae (nimirum episcopi metropolitani) de populorum postulato, pastorem sibi dari petentium; recte autem se habere puto, eum quoque ut intersit exspectari.* [alii: admitti]. *Quod si neque per literas rogatus adfuerit, ac ne rescripserit quidem, satisfaciendum populi voluntati est. Convocari autem oportet ex vicina etiam provincia episcopos ad metropolitani episcopi creationem.*

Dist. LXVI. C. I. * Archiepiscopus: Haec prior pars in epistola ipsa et apud ceteros collectores [i. e. Ans. Deusd. Ivo Decr.] fusius exponitur.

Dist. LXV. can. 5. 36) non debere ordinare: *Hisp.* 37) *ACDF Ed. Bas. Codd. Hisp.;* debent: *BEGH Edd. rel.* 38) ep.: *deest: orig. Hisp.* || can. 6. 39) *hab. ao.* 325. *versio Hisp. — Ans.* IV, 46.; *Deusded.* I, 2. (*vers. Dionys.; can.:* antiqua consuetudo); *Coll. tr. P.* II, 1, 6. (*can.:* mos antiq.); *Polyc.* II, 22, (21,) 2. (*ut ap. Deusded.*) 40) *ABCDFH orig. Ans. Corr.* 41) vel: *BDEGH* 42) Pentapolim: *DEGH* 43) *AB* (quidem: *deest*), *DEFGH Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Hisp. Ans.* 44) etiam: *EGH* 45) *haec verba ex Dionysio in collectionem Isidori, quemadmodum in Gallia habebatur, videntur irrrepsisse. In Coll. Hisp. legitur (ut etiam ap. Ans.):* quoniam quidem et Ep. Rom. hoc idem moris est. || can. 7. 46) *cf. ad c.* 6. — *Coll. tr. P.* II, 1, 7. 47) honor.: *deest: Hisp., sed invenitur in Codd. quibsdam Hisp.* 48) hic habeat: *GH;* huius habeat: *E* 49) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Hisp. Coll. tr. P.* 50) proprio honore: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 51) *Codd. coll. o.* || can. 8. 52) *hab. ao.* 516. — *ap. Bruns* II, 16.; *Ans. ded.* II, 48.; *Coll. tr. P.* II, 31, 4. 53) *ABCD; in F canon noster cum antecedente Gratiani dicto deest, et manu posterioris saeculi in margine adscriptus est;* de eod.: *deest: EGH* 54) Si quis metr.: *AB;* Quisque: *G;* Quisquis: *H;* Quicunque: *E* 55) *CDF orig. Hisp. Ans. ded. Coll. tr. P.* 56) episcopatus: *orig. Hisp.;* episcopi: *Codd. orig.* 57) decernimus: *Edd. coll. o. — Böhm.* 58) sui: *deest: Ans. ded.* 59) *ADH Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Coll. tr. P.* 60) quod: *orig. Hisp.;* quid: *Codd. orig. et Hisp.* 61) observari: *BCD* 62) Qui si forte hoc: *C;* quod si hoc: *orig.;* quod si forte hoc: *Codd. orig. Hisp.* 63) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Coll. tr. P.* 64) *ABCEFGH* 65) non fuer.: *Ed. Bas. Corr.* 66) *Codd. coll. o.* 67) ordinare vel consecr.: *EGH* || can. 9. 68) *hab. ao.* 343. (*in Hisp. c.* 6.); *Burch.* I, 26.; *Ivo Decr.* V, 137., *apud illos can. incipiens verbis:* Osius ep. *non omnimodo cum nostro consentit.* 69) *Codd. coll. o.* 70) *ABC* 71) sibi: *deest: AC* 72) *ACDEGH Hisp.* 73) *in coll. Hisp. nihilo tamen minus est:* veniat et ipse, *cui graecus textus respondet* 74) *Codd. coll. o. pr. D;* et si: *D Edd. coll. o.* 75) etiam tacuer.: *EGH* 76) *Codd. coll. o. pr. D — Hisp.* 77) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.*

Dist. LXVI. Pars. I. 1) *ABEGH* || can. 1. 2) *Codd. coll. o. — Ep. Pseudoisid. c.* 2. (*ap. Hinschius p.* 120.) *cuius fontem hoc loco cognosces Conc. Carth. a.* 429. *c.* 12.; *Nic. c.* 4.; *Antioch. c.* 19. — *Burch.* I, 28. (*can.:* de ordination. episcopor.); *Ans.* VI, 39. (*can.:* si archiep. obierit); *Deusded.* I, 63. (*ut ap. Ans.*) *Ivo Decr.* V, 39. (*ut ap. Burch.*); *Ivo Pan.* III, 10. *Coll. tr. P.* I, 9, 1. 2. (*ut ap. Burch.*) — *cf. c.* 9. *Comp.* I. *de elect. et c.* 5. X. *de temp. ord.* (1, 11.) 3) *ABC*

ordinetur. §. 1.[4c**] Hoc autem[5d], quod de archiepiscopi consecratione[6c] preceptum est[7f], ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus licet inmutari[8], quia ille[9g] qui preest ab omnibus episcopis, quibus preest debet constitui[10]. Sin autem[11h] aliter presumptum fuerit, uiribus carere non dubium est, quia irrita erit secus[12i] acta ordinatio[13].

II. Pars. Gratian. *De episcopis non*[14k] *ordinandis a paucioribus quam a*[15l] *tribus episcopis, scribit Anacletus*[16] [ep. II.[17] ad episcopos Italiae] *dicens:*

[C. II.][18a]

Porro et[19] *Ierosolimitarum*[20] *primus archiepiscopus B. Iacobus, qui Iustus dicebatur, et secundum carnem Domini frater nuncupatus est*[21], *a Petro, Iacobo*[22] *et Iohanne apostolis ordinatus est, successoribus*[23] *uidelicet*[24] *dantibus*[25b] *formam eorum*[26c], *ut minus*[27d] *quam a tribus episcopis*[28], *reliquisque omnibus assensum prebentibus, nullatenus*[29e] *episcopus ordinetur, et communi*[30] *uoto ordinatio celebretur.*

DISTINCTIO LXVII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Presbiteri uero et corepiscopi ab uno episcopo ordinari possunt.*

Unde Anacletus[1] [epist. II. ad Episcopos Italiae][2]:

C. I. *Sacerdotes ab uno possunt ordinari episcopo.*

Reliqui sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut ciues et alii sacerdotes assensum prebeant, et ieiunantes celebrent[3] ordinationem. Similiter et diaconi ordinentur[4]. Ceterorum autem graduum distributioni trium ueracium testimonium[5] episcopi[6a] scilicet approbatione[7] sufficere potest.

Item in Spalensi [Concilio II., c. 6.][8] *legitur:*

C. II. *De eodem.*

II. Pars. Episcopus sacerdotibus[9] ac ministris solus honorem dare potest, solus[10] auferre non potest.

DISTINCTIO LXVIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Queritur de illis, qui ordinantur ab eis*[1a], *quos non constat fuisse*[2] *episcopos, an sint iterum consecrandi, an non? Quod uero consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorii, qui scribens Iohanni Episcopo Rauennati,* [lib. II. epist. 32.][3] *ait:*

C. I. *Semel consecratus iterum consecrari non debet.*

Sicut semel baptizatus iterum baptizari non debet, sic et semel consecratus iterum consecrari non potest[4a]. Sed[5] si quis cum[6b] leui culpa ad sacerdotium uenit[7], pro culpa penitencia debet indici, et tamen[8] ordo seruetur[9c].

Econtra idem Gregorius testatur scribens cuidam episcopo[10a]:

C. II. *De presbiteris, qui ordinantur ab eis, quos constat non fuisse episcopos.*

Presbiteri[11], quos reperisti[12b], si incogniti fuerint uiri[13c] illi, qui ordinantur[14d], et dubium est, eos[15] episcopos fuisse, an[16] non[17], qui eos ordinauerunt[18], si bonae actionis uirique[19e] catholici sunt ipsi presbiteri, et in[20] ministerio Christi omnique sancta lege edocti, ab ipiscopo[21] suo benedictionem presbiteratus suscipiant et consecrentur, et sic ministerio sacro fungantur[22].

Gratian. *Quod ergo consecratus in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat ius consecrandi habere. Qui autem ab illo consecratur, quem non constat ius consecrandi habuisse*[23], *iterum consecrandus est, quia si ille ius consecrandi non habuerit*[24f], *iste ex olei effusione nichil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc quasi primum ad consecrationem ueniens ab episcopo sacerdotalem benedictionem et consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuerit*[25g], *in prima unctione consecutus est consecrationem; in secunda uero non reiteratur consecratio, sed sola unctio, sicut de quo dubium est, an sit baptizatus, an*[26h] *non, debet baptizari; qui si prius baptizatus non fuerat, consequitur gratiam baptismi, si autem baptizatus erat, nichil accipit in secunda unctione, nec pertinet hoc ad reiteracionem baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc etiam*[27i] *de ecclesiis consecrandis similiter obseruandum est.*

Unde in Niceno Concilio[28a]:

C. III. *Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata.*

Ecclesiis semel Deo consecratis non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustae, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollutae fuerint: quia sicut infans a qualicumque sacerdote in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus[29] iterum consecrandus est, nisi propter eas causas, quas superius nominauimus, si tamen fidem sanctae Trinitatis tenuerunt[30], qui eum consecrauerunt.

II. Pars. Gratian. *Inter episcopos autem et corepiscopos hec differentia est, quod episcopi non nisi in ciuitatibus, corepiscopi etiam in uicis ordinari possunt. Episcopi formatas tribuunt, corepiscopi non nisi commendaticias et pacificas dare ualent. Epi-*

EDITIO ROMANA.

Dist. LXVI. c. 1. c) *ante* §. 1. *inserit.*: et infra d) Illud tamen e) consecratione praedictum est atque praecept. f) id est g) illis h) autem: *deest* i) eius secus k) autem non l) a: *deest* — c. 2. a) C. II. Episcopus non minus quam a tribus episcopis ordinetur b) suis dantibus c) eorum: *deest* d) non minus e) ullatenus — Dist. LXVII. c. 1. a) cum episcopi — Dist. LXVIII. Pars. I. a) his — c. 1. a) ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. b) forsitan cum c) servari — c. 2. a) Contra Gregor. III. ad Bonifacium Episcopum epist. II. b) ibidem reperisti c) viri: *deest* d) ordinant e) et catholici viri f) *et* g) habuit h) vel i) et — c. 3. a) Concil. legitur

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Hic in epistola cum multa alia sunt interiecta, tum c. *Comprovinciales.* sup. dist. 64.

Dist. LXVI. can. 1. 4) *Codd. coll. o.* 5) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.*; illud autem: *orig. Burch. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P.*; illud quod: *Deusded.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit.* 7) est: *deest: Edd. coll. o.* 8) mutari: *EGH Ivo Pan.* 9) *Codd. coll. o. Codd. orig.*; idem: *Deusded.*; quia qui omnibus: *Ed. Bas.* 10) ordinari: *AB* 11) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Ivo Pan.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Ans.* 13) *add.*: archiepiscopi: *EGH Edd. coll. o.* 14) *Codd. coll. o.*; De archiep. non: *AB* 15) *Codd. coll. o. pr. A* 16) Anacl. Papa: *EGH* || can. 2. 17) *Ep. Pseudoisid. Anacleti c.* 18. (*ap. Hinschius p.* 75.), *cuius haec particula ex praef. conc. Nicaen. ap. Quesnellum, et Isid. Hisp. de offic. lib.* II. *c.* 5. *conflata est.* — *Burch.* I, 15.; *Ans.* VI, 53, (51. *can.*: ordinat. episcopor.; *can. contin.*); *Ivo Decr.* V, 69. (*ut ap. Ans.*); *Ivo Pan.* III, 17. (*can.*: si omnes simul); *Coll. tr. P.* I, 2, 10. (*can. contin.*); *Polyc.* II, 8, 1. (*ut ap. Ans.*) 18) *in Codd. coll. o. pr. D hic canon est continuatio antecedentis Gratiani dicti, et inscriptio deest; in D legitur*: de eodem. 19) et: *deest: EGH* 20) Hierosolymitanorum: *DEFGH Ed. Bas.*; Hierosolymitanus: *Edd. rel. Turrecr. ed. cit.* — Hierosolymitanum primum episcopum: *Ivo Pan.* 21) est: *deest: EGH* 22) et Iacobo: *ib.* 23) *add.*: autem: *BCDF Edd. Argent. Bas.* 24) scilicet: *Ed. Bas.* 25) *ACEFGH Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 26) *Codd. coll. o. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 27) *BDEFGH Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 28) ep.: *deest: Edd. Arg. Bas.* 29) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 30) cum communi: *Burch. Ivo Decr.*

Dist. LXVII. can. 1. 1) idem Anaclet.: *EGH* 2) *Ep. Pseudoisid. Anacleti Ep.* II. *c.* 18. (*ap. Hinschius p.* 75.) *confecta ex Isidor. Hisp. de offic. lib.* II. *c.* 6. — *Ans.* VI, 53, (51.); *Coll. tr. P.* I, 2, 9. (*can.*: porro et Hieros.); *Polyc.* II, 8, 1. (*can.*: ordinat. episcopor.); *Caes.* III, 29. 3) *finis canonis: Coll. tr. P.* 4) *reliqua desunt: orig.*, sed inveniuntur *in Codd. orig.* (*Dst. ap. Hinsch.*) 5) testium (scilicet: *Ans.*) probatione sufficere potest: *Cod. Dst. orig. Ans. Polyc.* 6) *Codd. coll. o. Ed. Bas.*; episcopis: *EGH* 7) probatione: *DF*; probatio: *A*; episcopis ad probationem: *EGH* || can. 2. 8) *hab. ao.* 619. *ap. Bruns* II, 70.; *Coll. tr. P.* II, 49, 3. (*can.*: sexta actione); *cf. c.* 7. *C.* XV. *qu.* 7. 9) presbyteris: *orig. Hisp.*; sacerdotibus: *Codd. orig. et Hisp.* 10) solus: *deest: Codd. orig.*; sol. auf. non pot.: *deest: AB*; solus autem: *Ed. Bas.*

Dist. LXVIII. Pars. I. 1) *ABDF*; eis episcopis: *H* 2) esse: *AB* 3) *Ep.* 46. *scr. ao.* 592. *lib.* 2. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 833. — *Ans.* VII, 101.; *Ivo Decr.* VI, 82. (*can.*: illud quod dicitis); *Ivo Pan.* III, 76. (*ut in Decr.*); *Polyc.* II, 36, (35,) 3.; *Pet. Lombard. Sentent. l.* 4. *D.* 25. 4) *Codd. et Edd. coll. o.*: ita semel consecr.: *Ans. Polyc.*; consecr. valet: *orig. Ans. Ivo Pan. Polyc.* 5) Sed: *deest: EGH* 6) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 7) venerit: *DH Edd. coll. o. Ivo Pan.* 8) iterum: *Ivo Pan.* 9) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 2. 10) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Ep. Gregorii* III. *scr. ao.* 739. *ad Bonifac. ep. ap. Mansi* XII, 285. — *Jaffé no.* 1734. — *Ans.* VII, 15. (ex Gelasio); *Ivo Decr.* VI. 117.; *Caes.* IV, 25. 11) presbyteros: *orig.*; presbyteris: *Ed. Rom., sed correctum est in indice erratorum.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 13) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* (*om. voce*: illi); *Ans. Ivo Decr.* 14) *Codd. coll. o.*: a quibus sunt ordinati: *orig. Ans. Ivo Decr.* 15) eos: *deest: Ivo Decr.* 16) aut: *Ed. Bas.* 17) non: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 18) ordinaverint: *AB* 19) *Codd. coll. o. pr. A* 20) in: *deest: B Ans.* 21) a patre vel ep.: *Ans.* 22) deserviant: *A*; fruantur: *B*; consecretur . . . . fungatur: *Ans.* 23) habere vel habuisse: *EGH* 24) *BDFGH* 25) *BCDFGH* 26) *Codd. coll. o.* 27) *Codd. coll. o.* || can. 3. 28) *Codd. coll. o.* — *Auctor capitis, conc. Nic. perperam tributi, non est inventus. cf. infra Dist.* 1. *de cons. c.* 20. 29) dedicatus: *A Edd. coll. o.* 30) tenuerit . . . consecravorit: *Ed. Bas.*

scopi ius consecrandi habent, corepiscopi minores tantummodo[31b] *ordines tribuunt, Leuiticam autem et sacerdotalem benedictionem prestare non ualent.*

De his ita scribit Leo *Episcopus*[32a] *omnibus Episcopis*[33] [epist. LXXXVI. al. LXXXVIII.][34]

C. IV. *In quibus corepiscopi ab episcopis differant.*

Quamuis corepiscopis et presbiteris[35] plurima cum episcopis ministeriorum communis sit dispensatio, quedam tamen[36b] sibi prohibita nouerint, sicut est[37] presbiterorum et diaconorum, et[38c] uirginum consecratio, constitutio[39d] altaris, ac benedictio uel unctio. Siquidem nec erigere altaria[40e], nec consecrare ecclesias[41f] eis licitum est[42g], nec per inpositionem[43] manuum fidelibus baptizatis[44] uel conuersis hereticis[45] paracletum Spiritum sanctum tradere, nec crisma conficere, nec crismate baptizatorum[46] frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere[47].

[PALEA[48].

Hec[49] enim omnia illicita sunt corepiscopis, qui ad exemplum et formam LXXII. discipulorum esse noscuntur, uel presbiteris, qui eandem gestant figuram.]

Quoniam, quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent.

III. Pars. Gratian. *Hi uero*[50] *propter insolentiam suam, qua episcoporum offitia sibi usurpabant, ab ecclesia hodie prohibiti sunt.*

Unde Damasus *Papa ait* [ad Episc. Africae, epist. V.][51]

C. V. *Ordo corepiscoporum a sacra sede reprobatur.*

Corepiscopi tam ab hac sacra sede, quam ab episcopis totius orbis[52] prohibiti sunt[53a]. Nimis enim[54b] eorum institucio inproba, nimis est et[55c] praua, quia, ut[56] de[57d] summo sacerdotis[58] ministerio aliquid presumant, omni auctoritate caret[59]. §. 1.[60e] Nam[61] non amplius, quam duos ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, id est duodecim apostolorum, et LXXII.[62f] discipulorum[63]. Unde iste tertius processerit, ignoramus[64g]. Et quod ratione caret exstirpare[65h] necesse est.

IV. Pars. §. 2. Quod autem[66] episcopi non sint[67], qui minus quam a tribus[68] episcopis ordinati sunt, omnibus[69] patet. Prohibitum[70i], est enim[71k] a sanctis Patribus, ut qui ab[72] uno uel a duobus sunt ordinati episcopis non[73l] nominentur episcopi. Si nomen[74] non habent, qualiter[75] offitium habebunt[76]?

Item Urbanus [Papa II.][77a]

C. VI. *Apostolorum in ecclesia locum tenent*[78b] *episcopi.*

Quorum uices in ecclesia episcopi habeant, et quis eis hanc dignitatem dare debeat, S. Augustinus[79] ostendit, inquiens: „Pro patribus tuis nati sunt tibi filii[80c]. Patres missi[81] sunt apostoli: pro apostolis filii nati sunt[82d], constituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi, qui sunt per totum[83] mundum, unde nati sunt? Ipsa ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, et ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non te ergo putes desertam, quia non uides Paulum, quia non uides Petrum[84e], quia non uides illos, per quos nata es: de prole tua creuit tibi paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Filios[85f] genuit ecclesia, constituit[86] eos pro patribus suis principes super omnem terram.“

DISTINCTIO LXIX.

GRATIANUS.

III. Pars. *Tonsura uero clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus inpositio ab episcopo facta noscatur.*

Unde in Septima Sinodo [c. 14.][1] *legitur:*

C. I. *Abbates, quibus ab episcopis*[2a] *manus inponitur, aliquos tonsurare possunt.*

Quoniam uidemus multos[3b] sine manus inpositione a paruula[4] etate tonsuram clerici[5c] accipientes, nondumque[6] ab episcopo manus inpositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes, precipimus amodo id minime fieri. Id ipsum quoque conseruandum[7d] est etiam inter monachos.

II. Pars. §. 1. Lectoris[8] autem manus inpositione[9] licentia est unicuique[10e] abbati solummodo in proprio monasterio faciendi, si dumtaxat eidem[11] abbati manus inpositio facta noscatur ab episcopo secundum[12] morem preficiendorum abbatum, dum constet illum presbiterum esse. §. 2. Simili modo[13f] secundum antiquam consuetudinem corepiscopum[14g] preceptione oportet episcopi promouere lectores.

C. II. *Non exorcizent*[15] *qui ab episcopo prouecti non sunt.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 26.][16]

Non oportet exorcizare eos[17], qui necdum ab episcopis[18] sunt prouecti[19a], neque in ecclesiis, neque in domibus[20].

DISTINCTIO LXX.

GRATIANUS.

Ab episcopis alterius ciuitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam a proprio absolute ordinandus est: absoluta autem[1a] *ordinatio* Calcedonensi *Concilio prohibetur, et uacuam hubere manus inpositionem precipitur; in quo sic statutum est,* [can. 6.][2]:

EDITIO ROMANA.

Dist. LXVIII. c. 3. b) tantum — c. 4. a) Leo I. ad Episcopos Germaniae et Galliae b) tamen auctoritate veteris legis, quaedam novellis et ecclesiasticis regulis sibi c) aut virgin. d) sicut constit. e) eis altaria f) eccles. vel altaria g) consecrare licet — c. 5. a) a tot. orbis fuerant episcop. prohib. b) ergo c) et: *deest* d) hi de e) *ante* §. 1. *inserit.:* et infra f) LXX. g) funditus ignoramus h) exstirpari i) patet, quoniam, ut bene nostis, prohibit. k) est enim: *deest* l) nec — c. 6. a) Unde Urb. b) teneant c) filii. Quid est, pro patribus tuis nati sunt tibi filii? d) nati sunt tibi e) vides Petrum ... Paulum f) *ante* filios *inserit.:* et infra — Dist. LXIX. c. 1. a) episcopo b) multos: *deest* c) cleri d) observandum e) unicuique: *deest* f) etiam modo g) episcopos — c. 2. a) promoti — Dist. LXX. a) enim

---

Dist. LXVIII. can. 3. 31) *Codd. coll. o.* || can. 4. 32) *Codd. coll. o.; add.:* beatus: *EGH* 33) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.; add.:* et presbyteris: *DEGH Ed. Bas.* 34) *Epistola supposititia; cf. Jaffé no.* CXCIII. — *Integer fere hic locus sumtus est ex Conc. Hisp.* II. *c.* 6. — *ap. Hinschius Pseudoisid. p.* 628.; *Ans.* VII, 123, (125.); *Ivo Decr.* VI, 72.; *Polyc.* IV, 26, (27,) 2. — *in omnib. can. contin.* 35) et presb.: *deest: Ivo* 36) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 37) est: *deest: Ivo* 38) *Codd. coll. o.;* ac: *orig. Ans. Ivo Polyc.* 39) *Codd. et Edd. coll. o.* 40) *Codd. coll. o.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 42) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Ans. Polyc.;* lic. est: *deest: orig.;* permittimus: *Ivo* 43) impositiones: *Ans. Ivo Polyc.* 44) baptizandis: *orig. Ivo* 45) vel heretic.: *EGH;* ex haeresi: *orig. Ans.;* de haer.: *Ivo* 46) baptizandorum: *orig.* 47) cuil. clerico: *Ed. Bas.* 48) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. (cf. Summ. Hugucc. ap. Schulte p.* 15.); *Richterus, omnia seqq. verba ab auctore Paleae addita esse perperam censuit; immo inde a* quoniam *in o. Codd. coll. exstant, atque ipsius sunt Gratiani.* 49) *eadem verba reperies in ep. Damasi cuius sequens canon particula est* 50) vero: *deest: AC* || can. 5. 51) *Ep. Pseudosidor. ap. Hinschius p.* 510. — *Ans.* VII, 123, (126.); *Polyc.* IV, 26, (27,) 1. (*can. contin.*) 52) ab omnibus: *Polyc.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc,;* fuerunt: *Böhm.* 54) *Codd. et Edd. coll. o.* 55) *BDEFGH Edd. coll. o., sed in EGH deest:* nimis 56) et si: *F Edd. coll. o.* 57) *Codd. coll. o. Ans.* 58) sacerdotii: *orig.* 59) carent: *Edd. coll. o.* 60) *Codd. coll. o. Ans. ll.; ap. Hinsch. p.* 511. 61) nam: *deest: Polyc., ubi verba antecedentia:* nimis .... caret: *desunt.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Corr.* 63) *verba:* id est . . . discipul.: *desunt: orig. Polyc.* 64) *Codd. et Edd. coll. o.* 65) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.;* exstirpandum est: *Ed. Bas.* 66) enim: *orig. Polyc. Corr.* 67) sunt: *EGH Polyc.* 68) *add.:* vel qui ab uno vel a duobus: *orig.* 69) *inde ab:* omnibus *usque ad:* patribus *omnia desunt: Polyc.* 70) *Codd. et Edd. coll. o.* 71) *Codd. et Edd. coll. o.* 72) vel ab: *EGH* 73) *Codd. coll. o. Ans.* 74) enim nomen: *C Edd. coll. o.* 75) quomodo: *ABEGH, sed ap. Ans., quem Grat. secutus esse videtur:* qualiter 76) habent: *Polyc.* || can. 6. 77) *Codd. et Edd. coll. o. — caput incertum* 78) *Codd. coll. o.* 79) *in commentar. ad Psalm.* 44. *in fine* 80) *Codd. et Edd. coll. o.* 81) nostri: *EGH* 82) *Codd. et Edd. coll. o.* 83) universum: *D Edd. coll. o.* 84) *Codd. coll. o.* 85) *Codd. coll. o.* — Filios *usque ad finem: deest: B* 86) et const.: *EGH*

Dist. LXIX. can. 1. 1) *Conc. Nic.* II. *ao.* 787. *ex interpretat. Anastasii — Ivo Decr.* V, 376. (*can.:* quia ordo); *Coll. tr. P.* II, 12, 11. (*eod. modo; can. contin.*) 2) *ABCD* 3) *Codd. et Edd. coll. o.* 4) puerili: *EGH* 5) *BDEGH orig. Ivo* 6) nondum: *orig.* 7) *ABCF orig. Coll. tr. P.* 8) lectores: *Edd. Lugdd.* II. III. 9) impositionem: *orig. Corr.* 10) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 11) eid.: *deest: orig.* 12) secundum ... abbat.: *non sunt in graeco canone* 13) *Codd. et Edd.. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 14) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* || can. 2. 15) exorcizant: *AB* 16) *hab. inter a.* 343 *et* 381 *Coll. tr. P.* II, 7, 12. 17) op. eos exorc. alios: *EGH* 18) ep. suis: *D Edd. coll. o.* 19) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Hisp. Coll. tr. P. — Corr.* 20) intra domos: *Hisp. Coll. tr. P.*

Dist. LXX. 1) *Codd. coll. o. pr. D* 2) *hab. ao.* 451. — *versio Hisp.; Coll. tr. P.* II, 10, 6.; Dionys.: *Ans. ded.* II, 37.; IV, 24.; *Reg.* I, 297.; *Burch.* II, 6.; *Ans.* VII, 105.; *Ivo Decr.* VI, 26.; *Apud Ivonem Pan.* III, 27. *prior tantum huius canonis pars ex vers. Hisp. desumta est, in altera secutus est Dionysium.*

C. I. *Nullus*[3] *est absolute ordinandus.*

Neminem absolute ordinari[4] presbiterum iubemus[5b], uel[6] diaconum, nec[7c] quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi* manifeste in ecclesia ciuitatis[8], siue[9] possessionis[10], aut in martirio, aut in monasterio[11], hic[12d] qui ordinatur, mereatur ordinationis publicae[13e] uocabulum. Eorum[14f] autem[15], qui absolute ordinantur, decreuit sancta sinodus uacuam habere manus inpositionem, et nullum[16] tale[17] factum** ualere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit.

C. II. *Irrita sit ordinatio sine titulo facta.*

Item ex sinodo Urbani [II.] *habita* Placentiae [c. 15.][18a]

Sanctorum canonum statutis consona sanctientes[19b] decernimus[20], ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, et in qua ecclesia quilibet titulatus[21] est, in ea perpetuo perseueret. §. 1. Omnino autem in duabus aliquem titulari[22] non liceat, sed unusquisque, in qua titulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione unus diuersis preesse possit ecclesiis, canonicus tamen prebendarius, nisi unius ecclesiae, in qua conscriptus est, esse non debet. §. 1. Si que tamen capellae sunt, que suis redditibus clericos[23] sustentare non possunt, ea[24] cura ac dispositio preposito maioris ecclesiae, cui capellae subditae esse uidentur, inmineat, et tam de possessionibus quam de ecclesiasticis capellarum offitiis ipse prouideat.

Gratian. *In eodem etiam concilio antiquis nouem prefationibus decima addita est, que ita se habet: „Equum et salutare, que*[25c] *et unigenitum tuum S. Spiritus obumbratione concepit, et uirginitatis gloria permanente lumen eternum mundo*[26] *effudit, Iesum Christum Dominum nostrum.*"

DISTINCTIO LXXI.

GRATIANUS.

De clericis uero non ordinandis ab episcopo alterius ciuitatis, in Sardicensi *Concilio*[1], [c. 18. et 19.] *statutum est, in quo* Ianuarius *Episcopus legitur dixisse:*

C. I. *Clerici ab episcopo alterius ciuitatis non ordinentur.*

Illud quoque sanctitas uestra statuat, ut nulli episcopo liceat alterius ciuitatis ecclesiasticum[2a]* sollicitare et in sua diocesi clericum ordinare[3]. Quia[4b] ex his contentionibus solent nasci discordiae[5], et ideo prohibeat[6c] omnium[7] sententia, ne quis hoc facere audeat. §. 1. Osius episcopus dixit: Et hoc uniuersi constituimus[8], ut quicumque ex alia parrochia uoluerit alienum ministrum sine consensu ipsius[9d] et sine uoluntate ordinare, non sit rata eius ordinatio.

C. II. *De eodem.*

Item Innocentius [ad Victricium Rothomagensem Episcopum, epist. II. c. 7.][10]

De aliena ecclesia ordinare[11] clericum nullus presumat[12], nisi eius episcopus precibus exoratus concedere uoluerit.

C. III. *Qui sine episcopi sui*[13a] *consensu ordinatur, irrita sit eius ordinatio.*

Item ex Niceno *Concilio*, [c. 16. in fin.][14]

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in ecclesia[15b] ordinare, cum non habeat consensum illius[16] episcopi, a quo recessit clericus, irrita sit huiusmodi ordinatio.

C. IV. *Clericus unius ecclesiae in alia*[17] *non ordinetur.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 20.][18]

Clericos in singulis[19a] ecclesiis constitutos non liceat[20], sicut iam diffiniuimus[21], in alterius ciuitatis ecclesiis ordinari; sed quiescant[22] in ea, in qua ab initio ministrare[23] meruerunt, exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, et ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. Si uero quicumque episcopus post diffinitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit[24], placuit sanctae[25] sinodo, et hunc[26b], qui suscepit[27], et eum, qui susceptus est, tamdiu excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus reuertatur ad propriam ecclesiam.

C. V. *Apostolica permissione unius ecclesiae clericus in altera ualet*[28a] *ordinari.*

Item Gregorius Fortunato *Episcopo* Neapolitano [lib. V. epist. 11.][29]

Fraternitatem tuam a nobis petisse[30] recolimus, ut Gratianum ecclesiae Enafrenae[31b] diaconem tuae concederemus ecclesiae ordinandum[32c]*. Et quoniam nec episcopum, cui obsecundare debeat[33d], propria habet ecclesia[34e], hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere, peticionem tuam non preuidimus[35] differendam. Idcirco scriptis tibi presentibus eum necessario duximus concedendum, habiturus[36f] licentiam illum diaconum nostra inter-

EDITIO ROMANA.

Dist. LXX. c. 1. a) nemo b) iubemus: *deest* c) vel d) hic: *deest* e) publicatae f) eos — c. 2. a) concilio . . . habito b) sanctione c) salutare, et te veneratione vel assumtione B. Mariae collaudare, benedicere et praedicare, quae — Dist. LXXI. c. 1. a) eccles. hominem* b) ordin. Universi dixerunt: Placet, quia c) prohibet d) episcopi ipsius — c. 3. a) sui: *deest* b) sua eccl. — c. 4. a) suis b) eum — c. 5. a) valeat b) Benafranae c) cardinandum* d) debeat: *deest* e) nec propriam habet ecclesiam f) habituro

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LXX. C. I. * Nisi manifeste: Graece legitur: *εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο*, hoc est: *nisi proprie in ecclesia civitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monasterio, qui ordinatur, pronuncietur.* In ordine autem Romano fit mentio talis pronunciationis, episcopi nomine per archidiaconum factae: *De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad lectorem ad eundem titulum.*

** Nullum tale factum: Graece: *μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν*, id est: *nunquam posse operari.*

Dist. LXXI. C. I. * Hominem: In concilio latino legitur: *Ecclesiasticum ministrum solicitare et in suis parochiis clericum, etc.* Inf. ead. cap. *Primatus* (ubi huius canonis sententia videtur referri) legitur: *ut nemo alterius plebis hominem usurpet.* Graece autem caput istud, quod in latino decimum octavum est, non habetur.

C. V. * Cardinandum: Antea legebatur: *ordinandum.* Emendatum est ex ipsa epistola. Cardinare vero, seu cardinalem constituere (quod est in fine huius capitis), ita videtur B. Gregorius accepisse, ut canonicam translationem significet. Nam quum tempore S. Gregorii canon 6. concilii Chalcedonensis accurate observaretur, ut nullo modo daretur alicui locus in ecclesia (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eum locum ordinaretur, quum aliquis iam ordinatus, necessitate aliqua in aliam ecclesiam transferebatur, ut in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deserviret, in secunda dicebatur incardinari; quod ex isto nunc indicato loco patere potest, et ex l. 3. epist. 14. et alibi. Quod etiam in episcopis B. Gregorius faciebat, lib. 2. indict. 10. ep. 6. et ep. 25. (quod refertur infra. 7. q. 1. c. *Pastoralis*) et indict. 11. ep. 13. et sequenti, quod habetur infra 21. q. 1. c. *Relatio.* De hac re Ioannes Diaconus lib. 3. cap. 8. 11. et 16. Gregorium vero Ioannes VIII. et facto ipso, et vocabulo in eadem notione accepto est imitatus, quod ex aliquot manuscriptis ipsius epistolis constat.

Dist. LXX. can. 1. 3) *Codd. coll. o.* 4) ordinare: *C Hisp.* 5) *ABCDF;* praecipimus: *EGH* 6) nec.: *D Edd. coll. o.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.* 8) *add.:* suae: *E Edd. coll. o. Ivo;* sive: *GH* 9) vel: *EGH;* aut: *Ivo* 10) *add.:* suae: *C* 11) aut martyrii aut monasterii: *Ivo* 12) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo:* et: *Hisp.* 13) *ABDF Edd. coll. o. Ivo;* publicare: *CH* 14) *ABCDF Coll. tr. P.; deest: Ivo* 15) autem: *deest: Ivo Coll. tr. P.:* qui vero: *Ivo* 16) et nusquam posse ministrare ad ordinantis iniuriam: *Ivo* 17) eius tale: *Hisp.* || can. 2. 18) *ABCF;* Urb. papae: *EGH; hab. ao.* 1095. 19) *Codd. coll. o.* 20) decrevim.: *ABEGH* 21) intitulatus: *Edd. coll. o.* 22) intitulari, *et paulo post:* intitulatus: *eaed. pr. Arg. Bas. Ven.* I. II. 23) cler. suos: *EGH* 24) earum: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 25) *ABCDF* 26) huic mundo: *EGH*

Dist. LXXI. can. 1. 1) *hab. ao.* 343. — *Ans. ded.* II, 119. (*can.:* Ianuar. op.); 113.; V, 53.; *Reg.* I, 442. (Ian. op.); 443.; *Coll. tr. P.* II, 2, 11. (Ian. op.) 12. 2) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Hisp. Coll. tr. P.;* eccl. ministrum: *Ans. ded.; Reg.* 3) et in suis parochiis ordinare: *Ans. ded.; Reg.* 4) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P. — verba a Corr. addita in Dionys. inveniuntur versione.* 5) solet . . . discordia: *Hisp.* 6) *ABEFGH Codd. Hisp. Coll. tr. P.;* prohibeatur: *CD Edd. coll. o. pr. Arg. et Bas. in quibus:* prohibetur. 7) omni: *Edd. coll. o.* 8) statuimus: *EGH* 9) *BCDF;* sui episcopi: *EGH Edd. coll. o.* || can. 2. 10) *scr. ao.* 404. — *Jaffé no.* 85. — *Ivo Pan.* III, 64. (*can. contin.*) — *canon deest: F, sed manu posterioris saeculi in margine adscripta est.* 11) *add.:* aut iudicare: *Ivo* 12) usurpet: *orig. Hisp. Ivo Corr.* || can. 3. 13) *BCDF* 14) *hab. ao.* 325. (*in Hisp. c.* 17.); *Coll. tr. P.* II, 1, 17.; *Ex Dionys.: Reg.* I, 420.; *Burch.* I, 109.; *Ivo Decr.* V, 211. 15) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 16) ill.: *deest: Hisp.* || can. 4. 17) aliam: *EH;* aliena: *D* 18) *hab. ao.* 451. — *Ivo Decr.* VI, 361.; *Coll. tr. P.* II, 10, 20.; *Ex Dionys.: Ans.* VII, 109. 19) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Hisp. Ivo Coll. tr. P. cf. Rolandi Summa ed. Thaner p.* 75. 20) non licere: *Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 21) decernimus: *Hisp. Ivo* 22) quiescere: *Hisp.;* acquiescere: *Ivo Coll. tr. P.* 23) *haec videntur ex Dionysio in Coll. Isidori, quatenus a Merlino edita est, irrepsisse; in Coll. Hisp. genuina enim legitur:* fecit principium ministrandi. 24) suscepit: *Coll. tr. P.* 25) huic sanctae: *EGH* 26) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 27) suscipit: *Coll. tr. P.* || can. 5. 28) *ABDF* 29) *Ep.* 11. *scr. ao.* 595. *lib.* 6. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1026. — *Ans.* VII, 80.; *Polyc.* 1, 7, (9,) 9. 30) repetiisse: *EGH* 31) *ABCF Ans.:* Benefranae: *EGH Codd. orig.;* Venefranae: *Edd. Bas. Lugdd. Turrecrem. ed. cit. orig. Polyc.:* Velefranae: *D; Venafrum est urbs in Campania sita.* 32) *ABCEGH;* coordinandum: *Ans.;* cardinalem: *F;* cardinandum: *D* 33) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 34) *ib.* 35) providimus: *Polyc.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* ducimus concedere ut habit.: *EGH* ||

ueniente auctoritate ecclesiae tuae, Deo propitio, constituere cardinalem.

C. VI. *Sine litteris sui episcopi in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur.*

Item ex Concilio Cartaginensi II. [c. 5.][37 a]

Primatus[38] episcopus Begeselitanus[39 b] dixit: Suggero sanctitati uestrae, ut statuatis, non licere[40] clericum alienum ab aliquo[41] suscipi sine litteris episcopi sui, neque apud se retinere[42], nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum obtineat[43] sine conscientia eius episcopi[44], de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Hec obseruantia[45] pacem custodit; nam et memini in sanctissimo[46] concilio Sardicensi[47] similiter[48 c] statutum[49], ut nemo alterius plebis hominem usurpet[50]: sed si forte erit necessarius[51], petat a collega suo, et per consensum sui episcopi[52 d] habeat.

C. VII. *Sine litteris commendaticiis extra suam ecclesiam clericus non ministret.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 13.][53]

Extraneo clerico et lectori[54] extra suam ciuitatem sine commendaticiis litteris proprii episcopi nusquam[55] penitus liceat ministrare.

C. VIII. *De eodem.*

Item ex sermone S. Augustini ad populum[56].

Hortamur Christianitatem uestram, ut[57 a] iuxta sanctorum canonum instituta[58], in[59 b] ecclesiis a uobis fundatis aliunde ueniens presbiter non suscipiatur, nisi a uestrae fuerit ecclesiae episcopo consecratus, aut ab eo per commendaticias litteras suscipiatur[60].

C. IX. *Absque formata clerici peregrini non suscipiantur.*

Item ex Concilio Antioceno, [c. 7.][61]

Nullum absque formata*, quam[62] Greci epistolam[63] dicunt, suscipi peregrinorum clericorum oportet.

DISTINCTIO LXXII.

GRATIANUS.

Dimissorias uero litteras episcopus non nisi rogatus tribuat[1], *sicut statutum est in Sinodo habita Romae*[2 a].

C. I. *Nisi eodem petente, nulli dimissoriae litterae prestentur.*

Episcopus subiecto sibi sacerdoti, uel alii clerico, nisi ab ipso postulatus, dimissorias non faciat, ne ouis quasi perdita aut errans inueniatur.

C. II. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi III. [c. 21.][3]

Clericum alienum, nisi[4] concedente[5] episcopo, nemo audeat uel retinere, uel promouere in ecclesiam sibi creditam[6 a]. Clericorum autem nomen etiam lectores et psalmistae et hostiarii retinent[7].

C. III. *In una ecclesia ordinatus in*[8] *alia non suscipiatur.*

Item ex Concilio Mileuitano [II. c. 15.][9]

Placuit, ut quicumque in ecclesia[10 a] uel[11] semel eligitur[12*], ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

[PALEA[1].

DISTINCTIO LXXIII.

GRATIANUS.

Qualiter uero commendaticia, uel dimissoria seu formata epistola facienda sit, uidendum est. Debent namque litterae grecae interponi in ea[2] *epistola, et non sine causa. Greca*[3] *enim elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus, qui uel tenuiter greci sermonis noticiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos latinus „Formatas" uocat, aliqua fraus falsitatis temere presumeretur, hoc a Patribus CCCXVIII. Niceae*[4] *congregatis saluberrime inuentum est et constitutum, ut formatae epistolae hanc calculationis seu supputationis*[5] *habeant rationem, id est, ut assumantur in supputationem*[6] *prima greca elementa Patris*[7], *et Filii, et Spiritus sancti, hoc est, Π. Υ. Α. que elementa octogenarium et*[8] *quadringentesimum et primum significant*[9] *numerum*[10]. *Petri quoque apostoli prima littera, id est Π., que numerum*[11] *octoginta significat; eius quoque*[12], *qui scribit, episcopi prima littera; cui scribitur, secunda littera*[13]*; accipientis, tertia littera*[14]*; ciuitatis quoque, de qua scribitur, quarta, et indictionis, quecumque est illius*[15] *temporis*[16], *numerus assumatur. Atque ita*[17] *his omnibus grecis litteris, que, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quecumque fuerit collecta, summam epistola*[18] *teneat*[19]*; hanc*[20] *qui suscipit, omni cum cautela requirat*[21] *expresse*[22]. *Addat preterea separatim in epistola etiam nonagenarium*[23] *et nonum numerum*[24], *qui secundum greca elementa significat Ἀμήν.*

C. I. Exemplar formatae epistolae, que in Nicena Sinodo a CCCXVIII.[25] Patribus facta est[26].

In nomine Patris Π., et Filii Υ., et Spiritus sancti A. Π.[27] Walterio[28] Spirensi episcopo ego Burchardus sanctae Vormaciensis ecclesiae deuotus gregis[29] Christi famulus, in Deo uero[30] summae felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta euangelica, que dicunt: „Qui[31] recipit prophetam in[32] nomine prophetae, accipiet mercedem prophetae, et qui recipit iustum in nomine iusti[33], mercedem iusti accipiet, etc." et Apostolus iubeat hospitalitatem sectari, et necessitatibus sanctorum uirorum communicare; tamen propter eos[34], qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cum

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXI. c. 6. a) Carthag. I. b) Vegeselitanus c) similiter: *deest* d) sui episcopi: *deest* — c. 8. a) ut: *deest*
Dist. LXXII. c. 1. a) Romae. Unde Leo Papa ait: — c. 2. a) ecclesia sibi credita — c. 3. a) in una ecclesia

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Formata: Graece est: μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχηται τῶν ξένων, quod Dionysius vertit: *nullus peregrinorum sine pacificis, id est commendatitiis suscipiatur epistolis.* Atque ita Burch. et Ivo habent.

Dist. LXXII. C. III. * Eligitur: In Concilio Milevitano est, *vel semel legerit:* itemque in concilio Carthaginensi graeco, cap. 91. κἂν ἅπαξ ἀναγνῷ. In Africano autem cap. 57.: *vel semel suscepto officio legerit.*

Dist. LXXI. can. 6. 37) *ABCEGH—immo est c. 6. C. Carthag.* I. (*sic etiam legitur: DF*) *hab. ao.* 348. *ap. Bruns* I, 113.; *Burch.* II, 43.; *Ivo Decr.* VI, 144.; *Coll. tr. P.* II, 15, 1. — *Corr. et Richt. citant adhuc Anselm.* VI, 124. *sed in Cod. coll. nihil invenimus.* 38) Privatus: *orig. Turrecrem. ed. Font. Hisp. Burch.* 39) *ABCDFH;* Begeiselitanus: *orig. ap. Harduin. Hisp. Burch. Coll. tr. P.* 40) debere: *Hisp.* 41) *add.:* episcopo: *Edd. coll. o.* 42) detinere: *Hisp.* 43) ordinet: *orig. Hisp. Ivo* 44) ep.: *deest: Burch.* 45) hoc observare: *ib.* 46) sancto: *Ed. Bas.* 47) sanctissimi Concilii Sardicensis: *Hisp. Burch.* 48) *Codd. coll. o. Hisp. Burch. Coll. tr. P.* 49) stat. esse: *H Burch.* 50) sibi usurpet: *Hisp. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 51) necessarium (*Burch.*) ordinationi: *Hisp.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. exc. A* (eius); et consens. hab.: *Hisp. Burch.* || can. 7. 53) *hab. ao.* 451. *versio Hisp. Coll. tr. P.* II, 10, 13.; *ex vers. Dionys.: Burch.* II, 139.; *Ans.* VII, 162, (176.); *Polyc.* IV, 31, (32,) 64. 54) extraneum clericum et lectores (lectorem: *Coll. tr. P.*): *Hisp. Coll. tr. P.* 55) nunquam: *Hisp.;* nusquam: *Codd. Hisp.* || can. 8. 56) *Desideratur inter sermones Augustini. Burch.* XV, 30. (ex dict. Aug.; *can.:* ammoneo uos; *cont.*); *Ans.* VII. 181. (Aug.; *can., qui in Cod. Vatic. deest, cont.*); *Ivo Decr.* XV, 31. (ex dict. Aug. *can.:* admoneo vos) 57) *Codd. coll. o. Burch. Ans. Ivo* 58) statuta: *EGH* 59) ut: *deest: Codd. coll. o. Ans.;* nec ecclesiis: *Burch. Ivo* 60) susceptus: *Ans.* || can. 9. 61) *hab. ao.* 341. *cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 483.; *Coll. tr. P.* II, 3, 5. 62) quod: *Coll. tr. P.* 63) epistolium: *Hisp.;* epistolam: *Codd. Hisp.*

Dist. LXXII. 1) *add.:* ab eo qui illum quaerit: *EGH* || can. 1. 2) *ABFH — Ex synodo Eugen.* II. *hab. ao.* 826 *c.* 18. *confirmata per Leonem* IV. — *in Mon. Germ. Legg.* II. *Appdx. p.* 11. *sed verba cum Gratiani non omnino concordant. — Caes.* IV, 87. || can. 2. 3) *hab. ao.* 397 *ap. Bruns* I, 126.; *Burch.* II, 42.; *Ivo Decr.* VI, 143.; *Coll. tr. P.* II, 17, 13. (*can.:* ut clericus) 4) non: *Ivo* 5) proprio: *Burch. Ivo* 6) *ABDEFGH Coll. tr. P.* 7) retineant: *Ivo Corr.* || can. 3. 8) ab: *CF* 9) *hab. p. a.* 402. *cf. Maassen Gesch.* I, 163.; *Reg.* I, 395. (ex C. Afric.); *Burch.* VIII, 11.; *Ivo Decr.* VII, 34.; *Coll. tr. P.* II, 22, 6. 10) *BDEFGH Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.;* in eccles. primum: *Hisp.* 11) vel: *deest: Edd. coll. o.* 12) legerit: *Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.*

Dist. LXXIII. 1) *Haec Distinctio posteriori tempore adiecta est. Deest: ABF; sed in F folium insertum est, posteriori saeculo scriptum, nostram continens Distinctionem; in A in fine operis manu posterioris aetatis addita est.* 2) eadem: *EGH* 3) *Haec est regula formatarum quae Attico Constantinopolitano constanter tribui solet. Integra legitur ap. Reg,* 1, 449.; *Ans.* VI, 121, (122.); *Ivo Decr.* VI, 433. 4) Nicaeni: *CEGH;* Nicaeum: *Ans.* 5) seu supp.: *deest: C;* vel supput.: *EGH* 6) supputatione: *CDEGH* 7) Patris id est: *EGH* 8) et: *deest: EGH Reg. Ans. Ivo* 9) servant: *Ivo* 10) numeros: *CDEGH Ans.* 11) qui numerus: *CEGH orig. Ans. Ivo;* qui numeros: *Reg.* 12) quoque: *deest: CDEGH Reg. Ans. Ivo* 13) lit.: *deest: CDEGH Reg. Ivo* 14) lit.: *deest: EGH Reg. Ivo* 15) id.: *CD Ans. Corr.* 16) tempus: *C; add.:* id est qui fuerit: *CDEG;* et qui fuerit: *H;* idem qui fuit: *Ans.* 17) ita: *deest: CD Ans.* 18) epistolam: *C Ans.* 19) teneant: *C* 20) hoc: *Ans.;* hanc . . . expresse: *deest: Reg. Ivo* 21) exquirat: *EGH* 22) expressam: *CDEGH Ans.* 23) nomina generalium: *C* 24) numeros: *Ivo* || can. 1. 25) sanctis: *CEGH; add.:* sanctis: *D* 26) *Reg.* I, 450. 451.; *Burch.* II, 227. (*in Cod. Frib.* 231.); *cf. Ivo Decr.* VI, 435. 27) Π.: *deest: CDEGH Reg. Burch.* 28) Waltario: *Burch.* 29) gregis: *deest: ib.* 30) verae et summae: *CD;* vero: *deest: Edd. coll. o.* 31) *Matth. c.* 10. 32) in etc.: *Reg., ubi seqq. usque ad* accipiet *desunt* 33) iusti etc.: *Burch., ubi seqq. usque ad* accipiet *desunt* 34) propt. eos: *deest: Reg.*

sint astutia diabolica repleti, et pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint sua malicia faciente fugitiui, et dicunt se esse ministerio sacro insertos[35], cum non sint: statutum est a sanctis Patribus, neminem clericum alienum et ignotum[36] recipi ab aliquo episcopo, et inthronizari in sua[37] ecclesia, nisi habeat a proprio episcopo epistolam, que in canonibus nominatur Formata. Ideo notum facimus fraternitati[38] uestrae, quod presens frater noster, harum litterarum portitor, nomine Hermannus[39], non pro sua nequicia expulsus est a nobis, sed postulantibus fratribus[40], eo quod ex familia nostra fuit et noster baptizatus[41], fecimus ei libertatem receptam[42] in[43] cornu altaris canonice, et ordinauimus eum ad gradum presbiterii. Cui etiam has dimissorias siue commendaticias litteras facimus[44], et eum ad uestram dilectam fraternitatem dirigimus, ut in uestra parrochia sub uestro sacro regimine et defensione consistere ualeat. Ego, inquam, Burchardus humilis episcopus[45], in nomine Patris[46], et Filii, et Spiritus sancti, et in unitate sanctae ecclesiae, in qua Petro datum est ius ligandi atque soluendi, absoluo Hermannum[47] presbiterum de ciuitate Vormaciensi[48] indictione X.[49], et licentiam do uobis[50] inthronizandi eum in quacumque ecclesia[51] uultis uestrae parrochiae. Hanc[52] ergo epistolam grecis litteris hinc inde munire decreuimus, et annulo nostrae ecclesiae firmare censuimus. Fraternitatem[53] uestram Christus nobis incolumem conseruet[54]*. Π. Υ. A. Π. B. E. Z. Ξ.[55] Ἀμήν. Data Vormaciae Idibus Marcii, anno Dominicae incarnationis MXII.[56] Indictione X.

C. II. Incipit epistola formata a CCCXVIII. Episcopis et ab Attico[57]* Constantinopolitanae urbis Episcopo edita:

Sanctissimo in Christo fratri summa dulcedine karitatis amplectendo A., illius ciuitatis episcopo, Υ., illius ecclesiae presul, perpetuae beatitudinis[58] optat in Christo salutem. Ω. Υ. A. Ω. De cetero nouerit sancta fraternitas uestra, quod iste clericus, Hermannus[59] nomine, nostra in parrochia instructus ac detonsus, paruitatem nostram rogauit, quatinus illi commendaticias litteras conscriberemus, quibus uestrae celsitudini commendatus sub tuitione uestri regiminis degere posset; cuius uoluntati consentientes secundum canonicam auctoritatem litteras ei dimissorias dedimus, per quas et ipsi concedimus, ut sub uestro magisterio diuinae seruituti insistens suae deseruiat utilitati, et uobis licentiam tribuimus, ut, si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promoueatis. Commendatum ergo eum curae uestrae suscipite, et nostris ex partibus absolutum in uestrarum ouium numero custodite. Quas litteras, ut uigore ueritatis firmatae indubitanter a uobis suscipiantur, litteris grecis, ut canonica docet auctoritas, confirmare sategimus[60]. Sancta Trinitas uestram beatitudinem ad regimen sanctae suae ecclesiae perpetualiter bene ualere concedat, Ἀμήν[61]**. (uel sic: Et. Θ.[62] (que eandem summam exprimunt) indictione X. Continet hec formata epistola summam numeri MCCCXV. Υ. grecam in nomine illius primam ponimus, quia Greci eam in quibusdam locis pro Υ. consonante ponunt, sicut est Δαυίδ[63] et εὐαγγέλιον)[64]].

DISTINCTIO LXXIV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Queritur de his qui ab episcopis suis promoueri contempnunt, an inuiti sint sublimandi, an non?*

De his ita statutum inuenitur in Concilio Aurelianensi III. [cap. 7.][1]

C. I. *Annuae suspensioni subiaceat episcopus, qui inuitum ordinare presumit.*

Episcopus, qui inuitum aut reclamantem ordinare presumpserit, annuali penitenciae subditus missas facere non presumat.

C. II. *Nullus promoueatur[2] inuitus.*

Item Gregorius Natali Episcopo [Salonitano, in lib. I. Reg. epist. 19.][3]

Gesta, que nobis[4 a] consilii[5 b] uestri secretario confecta direxistis, in quo[6 c] archidiaconus Honoratus adicitur[7], plena esse semine iurgiorum cognouimus, cum uno eodemque tempore una persona nolens ad sacerdotii ordinem[8] prouehitur[9], que tamquam inmerita a diaconatus offitio remoueatur[10 d]. Et sicut iustum est, ut nemo crescere conpellatur inuitus, ita censendum puto[11 e], ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste.

Econtra[12 a] inuenitur in Concilio Cartaginensi [c. 31.][13]:

C. III. *Qui ab episcopis suis promoueri contempnunt, a loco suo[14 b] deiciantur.*

Si qui* clerici ab episcopis suis promoueri[15] contempserint, nec illic maneant[16], unde recedere noluerunt.

C. IV. *Item[17 a] de eodem.*

Placuit, ut[18] quicumque clerici uel diaconi pro necessitatibus* ecclesiasticarum[19] rerum non obtemperauerint episcopis suis, uolentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere, nec illic[20] ministrent in gradu suo, unde recedere noluerunt.

C. V. *Posteriores prioribus episcopi non preponantur[21 a].*
Item ex Concilio Agatensi, [c. 23.][22]

Episcoporum[23] etiam, quorum uita non reprehenditur, posteriorem priori nullus[24] preponat, nisi forte superbia

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXIV. c. 2. a) nobis in b) concilii c) quibus d) removetur e) puto similiter, ne — c. 3. a) Contra b) locis suis — c. 4. a) Item: *deest* — c. 5. a) praeponant

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LXXIII. C. I. * Conservet: In hoc et sequenti capite ea tantum sunt emendata, quae exemplarium auxilio restitui poterant. Ceterum quae hoc loco sequuntur etiam apud Burchardum sunt depravata. Facile autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime respondet exemplum ab Ivone collatum p. 6. c. 435., si literae, in extremo 434. capitis positae, ponantur loco earum, quae in ipso 435. afferuntur. Addita enim illis dictione ἀμήν, resultat numerus ibi notatus, id est, IϽCCLXXVIII. Bene etiam procedet exemplum c. 434. si ubi nunc summa est 1539. fiat 1439. Satis sit locum indicasse.

C. II. * Ab Attico: Antea legebatur: *abbatibus*. Restitutus est locus ex coniectura (quod perraro factum est), quoniam evidenti ratione nitebatur.

** Ἀμήν, vel sic: *Ει. Θ.*: Addita sunt haec ex aliquot vetustis exemplaribus, et utrisque istis notis idem numerus XCIX. significatur. In codicibus vero impressis vel nihil erat, vel dictio: *Amen*, latine scripta, in qua nulla est numeri significatio.

Dist. LXXIV. C. III. Si qui: Verba huius capitis sunt titulus sequentis capitis: *Placuit.* qui est proprius canon 31. concilii Carthaginensis in codice canonum et apud Graecos.

C. IV. * Pro necessitatibus: Graece est: *διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν*; id est: *ob quasdam cogentes causas suarum ecclesiarum.*

Dist. LXXIII. can. 1. 35) consecratos: *C* 36) alien. ignotumque: *C* 37) sacra: *C* 38) paternitati: *Burch. Corr.* 39) Ecmanus: *Burch. Corr.*; Adruinus: *Reg.* 40) fratr. nostris: *Reg.* 41) et nost. bapt.: *deest: ib.* 42) canonice recept.: *EGH, ubi postea* canon. *deest.* 43) in: *deest: Codd. coll. o. Burch.*; a: *Ed. Bas. Reg. — Corr.* 44) fecimus: *Edd. coll. o. Reg. Burch.* 45) Burch. hum. ep.: *deest: Reg.* 46) Patris *Π.*, et Filii *Υ.* et Sp. S. *Α*: *Edd. coll. o. Reg.* 47) Ecmanum: *Burch.*; Dado humil. ep. . . Adruinum: *Reg.* 48) Wirdunensi: *Reg.* 49) IX.: *ib.* 50) vob.: *deest: Burch.*; vob. Ratbode venerab. Archiepiscope: *Reg.* 51) quamcumque ecclesiam: *Codd. coll. o.* 52) Hanc . . . censuimus: *deest: Reg.* 53) Dilectam paternitatem: *ib.* 54) virtutum floribus insignitum omnipotens Deus conservare dignetur: *ib.* 55) *E. Z. Ξ.* Ἀμήν: *deest: Reg., ubi legitur:* Ⅎ Α. Ρ Ⅎ Θ 56) *M. H.* mense: XII.: *DEGH Edd. coll. o.* || can. 2. 57) abbatibus: *CDEGH* 58) *add.*: obsequium: *EGH Ed. Bas.* 59) B; *CEGH Edd. Arg. Bas.*; Ber.: *Edd. Nor. Ven.* II.; Her.: *Ven.* I.; *deest: D* 60) satagimus: *CDEGH* 61) *add.*: XCVIIII.: *CEGH* 62) ye: *C Edd. coll. o.*; u. e.: *EGH* 63) *add.*: id. est David: *C* 64) e. u. y. ei o. id. est Deo: *EGH*; oi an non id est evangelium: *EG*; *haec in impressis mirum quantum depravata esse, haec te exempla docebunt; leg. in Ed. Bas.*: a i i yo. id. — *in Ed. Arg.*: a. n. y. s. id. — *Exinde tamen videtur factum esse, quod in Edd. Par. Lugdd.* II. III. *est*: ἀπουσία *i. e. absentia, quod sensu omnimodo caret.* — *add.*: id. est evangelium: *C*; *deinde sequitur in C*: dimissorias vero litteras non nisi rogatus tribuat episcopus. Sic statutum est in sinodo habita Romae; *in DEGH invenitur hoc loco tabella quaedam hasce continens rubricas:* 1) latinus numerus graecarum litterarum 2) alfabetum grecorum 3) nomina alfabeti sc. grec. 4) computus vel numerus grec. litt.

Dist. LXXIV. can. 1. 1) *hab. ao.* 538. — *ap. Bruns* II, 194. || can. 2. 2) est promovendus: *C*; promovend.: *F* 3) *Ep.* 19. *scr. ao.* 591. *lib.* I. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 721. — *Ans. ded.* III, 231. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 379.; *Coll. tr. P.* I, 55, 94.; *Polyc.* II, 33, 2. (*can. cont.*) 4) *Codd. coll. o. pr. A* 5) *BDEFGH Ed. Bas.* 6) *ABCDF Ed. Bas. Turrecr. ed. cit. Ans. ded. Coll. tr. P. Polyc.* 7) additur: *CGH*; adducitur: *Edd. coll. o. pr. Bas. Corr.* 8) honorem: *A orig.* 9) prouehatur: *D*; promoveatur: *Ed. Bas.* 10) *ABDEGH Edd. coll. o.* 11) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* || can. 3. 12) *Codd. coll. o. pr. A* 13) *Ex syn. Carth. hab. ao.* 419. *ap. Dionys.* — *cf. Maassen Gesch.* I, 173. — *Ivo Decr.* VI, 42.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 4. 14) *Codd. coll. o.* 15) promoti: *Dionys.* 16) remaneant: *EGH*; *post:* noluerint: *H Turrecr. ed. cit.* || can. 4. 17) *Codd. coll. o. pr. A*; de eod.: *deest: B* — *Burch.* II, 178.; *Ans.* VII, 103.; *Ivo Decr.* VI, 42. (*coniunct. cum canone qui ap. Grat. antecedit*); *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 5. 18) plac. ut: *deest: Ans.* 19) ecclesiarum (*omiss.*: rerum): *Dion. Burch. Ans.* — *Corr.* 20) illi: *Ans.* || can. 5. 21) *ABCDEFG* 22) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 150. — *Coll. tr. P.* II, 28, 21. 23) episcopus: *orig. Hisp.* 24) nullum: *ib.*; nullus: *Codd. orig.*

elatus quod pro necessitate ecclesiae episcopus iusserit inplere contempnat[25].

II. Pars. §. 1. Sane si offitium archidiaconatus[26] propter simpliciorem[27] naturam inplere aut expedire nequiuerit, ille loci sui teneat nomen et ordinationem[28*] ecclesiae[29], quem elegerit episcopus preponendum[30].

C. VI. *In quo loco quis[31a] ordinatus est inuitus teneri non debet.*

Item Gregorius Iohanni Episcopo Siracusano, [lib. XI. epist. 34.][32]

Quorumdam ad nos relatione peruenit, Cosmam, qui ex monacho[33] monasterii S. Luciae a decessore tuo[34b] uenerandae[35c] memoriae Maximiano in ecclesia Siracusana subdiaconus factus, atque a te[36d] postea in possessione, que Iuliana uocatur[37e], presbiter dicitur[38f] ordinatus, ita nimia tristicia et loci qualitate uehementer afflictum, ut uitam sibi penam existimet[39], et contricioni[40g] suae fugae[41h] querat auxilium. Et ideo, quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nos[42i], si subiecti fuissemus, nostros uellemus[43k] esse prepositos, magnae benignitatis est, si eum in ecclesia[44l], ubi subdiaconii[45m] est functus offitio, sanctitas tua[46n] reducere[47] atque illic[48o] studuerit[49p] constituere cardinalem. Quod et facere, quantum arbitramur, debes[50q], si nichil[51r] est, quod iuste contra eum[52s] animos tuos[53t] exasperet. Si uero aliqua culpa est, suis nobis epistolis hoc fraternitas uestra, ut scire possimus, insinuet.

III. Pars. Gratian. *Verum illud Gregorii de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitudinis callide ab episcopis suis promoueri queruntur. Illud autem Cartaginensis concilii de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis propter necessitatem ecclesiae uolentibus eos ad altiora promouere. Hanc distinctionem ex decreto Simplicii Papae quilibet ualet corroborare, qui scribens Iohanni Archiepisc.*[54u] *Rauennati,* [epist. II.] *ait inter cetera*[55]:

C. VII. *Non est aliquis inuitus ad episcopatum pertrahendus.*

Ubi ista didicisti, que in episcopum et confratrem[56a] nostrum Gregorium non dilectione[57], sed inuidia perpetrasti? quem inexcusabili uiolentia pertrahi ad[58] te passus es atque uexari, ut ei tantum honorem non per animi[59] tranquillitatem, sed per amentiam, sicut dicendum[60] est[61], irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est[62]; nam[63] priuilegium[64] meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate[65]. Denunciamus[66b] autem, quod, si post hec[67c] aliquid[68d] tale[69] presumpseris, et aliquem[70] seu episcopum, uel[71e] presbiterum, uel[72f] diaconum inuitum facere[73] forte credideris, ordinationes tibi Rauennatis ecclesiae uel Emiliensis[74] noueris auferendas.

C. VIII. *De eodem.*

Item Gregorius Antonino Subdiacono, [lib. II. epist. 16. Indict. 10.][75]

Honoratus, archidiaconus Salonitanae ecclesiae a sanctae memoriae decessore meo missa supplicatione poposcerat[76], ut ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullo modo[77a] cogeretur. Hoc enim fieri sibi non causa[78b] prouehendi, sed causa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc etiam[79c] sanctae memoriae predecessor[80d] noster scriptis suis Natali fratri coepiscopoque nostro interdixerat, ne predictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, neue dolorem conceptae ingratitudinis in[81e] corde retineret. Cumque etiam[82f] a me[83g] hec eadem[84h] summopere fuerint[85] interdicta, non solum mandata Dei negligens, sed etiam[86i] scripta[87] nostra[88] contempnens, prefatum archidiaconem quasi ad fortiorem honorem prouehens conatus est callide[89k] degradare. Unde actum est, ut, eodem[90l] archidiaconatus[91] loco submoto, alium adscisceret, qui eius obtemperare moribus[92] potuisset. Quem Honoratum archidiaconem arbitramur antistiti suo aliunde displicere non posse[93m], nisi quod eum uasa sacra suis parentibus dare prohibebat[94]. Quam causam subtili uolumus[95n] et tunc sanctae memoriae decessor meus, et nunc ego indagatione perquirere[96o], sed sui suorumque[97p] actuum conscius personam suam[98q] ad iudicium postposuit destinare. Unde[99r] experientiam tuam presentis precepti auctoritate duximus fulciendam, quatinus, conueniens in Salonia[100s], Natalem fratrem nostrum et coepiscopum[101t] nostrum saltim tot scriptis ammonitum studeat[102] adhortari, ut supra memoratum archidiaconem in suo[103u] statu suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, ut consueuit, forte distulerit, usum pallii ei, qui ab hac sede concessus[104] sibi fuerat[105v], ex auctoritate sedis apostolicae contradices[106]. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia[107] perseuerare perspexeris, dominici corporis[108w] et sanguinis eundem antistitem participatione priuabis.

Gratian. *Adhibenda est etiam disciplina, qua nolentes promoueri ad sacros ordines ad obediendum episcopis suis prouocentur. In minoribus siquidem ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt prouehendi, ut contempnentes suis obedire episcopis doleant sibi esse*[109x] *prelatos, quos prius habebant subiectos.*

Unde Gelasius scribit Victori Episcopo[110]:

C. IX. *Cum maiores ordinari contempserint, de minoribus promoueantur ordinibus.*

Consuluit[111] dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quod diaconi ad presbiterii gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere) uenire detrectant[112].

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXIV. c. 6. a) quisque b) vestro c) memorandae d) vobis e) dicitur f) est g) contritionis h) fugam i) nobis k) volueramus l) ecclesiam m) subdiaconi n) vestra o) illic presbyterum p) voluerit q) debebitis r) tamen nihil s) ipsum t) vestros u) Episc. — c. 7. a) in fratrem et coepiscopum b) *ante* Denunc. *addit.:* et infra c) posthac d) quicquam e) *et* f) seu — c. 8. a) nullatenus b) gratia c) iam d) decessor e) diutius in f) et g) nobis h) eidem i) et k) arte callida l) eo de m) potuisse n) voluimus o) discutere p) sed ipse suorum sibi act. q) suam: *deest* r) Proinde s) Salona t) fratrem coepiscopumque u) statim loco v) concessus est w) dom. quoque corporis x) illos esse

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Et ordinationem: Quamvis in recentioribus conciliorum editionibus Coloniensibus legatur: *et ordinationi ecclesiae, quem elegerit episcopus, praeponatur*[30]; tamen in veteri Coloniensi, duobus Parisiensibus et duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo atque apud Gratianum.

Dist. LXXIV. can. 5. 25) contemnit: *Hisp.* 26) archidiaconus: *Edd. Ven.* I. II. *Lugdd. — Corr.* 27) simplicem: *Ed. Bas.* 28) ordinationi: *Coll. tr. P.* 29) suae eccles.: *EGH* 30) praeponatur: *orig. Hisp.* || can. 6. 31) *Codd. coll. o. pr. C* 32) *Ep.* 28. *scr. ao.* 603. *lib.* XIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1513. — *Ans. ded.* III, 189. *a Thein. citat. sed nihil ibi invenimus.* 33) mon.: *deest: CH;* monasterio: *C* |34) *Codd. et Edd. coll. o.* 35) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 37) *Codd. coll. o. orig.* 38) *ib.* 39) aestimet: *GH* 40) *ABDF Ed. Bas.;* constrictionis: *C;* constrictioni: *G;* contristationis: *E — Corr.* 41) *ABDEFG;* fugere: *CH;* fuga: *orig.* 42) *Codd. coll. o. — add.:* modo: *EGH* 43) *Codd. et Edd. coll. o.* 44) *ib. orig.* 45) *Codd. coll. o. pr. D* 46) *Codd. et Edd. coll. o.* 47) reddere: *EGH* 48) *Codd. et Edd. coll. o.* 49) *ib.* 50) *Codd. coll. o.* 51) *ib.* 52) *ib.* 53) *ib.;* animum tuum: *Edd. coll. o.* 54) *Codd. coll. o.* || can. 7. 55) *Ep. scr. ao.* 482. *c.* 1. *ap. Thiel p.* 201. — *Jaffé no.* 351. — *Burch.* I, 29. (*can.:* si quis esset invitus); *Ans.* VI, 66. 67. (64. 65.); *Ivo Decr.* V, 140. (*ut ap. Burch.*); *Coll. tr. P.* I, 45, 2. (*ut ap. Burch.*); *Caes.* III, 50. 56) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 57) electione: *orig. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P. — Corr.* 58) a: *BD Edd. coll. o.* 59) anni: *Ed. Bas.* 60) dictum: *ADEGH Edd. coll. o.* 61) est: *deest: orig.* 62) est: *deest: ib.* 63) *Polyc.* II, 33, 1. (*can.:* si quis esset iniustus) 64) *add.:* dignitatis: *Edd. coll. o.* 65) *finis can. ap. Burch. et Ivo Decr.* 66) *Codd. coll. o. —* item: *Coll. tr. P. — Simplicii ep.* c. 4. — *cf. c.* 23. *C.* XXV. *qu.* 2. 67) *CEFG Ans. Polyc.;* hoc: *ABDH* 68) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.;* quiddam: *Ans.* 69) tale: *deest: Coll. tr. P.* 70) *add.:* talem: *D Edd. coll. o.* 71) *BCDEFGH* 72) *Codd. coll. o.* 73) *add.:* posse: *D Edd. coll. o.* 74) Emulensis: *EGH* || can. 8. 75) *Ep.* 20. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 812. — *Ans.* VII, 75. 76) depoposcerat: *EGH* 77) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Ans.* 78) *Codd. et Edd. coll. o.* 79) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* (*ubi* et *deest*) — *Ans.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* 81) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Ans.* 82) *Codd. coll. o.* 83) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 84) *Codd. coll. o.;* eiusdem: *Ans.* 85) fuerant: *D Edd. coll. o.* 86) *Codd. coll. o. pr. B;* et: *deest: orig.* 87) scripturam: *Edd. coll. o.* 88) meam: *eaed. pr. Bas.* 89) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Ans.* 90) *Codd. et Edd. coll. o.;* eo: *Ans.* 91) ab archid.: *CDFG* 92) *add.:* in omnibus: *Ed. Bas.* 93) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 94) prohibuerat: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. — Turrecrem. ed. cit.;* prohibeat: *orig.* 95) *BCDF* 96) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. ed. cit. Ans.* 97) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* ipse sui suorumque: *Turrecr. ed. cit.;* sed is ipse suorum sibi act.: *orig.* 98) *Codd. coll. o.* 99) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 100) *ABCD Edd. coll. o. Ans.;* Salonina: *EG;* Salonam: *orig.* 101) *Codd. coll. o.* 102) studeas: *C Edd. coll. o.* 103) *Codd. et Edd. coll. o.* 104) concessum: *EGH* 105) *Codd. et Edd. coll. o.* 106) contradicito: *orig. Ans.* 107) contumacia: *EGH* 108) *Codd. et Edd. coll. o.* 109) *Codd. coll. o.* || can. 9. 110) *Ep. scr. inter a.* 492 *et* 496 (*cf. Thiel p.* 63.) *ap. Thiel p.* 488. — *Jaffé no.* 427. — *Ans.* VII, 102.; *Ivo Decr.* VI, 106.; *Polyc.* II, 31, 27. (ex Pelagio); Vict. Ep. Alexandrino: *Corr.* 111) cons. nos: *Ed. Bas.* 112) detractant: *CDEGH;* detractent: *Polyc.*

Quapropter, quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio grauitasque non patitur[113], ut ex nolentibus fiant[114] uolentes ordinatio illa[115] potest perficere[116], si quos habes[117] in[118 a] acolitis, uel subdiaconibus maturiores etate[119], et quorum sit uita probabilis, hos in presbiterium[120 b] studeas[121] promouere, ut, qui[122] in suis proficere[123 c] noluerunt[124 d], reddantur suis inferioribus post minores[125]. Ipsa[126 e] commoda presbiteri propensius quam diaconi consequantur[127], ut hac saltem ratione constricti et honorem, quem refugerant, appetere nitantur, et questum.

DISTINCTIO LXXV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Tempus autem consecrationis, sicut in Ordine Romano habetur, ad episcopi benedictionem non eligitur. Omni enim tempore benedicuntur, dummodo ieiunii et hora tertia*[1] *benedictionem accipiant.*

Unde Anacletus *urbis Romae Episcopus*[2 a] *scribit omnibus Episcopis*[3 b] [epist. II. in princ.][4]:

C. I. *Ordinationes episcoporum qua hora fieri debeant.*

Ordinationes[5] episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis[6] sunt celebrandae. Qui simul conuenientes scrutinium[7 c] cum precibus[8 d], celebrent, manus[9 e] cum[10 f] sanctis euangeliis inponentes[11 g], dominica die, hora tertia orantes, sacraque unctione prophetarum exemplo regum capita perungentium, eos[12 h] more apostolorum et Moysi[13 i] ungentes; quia omnis sanctificatio constat esse[14 k] in[15] Spiritu sancto, cuius uirtus inuisibilis sancto est crismati permixta[16], et[17] hoc ritu solempnem celebrent ordinationem.

II. Pars. Gratian. *Tempus autem consecrationis trium mensium spatio clauditur, ultra quod, nisi necessitate cogente, episcoporum consecrationes post electionem differri non licet.*

Unde in Calcedonensi *Concilio*, [c. 25.] *legitur*[18]:

C. II. *Ultra tres menses non differatur episcoporum ordinatio.*

Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt greges[19] sibi creditos, et differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctae sinodo, intra[20] tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius protelari[21]. Si autem episcoporum quis* hoc[22 a] non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticae condempnationi subiacere, redditus uero eiusdem uiduatae ecclesiae integros reseruari apud economum eiusdem ecclesiae censemus[23 b].

III. Pars. Gratian. *Ceterorum uero ordinationes non nisi certis*[24 c] *temporibus et diebus, maxime sacerdotum et Leuitarum, fieri debent, uespera uidelicet sabati, uel mane diei dominicae continuato ieiunio.*

Unde Zepherinus *urbis Romae Archiepiscopus*[25 a] *scribit omnibus Episcopis*[26 b] [epist. II.][27];

C. III. *Presbiteri et Leuitae qua hora ordinentur*[28 c].

Ordinationes presbiterorum Leuitarumque[29] tempore congruo, multis[30] coram astantibus[31], solempniter[32] agite, et probabiles ac doctos uiros ad hoc opus prouehite[33], ut de eorum[34] societate et adiumento plurimum gaudeatis.

C. IV. *De eodem*[35 a].

Item Leo *Episcopus* Dioscoro *Alexandrino Episcopo*, [epist. LXXIX. cap. 1.][36]

Quod a Patribus nostris propensiori[37 b] cura nouimus esse seruatum, a nobis[38 c] quoque uolumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis uel leuitica ordinatio celebretur, sed post diem sabati eiusque[39 d] noctis, que in prima sabati lucescit, exordia consecrandi[40] eligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunis et a ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem[41] obseruantiae erit, si mane ipso die dominico, continuato sabati ieiunio, ordinatio[42 e] celebretur, a quo tempore precedentis noctis initia non recedunt, quod[43] ad diem resurrectionis (sicut etiam in pasca Domini declaratur) pertinere non dubium est.

C. V. *Quare die dominico sacerdotum ordinationes celebrentur.*

Item [eodem cap.][44 a]

IV. Pars. Quod die[45]* dominico ordinationes sacerdotum celebrentur[46], non tantum ex consuetudine, sed etiam ex apostolica nouimus uenire doctrina, scriptura[47] manifestante, quod, cum apostoli Paulum et Barrabam ex Spiritus sancti precepto ad euangelium gentibus mitterent predicandum, ieiunantes et orantes inposuerunt eis manus, ut intelligamus, quanta et dantium, et accipientium deuotione sit curandum, ne tantae benedictionis sacramentum negligenter uideatur inpletum. Et ideo pie et laudabiliter[48] apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum formam sacerdotum per[49] ecclesias, quibus Dominus preesse te[50] uoluit, etiam ipse seruaueris[51], ut his, qui consecrandi sunt, numquam benedictio, nisi in die dominicae resurrectio-

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXIV. c. 9. a) vel in b) presbyteratum c) suis ordinibus prof. d) noluerint e) ipsaque — Dist. LXXV. c. 1. a) An. Papa b) scribit ad Episcopos Italiae c) scrut. diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus d) cum: *deest* e) et manus f) in g) quae praedicaturi sunt impon. h) et regum capita eorum i) Moysis k) esse: *deest* — c. 2. a) haec b) placuit c) in certis — c. 3. a) Papa b) ad Episcopos Aegypti c) ordinationes presbyterorum vel levitarum qua hora fieri debeant — c. 4. a) Presbyteri et levitae qua hora ordinandi sunt b) propensiore c) vobis d) eius e) ordin.: *deest* — c. 5. a) Idem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LXXV. C. II. * Si autem quis: Sic etiam in prisca [imo Hispanica] versione. Graece est: εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι ὑποκεῖσθαι αὐτὸν (al. αὐτῷ) ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ; quae aliter interpres vertit: *Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticae subiacebit.* De metropolitano enim loquitur.

C. V. * Quod die: Sumtum est caput hoc ex eodem loco, unde et antecedens, mutato tamen verborum ordine, et nonnullis initio adiectis. In ipsa enim epistola post ultima verba praecedentis capitis sequitur continenter: *Nam praeter auctoritatem consuetudinis, quam ex apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod quum apostoli, etc.*

Dist. LXXIV. can. 9. 113) moderatione gravitateque didicimus: *Polyc.* 114) sint: *Ans. Ivo Polyc.*; fiant: *Codd. Ivon.* 115) illa: *deest; Ans.* 116) proficere: *Ivo Corr.; add.:* scilicet: *orig. Ans.*; scilic: *deest: Codd. orig.* 117) habent: *A*; haberes: *Polyc.* 118) *Codd. et Edd. coll. o.* 119) maturioris aetatis: *orig. Ivo Polyc.*; maturiores aetate: *Codd. orig.* 120) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 121) studeatis: *Ans.* 122) *Ivo l. l.* 43. 123) *Codd. coll. o. Ans*; suis: *deest: Ans.* 124) *Codd. coll. o. pr. D; Ans.* 125) posteriores: *Ivo — Corr.* 126) *Codd. coll. o.; in EGH add.:* etiam 127) consequuntur: *AEGH*

Dist. LXXV. Pars. I. 1) *add.:* dominicae diei: *EGH* || can. 1. 2) *Codd. coll. o.* 3) *Codd. et Edd. coll. o.* 4) *Caput Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 75.; *Burch.* I, 15.; *Ans.* VI, 53, (51.); *Ivo Decr.* V, 69.; *Ivo Pan.* III, 12.; *Coll. tr. P.* I, 2, 9.; *Polyc.* II, 6, (8,) 1.; *Caes.* III, 19. — *apud omnes pr. Ivon. Pan. can. contin. — cf. supra Dist.* LXIV. *c.* 2. 5) *ex conc. Nic. c.* 4. 6) ep.: *deest: Ivo Decr.* 7) *Codd. et Edd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o.* 9) *ib.* 10) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 11) *Codd. et Edd. coll. o.* 12) *Codd. et Edd. coll. o.*; ungentium: *A*; more prophetar. exemplo regum ungentium eos: *Ivo Pan.* 13) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 14) *Codd. et Edd. coll. o.* 15) ex: *Coll. tr. P.* 16) promulgata: *Burch.* 17) et: *deest: ib.* || can. 2. 18) *hab. ao.* 451 *versio Hisp.*; *Coll. tr. P.* II, 10, 24.; *versio Dion.*: *Burch.* I, 24.; *Ans.* VI, 40.; *Ivo Decr.* V, 135. 19) creditum .. gregem: *Coll. tr. P.* 20) infra: *D Edd. Bas. Par.* 21) propagari: *Hisp. Coll. tr. P.* 22) *Codd. et Edd. coll. o.* 23) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB — Turrecrem. ed. cit.*: cens.: *deest: Hisp.* 24) *ABEGH* || can. 3. 25) *Codd. coll. o. Turrecrem. ed. cit.; sed in B:* Episcopus, *in CF:* Romanae *legitur, in A:* urb. Rom. *omittitur* 26) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 27) *Caput Pseudoisid. desumtum ex libro pontificali; —* II. *Ep. Zephyr. c.* 14. *ap. Hinschius p.* 135.; *Burch.* II, 3.; *Ans.* VII, 43.; *Ivo Decr.* VI, 23.; VI, 47. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 13, 3. (*can. cont.*); *Polyc.* II, 28, 1.; *Caes.* IV, 109. 28) *Codd. coll. o.* 29) et levitarum: *orig. Burch. Ivo Decr. c.* 47.; *Coll. tr. P.*; levitarum: *Polyc.*; diaconorum et levitarum: *Ivo Decr. c.* 23. 30) et mult.: *Burch. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 31) positis: *Ivo Decr. c.* 23.; *sed* astantib. *est in varietate lectionis* 32) et sol.: *Burch.* 33) constituite: *Burch. Ivo Decr. c.* 23.; provehite: *Codd. Ivon.* 34) ut illorum: *Burch.*: ut de illorum: *Ivo Decr. c.* 23. || can. 4. 35) *ABCDF; rubrica: deest: EGH* 36) *Ep.* 9. *scr. ao.* 445. *Edd. Baller. — Jaffé no.* 184. — *Ans.* VII, 44. (*in cod. Vatic. can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 70. (*a Corr. citat.* VI, 71., *a Richt.* VI, 31.); *Polyc.* II, 28, 2. 37) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 38) *Codd. et Edd. coll. o.* 39) *ABCDF Ans. Ivo Polyc.*: eiusdemque: *EGH* 40) consecr.: *deest: orig.* 41) eius: *Ans.* 42) *Codd. et Edd. coll. o.* 43) quam: *orig.* || can. 5. 44) *ABC* (*add.:* Leo) *DF; Ivo Decr.* VI, 71.; *Ivo Pan.* III, 13. — *in C hoc loco inseritur:* De eodem Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo eiusque suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Talis in partibus vestris consuetudo, sicut accepimus, inolevit, quod diaconi et presbiteri apud vos solummodo in IIII. temporibus ordinantur. Nos autem nolentes, ut semper debeatis iuxta huiusmodi consuetudinem ambulare, presentium auctoritate statuimus, ut liceat vobis necessitate tamen cogente, in sabbato ante passionem atque in sabbato paschae diaconos et presbyteros ordinare. Data Later. IIII. id. ian. 45) quod si: *D*; quod in: *Ed. Bas.* 46) celebrantur: *Ivo Pan.* 47) etiam s. script.: *orig.* 48) venerabiliter: *Ivo Pan.* 49) propter: *BCDF* 50) te: *deest: Ivo Pan.* 51) reservaveris: *ib.*

nis tribuatur, cui a uespere[52b] sabati initium constat ascribi, que[53c] tantis diuinarum dispensationum[54] misteriis est consecrata, ut, quicquid a Domino est insigne[55d] constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem et[56e] mors interitum, et uita accepit principium[57f].

[PALEA[58].

C. VI. De eodem.

Item in ordine Romano, cap. de gradibus ecclesiae[59].

Quando et ubi libitum fuerit usque ad[60] subdiaconatus offitium ordinantur clerici, diaconi uero atque presbiteri nunquam, nisi in[61] publica ordinatione.]

C. VII. *De temporibus ordinationis.*

Item Gelasius omnibus Episcopis [epist. I. cap. 13.][62a]

V. Pars. Ordinationes presbiterorum et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exerceri non debent[63], id est[64] quarti mensis ieiunio et[65b] septimi et decimi[66]; sed etiam[67c] quadragesimalis initii, ac medianae hebdomadae[68], sabati[69d] ieiunio circa uesperas[70e] ipsas ordinationes[71f] nouerint celebrandas[72], nec[73] cuiuslibet utilitatis seu[74g] presbiterum, seu diaconum his preferre audeant[75h], qui ante ipsos fuerint ordinati[76].

DISTINCTIO LXXVI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quibus temporibus ieiunia celebranda sint, Calixtus Papa determinat, scribens Benedicto Episcopo* [epist. I.][1]:

C. I. *Quibus temporibus ieiunia celebrentur.*

Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare[2] didicisti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus[3], ut, sicut annus per quatuor uoluitur tempora, sic et nos solempne quaternum agamus ieiunium per quatuor anni tempora.

C. II. *De eodem.*

Item ex Concilio Magontiensi [I. cap. 34.][4a*]

Constituimus[5], ut quatuor tempora anni ab omnibus hominibus[6b] cum[7c] ieiunio obseruentur, id est in Martio[8d], hebdomada prima; in Iunio, secunda; in septembri, tertia; in decembri, quarta[9].

C. III. *De eodem.*

Item ex Concilio Salegunstat habito, [cap. 2.][10a]

De[11] ieiunio autem quatuor[12b] temporum hanc certitudinem statuimus, ut si kalendae Martii[13c] in feria quarta siue antea[14] euenerint[15], eadem[16] hebdomada ieiunium[17] celebretur. §. 1. Sin autem kalendae Martii[18d] in quintam feriam[19], aut in[20e] sextam[21], aut in[22f] sabatum distenduntur[23], in sequenti hebdomada[24g] ieiunium differatur. Simili[25] quoque modo, si kalendae Iunii[26] in quarta feria aut antea euenerint, in subsequenti[27] hebdomada ieiunium celebretur; et si in quinta, aut in[28h] sexta feria, aut[29] sabato contigerit[30i], ieiunium in tertia hebdomada[31k] reseruetur. §. 2. Et hoc sciendum est, quod, si quando ieiunium mensis Iunii in uigilia pentecostes secundum predictam regulam euenerit[32], non ibi celebrandum erit[33], sed in ipsa hebdomada solempni pentecostes, quia uigilia[34*] simul[35] et ieiunium celebrari[36] non[37] debent, etiam[38l] tunc propter solempnitatem sancti Spiritus diacones[39] dalmaticis induantur, et „Alleluia" cantetur, et „Flectamus genua" non dicatur. §. 3.[40] Eodem modo de septimi mensis[41m] ieiunio constitutum est, ut, si kalendae septembris in quarta feria euenerint[42] aut antea, in tertia hebdomada ieiunium celebretur, et si in quinta, aut sexta[43], aut sabato contigerit[44n], in quarta hebdomada ieiunandum erit. §. 4. In decembri uero[45] illud obseruandum erit, ut proximo[46o] sabato ante uigiliam natalis Domini celebretur ieiunium, quia, si[47] uigilia in sabato euenerit, simul uigiliam et ieiunium celebrari[48p] non conuenit.

Contra Urbanus[49] [II. in Concilio Placentino, c. 14.][50]

C. IV. *De eodem*[51].

Statuimus etiam, ut ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum ieiunium[52a] in initio quadragesimae, secundum in hebdomada pentecostes, tertium uero et quartum[53b] in septembri et[54c] decembri more solito fiat.

C. V. *De eodem.*

Item ex sermone Leonis Papae [I. sermone I. de ieiunio pentecostes.][55a]

Igitur post sanctae leticiae dies, quos in honorem Do-

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXV. c. 6. b) vespera c) et d) insignius e) Christi et f) initium. In hac etc. — c. 7. a) ad Episcopos per Lucaniam b) et: *deest* c) et etiam d) et sabbati e) vesperam f) ips. ordin.: *deest* g) util. causa seu h) audeant: *deest* — Dist. LXXVI. c. 2. a) Moguntino b) homin.: *deest* c) communi d) in mense Martio — c. 3. a) Salegunstae b) aut. incerto quatuor c) *et* d) Martiae e) *et* f) in: *deest* g) sequentem hebdomadam h) in: *deest* i) contigerint k) tertiam hebdomadam l) et m) septembris ieiunio n) contigerint o) in prox. p) celebrare — c. 4. a) ieiunium: *deest* b) et quart.: *deest* c) quartum in decemb. — c. 5. a) Item Leo papa

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LXXVI. C. II. * Auctor Micrologi c. 24. et 25. de hoc ipso Moguntini concilii canone disputans, aperte ait, hoc ex ignoratione traditionis ecclesiasticae fuisse profectum. Unde Leo Papa ait: *Huius observantiae etc.* quod refertur infra ead. dist. c. 6. Et ne quis occasione horum conciliorum Germanicorum deciperetur, Gregorius VII. (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanae ecclesiae consuetudinem renovavit. De qua re in concilio Claromontensi Urbani II. c. 1. sic statuitur: *Primum ieiunium quatuor temporum semper fiet prima hebdomada quadragesimae; secundum in hebdomada pentecostes absque genuum flexione cum Alleluia et Gloria in excelsis Deo, et vestibus solennibus fiet; tertium plena hebdomada ante aequinoctium autumnale; quartum plena hebdomada ante natalem Domini, vigilia eiusdem accepta.* Et idem repetitur in altero concilio Placentiae postea habito, quod est in bibliotheca Vaticana, et citatur infra ead. cap. *Statuimus.*

C. III. * Quia vigilia: Haec usque ad verbum: *debent*, non sunt in ipso concilio impresso ex Burchardo, eadem vero sententia repetitur in fine capitis.

Dist. LXXV. can. 5. 52) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* et quae: *orig.;* et . . . . consecratum: *Hisp.* 54) dispositionum: *orig.* 55) *Codd. et Edd. coll. o.* 56) *ib. Turrecr. ed. cit.* 57) *Codd. coll. o.* || can. 6. 58) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.* 59) *hoc caput prostat in ordine Rom. (vide ad Dist.* XXIII. *c.* 3.) *quem publici iuris fecit Mabillonius. — cf. Berard.* III, 450. — *Ans.* VII, 61. (57. *can.:* primum in quacumque) 60) in: *Ans.* 61) in: *deest: ib.* || can. 7, 62) *Codd. coll. o. — scr. ao.* 494 *c.* 11. *ap. Thiel p.* 368. — *Jaffé no.* 391. — *Ans. ded.* IV, 16.; *Regin.* I, 442.; *Ans.* VII, 45.; *Ivo Decr.* VI, 74.; *Ivo Pan.* III, 25.; *Polyc.* II, 28, 3. 63) exercere non debeant: *orig.;* exercere non debeant: *Ans. ded. Reg.;* exerceri nemo episcoporum audeat: *Pol.* 64) id est: *deest: Reg.;* itaque primi mensis quarti: *Polyc.* 65) *Codd. coll. o. Ans.* 66) *add.:* ieiunii: *Polyc.* 67) *Codd. coll. o. orig. Ans. ded.; Reg. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.;* etiam: *deest: EGH* 68) medianae quadragesimae die: *orig. Ans. ded.: Ivo Decr.;* mediana quadr. die: *Reg. Ans. Polyc.* 69) *ABCEGH Ans. ded. Reg. Ans. Polyc.; in GH add.:* in 70) *Codd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Ans. Ivo Pan. Polyc.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 72) *finis canonis: Polyc.* 73) ne: *EG Ans. ded.* 74) *BC Ans.* 75) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 76) *add.:* aliquis praesumat: *Reg.*

Dist. LXXVI. can. 1. 1) *Cap. Pseudoisid. desumtum ex libro Pontif. — ap. Hinschius p.* 135.; *Ivo Decr.* IV, 26.; *Ivo Pan.* II, 175.; *Coll. tr. P.* I, 14, 1.; *Polyc.* III, 25, 13. 2) celebrari: *Ivo Decr.* 3) volvitur: *AB, ubi sqq. usque* ad volvit. temp. *desunt.* || can. 2. 4) *ABCDF;* Maguntino: *EGH; c.* 34. *Conc. Mog. hab. ao.* 813 (*ap. Hartzheim* I, 411.) *in epitomen redactum. — Bened. Lev. Capit. lib.* I. *c.* 151. (*in Mon. Germ. LL.* II, 2, 54.) *Reg.* I, 281.; *Burch.* XIII, 2.; *Ivo Decr.* IV, 35.; *Ivo Pan.* II, 180. — *in omnib. can. contin.* 5) statuimus: *Ed. Bas.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Ivo Decr. Pan.* 7) *Codd. coll. o. orig. Ben. Lev. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan. — Corr.* 8) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 9) quarta; *deest: Reg., ubi alia sequuntur.* || can. 3. 10) *C Ivo Pan. Coll. tr. P.;* Salegunta: *A;* Salegusta: *BF;* Saleguntano: *EGH;* Salingenstadio habito: *Turrecrem. ed. cit. — hab. ao.* 1022 *ap. Hartzheim* III, 55.; *Burch. in fine* (*deest in Cod. Friburg.*); *Ivo Decr.* IV, 33.; *Ivo Pan.* II, 181.; *Coll. tr. P.* III, 5, (6,) 3. 11) De: *deest: EGH* 12) *Codd. et Edd. coll. o.* 13) *BEGH Ivo Pan.;* Calendis Martii: *Ivo Decr.;* calendas Martii: *Coll. tr. P.* 14) ante: *EGH* 15) evenerit: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 16) de eadem: *Ivo Pan.* 17) ieiun.: *deest: Ivo Decr. Coll. tr. P.* 18) *BEGH Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 19) quinta feria: *EG Ivo Pan. Coll. tr. P.* 20) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 21) sexta: *EG Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 22) *Codd. coll. o.* 23) extenditur: *Coll. tr. P.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 25) similiter de reliquis IV. temporibus statuimus: *orig., ubi Gratiani seqq. verba usque ad.* §. 2. *desiderantur* 26) Iulii: *EGH* 27) sequenti: *A Ivo Pan.* 28) *Codd. coll. o. pr. A Ivo Pan. Coll. tr. P.* 29) vel: *Ivo Decr.;* aut in: *Coll. tr. P.* 30) *ABCDEF Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 31) *ABDEFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Turrecr. ed. cit.* 32) *add.:* propter celebrationem baptismi: *orig.* 33) celebretur: *ib.* 34) vigiliam: *Ivo Decr. Pan.; inde a:* quia vigil. *usque ad* debent: *omnia desunt: orig. Burch.* 35) similiter: *Ivo Pan.* 36) celebrare: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 37) inibi: *Ivo Pan.* 38) *Codd. coll. o.* 39) diac.: *deest: Ivo Pan.* 40) §. 3. *deest: orig.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (septembris mensis) *Ivo Pan.* 42) evenerit: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 43) *add.:* feria: *A;* in sexta feria: *Ivo Decr. Coll. tr. P.;* in sexta: *Ivo Pan.* 44) *BCDF Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 45) vero: *deest: EGH orig.* 46) *ABCD Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr.* 47) cum: *orig.* 48) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. orig.* || can. 4. 49) econtra: *EH* 50) *hab. ao.* 1095. *ap. Mansi* XX, 804.; — *Jaffé pag.* 461. *post no.* 4147.; *Polyc.* III, 25, 16. 51) de eod.: *deest: EG* 52) *Codd. coll. o. pr. A; Turrecr. ed. cit. orig. Polyc.* 53) *Codd. coll. o. orig. Polyc.* 54) *ib.* || can. 5. 55) *Codd. coll. o. — Sermo* 78. *c.* 3. *Ed. Baller. — Polyc.* III, 25, 14.

mini a mortuis resurgentis ac deinde in celum[56b] ascendentis exegimus, postque[57] acceptum sancti Spiritus donum, salubriter et necessarie[58c] consuetudo est ordinata ieiunii, ut, si quid forte inter ipsa festiuitatis[59d] gaudia negligens libertas et licentia inmoderata[60e] presumpserit[61f], hoc religiosae abstinentiae censura castiget.

C. VI. *De eodem.*

Item[62a] [sermone VIII. de ieiunio decimi mensis.]

Huius obseruantiae utilitas, dilectissimi fratres[63b], in ecclesiasticis precipue est constituta ieiuniis, que ex doctrina sancti Spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiae omnibus sit asscripta temporibus. Siquidem ieiunium uernum in quadragesima, estiuum in pentecosten, autumpnale in mense septimo[64], hiemale in[65c] hoc, qui est decimus, celebremus[66d], intelligentes diuinis nichil esse uacuum preceptis, et uerbo Dei ad erudicionem nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines quasi per quatuor euangelia incessabili tuba[67] discimus quod et predicamus, et agimus[68e].

II. Pars. Gratian. *Primum uero mensem, quartum, septimum*[69], *et decimum, non Ebreorum ratione debemus accipere, sed nostra. Primus enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, et preterea in quinto mense, qui est Augustus, que fuerit eis causa ieiunii, Ieronimus supra Zachariam*[70f] *exponit, dicens*[71]:

C. VII. *Quare in supradictis*[72] *mensibus ieiunia lex inperauit*[73].

Ieiunium quarti, et ieiunium quinti, et ieiunium septimi, et ieiunium decimi subaudiatur[74a] mensis[75] domui Iudae et Ierusalem in dies festos uertetur in[76b] gaudium[77c]. Hoc[78d] loco nostrorum[79] multi multa dixerunt inter[80e] se dissonantia. §. 1.[81f] Cogimur igitur ad Ebreos recurrere, et scientiae ueritatem de fonte magis quam de riuulis querere. §. 2.[82g] Ieiunium quarti mensis, qui apud Latinos uocatur Iulius, die septimo et decimo[83h] eiusdem mensis illud arbitramur[84i], quando descendens Moyses[85] de monte Synai[86] tabulas legis abiecit atque confregit[87], et iuxta Ieremiam[88] muri primum rupti sunt ciuitatis. In quinto[89] mense, qui apud nos[90k] uocatur[91l] Augustus, cum propter exploratores terrae sanctae seditio esset orta in populo, iussi sunt non ascendere montem, sed per quadraginta annos longis[92] a terra sancta[93] circumire dispendiis, ut exceptis duobus, Caleph[94] et[95] Iosue, omnes in solitudine caderent. In hoc mense et a Nabuchodonosor[96], et multa post secula a Tito et Vespasiano templum Ierosolimis incensum est atque destructum; capta urbs[97] Bethel, ad quam multa milia confugerant Iudeorum[98m]. In septimo uero, qui apud nos appellatur October, occisus[99n] est Godolias, et Iudae tribus, ac Ierusalem reliquiae dissipatae sunt[100o]. Mense[101p] decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quod ianua anni sit atque principium), Ezechiel[102] in captiuitate positus audiuit et cunctus populus captiuorum, quinto mense templum esse subuersum, quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne, quod dicitur, dies planctus et ieiuniorum, quos hactenus habuistis in luctum, sciatis[103q] (quia cogitaui, ut benefaciam Ierusalem[104] et domui Iuda) uobis[105r] in leticiam et gaudium et solempnitates esse uertendos; ita dumtaxat, si ueritatem diligatis et pacem. Iuxta anagogem[106], quia tunc ieiunamus, quando[107] sponsus aufertur a nobis, et non meremur eius habere presentiam, cum[108] reuersus fuerit ad nos Dominus, et cogitauerit, ut benefaciat nobis, omnis tristicia uertetur in gaudium, et fames pristina sermonis Dei presencia doctrinarum eius et celestis panis saturitate conpensabitur[109s].

III. Pars. Gratian. *Non autem uidentur ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem pentecostes. A die enim dominicae resurrectionis usque in diem pentecostes non inducuntur ad*[110t] *obseruanda*[111] *ieiunia.*

Unde Ambrosius in eiusdem diei sermone [LXI.,] *qui sic incipit*[112]:

[C. VIII.][113a]

Scire debet sanctitas uestra*[114]: „*Per hos quinquaginta dies nobis est*[115] *iugis et continuata festiuitas, ita ut hoc*[116] *omni tempore neque ad obseruandum*[117] *indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum*[118] *genibus succedamus*[119].“ *Et infra:* §. 1. „*Ad*[120b] *instar ergo dominicae resurrectionis*[121c] *tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, et omnes isti dies uelud dominici deputantur. Resurrectio enim dominica*[122] *est. In*[123d] *dominica resurgens*[124] *saluator reuersus ad homines est, et post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus conuersatus*[125e] *est. Equalis*[126] *ergo eorum*[127] *necessarium est*[128f] *ut sit*[129g] *festiuitas, quorum equalis est*[130h] *et sanctitas*[131i]. *Non igitur ieiunamus in*[132] *quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus conmoratur*“[133]. *Idem*[134k] *in apologia Dauid:* „*Hunc numerum (quinquagesimum uidelicet) leti celebramus post Domini passionem, remisso culpae totius debito, cyrographoque*[135l] *euacuato*[136], *ab omni nexu liberi, et suscipimus aduenientem in nos gratiam sancti Spiritus; die pentecostes uacant ieiunia*[137m], *laus dicitur Deo*[138], *Alleluia cantatur.*“

[Gratian.] *Necessario ergo ecclesia constituit, ut post diem pentecostes ieiunia celebrentur. Sed quod in illis quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur, ex obseruantiae*[139] *necessitate intelligitur.*

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXVI. c. 5. b) coelos c) necessario d) festivitatum e) inordinata f) praesumsit — c. 6. a) Idem b) fratres: *deest* c) hiem. autem in d) celebramus e) praedicemus et agamus f) in commentariis ad cap. 8. Zachariae — c. 7. a) ἀπὸ κοινοῦ enim subauditur b) et c) gaud.: veritatem tantum Deus quaerit et pacem d) In hoc e) et inter f) *ante* §. 1. *interiicit.*: Et paucis interiectis: g) *ante* §. 2.: Et paulo post h) septima et decima i) arbitrantur k) Latinos l) appellatur m) Iud.; aratum templum in ignominiam gentis oppressae a Tito Annio Rufo n) octob., sicut supra diximus, occis. o) sunt: *deest* p) Legamus Hieremiam. Mense q) sciatis vobis r) vobis: *deest* s) pensabitur t) ad: *deest* — c. 8. a) C. VIII. De eod. b) Ad: *deest* c) resurrect.: *deest* d) Nam in e) commoratus f) est: *deest* g) *et* h) esset i) sanctitas. Sic enim disposuit Dominus, ut, sicut eius passione in quadragesimae ieiuniis contristaremur, ita eius resurrectione in quinquagesimae feriis laetaremur. k) Item l) chirographo quoque m) vacante ieiunio

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * Scire debet: In multis manuscriptis exemplaribus a capite *Ieiunium*, usque ad cap. *Post Pascha*, in aliquot etiam usque ad ultimum, nulla est distinctio capitum. Tanquam enim unico contextu continuentur multae auctoritates a Gratiano citatae. Ideo verba ista: *Scire debet sanctitas vestra*, cohaerent cum extremis verbis Gratiani ad finem praecedentis capitis, atque ita legendum: *Unde Ambrosius in eiusdem diei sermone LXI. qui incipit: Scire debet sanctitas vestra*, ac deinde subiungendum, *Per hos quinquaginta, etc.* Suo enim modo aptavit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambrosium paulo aliter habetur.

Dist. LXXVI. can. 5. 56) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.*; coelo: *Polyc.* 57) et post: *EGH* 58) *ABCDF orig. Polyc.* 59) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 60) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A — Turrecrem. ed. cit. Polyc.* 61) *Codd. coll. o. pr. A — Turrecr. ed. cit.* ‖ can. 6. 62) *ACDF*; it.: *deest: EGH*; — *Sermo* 19. *c.* 2. *Ed. Baller.*; *Polyc.* III, 25, 7. (*can.*: licet nova consuetudo) 63) *Codd. et Edd. coll. o.* 64) septembri: *EGH Ed. Bas.* 65) *Codd. et Edd. coll. o. — Turrecrem. ed. cit. Polyc., ubi seqq. desiderantur et alia sequuntur* 67) incessabiliter (*omissa voce* tuba): *orig.*; *attamen in homiliis Pauli diaconi et in ed. prima opp. Leonis M. legitur ut ap. Gratianum.* 68) *Codd. coll. o. pr. D., ubi legit.* arguimus 69) et septim.: *ACGH* 70) *Codd. coll. o.* ‖ can. 7. 71) *in comm. ad c. 8. Zachar. v. 18. 19. — Polyc.* III, 25, 15. 72) suprascriptis: *ABC* 73) imperat: *AB*; impetravit: *D* 74) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc. —* 75) *abest ab Edd. coll. o. pr. Bas.* 76) *Codd. coll. o.* 77) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 78) *ib.* 79) vestrorum: *Edd. Arg. Bas.* 80) *Codd. coll. o.* 81) *ib. Polyc.* 82) *ib.* 83) *Codd. coll. o.* 84) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Polyc.* 85) *Exod. c.* 32. 86) Sinai: *ADFH* 87) abiecerit .. confregerit: *orig. Polyc.* 88) *Hier. c.* 52. 89) *add.: vero: Edd. coll. o.* 90) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Polyc.* 91) *Codd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 92) longius: *D Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 93) ad terram sanctam: *orig.* 94) *Num. c.* 14. 95) et: *deest: Polyc.* 96) IV. *Reg. c.* 25. *Hier. c.* 39. *et* 41. 97) urbe: *DF Codd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Turrecr. ed. cit. Polyc.* 98) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Polyc.* 99) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 100) *ABCEGH — Hier. c.* 52. 101) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit. Polyc.* 102) *Ezech. c.* 33. 103) *Codd. coll. o.* 104) Israel: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 105) *Codd. coll. o.* 106) anagogen: *EG Polyc.* 107) cum: *EGH*; — *Ioann. c.* 16. 108) cum autem: *EGH* 109) *Codd et Edd. coll. o.* 110) *Codd. coll. o. pr. C* 111) observandum: *ADEG* ‖ can. 8. 112) *Tribuitur Sermo iste Maximo Taurinensi, Bibl. Patr.* (*Ed. Lugd.*) VI, 29. — *in Codd. coll. o. Gratiani dictum continuatur* 113) *Codd. coll. o.* 114) *add.*: quae: *H*; quod: *EG* 115) esse: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 116) *add.*: quidem in: *EGH* 117) neque observanda: *GH*; neque observandum: *E* 118) Dominum: *AD Edd. coll. o.* 119) succidamus: *orig.* 120) *Codd. et Edd. coll. o.* 121) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* 122) *add.*: dies: *Edd. coll. o.* 123) *Codd. coll. o.* 124) enim resurg.: *DEGH* 125) *ABEGH Turrecr. ed. cit.* 126) aequalis eorum; ergo: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 127) add.: dierum: *EH Edd. Lugdd.* II. III. 128) *Codd. coll. o.* 129) *ib.* 130) *Codd. et Edd. coll. o.* 131) *ib.* 132) *add.*: hac: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 133) commoratus est: *Edd. coll. o.* 134) *Codd. coll. o. pr. A — in Apol. David c.* 8, 135) *Codd. et Edd. coll. o. — cf. Coloss. c.* 2. 136) vacuato: *orig.* 137) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 138) *add.*: et oratio: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 139) cogente: *EGH* ‖

Unde[140a] *in eiusdem diei sermone* [LX.,] *qui sic incipit:*

[C. IX.][141b]

Nosse credo uos fratres:* „*Non*[142] *minore leticia celebramus diem pentecostes, quam sanctum diem pascae*[143c] *curauimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, uigilias*[144] *celebrauimus, orationibus pernoctanter*[145d] *instituimus: unde necesse est, similem*[146] *obseruantiam similis leticia subsequatur.*"

[Gratian.] *Obseruantia uero*[147] *similis*[148e] *quod ad factum, non quod ad*[149f] *necessitatem.*

Item[150a] *Ysidorus* [lib. I. de ecclesiasticis offitiis, cap. 42.]:

[C. X.][151b]

„*Post pasca usque ad pentecosten, licet traditio ecclesiarum abstinentiae rigorem prandiis relaxauerit, tamen si quis*[152c] *monachorum uel clericorum*[153] *ieiunare cupit*[154d], *non sunt prohibendi, quia et*[155e] *Antonius et Paulus et ceteri Patres antiqui etiam in*[156f] *his diebus in heremo leguntur abstinuisse, neque soluisse abstinentiam*[157], *nisi tantum die dominico.*"

[C. XI.][158a]

Item Ieronimus ad Lucinum[159b], [ep. XXVIII.][160]

„*Utinam omni tempore ieiunare possemus*[161], *quod in Actibus apostolorum diebus pentecostes et die dominico apostolum*[162] *Paulum et cum eo credentes fecisse legimus. Nec*[163c] *hoc dico, quod festis*[164d] *diebus ieiunandum putem, et contextas*[165] *quinquaginta*[166] *diebus ferias et solempnitates*[167e] *auferam; sed unaqueque prouincia habundet in suo sensu, et precepta maiorum leges apostolicas arbitretur.*"[168]

C. XII. *Sabato magno post horam baptismatis episcopus ualet ordinari.*

Item Pelagius[169a] *Petro Episcopo Potentino*[170].

Dilectionis tuae scripta suscepimus, quibus[171] significas[172], Latinum ecclesiae Grumentinae diaconem ad episcopatum Marcellianensis[173b] ecclesiae siue Clusitanae[174] ab omnibus fuisse electum, quod iam ante hoc tempus retulistis[175c]; et iussimus, ut ueniret, credentes eos de persona eius[176d] ab episcopo suo dimissoriam[177e] accepisse[178]. Quod[179] si modo feceruut, facite eum uelociter ad urbem Romam occurrere, ut, si Deus iusserit, in magno sabato post horam baptismi ordinetur. Quia[180f] si ante memoratum diem non occurrerit[181], cogetur[182] usque ad quarti mensis ieiunia sustinere[183].

DISTINCTIO LXXVII.

GRATIANUS.

His temporibus secundum Anacletum, Zepherinum[1], *Gelasium et Pelagium episcopi, presbiteri et*[2] *diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem papam*[3a] *ex presbiteris eiusdem ecclesiae uel ex diaconibus optimus*[4] *ordinetur. Ex monachis autem uel laicis nullus nisi per gradus ecclesiae ad summum sacerdotium debet peruenire.*

Unde Gelasius[5a] *Papa:*

C. I. *Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium aspiret.*

Illud[6] nos[7] statuentes uobis et omnibus seruare[8] mandamus, ut ad ordines[9] ecclesiasticos sic accedant[10b] in ecclesia, qui ordinari merentur[11]: id est, si quis episcopus esse meretur, sit primo[12c] hostiarius, deinde[13] lector, preterea[14d] exorcista, inde sacretur acolitus, demum[15] uero subdiaconus, deinde diaconus, et postea presbiter, exinde[16e], si meretur, episcopus ordinetur[17].

Item[18a] *Zosimus Episc. urbis Romae ait* [ad Hesychium, epist. I. cap. 3.][19]:

C. II. *Que interualla temporis in singulis gradibus sint obseruanda*[20b].

In singulis gradibus hec tempora sunt obseruanda, si ab infantia* ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, ut[21] inter lectores et exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolitus uel subdiaconus quatuordecim[22] annis fiat, et sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat, in quo ordine quinque annis, si inculpate gesserit[23c], adherere[24d] debebit. Exinde suffragantibus stipendiis[25], per tot gradus datis propriae fidei documentis, sacerdotium[26e] poterit promereri, de quo loco, si eum exactior uita ad bonos mores perduxerit, summum pontificatum sperare debebit. §. 1.[27f] Defensores etiam[28] ecclesiae, qui ex laicis fiunt[29], supradicta obseruatione teneantur, si meruerint[30g] in ordine esse clericatus.

C. III. *De eodem.*

Item Siricius Papa [ad Himerium Tarraconensem, epist. I. cap. 9.][31]

Quicumque itaque[32] se ecclesiae[33] uouit[34a] obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari et lectorum

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXVI. c. 9. a) Unde idem Ambrosius b) C. IX. De eodem c) sanctum pascha d) pernoctantes e) simil. dicitur f) quoad fact., non quoad — c. 10. a) Unde b) C. X. De eodem c) qui d) cupiunt e) et: *deest* f) in: *deest* — c. 11. a) C. XI. De eodem b) Lucinium c) Et infra: Nec d) dominicis e) et solem: *deest* — c. 12. a) Pelag. Papa b) Marcellionenis c) retulisti d) eiusdem e) dimissorias f) Quod — Dist. LXXVII. a) papam: *deest* — c. 1. a) Unde Gaius Papa Felici Episcopo, ep. un. in extr. b) ascendant c) primum d) postea e) et exinde — c. 2. a) Unde b) servanda c) se gesserit d) haerere e) presbyterii sacerdot. f) *ante* §. 1. *addit.:* Et infra: g) meruerunt — c. 3. a) voverit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Nosse credo: Idem evenit in hoc capite, quod in superiore evenisse notatum est. Cohaeret enim cum superioribus, prima sermonis periodo quasi in summam redacta.

Dist. LXXVII. C. II. * Si ab infantia: Prior haec huius capitis pars summatim refertur. Integer locus sic habet: *Si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores usque ad vigesimum aetatis annum continuata observatione perduret. Si maior iam et grandaevus accesserit, ita tamen, ut post baptismum statim se divinae militiae desideret mancipari, sive inter lectores, sive inter exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolythus vel subdiaconus quatuor annis, et sic ad benedictionem, etc.* At sane in uno etiam pervetusto Gratiani codice, et apud Rabanum, lib. I. cap. 13. de institut. cleric. legitur: *quatuor annis*, non: *quatuordecim*. Sed ob glossam nihil mutatum additumve est.

Dist. LXXVI. can. 9. 140) *Codd. et Edd. coll. o. — in Codd. coll. o. hic canon cum anteriore cohaeret.* 141) *Codd. coll. o.* 142) quod non: *CE;* quia non: *Ed. Bas.* 143) *Codd. coll. o.* — diem s. p. celebrare c.: *Edd. coll. o.* 144) vigiliam: *EGH* 145) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 146) ut similem: *CDEGH;* similis obs. similem laet. subsequ.: *orig.* 147) vero: *deest: AEGH* 148) *Codd. coll. o.* 149) *BDF;* quod: *EGH* || can. 10. 150) *Codd. coll. o., ubi (pr. D) hic canon cum antecedente cohaeret — in Ed. Areval. lib.* I. *c.* 43. 151) *Codd. coll. o.* 152) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 153) *add.:* vel laicorum: *Edd. coll. o.* 154) *add.:* sive etiam devotarum vel viduarum religiosarum: *orig.* 155) *Codd. coll. o. pr. BF; orig.* 156) *Codd. coll. o.* 157) ieiunium: *orig.* || can. 11. 158) *Codd. coll. o., ubi (pr. D) hic quoque canon cum prioribus cohaeret.* 159) *CDEGH;* Lucium: *A;* Lucianum: *B Böhm.* 160) *Ep.* LXXI. *c.* 6. *Ed. Migne scr. ao.* 385.; *Ans.* IV, 44. (*can.:* illud breviter; *in Cod. Vatic. deest*); *Polyc.* III, 23, 1. (*ut ap. Ans.*) 161) possimus: *orig. Polyc.* 162) apost.: *deest: Ans.* 163) *Codd. coll. o.* 164) *ABEFGH Turrecr. ed. cit. Ans. Polyc.;* festivis: *CD Edd. coll. o. Corr.* 165) *add.:* id est intersertas solempnitates: *C* 166) sexaginta: *orig.* 167) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecr. ed. cit.* 168) arbitrentur: *D Ed. Nor. Turrecr. ed. cit.;* arbitremur: *H Edd. Ven.* I. II. *Lugdd. Par.* || can. 12. 169) *ABF* 170) *Ep. Pelagii* II. *scr. int. a.* 578. *et* 590. — *Jaffé no.* 699. — *Ans.* VI, 59. (57.); *Polyc.* II, 25, (28), 4. (Gelasius) — *cf. Dist.* LXIII. *c.* 14. 171) in quib.: *DGH Ans.* 172) significastis: *EGH* 173) *Codd. coll. o. pr. A* (Marcelliensis) 174) Cusilitanum: *AE;* Cusultanensis: *H;* Consilitinatium: *Ans.;* Consilinatium: *Polyc.;* Clusitanum *Ed. Arg. etc.* 175) *BCDEGH Turrecr. ed. cit. Ans.* 176) *ACDF Ans. Polyc.;* eadem: *EGH* 177) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 178) impetrasse: *Polyc.* 179) Unde vel nunc, sicut dicis, eum concorditer ab omnibus (universis: *Polyc.*) electum, et nihil ei sacri canones contradicunt, et ab episcopo eius dimissoriam accipiunt (acceperit: *Polyc.*), facite etc.: *Ans. Polyc.* 180) *Codd. coll. o. pr. D Ans. Polyc.* 181) occurrerint: *Polyc.* 182) coguntur: *ib.* 183) *Codd. coll. o. pr. D;* subsistere: *Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd. — Böhm.*

Dist. LXXVII. Pars. I. 1) et Zeph.: *AB* 2) et: *deest: EG* 3) *Codd. coll. o.; add.:* vel: *AB* 4) optimis: *AB; deest: F* || can. 1. 5) *Codd. coll. o. pr. F* (Gaius) *Turrecr. ed. cit.;* Item Gel.: *EG; Caput Pseudoisid. Ep. Gaii c.* 7. *concinnatum secundum libr. pontifical.; Coll. tr. P.* I, 26, 2. *Polyc.* II, 26, 1. (*can.:* de episcop. vero; *contin.*) 6) illud tamen: *Coll. tr. P. Polyc.* 7) nunc: *Polyc.* 8) observare: *ib.* 9) omnes ordin.: *EGH Edd. coll. o.* 10) *Codd. coll. o. Turrecr. ed. cit. orig. Coll. tr. P.* 11) qui ordinantur: *EGH* 12) *Codd. coll. o. pr. H* (idem); *Coll. tr. P. Polyc.;* prime: *orig.* 13) idem: *H* 14) *BF orig. Coll. tr. P.* 15) deinde: *Edd. coll. o.* 16) *Codd. coll. o. Polyc.* 17) *in EG add. dictum Gratiani:* Temporum quoque intervalla servari debent in ordinationibus. || can. 2. 18) *ABC* 19) *scr. ao.* 418. *in Leon. M. Opp.* III, 264. (*Ed. Baller.*); — *Jaffé no.* 131. — *Ans. ded.* IV, 14. (*can.:* haec autem singulis); *Ans.* VII, 49. (*ut in Ans. ded.*) 20) *Codd. coll. o.* 21) ut: *deest: orig. Ans. ded.;* et: *Ans.; seqq. non consonant cum verbis orig. et Coll. Ans. ded.* 22) quatuor: *orig. Ans.* 23) *Codd. coll. o.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded. Ans.* 25) dispendiis: *Ans.* 26) *Codd et Edd. coll. o.;* ad sacerdot.: *AB* 27) *Codd. coll. o.* 28) autem: *C;* etiam: *deest: orig.* 29) fuerint: *DEGH* 30) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. ded. Ans.* — tamen meruer.: *EGH* || can. 3. 31) *Ep. scr. ao.* 385. *c.* 9. *in Leon. M. Opp. ed. Baller.* III, 246. — *Jaffé no.* 65. — *Ivo Decr.* VI, 91 *sq.; Coll. tr. P.* I, 36, 10. 11. 32) itaque: *deest: Ivo* 33) ecclesiis: *Coll. tr. P.* 34) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ivo Coll. tr. P.;* voluerit: *Edd. Par. Lugdd.*

debet ministerio sociari; qui ab accessu adolescentiae[35] usque ad trigesimum[36b]* etatis annum si probabiliter uixerit, una tantum, et ea, quam uirginem communi per sacerdotem benedictione percepit, uxore contentus, acolitus et subdiaconus esse debebit[37], postquam[38c] ad diaconii gradum (si se ipsum primitus, continentia preeunte, dignum probauerit) accedat. Ubi si ultra** quinque annos laudabiliter ministrauerit, congrue presbiteratum[39d] consequatur. Exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hec tempora integritas suae[40e] uitae ac[41] fidei eius fuerit approbata. Qui uero iam etate grandeuus, melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram miliciam peruenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore statim lectorum aut[42] exorcistarum numero societur, si tamen eum[43] unam habuisse uel habere, et hanc uirginem accepisse constet uxorem. Qui, dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud[44] acolitus et subdiaconus fiat, et sic ad diaconatum[45], si per hec tempora dignus iudicatus fuerit, prouehatur. Exinde iam accessu temporum presbiterio uel episcopatui, si eum plebis ac[46] cleri euocauerit[47] electio, non inmerito societur.

C. IV. *De eodem.*

Item ex Sexta Sinodo, [c. 15.][48].

Subdiaconus non minor uiginti annorum ordinetur. §. 1. Si quis uero in aliquo ordine[49] sacerdotali preter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

C. V. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi III. [c. 4.][50]

Placuit, ut[51] ante uiginti quinque annos etatis nec diaconi ordinentur[52], nec uirgines consecrentur[53], et ut lectores[54] populum non salutent.

C. VI. *Minoribus XXV. annis leuitiea non prestetur benedictio.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 16. et 17.][55]

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quam[56] uiginti quinque annorum penitus non committat. §. 1. Sane si coniugati iuuenes consenserint[57] ordinari, etiam uxorum uoluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa[58], posteaquam pariter conuersi fuerint, ordinentur. §. 2. Presbiterum[59] uero[60] uel episcopum ante triginta annos, id est antequam ad uiri perfecti etatem perueniat[61], nullus[62a] metropolitanorum ordinare presumat, ne per etatem (quod aliquociens[63] euenit) aliquo errore culpetur[64b].

C. VII. *De eodem.*

Item ex Concilio Toletano IV. [c. 20.][65]

In ueteri lege ab anno uicesimo et[66a] quinto Leuitae tabernaculo[67b] seruire iubentur[68c], cuius auctoritatem in canonibus et[69] sancti Patres secuti sunt. Nos et diuinae legis, et praeceptorum canonum[70d] inmemores, infantes et pueros Leuitas facimus ante legitimam etatem, aut[71e] experientiam uitae; ideoque ne ulterius fiat a nobis, et diuina[72] lege, et canonicis[73] ammonemur sententiis, sed[74f] a[75] uicesimo quinto anno[76g] etatis suae[77h] Leuitae consecrentur, et a tricesimo[78i] presbiteri ordinentur.

C. VIII. *Per que interualla temporum ordinetur qui de monachis in clericatum eligitur.*

Item Gelasius [Papa ad Episcopos per Lucaniam, epist. I. cap. 3.][79]

Si quis de religioso proposito et[80] disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit[81a], inprimis eius uita[82b] acta inquiratur[83c], si nullo graui facinore probatur infectus; si secundam fortasse non habuerit[84d] uxorem, nec a marito reiectam[85e] sortitus ostenditur[86f*].

[C. IX.][87a]

Idem [eodem capite et sequenti][88b].

Monachus* uero[89] nouitius morum honestate fulcitus[90c], continuo lector, uel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat[91] acolitus, maxime si huic etiam[92] etas suffragatur; sexto mense subdiaconi nomen accipiat, ac si modestae conuersationis honestaeque uoluntatis existat[93d], nono mense diaconus, conpletoque anno sit[94] presbiter; cui tamen, quod[95] annorum fuerant interstitia collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur[96e] prestitisse deuotio. §. 1. Si uero laicus[97] quispiam ecclesiasticis est aggregandus offitiis, tanto sollicitius in singulis, que superius conprehensa sunt, huiusmodi[98] decet examinare[99f] personam[100], quantum inter mundanam religiosamque uitam esse constat discriminis, quia utique conuenientia ecclesiae ministeria deputanda[101g] sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda[102], tantoque magis quod sacris aptum possit esse seruitiis in eorum querendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerint[103h] assequenda[104i], decerpitur, ut morum hoc habere doceatur probitas, quod prolixior consuetudo non contulit, ne per occasionem supplendae penuriae cleri-

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXVII. c. 3. b) vigesimum* c) posteaque d) presbyterium e) suae: *deest* — c. 6. a) perv., et diaconus ante viginti quinque, nullus b) culpentur — c. 7. a) et: *deest* b) in tabernaculo c) mandantur d) conciliorum praecepti e) aut f) ut g) viginti quinque annis h) suae: *deest* i) triginta — c. 8. a) accedat b) praeteritis acta c) temporibus inquiratur d) ostenditur, si poenitentiam* publicam fortassis non gessit, nec ulla corporis parte vitiatus apparet; si servili aut originariae non est conditioni obnoxius; si curiae iam probatur nexibus absolutus; si assecutus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarii possit implere ministerium. — c. 9. a) C. IX. De eodem b) Item c) fulcitur d) exsistit e) doceatur f) examinari g) reparanda h) fuerant i) haec asseq.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LXXXVI. can. 22. 196) *Codd. coll. o.* 197) *Codd. coll. o. — in commentariis ad Galatas c.* 6. *v.* 2.; *lib.* 3. *c.* 6. 198) spiritualis: *Codd. coll. o. pr. AB* 199) *ABCDF;* adimplebit: *orig.* 200) *Codd. coll. o.* || can. 23. 201) *Ep.* 44. *scr. ao.* 603. *lib.* XIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1529. — *Coll. tr. P.* I, 55, 15. (*can. contin.*) — *cf. c.* 2. *qu.* 7. *C.* XV. 202) *Codd. coll. o.* 203) igitur: *orig. Coll. tr. P.* 204) facile: *deest: Coll, tr. P.* 205) incendat: *ib.* || can. 24. 206) *Codd. coll. o.* 207) *Codd. coll. o. pr. A, ubi* sol. *deest* 208) provectus: *EGH* 209) *Ep.* 1. *scr. ao.* 598. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1156. — *Burch.* I, 197. (*can.:* praedicator omnipotentis); *Ivo Decr.* II, 78.; *ib.* V, 312. (*ut ap. Burch.*); *Coll. tr. P.* I, 55, 17. 210) *add.:* autem: *Ivo Coll. tr. P.* 211) *Codd. coll. o.* 212) *ABCF Burch. Coll. tr. P.* 213) praesentiam: *Burch.* 214) exar. eius: *deest: Coll. tr. P.* 215) eius: *EGH* 216) quae poenae debeant: *C;* poena debuit: *Burch. Ivo Decr,* V. 217) *Codd. et Edd. coll. o.* 218) *Codd. coll. o.* 219) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* dum esset choralis i. e. regionarius: *Ivo Decr.* V. 220) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr.* V. 221) *ABCDF Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr.* V.; resipiscere: *EGH* 222) miser.: *deest: orig. Burch. Ivo Decr.* V. 223) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Decr.* V. 224) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.;* compesce: *Ivo Decr.* V. 225) *Codd. coll. o.;* enim: *Ivo Decr.* V. 226) *Codd. et Edd. coll. o.* 227) *add.:* tua: *EGH* 228) *Codd. coll. o.* 229) consiliis: *Burch. Coll. tr. P.* 230) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 231) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 232) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr.* II. V. *Coll. tr. P.* 233) humanitatis: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 234) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr.* V. *Coll. tr. P.* 235) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* II. || can. 25. 236) *Ex Nov. Iustiniani* 123. *c.* 11.: *Ans. ded.* II, 299.; *Burch.* I, 202. (ex d. Bonifacii Papae); *Ivo Decr.* V, 316. 237) *DF; rubrica deest: ACGH; in BCE legitur:* de eodem 238) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded. Ivo* 239) percutere: *orig.* 240) sacerd. est: *Ans. ded.* 241) velit quaerere: *EGH* || can. 26. 242) *hab. ao.* 451.; *vers. Hisp. — Coll. tr. P.* II, 10, 3.; *versio Dionys.: Ans. ded.* II, 165.; *Burch.* II, 145.; *Ivo Decr.* VI, 218.; *cf. Reg.* I, 234. 243) numerantur: *AB* 244) *Codd. coll. o. pr. D* 245) in: *Hisp. Coll. tr. P.* 246) *Codd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 247) numerantur: *EGH* 248) *ABDEFGH Edd. coll. o. Hisp.;* aliarum: *C;* maiorum: *Coll. tr. P.* 249) conditiones: *AC* 250) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* negotiorum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 251) suscipiant: *Hisp. Coll. tr. P.* 252) *Codd. et Edd. coll. o.* 253) a ministeriis sa.: *Hisp. Coll. tr. P.* 254) se ipsos: *ib.* 255) occurrunt: *EGH;* concurrant . . . suscipiant: *Hisp. Coll. tr. P.* 256) earum: *Coll. tr. P.* 257) *Codd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 258) *add.:* et universalis: *ACD Edd. coll. o.* 259) eorum: *Coll. tr. P.* 260) non episcopum: *ib.* 261) se miscere: *Hisp.* 262) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.* 263) et ad: *EGH* 264) *Codd. coll. o.* 265) *Codd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 266) statuta: *Coll. tr. P.* 267) ecclesiae: *ib.* 268) correptioni: *DF Hisp. Coll. tr. P.*

Dist. LXXXVII. can. 1. 1) *Ep. scr.* 492—96 *ap. Thiel p.* 500. — *Jaffé no.* 409. — *Coll. tr. P.* I, 46, 32. 2) *Codd. coll. o.* 3) in: *deest: EGH* 4) *add.:* patrocinium: *EGH;* denegare: *Edd. coll. o.* 5) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 6) et: *deest: ABD* ||

C. II. *De eodem.*

Idem Anastasio Episcopo[7].

Desolatis propriae defensionis auxilio, et qui suis actibus prodesse[8a] pro etatis infirmitate non possunt, exoratum decet pontificem subuenire, quia pupillis* tuicionem etiam diuinitas iussit inpendi. Et ideo Maximo et Ianuario clericalis offitii (qui se solatiis[9b] parentum uel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione prestabis, ut aduersus inprobitates aduersariorum suorum protecti tuae executionis[10] annisu noxia commenta non sentiant.

C. III. *De eodem.*

Idem[11] *Leontio et Petro Episcopis*[12].

Quisquis in negociis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, prona nos conuenit animositate prestare.

C. IV. *De eodem.*

Idem Honorio Episcopo[13].

Diuinae retributionis memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam sollicitudinem non negare.

C. V. *Tueatur ecclesia, quos in sui defensione suscepit.*

Idem Fortunato Episcopo[14].

Irreligiosum prorsus et execrabile[15] iudicamus, si quisquam[16]* uel extraneus[17a] in sua[18] tuicione susceptos non omni fide et tota animi sui educauerit sanctitate. Ac cum Olimpius diaconus dilectionis tuae Felicis atque[19b] Olimpii suggeratur auunculus, eosque paruulos tutelae uice susceperit nutriendos, ultra latrocinium esse iudicamus, quod eos[20] bonusculis[21c] parentum (sicut asserunt) reliquit extorres, alia retinendo, alia contra leges et iura uendendo[22].

C. VI. *Confugientes ad ecclesiam extrahere*[23] *non licet.*

Item ex Concilio Aurasico [I. c. 5. et seqq.][24]

Eos, qui ad ecclesiam confugerint[25], tradi non oportet[26a], sed loci sancti[27] reuerentia et intercessione defendi. §. 1. Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus[28] crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima dampnatione feriatur[29]. §. 2. In ecclesia[30] quoque[31] manumissos, et[32] per testamentum ecclesiae commendatos si quis in seruitutem uel obsequium, uel ad colonariam conditionem reuocare[33] temptauerit, animaduersione ecclesiastica coherceatur[34].

C. VII. *In libertate ecclesia tueatur libertos*[35].

Item ex Concilio Agatensi, [c. 29.][36]

II. Pars. Libertos legitime a dominis suis factos[37], ecclesia, si necessitas exegerit[38], tueatur; quod[39a] si quis ante audientiam aut[40] peruadere, aut expoliare presumpserit[41], ab ecclesia repellatur.

C. VIII. *A sacerdotibus defendantur liberti, qui in seruitutem reuocantur*[42a].

Item ex Concilio Tolletano IV. [c. 72.][43]

Liberti, qui[44] a quibuscumque[45] manumissi sunt, atque[46b] ecclesiae patrocinio commendati existunt, sicut regulae antiquorum Patrum constituerunt[47], sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, seu[48c] in peculio, quod habere noscuntur.

C. IX. *Expositos defendat ecclesia, si quis eorum calumpniator*[49] *extiterit.*

Item ex Concilio Tolletano[50a].

III. Pars. Si expositus ante ecclesiam cuiuscumque sit[51b] miseratione collectus, contestationis ponatur epistola[52c], ut[53] si is, qui collectus est, intra decem dies quesitus agnitusque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sane, qui post predictum tempus calumpniator extiterit, ut homicida ecclesiastica districtione dampnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

DISTINCTIO LXXXVIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Prohibentur ergo clerici cupiditatis*[1] *negocia suscipere, non pietatis curam uiduis et orphanis inpendere.*

Unde Melciades Papa[2]*:

C. I. *De eodem.*

Decreuit sancta[3] sinodus, nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut negociis secularibus se miscere[4], nisi propter curam aut pupillorum aut orphanorum aut[5a] uiduarum, aut si forte episcopus ciuitatis ecclesiasticarum rerum sollicitudinem eum[6b] habere precipiat. Ubi patet[7c], quia alia sunt negocia secularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in seculo erat, cum crebro intraret tabernaculum, et exiret, qui intus contemplatione rapiebatur[8d], foris infirmantium negociis[9] urgebatur[10e]? Sic[11] et Iacob ascendentes et descendentes angelos uidit, quia rectores[12f] ecclesiae non

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXXVII. c. 2. a) adesse b) solatio — c. 5. a) extraneos b) et c) bonisculis — c. 6. a) oportere — c. 7. a) quos — c. 8. a) ne in servit. revocentur b) et c) sive — c. 9. a) Arelatensi II. c. 32. b) fuerit c) ponat epistolam — Dist. LXXXVIII. c. 1. a) cur. pupill. et orph. ac viduar. b) eum: *deest* c) liquido patet d) raptus e) urgebatur? Et infra f) videlicet rectores

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LXXXVII. C. II. * Pupillis: In codicibus impressis sequebatur: *et viduis*, quae voces expunctae sunt, quia absunt a plerisque vetustis. Et quae antecedunt ac sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis.

C. V. * Quisquam: In vulgatis codicibus sequitur vox: *clericos* quae in aliquot manuscriptis, et apud Ivonem non habetur, ideoque sublata est. Non enim hic clericos cum laicis, sed extraneos cum sanguine iunctis comparat.

Dist. LXXXVIII. C. I. * Melchiades: Caput hoc habetur in scripto de primitiva ecclesia et munificentia Constantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus continenter sequitur post decreta Melchiadis, (quamvis in recentioribus concilium Neocaesariense sit interpositum), et ex illa coniunctione fortasse factum est, ut hoc quoque scriptum olim decretis Melchiadis adnumerari solitum esset, quum tamen in eo de Nicaeno concilio, et aliis, quae post Melchiadem gesta sunt, mentio fiat, quod ex capite *Ad futuram.* infra 12. quaest. 1. apparet.

Dist. LXXXVII. can. 2. 7) *Ep. scr.* 492—96. *ap. Thiel p.* 500. — *Jaffé no.* 407. *Richtero ep. scripta esse videtur ad Anastas. Lucerinae eccl. in Beneventana Neapolitanorum provincia episcopum, cuius mentio fit ab ipso Gelasio ap. Baluzium Miscell.* I, 5. — *Thiel p.* 67. *econtra contendit Anastas. non episcopum fuisse sed solummodo clericum. — Coll. tr. P.* I, 46, 40. 8) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.;* sibi prodesse: *Ed. Bas.* 9) *ABEFGH Ed. Bas. orig. Coll. tr. P.;* solatii: *D* 10) excusationis: *AB* || can. 3. 11) item: *ACD* 12) *Ex Ep. Gelasii ex qua can.* 2. *sumtus est ap. Thiel p.* 500. — *Coll. tr. P.* I, 46, 44. || can. 4. 13) *Ep. scr.* 492—96. *ap. Thiel p.* 499. — *Jaffé no.* 406. — *Coll. tr. P.* I, 46, 53. || can. 5. 14) *scr.* 492—96. *ap. Thiel p.* 501. — *Jaffé no.* 408. — *Ivo Decr.* VI, 109.; *Coll. tr. P.* I, 46, 49. 15) execrabilem: *ADEFH* 16) *add.:* destitutos: *EGH; add.:* clericus: *Edd. Arg. Bas.* 17) *ABCDF Coll. tr. P.* 18) sui: *EGH orig.* 19) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 20) eos: *deest: AB* 21) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 22) retinendo: *AB* || can. 6. 23) trahere: *EFGH* 24) *hab. ao.* 441. *ap. Bruns.* II, 122.; *Ans. ded.* X, 51. 52.; *Burch.* III, 195.; *Ivo Decr.* III, 112.; *Coll. tr. P.* II, 26, 4. 5. 6. *cf. C. Arelat.* II. *c.* 30. *ap. Bruns* II, 134. *Regino Appdx.* I, 20. *Raban. Poenit. c.* 22. 25) confugiunt: *BEGH Coll. tr. P.* 26) *Codd. et Edd. coll. o. orig.;* debere: *Ans. ded. Burch. Ivo* 27) sancti: *deest: orig. Ans. ded. Burch. Ivo* 28) confugientium: *Coll. tr. P.* 29) *finis canonis: Burch. Ivo* 30) *Ivo Decr.* III, 154.; *Ivo Pan.* II, 84. 31) quoque: *deest: Hisp. Ans. ded. Coll. tr. P.* 32) vel: *orig. Hisp. Ans. ded.* 33) imprimere: *orig. Hisp. Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.* 34) coercebitur: *Hisp. Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.* || can. 7. 35) *add.:* factos: *AB* 36) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 152.; *Ivo Decr.* III, 159.; XVI, 51.; *Ivo Pan.* II, 82.; *Coll. tr. P.* II, 28, 27. 37) suos factis: *orig.* 38) fuerit: *AC;* fuerit vel exegerit: *Ed. Bas.;* necesse fuerit: *Ivo Decr.* XVI. 39) *BEGH Hisp. Ivo Decr.* III. XVI. *Coll. tr. P.* 40) aut.: *deest: Ivo Decr.* III. 41) voluerit vel praes.: *Ivo Decr.* XVI. || can. 8. 42) *Codd. coll. o.* 43) *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 240. *Ans. ded.* X, 55. *Reg.* I, 370.; *Burch.* III, 186.; *Ivo Decr.* XVI, 52.; *Ivo Pan.* II, 83.; *Coll. tr. P.* II, 37, 29. — *Ivo Decr.* VI, 246. *a Corr. et R. immerito laudatur.* 44) qui: *deest: BEGH Ivo Decr. Pan.* 45) lib. quicunque: *Ivo Decr.;* lib. quibuscunque: *Ivo Pan.* 46) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ans. ded. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 47) sicut . . . constit.: *deest: Reg.* 48) *ABCD orig. Hisp. Reg. Coll. tr. P.* || can. 9. 49) alienator: *AB* 50) *Codd. coll. o. — imo c.* 51. *Concil. Arel.* II. *hab. i. a.* 442. *et* 506. (*cf. supra ad Dist.* XVIII. *c.* 12.) *ap Bruns* II, 136. — *Burch.* III, 201.; *Ivo Decr.* III, 253.; *Polyc.* III, 13, 4. (*sine inscr. sed canon antecedens ex c. Tolet. sumtus est.*) *cf. C. Vasense* I. *hab. ao.* 442. *c.* 9. 10. 51) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc. sed in A et Polyc. legitur:* ponatur ecclesia 53) et: *orig.*

Dist. LXXXVIII. Pars. I. 1) *add.:* causa: *EGH* || can. 1. 2) *Ep. Pseudois. c.* XIV. XV. *ap. Hinschius* 248. *Coll. tr. P.* I, 31, 7. 3) supradicta: *Coll. tr. P.* 4) immiscere: *AF Edd. coll. o.;* permiscere: *EGH* 5) *Codd. et Edd. coll. o.;* cur. pup. et orph. aut: *orig. Coll. tr. P.* 6) *Codd. et Edd. coll. o.* 7) *ib.* 8) *Codd. et Edd. coll. o.* 9) infirmitatum negotio: *A;* infirmantium negotio: *Edd. coll. o.* 10) *Codd. coll. o. — seqq. desunt in Coll. tr. P., ubi alia sequuntur.* 11) sed: *Edd. coll. o.* 12) *Codd. et Edd. coll. o.*

solum contemplando[13g] ascendunt[14h], sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et dum[15i] sacerdotes horum facta imitantur, et se custodiunt, et subditorum onera portant.

C. II. *De eodem.*

Item Gelasius [Papa ad Episcopos per Lucaniam, c. 17.][16]

Consequens est[17], ut illa quoque, que de Piceni[18] partibus nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non pretereunda putaremus[19], id est, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et turpibus lucris inminere[20], nullo pudore censentes[21a] euangelicam lectionem, qua[22] ipse Dominus negotiatores ex[23b] templo uerberatos asseritur[24c] expulisse, nec Apostoli[25] uerba recolentes, quibus ait[26]: „Nemo militans Deo inplicat se negociis secularibus[27];" psalmistam quoque Dauid surda dissimulantes aure, cantantem[28]: „Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias[29] Domini." Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac questibus nouerint abstinendum, et ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio cupiditateque[30d] cessandum, aut, in quocumque gradu sint positi, mox a clericalibus[31] offitiis cogantur abstinere[32], quoniam domus Dei[33] domus orationis et esse debet et dici, ne per[34] offitia negotiationis potius[35] sit latronum spelunca.

C. III. *In[36] sacris ordinibus constituti, seculares curas assumere non debent[37a].*

Item ex [Septimo] *canone Apostolorum*[38].

Episcopus, aut sacerdos[39b], aut diaconus nequaquam seculares[40] curas assumant[41c]; sin aliter, deiciantur[42d].

C. IV. *Episcopus secularibus causis non debet occupari.*

Item Gregorius Romano Defensori, [l. VIII. ep. 11.][43]

Perlatum est ad nos, reuerentissimum fratrem nostrum Basilium episcopum uelud unum de laicis[44] in causis secularibus[45] occupari, et pretoriis inutiliter obseruare[46a]. Que res quoniam et ipsum uilem reddit, et reuerentiam sacerdotalem adnichilat, statim ut experientia tua hoc preceptum susceperit, ad[47b] reuertendum eum districta[48] executione conpellat, quatinus ei illic[49] te insistente quinque diebus sub qualibet excusatione inmorari non liceat, ne, si quolibet modo eum ibidem amplius[50] moram habere permiseris, cum ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis.

C. V. *Testamentorum tuicionem et curam familiaris rei episcopus non suscipiat*[51].

Item ex Concilio Cartaginensi IV. [c. 18.][52].

Episcopus tuicionem testamentorum non suscipiat.

[C. VI.][53a]

Item ex eodem, [c. 20.][54]

Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed[55] lectioni et orationi et uerbo predicationis[56b] tantummodo uacet.

[C. VII.][57a].

Item ex eodem, [c. 17.][58]

Episcopus gubernationem uiduarum et[59] pupillorum ac[60] peregrinorum non per se ipsum, sed per archipresbiterum aut archidiaconem[61b] agat.

C. VIII. *Ratiociniorum causas[62] clericus non debet assumere[63a].*

Item Gregorius Quertino[64] prefecto[65b], [epist. 30. lib. X.]

Inutile et ualde laboriosum est, hominem litteratum ratiociniorum[66] causas assumere, et in eis, quod[67] non expedit, se obligare.

C. IX. *Fugiendus est clericus negotiator*[68].

Item Ieronimus [ad Nepotianum de uita clericorum][69].

Negotiatorem clericum, ex[70a] inope diuitem et[71b] ex ignobili gloriosum, quasi quasdam pestes[72c] fuge.

C. X. *Clerico negotiari non licet.*

Item Augustinus in libro questionum ueteris et noui testamenti, [cap. 127.][73]

Fornicari hominibus[74a] semper non licet, negotiari uero aliquando licet, aliquando non licet[75]; antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari; facto iam non licet.

[PALEA[76].

C. XI. De eodem.

Item Iohannes Chrysostomus super Matthaeum (id est auctor operis imperfecti, hom. XXXVIII. ad c. 21. Matth.)[77*]

Eiciens Dominus uendentes et ementes de templo, significauit, quia homo[78] mercator uix aut[79] numquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut, si uoluerit esse, proiciatur de ecclesia Dei, dicente Propheta[80]: „Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini." Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere uolens et se commendare[81], sine maliloquio[82] esse non potest (necesse est enim, ut isti male loquatur[83] de illo, et illi male[84] de isto), sic qui emit et uendit sine[85] mendacio et periurio esse non potest. *Et paucis interiectis*[86]: §. 1. Sed[87] est nec stabilis substantia eorum, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim, si triticum aut aliud[88] tale cernas in cribro, dum huc et illuc iactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt, et tandem in cribro nichil remanet, nisi stercus[89] solum[90]: sic de substantia negotiatorum nouissime nil remanet, nisi solum peccatum. §. 2. Sed omnes homines[91] uidentur esse mercatores; ostendam ergo, quis[92] non

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXXVIII. c. 2. g) Deo contemplando h) superna appetunt i) Domini — c. 2. a) cernentes b) e c) flagellis asseritur d) vel cupiditate — c. 3. a) constitutus . . non debet b) presbyter c) assumat d) deiiciatur — c. 4. a) deseruire b) ita ad — c. 6. a) C. VI. De eodem b) orationi, verbi Dei praedicationi — c. 7. a) C. VII. De eodem b) per archid. — c. 8. a) suscipere b) expraefecto — c. 9. a) et ex b) et: *deest* c) quandam pestem — c. 10. a) omnibus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * Haec Palea (quemadmodum et sequens) est in aliquot vetustis exemplaribus, in quibus Paleae raro habentur. Est autem sumta ex auctore operis imperfecti (cuius multae sententiae partim reiiciendae, partim in bonam partem interpretandae sunt) et quidem multis locis de industria, quod ibi plenius, hic in summam redactum est, incolumi fere sententia. Quamobrem ea tantum mutata aut locupletata sunt, quae valde conducere visum est. Quod etiam in sequenti capite est observatum.

Dist. LXXXVIII. can. 1. 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) *ib.* 15) *ib. orig.* || can. 2. 16) *scr. ao.* 494. *ap. Thiel p.* 371. *c.* 15. — *Jaffé no.* 391. — *Polyc.* IV, 31, (32,) 32. 17) fuit: *orig. Polyc.* 18) Picenis: *D Edd. coll. o. — Böhm.* 19) putamus: *EGH* 20) inhiare: *Edd. coll. o.* 21) *ABCDF Edd. coll. o. Polyc.*; recensentes: *EGH* 22) quia: *Polyc.* 23) *Codd. coll. o.*; a: *Polyc.* 24) *Codd. et Edd. coll. o.* 25) apostolica: *BCDEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 26) II. *Tim. c.* 2. *v.* 4. 27) *add.*: ut ei placeat cui se probavit: *AB* 28) *Psalm.* 70. *v.* 16. 29) potentiam: *EGH* 30) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 31) secularibus: *EFGH* 32) *finis canonis: B* 33) Domini: *EGH* 34) per: *deest: orig. Polyc.* 35) et potius: *Polyc.* || can. 3. 36) in: *deest: AB* 37) *Codd. coll. o.* 38) *ap. Hefele Conc. Gesch.* I, 776. *Ans. ded.* II, 61.; IV, 54.; *Ans.* VI, 153. 39) *Codd. et Edd. coll. o.* 40) seculi: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded.* II. *Ans.* 42) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* || can. 4. 43) *Ep.* 10. *scr. ao.* 599. *lib.* X. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1293. — *Ans. ded.* II, 252.; *Ans.* VI, 179. (186.) *Caes.* IV, 68. 44) ultimis: *orig. Ans. ded.* 45) in caus. saec.: *deest: orig. Ans. ded.* 46) *BCDF orig. Ans. ded.*; obseruire: *A Ans.*; occupari: *EGH* 47) *Codd. et Edd. coll. o.* 48) distr.: *deest: Ans., sed exstat in Cod. Vatic.* 49) illicite insist.: *AD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; et illic te: *Ans.* 50) ampl.: *deest: Ans. ded.* || can. 5. 51) habeat: *C*; episcopi . . suscipiant: *ABF* 52) *Statt. eccl. antiq.* (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) *ap. Bruns* I, 143. *Coll. tr. P.* II, 18, 17.; *Polyc.* IV, 5, (6,) 6. || can. 6. 53) *BCD* 54) *c.* 3. *Statt. eccl. ant.* (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) *ap. Bruns* I, 143. — *Coll. tr. P.* II, 18, 19. *Polyc.* IV, 5, (6,) 7. 55) sed ut: *Coll. tr. P.* 56) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 7. 57) *ABDEFGH* 58) *c.* 7. *Statt. eccl. antiq.* (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) *ap. Bruns* I, 143. *Coll. tr. P.* II, 18, 16.; *Polyc.* IV, 5, (6,) 5. 59) aut: *Polyc.* 60) et: *CDEGH*; aut: *Hisp. Polyc.* 61) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.*; vel: *Hisp.* || can. 8. 62) causam: *EGH* 63) *Codd. coll. o. pr. D.* 64) Quercino: *ACF*; Quarcino: *EFGH*; Quartano: *D* 65) *ABCD*; *Ep.* 27. *scr. ao.* 602. *lib.* XII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1460 66) ratiocinationum: *CD*; ratiocinosorum: *EGH* 67) quae: *EG* || can. 9. 68) *add.*: quasi pestis: *A*; clericum negotiatorem fugias: *B* 69) *scr. ao.* 394. *c.* 5. 70) *ABCDF* 71) *Codd. coll. o.* 72) *Codd. coll. o. pr. D* || can. 10. 73) *c.* 127. *prope finem — Ivo Decr.* VII, 26.; *Ivo Pan.* VIII, 89.; (*can. in utroque cont.*); *Caes.* X, 59. 74) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 75) licet: *deest: EGH* || can. 11. 76) *Haec Palea deest: ABEFGH; in F in marg. manu posterioris saeculi superaddita est.* 77) *opus apocryphum; cf. Berard.* III, 157. 78) homo: *deest: CDF Edd. coll. o.* 79) vix aut: *deest: ib.* 80) *Psalm.* 70. *v.* 56. 81) et se commend.: *deest: CDF Edd. coll. o.* 82) alloquio mali: *DF Edd. coll. o.* 83) loquantur: *CDF* 84) *add.*: loquatur: *orig.* 85) sic mercator sine: *CDF Edd. coll. o.* 86) et pauc. interi.: *deest: CDF* 87) Sed (Et: *Edd. Arg. Bas.*) substantia talium stabilis esse non potest: *CDF Edd. coll. o.* 88) aliquid: *CDF Ed. Bas.* 89) palea: *C* 90) solum: *deest: CDF Edd. coll. o.* 91) hom.: *deest: ib.* 92) qui: *CDF*

est negotiator, ut qui talis non fuerit, eum intelligas esse negotiatorem. Quicumque rem conparat, non ut ipsam rem integram[93] et inmutatam uendat, sed ut materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiator; qui autem[94] conparat rem, ut illam ipsam integram et inmutatam dando[95] lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei[96] eicitur. §. 3. Unde super omnes mercatores plus maledictus est usurarius; ipse namque rem datam a Deo uendit, non conparatam, ut mercator, et[97] post fenus rem suam repetit, tollens aliena cum suis, mercator autem non repetit rem uenditam. §. 4. Adhuc[98] dicit aliquis: Qui agrum locat, ut agrariam[99] recipiat[100], aut domum[101], ut pensiones recipiat[102], nonne[103] est similis ei, qui pecuniam dat ad usuram? Absit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem usum[104] disposita est, nisi ad emendum; secundo, quoniam agrum habens, arando[105] accipit ex eo fructum, habens domum, usum mansionis[106] capit ex ea. Ideo qui locat agrum uel domum, suum usum dare uidetur, et pecuniam accipere[107], et quodammodo quasi commutare[108] uidetur cum lucro lucrum; ex pecunia reposita nullum usum capis. Tertio ager uel domus utendo[109] ueterascit. Pecunia autem cum fuerit mutuata, nec minuitur, nec ueterascit. §. 5. „Et mensas nummulariorum subuertit[110].“ Pecunia spiritualiter homines intelliguntur, quia sicut nummus habet caragma Cesaris, sic homo habet[111] caragma Dei. Et quemadmodum[112] solidus[113], qui non habet caragma Cesaris, reprobus est, ita et[114] homo, qui non ostendit in se[115] imaginem Dei, reprobus estimatur[116]. Unde Ysaias[117] dicebat[118] ad Ierusalem: „Pecunia tua reproba est[119], caupones tui miscent uinum cum aqua, etc.“ Ideo ergo mensas nummulariorum euertit, significans, quia in templo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, id est, qui Dei imaginem, non diaboli[120], portant. Aut certe mensas nummularioum[121] sacerdotum dicit scripturas. Nouo enim testamento succedente priori, euersae sunt scripturae illorum.]

[P A L E A[122].

C. XII. *De eodem.*

Item ex uerbis Augustini, (hinc inde collectis, et in summam redactis ad Psal. LXX. uers. Quoniam non cognoui.)[123]

„Quoniam non cognoui litteraturam:“ Aliqui codices habent „negotiationes:“ in quo diuersitas interpretum sensum ostendit[124], non errorem inducit. Ergo si propterea iste tota die laudem[125] Dei dicit, quia non cognouit[126] negotiationes, corrigant se[127] Christiani, non negotientur. Sed ait mihi[128] negotiator: Affero ex longinquo merces, mercedem laboris mei, unde uiuam, peto: „dignus[129] est operarius[130] mercede sua.“ De mendacio, de periurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Possem enim dicere[131], tanto[132] emi, tanto uendam: si placet, eme. Quomodo ergo reuocas[133] a negotiatione? omnes artifices mentiuntur, sutores, agricolae. Vis, ut optem carum tempus, ut possim uendere annonam, quam seruaui? sed non hoc faciunt, inquis[134], agricolae boni, nec illa negotiatores boni. Quid enim? etiam et filios habere malum est, quia[135], quando eis caput dolet, malae et[136] infideles matres ligaturas[137] sacrilegas et incantationes querunt? Omnia ista hominum, non rerum peccata sunt. Quere ergo, episcope[138], (dicit[139] mihi negotiator) quomodo Psalmistam intelligas, et noli me prohibere a negotiatione: negotiatio enim me non facit malum, sed iniquitas mea et mendacium[140] meum. Queramus ergo negotiatores, qui presumunt gloriari ex suis operibus, si[141] sunt contra illam gratiam, quam hic Psalmista commendat, ut nemo de suis operibus glorietur. Et sicut contra medicos superbos salutis pollicitatores[142] uigilat hoc[143], quod dictum est[144]: „Tota die salutem tuam[145],“ sic contra negotiatores de[146] operibus suis gloriantes uigilat hoc[147], quod dictum est[148]: „Os meum annunciabit iustitiam[149] tuam.“ Unde et Dominus expulit illos[150] de templo, uolentes suam iustitiam statuere et ignorantes iustitiam Dei. Merito dictum[151] negotium, quia negat otium, quod malum est, neque querit ueram quietem[152], que est Deus.]

[P A L E A[153].

C. XIII. De eodem.

Item Cassiodorus in eundem Psalmum LXX. in eundem uersiculum[154].

Quid est aliud negotium[155], nisi que possint[156] uilius conparari[157] carius uelle distrahere? *Et infra*[158]: Negotiatores ergo illi abhominabiles existimantur[159], qui iustitiam Dei[160] minime considerantes per inmoderatum pecuniae ambitum polluuntur, merces suas plus periuriis onerando[161] quam preciis. Tales eiecit[162] Dominus de templo, dicens: „Nolite[163] facere domum patris mei domum negotiationis.“]

C. XIV. *Nomine sacerdotis careat, qui Dei ministros a suis euocat*[164 a] *offitiis.*

Item Cyprianus [ad Clerum et plebem Furnitanorum, lib. I. epist. 9.][165]

II. Pars. Neque apud altare Dei merentur[166 b] nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes et ministros uoluerint[167 c] auocare[168]. Et ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio a sacerdotibus datam Geminum[169 d] Faustinum presbiterum ausus sit tutorem constituere, apud uos ob dormicionem eius non[170 e] fiat oblatio, aut aliqua deprecatio pro[171 f] nomine eius frequentetur in ecclesia, ut sacerdotum decretum religiose aut[172 g] necessarie factum seruetur a nobis.

DISTINCTIO LXXXIX.

GRATIANUS.

I. Pars. *Domui*[1 a] *quoque suae oportet*[2 b] *bene esse prepositum, ut quedam inde quodammodo futurae dispensationis argumenta assumantur*[3 c]. *In dispensatione uero ecclesiae hanc regulam obseruandam nouerit, ut nulli quantumlibet*[4] *exercitatae personae duo simul offitia committat, neque secularibus uiris res ecclesiasticas gubernandas committat*[5].

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXXVIII. c. 14. a) avocat b) meretur c) voluit d) Geminium e) non est, quod pro dormitione eius apud vos f) pro: *deest* g) et — Dist. LXXXIX. Pars I. a) Domus b) oportet episcopum —

Dist. LXXXVIII. can. 11. 93) ut ita integr.: *CDF Edd. coll. o.* 94) vero: *CDF* 95) vendendo: *CDF Edd. coll. o.* 96) Dei: *deest: CD* 97) et: *deest: CDF* 98) adhuc: *deest: CDF Edd. coll. o.* 99) agrum: *C* 100) accipiat: *CDF Edd. coll. o.* 101) donum: *Ed. Arg.* 102) accipiat: *CDF Ed. Bas.* 103) non: *C* 104) ad aliq. us: *deest: CDF Edd. coll. o.* 105) ad arandum: *C* 106) pensionis: *F Ed. Bas.* 107) et pec. accip.: *deest: CDF Edd. coll. o.* 108) quodammodo mutare: *CDF* 109) ut: *deest: CDF Edd. coll. o.* 110) Pecunia .. subvertit: *deest: ib.* 111) hab.: *deest: ib.* 112) sicut: *ib.* 113) nummus: *DF Edd. coll. o.* 114) et: *deest: CDF Edd. coll. o.* 115) in se: *deest: D Edd. coll. o.* 116) rep. estim: *deest.: CDF Edd. coll. o.* 117) *Es. c. 1. v. 22.* 118) dicebat: *deest: CD;* ait: *F Edd. Arg. Bas. Nor.* 119) Pecunia .. est: *deest: CDF Edd. coll. o.* 120) *add.:* imaginem: *CDF* 121) *add.:* id. est: *CDF Edd. coll. o.* || can. 12. 122) *Haec Palea deest: ABEFGH; in C invenitur in textu; in D cum antecedente coniuncta est, in F manu posterioris saeculi in marg. scripta.* 123) Item August.: *DF;* It. Aug. Psalm. 70.: *C — cf. Berard.* III, 226. 124) diversitatem interpretum ostend.: *C* 125) iste propterea assidue laudem: *CDF Edd. Bas. Nor. Ven.* I. II.; propter assiduam laudem: *Edd. coll. rel. pr. Arg., in qua verba:* ergo . . . dicit *omissa sunt* 126) cognovi: *CDF Edd. coll. o.* 127) corr. se: *deest: CDF Edd. coll. o.* 128) mihi: *deest: CDF;* ipse: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 129) *Luc. c. 10. v. 7.* 130) enim operar.: *C;* mercenarius: *DF Edd. coll. o.* 131) nam poss. dicere: *CDF* 132) *add.:* sed: *ib.* 133) *add.:* me: *CDF Edd. coll. o.* 134) inquit: *Edd. coll. o.* 135) boni. Est peccatum habere filios quia: *CDF Edd. coll. o.* 136) malae et: *deest: ib.* 137) *add.:* eis: *CDF* 138) ep.: *deest: F Edd. coll. o.* 139) *add.:* ipse: *Edd. coll. o. pr. Lugd.* III. 140) peccatum: *C* 141) si: *deest: DF;* et sunt: *C* 142) superbe pollicitantes salutem: *CDF* 143) hic: *Ed. Bas.* 144) *Psalm. 70. v. 15.* 145) salutare tuum: *CDF Edd. coll. o.* 146) de: *deest: ib.* 147) hoc: *deest: CDF* 148) *Psalm. 70. v. 15.* 149) laudem: *DF Edd. coll. o.* 150) dom. eiecit eos: *CDF;* eiecit illos: *Edd. coll. o.* 151) dict. est: *C* 152) quer. vitam: *C* || can. 13. 153) *Haec Palea deest: ABEFGH; in C exstat in textu, in D cum anteced. coniuncta est, in F manu posterioris saeculi in marg. scripta.* 154) It. Cass. in eodem psalmo: *CDF* 155) negotiatio: *C orig.* 156) possit: *CD;* possunt: *orig.* 157) constare: *orig.* 158) et inf.: *deest: CDF* 159) aestimantur: *C orig.* 160) domini: *orig.* 161) honorando: *CD* 162) eicit: *C* 163) *Ioann. c. 2. v. 16.* || can. 14. 164) *Codd. coll. o.* 165) *scr. ao. 249. Ep. I. in ed. Corp. SS. eccl. lat. — Ivo Decr.* VI, 393. *a Corr. et R. citatur; sed ibi exstat quidem canon ex eadem epistola sumtus, minime tamen nostro respondens.* 166) *Codd. et Edd. coll. o.* 167) *BF Ed. Bas.;* levitas voluerunt: *A;* voluerunt: *EGH;* volunt: *CD Edd. coll. rel.* 168) evocare: *BEGH;* avocari: *orig., sed* avocare *est in varietate lectionis.* 169) *Codd. et Edd. coll. o.* 170) *Codd. et Edd. coll. o.* 171) *ACDEGH;* frequenter: *A* 172) *ABDF Edd. coll. o.*

Dist. LXXXIX. Pars. I. 1) *Codd. coll. o.* 2) *ABCDF — I. Tim. c. 3. v. 2.* 3) *BDEGH* 4) *add.:* in: *EGH* 5) viris eccl. gub. tradat: *A;* res eccl. tradat: *B* ||

Unde Gregorius scribit omnibus Episcopis*[6]:

C. I. *Uni personae duo non committantur*[7] *offitia.*

Singula ecclesiastici iuris offitia singulis quibusque personis singillatim[8a] committi iubemus[9]. Sicut[10] enim[11] in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita in[12] ecclesiae corpore[13] secundum[14] ueridicam Pauli sententiam in uno eodemque spirituali corpore[15b] conferendum est hoc offitium uni[16c], alii committendum est illud, neque enim[17d] quantumlibet[18] exercitatae uni personae uno tempore duarum rerum offitia committenda sunt[19]: quia si totum corpus oculus[20e], ubi auditus[21]? Sicut enim uarietas membrorum per diuersa offitia et robur corporis seruat, et pulcritudinem representat, ita uarietas personarum diuersa[22] nichilominus distributa[23] offitia et fortitudinem et uenustatem sanctae Dei ecclesiae manifestat. Et sicut indecorum est, ut in corpore humano alterius fungatur offitio alterum membrum, ita nimirum noxium simulque turpissimum[24], si[25] singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

C. II. *Quilibet episcopus uicedominum et yconomum habeat.*

Item Gregorius Antemio Subdiacono, [lib. IX. epist. 66.][26]

II. Pars. Volumus, ut frater noster Pascasius et[27] uicedominum sibi ordinet et maiorem domus, quatinus possit uel hospitibus superuenientibus, uel causis, que eueniunt[28], idoneus et paratus existere. Si uero negligentem[29a] eum prospicis, uel[30b] ea, que dicimus[31c], inplere differentem, omnis eius clerus adhiberi debet, ut communi consilio ipsi[32] eligant[33], quorum personae ad ea, que prediximus[34] ualeant ordinari.

Gratian[35d*]. *Offitium uicedomini est episcopium*[36e] *disponere.*

Unde Gregorius[37] *Clementinae Patriciae*, [lib. I. epist. 11.] *post alia*[38]:

C. III. *Quid*[39a] *sit offitium uicedomini.*

Diaconum uero Anatholium, quem ad uos dirigi[40] poposcistis, hoc nos facere non posse, causae magis modus quam rigoris auctoritas[41b] facit. Vicedominum enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopium[42] commisimus disponendum.

C. IV. *De eodem.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 26.][43*]

Quia[44] in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos peruenit, sine yconomo episcopi res ecclesiasticas tractant, placuit, omnes ecclesias habentes[45] episcopos etiam[46] yconomos[47a] habere de proprio clero, qui gubernent[48b] res ecclesiae cum arbitrio sui episcopi, ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, neque[49c] ex hoc eueniat[50] res eiusdem ecclesiae dispergi, et sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si uero quis hoc[51] non obseruauerit, diuinis subiaceat[52] regulis.

C. V. *Secularibus uiris res ecclesiasticae non committantur.*

Item Gregorius[53] *Iohanni*[54a] *Carolitano*[55b] *Episcopo*, [lib. VII. epist. 66.]

Indicatum est nobis, quod laicis quibusdam curam uestri patrimonii[56] commiseritis[57], qui postmodum in rusticorum uestrorum depredationibus atque ex fatigationibus[58c*] fuerunt[59d] deprehensi[60e]. Quod si ita est, districte a uobis discuti conuenit, atque inter eos ecclesiaeque uestrae rusticos causam examinare subtilius. Et quicquid fraudis[61f] inuentum fuerit, cum pena legibus statuta reddere conpellantur. De cetero uero cauendum est a fraternitate uestra, ne secularibus uiris atque sub regula uestra[62g] non degentibus cuiuslibet res ecclesiae[63h] committantur, sed probatis de offitio uestro clericis, in quibus, si quid reperiri poterit prauitatis, ut in subditis emendare quod illicite gestum fuerit ualeatis: quo[64**] uidelicet apud uos habitus sui offitium magis conuenienter amministrent, quam accusent[65].

III. Pars. Gratian. *Propinquis, uel etiam fauore sibi coniunctis, ecclesiastica offitia committere*[66i] *non audeat.*

Unde in Tolletano Concilio X. [c. 3.][67a]:

C. VI. *Ecclesiastica episcopus non committat offitia propinquis uel fauore coniunctis*[68].

Decenter omnibus placet, in[69b] presenti tale rescindere factum, et non esse de cetero faciendum. Quicumque igitur[70] pontificum deinceps aut sanguine propinquis, aut fauore personae[71c] quibuscumque[72d] deiunctis[73e] talia lucra commendare[74] temptauerit, ad[75] suum nefandae presumptionis excidium[76] et quod iussum fuerit deuocetur in irritum, et qui ordinauerit[77] annuae excommunicationi subiaceat[78]. Que uero ablata fortasse fuerint[79], ab eo, qui tulit[80f], reddantur in duplum.

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXXIX. c. 1. a) singulatim b) spiritu alii confer. c) uni: *deest* d) enim: *deest* e) est oculus — c. 2. a) et negligentem b) et c) diximus d) Gratian. Hinc* colligi potest archidiaconi electionem a cuncto clero, si episcopus negligens vel differens fuerit canonice fieri posse. — c. 3. a) Quod b) austeritas — c. 4. a) oeconomum b) gubernet c) et — c. 5. a) Ianuario b) Caralitano c) fatigationibus* d) fuerit e) deprehensi, et reddere res, quas indecenter retinent habitas quasi suae ditionis, quippe vestrae non suppositi curationi, postponat, vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. f) in eis fuerit fraud. inv. g) nostra h) ecclesiasticae; (cuiuslibet: *deest*) i) episcopus committ. — c. 6. a) Tolet. X. legitur b) et in c) personis d) quibuscunque sibi e) coniunctis f) tulerit

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. LXXXIX. C. I. * Gregorius: Caput hoc a collectoribus ita citatur, quasi sint verba alicuius epistolae B. Gregorii. Verum a Ioanne Diacono l. 2. vitae eiusdem S. Pontificis, num. 54. sic referuntur: *Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim committi debere dicebat; asserens, quia sicut in uno, etc.* Ex eo autem nonnulla sunt emendata.

C. II. * Hinc: Verba haec usque ad vers. *Officium,* absunt a plerisque vetustis exemplaribus.

C. IV. * Hic idem canon refertur infra 16. quaest. 7. c. *Quoniam in quibusdam* ex versione Dionysii. Hic enim est ex prisca [imo Hispanica], quae exstat in collectione Isidori.

C. V. * Atque fatigationibus: In plerisque manuscriptis legitur: *atque exfatigationibus;* in editionibus epistolarum B. Gregorii: *atque per hoc et fatigationibus* [ex fugationibus: Ed. Maur.]: in uno autem vetusto earundem epistolarum codice: *atque per hoc exfugationibus.*

** Quo videlicet: Apud B. Gregorium legitur: *quos apud vos habitus sui magis officium commendet, quam excuset*[65].

Dist. LXXXIX. can. 1. 6) *Ex Ioannis Diaconi Vita Gregorii M. lib.* II. *no.* 54. — *Ans.* VII, 108. (111.) *Ivo Decr.* VI, 344.; *Coll. tr. P.* I, 55, 80.; *Polyc.* IV, 23, (24.) *c. unic.* 7) permittantur: *AB* 8) *Codd. coll. o. orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 9) debere iubebat: *orig. Ans.;* debere iubemus: *Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 10) sicut... neque enim uni: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 11) enim: *deest: orig.* 12) in ecclesia: *Ans.* 13) *add.:* multa membra: *ACH;* multa membra sunt: *G;* membra sunt: *E* 14) veridica ... sententia: *A—Rom. c.* 12. 15) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) *ib. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 18) quantumlib.: *deest: Coll. tr. P.* 19) censemus: *Ivo Coll. tr. P.* 20) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 21) *add.:* est: *Ans.* 22) per diversa: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 23) constituta: *Ed. Bas.* 24) *add.:* est: *CDEGH* 25) si: *deest: DF Coll. tr. P.* || can. 2. 26) *Ep.* 71. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1431. — *Ans.* VI, 145. (142.); *Polyc.* IV, 22, (23,) 2.; *Caes.* V, 79. 27) et: *deest: Polyc.* 28) veniunt: *Ans.* 29) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.;* vel negl.: *Ioann. Diac. lib.* II. *no.* 54. 30) *Codd. coll. o. Ioann. Diac. l. c. Ans. Polyc.* 31) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 32) episcopi: *Edd. coll. o.* 33) eligantur: *BCEH Edd. coll. o.* 34) diximus: *Ans.* 35) *ABCDEGH Ed. Bas.* 36) *ABCDF* || can. 3. 37) *add.:* Papa: *EGH* 38) *Ep.* 11. *scr. ao.* 590. *lib.* I. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 713. — *Ans.* VII, 77. 39) *Codd. coll. o.* 40) dirigere: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 41) *Codd. et Edd. coll. o.* 42) episcopatum: *EGH;* episcopum: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Lugdd. Böhm.* || can. 4. 43) *hab. ao.* 451. *versio Hisp. Coll. tr. P.* II, 10, 25.; *Polyc.* IV, 22, (23,) 1. — *ex prisca vers.: Ans.* VI, 143. (140.); — *Deusded.* IV. *a Corr. et R. citatur sed in ed. coll. nihil nosmet invenimus* 44) quoniam: *Coll. tr. P.* 45) tenentes: *C;* tenentes et habentes: *AEH* 46) et: *Hisp. Coll. tr. P. Polyc.* 47) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P. Polyc.* 48) *ib.* 49) *Codd et Edd. coll. o. pr. C* (ne); *add.:* enim: *D Ed. Bas.* 50) deveniat: *Coll. tr. P.* 51) haec: *ib.* 52) subiacebit: *ABD Edd. coll. o.* || can. 5. 53) *add.:* Papa: *EGH* 54) *Codd. coll. o.* 55) *ABCDFH* — *Ep.* 65. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1220. *Ans.* VI, 146, (143.) 56) patrocinii: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 57) committentes (qui: *deest*): *orig. Ans.* 58) *BDEFGH;* exactionibus: *C;* atque per hoc ex fatigat.: *Ans.* 59) *ABCDF;* fuere: *EGH* 60) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 61) *ib.* 62) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 63) *Codd. coll. o. Ans.* 64) qui: *EGH* 65) magis conveniat quam excuset: *orig. ed. Maur.;* mag. conveniat quam accuset: *Ans.* 66) *ABCDF* || can. 6. 67) *ABF* — *hab. ao.* 656. *ap. Bruns* I, 299. — *Coll. tr. P.* II, 41, 1. 68) *add.:* sibi: *CEFGH* 69) *Codd. et Edd. coll. o.* 70) nam quisquis (igitur: *deest*): *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 71) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 72) *ABCDF; add.:* ei: *GH;* eis: *E* 73) *AB orig. Hisp. Coll. tr. P.* 74) commendari: *orig. Hisp.* 75) et: *Coll. tr. P.;* ausu nefandae: *orig. Hisp.* 76) excid.: *deest: orig. Hisp.* 77) ordinavit: *orig. Hisp.* 78) subiacebit: *A;* excommunicationis ferat excidium: *orig. Hisp.* 79) fuerant: *EGH* 80) *ADEFGH Edd. Arg. Bas. orig. Hisp. Coll. tr. P.*

Gratian. *Porro ipsa offitia quare ita sint distinguenda nec*[81g] *uni personae omnia committenda, ex auctoritate* **Gregorii** *et ex auctoritate*[82a] **Bonifatii** *Papae datur intelligi, qui ait*[83b]:

C. VII. *Graduum et ordinum distributio ecclesiasticam unitatem conseruat**.

Ad hoc dispositionis[84c] prouisio[85d] gradus diuersos et ordines constituit esse distinctos, ut, dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, et potiores minoribus dilectionem inpenderent, uera[86] concordia fieret ex[87e] diuersitate contextio, et recte offitiorum gereretur administratio singulorum. Neque uniuersitas[88f] alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiae ordo seruaret. Quia uero creatura[89g] in una eademque qualitate[90] gubernari uel uiuere non potest, celestium miliciarum exemplar nos instruit, quia dum sunt angeli, sunt[91h] archangeli, liquet, quia[92] non equales sunt, sed in potestate et ordine (sicut nostis) differt[93] alter ab altero.

DISTINCTIO XC.

GRATIANUS.

I. Pars. *Litigiosus quoque prohibetur ordinari, quia qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dissidentium prohibetur recipere, nequaquam litigandi facilitate alios ad discidium debet prouocare.*

Unde in **Cartaginensi Concilio IV.** [c. 59.] *legitur*[1]*:*

C. I. *Clerici discordantes*[2a] *reuocentur ad concordiam uel deiciantur ad concordiam*[3].

Discordantes clericos episcopus uel ratione, uel potestate ad concordiam trahat; inobedientes sinodus per audientiam dampnet.

C. II. *Dissidentium fratrum oblationes*[4a] *in ecclesia non recipiantur*[5].

Item ex **eodem**, [c. 93. et 94.][6]

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario, neque in gazophilacio recipiantur. *Similiter:* §. 1. Dona[7] eorum, qui pauperes obprimunt, a sacerdotibus refutanda sunt[8].

C. III. *Extra ecclesiam esse probatur*[9], *qui pacem cum proximo non habet.*

Item **Ciprianus** [de unitate ecclesiae][10].

Neque ad Cain neque ad munera eius[11a] respexit Deus; neque enim habere paccatum[12] Deum poterat, qui cum fratre non pacem sed[13b] zeli discordiam habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? que sacrificia celebrare se credunt emuli sacerdotum? Secum[14c] esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur hii[15d], qui extra Christi ecclesiam colliguntur? Tales etiamsi occisi in confessione nominis Christi[16e] fuerint, macula ista nec[17] sanguine abluitur. Inexpiabilis[18] et grauis culpa discordiae nec passione purgatur.

C. IV. *Murmurantes a fratrum unitate alieni efficiantur*[19].

Item ex **Octaua Sinodo**[20]*.

Alienus sit a fratrum unitate, qui murmurat, et opus eius[21] abiciatur, qui murmurans** extiterit[22], ne penam murmurantium[23] incurrat, de qua dicit Apostolus[24]: „Neque murmuraueritis, sicut quidam[25] murmurauerunt, et perierunt ab exterminatore.“ Iuxta*** mensuram itaque[26] operis peccator (qui[27a] in hac[28] sententia Apostoli pleniter[29b] declaratur) sacerdotis iudicio peniteat.

C. V. *Corripiantur, qui rixas et contenciones amant.*

Item ex **eodem**[30].

Si quis monachus[31]* contenciones[32] uel[33] rixas amauerit, uel manifestum conuitium intulerit fratri, iuxta arbitrium rectoris modumque peccati diuturna expietur penitentia. *Item*[34]: §. 1. Qui contentiosus aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris tamdiu** peniteat, quamdiu qualitas culpae extat[35].

C. VI. *Dissidentes episcopi ad concordiam redire cogantur.*

Item ex **Concilio Cartaginensi IV.** [c. 25.][36]

Dissidentes episcopos, si non timor Dei, sinodus reconciliet.

C. VII. *De eodem.*

Item ex **eodem**, [c. 26.][37]

Studendum est episcopis[38], ut dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur[39a].

C. VIII. *Non recipiantur dona eorum, qui pauperes obprimunt.*

Item ex **eodem**, [c. 94.][40]

Eorum, qui pauperes obprimunt, dona[41] a sacerdotibus sunt[42] refutanda.

EDITIO ROMANA.

Dist. LXXXIX. c. 6. g) et non — c. 7. a) ex auctor.: *deest* b) sic aiunt c) dispensationis d) divinae propos. e) et ex f) enim univers. g) quaeque creatura h) et sunt — Dist. XC. c. 1. a) discordes deiiciantur vel revocentur ad concord. — c. 2. a) oblationum dona — c. 3. a) neque ad Cain munera respexit Deus b) per c) An secum d) hii: *deest* e) Christi: *deest* — c. 4. a) quod b) plenius — c. 7. a) coerceant

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Caput hoc paene iisdem verbis legitur in epistola Bonifacii II. ad Eulalium, et Gregorii I. ad episcopos Galliarum, l. 4. epist. 52. Sic quoque in aliis epistolis B. Gregorii multa leguntur, quae in scriptis superiorum Pontificum habentur.

Dist. XC. C. IV. * In libello B. Basilii de institutis monachorum Rufino interprete (qui nuper Coloniae cum regula B. Benedicti est impressus) cap. 42. in ultima responsione habetur prima pars huius capitis usque ad vers. *abiiciatur*.

** Qui murmurans: Eiusdem libelli cap. 50. penultima interrogatio sic habet: *Si vero etiam quis murmuret propter escam, quae erga eum sententia servabitur? Resp. Ea, quae circa eos, qui murmuraverunt in deserto; dicit enim Apostolus:* Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore.

*** Iuxta: Haec pars non habetur in eo Basilii loco. Apud Burchardum vero et Ivonem (a quibus citatur ex concilio Mogunt.) sic legitur: *iuxta mensuram opusque peccati, quia in hoc sententia, etc.*

C. V. * Si quis monachus: Hanc priorem partem Burchardus et Ivo citant ex concilio Agathensi, in quo etiam habetur ex codice librorum sexdecim, lib. 5. cap. 22. Abest autem fere ubique, etiam in multis Gratiani exemplaribus, vox *monachus*.

** Tamdiu: Apud Burchardum et Ivonem (qui citant hanc partem posteriorem ex Moguntino; habetur autem in libro sententiarum Patrum, c. 96. ex statutis seniorum) legitur: *ita poeniteat, qualiter culpae qualitas exstat.*

Dist. LXXXIX. can. 7. 81) *ABCDF;* — quomodo sint iuste dist.: *EGH* 82) *ABCDFH — Bonifacii Ep.* II. *ad Eulalium Pseudoisidoro debetur, ap. Hinschius p.*703.; *ipsa verba a Gratiano relata habebis in ep. Greg. M. ad Epp. Galliarum. Ep.* 54. *scr. ao.* 595. *lib.* V. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1005. 83) *ABCDF;* qui sic ait: *deest: EGH* 84) *ACEFGH Pseudois.* 85) *Codd. et Ed. coll. o.* 86) una: *Gregor. Pseudois.* 87) *ABC Gregor. Pseudois.* 88) *Codd. coll. o.* 89) *CDEGH Gregor. Pseudois.* 90) aequalitate: *Gregor. Pseudois.* 91) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Pseudois.* 92) quod: *Gregor.* 93) differunt: *Edd. coll. o.*

Dist. XC. can. 1. 1) legitur: *deest: AB — c.* 48. *Statutt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 147.; (*cf. ad. c.* 9. *Dist.* XVIII.) — *Burch.* II, 215. (*in Cod. Frib.:* 218.) *Ivo Decr.* VI, 290. *Coll. tr. P.* II, 18, 58. 2) *Codd. coll. o.* 3) ad concord.: *deest: ABF* ‖ can. 2. 4) *Codd. coll. o. pr. D* 5) suscipiantur: *AB* 6) *c.* 49. *et* 69. *Statutt. eccl. antiq.* (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) *ap. Bruns* I, 149.; *Reg.* II, 380.; *Burch.* V, 38. *sq. Halitgar.* IV, 31. (*usque ad vocem:* recipiantur); *Ivo Decr.* II, 47. *sq.; Coll. tr. P.* II, 18, 92. *sq.* 7) *cf. infra c.* 8. 8) sunt: *deest: orig. Hisp. Burch. Coll. tr. P.* ‖ can. 3. 9) probantur . . . habent: *AB;* comprobatur: *EGH* 10) *in ed. Goldhorn* (*Lipsiae* 1839) *c.* 13. *et* 14. 11) *Codd. et Edd. coll. o.* 12) peccatum: *B;* placatum: *C Edd. coll. o. pr. Bas. in qua legitur:* neque enim pacem cum Deo habere 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) *ib.* 15) *ABCDFH* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) non: *Edd. Arg. Bas.* 18) *add.:* enim: *Edd. coll. o.* ‖ can. 4. 19) efficiuntur: *EGH* 20) VII. synodo: *EGH — Haec desumta sunt ex libello de institutis monachorum. Basilio tributo c.* 71. *et* 93. *ap. Holsten. Cod. regular.* (*Romae* 1661.) I, 226. 235. *Posterior vero canonis particula pertinet ad primum eiusdem Basilii sermonem de institutione monachorum. — Reg.* I, 166. *sq. Burch.* X, 52. (*can.:* si quis murmurans. Ex C. Mogunt.); X, 52. (*can.:* Apostol. dicit); *Ivo Decr.* XIII, 53. (*can.:* si quis murmur.; ex C. Mogunt.); *Coll. tr. P.* II, 14, 17. (*can.:* oportet infantes) 21) huius: *FGH Coll. tr. P.* 22) *add.:* videat: *Ivo* 23) murmurationum: *Burch.* 24) I. *Cor. c.* 10. 25) *add.:* eorum: *EGH Burch.* 26) opusque peccati: *Coll. citt.* 27) *Codd. coll. o.;* quia: *Burch. Ivo* 28) hoc: *Burch. Ivo* 29) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Coll. tr. P.* ‖ can. 5. 30) *Integra prima pars ex Isidori Hisp. regula monachorum desumta est.* (*c.* 16.) *cf. c.* 5. *regulae eiusd. ab Holstenio editae in Cod. regul. cit.* (*cf. supra c.* 4.) II, 205. *Reg.* I, 161. *Burch.* X, 62. (Ex C. Agath., *ubi similia tantum habentur.*) *Ivo Decr.* XIII, 63. *Coll. tr. P.* II, 14, 23. 31) mon.: *deest: Reg. Burch. Ivo* 32) contemptiones: *EGH* 33) et: *EGH Ivo* 34) *Reg.* I, 162.; *Burch.* X, 53. (Ex Conc. Mogunt.); *Ivo Decr.* XIII, 54.; *Coll. tr. P.* II, 14, 24. 35) exsistat: *BC Ed. Bas.* ‖ can. 6. 36) *c.* 47. *Statutt. eccl. ant. ap. Bruns* I, 144. — (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) — *Reg.* II, 384.; *Burch.* I, 62.; *Ivo Decr.* V, 172.; *Coll. tr. P.* II, 18, 24. ‖ can. 7. 37) *c.* 54. *Statutt. eccl. ant. ap. Bruns* I, 144.; (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) — *Reg.* II, 385.; *ib. Appdx.* III, 29.; *Burch.* I, 101.; *Ivo Decr.* V, 203.; *Coll. tr. P.* II, 18, 25. 38) episcopo: *Reg. Burch. Ivo;* studendum episcopo: *Hisp.* 39) *ABDEGH orig. Hisp. Coll. tr. P.;* hortetur: *Reg. Burch. Ivo* ‖ can. 8. 40) *cf. supra c.* 2. — *Bruns* I, 149.; *Coll. tr. P.* II, 18, 93. 41) donaria: *EGH* 42) sunt: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.* ‖

C. IX. *A cetu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contempnunt.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 31.][43]

Placuit etiam, ut (sicut plerumque fit) quicumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint[44], et[45] ad pacem reuocari diuturna[46] nequiuerint obstinatione[47], a[48] sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere pernitiosa intentione noluerint, de ecclesiae cetu iustissima excommunicatione pellantur.

C. X. *Inediis maceretur acerrimis, qui fratri suo reconciliari non uult*[49a].

Item Fabianus Papa[50].

Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo[51], satisfaciente[52] eo qui contristauerit[53b], acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

C. XI. *Episcopi ad pacem firmiter tenendam uicissim sibi consilium et auxilium prestent*[54].

Item Innocentius II.[55]

II. Pars. Precipimus[56], ut episcopi, ad solum Deum et salutem populi habentes respectum, omni tepiditate seposita[57a], ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium et auxilium prebeant, neque hoc[58] alicuius amore uel odio pretermittant. Quod[59] si quis in hoc Dei opere tepidus fuerit inuentus, dampnum propriae dignitatis incurrat.

C. XII. *Pellendi*[60a] *sunt a communione fidelium, qui sibi inuicem reconciliari nolunt*[61b].

Item Victor Papa [ad Afros, epist. II.][62]

Perlatum est ad sedem apostolicam, aliquos uestrum nocere fratribus[63] uelle, et ut cadant decertare, similiter in sacramentis discrepare, et ob id contentiones et emulationes inter uos fieri, a quibus dissensionibus uos auertere, et in his omnibus concordare, et opem ferre uicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, et[64] uicissim reconciliari non studueritis, ab[65] apostolicae sedis et totius ecclesiae communione uos pelli non dubitetis.

DISTINCTIO XCI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Qui autem turpi lucro uel inhonesto negocio uictum sibi querere prohibetur, de oblationibus ecclesiae stipendia consequatur*[1a]. *Quod si ecclesia ei sufficere non poterit*[2b], *proprio artificio*[3c] *uel agricultura (exemplo Apostoli*[4], *qui de labore manuum uiuebat) sibi necessaria inueniat, ita tamen, ut occasione sui operis uigiliis ecclesiae non desit, quod absque inequalitate sui corporis inpune nulli conceditur.*

Unde Pelagius Papa[5]:

C. I. *Corripiantur clerici, qui offitiis matutinis uel uespertinis se subtrahunt.*

Eleuterius frater et coepiscopus noster queritur, clericos suos sibi[6] contra canones superbire, et id, quod nobis iubentibus facta in scrinio cautione promisit, ut cottidianis diebus uigiliae in eius celebrentur[7a] ecclesia, illis contempnentibus inplere non posse, sed magis unumquemque suis (postposito ecclesiae seruitio) uacare negotiis. Et ideo experientia tua eos, quos tibi esse ostenderit contumaces, debita obiurgatione conpesce, et modis omnibus uigiliis uacare conpelle.

[PALEA[8].

C. II. De eodem.

Item ex Concilio Nannetensi[9].

Presbiter mane, matutinali offitio expleto, pensum seruitutis suae canendo primam, tertiam, sextam nonamque[10] persoluat, ita tamen, ut postea horis conpetentibus et signis designantibus iuxta possibilitatem aut a se, aut a scolaribus[11] publice conpleantur[12]. Deinde peractis horis[13], infirmis uisitatis, si uoluerit[14], ad opus rurale[15] exeat ieiunus, ut iterum necessitatibus peregrinorum et[16] hospitum siue diuersorum commeantium, infirmorum quoque atque defunctorum succurrere possit usque ad statutam horam pro qualitate temporis et opportunitate[17]. *Item*[18] *ex dictis S. Benedicti*[19]: §. 1. Propheta dicente[20]: „Septies in die laudem dixi tibi," qui[21] septenarius sacratus numerus a nobis sic inplebitur[22], si matutinae[23], primae, tertiae, sextae, nonae, uesperae[24] completoriique tempore nostrae seruitutis offitia persoluamus, quia de his dixit Propheta: „Septies in die laudem dixi tibi[25]." Nam de nocturnis uigiliis idem ipse Propheta[26] ait: „Media nocte surgebam ad confitendum tibi[27]." Ergo his temporibus referamus laudes creatori[28] nostro super iudicia iustitiae suae."]

C. III. *Sine offitii detrimento artificiolo sibi clericus necessaria querat.*

Unde in Concilio eodem[29a] *Cartaginensi* [IV., c. 52. et 49.] *legitur*[30b].

Clericus[31] uictum et uestimentum[32] sibi artificiolo[33] uel agricultura, absque offitii sui dumtaxat detrimento, preparet[34c]. §. 1.[35d] Clericus enim[36e], qui absque corpusculi sui[37] inequalitate uigiliis deest, stipendio priuatus[38]* excommunicetur.

C. IV. *De eodem*.*

Item ex eodem, [c. 51. 53. et 48. et 50.][39]

Clericus quilibet[40a] uerbo Dei eruditus artificio[41b] uictum querat[42]. *Item:* §. 1. Omnes clerici, qui ad operandum ualidi[43] sunt, et artificiola, et litteras discant. Qui[44] uero

EDITIO ROMANA.

Dist. XC. c. 10. a) noluerit b) contristavit — c. 11. a) semota — c. 12. a) Expellendi b) noluerint — Dist. XCI. Pars. I. a) consequantur b) potuerit c) artificiolo — c. 1. a) celebrarentur — c. 3. a) Item (eodem: *deest*) b) legitur: *deest* c) paret d) Item: §. 1. e) enim: *deest* — c. 4. a) quantumlibet b) artificiolo

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XCI. C. III. * Privatus: In postrema Coloniensi conciliorum editione legitur: *privetur*. Sed in vetustioribus Coloniensibus, duabus Parisiensibus, exemplaribus duobus huius concilii manuscriptis Vaticanis, et uno Soriensi regio legitur quemadmodum apud Gratianum.

C. IV. * Caput hoc confectum est ex multis capitibus Carthaginensis IV., non suo ordine dispositis.

Dist. XC. can. 9. 43) *hab. ao.* 506.; *Reg.* II, 381.; *Burch.* X, 61.; *Halitg.* IV, 32.; *Ivo Decr.* XIII, 62.; *Coll. tr. P.* II, 28, 29. 44) discesserint: *Reg.;* discesserunt: *Burch.;* dissenserunt: *Coll. tr. P.* 45) ut: *Burch.* 46) diutina: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 47) intentione: *orig. Hisp. Reg. Burch. Halitg.;* contentione: *Ivo* 48) de eccl. coetu citisima excommunicatione pellantur: *Reg. Burch. Halitg.; finis canonis: ib.* || can. 10. 49) *Codd. coll. o.* 50) *Auctor huius capitis incassum quaesitus est. — Jaffé litt. spur. no.* LXXVIII. — *priora tantum verba reperta sunt inter dicta Basilii c.* 4. (*cf. Regul. Basil. v.* 72. *ap. Holsten. l. c.* I, 226.) — *Reg. Appdx.* III, 71.; *Burch.* X, 59.; *Ivo Decr.* XIII, 60. 51) fratri suo: *deest: Reg. Burch. Ivo* 52) satisfactione: *Burch.* 53) *ABCF* || can. 11. 54) *rubrica deest: BC;* de eodem: *A;* damnum propriae dignitatis incurrunt episcopi, qui ad tenendam pacem negligentes existunt: *H;* praebeant: *EG* 55) Inn. Papa: *EG; — hab. ao.* 1139. — *Jaffé pag.* 585. — *cf. Concil. Remense c.* 11. — *cf. Comp.* I. *de treuga et pace c.* 1. *et* X. *h. t. c.* 1. — *Ivo Pan.* VIII, 147. (*can.:* praecipimus etiam) 56) *add.:* enim: *Edd. coll. o. Ivo* 57) *Codd. et Edd. coll. o.;* deposita: *Ivo* 58) hoc: *deest: Ivo* 59) vel: *ib.* || can. 12. 60) *Codd. coll. o.* 61) *Codd. coll. o. pr. D* 62) *Caput Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 130. — *Polyc.* IV, 13, 4. 63) fratres: *orig.* 64) et . . . stud.: *deest: orig., sed exstat in Cod. Dst* 65) et: *Polyc.*

Dist. XCI. Pars. I. 1) *Codd. coll. o. pr. A* (consequitur) 2) *Codd. coll. o. pr. B* 3) *Codd. coll. o.* 4) *Act. c.* 2. || can. 1. 5) *Fragmentum incertum — cf. Berard.* II, 1, 417. — *Ans.* VII, 165. (169.) — *cf. c.* 30. *qu.* 2. *C.* XVIII. 6) sibi: *deest: EGH Ans.* 7) *ABCEGH Ans.* || can. 2. 8) *Haec Palea deest: ABEFGH; in C exstat in textu; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est.* 9) *Auctor huius capitis inventus est Hincmarus Remensis, inter capitula c.* 9. — *Burch.* II, 104.; *Ivo Decr.* VI, 181. — X. *de celebr. miss. c.* 1. *citatur ex Agathensi.* 10) *add.:* vesperamque: *Edd. coll. o.* 11) secularibus: *C;* scholasticis: *Hincm.* 12) compleatur: *Hincm.* 13) missarum solemniis: *ib.* 14) si vol.: *deest: ib.* 15) *add.:* et quod sibi competit: *ib.* 16) et: *deest: ib.* 17) oportunitatis: *CDF Edd. coll. o.* 18) Item: *deest: CDF* 19) *Regul. S. Bened. c.* 16. *ap. Holsten. l. c.* II, 21.; *Reg.* I, 187.; *Burch.* II, 105.; *Ivo Decr.* VI, 182. 20) ut ait propheta: *orig. Reg. — Psalm.* 118. *v.* 164. 21) qui: *deest: C* 22) impletur: *Codd. et Edd. coll. o.* 23) matutini: *ib.;* matutino: *Reg. Ivo* 24) vesperi: *CDF* 25) septies . . . tibi: *deest: Reg. Burch.* 26) propheta: *deest: ib.* 27) *add.:* supra iud.: *C; add.:* etc.: *DE;* ad confit. tibi: *deest: Burch. ubi* etc. *legitur* 28) deo creat.: *Burch.* || can. 3. 29) *ABEGH* 30) *Codd. coll. o. — c.* 29. *et* 35. *Statutt. eccl. ant. ap. Bruns* I, 146. — (*vide ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) — *Burch.* II, 103.; *Ivo Decr.* VI, 180.; *Coll. tr. P.* II, 18, 51. 48. 31) *add.:* quilibet verbo dei eruditus: *Ivo* 32) vestitum: *ADEGH Edd. coll. o. Burch.* 33) artificio: *Hisp. Burch.* 34) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Burch.* (*ubi hic est finis canonis*); *Coll. tr. P.* 35) *Codd. coll. o.* 36) *Codd. et Edd. coll. o.* 37) sui: *deest: EGH* 38) stipend. privetur (et excomm.: *deest:*) *orig.* || can. 4. 39) *c.* 79. 45. 34. 72. *Statutt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 146. (*vide ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) *Burch.* II, 102. (*usque ad* §. 1.); *Ivo Decr.* VI, 179. 180.; *Coll. tr. P.* II, 18, 50. 52. 47. 49. 40) *ABDF Edd. Arg. Bas. Burch.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Burch. Ivo* (*add.:* honesto); *Coll. tr. P.* 42) *finis canonis: Ivo* 43) validiores: *orig.;* invalidi: *Hisp.* 44) *Ans. ded.* V, 75. (Conc. hab. Valent.; *can.:* clericus qui); *Reg.* I, 182.; *Burch.* II, 210. (*in Cod. Frib.:* 213.); *Ivo Decr.* VI, 285. (*ex Dionys.*)

non pro emendo aliquid in[45] nundinis uel in foro deambulant[46], ab offitio suo degradentur[47]. Inter temptaciones[48c**] autem ab offitio[49] declinantes uel negligentius agentes[50] ab ipso[51d] offitio remoueantur[52].

C. V. *De eodem.*

Item ex Concilio Aurelianensi [I. c. 28.][53]

Clerici uero[54], qui ad opus[55] sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam[56] suscipiant disciplinam.

DISTINCTIO XCII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Cum autem ad ecclesiam uenerint, corde magis quam uoce Deo cantandum meminerint.*

Unde Ieronimus in epistola ad Ephesios[1a]:

C. I. *Corde, non uoce Deum*[2b] *laudare debemus.*

„Cantantes et psallentes in cordibus uestris Domino." Audiant hec[3] adolescentuli[4], audiant hi, quibus in ecclesia est psallendi offitium: Deo non uoce, sed corde cantandum[4], nec in tragediarum[5c] modum[6] guttur et fauces medicamine[7d] liniendae[8] sunt, ut in ecclesia teatrales moduli audiantur et cantica[9e].

Gratian. *Ab offitio autem cantandi et psallendi diaconi inueniuntur*[10] *excepti*[11f], *ne, dum uocis modulationi student altaris ministeria negligant.*

Unde Gregorius [lib. IV. epist. 44. et l. XII. post finem epistolarum, in Concilio ab ipso habito][12]:

C. II. *Cantandi offitium sibi diacones non usurpent.*

In sancta ecclesia[13] Romana dudum consuetudo est ualde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium* cantores[14] eligantur, et in diaconatus ordine constituti modulationi uocis[15] inseruiant, quos ad predicationis offitium et elemosinarum studium uacare congruebat. Unde fit plerumque ut in sacro ministerio[16a], dum blanda uox queritur, congrua[17b] uita negligatur, et[18] cantor[19] minister Deum[20] moribus stimulet, cum[21] populum uocibus delectet[22d]. Qua de[23d] re presenti decreto constituo, ut in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque euangelicae lectionis offitium inter missarum solempnia exsoluant; psalmos[24] uero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos uel, si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum[25] uenire temptauerit, anathema sit.

II. Pars. Gratian. *A quibus ordinandos oporteat esse inmunes, breuiter monstratum est. De quorum uero manibus suos*[26e] *ordines suscipere debeant, facile patet. Sacerdos enim et cuncti infra ipsum constituti ab epicopis*[27] *debent*[28f] *ordinari.*

Unde in Concilio Martini Papae legitur[29]:

C. III. *Qui ab episcopo*[30] *non ordinantur*[31a], *in pulpito non psallant uel*[32b] *legant.*

Non liceat in pulpito psallere aut legere, nisi qui ab episcopo[33] ordinati sunt lectores.

Gratian. *De episcopis autem, a quibus uel in quibus locis ordinari debeant, supra diffinitum est.*

III. Pars. §. 1. *Nunc autem queritur de his, qui ordinati a parrochia sua*[34c] *non recipiuntur, uel pro aliqua causa eas adire noluerint, an in alterius parrochia episcopale possint offitium celebrare? De his in Concilio Martini Papae sic statutum inuenitur*[35a]:

C. IV. *Sacerdotis tantum offitium gerat episcopus, quem sua parrochia non recipit*[36].

Si quis ordinatus episcopus[37*] pro contemptione[38b**] populi aut pro aliqua[39] ratione, non pro sua culpa, in parrochiam[40], que ei fuerit data, non ierit[41], hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de[42] rebus ecclesiae, in quam conuenit[43c] nichil presumat[44d], sustineat autem, quid[45e] de eo sanctum concilium iudicare uoluerit[46].

C. V. *De episcopo ordinato, quem sua parrochia non recipit.*

Item ex Concilio Antioceno, [c. 18.][47]

Si quis episcopus ordinatus ad parrochiam, cuius[48] est electus, minime accesserit, non suo uitio, sed quod eum aut populus uetet[49*], aut propter aliam causam, non tamen eius uitio perpetratam, hic et honoris sit et ministerii particeps, dummodo rebus ecclesiae, ubi[50] ministrare cognoscitur, in nullo[51] molestus existat. Quem etiam obseruare[**] conuenit[52], quicquid sinodus perfecte[53a***] prouinciae iudicando decreuerit.

EDITIO ROMANA.

Dist. XCI. c. 4. c) Interemtores d) suo — Dist. XCII. c. 1. a) lib. III. comment. ad cap. 5. epistolae b) tantum Deum c) tragoedorum d) dulci medicamine e) cantica; sed in timore, in opere, in scientia scripturarum. f) exemti — c. 2. a) ad sacrum ministerium b) quaeri congrua c) delectat d) in e) suos: *deest* f) suis debent — c. 3. a) Qui non sunt ordinati b) neque c) parochiis suis — c. 4. a) est b) contentione** c) venit d) sibi praesum. e) quod — c. 5. a) perfecta***

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Interemtores: In exemplaribus concilii etiam manuscriptis legitur: *Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem vel negligentius agentem ab officio suo removendum.* Contra enim in canone 42. iubet: *Clericum inter tentationes officio suo incubantem gradibus sublimandum.* Sed ob glossam non est mutatum. De tentationibus vero, ob quas (praeter tyrannorum persecutionem) aliqui clerici officium suum deserebant, agit B. Ambrosius, epist. 17.

Dist. XCII. C. II. * Ministerium: In impressis [exc. Ed. Bas.] sequebatur: *constituti*, quae vox expuncta est, quoniam neque in vetustis Gratiani exemplaribus est, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, et videtur addi in glossa ad versic. *ministerium*, quae etiam glossa non est inter vetustiores.

C. IV. * Episcopus: In vulgatis sequebatur: *ad parochiam, cuius est electus*, quae inducta sunt auctoritate manuscriptorum et originalis, ac ceterorum collectorum.

** Contentione: In duobus vetustis exemplaribus Gratiani et uno conciliorum regis catholici legitur: *contemtione.*

C. V. * Vetet: *διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν: eo quod populus recuset.*

** Observare: ἐκδέχεσθαι, id est: *exspectare et suscipere.*

*** Perfecta: Antea legebatur: *perfectae.* Restituta est vera lectio ex originali et Burchardo et Ivone. Quid autem sit synodus, quae hic perfecta, et in paulo post sequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. *Si quis episcopus*, 3.

Dist. XCI. can. 4. 45) in: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Correct. additum esse censuerit* 46) deambulat ... degradetur: *orig. Ans. ded. Reg. Burch. Coll. tr. P.* 47) *finis canonis: Ans. ded. Reg. Burch. c.* 210. 48) *ABCF; orig.* (autem; *deest*); *Hisp.; Burch.* II, 51.; *Coll. tr. P.* 49) *add.:* suo: *orig.* 50) declinantem .. agentem: *Hisp. Burch. Coll. tr. P.* 51) *ABCF Hisp. Burch. Coll. tr. P.* 52) removendum: *orig. Hisp. Burch. Coll. tr. P.* || can. 5. 53) *hab. ao.* 511. *ap. Bruns* II, 165.; *in Hisp. c.* 24. — *Coll. tr. P.* II, 29, 23. 54) vero: *deest: GH Coll. tr. P.* 55) hoc op.: *orig. sed in Codd. nonullis* hoc *deest* 56) ecclesiae: *orig.*

Dist. XCII. can. 1. 1) *Codd. coll. o. sed in AB legitur:* in ep. sua; *Hieronym. lib.* III. *Comment. ad. c. 5. v. 19. ep. ad Ephes.; Ans.* VII, 70, (71.) 2) *ABDEFG* 3) hoc: *AB Ans.* 4) *add.:* esse: *AB* 5) *Codd. et Edd. coll. o.* 6) modum: *deest: AB* 7) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 8) colliniendas: *orig. Edd. Lugdd.* II. III. 9) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.; in EGH deest:* et cantica. 10) inveniantur: *ABF* 11) *Codd. coll. o. pr. F* || can. 2. 12) *hab. ao.* 595. *in Ed. Migne in Appd. no.* 5. — *Jaffé pag.* 114. — *Ans.* VII, 70. (*inscr.:* Greg. generali synodo praesidens dixit); *Ivo Decr.* II, 79.: *Coll. tr. P.* I, 55, 19.; *Polyc.* IV, 31, (32,) 40. 13) *add.:* cui divina dispensatio praeesse me voluit: *Ivo Polyc.* 14) cantatores: *D Ivo* 15) modulationis voci: *Ans.* 16) *ADEFGH Edd. coll. o.;* quod in sac. min.: *BC;* ut sacrum ministerium: *Ans.* 17) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 18) ut: *Ans.* 19) cantus: *ib.* 20) clerum: *AB;* domini: *Ivo Coll. tr. P.* 21) dum: *AB* 22) *ABCEGH* 23) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Polyc.* 24) Psalmos .... Si quis: *deest: Polyc.* 25) nostrum: *Ans.* 26) *ABCDF* 27) episcopo: *EGH* 28) *Codd. coll. o. pr. AB:* (ipsis ep.) || can. 3. 29) legit.: *deest: AB; c. 15. conc. Laodic. ex interpr. Martini Brac. c. 45. ap. Bruns* II, 53.; *Coll. tr. P.* II, 47, 45. 30) *add.:* suo: *EH* 31) *Codd. coll. o. sed in BF legitur:* Quod ab episc. 32) *Codd. coll. o.* 33) presbytero: *orig. Hisp., sed* episcopo *est in varietate lectionis.* 34) *ABCDFH* || can. 4. 35) *Codd. coll. o. — c. 18. Conc. Antioch. hab. ao.* 341. *ex interpretat. Martini Brac. c. 10. — ap. Bruns* II, 45. — *Burch.* I, 40. (ex. C. Aurel.); *Ivo Decr.* V, 151.; *Coll. tr. P.* II, 47, 10.; *Polyc.* II, 13, 1.; *Caes.* III, 62. 36) qui in sua par. non recipitur: *EGH* 37) ep.: *deest: Burch. Coll. tr. P. Polyc.* 38) *ABEG Codd. orig.;* per contentionem: *Burch. Ivo Polyc.* 39) *add.:* alia: *Hisp.* 40) parochia: *AF Burch. Ivo Polyc.* 41) erit: *Burch.;* receptus non erit: *Ivo Polyc.* 42) conting. et de: *orig. Hisp.* 43) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Burch. Coll. tr. P. Polyc.;* conveniet: *Ed. Bas.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Polyc.* 45) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp.* 46) iudicaverit: *Burch. Ivo Polyc.* || can. 5. 47) *hab. ao.* 341. (*cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 483 *sqq.*); *Interpretatio Dionysiana est — Burch.* I, 41.; *Ivo Decr.* V, 152.; *Polyc.* II, 13, 2.; *versio Hisp.: Coll. tr. P.* II, 6, 12. 48) cui: *Burch. Ivo Polyc.* 49) vitet: *A orig.* 50) cui: *Polyc.* 51) nihil molestus: *orig. Burch. Ivo Polyc.* 52) conveniet: *Ed. Bas. orig. Ivo* 53) *Codd. coll. o. Edd. Lugdd.* II. III.; *add.:* quod visum fuerit: *orig.* ||

C. VI. *A[54] sua parrochia non recepti aliis molestiam non inferant.*

Item ex Concilio *Anc irano*, [c. 28.][55]

Si qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa[56] parrochia, in qua fuerant denominati, uoluerintque alias occupare parrochias, et uim presulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando, eos[57a] abici placuit. Quod si uoluerint in presbiterii ordine, ubi prius fuerant, ut presbiteri residere, non abiciantur a[58] propria dignitate. Si autem seditiones commouerint[59b] ibidem constitutis episcopis, presbiterii quoque[60] honor talibus auferatur, fiantque dampnatione notabiles.

C. VII. *Communione priuetur episcopus[61], qui ecclesiam sibi commissam adire neglexerit.*

Item ex Concilio *Antioceno*, [c. 17.][62]

Si quis episcopus per[63] manus inpositionem episcopatum[64] acceperit, et sibi* commissum ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit ire ad ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communione[65] priuari, donec susceperit[66] coactus offitium, aut certe de eo aliquid integre[67a] decreuerit eiusdem prouinciae sinodus sacerdotum.

C. VIII. *Sine consilio[68a] integri ordinis uacantem ecclesiam[69b] episcopus non adeat.*

Item ex *eodem*, [c. 16.][70]*

Si quis episcopus uacans in ecclesiam non habentem episcopum, subripiens populos, sine consilio[71c] integri ordinis irruerit, etiamsi populus, quem seduxit[72], desideret illum, alienum eum[73] ab ecclesia esse oportet. Integrum autem et perfectum concilium[74] dicimus illud, cui metropolitanus** episcopus interfuerit[75d].

IV. Pars. Gratian. *Quod autem supra clerici se uigiliis subtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum est, qui ab episcopo frequenter admoniti, negligentiam suam corrigere contempnunt[76].*

Unde in Concilio *Martini Papae legitur[77]:*

C. IX. *Excommunicetur clericus, qui ab episcopo commonitus matutinis uel uespertinis horis adesse neglexerit.*

Si quis presbiter aut[78] diaconus uel quilibet clericus ecclesiae deputatus, si[79a] in quolibet loco fuerit[80b], in quo ecclesia est, et ad cottidianum psallendi offitium[81] matutinis uel uespertinis horis ad ecclesiam non conuenit[82c], deponatur a clero, si tamen castigatus ueniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

DISTINCTIO XCIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Obedientiam autem inferiores ex ordine[1a] superioribus debent. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, ut nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis ipse inimicus extiterit, nec in ecclesia esse poterit, qui eius cathedram deserit.*

Unde B. *Petrus princeps apostolorum in ordinatione Clementis populum alloquens, inter cetera ait[2]:*

C. I. *Cui pro actibus prauis[3a] Apostolicus inimicatur, communicare[4b] non debemus.*

Si inimicus[5] est iste Clemens[6] alicui pro actibus suis, et[7c] uos nolite expectare, ut ispse uobis dicat: cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, et uoluntati eius absque[8] communicatione[9d] obsecundare, et auertere uos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum; sed[10] nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut[11] unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium uestrum amicicias habere[12e], festinet cicius reconciliari ei, qui omnibus preest, et per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit[13] monitis presidentis. Si uero quis amicus fuerit his, quibus[14f] ipse[15] non loquitur, unus est ipse[16g] ex illis, qui exterminare ecclesiam Dei uolunt[17], et cum corpore uobiscum esse uideatur, mente[18] et animo contra uos[19] est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt, et euidenter sunt inimici[20]; hic enim per amiciciarum speciem que inimica sunt gerit, et ecclesiam dispergit et[21h] uastat. Ideoque[22i]* huiusmodi[23k] apostolicis institutis uos monentes instruimus, ut effecta certior[24] karitas uestra sollicitius deinceps agere studeat et cautius, ne[25l] peruersi et infideles homines ledendi fideles et[26m] beniuolos habeant facultatem.

C. II. *A nullo debet suscipi, quem Romana repellit[27a] ecclesia.*

Item *Gregorius* [l. V. epist. 26.][28]

Miratus ualde sum, quia[29] in tanto Salonitanae ecclesiae[30] clero uel populo uix duo ex[31] sacris ordinibus inuenti sunt, frater scilicet et coepiscopus meus[32b] Paulinus, et dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem ecclesiae, qui communicare Maximo sacerdotium rapienti minime consentirent, et se Christianos esse cognoscerent. Debuistis enim, karissimi filii, pensare ordines uestros, et quem sedes apostolica repellebat repulsum cognoscere, ut prius, si posset, ab illatis criminibus mundaretur[33], et tunc ei uestra dilectio communicaret, ne particeps obligationis existeret[34c].

EDITIO ROMANA.

Dist. XCII. c. 6. a) hos b) commovent — c. 7. a) integra — c. 8. a) concilio b) vacans eccles. c) concilio — d) interfuit — c. 9. a) si intra civitatem fuerit aut in b) fuerit: *deest* c) convenerit — Dist. XCIII. Pars. I. a) inferiores ordines — c. 1. a) suis b) ei commun. c) et: *deest* d) commonitione e) ferre f) his, quibus ipse amicus non est, et locutus fuerit his, quibus g) et ipse h) ac i) ideoque carissimi k) his l) nec m) ac — c. 2. a) depellit b) noster c) eius exsist.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Et sibi: Ita etiam Burchardus et Ivo. Sed in versione Dionysii [et in Coll. Ans. ded.], quam in ceteris partibus referunt, legitur: *et praeesse populo constitutus ministerium subire. etc.* quod ad verbum de graeco expressum est.

C. VIII. * Haec versio, quam et Gratianus, et Burchardus, et Ivo sequuntur, eadem fere est atque illa Martini Bracarensis. Dionysiana vero longe magis accedit ad verba graeca.

** Metropolitanus: Addendum est *etiam*. Sic enim graece: *καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως*.

Dist. XCIII. C. I. * Ideoque: Hinc usque ad finem sunt in Fabiani tantummodo epistola. Quamobrem ex ipso potissimum videtur Gratianus cetera etiam sumsisse.

Dist. XCII. can. 6. 54) de: *ABC;* a sua par.: *deest: EG* 55) *hab. ao.* 314. — *ex translatione Dionys. — Ans. ded.* II, 100.; *Burch.* I, 36.; *Ivo Decr.* V, 147.; *Polyc.* II, 13, 3. 56) ab illa: *deest: EGH* 57) *Codd. coll. o.;* et eos: *Polyc.* 58) a: *deest: orig. Ivo Polyc.* 59) *Codd. coll. o.;* commoveant: *Ans. ded. Ivo* 60) quoque: *deest: Ans. ded.* || can. 7. 61) ep.: *deest: ABF* 62) *hab. ao.* 341. — *versio Dionys. — Ans. ded.* II, 179.; *Burch.* I, 37.; *Ivo Decr.* V, 148.; *Polyc.* II, 12, 1.; *Caes.* XII, 60. 63) per: *deest; orig. Ans. ded.* 64) episcopatus: *ib.* 65) *add.:* a: *AB* 66) acceperit: *Ivo* 67) *ABCEFGH* || can. 8. 68) *Codd. coll. o.* 69) *ib.* 70) *c.* 9. *Capit. Martini Bracar. ap. Bruns* II, 45.; *Burch.* I, 39.; *Ivo Decr.* V, 150.; *Coll. tr. P.* II, 6, 9.; *Caes.* IV, 88. 71) *Codd. coll. o. pr. F; Burch. Ivo Coll. tr. P.* 72) seduxerit: *AB* 73) illum: *ABC; add.:* tamen: *Edd. coll. o.* 74) consilium: *EGH* 75) *ABCDF Ed. Bas. Burch.* — in quo . . . fuerit: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 76) contempserint: *A* || can. 9. 77) legit.: *deest: EGH — c.* 63. *Capit. Martini Bracar. quod est C. Tolet.* I. *hab. ao.* 400. *c.* 5. — *Bruns* II, 55.; *Coll. tr. P.* II, 6, 55. 78) vel: *orig.* 79) *Codd. coll. o.* 80) *ib.* 81) sacrificium: *orig.* 82) *ABCF orig.*

Dist. XCIII. Pars. I. 1) *Codd. coll. o. pr. D — Corr.* || can. 1. 2) *Caput hoc desumtum est ex illa parte apocryphae ep. Clementis, quam Rufinus e graeco latinam fecit; ap. Hinschius Ep.* I. *c.* 17. *pag.* 36.; *verba canonis alleguntur in ep. Pseudoisid. Fabiani* I. *c.* 6. — *Hinschius p.* 159. — *Ans.* I, 6.; *Ivo Decr.* XIV, 22. (*can.:* quaedam ex vobis); *Coll. tr. P.* I, 18, 2. (Fabianus. *can.:* b. apost. princ.) *Polyc.* I, 6, (18,) 2. 3) *Codd. coll. o.* 4) *ib.* 5) ipse inim.: *Ans.* 6) iste Clem.: *deest: orig. Ans. Ivo Polyc.* — alicuius: *Ans.* 7) *Codd. coll. o. pr. A* (etiam) 8) sine: *EGH;* cum: *Ed. Bas.* 9) *DF orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.;* commotione: *B;* comminatione: *C;* monitione: *Ed. Bas.;* contentione: *Ivo* 10) sed: *deest: D Edd. coll. o. pr. Bas.* 11) unde: *D Edd. coll. o.;* et: *orig.;* ut: *Fabian. — finis canonis: Polyc.;* ut . . . praesidentis: *deest: Ans.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* — gratiam reparare: *Corr.* 13) cepit: *Fabian., sed* ceperit *est in varietate lectionis* 14) *Codd. et Edd. coll. o.: orig. Ans. Coll. tr. P.* 15) ipse: *deest: EGH* 16) *Codd. coll. o.* 17) voluit: *orig. sed* volunt: *Cod. Dst.; sqq. desunt et alia sequuntur ap. Anselm.* 18) *add.:* tamen; *DEGH Edd. coll. o.;* et mente: *Ivo* 19) nos: *AEGH* 20) inimicantur: *EGH; finis canonis: Ivo* 21) *Codd. coll. o.* 22) *Codd. et Edd. coll. o.* 23) *ib.* 24) ut efficacior: *orig. sed in Cod. Dst. legit. ut in textu* 25) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 26) *Codd. coll. o.* || can. 2. 27) *ABCF* 28) *Ep.* 26. *scr. ao.* 596. *lib.* VI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1037. — *Ans.* XII, 11. 29) quod: *Ans.* 30) eccl.: *deest: ib.* 31) in: *CD Edd. coll. o.* 32) *Codd. coll. o. Ans.* 33) emendari: *EGH* 34) *Codd. coll. o.* ||

C. III. *Non est in ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur.*

Item Ciprianus [de unitate ecclesiae][35]*.

Qui cathedram Petri, super quam ecclesia fundata est, deserit, in ecclesia se esse non confidat[36].

Gratian. *Episcopi uero*[37], *qui apostolicae ordinationi subiacent, etiam hanc reuerentiam debent, ut singulis annis apostolorum liminibus sese*[38] *representent.*

Unde Anacletus et Zacharias Papa[39]:

C. IV. *Singulis annis apostolorum limina uisitent episcopi, qui apostolicae*[40a] *ordinationi*[41b] *subiacent.*

Iuxta sanctorum Patrum[42] et canonum instituta[43] episcopi omnes, qui huius[44] apostolicae sedis ordinationi subiacent, qui propinqui sunt, annue circa[45] idus magi sanctorum principum[46] apostolorum Petri et Pauli liminibus presententur[47] omni occasione seposita. Qui uero de longinquo[48], iuxta cyrographum suum inpleant. Qui autem constitutionis huius[49] contemptor extiterit, preterquam si egritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subiacere sententiis.

II. Pars. Gratian. *Reliqui uero*[50] *in ecclesia minores semper debent maioribus subesse, sicut in Sinodo*[51a]* *S. Siluestri*, [c. VII.] *legitur*[52]:

C. V. *Maioribus minores obedientiam exhibeant.*

A subdiacono usque ad lectores[53] omnes subditi sint[54] diacono cardinali uiro reuerentissimo[55b], in ecclesia representantes ei[56] honorem[57]. Porro[58] pontifici presbiter, presbitero[59] diaconus, diacono subdiaconus[60], subdiacono acolithus, acolitho exorcista, exorcistae lector, lectori hostiarius, hostiario abbas[61]**, abbati[62] monachus[63] in omni loco representet[64c] obsequium, siue in publico, siue in gremio ecclesiae[65].

C. VI. *Quid*[66a] *sit diaconorum offitium.*

Item ex epist. [I.] *Clementis Papae*[67b] [ad Iacobum fratrem Domini]:

Diaconi ecclesiae sint[68] tanquam oculi episcopi, oberrantes et circumlustrantes cum uerecundia actus totius ecclesiae, et[69] perscrutantes diligentius, si quem uideant uicinum fieri precipicio et proximum esse peccato, ut referant hec ad episcopum. *Et infra**: §. 1. Episcopo[70c] suggerere[71d] que[72e] ad cultum ecclesiae et disciplinam eius pertinent, diaconibus cura sit[73f].

[C. VII.][74a]

Item in eadem[75b].

Sacerdotes uero dicebat[76c] B.[77] Petrus sal terrae et mundi lumen docens, eos[78d] in splendore operum[79e] glorificare patrem Deum[80], de quibus Dominus ait[81]: „Beati estis, cum maledixerint uobis homines[82] et reliq.“[83f] et iterum: „Vos estis sal terrae.“

C. VIII. *Non*[84a] *sunt habendi clerici, qui episcopali non gubernantur prouidentia.*

Item ex Concilio Parisiensi[85].

Nulla ratione clerici aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina et prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos, id est sine capite, prisca[86] consuetudo[87b] nuncupauit[88c].

[C. IX.][89a]

Item [ex epist. III. Clementis][90].

Qui suis episcopis non obediunt, indubitanter rei et reprobi existunt. Porro ipsi a Deo donum summi muneris consecuntur, qui suis doctoribus[91b], qui recte episcopi intelliguntur, libenter obediunt.

C. X. *In*[92b] *Deum scandalizantur*[93], *qui suo non obediunt episcopo.*

Item Anacletus, [epist. I.][94]

Ille proculdubio scandalizatur[95] in Deum, qui recte non docet, et qui eius scandalizat episcopum uel sacerdotem.

C. XI. *Septem debent esse diaconi in unaquaque ciuitate*[96].

Item Euaristus omnibus Episcopis[97a].

Diaconi (qui quasi oculi uidentur esse episcopi) septem[98b] debent esse in unaquaque ciuitate, qui custodiant[99] episcopum predicantem, ne ipse[100c] ab[101d] insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut ledatur a suis, aut uerba diuina

EDITIO ROMANA.

Dist. XCIII. c. 4. a) apostolicis b) ordinationibus — c. 5. a) synodo Romana* b) urbis Romae (vir. rev.: *deest*) c) repraesentent — c. 6. a) Quod b) Papae: *deest* c) §. 1. Sed et de peregrinis similiter episcopo d) suggerant e) sugger. refovendis, et cetera his similia quae f) diaconis curae sint — c. 7. a) C. VII. De eodem b) ex eodem c) dicebat: *deest* d) praecepit (eos: *deest*) e) bonorum oper. f) etc. — c. 8. a) Hi non b) ecclesiae consuetudo c) nominavit — c. 9. a) C. IX. De eodem b) qui per iustitiae et praeceptorum eius semitas incedentes doctor. suis — c. 10. a) Illi in — c. 11. a) ad Episcopos Africanos, epist. I. b) iuxta apostolorum constituta septem c) ne aut ipse d) episcopus ab

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * Apud Cyprianum Romae impressum haec leguntur: *Hanc ecclesiae unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesiae renititur et resistit, in ecclesia se esse confidit?* Verum in Vaticana bibliotheca, praeter octo integra Cypriani exemplaria, est etiam aliud, in quo tantum opuscula quaedam continentur, et inter ea hic tractatus. Atque in eo codice, itemque in altero integro monasterii S. Salvatoris Bononiae, sunt verba haec, quae a Gratiano et Ivone afferuntur. Ac sane paulo ante Cyprianus hanc ipsam Petri cathedram esse ostenderat, unde unitas ecclesiae penderet.

C. IV. * Hic est canon 4. synodi Romae habitae sub Zacharia Papa, quae exstat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla sunt in hoc capite emendata.

C. V. * Caput hoc et apud Gratianum, et in ipsius synodi editionibus videtur valde mendosum. Burchardus et Ivo [et Anselmus] sic habent: *A subdiacono usque ad lectorem omnes subditi sint diacono cardinali urbis Romae, in ecclesia honorem repraesentantes tantum. Pontifici vero presbyter, diaconus, subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, abbas, monachus in omni loco repraesentent obsequium, sive in publico, sive in gremio ecclesiae.* Verum ob magnam codicum varietatem, et propter glossas ac doctorum dicta nihil fere in textu mutatum est.

** Abbas: De abbate et monacho in synodi editionibus nulla mentio est.

C. VI. * Et infra: Sic legitur in plerisque manuscriptis. In vulgatis legebatur: *et ita;* alia vero nonnulla verba restituta sunt ex originali.

Dist. XCIII. can. 3. 35) *de unit. eccl. c. 4. — verba:* qui cathedram .... deserit *supposititia esse censet edit. Goldhorn. — Ivo Decr.* V, 361. (*can.:* Petri unitatem) 36) esse confidit?: *orig. Ivo* 37) vero: *deest: EGH* 38) se: *AEGH* || can. 7. 39) *C. 4. Conc. Rom. hab. ao.* 743. *ap. Mansi* XII, 382. — *Jaffé no.* V. — *Ans.* VI, 164. (161.: in conc. Zachariae Papae); *Polyc.* IV, 25, (26,) 1. (*ut ap. Ans.*) 40) *ACF;* apostolici: *EGH* 41) *Codd. coll. o.* 42) statuta: *orig.; add.:* statuta: *Polyc.* 43) institutiones: *AF* 44) huiusmodi: *H;* huius: *deest: A* 45) ann. idibus: *orig. Ans. Polyc. — Corr.* 46) *add.:* patrum: *Edd. Arg. Bas.* 47) repraesententur: *EGH* 48) *add.:* sunt: *Edd. coll. o.* 49) huiusmodi: *ib.;* nam qui huius: *Ans. Polyc.;* nam qui huius constitutionis contemtor extit. praeter si aegrit. valida fuer. detent., sciat se canonibus subiacere: *orig.* 50) vero: *deest: A;* autem: *EGH* || can. 5. 51) *Codd. coll. o.* 52) S. Silvester ait: *EGH — Ex apocrypho constituto Silvestri c. 7. — ap. Mansi* II, 626. — *Jaffé post no.* CXXXII. — *Ans. ded.* IV, 160. (*can.:* ita autem dicebat); *Burch.* II, 224. (*in Cod. Frib.:* 227. *can.:* ita Fratres iubet); *Ans.* VII, 65. (67. ex syn. S. Silv.; *can.:* ut a subdiac.); *Ivo Decr.* VI, 299. (ex decretis S. Silv.; *can.:* ita fratres iubet) 53) lectorem: *orig. Burch.* 54) essent: *orig. Ans. ded.* 55) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* urbis Romae (*quae verba ap. Anselm. desunt*): *Edd. coll. o.* 56) ei: *deest: orig. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo* 57) *add.:* tantum: *ib.;* honor.: *deest: orig.* 58) vero: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo* 59) presbytero .. diacono .. subdiacono .. acolytho .. exorcistae .. lectori .. ostiario: *deest: orig. Ans. ded. Burch. Ivo* 60) diac. subdiac.: *deest: orig. Ans.* 61) ost. abbas: *deest: orig. Ans.* 62) abbati: *deest: orig. Ans. ded. Burch. Ivo* 63) monachi: *Ans.;* monachi: *deest: orig.* 64) *Codd. coll. o. Ans. ded.;* repraesentantes: *orig.* 65) *add.:* tantum pontifici: *Ans. ded.* || can. 6. 66) *Codd. coll. o. pr. AB; in EGH canonum ordo talis est: c.* 8. 9. 6. 7. 11. 10. *cf. Schulte Z. Gesch. d. Literat. üb. d. Decr. Grat.* II. *Beitr. S.* 30. 67) *Codd. coll. o. — ex priore parte eius a Rufino latinitate donata — Jaffé no.* IX. — *ap. Hinschius c.* 12. *pag.* 34. — *Ans. ded.* IV, 125. (*can. cont.*); *Ans.* VII, 68. (*can.:* sicut enim impietatis; *cont.*); *Caes.* IV, 94. 68) sunt: *AEGH* 69) observantes et: *GH;* observantes cum verecundia et: *E* 70) *Codd. coll. o.; add.:* et ita: *Edd. coll. o.* 71) *Codd. et Edd. coll. o.* 72) *ib.* 73) *Codd. coll. o. orig. Ans. ded. Ans.* || can. 7. 74) *Codd. coll. o. pr. D* 75) *ib. — Ex additamentis Pseudoisidori ad ep. Clementis secundum Greg. M. Ep.* 18. *lib.* V. *ap. Hinschius c.* 26. *pag.* 38. — *Ans. ib.* 76) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 77) beat.: *deest: Ans.* 78) *Codd. et Edd. coll. o.* 79) *Codd. coll. o. Ans.* 80) *add.:* omnipotentem: *EGH* 81) et dom. ait: *orig. — Matth. c.* 5. 82) hom.: *deest: orig.; sed exstat in Cod. Bb*, 83) *Codd. coll. o. Ans.* || can. 8. 84) *Codd. coll. o. pr. D* 85) Parisiacensi: *GH — Ex synodo Regiaticina (i. e. Ticinensi hab. ao.* 850.) *c.* 18. *in Mon. LL.* I, 399. — *Similia habebis in conc. Mogunt. h. ao.* 813. *c.* 22.; *Burch.* II, 226. (*in Cod. Frib.:* 229.); *Ivo Decr.* VI, 301. 86) priscae ecclesiae: *Burch.* 87) *Codd. et Edd. coll. o.* 88) *ib. orig. Burch.* || can. 9. 89) *ABDF* 90) *Cap. Pseudoisid., sumtum ex Recogn. Clem. lib.* 2. *c.* 20. — *Jaffé no.* XI. — *Hinschius pag.* 58. 91) *Codd. et Edd coll. o. Turrecrem.* || can. 10. 92) *Codd. coll. o.* 93) scandalizatur...obedit: *CEGH* 94) *add.:* Papa: *EG — Ep. Pseudoisid. Ep.* I. *c.* 12. — *Jaffé no.* II. — *Hinschius pag.* 71.; *cf. Ambros. de dign. sacerd.; Ivo Decr.* VI, 245. (*can.:* doceri ergo omnes) 95) scandalizatus est: *orig. Ivo;* sed scandalizatur: *Cod. Dst. originalis* || can. 11. 96) provincia: *AB* 97) *Codd. coll. o. Ans.;* Evar. Papa: *EGH — Ep. Pseudois.* I. *c.* 1. *ap. Hinschius p.* 87. — *Ans.* VII, 69.; *Coll. tr. P.* I, 3, 1.; *Polyc.* II, 38, 1. 98) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 99) custodiunt: *Ans.* 100) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 101) *ib. Ans.;* ab: *deest: Ans.*

detrahendo aut insidiando polluantur[102] uel despiciantur[103]: sed ueritas spirituali redoleat feruore; pax[104e] predicata labiis cum uoluntate animi concordet.

C. XII. *De eodem*[105].

Item ex Concilio Neocesariensi, [c. 14.][106]

Diaconi septem debent esse secundum[107] regulam[108], quamuis[109]* non[110a] magna sit ciuitas. Regulae autem[111] auctoritas ista est, quod et[112] liber actuum apostolorum idem insinuat[113].

III. Pars. Gratian. *Ut ex*[114b] *premissis auctoritatibus*[115c] *apparet*[116], *diaconi debent obedientiam presbiteris, sicut et*[117d] *presbiteri episcopis. Sed diaconi superbientes sacerdotibus exequari*[118e], *uel potius preferri querebant, contra quorum insolentiam multorum auctoritates manauerunt*[119], *eorum supercilium reprimentes, atque ut sacerdotibus condignam obedientiam exhibeant decernentes.*

Unde Gelasius Papa*, [in epist. ad Episcopos per Lucaniam, c. 9. et 10.] *ait*[120]:

C. XIII. *Nichil eorum, que sunt decreta primis ordinibus, uendicent sibi*[121a] *diaconi.*

Diaconos[122] propriam constituimus obseruare[123b] mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quidpiam[124] temptare permittimus, et[125c] nichil eorum[126] suo[127] ministerio penitus applicare, que primis[128] ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absque[129] episcopo uel[130] presbitero baptizare non audeant[131], nisi predictis ordinibus[132] fortassis longius constitutis necessitas extrema conpellat. Quod etiam[133d] laicis Christianis facere plerumque conceditur. §. 1.[134e] Sacri corporis prerogationem[135] sub conspectu episcopi[136f] seu[137] presbiteri (nisi his absentibus) ius non habeant exercendi.

C. XIV. *Inferiores presbiteris se diaconi cognoscant.*

Item in Niceno Concilio, [c. 14. seu 18.][138a*]

Peruenit ad sanctum concilium, quod in locis quibusdam et ciuitatibus presbiteris sacramenta diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his, qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed et[139] illud innotuit, quod quidam diacones etiam ante episcopos sacramenta sumant[140b**]. Hec ergo omnia amputentur[141], et in[142] sua diaconi mensura permaneant, scientes, quod[143] episcoporum quidem[144] ministri sunt[145], inferiores autem[146] presbiteris habeantur[147c]. Per ordinem ergo[148] post presbiteros gratiam sacrae communionis[149] accipiant, aut[150] episcopo, aut presbitero porrigente eis[151d]. Sed nec sedere in medio presbiterorum diacono[152e] liceat, quia si hoc fiat[153], preter regulam[154f] probatur existere[155]. Si quis autem post[156g] has diffinitiones obedire noluerit, a[157] ministerio cessare debebit.

C. XV. *Diaconus honorem exhibeat presbitero, et ipse ab inferioribus honoretur.*

Item ex Concilio Laodicensi, [c. 20.][158]

Non oportet[159] diaconum coram presbitero sedere, sed iussione[160] presbiteri sedeat[161]. Similiter autem diaconus[162] honorem habeat[163] a sequentibus[164], id est a[165] subdiaconibus et ab[166a] omnibus clericis.

C. XVI. *Calicem benedicere et panem dare diacono*[167a] *non licet.*

Item ex eodem, [c. 25.][168]

Non oportet diacones[169]* panem dare, nec[170] calicem benedicere.

C. XVII. *Sicut episcopis, ita et presbiteris diaconi ministrent.*

Item ex Concilio Cartaginensi [IV.] *cui Papa Zosimus interfuit per uicarios*[171a*], [c. 37.]

Diaconi[172] ita se presbiteri, sicut[173] episcopi ministros esse cognoscant[174].

[C. XVIII.][175a]

Item in[176b] *eodem*, [c. 38.]

Presente presbitero diaconus eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit[177c], iussus eroget.

EDITIO ROMANA.

Dist. XCIII. c. 11. e) fervore, et pax — c. 12. a) non: *deest* b) igitur ex c) auctorit.: *deest* d) et: *deest* e) aequari — c. 13. a) sibi: *deest* b) servare c) et: *deest* d) et e) Et infra: §. 1. f) pontificis — c. 14. a) ex b) sumunt** c) habentur d) eis: *deest* e) diaconis f) regulam et ordinem g) etiam post — c. 15. a) ab: *deest* — c. 16. a) diaconis — c. 17. a) cui ... uicarios: *deest* — c. 18. a) C. XVIII. De eodem b) ex c) cogat

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Quamvis magna: Antea legebatur, *quamvis non magna.* Emendatum est ex canone graeco (qui etiam recitatur in synodo VI. c. 16.) et ex vulgatis etiam versionibus. In canonibus Nicaenae synodi I., qui ex Arabico in latinum conversi nuper editi sunt, c. 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia, quem fortasse canonem significavit Andreas Colossensis actione 7. synodi Florentinae.

C. XIII. * Gelasius: Sic est in plerisque manuscriptis, et apud Burch. et Ivonem. Nam in impressis erat: *Pelagius.*

C. XIV. * Prior pars huius capitis usque ad vers. *amputentur,* est ex prisca [imo Hispanica] versione in canone 14. Reliqua vero pars est ex versione Dionysii in canone 18., quam quidem totam afferunt et codex canonum et Burchardus et Ivo.

** Sacramenta sumunt: Graece est: τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται, quod Dionysius vertit: *oblata contingant:* quamquam Burchardus et Ivo, hoc uno fere loco discrepantes, habent, ille quidem: *sacra oblata contingant,* hic vero: *sacram oblationem contingant.*

C. XVI. * Diaconos: In vetustioribus priscae versionis editionibus est: *diaconum.* Graece est: ὑπηρέτας, quod Dionysius vertit: *subdiaconos,* et sic habetur in concilio Aquisgranensi.

C. XVII. * Quarto: Caput hoc cum duobus sequentibus habetur in concilio IV. Carthaginensi, et in codicibus Gratiani etiam manuscriptis itemque apud Anselmum titulo huius capitis erat additum: *Carthaginensi IV., cui Papa Zosimus interfuit per Vicarios,* quod minime convenire ostendunt acta synodi VI. Carthaginensis, ad quam Zosimus Faustinum Potentinae ecclesiae episcopum, Philippum, et Asellum legatos misit. Nam quarta habita est Honorio IV. et Eutychiano Coss., sexta vero Honorio XII. et Theodosio VIII. Coss. i. e. anno vigesimo post. Quo anno (prout ex Africano concilio can. 76. et sequentibus apparet) contra Pelagii et Caelestii haeresin quaedam sunt definita, quum Caelestius ad Zosimum Papam appellasset quod ex nonnullis manuscriptis Zosimi, et episcoporum Africae ad ipsum epistolis, quae in bibliotheca Vaticana servantur, demonstratur. Quare quum Zosimus in Pontificatu duos tantum annos et menses aliquot vixerit, necessarium est, multo ante ipsius Pontificatum synodum IV. Carthaginensem habitam fuisse.

Dist. XCIII. can. 11. 102) polluatur .. despiciatur: *Polyc.* 103) *finis canonis: Coll. tr. P.* 104) *ABDF orig. Ans. Polyc.* || can. 12. 105) Sicut episcopis ita et presbyteris diaconi ministrent: *C;* de eod.: *deest: B* 106) *hab. inter a.* 314. *et* 325. (*cf. Hefele Conc.-Gesch.* I, 210.); *conflatum est hoc caput ex interpretatione Isidori et Dionysii. — Ans. ded.* IV, 129.; *Burch.* II, 119. (*in Cod. Frib.* 222.); *Ivo Decr.* VI, 294.; *ib.* VI, 295. (ex Conc. Episcopor. qui in Ancyra et Caesarea convenerunt); *Coll. tr. P.* II, 3, 7. 107) iuxta: *Burch. Ivo* 294. 108) canonem: *Dionys.* 109) etiamsi: *Dionys.:* quavis: *Ivo* 295.; licet et valde magna: *Ans. ded. Burch. Ivo* 294. 110) *Codd. coll. o.* 111) tamen: *Coll. tr. P.;* cui regulae auctoritas erit liber actuum apostolorum: *Hisp. Ivo* 295. 112) et: *deest: B;* regulae . . . et: *deest: Ans. ded. Burch. Ivo* 294. 113) eius autem rei fidem faciet liber Actorum: *Dionys.* 114) *Codd. coll. o., sed in EH* ut *deest* 115) *ABEGH* 116) patet quod diac. etiam: *EGH* 117) *ABC* 118) *Codd. coll. o. pr. D* 119) manauerint: *AB;* emanaverunt: *EG* || can. 13. 120) Pelagius: *D — scr. ao.* 494. *c.* 7. 8. *ap. Thiel p.* 366. — *Jaffé no.* 391. — *Ans. ded.* IV, 109.; *Burch.* IV, 57. (*in Cod. Frib.:* 58.); *Ans.* VII, 63.; *Ivo Decr.* I, 252.; VI, 99.; *Polyc.* III, 10, 20. 121) *Codd. coll. o. pr. D ubi per errorem scribae legit.:* subdiaconi 122) *add.:* quoque: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo* I. 123) *BDEGH Edd. coll. o. Ivo* I.; obs.: *deest: Ivo* VI. 124) cuipiam: *EGH* 125) *Codd. coll. o. Ans.;* nihilque: *Ivo* I. 126) horum: *DEGH* 127) in suo: *Edd. coll. o.* 128) prioribus: *Ivo* VI. 129) Sed absque: *FGH* 130) et: *Ans. ded. Burch. Ivo* I. 131) praesumant: *Ivo* VI. 132) officiis: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo* I. VI.; *deest: Ans. Polyc.* 133) *Codd. coll. o. pr. A* (etiam: *deest*) 134) *Codd. coll. o.; finis canonis: Ans. ded. Burch. Ans. Ivo* I. 135) prorogationem: *AB Ed. Bas. Ivo* VI., *apud quem tamen* praerogat. *est in varietate lectionis;* erogationem: *EGH Edd. coll. rel. Corr.* 136) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* VI. 137) vel: *Ivo* || can. 14. 138) *ABCDF — hab. ao.* 325.; *Burch.* V, 26. (*ex Dionys.*); *Ivo Decr.* II, 36. (*ex Dionys.*); *Coll. tr. P.* II, 1, 14. (*ex Hisp.*) 139) et: *deest: BF;* etiam: *EGH* 140) *AC Hisp.* 141) *add.:* et excidantur: *Edd. coll. o.* 142) *Ans.* VII, 64.; intra . . suam mensuram: *Dionys.* 143) quod quia Epp. ministri sunt: *Edd. coll. o.* 144) quid.: *deest: Dionys.* 145) sint: *Ivo* 146) aut.: *deest: Dionys.; add.:* a: *Edd. coll. o.* 147) habeantur: *CDFH Ivo;* existant: *Dionys.* 148) suo ordine (ergo: *deest*): *Dionys.* 149) presb. eucharistiam: *ib.* 150) vel . . . vel: *ib.* 151) *Codd. coll. o. Burch Ivo* 152) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Ivo;* eis: *A;* diacones: *Ans.* 153) id enim fit.: *Dionys.* 154) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* praet. canonem: *Dionys.* 155) prob. exist.: *deest: Dionys.* 156) *Codd. et Edd. coll. o. Dionys. Burch.* 157) desinat esse diaconus: *Dionys.* || can. 15. 158) *hab. inter a.* 343. *et* 381. — *ex interpret. Dionys. — Ans. ded.* IV, 75.; *Burch.* II, 222. (*in Cod. Frib.:* 224.): *Ans.* VII, 65. (*can.:* quod non oporteat); *Ivo Decr.* VI, 296.; *Coll. tr. P.* II, 7, 6. (*vers. Hisp.*) 159) quod non oporteat: *orig. Burch. Ans. Ivo* 160) cum iussu: *Dionys.* 161) sedere: *ib.* 162) diaconi . . habeant: *Ans.;* diaconis: *Dionys. Burch. Ivo* 163) haberi: *Dionys.;* habeatur: *Burch. Ivo* 164) ministris: *Dionys.;* obsequentibus: *Ans. ded. Burch. Ivo* 165) a: *deest: Ans. ded.* 166) *Codd. coll. o.* || can. 16. 167) *Codd. coll. o. pr. AB, ubi tota rubrica deest* 168) *ex vers. Isidori. — Coll. tr. P.* II, 7, 11.; *Ans.* VII, 90. (*ex Dionys.*) 169) *ABCEGH;* diaconum: *F;* ministros: *Hisp.* 170) vel: *AB;* panes dare nec: *Hisp.* || can. 17. 171) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* (*add. voce:* suos) — *c.* 57. *Statutt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 145. — *cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII. — *Ans.* VII, 63. (68.); *Coll. tr. P.* II, 18, 36.; *Polyc.* II, 39, (38,) 5. 172) diaconus: *orig. Hisp.;* ut diacones: *Coll. tr. P.* 173) ut ministrum: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 174) noverit (esse: *deest*): *orig.;* esse cognoscat: *Hisp.* || can. 18. 175) *Codd. coll. o. pr. F* 176) *ABEFGH — c.* 55. *Statutt. eccl. antiq. ap. Bruns* II, 145.; *Burch.* V, 13.; *Ans.* VII, 66.; *Ivo Decr.* II, 23.; *Coll. tr. P.* II, 18, 37.; *Polyc.* II, 38, 5. 177) *BDEFGH orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* ||

[C. XIX.][178a]

Item in[179b] *eodem*, [c. 39. 40. et 41.]

Diaconus sedeat iubente presbitero quolibet[180] loco. *Item*[181] diaconus in conuentu presbiterorum interrogatus loquatur. Alba uero[182] tantum tempore oblationis et[183c] lectionis utatur.

C. XX. *Diacones presbiteros se superiores cognoscant*[184a].

Item ex Concilio Tolletano IV. [c. 39.][185]

Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, ut se[186b] presbiteris anteponant, atque in primo choro ipsi[187] priores stare presumant, presbiteris in secundo choro constitutis. Ergo, ut sublimiores se[188] presbiteros[189] agnoscant, tam hii quam illi[190] in utroque[191]* consistant.

IV. Pars. Gratian. *Compagis uero calciari absque apostolici licentia diaconibus non permittitur, sicut nec mapulis uti absque eiusdem auctoritate*[192] *quibuslibet clericis conceditur.*

Unde Gregorius[193] *Iohanni Episcopo, Siracusano,* [lib. VII. epist. 28. indict. I.][194]:

C. XXI. *Absque apostolica licentia compagis diacones uti*[195] *minime*[196a] *presumant.*

Peruenit[197] ad nos, quod[198b] diaconus[199c] ecclesiae Catenensis calciatus[200d] compagis[201] procedere presumpsisset[202e], quod quia hactenus nulli per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodo diaconibus Messanensis ecclesiae, quibus olim a predecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene[203] recolitis. Quia ergo tantae temeritatis ausus leuiter non est attendendus, cum omni hoc fraternitas uestra subtilitate perquirat[204f]*, ut an per se[205g], uel alicuius hoc auctoritate presumpserit[206h], nobis subtiliter innotescat[207i]. Nam si negligenter ea, que male usurpantur, omittimus, excessus uiam aliis aperimus[208].

C. XXII. *Mapulis*[209] *clerici sine apostolici licentia uti non debent.*

Idem Iohanni Rauennati Episcopo, [lib. II. epist. 54. circa finem][210].

Illud autem, quod pro utendis a clero uestro mapulis scripsistis, a clericis nostris est fortiter obuiatum, dicentibus, nulli hoc umquam alii cuilibet concessum fuisse ecclesiae, nec Rauennates clericos uel[211a] illic, uel in Romana ciuitate tale aliquid[212] cum sua conscientia presumpsisse, nec, si temptatum esset, ex furtiua usurpatione sibi preiudicium generari, sed[213] etiam si in qualibet ecclesia hoc presumptum fuerit, asserunt emendandum, quod non concessione Romani Pontificis, sed sola subreptione[214] presumitur.

C. XXIII. *Sicut in*[215] *ministerio, ita in dispensatione sine diaconibus*[216a] *episcopus non uiuat.*

Item Ieronimus ad Rusticum Narbonensem episcopum[217b].

V. Pars. Diaconi sunt, quos in Apocalipsi[218] legimus[219], septem angeli ecclesiarum, hi sunt septem candelabra aurea, hi sunt[220c] uoces tonitruorum. §. 1.[221d] Virtutum operatione preclari, humilitate prediti, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annunciantes bona, dissensiones[222] et rixas et scandala resecantes, docentes[223], soli Deo conloquentes, in templo nichil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri et matri: „non nouimus[224e] uos,“ et filios suos non agnoscentes. §. 2.[225f] Sine his[226g] sacerdos nomen habet*, offitium non habet[227h]. Hic minister Dei dicitur, quia scriptum est: „Maior[228i] est, qui ministrat, quam[229k] cui ministratur.“ Et sicut in sacerdote[230l] ministratio[231], ita in[232] ministro dispensatio[233] sacramenti est. §. 3.[234m] Sacerdotibus etiam propter presumptionem non licet[235] de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a diaconibus[236n]. §. 4.[237o] Ita enim Deus noster omnipotens uniuersa disposuit, ut qui maiorem se crediderit[238p] minor esset[239q], et qui uideretur minor maior existeret. Denique quam hoc uerum sit ipse perpende[240r]. Leuitae conponunt mensam Domini, Leuitae sacerdotibus[241s], cum[242t] sacramenta benedicunt[243], assistunt, Leuitae ante sacerdotes orant, ut et[244u] si distinctio locorum credatur[245v] in mundo[246w], etiam[247] in altari Dei uideant sibi episcopi, qui[248x] superbi sunt, diacones anteponi. Si humilitatem diligunt et diaconi[249y] maiores se esse in eo, quod sunt humiles, recognoscant[250z]. Tunc demum[251], ut aures habeamus ad Deum[252aa], diaconus clamat[253bb], ipse predicat, ipse hortatur, ipse commonet[254] astantibus sacerdotibus, nec[255cc] leuiter hanc uocem[256], que[257] loquitur[258dd] et pacem annunciat, aut negligenter aspicias[259ee]. Sufficit huic tantum ordini per Dominum concessum fuisse, ut non solum[260ff] sacerdos in templo Dei[261gg] totum agere et inplere uideatur[262]. *Et infra:* §. 5. Nunc autem ex quo in ecclesiis, sicut in Romano inperio, creuit auaritia, periit lex a[263hh] sacerdote et uisio de propheta; singuli quique[264] per potentiam[265] episcopalis[266] nominis, quam sibi ipsi

EDITIO ROMANA.

Dist. XCIII. c. 19. a) C. XIX. De eodem b) ex c) vel — c. XX. a) Diaconi presbyteris se superiores non cognoscant b) sese — c. 21. a) non b) quod: *deest* c) diaconos d) calceatos e) praesumsisse f) perq. et si ita* sicut ad nos pervenit invenerit uerum esse, g) utrum vel a se h) praesumserint i) innotescat, ut cognita veritate quid fieri debeat, disponamus. — c. 22. a) vel: *deest* — c. 23. a) diacono b) *add.:* de septem ordinibus ecclesiae c. 5. c) sunt: *deest* d) Et infra: §. 1. e) novi f) Et paulo post: §. 2. g) hoc h) nomen non habet*, ortum non habet, offic. non habet i) Quis maior k) an l) sacerdotio m) Et paulo post: §. 3. n) diacono o) Et paucis interiectis: §. 4. p) esse crediderint q) sit r) perpende. Levitae inferunt oblationes in altari, s) cum sacerdot. t) dum u) et: *deest* v) creditur w) in mundo: *deest* x) si y) et diaconi: *deest* z) cognoscant aa) Dominum bb) acclamat cc) ne dd) loquitur haec ee) aspic. aut contemnendum putes ff) solus gg) Dei: *deest* hh) de

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XX. * In utroque: Licet in vulgatis Gratiani codicibus [et Edd. Bas. Lugdd. II. III.] legatur: *in utroque ordine,* et in tomis conciliorum impressis[191]: *in utroque choro:* tamen in vetusto codice conciliorum regis catholici, et plerisque vetustis Gratiani, etiam impressis, neutra vox habetur.

C. XXI. * Et si ita: Hic et paulo inferius addita sunt aliquot verba ex originali.

C. XXIII. * Nomen non habet: Sic etiam in originali, sed in multis Gratiani manuscriptis[227], et apud Anselmum est: *nomen habet, officium non habet.*

Dist. XCIII. can. 19. 178) *Codd. coll. o.* 179) *Codd. coll. o. pr. D; c.* 59. 60. 61. *Statutt. eccl. ant. ap. Bruns* I, 145.; *Ans.* VII, 66.; *Coll. tr. P.* II, 18, 38. 39. 40.; *Polyc.* II, 38, 5. 180) *add.:* in: *EGH Edd. coll. o.* 181) item ut: *orig. Hisp. Polyc.*; ut: *Coll. tr. P.* 182) *add.:* ut diaconus (vero: *deest*): *orig. Hisp. Polyc.* 183) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* || can. 20. 184) *Codd. coll. o.* 185) *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 234. *Ans. ded.* IV, 139.; *Burch.* II, 222. (*in Cod. Frib.:* 225.); *Ivo Decr.* VI, 297.; *Coll. tr. P.* II, 37, 15. 186) *BCEGH;* ut presb. anteponantur: *A* 187) et ipsi: *Edd. coll. o.* 188) sibi: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo — Corr.* 189) presbyteris: *Coll. tr. P.* 190) tam illi quam hi: *C Coll. tr. P.*; tam ei quam hi: *Ans. ded.* 191) *add.:* choro: *Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.* 192) licet . . . licentia: *A* || can. 21. 193) *add.:* Papa: *EGH* 194) *Ep.* 27. *scr. ao.* 598. *lib.* VIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1148. — *Ans.* VII, 74.; *Caes.* VI, 49. 195) uti: *deest: AB* 196) *Codd. coll. o. sed in AB* minime non, *cum scribae errore fortasse pro* uti: non *scriptum sit* 197) perv. itaque: *orig. Ans.* 198) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 199) *ib.* 200) *Codd. coll. o.* 201) campagis: *orig., quod calceamentorum genus a* χαμπή *flexura, nomen tulit* 202) *Codd. et Edd. Coll. o.;* praecedere praesumsisset: *Ans.* 203) *add.:* enim: *EGH* 204) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 205) *Codd. et Edd. coll. o.;* utrum vel per se: *Ans.;* utrum a se: *orig.* 206) *ABCDFH Ans.* 207) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 208) aperiamus: *EGH* || can. 22. 209) manipulis: *AB* 210) *Ep.* 56. *scr. ao.* 593. *lib.* III. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 896. — *Ans.* VII, 168. (174.) 211) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 212) aliud: *Edd. Arg. Bas.* 213) et: *Ans.* 214) usurpatione: *D;* usurpatione vel surreptione: *Edd. coll. o.* || can. 23. 215) in: *deest: AB* 216) *Codd. coll. o.* 217) *Codd. coll. o. — Hanc ep., seu libellum de septem ecclesiae gradibus, spuriam esse constat. — Ans.* VII, 72.; *Polyc.* II, 39, (38,) 2. 218) *Apoc. c.* 1. 219) legis: *Ans.* 220) *Codd. coll. o. pr. CF* 221) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 222) dissentientes: *Ans.;* disseminantes: *Polyc.* 223) doc.: *deest: Ans. Polyc.* 224) *AB Ed. Bas. orig. — Corr.* 225) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 226) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 227) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Edd. Lugdd.* II. III. *Ans. Polyc. — Corr.* 228) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 229) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 230) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 231) consecratio: *Polyc.* 232) ita et: *AB* 233) *add.:* administrationis: *Edd. Arg. Bas.* 234) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 235) liceat: *Polyc.* 236) *Codd. et Edd. coll. o.;* diaconis: *Ans. Polyc.* 237) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 238) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 239) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 240) *Codd. et Edd. coll. o.* 241) *ib. Ans. Polyc.* 242) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 243) benedicuntur: *Ans. Polyc. — Corr.* 244) *Codd. et Edd. coll. o.* 245) *ib. pr. Lugdd.* II. III. 246) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 247) et.: *deest: A;* tamen: *BDF;* et: *EGH Polyc.* 248) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 249) *Codd. et Edd. coll. o.* 250) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 251) deinde: *orig. Ans. Polyc.* 252) *Codd. coll. o. pr. A Polyc.* 253) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Ans. Polyc.* 254) com. etiam: *AC Edd. coll. o.;* com. et: *D* 255) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Ans. Polyc.* 256) *add.:* audiant aut negligenter aspiciant: *EGH* 257) qua: *Edd. coll. o.* 258) *ABCDF orig. Ans. Polyc.;* loquitur, quae pacem: *EGH* 259) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.: in EGH* aut negl. aspic.: *deest* 260) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 261) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 262) *finis canonis: Polyc.* 263) *ABC Ed. Bas.* 264) quoque: *Ans.* 265) pro potentia: *orig. Ans.* 266) coepiscopalis: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.

illicite[267] absque ecclesia uendicarunt, totum, quod Leuitarum est, in suos usus redigunt, nec hoc solum[268 ii], quod asscriptum[269 kk] est, sibi uendicant, sed cunctis auferunt uniuersa. Mendicat infelix in plateis clerus[270 ll], et seruili[271 mm] operi mancipatus publicam de[272 nn] quolibet poscit[273 oo] elemosinam[274 pp]. Qui[275 qq] ex eo magis[276 rr] despicitur a[277 ss] cunctis, quo[278 tt] misere[279 uu] desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. §. 6.[280 vv] Solus episcopus[281 ww] incubat donis[282 xx], solus utitur ministerio, solus uniuersa sibi uendicat, solus partes inuadit alienas, solus occidit uniuersos. §. 7.[283 yy] Hinc propter auaritiam sacerdotum odia sepe[284 zz] consurgunt, hinc episcopi accusantur a clericis, hinc principium litis[285 aaa], hinc detractionis[286] causa, hinc origo fit[287 bbb] criminis. Etenim si unusquisque ita in hoc mundo uisibili[288] aliquid possidere iubetur, ut sua tantum sit possessione contentus, ac res non inuadat alienas, non[289] agrum pauperis[290 ccc] tollat, non uineam, non subuectorium[291] aliquod, non famulos, non fructum[292 ddd]; quanto magis qui ecclesiae Dei preest debet ita in omnibus seruare iusticiam, ut hoc sibi uendicet[293 eee], quod sui iuris esse cognoscit[294], aliena non rapiat, aliena non tangat[295 fff], equalem ceteris se faciat, et sicut sine his[296] in ministerio non uiuit, ita in dispensatione non uiuat? §. 8. Certe, ut ipse nosti[297], qui uisibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum, accusatur a paupere, dampnatur a iudice, ita in[298 ggg] ecclesia Dei, cum quisque[299 hhh] stipendia perdit[300 iii], clamat ad Dominum[301 kkk], exauditur[302] a Christo, nec differtur ultionis[303 lll] sententia, si non sedantur[304 mmm] uniuersa. Moderatio enim Dei ac pietas[305] solum nostrum reditum querit, ac nos cupit[306] longa[307] sua bonitate saluari[308]. Si[309 nnn] non conuertimur, si duri colli[310 ooo] sumus, si in peccatis usque ad mortem illicite perduramus, assidue peccantium[311 ppp], non miseretur Deus[312 qqq].

VI. Pars. Gratian. *Hoc capitulo sacerdotum auaricia reprehenditur, diaconorum dignitas siue offitium commendatur. Sed quia (ut supra dictum est) diaconi insolescentes etiam presbiteris se preferendos arbitrati sunt, contra illorum*[313 rrr] *supercilium scribit Ieronimus ad Euangelum presbiterum*[314 a], [epist. LXXXV.]:

C. XXIV. *Diacones presbiteris debent subesse.*

Legimus in Ysaia: „Fatuus fatua loquitur."[315b] Audio quendam in tantam erupisse uecordiam, ut diaconos presbiteris id est episcopis anteferret. Nam cum Apostolus perspicue doceat, eosdem esse episcopos, quos presbiteros, quid patitur mensarum et uiduarum minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur? Queris auctoritatem? Audi testimonium[316]: „Paulus et Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis[317 c], qui sunt Philippis, cum espiscopis et diaconibus." Vis et aliud exemplum? In Actibus apostolorum ad unius ecclesiae sacerdotes ita Paulus loquitur[318]: „Attendite uobis, et cuncto gregi, in quo uos[319] Spiritus sanctus posuit episcopos, ut regatis[320 d] ecclesiam Dei, quam adquisiuit sanguine suo." Ac ne quis contentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audiat[321 e] aliud testimonium, in quo manifestissime declaratur uel[322 f] conprobatur, eundem esse episcopum atque[323] presbiterum: „Propter hoc[324] reliqui te Cretae[325 g], ut que[326] deerant corrigeres, et constitueres presbiteros per ciuitates, sicut ego[327 h] tibi mandaui: si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae, aut non subditos. Oportet enim episcopum[328] sine crimine esse, quasi Dei dispensatorem."[329] Et ad Timotheum[330]: „Noli negligere gratiam, que[331 i] tibi data est per prophetiam*, et[332 k] per inpositionem manuum presbiterii." Sed et Petrus[333] in prima epistola: „Presbiteros, qui in uobis[334 l] sunt, precor[335] conpresbiter[336], et testis passionum Christi, et futurae gloriae, que reuelanda est, particeps, regite[337] gregem Christi, et inspicite non ex necessitate, sed uoluntarie[338] iuxta Deum." Quod quidem grece significantius dicitur ἐπισκοποῦντες[339], unde[340 m] et nomen episcopi tractum est[341]. Parua[342] tibi uidentur tantorum uirorum testimonia? Clangat tuba euangelica, filius tonitrui, quem Iesus amauit plurimum, qui de pectore saluatoris doctrinarum fluenta potauit: „Presbiter[343], Electae dominae[344], et filiis eius, quos ego diligo in ueritate." Et[345] in alia epistola[346]: „Presbiter Gaio karissimo, quem ego in ueritate diligo." §. 1. Quod autem postea unus electus est, qui ceteris preponeretur, in scismatis remedium[347] factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam et Alexandriae a Marco euangelista usque ad Eraclam[348] et Dionisium episcopos, presbiteri ex[349] se semper unum eligebant[350 n] et[351 o] in excelsiori[352] gradu collocabant, quem[353 p] episcopum nominabant, quomodo si exercitus inperatorem[354] faciat. Diaconi autem[355 q] eligant de[356] se quem industrem[357 r] nouerint[358], et archidiaconum nuncupent[359 s]. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod non facit[360 t] presbiter? Nec altera Romanae urbis ecclesia, altera totius orbis existimanda est: et Galliae[361], et Brittanniae, et[362] Affrica, et Persis, et[363] oriens, et India, et omnes barbarae nationes unum Christum adorant, unam obseruant regulam ueritatis. Si[364] auctoritas queritur[365], orbis maior est urbe. Ubicumque fuerit episcopus, siue Romae, siue Eugubio[366 u], siue Constantinopolim[367 v], siue Regio[368 w], siue Alexandrinae, siue Thanis[369], eiusdem est meriti, eiusdem et[370] sacerdotii. Potentia diuitiarum et pau-

EDITIO ROMANA.

Dist. LXIV. c. 23. ii) solum: *deest* kk) scriptum ll) clericus mm) civili nn) a oo) deposcit pp) alimoniam qq) Et quidem rr) magis: *deest* ss) a: *deest* tt) sacerdotale officium, dum uu) misericordia vv) Et infra: §. 6. ww) episcop.: *deest* xx) bonis yy) Et paulo post: §. 7. zz) sepe: *deest* aaa) principum lites bbb) fit: *deest* ccc) pauperi ddd) fructus eee) tantum vindicet fff) contingat ggg) et in hhh) unusquisque iii) sua perd. kkk) Deum lll) in hac parte ultionis mmm) redduntur nnn) Sed si ooo) corde ppp) peccanti qqq) sicut scriptum est Deus non miser. rrr) eorum — c. 24. a) ad Evagrium Episcopum b) loquetur c) sanctis in Christo Iesu d) regeretis e) audi et f) declarat. uel: *deest* g) in Creta h) sic. et ego i) grat., quae in te est, quae tibi k) et: *deest* l) presbyt., inquit, in vobis m) id est superintendentes, unde n) electum o) et: *deest* p) collocatum, episcopum q) aut r) industrium s) vocent t) faciat u) Eugubii v) Constantinopoli w) Rhegii

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIV. * **Per prophetiam**: Sic in vulgata editione, et graece: διὰ προφητείας. Sed hic apud B. Hieronymum [et Anselmum]: *prophetiae.*

Dist. XCIII. can. 23. 267) illic.: *deest: Ans.* 268) *Codd. et Edd. coll. o.* 269) *ib. — Corr.* 270) *Codd. coll. o. pr. D — Ans.* 271) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Corr.* 272) *Codd. coll. o. pr. D — Ans.* 273) *Codd. et Edd. coll. o.*; petit: *Ans.* 274) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Corr.* 275) *ib.* 276) *ib.* 277) *ib. orig.* 278) *Codd. coll. o. Ans.* 279) *Codd. coll. o.*; miser et desolatus: *Edd. coll. o.*; miseria desolatus: *Ans.* 280) *Codd. coll. o. Ans.* 281) *ib.* 282) *ib. Corr.*; divitiis: *orig.* 283) *Codd. coll. o. Ans.* 284) *Codd. et Edd. coll. o.*; semper: *Ans.* 285) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Ans. Corr.* 286) desolationum: *orig.* 287) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 288) visibiliter: *Ans., ubi* aliquid: *deest;* hunc mundum visibiliter: *orig.* 289) nec: *EGH* 290) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 291) subiunctorium: *Ans.*; subiectorum: *Corr.*; subiunctorum: *ib.* 292) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 293) *ABCDF Ans.*; solum vindic.: *EGH Edd. coll. o.* 294) cognoscitur: *AB* 295) *Codd. coll. o. Ans.* 296) sine his in ecclesia non fuit, ita et sine his in ecclesiae (eccl.: *deest: Ans.*) ministerii dispensatione non vivat: *orig. Ans.* 297) nostis: *GH* 298) *Codd. coll. o. Ans.* 299) *Codd. coll. o.* 300) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. — Ans.* 301) *Codd. coll. o. Ans.* 302) auditur: *Ans.* 303) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 304) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ans.* 305) preces ac: *orig.* 306) quaerit: *ib.* 307) longa: *deest: ib.* 308) salvare: *ib.* 309) *Codd. coll. o. Ans.* 310) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 311) *Codd. et Edd. coll. o.* 312) *ib.* 313) *BEGH* ‖ **can. 24.** 314) *AB orig. — Ans. Polyc.*; Evandrum: *CD;* Eugenium: *EFGH — Ep. Hieronymi ad Evangelum in Ed. Migne Ep.* 146. — *Ans.* VII, 87. (92.) 315) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. — cf. Esa. c.* 32. *v.* 6. 316) *Philipp. c.* 1. *v.* 1. 317) *Codd. et Edd. coll. o.* 318) *Act. c.* 20. *v.* 28. 319) *add.*: fratres: *Edd. coll. o.* 320) *Codd. coll. o. pr. A* 321) *Codd. et Edd. coll. o.* 322) *ACF Edd. coll. o.*; vel probatur: *B* 323) et: *AEGH* 324) quod: *ACEGH — ad Tit. c.* 1. *v.* 5. 325) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 326) qui: *D Edd. Arg. Bas.* 327) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 328) episcopos: *EGH Ans.* 329) dispensatores: *EGH* 330) *c.* 4. *v.* 14. 331) *Codd. coll. o. Ans.* 332) *Codd. coll. o.* 333) I. *Petr. c.* 5. *v.* 1. 334) *Codd. et Edd. coll. o.*; presbytero, inquit, vos: *Ans.* 335) *add.*: ego: *Edd. coll. o.* 336) *add.*: consenior vel: *GH;* et senior vel: *E* 337) regere . . . inspicere: *orig. Ans.* 338) voluntate: *CEG Ed. Bas.* 339) Epichius: *D Ed. Bas.*; Epithius: *Edd. coll. rel. pr. Par. Lugdd.* II. III. 340) *Codd. coll. o. Ans.* 341) dicitur: *Ans.* 342) *add.*: Et si: *EGH* 343) II. *Ioann. c.* 1. 344) *add.*: suae: *AB* 345) Et . . . veritate: *deest: Ans.* 346) III. *Ioann. v.* 1. 347) hoc remed.: *Ans.* 348) Esdram: *AE Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; Heredam: *GH;* Bedam: *C;* Lerdam: *B;* Heratum: *F;* Herendam: *D;* Eraclium: *Ans.* 349) de: *Ans.* 350) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 351) *Codd. coll. o.* 352) excellentiori: *EGH* 353) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 354) *add.*: sibi: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 355) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 356) ex: *BEGH Turrecrem.* 357) *Codd. coll. o. Ans.* 358) noverunt: *EGH* 359) *Codd. et Edd. coll. o.* 360) *ib.* 361) altera Galliae: *EGH* 362) Nam et Africa: *ib.* 363) et oriens et India: *deest: Ans.* 364) *add.*: autem: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 365) qaeretur: *eaed. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 366) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 367) *ib.* 368) *ib.* 369) Brittanis: *C;* Guarmaciae: *D;* Thebanis: *Ed. Arg.*; Thebis: *Edd. coll. rel. pr. Bas.*; *add.*: sive Guarmaciae: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 370) et: *deest: Ans.*

pertatis humilitas uel sublimiorem episcopum, uel inferiorem non[371] facit; ceterum omnes apostolorum successores sunt. §. 2.[372] Sed dicis[373], quomodo Romae ad testimonium diaconi presbiter ordinatur? Quid mihi profers[374x] unius urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum[375] est supercilium, in leges ecclesiae uendicas? Omne quod rarum est plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere preciosius est. Diacones paucitas honorabiles[376], presbiteros turba contemptibiles facit. Ceterum in ecclesia etiam[377] Romae presbiteri sedent, et stant diaconi, licet[378] paulatim crebrescentibus[379y] uitiis inter presbiteros absente episcopo diaconos[380z] sedere uideamus[381aa], et in domesticis conuiuiis benedictiones coram[382bb] presbiteris dare. Discant, qui hoc faciunt, se non recte facere, audiant[383cc] Apostolos[384]: „Non est dignum, ut[385] relinquentes uerbum Dei ministremus mensis.“ Sciant diaconi quare constituti sint. Legant Acta[386] apostolorum, recordentur condicionis suae. Presbiter et episcopus aliud etatis, aliud dignitatis est nomen. Unde ad[387dd] Titum et Timotheum[388ee] de ordinatione[389] episcopi et diaconi dicitur; de presbiteris omnino reticetur, quia in episcopo et presbiter continetur. Qui prouehitur, a[390ff] minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbitero ordinetur diaconus, ut presbitero maior[391gg] conprobetur, in quem crescit[392] ex paruo, aut si ex diacono ordinatur[393hh] presbiter, nouerit se** laicis maiorem, sacerdotibus esse minorem.

C. XXV. *De eodem.*

Item Ciprianus, [lib. III. epist. 9.][394]

Dominus noster Iesus[395a] Christus, rex et iudex et dominus[396b] noster, usque ad passionis diem[397] seruauit honorem pontificibus et[398] sacerdotibus[399] quamuis[400] illi nec timorem Dei, nec agnicionem Christi seruassent. Nam cum leprosum mundasset[401c], dixit illi[402]: „Vade, et ostende te sacerdotibus[403d], et offer donum.“ Humilitatem[404e] nos humilis[405f] docuit, sacerdotem[406] adhuc appellans[407g], quem sciebat esse sacrilegum. Item subditus passioni[408h] cum alapam accepisset, et ei diceretur[409]: „Sic respondes pontifici?“ nichil contumeliose ille[410] locutus est in personam pontificis, sed sic[411i] magis innocentiam suam tuitus[412k] est, dicens[413]: „Si male locutus sum, exprobra de malo[414]: si[415] autem bene, quid me cedis?“ Que omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atque pacienter, ut nos humilitatis[416] ac[417] pacientiae haberemus[418] exemplum. Docuit enim[419] sacerdotes ueros legitime et plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit[420]. §. 1. Meminisse autem diaconi debent, quoniam apostolos, id est episcopos et presbiteros[421l], Dominus elegit, diaconos autem post ascensum[422] Domini in celum[423m] apostoli sibi constituerunt episcopatus sui et ecclesiae ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit, possunt et contra nos diacones audere, a quibus fiunt.

VII. Pars. Gratian. *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, ubique seruandum est, nisi cum diaconus habuerit locum aut proprii patriarchae, aut sui metropolitani*[424].

Unde in VI. Sinodo, [c. 7.] *legitur*[425]:

C. XXVI. *Diaconus sacerdotibus non preferatur, nisi locum metropolitani sui obtineat.*

Precipimus, ne diaconus (quamuis etiam[426] in dignitate, hoc est in offitio quolibet ecclesiastico sit) ante presbiterum sedeat, nisi cum locum[427] habuerit proprii patriarchae aut metropolitani[428a] pro aliquo capitulo; tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis uero presumpserit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repulsus ultimus omnium fiat in ordine suo.

DISTINCTIO XCIV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Subdiacono etiam summus patriarcha uices suas committere ualet*[1].

Unde Simacus ait[2a]*:

C. I. *Etiam subdiacono*[3b] *uices suas committit apostolica ecclesia.*

Valde necessarium esse perspeximus, ut sicut decessorum[4c] nostrorum fuit iudicium, ita uni eidemque personae omnia committamus, et[5d] ubi[6] nos presentes esse non possumus, nostra per eum, cui precipimus, representetur auctoritas. Quamobrem Petro subdiacono sedis nostrae intra prouinciam Siciliam uices nostras auxiliante Deo commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui Deo auxiliante totum nostrae ecclesiae noscimur patrimonium[7e] commisisse.

II. Pars. Gratian. *Legatum uero apostolicae sedis quicumque inpedierit, usque ad satisfactionem excommunicetur.*

Unde Alexander [Papa I. epist. II. omnibus Episcopis][8]:

C. II. *Excommunicetur, qui legatum sedis apostolicae inpedire temptauerit.*

Si quis autem legationem* inpedit, non unius, sed multorum profectum auertit, et sicut multis nocet, ita a multis arguendus[9] est, et bonorum societate priuandus[10]. Et quia Dei causam inpedit, et statum conturbat ecclesiae, ideo[11] ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus[12] itaque[13] talis est cauendus, et non in communione[14a] fidelium usque ad satisfactionem recipiendus.

EDITIO ROMANA.

Dist. XCIII. c. 24. x) praefers y) increbrescentibus z) diaconum aa) viderim bb) coram: *deest* cc) et audiant dd) et ad ee) ad Timotheum ff) de gg) minor diacono hh) ordinetur — c. 25. a) ipse Iesus b) deus c) emundasset d) monstra te sacerdoti e) humilitate ea, qua nos quoque esse f) humiles g) appellabat h) sub ictu passionis i) sic: *deest* k) tutatus l) praepositos m) coelos — c. 26. a) metrop. sui — Dist. XCIV. c. 1. a) Unde Gregorius ad Episc. Siciliae, libro I. ep. 1. b) subdiaconis c) praedecessorum d) ut e) patrocinium — c. 2. a) communionem

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Noverit se: In originali [Ans. Polyc.] est, *noverit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem.* Quo etiam pertinet, quod idem Hieronymus ad caput ultimum Ezechielis scribit: *Levitarum multitudinem intelligere se a sacerdotali gradu esse disiunctam, et ad decutiendam superbiam ministrorum, qui ignorantes humilitatem status sui, ultra sacerdotes, hoc est, presbyteros, intumescunt, et dignitatem non merito, sed divitiis aestimant.* Verum ob glossam non est mutatum.

Dist. XCIV. C. I. * Gregorius: Restituta est inscriptio ex Polycarpo; nam antea legebatur: *Symmachus Papa.*

C. II. * Legationem: In epistola ipsa, concilio Triburiensi [c. 9.], et apud Burchardum additur: *vestram.* Ea enim legatio videtur significari, qua apostolos et episcopos pro Christo fungi docuit B. Paulus 2. Corinth. c. 5.

Dist. XCIII. can. 24. 371) non: *deest: ACD Ans.; add.:* episcopum: *AB* 372) *add.:* et infra: *Ans., apud quem sqq. usque ad* eccl. ceter. Romae: *desunt.* 373) dices: *Edd. coll. o. orig.; sed in orig. est etiam* dicis *in varietate lectionis.* 374) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 375) exortum: *EGH* 376) honorabiliores: *EGH* 377) *Polyc.* II, 38, 6. 378) licet . . . continet: *deest: Ans. Polyc.* 379) *Codd. coll. o.* 380) *ABCDF;* diacones: *EGH* 381) *Codd. coll. o.* 382) *Codd. coll. o.;* benedictionem coram: *Edd. coll. o. Turrecrem. Corr.* 383) *Codd. coll. o.* 384) *Act. c.* 6. *v.* 2. 385) *add.:* nos: *EGH* 386) actus: *ib.* 387) *Codd. coll. o.* 388) *ABDF* 389) ordine: *Codd. coll. o. pr. AB* 390) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 391) *ib.* 392) concrescit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 393) *A Ans. Polyc.* || can. 25. 394) *Ep. ad Rogatianum scr. c. a.* 256.; *in Corp. SS. eccl. Ep.* III. *c.* 2. — *Ivo Decr.* V, 355. 395) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 396) *ABD;* et dom. noster: *deest: CEGH:* et sacerdos: *Ivo* 397) noster . . . diem: *deest: Ivo* 398) pont. et: *deest: Ivo* 399) *add.:* malis: *ib.* 400) quamvis . . . docuit: *deest: ib.* 401) *Codd. coll. o.* 402) *Luc. c.* 5. *v.* 14. 403) *Codd. et Edd.. coll. o.* 404) *Codd. et Edd. coll. o. sed in AB:* per humilitat. 405) *Codd. et Edd. coll. o.; sed in Ed. Bas. pro* humilis: humiliter. 406) in qua sacerdot. (adhuc: *deest*) *Ivo* 407) *Codd. coll. o.;* appellavit: *Ivo* 408) *Codd. et Edd. coll. o.;* Et cum alap.: *Ivo* 409) *Ioann. c.* 18. *v.* 23. 410) ille: *deest: Ivo* 411) *Codd. coll. o.* 412) *EGH orig. Ivo; in ABCDF legitur:* tutus 413) *Ioann. c.* 18. *v.* 23. 414) testimonium perhibe de malo: *Ivo* 415) si . . . patienter: *deest: ib.* 416) *add.:* eius: *ib.* 417) ac pat.: *deest: ib.* 418) habeamus: *EGH* 419) enim: *deest: orig. Ivo;* et docuit: *Ivo* 420) existit: *Corr.* — *finis canonis: Ivo* 421) *ABCDF Edd. coll. o.* — *Corr.* 422) assumptionem: *EGH* 423) *Codd. coll. o.* 424) metropolitae: *AB; add.:* destinatus ad sententias dandas, vel litem dirimendam, vel legatus a papa capitula promulget: *EGH* || can. 26. 425) in VII. syn.: *ABE: imo synodo quinisexta hab. ao.* 692. — *Ivo Decr.* VI, 123.; *Coll. tr. P.* II, 11, 3. 326) et.: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 427) vicos: *ib.* 428) *Codd. coll. o. D Ivo Coll. tr. P.:* metropolitae: *CD Edd. Arg. Bas.*

Dist. XCIV. Pars. I. 1) valeat: *EGH* || can. 1. *Codd. et Edd. coll. o.* — *At est Gregorii M. Ep.* 1. *scr. ao.* 591. *lib.* I. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 704. — *Error ex eo venisse videtur, quod apud Ans. fragmentum quoddam ad Symmachum pertinens praecedit. Ans.* I, 26.; *Polyc.* I, 14, (15,) 2.; *Caes.* V, 57. 3) *ABEFGH* 4) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 5) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 6) quia: *Edd. coll. o.;* ut: *Polyc.* 7) *ABCDF Edd. Arg. Bas. Nor. Turrecrem. orig. Ans. Polyc. Corr.;* patrocinium vel patrimonium: *EGH* || can. 2. 8) *Ep.* II. *Alex. Pseudois. c.* 13. *ap. Hinschius p.* 102. — *Jaffé no.* XXIV. — *Burch.* XV, 37. (Ex C. Tribur. *can.:* cum autem episcopis) 9) redarguendus: *EGH* 10) arcendus: *orig. Burch.* 11) ideoque: *orig. sed in Cod. Dst:* ideo; ideo: *deest: Burch.* 12) hominibus: *orig., sed in Cod. Dst:* omnibus 13) quoque: *CF Corr.* — *orig.; sed in Cod. Dst deest* 14) *ABCDFH orig.*

III. Pars. Gratian. *Archidiaconi quoque*[15b], *quamuis ex offitio suo clericorum uitam diligenti examinatione debeant*[16c] *inquirere, et que corrigenda inueniunt*[17d] *episcopo nunciare, tamen dominacionem super eos exercere, et censum ab*[18] *eis exigere prohibentur*[19e].

Unde in Cabillonensi Concilio, [c. 15.] *legitur*[20]:

C. III. *Archidiaconi super presbiteros dominacionem*[21a] *non exerceant.*

Dictum est[22], quod in plerisque locis archidiaconi super presbiteros parrochianos quandam exercent[23] dominacionem, et ab eis censum[24] exigunt, quod magis ad tirannidem, quam ad rectitudinis pertinet formam[25b]. §. 1. Si enim iuxta Apostoli[26] sententiam episcopi non debent esse dominantes[27] in clero, sed forma facti gregis ex animo, multo minus isti facere[28] hoc debent. Sint itaque[29c] contenti regularibus disciplinis, et teneant propriam mensuram, et quod eis ab episcopis iniungitur, hoc per parrochias[30] exercere[31d] studeant, nichil per cupiditatem et auariciam presumentes.

DISTINCTIO XCV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem sacerdotes supra iubentur episcopis tamquam subditi obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis*[1] *presentibus episcopis sacra misteria celebrare, (sicut episcopali supercilio quidam ab his uolebant presbiteros prohibere), sed quia presbiteri pontificibus, tamquam filii parentibus, debent obedire. Baptizatos etiam crismate eis tangere conceditur.*

Unde Gregorius scribit[2] *Ianuario Episcopo Caralitano*, [lib. III. epist. 26. Indict. XII.][3]:

C. I. *Ubi episcopi desunt, baptizatos in frontibus presbiteri crismate tangant.*

Peruenit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod presbiteros crismate tangere eos[4a], qui baptizati[5] sunt, prohibuimus. Et nos quidem[6] secundum ueterem usum nostrae ecclesiae fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut[7] presbiteri etiam in frontibus baptizatos[8] crismate tangere debeant, concedimus.

Gratian.[9] *Supra econtra*[10b] *Leo episcopus capitulo*[11c] *„Quamuis corepiscopis,"* [Dist. LXVIII.]

C. II. *Presbiteri ultra suum modum contendere*[12a] *non presumant.*

Item Gelasius [Papa Episcopis per Lucaniam, etc. epist. V. c. 8.][13]

Presbiteros[14] ultra[15] suum modum tendere[16] prohibemus, nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere, non conficiendi crismatis, non[17] consignationis pontificalis adhibendae sibimet arripere facultatem.

Gratian. *Sed istud Gregorii pro scandalo sedando semel concessum legitur. Illud autem Leonis*[18b] *et Gelasii usu approbante preualuit, nisi forte ubi aliquorum consuetudo hoc admisit, ut in absentia episcopi extrema necessitate cogente ex concessione Gregorii presbiteri baptizatos in frontibus*[19c] *liniant. Prohibitio uero Leonis et Gelasii in eo casu intelligatur, cum episcopi presentes sunt, uel cum*[20] *non cogit ultima necessitas. Oleo uero sanctificato permittitur eis ungere infirmos. Unde Iacobus ait: „Infirmatur quis in uobis? inducat presbiteros ecclesiae, qui orent super eum ungentes eum oleo*[21d]*, et oratio fidei saluabit infirmum."*

II. Pars. §. 1. *Sed queritur, an episcopis liceat eodem oleo ungere infirmos? uel si inpenitentibus huiuscemodi*[22e] *unctio sit concedenda?*

De his uero ita scribit Innocentius Papa [ad Decentium Eugubinum Episcopum, epist. I. c. ult.][23]:

C. III. *Oleo sanctificato non prohibetur episcopus tangere infirmos.*

Illud superfluum[24] uidemus[25] adiectum, ut de episcopo ambigatur, quod presbiteris licere non dubium est. Nam idcirco de[26] presbiteris dictum est, quia episcopi occupationibus[27] aliis inpediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum[28] si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem a se uisitandum, et benedicere, et[29] tangere crismate sine cunctatione potest, cuius est ipsum[30] crisma conficere. Non[31a]* penitentibus istud fundi[32b] non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo[33] unum genus putatur posse[34] concedi?[35] His igitur[36c], frater karissime, omnibus, que tua dilectio uoluit a nobis exponi, prout potuimus respondere[37] curauimus.

III. Pars. Gratian. *Crisma uero a suis episcopis ad baptismi sanctificationem presbiteri petant.*

Unde in Carthaginensi Concilio IV. [c. 36.][38]:

C. IV. *Crisma singulis annis a proprio petatur episcopo*.*

Presbiteri, qui per dioceses[39] ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis[40], nec[41] per iuniorem[42] clericum, sed omni anno[43]** aut per se ipsos, aut per illum, qui[44] sacrarium tenet, ante pascae solempnitatem crisma petant.

C. V. *Presbiter idem est qui et*[45a] *episcopus, ac sola*[46] *consuetudine presbiteris episcopi presunt.*

Item Ieronimus supra epistolam ad Titum[47b].

Olim[48] idem presbiter[49c], qui et episcopus, et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, et diceretur in populis: „Ego sum Pauli, ego sum[50d] Apollo, ego autem Cephae," communi presbiterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam autem[51e] unusquisque eos, quos baptizauerat, suos[52] esse putabat, non[53] Christi, in toto orbe decretum est, ut unus[54] de presbiteris[55f] superponere-

EDITIO ROMANA.

Dist. XCIV. c. 2. b) Archidiaconus vero c) debeat d) invenit e) prohibetur — c. 3. a) iurisdictionem b) ordinem c) sed contenti sint d) suas exerc. — Dist. XCV. c. 1. a) in fronte eos b) contra c) capitulo: *deest* — c. 2. a) tendere b) Leon. Papae c) fronte d) oleo in nomine Domini e) huiusmodi — c. 3. a) Nam non b) infundi c) ergo — c. 5. a) et: *deest* b) ad caput I. epistolae ad Titum, ad ea verba: Et constituas c) erat presbyter d) sum: *deest* e) aut.: *deest* f) presb. electus

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XCV. C. III. * Non poenitentibus: In epistolis Innocentii tam impressis quam manuscriptis (licet aliter testetur auctor glossae), in concilio Wormaciensi, in quo hoc idem reperitur, apud Alcuinum et Ivonem, et in aliquot Gratiani codicibus legitur sine negatione. Et in glossa (ut est in antiquis exemplaribus) utraque lectio exponitur.

C. IV. * Huic capiti rubrica est praeposita ex aliquot vetustis exemplaribus.

** Omni anno: Verba haec non sunt in editionibus conciliorum Coloniensibus duobus, et quatuor tomis impressorum, neque infra de consecr. dist. 4. ubi hoc idem, sed ex concilio apud Valentias refertur. Verum et in Coloniensi prisca, ac trium tomorum, et duobus Parisiensibus, duobusque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. *Literis*. de consecr. dist. 3. a Fabiano Papa singulis annis novum chrisma fieri praecipitur.

Dist. XCIV. can. 2. 15) *Codd. coll. o.* 16) *ib.* 17) *ABCH;* invenerint: *DEFG* 18) ex: *AB* 19) *Codd. coll. o.* || can. 3. 20) *hab. ao.* 813. *ap. Mansi* XIV, 96. — *Ivo Decr.* III, 134.; *Coll. tr. P.* III, 3, (4,) 17. 21) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 22) *add.:* etiam: *orig. Ivo* 23) exerceant: *orig.* 24) census: *ib.* 25) *Codd. et Edd. coll. o.;* fortitudinem: *Ivo Coll. tr. P.* 26) *add.:* Petri: *orig.* — I. *Petr. c.* 5. *v.* 3. 27) dominatores: *Ivo Coll. tr. P.* 28) agere: *Ivo* 29) *Codd. et Edd. coll. o.* 30) parochiam: *Ivo Coll. tr. P.* 31) *ABEFG Ivo Coll. tr. P.*

Dist. XCV. Pars. I. 1) liceat baptizatos crismate tangere vel: *AB* || can. 1. 2) scribit: *deest: EGH* 3) *Ep.* 26. *scr. ao.* 594. *lib.* IV. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 933. — *Ans.* VII, 129.; *Polyc.* III, 10, 13. 4) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 5) baptizandi: *orig.* 6) quod: *Polyc.* 7) vel: *ib.* 8) baptizandos: *orig.* 9) *Dictum Gratiani: deest: CEGH* 10) *AB* 11) *ib.* || can. 2. 12) *Codd. coll. o.* 13) *add.:* Papa: *CDEGH* — *Ep. scr. ao.* 494. *c.* 6. *ap. Thiel p.* 365. — *Jaffé no.* 391. — *Ans.* VII, 127. (*can. contin.*) 14) nec minus etiam presbyt.: *Ans.* 15) contra: *ib.* 16) contendere: *Edd. coll. o.* 17) nec: *Ans.* 18) *Codd. coll. o. pr. D* 19) *Codd. coll. o.* 20) cum: *deest: AB* 21) *ABDF* 22) *ABCDF* || can. 3. 23) Gelasius: *EGH* — *scr. ao.* 416. — *Jaffé no.* 494. — *Ivo Decr.* II, 75.; *Coll. tr. P.* I, 38, 5. 24) *add.:* esse: *orig.* 25) videtur: *EGH* 26) de: *deest: Coll. tr. P.* 27) praeoccupationibus: *Edd. coll. o.* 28) Sed: *Coll. tr. P.* 29) aut: *ib.* 30) ips.: *deest: orig.* 31) *ABDF;* nam penit.: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 32) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 33) *add.:* hoc: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.* 34) posse: *deest: AB* 35) *finis canonis: Ivo* 36) *ABCDF Coll. tr. P.* 37) exponere: *Ed. Bas.* || can. 4. 38) *Statutt eccl. antiq. c.* 87. *ap. Bruns* I, 145. — *cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII. — *Burch.* IV, 76.; *Ivo Pan.* I, 101.; *Ivo Decr.* I, 270.; *Coll. tr. P.* II, 18, 35. 39) qui diocesanas: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 40) suo: *ib.* 41) non: *Coll. tr P.* 42) minorem: *Edd. coll. o.* 43) omni anno aut: *deest: orig. Hisp. Burch Ivo Decr. Pan.* 44) qui eiusdem ordinis sit: *Burch. Ivo Decr. Pan.* || can. 5. 45) *ABEGH;* est: *deest: EGH* 46) *add.:* ex: *EGH* 47) *Codd. coll. o.* — *ad c.* 1. *v.* 5. — *Ans.* VII, 127. (130.) 48) olim: *deest: orig. Ans.* 49) *Codd. coll. o. pr. D;* est: *D Ans.;* est ergo: *orig.* 50) *ABCDF* — I. *Cor. c.* 1. *v.* 12. 51) *Codd. coll. o. Ans.* 52) *add.:* ita: *EGH* 53) *add.:* et: *ib.* 54) tunc: *Ans.* 55) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* praeponeretur: *EGH*

tur[56g] et[57h] scismatum semina tollerentur. *Et paulo post:* §. 1. Sicut ergo presbiteri sciunt, se ex ecclesiae consuetudine ei, qui sibi prepositus fuerit, esse subiectos, ita episcopi nouerint, se magis consuetudine quam dispensationis[58] dominicae ueritate presbiteris esse maiores, et in communi[59i] debere ecclesiam regere.

C. VI. *Coram episcopis presbiteris docere licet*[60]:
Idem ad **Rusticum Narbonensem** *Episcopum,* [de septem gradibus ecclesiae][61]:

Ecce ego* dico, presentibus episcopis suis atque astantibus in altario[62a] presbiteros posse sacramenta conficere. §. 1.[63b] Sed[64] quia scriptum est[65]: „Presbiteri duplici honore honorentur, maxime qui laborant in uerbo Dei," [66c] predicare eos decet, utile[67] est benedicere, congruum est[68d] confirmare, conuenit[69] reddere communionem, necesse est uisitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia Dei sacramenta conplere. §. 2.[70e] Nemo hinc[71] episcoporum inuidia diabolicae temptationis infletur[72f], irascatur[73] si[74g] plebem interdum presbiteri exhortentur, si in ecclesiis predicent, si plebi[75h], ut dictum[76i] est, benedicant. Etenim abnuenti[77] mihi ista sic dicam: qui non uult presbiteros facere que iubentur[78] a Deo, dicat, quid[79k] maior est Christo? aut quid poterit corpori aut[80] sanguini eius anteponi? Si presbiter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta[81] benedicit, benedicere populum[82l] non debet, qui Christum[83m] consecrare non metuit[84n]? §. 3.[85o] Circa laicos** ac mulieres iubentibus uobis, iniustissimi[86p] sacerdotes, presbiter Dei benedictionis perdit offitia[87q] amittit linguae opus, non habet confidentiam predicandi, truncatus est omni parte uirtutum, solum presbiteri nomen habet, plenitudinem atque[88] perfectionem, que consecrationi eius conpetit, non retentat. §. 4. Quis[89] hic, rogo[90], sacerdotes[91r], honor uester est, ut dampnum gibbi[92] inferatis? Quoniam cum pastoribus per potentiam aufertur[93s] Deo digna diligentia, contagium quoddam et calamitas crescit in gregibus, ac dominici*** patrimonii dampna conquiritis, dum soli uultis in ecclesia potentari. §. 5.[94t] Presbiteri negotiorum ab initio, iudices[95u] esse mandati sunt, presbiteri sacerdotum interesse debent[96v] concilio[97], quoniam et ipsi presbiteri, ut legimus, episcopi nominantur[98w], secundum quod dictum[99x] est ad episcopum[100]†. „Noli negligere gratiam, que tibi data est per inpositionem manuum presbiteri" [101y] et alibi[102] ad maiores natu: „Qui uos posuit episcopos regere ecclesiam suam" [103z]. §. 6.[104aa] Sed oderunt hoc superbi sacerdotes in presbiterii nomine[105bb], qui nolunt hoc esse, quod Christus, qui discipulorum pedes lauit, qui baptizatus a Iohanne est licet baptizandum se esse[106cc] a Domino proclamaret. Quod propterea scribo[107dd], ut, si preteriti temporis error iam non potest reuocari, uel ad presens in ecclesiis faciant[108ee], quod Romae fit[109ff], quod in Affrica fit[110gg], quod in oriente fit[111hh], quod[112ii] in Ispania[113], quod in Britannia, quod in Gallia[114kk], quod in omnibus locis, ubi humilitas perseuerat, quod[115] in celis[116ll] (quod maius est), ubi sedes eorum[117mm] legitur esse disposita[118nn].

C. VII. *Episcopi et clerici inuicem sibi honorem exhibeant.*
Idem ad **Nepotianum**, [epist. II.][119a]

Esto subiectus pontifici tuo, et quasi animae parentem ama[120b]. §. 1.[121c] Sed et[122d] episcopi sacerdotes se esse sciant[123e], non dominos, honorent clericos quasi clericos, ut ipsis[124f] episcopis[125g] honor[126h] deferatur a clericis[127]. §. 2. Scitum est illud oratoris Domicii: „Cur ego[128], inquit, te habeam ut principem, cum tu me non habeas ut senatorem?" §. 3. Quod[129] Aaron et filios[130i], hoc esse episcopum et presbiteros[131] nouerimus. §. 4. Unus[132] Dominus, unum templum[133], unum sit ministerium[134k]. §. 5. Recordemur semper, quod[135l] beatus[136m] Petrus apostolus precepit[137n] sacerdotibus: „Pascite eum, qui in uobis est, gregem Domini, prouidentes non coacte[138o], sed spontanee, secundum Deum[139], neque turpis[140p] lucri gratia, sed uoluntarie, neque ut dominantes in clero[141q], sed forma facti gregi[142] ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis inmarcescibilem gloriae coronam." §. 6. Pessimae[143] consuetudinis est in quibusdam ecclesiis, tacere presbiteros et presentibus episcopis non loqui quasi eis[144r] inuideant, aut eos dedignentur[145s] audire. „Et[146] si alii," ut[147t] inquit apostolus Paulus, „fuerit reuelatum sedenti, prior taceat." „Gloria[148u] patris est filius sapiens." Gaudeat episcopus in[149v] iudicio suo, cum tales elegerit[150w] sacerdotes.

C. VIII. *Presbiteri episcopos non precedant, sed comitentur uel subsequantur.*
Item ex Concilio **Laodicensi**, [c. 56.][151]

Non oportet presbiteros ante ingressum episcopi ingredi, et sedere in tribunalibus, sed cum episcopo ingredi, nisi forte

EDITIO ROMANA.

Dist. XCV. c. 5. g) superponeretur ceteris h) ad quem omnis ecclesiae cura pertineret et i) commune — c. 6. a) altari b) Et infra: §. 1. c) Domini d) est: *deest* e) Et infra: §. 2. f) inflatus g) in templo, si h) plebibus i) scriptum k) quis l) populo m) Christum etiam n) meruit o) Et paulo post: §. 3. p) o iniustiss. q) officium r) o sacerdot. s) vestram aufertur t) Et paucis interiectis: §. 5. u) ab initio, ut legimus, negotior. iudices v) debent: *deest* w) nuncupantur x) scriptum y) presbyterii z) Dei aa) Et infra: §. 6. bb) in presbyteris nomen cc) Ioannes dd) Propterea haec scribo ee) servetur humilitas, ut presbyteri hoc in ecclesiis suis faciant ff) fit: *deest* gg) sive quod (fit: *deest*) hh) fit: *deest* ii) quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod kk) quod etiam ex parte per Gallias ll) in coelis fit mm) angelorum nn) legis esse dispositas — c. 7. a) Item b) suscipe c) Et paulo post: §. 1. d) et: *deest* e) noverint f) et ipsis g) episcopis: *deest* h) quasi episcopis honor i) filios eius, hoc k) etiam minister l) quid m) beat: *deest* n) praecipiat o) coacti p) ut turpis q) clerum r) aut s) et non dignentur audire t) ut: *deest* u) (Et paulo post:) Gloria v) in: *deest* w) Christo elegerit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Ecce ego: Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de septem gradibus, et additur negatio: *Nec ego dico praesentibus epicopis atque adstantibus altari presbyteros posse sacramenta conficere; sed si forte usus exegerit, ut venientes ad ecclesiam sacerdotes eisdem horis, quibus aut oblatio parata non sit, aut non possit offerri, non debere episcopum repudiare eucharistiam presbyterorum, etc.*

** Circa laicos: In libello sic legitur: *tamen credendum est summi sacerdotis iudicio, et hoc faciendum, quod iusserit circa laicos et mulieres. Iubentibus vobis iniustissime sacerdotibus non recte presbyter Dei benedictionis, etc.*

*** Ac dominici: Ibidem est: *ac* [deest: Ans.] *Deo nostro non patrimonii sui* [deest: Ans.] *damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesiis* [ecclesia: Ans.] *potentari?*

† Ad episcopum: Hoc loco longe plenior est ratio in libello, et pro hac auctoritate Apostoli ad Timotheum multa alia afferuntur.

Dist. XCV. can. 5. 56) *ABDEFGH;* praeponeretur: *EGH;* superpon. omnibus: *Edd. coll. o.* 57) *Codd. coll. o.* 58) dispositionis: *orig.* 59) *Codd. coll. o. pr. C.* || can. 6. 60) liceat: *AB;* non liceat: *Ed. Bas.* 61) *Ep. ad Rusticum (c. 6.) Hieronymi non esse supra monuimus. — Ans.* VII, 128. (131.) 62) *Codd. coll. o. Ans.* 63) *ib.* 64) et: *orig.* 65) I. *Tim. c.* 5. *v.* 17. 66) *Codd. coll. o. Ans.* 67) *add.:* enim: *EGH Edd. coll. o.* 68) *BCFH* 69) et conven.: *EGH* 70) *Codd. coll. o. Ans.* 71) hic: *Ans.* 72) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 73) nemo irasc.: *Ans.* 74) *Codd. coll. o. Ans.* 75) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 76) *Codd. coll. o.* 77) abnuentibus: *CD Edd. coll. o.;* obvianti: *Ans.* 78) quod iubetur: *Ans.* 79) *BCDEFH* 80) et: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 81) *add.:* Christi: *Edd. Arg. Bas.* 82) *BDEFGH Edd. coll. o. Ans.* 83) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 84) *ABDF Edd. coll. o.;* non timuit: *EGH* 85) *Codd. coll. o. Ans.* 86) *ABCDF Ans.* 87) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* perdit: *deest: Ans.* 88) et: *EGH;* ad: *Ed. Lugdd.* II. 89) *add.:* igitur: *D Edd. coll. o.;* qui: *Ans.* 90) hoc scilicet rogo: *EGH* 91) *Codd. coll. o. Ans.* 92) damna gregibus: *orig.* 93) *Codd. coll. o. Ans.* 94) *ib.* 95) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 96) *Codd. et Edd. coll. o.* 97) consilio: *EGH orig.* 98) *Codd. coll. o. Ans.* 99) *Codd. coll. o.* 100) I. *Tim. c.* 4. *v.* 14. 101) *ABD Edd. coll. o. Ans.* 102) *Act. Ap. c.* 60. *v.* 28. 103) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 104) *Codd. coll. o. Ans.* 105) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 106) *Codd. coll. o. Ans.;* ille: *Edd. Lugdd.* II. III.; *deest: Edd. coll. rel.* 107) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* scribo vobis: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AC* 108) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* preficiant: *AB* 109) *CDEGH;* fuit: *A;* fui: *BF;* sui: *Ans.* 110) *CEGH;* fuit: *A;* fui: *BF;* sui: *Ans.* 111) *ib.* 112) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.; sed in Edd. coll. additur:* quod in Italia 113) *add.:* fui: *BF* 114) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 115) *add.:* etiam: *Edd. coll. o.* 116) *Codd. coll. o. pr. C — Ans.* 117) *ABCDF Edd. coll. o. orig. Ans.;* illorum: *EGH* 118) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* || can. 7. 119) *Codd. coll. o. — Ep.* 52. *c.* 7. *scr. ao.* 392. — *Ans.* VII, 121. (132.) 120) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 121) *Codd. coll. o. Ans.* 122) *AB Ans.* 123) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 124) *Codd. et Edd. coll. o.* 125) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 126) *ABEG* 127) a cler.: *deest: Edd. Arg. Bas.* 128) ergo: *Ans.* 129) *add.:* autem: *D Edd. coll. o.* 130) *ABEFGH* 131) presbyterum: *EGH* 132) Unde: *Ans.* 133) *add.:* unus baptismus: *Edd. coll. o.* 134) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 135) *ABDEFG* 136) *ABEGH* — I. *Petr. c.* 5. *v.* 2. 137) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Lugdd. Par.;* praecipit: *EGH Edd. Lugdd. Par.* 138) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 139) Domini praeceptum: *Edd. coll. o.* 140) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 141) *Codd. coll. o. Ans.* 142) gregis: *EG Edd. coll. o. orig.* 143) pristinae: *Ans.* 144) *Codd. coll. o. Ans.* 145) *Codd. et Edd. coll. o.* 146) Sed si aliquid; *Ed. Lugd.* II.; s. s. aliud: *Edd. coll. o.* 147) *Codd. et Edd. coll. o. — cf.* I. *Cor. c.* 14. *v.* 30. 148) *Codd. coll. o. Ans.* — quia gloria: *AB; Prov. c.* 10. *v.* 1. 149) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 150) *ib.* || can. 8. 151) *hab. inter a.* 343. *et* 381. (*cf. Hefele Conc.-Gesch.* I, 721 *sqq.*) *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 7, 28.

aut[152] egrotet episcopus, aut in peregrinationis commodo[153*] eum esse[154a] constiterit.

C. IX. *Episcopus non dominum, sed collegam se presbiterorum cognoscat.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV. [c. 34.][155]

Episcopus in quolibet loco sedens[156] stare presbiterum non patiatur.

[C. X.][157a]

Item ex eodem, [c. 35.][158]

Episcopus in ecclesia in[159b] consessu presbiterorum sublimior sedeat[160]. Intra domum uero collegam se presbiterorum esse cognoscat.

C. XI. *Sine precepto episcopi presbiter non signet infantes.*

Item ex Concilio Martini Papae[161].

Presbiter presente episcopo non signet infantes, nisi ab episcopo fuerit illi preceptum[162].

[PALEA.[163]

C. XII. De eodem.

Item ex Concilio Neocesariensi, c. 13.[164*]

Presbiteri ruris in ecclesia ciuitatis, episcopo presente uel presbiteris ipsius urbis, offerre non possunt, nec panem sacrificatum[165**] dare, calicemque porrigere. Si uere absentes hi fuerint, et ad[166] dandam ordinationem[***] uocentur soli, dare debebunt][167].

DISTINCTIO ~~CXVI.~~ XCVI

GRATIANUS.

Illud[1] *autem Honorii Augusti, quod de electione summi Pontificis supra constituisse legitur, nullius momenti esse probatur, cum non solum de ordinibus, sed nec etiam de rebus ecclesiasticis laicis legatur aliquando attributa disponendi facultas. Unde quecumque a principibus in ordinibus uel in*[2a] *ecclesiasticis rebus decreta inueniuntur, nullius auctoritatis esse monstrantur.*

Unde Simacus[3] *Episcopus catholicae ecclesiae urbis Romae in Sinodo residens dixit*[4a]:

C. I. *De rebus ecclesiasticis disponendis*[5b] *laicis nulla facultas relinquitur.*

Bene quidem[6] fraternitas uestra ecclesiasticis legibus assecuta[7c], sub diuini timore iudicii que erant statuenda diffiniuit, et ad iusticiae cumulum peruenit, cum[8d] sufficienter uniuersa[9] conplectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maxime de clericis, quos amor dominacionis inuasit, et iugum disciplinae ecclesiasticae fecit respuere. §. 1.[10e] Quorum excessus enarrare difficile est: unum tamen, quod occurrit, uenerando ordini uestro intimare non differo. Inter alia, scripturam quandam illustris memoriae Basilium quasi pro ecclesiasticae amore substantiae conscripsisse refero[11f], in qua nullus Romanae ecclesiae interfuit[12g], uel[13h] subscripsit antistes, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne[14i] ergo[15k] disputem inde, unde potest uestrum iudicare concilium requiratur, et referatur[16l] in medium, ut ex lectione agnoscatis[17m], cuiusmodi possit habere substantiam. Sancta sinodus respondit: „Deferatur in medium, ut cuiusmodi sit possit agnosci.“ Hec cum[18n] diceret, Ormisda diaconus recitauit: „Cum in Mausoleo*, quod est apud B. Petrum[19] apostolum[20], resedisset[21o] sublimis et eminentissimus uir prefectus pretorio atque patricius, agens etiam uices precellentissimi regis Odoacris, Basilius, dixit: „Quamquam studii uestri et religionis intersit[22], ut in electione episcopatus concordia principaliter seruetur ecclesiae, ne[23] per occasionem electionis[24p] status ciuitatis[25] uocetur[26] in dubium, admonitione beatissimi uiri Papae nostri Simaci[27] Simplicii, quam[28] ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meministis sub obtestacione fuisse mandatum, ut propter illum[29] strepitum et detrimentum ecclesiae uenerabilis, si eum de hac luce contigerit transire, non sine consultacione nostra cuiuslibet celebretur electio.“ Hec cum legeret[30q], Cresconius Tudertinae ciuitatis episcopus[31r] surgens e consessu[32] dixit: „Hic[33] perpendat sancta sinodus, utrum[34s] pretermissis personis religiosis[35], quibus maxime[36] cura[37t] est de tanto Pontifice, electionem eius[38u] in suam possint redigere[39v] potestatem, quod contra canones esse manifestum est.“ Item Ormisda diaconus legit[40]: „Ac ne[41w] confusionis atque[42] dispendii aliquid[43x] uenerabilis ecclesia sustineret, miramur, pretermissis quicquam nobis fuisse[44y] temptatum, cum sacerdote[45z] nostro superstite nichil debuisset[46aa] assumi. Quare si amplitudini uestrae uel[47] sanctitati placet, incolumia omnia, que ad futuri antistitis electionem respiciunt, religiosa ueneratione seruemus, hanc legem specialiter preferentes, quam nobis heredibusque nostris Christianae mentis deuotione sancimus: ne umquam predium, siue rusticum, siue urbanum, uel ornamenta, aut[48] ministeria que nunc sunt ecclesiarum, uel que[49] ex quibuslibet titulis ecclesiarum[50bb] iure[51cc] peruenerint, ab eo, qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, et illis, qui futuris seculis sequuntur[52dd], quocumque titulo aut[53ee] commento alienari liceat[54]. Et quicumque hoc

EDITIO ROMANA.

Dist. XCV. c. 8. a) abesse — c. 10. a) C. X. De eodem b) et in — Dist. XCVI. Pars. I. a) in: *deest* — c. 1. a) Romae Synodo praesidens b) disponendi c) obsecuta d) dum e) Et paulo post: §. 1. f) Dixerunt inter alia (refero: *deest*) g) nec interfuit h) nec i) Ne uero k) ego l) deferatur m) cognoscatis n) Et dum o) resideret p) ne tamen per occas. seditionis q) legerentur r) civit. Tudert. ecclesiae s) uti t) curae u) laici v) redegerint w) „Nam et quum quid x) aliquid: *deest* y) de rebus ecclesiae fuisse z) etiam sacerdote aa) sine nobis debuisset bb) ad eccles. cc) iura dd) sequentur ee) atque

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * In peregrinationis commodo: Sic prisca versio [imo Isidoriana]; sed Dionysius longe propius ad verba graeca: *nisi forsitan infirmitate detineatur, aut proficiscatur episcopus.* (*πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλοίη, ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος.*)

C. XII. * Neocaesariensi: Antea citabatur ex Genuensi[164]. Restituta est inscriptio ex ceteris collectoribus. Est autem haec fere Dionysii versio.

** Sacrificatum: Alibi ubique legitur: *sanctificatum.* Graece est in concilio impresso: *ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ;* sed apud Balsamonem *ἄρτον εὐχῆς*, id est: *panem mysticae precationis.*

*** Ad dandam orationem: *καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, δίδωσιν*, id est: *et solus ad mysticam precationem vocatus fuerit, dat.*

Dist. XCVI. C. I. * Quum in Mausoleo: Hoc initium scripturae Basilii in tomis conciliorum et codice canonum sic habet: *Quum in unum apud B. Petrum apostolum resedissent, sublimis, etc.* Omnino autem multae sunt huius capituli varietates in exemplaribus Gratiani, in variis conciliorum editionibus, et in codice canonum, ex quibus eae tantum partim indicatae, partim notatae sunt, quae maioris ponderis sunt visae.

Dist. XCV. can. 8. 152) vel: *Hisp.* 153) in peregrinis eum: *ib.* 154) *Codd. coll. o. pr. C, ubi* eum esse *deest; — Hisp.* || can. 9. 155) *c. 12. Statutt. eccl. ant. — cf. ad c. 9. Dist.* XVIII. — *ap. Bruns* I, 145. — *Coll. tr. P.* II, 18, 33. 156) residens: *EGH* || can. 10. 157) *ABF* 158) *ib. c. 2. — Bruns* I, 145.; *Ivo Decr.* V, 337.; *Coll. tr. P.* II, 18, 34. 159) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 160) *finis canonis: Ivo* || can. 11. 161) *c. 52. inter capitula Martini Brac.* (*c. 20. C. Tolet.* I. *hab. ao.* 400.) — *Bruns* II, 54. — *Coll. tr. P.* II, 47, 52. 162) imperatum: *EGH* || can. 12. 163) *Haec Palea deest in Codd. coll. o.; in F manu posterioris saeculi in margine scripta est. — cf. Hugucc. ap. Schulte Paleae* 15. 164) *habit. inter a.* 314. *et* 325. (*cf. Hefele Conc.-Gesch.* I, 210.) — ex C. Genuensi: *F;* Genitensi: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I.; Ianuensi: *Edd. coll. rel. pr. Lugdd.* II. III. — *Ans. ded.* IV, 72.; *Burch.* V, 44.; *Ivo Decr.* II, 53. 165) sanctificatum: *orig. Burch. Ivo* 166) ad: *deest: Burch.* 167) debent: *F Edd. coll. o.*

Dist. XCVI. Pars. I. 1) *Dist.* LXXIX. *c.* 8. 2) *ABF* || can. 1. 3) *add.:* Simplicius: *EGH* 4) *Codd. coll. o. — synod. Rom.* III. *hab. ao.* 502. — *ap. Thiel p.* 685. — *Jaffé ante no.* 473. 5) *Codd. coll. o.* 6) quid.: *deest: GH* 7) *Codd. coll. o.;* assueta: *Edd. coll. o.* 8) *Codd. et Edd. coll. o.* 9) omnia: *D Edd. coll. o.* 10) *Codd. coll. o.* 11) *Codd. et Edd. coll. o.* 12) *ib.* 13) *ib.* 14) *ib.* — nec: *EGH* 15) *ABGH Edd. coll. o. pr. Bas.;* tamen ne ego: *orig.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) *ABDF Ed. Bas.* 18) *Codd. coll. o.;* Quum hoc: *Edd. coll. o.* 19) Paullum: *D Edd. coll. o.* 20) apost.: *deest: CG* 21) *ABCF orig.* 22) vestrae sit: *AB* 23) *ABEFGH orig. Corr.;* nec: *orig., sed ne est in varietate lectionis* 24) *Codd. et Edd. coll. o.* 25) civilitatis: *orig. — Corr.* 26) revocetur: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* 27) Sym.: *deest: orig.* 28) quem: *EGH Edd. Arg. Bas.* 29) praeter ullum: *orig.* 30) *BF;* et cum legeret: *orig.* 31) *Codd. coll. o.;* Tud. ecclesiae: *Edd. coll. o.* 32) conventu: *EGH Edd. coll. o. exc. Bas.* 33) hinc: *AB;* hoc: *EGH Edd. coll. o.* 34) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 35) praetermissas personas religiosas: *orig.* 36) maxima: *EG* 37) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 38) *Codd. coll. o.;* elect. eius: *deest: orig.* 39) *Codd. et Edd. coll. o.* 40) legitur dixisse: *EGH Edd. coll. o.* 41) *Codd. coll. o. pr. AB;* ac nec: *AB;* ne quid: *orig.* 42) et: *EGH* 43) *Codd. coll. o.* 44) *ABCDF orig.* 45) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 46) *Codd. coll. o. orig.;* assumere: *orig.* 47) et: *ABC* 48) vel: *EGH* 49) que: *deest: AB* 50) *Codd. coll. o.* 51) *ABCEGH;* perveniunt: *AB* 52) *BCDEGH* 53) *ABEGH* 54) commento alienentur: *orig.*

facere[55ff] uoluerit[56], inefficax atque irritum iudicetur, sitque facienti, consentienti[57gg] accipientique[58] anathema." §. 2. Maximus episcopus Bleranae[59] ecclesiae dixit: „Modo sancta sinodus dignetur edicere, si licuit laico homini anathema in ordinem ecclesiasticum[60] dictare, aut si laicus potuit sacerdoti anathema dicere, et contra canones quod ei non competebat constituere? Dicite, quid uobis uidetur? De me licuit laico legem dare?" Sancta sinodus dixit: „Non licuit," et adiecit: „Lege sequentia." Ormisda diaconus legit: „Et is, qui predium seu[61hh] rusticum uel[62] urbanum iuris ecclesiastici fuerit consecutus, nouerit se nulla lege uel prescriptione munitum; sed siue is, qui alienauerit, siue qui eum sequens[63ii], uoluntate contraria predium huiusmodi alienatum retinere[64kk]** temptauerit[65ll], id cum fructibus restituat, qui[66mm] illud[67nn] fuerit consecutus." §. 3. Hec[68] cum legeret, Stephanus Venusinae ecclesiae episcopus surgens e consessu[69] dixit[70]: „Perlegatur." Hormisda diaconus legit: „Qua etiam[71oo] pena*** placuit accipientis etiam heredes afficere. In qua re cuilibet clericorum nulla[72pp] contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim et sacrilegii instar, ut que pro[73qq] salute et[74rr] requie[75ss] animarum suarum unusquisque uenerabili ecclesiae pauperum causa contulerit aut certe reliquerit[76], ab his, quos maxime[77tt] seruare conuenerat, in alterum transferantur. Plane quecumque in gemmis, uel auro siue[78uu] argento, nec non et uestibus minus apta usibus uel ornatui uidebuntur ecclesiae, que seruari ac diu manere non possunt[79], sub iusta estimatione uendantur, et erogatio religioni[80vv] proficiat." §. 4. Cumque lecta fuisset, Laurentius episcopus Mediolanensis ecclesiae dixit: „Ista scriptura nullum Romanae ciuitatis potuit obligare Pontificem, quia non licuit laicis[81ww] statuendi in ecclesia preter Romanum Papam[82xx] habere aliquam potestatem[83]: quos obsequendi manet[84] necessitas, non auctoritas inperandi, maxime cum nec Papa Romanus subscripserit, nec alicuius secundum canones metropolitani legatur assensus." §. 5. Petrus episcopus Rauennatis ecclesiae dixit: „Scripturam, que in nostra congregatione[85] uulgata est, nullas uires habere[86yy] manifestum est, quia nec canonibus conuenit, et a laica[87] persona concepta uidetur, maxime quia in ea nullus presul sedis apostolicae interfuisse, uel propria subscriptione eam[88zz] confirmasse[89aaa] monstratur." §. 6. Eulalius episcopus Siracusanae ecclesiae dixit: „Scripturam, que in sacerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat[90bbb] inualidam[91]: primum[92], quod[93] contra Patrum regulas a laicis, quamuis religiosis (quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid[94] disponendi legitur umquam attributa facultas), facta uidetur; deinde quod nullius presulis apostolicae sedis subscriptione firmata docetur[95]. Quod si cuiuslibet prouinciae sacerdotes intra suos terminos concilio habito quicquid sine metropolitani sui[96] auctoritate tractauerint[97ccc], irritum esse debere sancti Patres sanxerunt, quanto magis quod in apostolica sede, nunc extante[98ddd] presule (qui, merito[99] B. Petri apostoli per uniuersum orbem primatum obtinens sacerdotii, statutis sinodalibus consueuit tribuere firmitatem) a laicis (licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen Pontifici, a quo consecrati[100] probantur, preiudicium inferre non potuerunt) presumptum fuisse cognoscitur, uiribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri?" §. 7. Sancta sinodus dixit: „Licet[101] secundum prosecutionem uenerabilium fratrum nostrorum[102], Laurentii, Petri, Eulalii, Cresconii, Maximi, uel Stephani, nec apud nos incertum habetur, hanc ipsam[103] scripturam nullius esse momenti, uerumtamen[104] etiamsi aliqua possit[105eee] ratione subsistere, modis omnibus in sinodali conuentu prouida beatitudinis uestrae sententia eneruari conueniebat et in irritum deduci, ne in exemplo[106fff] remaneret presumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, uel potentibus, in quacumque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur."

Unde in sexta actione Calcedonensis Concilii Martianus Inperator dixit inter cetera[107]:

C. II. *Inperatores ad fidem confirmandam, non potenciam*[108a] *ostendendam sinodo interesse debent.*

Nos[109] ad fidem confirmandam, non ad potenciam[110] ostendendam[111] exemplo religiosissimi[112] principis Constantini sinodo interesse uolumus[113b], ut[114] inuenta ueritate non ultra multitudo prauis doctrinis attracta discordet.

[C. III.][115a]

Item in eadem, [VI. actione, in fine][116b].

Quedam capitula[117] sunt, que ad honorem uestrae reuerentiae uobis seruauimus[118], decorum esse iudicantes, a uobis hec[119] regulariter firmari potius per sinodum, quam nostra lege sanciri.

C. IV. *Sinodali conuentui inperatores interesse non conuenit, nisi*[120] *ubi de fide agitur*[121].

Item Nicolaus Papa [in epistola ad Michaelem Imp. que incipit: „Proposueramus."][122]

Ubinam legistis, inperatores antecessores uestros[123] sinodalibus[124] conuentibus interfuisse, nisi forsitan[125] in quibus[126] de fide tractatum est, que uniuersalis est, que omnium communis est[127], que non solum ad clericos, uerum etiam ad laicos et ad omnes omnino pertinet Christianos?

C. V. *De presulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus*[128] *presunt iudicare non possunt*[129].

Idem [in eadem epistola][130].

Denique hi, quibus tantum humanis rebus, et non diuinis preesse permissum est, quomodo de his, per quos diuina ministrantur, iudicare presumant, penitus ignoramus.

EDITIO ROMANA.

Dist. XCVI. c. 1. ff) Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit gg) vel consentienti hh) seu: *deest* ii) sequetur kk) revocare** ll) voluerit mm) quos nn) illic oo) etiam: *deest* pp) nulla: *deest* qq) vel pro rr) vel ss) pro requie tt) haec maxime uu) atque vv) erogationi religiosae ww) laicos xx) Pontificem yy) nullis eam viribus subsistere zz) eam: *deest* aaa) firmasse bbb) esse invalidam ccc) tentaverint ddd) non existente eee) posset fff) exemplum — c. 2. a) ad potentiam b) voluimus c. 3. a) C. III. De eodem b) ex eadem.

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Revocare: Sic est emendatum ex omnibus concilii exemplaribus et impressis et manuscriptis, quum antea legeretur: *retinere.*

*** Qua poena: In omnibus editionibus conciliorum legitur: *Quam poenam placuit accipientis heredes proheredesque repicere.* In codice vero canonum manuscripto non est dictio: *proheredesque.*

Dist. XCVI. can. 1. 55) *Codd. et Edd. coll. o.* 56) voluerint: *EGH* 57) *Codd. coll. o.; add.:* danti: *EGH* 58) et accipienti: *EGH* 59) Blethanae: *GH* 60) ordine ecclesiastico: *orig.* 61) *Codd. coll. o. pr. AB* 62) sive: *EGH* 63) *Codd. et Edd. coll. o.;* consequens: *E;* eam: *deest: GH;* sequentur: *orig.:* consequentes: *Corr.* 64) *Codd. et Edd. coll. o.* 65) *ABCF Ed. Bas. orig.* 66) *Codd. coll. o. orig. — Corr.* 67) *ib.* 68) Et: *orig.* 69) consensu: *Edd. Arg. Lugdd.; add.:* nec loci illius erat ista praesumere: *orig.* 70) Sancta synodus dixit: *orig.* 71) *ABCDF;* quam etiam poenam: *orig.* 72) *Codd. et Edd. coll. o.* 73) *Codd. coll. o.* 74) *ib.* 75) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 76) aut . . . reliq.: *deest: AB* 77) *Codd. coll. o.* 78) *ib.* 79) possint: *ABF; post pro estim.:* existimatione: *EGH* 80) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 81) *Codd. coll. o. pr. C;* laico: *orig.* 82) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig.* 83) ecclesiae pot.: *EGH* 84) maneat: *EGH* 85) ecclesia vel congregat.: *ib.* 86) *Codd. et Edd. coll. o.;* nullis eam viribus sustinere: *orig.* 87) laica (a: *deest*): *ABF;* laicali: *C Edd. coll. o.;* laici: *D* 88) *Codd. et Edd. coll. o.* 89) *Codd. coll. o. pr. DF* 90) *AB orig.* 91) invalida: *orig.* 92) primo: *EG* 93) quia: *EGH* 94) aliud: *Edd. Arg. Bas.;* facultatib.: *deest: AB* 95) videtur: *AB* 96) *add.:* antistitis: *orig.* 97) *Codd. et Edd. coll. o.* 98) *ib. — Corr.* 99) praerogativa meritis: *orig. — Corr.* 100) consecrari: *orig. — Corr.* 101) liquet: *orig.* 102) nostr.: *deest: Edd. Arg. Bas.* 103) sanctam: *EGH* 104) quae: *orig.* 105) *Codd. coll. o. pr. C* 106) *Codd. coll. o. pr. DF* || can. 2. 107) Unde vita act.: *AB;* in VII. act.: *CDEGH — hab. ao.* 451. *ap. Mansi* VII, 130. — *Ans.* III, 107. (*can. contin.*); *Caes.* IV, 12. 108) *ABCDF* 109) nos enim: *orig. Ans.* 110) *add.:* aliquam: *orig.* 111) exercendam: *ib.* 112) religiosi: *ib.;* imperatoris: *AB* 113) *Codd. coll. o. pr. C — Turrecrem.* 114) ne vel ulterius populi pravis suasionibus separentur: *orig.; pro:* attracta *in fine legit.:* attractata: *ABEFGH* || can. 3. 115) *Codd. coll. o. pr, D* 116) *Codd. coll. o. Ans. — hab. ao.* 451. *ap. Mansi* VII, 174. — *Ans. l. c.* (*can. contin.*); *Deusdedit.* IV, 6. (*can. contin.*); *Caes.* V, 12. 117) capita: *Deusd.* 118) observavimus: *D Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; servamus: *C* 119) hoc: *Deusd.* 120) nisi: *deest: GH* || can. 4. 120) De eodem: *A; in B invenitur hoc loco rubrica capitis sequentis* 122) *scr. ao.* 865. — *Jaffé no.* 2111. — *Coll. tr. P.* I, 62, 73. 123) nostros: *Edd. Arg. Bas.* 124) *add.:* in: *orig.* 125) fortasse: *EGH* 126) in quibusdam, ubi: *Edd. coll. o.* 127) est: *deest: ib., ita ut R. immerito a Corr. additum esse censuerit.* || can. 5. 128) reb.: *deest: ADF* 129) *in AB hoc loco exstat rubrica capitis sequentis* 130) *Coll. tr. P.* I, 62, 6. ||

C. VI. *Nec inperator*[131] *iura Pontificis, nec Pontifex iura regia*[132] *usurpet*[133].

Idem [paulo inferius][134].

Cum ad uerum* uentum est, ultra sibi nec inperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen inperatorium[135] usurpauit, quoniam idem mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, actibus[136a] propriis et dignitatibus distinctis offitia potestatis utriusque discreuit, propria uolens medicinali[137] humilitate sursum efferri, non humana superbia rursum in inferno[138b] demergi, ut[139] et Christiani inperatores pro eterna uita Pontificibus indigerent, et Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum inperialibus legibus uterentur, quatinus spiritualis actio a[140c] carnalibus distaret incursibus, et[141d] Deo militans minime se negociis secularibus inplicaret, ac uicissim non ille rebus diuinis presidere uideretur, qui esset negociis secularibus inplicatus.

C. VII. *A seculari potestate Pontifex prorsus nec*[142] *solui nec ligari ualet.*

Idem [in eadem, paucis interiectis][143].

Satis euidenter ostenditur, a seculari potestate nec solui prorsus, nec ligari[144a] Pontificem[145b], quem constat a pio principe Constantino (quem[146c] longe superius memorauimus) Deum appellatum, cum[147d] nec posse[148] Deum ab hominibus[149] iudicari manifestum sit[150e]. Sed et Theodosius minor* sanctae sinodo scribens dixit Ephesinae primae: „Deputatus est igitur Candidianus, magnificentissimus comes strenuorum domesticorum, transire usque ad sanctissimam sinodum uestram, et in nullo quidem, que[151f] faciendae sunt de piis[152] dogmatibus questiones seu potius expositiones, communicare. Illicitum namque est eum, qui non sit in[153g] ordine sanctissimorum[154] episcoporum, ecclesiasticis intermisceri tractatibus.“ (*Et post pauca:*) §. 1. His itaque manifestis[155h] repertis, aparet conministrum[156i] Ignatium per inperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius dampnatione quia presulum quoque assensus est subsecutus[157], aparet fuisse[158] patratum id causa adulationis, non legitimae sanctionis.

C. VIII. *Facta Pontificum inperator iudicare non debet*[159].

Idem Lodouico Inperatori[160].

In scripturis narratur Constantinus inperator dixisse: „Vere si propriis oculis uidissem sacerdotem Dei, aut[161] aliquem eorum, qui monachico[162] habitu circumamicti sunt, peccantem, clamidem meam explicarem[163a] et cooperirem eum, ne ab aliquo uideretur.“ In quibus igitur[164b], desiderantissime[165c] fili, necessario commonemini, ut quemadmodum fide et religione ac honoris parilitate ei adequari uidemini, ita quoque humilitate atque deuotione equiparari nichilominus anheletis, ita ut in nullo inferior eo, sed potior inueniamini post exempla[166d], qui talem se exhibuit ante talia[167e] prorsus exempla. Sed hec[168f] quidem diximus, cautos uos reddere cupientes, ut si de Domini[169] sacerdotibus, qui iure patres[170] dicuntur, aliquid contigerit uos audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, non infronitum, sed pudoratos filios Noe imitantes, patriam[171g] de reliquo uerecundiam contegatis, ut affluenti, quemadmodum et illi, benedictione repleri moderante Domino mereamini.

C. IX. *Regum et principum patres et magistri sacerdotes censentur*[172a].

Item ex epistola Gregorii [VII.] *ad Hermannum Metensem Episcopum,* [lib. VIII. epist. 21.][173]

Quis dubitet sacerdotes Christi regum et principum omniumque fidelium patres et[174] magistros censeri? Nonne miserabilis insaniae esse cognoscitur[175], si filius patrem, discipulus[176] magistrum sibi conetur subiugare, et iniquis obligationibus illum suae potestati subicere, a quo credit non solum in terra, sed etiam in celis se ligari posse et solui?

C. X. *Auctoritas sacra Pontificum et regalis*[177] *potestas huius mundi gubernacula regit*[178a].

Item Gelasius Papa Anastasio Inperatori[179].

Duo sunt* quippe[180], inperator auguste[181], quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra[182] Pontificum, et regalis potestas. In quibus tanto grauius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus[183] hominum in diuino sunt reddituri examine rationem. *Et post pauca*[184]: §. 1. Nosti[185] itaque inter hec[186] ex[187] illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam posse[188] redigi uoluntatem. §. 2. Talibus igitur[189] institutis, talibusque fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alii reges, alii inperatores excommunicauerunt[190]. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, B. Innocentius Papa Archadium inperatorem (quia consensit, ut S. Iohannes[191] Crisostomus a sua sede pelleretur)[192], excommunicauit**. B. etiam[193] Ambrosius, licet sanctus, non tamen uniuersalis ecclesiae episcopus, pro culpa, que aliis[194] sacerdotibus non adeo grauis uidebatur, Theodosium Magnum inperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit[195]; qui etiam in suis scriptis ostendit, quod aurum non tam pretiosius sit plumbo, quam regia potestate sit altior ordo[196b] sacerdotalis, hoc modo circa principium sui pastoralis scribens: „Honor,

EDITIO ROMANA.

Dist. XCVI. c. 6. a) sic actibus b) infernum c) a: *deest* d) et ideo militans Deo — c. 7. a) nec ligari prorsus nec solui b) posse Pontific. c) quod d) cum: *deest* e) est f) eis quae g) ex h) comm. nostram i) manifeste — c. 8. a) exspoliarem b) igitur: *deest* c) desideratissime d) illius exempla e) alia f) hoc g) paternam — c. 9. a) esse censentur — c. 10. a) regunt b) dignitas

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Ad verum: Post ultima verba capitis antecedentis sequitur continenter in eadem Nicolai epistola: *Fuerunt haec ante adventum Christi, ut quidam typice reges simul et sacerdotes exsisterent. Quod S. Melchisedech fuisse sancta prodit historia, quodque in membris suis diabolus imitatus (utpote qui semper quae divino cultui conveniunt sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit), ut pagani imperatores iidem et maximi pontifices dicerentur. Sed quum ad verum ventum est, eundem regem atque Pontificem ultra sibi, etc.* Nihil autem mutatum est, et ob glossam, et quoniam est initium capitis. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata sunt, supra distinct. 10. cap. *Quoniam.*

C. VII. * Theodosius minor: Verba haec sunt accepta ex epistola Theodosii ac Valentiniani Imperatorum, synodo Ephesinae per Candidianum missa, quae est in extremo primae actionis ipsius synodi. In versione antiqua, quae servatur in bibliotheca Vaticana, et quae Lutetiae edita est, eadem plane hoc loco habentur verba cum his, quae refert Nicolaus, et optime conveniunt cum graecis.

C. X. * Duo sunt: Caput hoc sumtum est ex eadem epistola Gregorii VII. ex qua antecedens, et ab hoc initio usque ad verbum: *voluntatem,* sunt verba ipsius Gelasii ex epistola, quae habetur impressa, citata a Gregorio VII.

** Excommunicavit: Si hic interponatur caput, *Alius item, infr.* 15. q. 6. haec pars epistolae integra habebitur.

Dist. XCVI. can. 6. 131) *Codd. coll. o.* 132) regalia: *ABC* 133) *in AB rubrica deest.* 134) *Ipsa tamen verba desumta sunt ex Gelasii tomo de anathematis vinculo. — Coll. tr. P.* I, 62, 7. 135) imperatorum: *EFGH Coll. tr. P.* 136) *Codd. et Edd. coll. o.;* si actib.: *Coll. tr. P.* 137) homines medicin.: *EGH* 138) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* inferna: *orig.* 139) et ut: *Edd. coll. o.* 140) *Codd. et Edd. coll. o.* 141) *ib.* || can. 7. 142) nec: *deest: ABCD* 143) *Ans.* I, 71. (75. *can.:* non ergo quales *in fine*); *Coll. tr. P.* I, 62, 8. 29. 144) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 145) *Codd. et Edd. coll. o.* 146) *ABCDF Edd. coll. o.* 147) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 148) posset Deum appellatum: *EGH* 149) omnibus: *D Ans.;* hominibus omnibus: *Ed. Bas.* 150) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 151) *ib. — Turrecrem.* 152) his: *Edd. Lugdd.* II. III. 153) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 154) serenissimorum: *ABF;* sanctorum: *EGH* 155) *Codd. coll. o.* 156) *ABCDF Coll. tr. P.;* comm. vestrum: *EGH* 157) consecutus: *EGH* 158) esse: *EG;* fuisse: *deest: H* || can. 8. 159) imperatori . . . non licet: *EGH* 160) *imo ex eadem epistola Nicolai ad Michaelem. — Coll. tr. P. l. c. c.* 29. 161) vel: *EGH* 162) in monachali: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 163) *ABCDF Coll. tr. P.;* explicassem et cooperuissem: *orig.;* explic. .. illum: *AB* 164) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 165) *ABCDF Ed. Bas.* 166) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 167) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. — Corr.* 168) *ABCDF Coll. tr. P.* 169) dominis: *Edd. Arg. Bas.* 170) *add.:* animarum: *Edd. coll. o.* 171) *ABCDF Coll. tr. P. in GH errore scribae:* patris iam || can. 9. 172) *ABDF* 173) Item Gregorius: *EGH — scr. no.* 1081. *ap. Jaffé Monum. Gregor. pag.* 457. — *Jaffé no.* 3921. — *Ivo Decr.* V, 378. (*can. contin.*) *Ivo Pan.* V, 108. (*can. contin.*) *Ans.* I, 84. *immerito a Corr. et R. laudatur, nam canon iste ex epistola Gregorii citata desumtus quidem est, non tamen Gratiani respondet.* 174) et: *deest: Ivo Pan.* 175) cognoscetur: *ib.* 176) si discip.: *EGH* || can. 10. 177) regum: *AB* 178) *Codd. coll. o. pr. D* (gerat) 179) *potius ex eadem ep. Gregorii* VII. — *Jaffé Mon. l. c. pag.* 457.; *Polyc.* I, 27, (29,) 2. (§. 2. *deest et alia sequuntur*) 180) quippe: *deest: Polyc.* 181) et auguste: *Ivo* 182) sancta: *orig. Ivo Polyc.* 183) regiminibus: *Edd. Lugdd.* II. III. *Polyc. Corr.* — regibus vel legibus: *Edd. coll. rel.* 184) et paucis interpositis inquit: *orig. Ivo* 185) *Ans.* I, 73. (84. *can.:* quod autem postulasti — *contin.*) 186) inter haec: *deest: Ivo* 187) ex: *deest: Polyc.* 188) velle: *orig. Ans. Ivo Polyc.* 189) ergo: *Ivo* 190) excommunicaverint. Nam .. aliquid: *EGH* 191) Ioh.: *deest: AB* 192) expelleretur: *Ans.* 193) et: *orig. Ivo* 194) ab aliis: *D Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *orig. Ans.* 195) excludit: *AB Ivo* 196) *Codd. et Edd. coll. o.;* gradus: *Ivo*

fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit conparationibus adequari. Si regum fulgori conpares et principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem conpares, quippe cum uideas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum, et osculata[197] eorum dextera, orationibus eorum credant se communicari.“[198c]

C. XI. *Inperatores debent Pontificibus subesse, non preesse*[199].

Item Iohannes[200a].

Si inperator catholicus est (quod[201] salua pace ipsius dixerimus) filius est, non presul ecclesiae; quod[202] ad religionem conpetit discere ei conuenit[203], non docere; habet priuilegia potestatis suae, que administrandis legibus publicis diuinitus consecutus est, et[204b] eius beneficiis non ingratus contra dispositionem celestis ordinis nil usurpet. Ad sacerdotes enim Deus uoluit que ecclesiae sunt disponenda pertinere, non ad seculi potestates, quas[205], si[206] fideles sunt, ecclesiae suae sacerdotibus[207] uoluit esse subiectas. Non sibi uendicet alienum ius, et ministerium, quod alteri deputatum est, ne contra eum tendat[208] abrumpi, a quo omnia constituta sunt, et[209] contra illius beneficia pugnare uideatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non a[210] legibus publicis, non a potestatibus seculi, sed a pontificibus et sacerdotibus omnipotens Deus Christianae religionis clericos et sacerdotes uoluit ordinari, et discuti et recipi[211c] de errore remeantes. Inperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis presulibus, non preferre.

[P A L E A[212].

C. XII. De eodem.

Item Gelasius ad Episcopos orientales[213].

Numquam de pontificibus nisi ecclesiam iudicasse[214]; non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam absque ecclesiae principaliter constitutis pontificibus; obsequi solere principes Christianos decretis ecclesiae, non suam preponere potestatem; episcopis caput subdere principem solitum[215], non de eorum capitibus iudicare.]

[P A L E A[216]*.

C. XIII. De eodem.

Constantinus inperator coronam, et omnem regiam dignitatem in urbe Romana, et in Italia, et in partibus occidentalibus Apostolico concessit. Nam in[217] gestis B. Siluestri (que B. Papa Gelasius in concilio LXX. episcoporum a catholicis legi commemorat, et pro[218] antiquo usu multas hoc[219] imitari dicit ecclesias) ita[220] legitur:]

[P A L E A[221]*.

C. XIV. De eodem.

Constantinus** inperator quarta[222] die sui baptismi priuilegium Romanae ecclesiae Pontifici contulit, ut in toto orbe Romano sacerdotes[223] ita hunc caput habeant, sicut iudices[224] regem. In eo priuilegio ita inter cetera legitur: „Utile*** iudicauimus[225] una cum omnibus satrapis nostris, et uniuerso senatu optimatibusque meis[226], etiam et cuncto populo Romanae gloriae[227] inperio subiacenti, ut sicut B. Petrus[228] in terris uicarius Filii Dei esse uidetur constitutus, ita[229] et Pontifices, qui[230] ipsius principis apostolorum[231] gerunt uices[232], principatus potestatem amplius quam terrena[233] inperialis nostrae serenitatis mansuetudo habere uidetur, concessam a nobis nostroque inperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem apostolorum uel eius uicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut[234]

EDITIO ROMANA.

Dist. XCVI. c. 10. c) communiri — c. 11. a) Ioannes Papa b) ut c) discuti recipique

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * Apud Anselmum lib. 4. pro rubrica capitis 32. haec habentur: *Quod Constantinus imperator Papae concessit coronam et omnem regiam dignitatem in urbe Romana, et Italia, et in partibus occidentalibus.* In principio vero eiusdem capitis 32. haec leguntur: *In gestis B. Silvestri, etc.* usque ad finem huius et seq. Paleae, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit.

C. XIV. * Haec Palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliae Paleae esse non solent.

** Constantinus: Verba haec usque ad vers. *In eo privilegio*, non solum habentur apud Anselmum et Deusdedit, sed etiam in gestis B. Silvestri in his, quae a Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.

*** Utile: Hinc usque ad finem sumta sunt ex gestis seu actis S. Silvestri, in quibus multa praecedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quae in collectionibus Anselmi et Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi: *Privilegium sanctae Romanae ecclesiae, quod constituit D. Constantinus Augustus S. Silvestro episcopo urbis Romae, et omnibus successoribus eius usque in perpetuum, et obtulit super corpus B. Petri apostoli.* De quo item privilegio Leo IX. in epistola I., seu libello adversus inauditas praesumtiones Michaëlis Constantinopolitani et Leonis Acridani episcoporum, cap. 13. sic loquitur: *Pauca ex privilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super coelestis clavigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus.* De iisdem gestis sive actis Gelasius in concilio LXX. episcoporum (et refertur sup. distinct. 15. in cap. *Sancta Romana*) sic loquitur, ut ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, et Usuardi in festo S. Silvestri legitur: *cuius actus clari habentur.* Inveniuntur vero etiam hodie pervetustis literis descripta in bibliotheca Vaticana, et abbatiae Nonantulae, quorum interpres in prooemio haec ait: *Historiographus noster Eusebius Caesareae Palestinae urbis episcopus, quum historiam ecclesiasticam scriberet, praetermisit ea, quae in aliis opusculis sunt, vel quae se meminit retulisse. Nam viginti libros omnium paene provinciarum, passiones martyrum, episcoporum et confessorum, et sacrarum virginum ac mulierum continere fecit. Deinde secutus et ab apostolo Petro omnium episcoporum nomina et gesta conscripsit, et earum urbium, quae arcem pontificatus per apostolicas sedes tenere noscuntur, ut urbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus et Alexandria. Harum urbium episcoporum omnium praeteritorum nomina usque ad tempus suum et gesta graeco sermone conscripsit. Ex quo numero unum episcoporum urbis Romae S. Silvestrum me de graeco in latinum transferre praecepisti, domine sancte ac beate pater.* Quibus verbis, quicunque sit auctor istius prooemii, eadem gesta ab Eusebio graece scripta fuisse clare profitetur. Quae etiam in vetustissimis pontificalibus et codicibus, in quibus sanctorum vitae sunt descriptae, in vita B. Silvestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptismum Constantini, et imagines SS. Petri et Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino imperatori et matri Irenae scripta, quae in actione 2. septimae universalis synodi habetur. Ipsum autem privilegium fere integrum refert Leo IX. loco superius indicato, et Theodorus Balsamon in Photii nomocanonem, titul. 9. cap. 1., quanquam aliis in rebus (quod Graeci plerumque solent) Romanae ecclesiae non satis aequus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitarant Anselmus, Deusdedit, Ivo locis notatis. Quo ea pertinent, quae Petrus Damianus in disceptatione synodali inter regium advocatum et Romanae ecclesiae defensorem scripsit: *Lege*, inquit, *Constantini imperatoris edictum, ubi sedis apostolicae constituit super omnes in orbe terrarum ecclesias principatum. Nam postquam supra corpus B. Petri basilicam fundator erexit, postquam patriarchium Lateranense in B. Salvatoris honore construxit, mox per imperialis rescripti seriem Romanae ecclesiae constituit dignitatem, ubi nimirum B. Silvestro suisque successoribus obtulit, ut regali more et aurea corona plecterentur in capite, et ceteras regii cultus infulas usurparent. Verum B. Silvester ornamenta, quae sacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios usus assumsit; coronam vero, vel cetera, quae magis ambitiosa quam mystica videbantur, omisit. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quod eatenus aula regalis exstiterat, perpetuo iure concessit, regnum Italiae iudicandum tradidit. Nam et ipsius regis haec verba sunt: „Unde congruum,“ inquit, „prospeximus nostrum imperium, et regni potestatem orientalibus transferri ac mutari regionibus, et in Byzantina provincia in optimo loco nomini nostro civitatem aedificari, et nostrum illic constitui imperium, quoniam, ubi principatus sacerdotum et Christianae religionis caput ab imperatore coelesti constitutum est, iustum non est, ut illic imperator terrenus habeat potestatem.“* De hac eadem re scribit Ado Viennensis in commentario aetatis sextae, et Gotfredus Viterbiensis in chronicis, part. 6. cap. 2.

Dist. XCVI. can. 10. 197) exosculata: *Ans.* 198) *Codd. coll. o. Turrecrem.;* communicari vel communiri: *Edd. Lugdd.* II. III.; comm. vel muniri: *Edd. coll. rel.* || can. 11. 199) de eodem: *AB* 200) *ABCDF — add.:* Ep. Bonifacii ad Honorium Episcopum: *EGH — Auctor huius capitis non est inventus, nec videtur Ioanni* VIII. (872—82) *adscribi posse cf. Berard.* II, 2, 293.; *Ans.* IV, 12.; *Polyc.* I, 19, (20,) 3.; *Caes.* VII, 18. 201) quod: *deest: Ans. Polyc.* 202) quod: *deest: ABDF* 203) conven.: *deest: AB* 204) *BCDEGH Ans.* 205) quae: *Polyc.* 206) si: *deest: Ans.* 207) *add.:* et: *Polyc.* 208) contendat: *BEGH Edd. coll. o.* 209) neque: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 210) Nam (a: *deest*): *Ans.* 211) *Codd. coll. o.* || can. 12. 212) *Haec Palea exstat in Codd. coll. o. neque Hugucc. neque Summa Bamberg. paleam esse tradiderunt, (cf. Maassen Beitr. p. 6.); Sed expressis verbis Summae Parisiensis paleam esse constat, (Schulte p. 14.) quam ab ipso Paucapalea iam esse insertam Schulte censet (ib. p. 22.)* 213) de eod.: *deest: Codd. coll. o., in quibus canon cum antecedente coniunctus est — inscr.:* Item: *Codd. coll. o. — Ep. Gelasii scr. ao.* 495. *ap. Thiel. p.* 430. — *Jaffé no.* 349.; *Ans.* VI, 157, (155.); *Polyc.* I, 19, (20,) 4. 214) iudicare debere: *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 215) *add.:* esse: *EGH* || can. 13. 216) *Haec Palea deest: ABEFGH; in C invenitur in textu; in F manu posterioris aetatis in margin. scripta est. cf. Summa Paris.* (*Schulte p.* 14.) *De auctore huius capitis, utrum Graecus an Romanus fuerit cf. quae diseruit Döllinger Papst-Fabeln d. Mittelalters München* 1863. *pag.* 61 *sqq. Canonis prior pars ex Anselmo sumtus est, posterior ex Deusdedit.; unde male fecerunt Corr., qui illum ad textum Isidori, qui depravatissimus est, redigerent.* 217) *Ans.* IV, 32, (34.); *Deusded.* IV, 1. 218) pro: *deest: Deusded.* 219) haec: *CDF* 220) *add.:* in eadem: *Deusded.* || can. 14. 221) *cf. ad can.* 13.; *inscr.:* In vita b. Silvestri Papae: *C;* De privilegio Constantini imperatoris: *DF — Ans.* IV, 32.; *Deusded.* IV, 1. *Caes.* II, 72. — *ap. Hinschius (inde a voce* utile) *pag.* 252. 222) quarto: *CDF Ans.* 223) pontifices vel sacerdot.: *Edd. coll. o.* 224) *add.:* omnes: *Deusded.* 225) iudicamus: *CDF* 226) meis: *deest: CDF Pseudois. Ans.;* meis etiam: *deest: Edd. coll. o.* 227) ecclesiae: *CDF Edd. coll. o.* 228) b. Petr.: *deest: Pseudois.* 229) etiam: *CDF Pseudois. Deusd.* 230) qui: *deest: CDF Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 231) *add.:* in terris: *Edd. coll. o.* 232) gerunt: *deest: CDF Edd. coll. o. Ans. Deusded.;* vicem: *CDF;* vice: *Ans. Deusded.;* vic.: *deest: Edd. coll. o.* 233) terrenam: *Pseudois.* 234) et sicut nostra est terrena imperialis potentia: *CDF Edd. coll. o. Pseudois. Ans. Deusd.*

nostram terrenam inperialem potentiam, sic[235] eius sacrosanctam Romanam ecclesiam decreuimus ueneranter honorari[236], et amplius quam nostrum inperium et terrenum[237] thronum sedem sacratissimam B. Petri gloriose exaltari, tribuentes ei potestatem, et gloriae[238] dignitatem atque uigorem, et honorificentiam inperialem. Atque decernentes sancimus, ut principatum teneat[239] tam super quatuor precipuas[240] sedes, Alexandrinam, Antiocenam, Ierosolimitanam, Constantinopolitanam[241], quam etiam super omnes in[242] uniuerso orbe terrarum[243] ecclesias Dei, et Pontifex, qui pro tempore[244] ipsius[245] sacrosanctae Romanae ecclesiae extiterit, celsior[246] et princeps cunctis sacerdotibus totius[247] mundi existat, et eius iudicio queque ad cultum Dei uel fidei[248] Christianorum stabilitatem procuranda fuerint disponantur. *Et infra:* §. 1. Ecclesiis beatorum apostolorum Petri et Pauli pro continuatione[249] luminariorum possessionum predia contulimus, et rebus[250] diuersis eas ditauimus, et per nostram inperialem iussionem sacram tam in oriente, quam in occidente, uel etiam septentrionali[251] et meridiana plaga, uidelicet in Iudea, Grecia, Asia, Thracia, Affrica et Italia, uel diuersis insulis, nostra largitate ei[252] concessimus, ea prorsus ratione, ut per manus beatissimi patris nostri Siluestri summi Pontificis successorumque eius omnia disponantur. *Et infra:* §. 2.[253] Beato[254] Siluestro Patri nostro[255], summo[256] Pontifici et uniuersalis[257] urbis Romae Papae, et omnibus, eius successoribus Pontificibus[258], qui usque in finem mundi in sede B. Petri erunt sessuri[259], de[260] presenti contradimus[261] palatium inperii nostri[262] Lateranense[263], deinde diadema, uidelicet coronam capitis nostri, simulque frigium, nec non et[264] superhumerale, uidelicet lorum, quod inperiale circumdare assolet collum; uerum etiam[265] et[266] clamidem purpuream, atque tunicam coccineam, et omnia inperialia indumenta; sed[267] et dignitatem inperialium presidentium equitum[268]****, conferentes etiam[269] et[270] inperialia sceptra, simulque cuncta[271] signa[272], atque banda[273], et[274] diuersa ornamenta inperialia, et omnem processionem inperialis culminis et gloriam potestatis nostrae. §. 3. Viris autem[275] reuerentissimis clericis in[276] diuersis ordinibus eidem[277] sacrosanctae[278] Romanae ecclesiae seruientibus illud culmen singularitate, potentia et precellentia[279] habere sancimus, cuius amplissimus noster senatus uidetur gloria adornari, id est[280] patricios † atque[281] consules effici, nec non et[282] ceteris dignitatibus inperialibus eos promulgamus[283] decorari. Et sicut inperialis[284] milicia ornatur[285], ita et[286] clerum[287] sanctae Romanae ecclesiae ornari[288] decernimus[289]. Et[290] quemadmodum inperalis potentia offitiis diuersis, cubiculariorum nempe, et ostiariorum, atque omnium excubitorum ornatur[291], ita et sanctam Romanam ecclesiam decorari[292] uolumus. Et ut amplissime pontificale decus prefulgeat[293], decernimus et hoc, clericorum[294] eiusdem sanctae Romanae ecclesiae manipulis[295] et linteaminibus, id est candidissimo colore, decorari[296] equos, ita et equitare. Et sicut noster senatus calciamentis utitur cum udonibus††, id est candido linteamine illustratis[297], sic utantur et clerici[298], ut[299] sicut celestia, ita et terrena ad laudem Dei decorentur. §. 4. Pre omnibus autem licentiam tribuimus ipsi[300] sanctissimo Patri nostro Siluestro[301] et successoribus eius[302] ex nostro indicto, ut[303] quem placatus††† proprio consilio[304] clericare uoluerit, et in religiosorum[305] numero clericorum connumerare, nullus[306] ex omnibus presumat[307] superbe agere. §. Decreuimus[308] itaque et hoc, ut[309] ipse et successores eius diademate, uidelicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo et gemmis pretiosis uti debeant, et[310] in capite ad laudem Dei pro honore B. Petri gestare[311]. Ipse uero[312] beatissimus Papa, quia[313] super coronam clericatus[314], quam gerit ad gloriam B. Petri, omnino[315] ipsa ex auro non est passus uti corona, nos[316] frigium[317] candido nitore splendidum[318], resurrectionem dominicam designans, eius sacratissimo uertici manibus nostris[319] inposuimus[320], et tenentes frenum equi[321] ipsius[322] pro reuerentia B. Petri stratoris offitium illi exhibuimus, statuentes eodem frigio omnes eius successores singulariter uti in processionibus ad imitationem inperii nostri. §. 6. Unde ut[323] pontificalis apex non uilescat, sed magis quam terreni inperii dignitas gloria[324] et[325] potentia[326] decoretur, ecce tam palatium nostrum, ut predictum est[327], quam[328] Romanam urbem[329], et omnes[330] Italiae seu occidentalium regionum prouincias, loca et ciui-

NOTATIONES CORRECTORUM.

**** Praesidentium equitum: Graece est apud Balsamonem: καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, id est: *et dignitates imperialium equorum.*

† Id est patricios: Locus hic graece sic habet: καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα; id est: *et illam habere celsitatem atque amplitudinem, qua ornatus est magnus noster senatus, sive patricii et consules, sive hypati et reliquae dignitates.*

†† Cum udonibus: Graece totus hic locus habet paulo aliter: καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φέρει ὑποδήματα, ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως καὶ τὰ οὐράνια, ὡς καὶ τὰ γήϊνα πρὸς αἴνεσιν τοῦ Θεοῦ. Id est: *Et quemadmodum senatus noster fert calceos, seu sandalia cum linteis albis, ita etiam coelestia, sicut terrestria ad Dei laudem.*

††† Quem placatus: Ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος, καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικός, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ. Id est: *Ut si quis ex senatu sponte sua, quodque ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, et in sanctorum clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.*

Dist. XCVI. can. 14. 235) ita: *CDF Ans.* 236) honorare: *CDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; *Ans.* 237) imp. terrenumque: *CDF Ans. Deusded.* 238) gloriam et: *CDF Edd. coll. o.* 239) teneant: *CF* 240) prec.: *deest: Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusded.* 241) et Const.: *Pseudoisid.;* ac Const.: *Ans.* 242) omnes in: *deest: Deusded.* 243) terrar.: *deest: Pseudoisid.* 244) per tempora: *CDF Edd. coll. o. Ans. Deusded.* 245) ipsa: *C;* ipsi: *Ans.* 246) censior: *Deusded.* 247) et totius: *DF Edd. coll. o. pr, Lugdd.* II. III. 248) vel fidem Christ. vel stabil.: *CDF Edd. coll. o. Ans. Deusded.* 249) concignatione: *Pseudoisid.;* concinnatione: *Ans. Deusded.* 250) et per nostram (sacram: *Pseudoisid.*) imp. iussionem (tam in oriente quam: *Pseudoisid.*) in occidente rebus diversis eas ditavimus: *Pseudoisid. Ans.* 251) a septent.: *Deusded.* 252) eis: *ib.* 253) *Ivo Decr.* V, 49.; *Ivo Pan.* IV, 1. *Coll. tr. P.* I, 31, 8. 254) Ex testamento constituti nostri concedimus ipsis sanctis apostolis dominis meis beatissimis Petro et Paullo (beat.: *deest*) *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.; add.:* et per eos etiam: *Ivo Decr.* 255) Patri nost.: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusded. Coll. tr. P.* 256) summo .... Papae: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusded.* 257) universali: *Pseudois. Ans.* 258) Pontific. .... sessuri: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusded.* 259) *add.:* atque: *Pseudois. Ans. Ivo Decr. Pan.* 260) die: *Deusded.* 261) tradimus: *CDF Edd. coll. o. pr. Ven.* I. II. *Lugd.* I. (*in quib. legit.:* tradidimus) *Deusded.;* conferimus: *Ivo Pan.* 262) nostri: *deest: Edd. Arg. Bas.;* palat. nostrum: *Deusded.* 263) *add.:* quod omnibus in toto (toto: *deest: Ans.*) orbe terrarum praefertur atque praecellit palatiis: *Pseudois. Ans. Ivo Decr. Pan.* 264) et: *deest: CDF* 265) nec non: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 266) et: *deest: CDF Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 267) seu: *CDF Pseudois. Ans. Deusded. Ivo Pan.* (et: *deest*); *Coll. tr. P.* 268) praes. et praecedentium equitum: *Edd. Arg. Bas.;* equum: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 269) ei: *CDF Edd. coll. o. Ans. Deusded.;* et: *deest: Ivo Pan.* 270) et: *deest: CDF Ans. Deusd.* 271) *add.:* et: *Pseudois.;* et compta atque signa banda: *Coll. tr. P.* 272) signabunda (atque banda: *deest*) *Ivo Pan.* 273) banna: *CDF Ans. Deusded.;* banta: *Pseudois.* 274) et: *deest: F;* etiam: *Deusded.;* etiam et: *Pseudois. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 275) etiam: *CDF Ans. Deusded.;* enim: *Pseudois. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 276) diversi ordinis: *CDF Edd. coll. o. Deusded.;* cleric. diversis ordin.: *Ans. Coll. tr. P.* 277) eidem: *deest: CDF Edd. coll. o.;* eiusdem: *Ivo Pan.* 278) sanctae: *DF Edd. coll. o.* 279) culmen singularis potentiae et praecellentiae: *CDF Edd. coll. o. Ans. Deusd. Ivo Decr. Pan.;* singularem potentiam et praecellentiam: *Pseudois. Coll. tr. P.* 280) est: *deest: Ivo Pan.* 281) et: *CDF Ans. Deusded.* 282) et: *deest: Ivo Pan.* 283) promulgantibus: *Pseudois. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 284) imperialibus: *CDF Edd. coll. o.;* imperialis: *Ans. Deusded.;* imperiali: *Coll. tr. P.* 285) exstat decorata: *CDF Edd. coll. o. Ans. Deusded. Ivo Decr.;* ornatur: *deest: Pseudois. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 286) et: *deest: CDF Ans. Deusded.* 287) cleros: *Pseudois.;* clero et: *Ivo Pan.* 288) adornari: *CDF Edd. coll. o.;* ordinari: *Ivo Pan.* 289) decrevimus: *CDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Ivo Pan.;* ita et decernimus: *Ivo Decr.* 290) Et ... gestare: *deest: Ivo Decr. Pan.* 291) concubitorum ordinatur: *CDF Edd. coll. o.;* excubiorum ornatu: *Pseudois.* 292) ornari: *Ans.* 293) amplissima pontificalis decus profulgeat: *Pseudois.* 294) ut clerici: *CDF Pseudois. Ans. Deusded.* 295) mappulis: *CDF Edd. coll. o. Pseudois. Ans. Deusded.* 296) decoratos equos equitent: *CDF Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 297) illustrentur: *ib.* 298) sic utant. et clerici: *deest: CDF Edd. coll. o. Pseudois. Ans. Deusd.* 299) et ita celestia sicut terrena: *CDF Edd. coll. o. pr. Arg.* (ut celest.); *Ans. Deusd.;* et sicut cel. ita et terr.: *Pseudois.* 300) tribuentes ipso: *Pseudois.;* ipsi ... nostro: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusded.* 301) *add.:* beato: *CDF Ans. Deusded.* 302) Silv., urbis Romae episcopo et papae et omnibus qui post eum in successum et perpetuis temporibus advenerint, beatissimis pontificibus pro honore et gloria Christi, Dei nostri in eadem magna Dei catholica et apostolica ecclesia: *Pseudois.* 303) ut: *deest: CDF Pseudois. Ans. Deusded.* 304) concilio: *CDF Edd. Bas. Lugd.* I. 305) religioso: *CD* 306) nullum: *Pseudois. Deusd.* 307) praesumentem: *ib. Ans.* 308) decernimus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 309) ut hisdem ven. pater noster Silvester, summus pontifex, vel omnes eius successores diadema videlicet coronam: *Pseudois.* 310) et .... Dei: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusd.;* et eorum capite: *Pseudois. Ans.* 311) gest.: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusded.* 312) vero: *deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. — hoc loco novi canonis est initium in Coll. tr. P.* (*usque ad* §. 8. *excl.*) 313) quia: *deest: CDF Edd. coll. o. Pseudois. Ans. Deusd. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 314) cleric.: *deest: Ivo Pan.* 315) omn.: *deest: CDF Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 316) nos: *deest: CDF Pseudois. Ans. Deusd. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 317) *add.:* vero: *CDF Edd. coll. o. Pseudois. Ans. Deusd. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 318) splendidam: *CDF Ans. Deusded. Coll. tr. P.* 319) manu nostra: *Ivo Pan.* 320) posuimus: *Pseudois.* 321) equi: *deest: Ivo Pan.* 322) illius: *Pseudois.* 323) et: *Edd. Arg. Bas.* 324) *add.:* amplius: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 325) et gloriae: *Pseudois. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* gloriae: *Ivo Decr.* 326) et: *deest: Pseudois.* 327) ut praed. est: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusded.;* ut praelatum est: *Pseudois. Ans. Ivo Decr. Pan.* 328) quamque: *Pseudois.* 329) Romae urbis: *ib. Ivo Decr.;* Romanae urbis: *Coll. tr. P.* 330) omnis: *Coll. tr. P.*

tates[331] prefato[332] beatissimo Pontifici[333] nostro[334] Siluestro uniuersali Papae contradimus atque relinquimus[335], et[336] ab eo et a successoribus eius per hanc diualem nostram et[337] pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri[338] sanctae Romanae ecclesiae concedimus permansura[339]. §. 7. Unde congruum perspeximus[340] nostrum inperium et regni potestatem in[341] orientalibus transferri regionibus[342], et in Bizantiae[343] prouinciae optimo[344] loco nomini nostro ciuitatem edificari, et nostrum illic constitui inperium, quoniam ubi principatus sacerdotum et Christianae religionis caput ab inperatore celesti constitutum est, iustum non[345] est, ut illic inperator terrenus habeat potestatem[346]. §. 8. Hec uero omnia††††, que per hanc nostram[347] inperialem sacram, et per alia diualia decreta statuimus atque[348] confirmauimus[349], usque in finem mundi illibata et inconcussa permanere[350] decernimus[351]. Unde coram[352] Deo uiuo, qui nos regnare precepit, et coram terribili eius iudicio obtestamur[353] per[354] hoc nostrum inperiale constitutum omnes nostros successores inperatores, uel cunctos optimates, satrapas etiam, amplissimum[355] senatum, et uniuersum populum in toto orbe terrarum nunc et in posterum cunctis[356] retro[357] temporibus inperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquo[358] modo licere hec[359] aut[360] infringere[361], aut[362] in quoquam conuellere[363]. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator aut contemptor[364] extiterit, eternis condempnationibus subiaceat innodatus, et sanctos Dei, principes apostolorum Petrum et Paulum sibi in[365] presenti et in[366] futura uita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori[376] concrematus cum diabolo et omnibus deficiat inpiis. Huius uero inperialis decreti nostri[368] paginam propriis manibus roborantes, super uenerandum corpus B. Petri principis apostolorum[369] posuimus. Datum[370] Romae 3. Calend. Aprilis, Domino nostro Flauio[371] Constantino Augusto quater[372], et Gallicano V. C. Coss.][373]

C. XV. *Inperialis auctoritas religiosae dispensationis mensuram non mutat*[374].

Item Gelasius [ad Episcopos Dardaniae][375].

Sicut quamuis[376] parua ciuitas prerogatiuam presentis regni non minuit, sic inperialis presentia mensuram dispensationis religiosae non mutat. *Et infra:* §. 1. Semper* est effectum sacerdotali[377a] concilio de[378] sacerdotibus iudicia prouenire[379]. Nam qualescumque pontifices[380b], etsi errore humanitus accidente[381], non tamen contra[382] religionem ullatenus excedentes[383], nullatenus uidentur[384c] a seculari potestate posse percelli.

C. XVI. *Ecclesias restaurare contritas, non pontifices persequi, boni principis est.*

Item Marcellus Papa Maxentio[385]*.

Boni principis est ac religiosi[386] ecclesias contritas atque conscissas[387] restaurare, nouasque[388a] edificare, et Dei sacerdotes honorare atque tueri. Unde sanctos apostolos eorumque successores sub diuina contestacione constitutos precepisse[389b] legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuaciones, nec inuidere laborantibus in agro dominico, nec expelli[390c] eterni regis[391] dispensatores.

DISTINCTIO XCVII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Hoc capitulo patenter ostenditur, quod nec inperatori, nec cuilibet laico licet decernere uel de electione Pontificis*[1], *uel de rebus ecclesiasticis. Quecumque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt, nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Unde illud Honorii Augusti*[2], *ut supra dictum est, uanum esse uidetur, quod contra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi Pontificis decernere temptauerit*[3]. *Sed sicut ex eodem capitulo habetur, precibus ecclesiae inperator in presumptores ualet decernere, sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur, ne heretici aliquid nomine ecclesiae possiderent. Ab ea autem non inuitati de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem. Honorius uero Augustus non sua auctoritate, sed B. Bonifatio suplicante, ecclesiasticae quieti consulere et concertantium ambitionem punire curauit.*

Unde idem Bonifatius Episcopus suplicationis[4] *epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens*[5]:

C. I. *Epistola Bonifatii ad Honorium Augustum.*

Ecclesiae meae, cui Deus noster[6] meum sacerdotium uobis res humanas regentibus deputauit, nos[7] cura constringit, ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter[8] conuentus, qui a sacerdotibus et clericis uniuersis et Christianae plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi principis existimemur desse[9a]. Si[10] enim secus quam oportet[11b] eueniat, non uos id facere, qui cuncta equa moderatione conponitis, sed nos per no-

EDITIO ROMANA.

Dist. XCVI. c. 15. a) in sacerdotali b) pontifices sint c) videantur — c. 16. a) novas b) constituisse legimus c) nec expellere — Dist. XCVII. c. 1. a) desim b) oporteat

NOTATIONES CORRECTORUM.

†††† Haec vero omnia: Hic quoque est magna verborum varietas, sed eadem fere sententia.
C. XV. * Semper: Mutatus est a collectore orationis ductus, ne quae antecedunt recitanda essent.
C. XVI. * Maxentio: In impressis [praeter Ed. Bas.] addebatur: *episcopo*, quae vox abest ab omnibus manuscriptis.

Dist. XCVI. can. 14. 331) locas civitates: *C Deusded.* 332) prefato: *deest: CDF Deusded.;* sepe fato: *Pseudoisid. Ans. Ivo Decr.;* sepe prefato: *Ivo Pan.* 333) Pontifici et univ. pap. Silv.: *CDF Edd. coll. o. Ans. Deusded.* 334) *add.:* patri: *Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 335) concedimus: *Edd. coll. o.;* contradentes . . . relinquentes: *Pseudoisid. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 336) eius vel successorum (successoribus: *Ans. Ivo Decr. Pan.;* successores: *Coll. tr. P.*) ipsius (eius: *Ans.;* suis: *Ivo Decr.*) pontificum (pontificiam: *Ans. Ivo Decr. Pan.*) potestati (potestatem: *Ans.*) et ditione (ditionem: *Ans.;* ditioni: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.*) firma (firmam: *Ans.*) imperiale (imperialem: *Ans.;* imperialis: *Ivo Decr. Coll. tr. P.*) censura (censuram: *Ans.*) per (*add.:* et: *Ans.*) hanc nostram divalem sacram (iussionem: *Ans.*) et pragmaticum constitutum decernimus disponendum (disponendam: *Ans. Coll. tr. P.*): *Pseudois. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 337) hanc . . . et: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusded.* 338) iure: *Pseudois. Coll. tr. P.* 339) permanenda: *CDF Edd. coll. o. Deusded.;* permanendum: *Pseudoisid. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 340) prospeximus: *Pseudoisid.;* conspex.: *Coll. tr. P.* 341) in: *deest: CDF Edd. coll. o. Deusded. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 342) *add.:* ac (et: *Coll. tr. P.*) transmutari: *Pseudois. Ans. Ivo Decr. Pan.* 343) Byzantii: *Ivo Decr.* 344) provincia in opt.: *Pseudois. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 345) nec: *Ivo Pan.* 246) *finis canonis: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 347) nost.: *deest: CDF Edd. coll. o. Ans. Deusded.* 348) et: *CDF Ans. Deusded.* 349) confirmamus: *DF Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 350) permanenda: *Pseudoisid.* 351) decrevimus: *DF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 352) coram te Deo: *Edd. Arg. Bas.* 353) obtestamus: *Pseudoisid.* 354) per . . . constitutum: *deest: CDF Edd. coll. o. Ans. Deusded.* 355) satr. etiam amplissimumque: *CDF Ans. Deusded.* 356) cunctis . . . subiacentem: *deest: CDF Deusd.* 357) retro: *deest: Ans.* 358) quoque: *Pseudoisid.* 359) hec quae a nobis imperiale sanctione sacrosanctae Romanae ecclesiae vel eius omnibus pontificibus concessa sunt, refragare aut confringere vel in quoquam convelli: *Pseudoisid.* 360) *add.:* vel: *CDF Deusded.* 361) confringere: *CDF Edd. coll. o. Pseudoisid. Ans. Deusded.* 362) vel: *CEF Ans. Deusd.* 363) convelli: *CDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Pseudois. Ans. Deusded.* 364) contentiosus: *Deusd.* 365) et in: *ib.* 366) in: *deest: Pseudois.* 367) infer.: *deest: C* 368) nostri: *deest: CDF* 369) princ. apost.: *deest: CDF Deusded.* 370) data: *C Deusded.;* dato: *D;* dat. *usque ad finem: deest: F* 371) Dom. nostro Flavio: *deest: CD Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 372) quarto: *Edd. coll. o.* 373) VV. CC.: *CD Deusded.;* quarto concilio: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. || can. 15. 374) ponit: *EGH* 375) *add.:* Papa: *ib. — Ep. scr. ao.* 495. *c.* 10. *ap. Thiel. p.* 406. — *Jaffé no.* 395. — *Ans.* XII, 68. (*cun.:* valde mirati sumus) 376) enim quamvis: *orig.;* enim quaevis: *Ans.* 377) *Codd. coll. o.* 378) ut de: *EGH orig. Ans.* 379) provenirent non a saeculari viderentur qualecumque pontifices: *orig. Ans.* 380) *Codd. coll. o.* 381) accedente: *orig.; sed* accidente *est in varietate lectionis* 382) contra: *deest: orig. Ans.* 383) exced. potestate percelli: *ib.* 384) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 16. 385) *Ep. Pseudois. ap. Hinschius pag.* 227. — *Jaffé no.* CXIX. — *Ans.* VI, 192. (194.) 386) regis: *orig., sed* religiosi *in Cod. Dst.* 387) concussas: *AEGH;* atque concussas: *Ed. Bas.; deest: Ed. Arg.;* scissas: *orig.* 388) *Codd. coll. o. Ans.* 389) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 390) *ib.* 391) regni: *EGH*

Dist. XCVII. Pars. I. 1) pontificum: *BEGH Corr.* 2) *Dist.* XCVII. *c.* 8. 3) tentavit: *BEGH* || can. 1. 4) supplicationibus: *GH* 5) *scr. ao.* 420. — *Jaffé no.* 144. — *Ans. dedic.* I, 47. 6) *add.:* o rex: *A* 7) nos: *deest: orig. Ans. ded.* 8) propter: *deest: orig., sed exstat in Hisp.* 9) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB;* aestimetur: *A;* existimetur: *B* 10) *add.:* quid: *Ans. ded.* 11) *Codd. coll. o. orig. Ans. ded.*

stram tacentem[12] desidiam uidebimur quod ciuitatis quietem et[13] ecclesiae pacem peruertere ualeat admisisse. Cum enim humanis rebus diuinae cultor religionis Domino fauente prouideas[14], nostra culpa erit, si non id sub uestra gloria, quam certum est diuinis semper rebus animo propensiori[15c] fauisse, firmo et stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem sub[16d] illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostrae religionis cura constrinxit, id est, ut[17] licita[18*] seruentur, et sub uestrae inperio clementiae minime que sunt illicita formidentur. §. 1. Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam, Christianissime inperator, meo[19] quidem sermone, sed suo[20] uenerabili[21] affectu appellat, quam Christus Deus[22] noster, uestrae[23e] fidei[24f] rector et uestri[25g] inperii gubernator, sibi[26] uni desponsatam et intactam uirginem seruat, ne in ea[27h] aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, et quietam faciem tempestatis insolitae[28] tumore[29] turbari, gloriosissime et tranquillissime[30] inperator semper[31i] auguste. Ipsa uero[32k] (que uni desponsata est[33l], uestra[34m] tamen mater est) ecclesia pietatem[35n] uestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, preterita presentiaque[36] repetit. Vobis, inquit, religiosissime[37o] inperantibus[38**] modo[39p] tutus[40q] est populus, tam fidus[41] Deo quam tibi[42], principi Christiano[43r]. Ecce enim inter[44s] misteria[45], inter preces suas, quas pro uestri felicitate[46] dependit inperii, teste, apud quem et de cuius sede agitur[47], sancto Petro, sollicitis pro religionis obseruantia uocibus clamat[48], cum sollicita[49] peticione miscetur oratio[50], ne hos in uarias[51t***] res[52] solito temptatore occulte sollicitante semel euulsa discordia distrahat[53]. Angeretur[54] pluribus, princeps Christianissime, mater ecclesia[55], nisi apud te suarum esset secura[56u] causarum, et in[57v] obpressionibus idolorum, in[58] hereticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum inperio[59] semper florente, uicisset. §. 2. Habet refugium pium[60] tuae mansuetudinis animum, cum suae religionis ueneratione coniunctum, cum, quicquid huic[61] proficiat, uos agatis, conferatis[62w] fratribus et consacerdotibus meis, probatissimis uiris, a me et ab omnibus (qui ecclesiam faciunt[63] legatis[64]; quibus prosequentibus (precamur[65]) causa[66x] sacrae religionis, ut[67y] in urbe uestrae mansuetudinis hoc animo, quo postulatis annuitis[68], in perpetuum statui[69] uniuersalis ecclesiae consultatis.

C. II. *Rescriptum Honorii ad Bonifatium Papam*[70].

Victor Honorius, inclitus, triumphator, semper augustus, sancto ac[71a] uenerabili Bonifatio Papae urbis eternae[72]. Scripta beatitudinis uestrae[73b] debita reuerentiae gratulatione[74] suscepimus, quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas[75] gratias, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatae redditam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus uenerabilibus uiris gaudium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, uti[76] cottidianis orationibus apostolatus tuus studium ac uotum suum circa salutem atque inperium nostrum inpendere dignetur. Illud autem pietati nostrae[77] satis placuisse[78c] cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum ac[79d] populi perturbatione sollicita est. Que ut aliqua ratione non[80e] possit euenire, satis clementia nostra credidit esse prouisum. Denique[81] beatitudine tua predicante[82] id ad cunctorum clericorum noticiam uolumus peruenire, ut, si quid forte religioni tuae (quod non optamus) humana sorte contigerit[83], sciant omnes ab[84] ambitionibus esse cessandum. Ac si duo contra fast etc.[85f], *ut supra*[86]. — *Et infra:* §. 1. Unde id seruandum[87g] est, ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos ex serenitatis nostrae[88] admonicione custodiant, nec aliquid seditionis[89h] conspirationibus temptare conentur, cum certum sit, nulli partium sua studia profutura.

II. Pars. Gratian. *Sine signatis apicibus non est mos Romanae ecclesiae undecumque legationem suscipere*[90*].

Unde Nicolaus Papa[91]:

C. III. *Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem undecumque suscipere.*

Nobilissimus uir atque strenuus uestrae sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem a uobis nostro Pontificio detulisset, licet numquam apostolicae sedis moris[92a] fuerit absque signatis apicibus undecumque legationem suscipere, nos tamen uos in illa[93b] honorantes, eiusque grauitatem et eloquiorum illius ueridicas cognoscentes assertiones, nichilominus eum et sicut decuit suscepimus, et ei, sicut honestum fuit, credidimus.

DISTINCTIO XCVIII.

GRATIANUS.

Que circa ordinandos sint[1] *obseruanda, que in eorum electione diligenter sint*[2] *consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia ueritas rei nonnumquam obscuratur mutacione prouinciae, decretum est sacris canonibus, ut peregrini, nisi quinque uel eo amplius suorum episcoporum fuerint commendati cyrographis, non ordinentur.*

EDITIO ROMANA.

Dist. XCVII. c. 1. c) promptiore d) et sub e) vestri f) fidus g) vestri: *deest* h) eam i) semper: *deest* k) ergo l) est: *deest* m) nostra n) hac pietatem o) religiose p) crevit meus qui modo q) tuus r) qui es princeps Christianus s) inter ipsa mysteria t) humanas res*** u) cura v) nisi in w) et conferatis x) causam y) ut: *deest* — c. 2. a) et b) tuae c) placitum esse d) aut e) Quae ne aliq. ratione poss. f) contra fas etc.: *deest* g) observandum h) seditiosis — c. 3. a) modus b) illo

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XCVII. C. I. * Id est, ut licita: In epistola ipsa legitur: *id est, ut fidens utar licitis.*

** Imperantibus: Additis aliquot ex epistola vocibus, emendatus est hic locus: *crevit meus, qui modo tuus est, populus.*

*** Ne humanas: In plerisque vetustis legitur [immo in sola Basil.]: *ne hos in varias res solito, etc.* In originali vero, *ne nos* [alias: *vos*] *in varias res semel evulsa distrahat a cultu solito, tentatore solicitante, discordia.*

C. II. * Suscipere: In vulgatis sequebatur: *neque mittere*, quae absunt a vetustis, neque conveniunt cum his, quae sequenti capite afferuntur.

Dist. XCVII. can. 1. 12) tacentes: *orig. Ans. ded.* 13) et: *deest: Ans. ded.* 14) praesideas: *Ed. Bas. orig. Ans. ded. — Corr.* 15) *CEGH;* propensiori vel promptiore favisse et firmo: *AB* 16) *Codd. coll. o.* 17) ut: *deest: AC Dionys. ap. Amort.; ap. Voellum contra Gratiani lectio reperitur* 18) id est ethinicis (serventur: *deest*)*: orig. ex correctura Coustantii; in Hisp. legitur ut a Corr. est notatum;* id est licitis (serv.: *deest*) *Ans. ded.* 19) *add.:* non: *EFGH Edd. coll. o. — Corr.; add.:* quidem: *D* 20) *add.:* etiam: *EGH; add.:* quidem: *Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* II. III. 21) venerabilis: *orig.* 22) Iesus Dominus: *EGH* 23) *DEFGH Edd. coll. o.;* vestrae: *AB* 24) *Codd. coll. o.* 25) *Codd. coll. o.* 26) unum: *Ans. ded.* 27) *ABCD Ans. ded.* 28) insolito: *ACDF Edd. coll. o.* 29) timore: *DEGH Edd. Arg. Bas.* 30) tranqu.: *deest: Ans. ded.* 31) *ABF Ed. Bas. — Corr.* 32) *Codd. coll. o. Ans. ded.* 33) *BCDEG — Corr.* 34) *CDFGH Ed. Bas. orig.;* deest: *Ans. ded.* 35) *Codd. et Edd. coll. o.;* hac pietate: *Ans. ded.* 36) *add.:* auxilia: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 37) *Codd. et Edd. coll. o.* 38) imperator: *FGH;* religiosis imperatoribus: *Ans. ded.* 39) *ABCDF orig. Ans. ded.;* convenit procedere modo: *EGH* 40) *CDEFGH Edd. coll. o. orig. Dionys. Ans. ded.;* tuitus: *AB;* tuus: *D Hisp.* 41) fidelis: *Edd. coll. o.* 42) vobis: *Ans. ded.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. orig.;* qui estis princeps Christ.: *Ans. ded.* 44) *Codd. et Edd. coll. o.* 45) ministeria: *EGH* 46) *add.:* ecclesia: *Edd. coll. o.* 47) angitur: *GH* 48) clamat ad vos: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.;* clamant: *Ans. ded.* 49) *add.:* obsecrans: *GH; add.:* obsecrantis: *Ed. Bas.* 50) ac ratio: *Ans. ded.* 51) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans. ded.* 52) res semel contra distrahat a uultu solito, tentatore sollicitante, discordia: *orig.* 53) distrahit: *GH* 54) ageret: *orig. Ans. ded.* 55) mat. eccl.: *deest: orig. Ans. ded.* 56) *Codd. coll. o. pr. F — orig. Ans. ded.* 57) *ABCDF orig. Ans. ded.* 58) et: *AB* 59) *add.:* vestro: *EFGH; add.:* nostro: *Edd. coll. o.* 60) pium: *deest: Ans. ded.* 61) *add.:* ecclesiae: *Edd. coll. o.* 62) *ABCDF orig. Ans. ded.* 63) *add.:* istam: *orig.;* ista: *Dionys.* 64) ad te legatis: *orig.;* ista quae mandat legatio: *Dion.;* ista munda legatio: *Ans. ded.* 65) deprecamur: *EGH* 66) *Codd. coll. o.* 67) *ib.* 68) et annuitis: *EGH;* adunatis: *Hisp.* 69) statutis: *Ans. ded.* || can. 2. 70) *scr. ao.* 420.; *Ans. dedic.* I, 48. 71) *CDEGH orig. Ans. ded.* 72) Romae: *Edd. coll. o.* 73) *ABEFGH* 74) congratulatione: *AB Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 75) max.: *deest: AB* 76) ut: *ABG* 77) vestrae: *AD Edd. Arg. Bas.* 78) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 79) *ib.* 80) *ABCEFH;* ut . . . ne: *DG* 81) *Ans.* VI, 17. 82) *add.:* me: *Ans.* 83) hum. contigerit: *ib.* 84) ab: *deest: AB* 85) *Codd. coll. o.;* forte contra fas: *orig. — cf. Dist.* LXXIX. *c.* 8. 86) ut supra: *deest: AB* 87) *ABCDF Edd. coll. o.;* conservandum: *EGH;* id volo observandum esse: *Ans.* 88) vestrae: *Ans.* 89) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Dionys.* 90) *add.:* neque mittere: *EGH* || can. 3. 91) *Cochlaeus in collectione decretorum Nicolai* I. *ap. Mansi t.* XV. *epistolam Nicolai ad Ludovicum imp. fontem capitis laudavit, quam tamen non contigit investigare. — Coll. tr. P.* I, 62, 31. 92) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 93) *BCDFH*

Dist. XCVIII. Pars. I. 1) sunt: *ACD* 2) sunt: *ABCDFH; deest: G* ||

Unde Siluester Papa presidens in[3a] generali sinodo[4b] dixit[5]:

C. I. *Nisi quinque episcoporum litteris designatum, transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat.*

Nullus aliqua ratione transmarinum hominem penes nos[6c] in clericatus gradu[7d] suscipiat, nisi quinque episcoporum[8e] designatus sit cyrographis.

C. II. *De eodem.*

Item Anastasius [I.] *urbis Romae Episcopus omnibus Episcopis,* [ep. I. cap. 2.][9a]

Transmarinos[10] homines in clericatus honore[11b] nemo suscipiat[12], nisi quinque aut eo amplius episcoporum cyrographis fuerint[13c] designati, quia per subreptionem multa solent euenire.

C. III. *De eodem.*

Item Gregorius Romanae Ecclesiae Presul Squillatiano Episcopo, [lib. II. epist. 25.][14a]

Affros passim, et ignaros[15b] peregrinos[16], ad ecclesiasticos ordines tendentes[17], nulla ratione suscipias, quia Affrorum[18c] alii[19d] quidam[20e] sunt[21f] Manichei, alii[22g] rebaptizati[23]; peregrini uero plurimi in[24h] minoribus ordinibus constituti fortiores[25]* de se pretendisse honores sepe probati sunt.

C. IV. *Non sunt promouendi ad clerum, qui inperegre[26a] fuerint baptizati.*

Item ex Concilio Eliberitano [c. 24.][27]

Omnes, qui inperegre[28b] fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita uita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouintiis.

DISTINCTIO XCIX.

GRATIANUS.

I. Pars. *De primatibus autem (quorum supra mentionem fecimus) queritur, quem gradum in ecclesia obtineant? an in aliquo a patriarchis differant? quam obedientiam archiepiscopi eis debeant? Primates et patriarchae diuersorum sunt nominum, sed eiusdem offitii. Ab archiepiscopis[1a], quotiens necesse fuerit, episcopi ad primates appellant, sed a primatibus ad archiepiscopos appellari[2b] non licet. Debent quoque[3c] obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, que sibi ab eis fuerint iuste inperata.*

Unde Anacletus Papa ait [ad Episcopos Italiae, epist. II.][4]*

C. I. *Que obedientia sit exhibenda primatibus[5a].*

Prouintiae[6] multo ante Christi aduentum tempore diuisae sunt maxima ex parte, et postea ab apostolis et B. Clemente predecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouintiarum[7], ubi dudum primates erant legis[8] seculi ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas ciuitates[9] commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam inperatorum[10b] uel regum confugere non poterant uel quibus permissum non erat, confugiebant pro obpressionibus[11] uel iniusticiis suis[12], ipsosque appellabant quotiens[13] opus erat, sicut in lege eorum preceptum[14] erat, ipsis quoque in ciuitatibus uel locis[15] nostris[16c] patriarchas uel primates, qui unam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinae et ecclesiasticae poni et esse iusserunt[17], ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent eosque appellarent, et ipsi[18] primatum nomine fruerentur[19d]. Reliquae uero metropolitanae ciuitates, que[20] minores iudices habebant (licet maiores[21] comitibus[22] essent) haberent metropolitanos suos, qui predictis iuste[23] obedirent primatibus, sicut et[24] in legibus seculi olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur.

C. II. *Non[25] uocentur primates, nisi qui primas sedes tenent.*

Item Anicetus [ad Episcopos Galliae][26].

II. Pars. Nulli archiepiscopi primates uocentur, nisi illi, qui primas sedes[27a] tenent, quarum[28] episcopos apostoli eorumque[29b] successores regulariter patriarchas uel[30c] primates esse constituerunt[31], nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit pre multitudine[32d] primatem[33e] constitui. Reliqui metropolitani nominentur, qui alias metropoles tenent[34f].

C. III. *Princeps summus sacerdotum non appelletur primae sedis episcopus[35a].*

Item ex Concilio Affricano, [c. 6.][36]

Primae[37] sedis episcopus non appelletur princeps sacer-

EDITIO ROMANA.

Dist. XCVIII. c. 1. a) in: *deest* b) concilio c) vos d) gradus e) nisi quinque aut eo amplius episcoporum — c. 2. a) ad omnes Germaniae ac Burgundiae Episcopos b) honorem c) sint — c. 3. a) Squillatino b) uel incognitos c) Afri d) aliqui e) quidem f) sunt: *deest* g) aliqui h) etiam in — c. 4. a) qui peregre b) qui peregre — Dist. XCIX. Pars. I. a) archiep. autem b) appellare c) ergo — c. 1. a) primat. et patriarchis b) imperatoris c) nostros d) fruerentur, et non alii — c. 2. a) civitates b) et successores apostolorum c) et d) propter multitudinem e) eorum primatem f) Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur — c. 3. a) Primae sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum vel summus sacerdos.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. XCVIII. C. III. * Fortiores: Sic legitur in vetustis Gratiani et B. Gregorii codicibus: verum in Frobeniana ac Lugdunensi eiusdem [et ap. Ans.] B. Gregorii operum editione[25]: *ad fortiores praetendisse honores.*

Dist. XCIX. C. I. * Hoc caput integrum repetitur a Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi, Turonensi ac Senonensi archiepiscopis scripta, ex qua et originali nonnulla sunt restituta.

Dist. XCVIII. can. 1. 3) *ABEFGH* 4) *Codd. coll. o.* 5) *Haec desumta sunt ex decerptionibus ex decretis S. Silvestri P. ap. Pseudoisidorum ap. Hinschius p.* 451. — *cf. Greg. M. l.* II. *Ep.* 37. *Ed. Maur. et Greg.* II. *ep. ad Bonifac. Ep.* 19. *in Jaffé Mon. Mog. pag.* 79. — *Ans.* VII, 23.; *Polyc.* II, 31, 4. 6) *BCDF Edd. Arg. Bas. orig. Polyc.* 7) *BCD Ans.* 8) *AF orig. Ans. Polyc.* — *Corr.* || can. 2. 9) *Codd. coll. o. Ep. Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 525. — *Jaffé no.* CLXXVII. — *Ans.* VII, 24.; *Ivo Pan.* III, 63. (*can. contin.*); *Polyc.* II, 31, 7. 10) *add.:* vel incognitos: *Ivo* 11) *CDF orig. Ans. Polyc.*; ordinem: *EGH* 12) nolite suscipere: *orig. Ivo* 13) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* || can. 3. 14) *Codd. coll. o.* — *Ep.* 37. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 826. — *Ans.* VII, 25. 15) *Codd. et Edd. coll. o.*; et incognitos: *Ans.* 16) et peregr.: *AB* 17) accedentes: *Edd. coll. o.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 19) *Codd. et Edd. coll. o.; deest: orig.* 20) *AB orig.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 22) *Codd. et Edd. coll. o.* 23) *add.:* sunt: *EGH* 24) *Codd. et Edd. coll. o.*; et in: *Ans.* 25) ad fortiorem de se honorem praetendisse: *orig. Ed. Maur.* || can. 4. 26) *ABDF;* in peregrinatione: *EGH* 27) *hab. ao.* 305. *aut* 306. (*Hefele Conc. Gesch.* I, 122.); *ap. Bruns* II, 5. — *Ivo Decr.* VI, 352.; *Coll. tr. P.* II, 30, 7. 28) *AB orig. Hisp. Coll. tr. P.*; in peregrinatione: *DF Edd. coll. o.* — *Corr.*

Dist. XCIX. Pars. I. 1) *Codd. coll. o.* 2) *ib.* 3) *ib.* || can. 1. 4) *Caput Pseudois. Ep.* II. *c.* 26. *ap. Hinschius p.* 79. — *Jaffé no.* III. — *Ans. dedic.* I, 73. (*can. contin.*) *Ans.* VI, 111. (*can.:* illi autem qui — *non omnimodo respondet Gratiani canoni*); *Ivo Decr.* V, 53. (*can. contin.*) *Ivo Pan.* IV, 23. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 2, 15. §. 1.; 16. 17. (*can. contin.*) 5) *ABCF; add.:* vel patriarchis: *EGH* 6) *add.:* autem: *orig. Ans. ded. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 7) *add.:* omnium: *BCDF Edd. Bas. Lugd.* II. III. 8) leges: *orig.* (*sed in Cod. Dst exstat:* legis) — *Ivo Decr. Pan.* 9) civit.: *deest: Ivo Decr.* 10) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. ded. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 11) *add.:* suis: *AB; add.:* eorum: *Edd. coll. o.* 12) suis: *deest: AB* 13) quotiescunque: *Ivo Decr.* 14) scriptum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 15) *add.:* in: *EGH Ivo Pan.* 16) *DEFGH orig. Ans. ded. Ivo Decr. Coll. tr. P.; Corr.* —; vel in locis suis: *Ivo Pan.* 17) iussae sunt: *orig., sed* iusserunt *est in varietate lectionis* 18) ipso: *C;* ipsae: *Ivo Pan.* 19) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded.;* — reverentur (nom.: *deest*): *orig., sed textus Gratiani in Cod. Dst* 20) *add.;* vel: *EGH* 21) maioribus: *AB;* iudic. hab. lic. mai.: *deest: Ans. ded.* 22) comites: *C; add.:* comitatibus: *Edd. Arg. Bas.;* maiorum comitum: *Corr.* 23) iure: *EGH* 24) et: *deest: orig.; sed exstat in Cod. Dst* || can. 2. 25) nulli: *EGH* 26) *Ep. Pseudoisidor. c.* 3. *ap. Hinschius p.* 121. — *Jaffé no.* LIV. — *Ans.* II, 13. (*non exstat nisi in Cod. Vatic.*) *Ivo Decr.* V, 54. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 25.; *Coll. tr. P.* I, 9, 3. 4.; *Polyc.* II, 21, 1. *Caes.* II, 74. 27) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Turrecrem. Corr.* 28) quorum: *EGH* 29) *Codd. coll. o. Turrecrem.;* et succ. eorum: *Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 30) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans. Polyc.* 31) constituerint: *Ans.* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) *Codd. et Edd. coll. o.;* episcoporum prim.: *orig. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 34) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Turrecrem.* || can. 3. 35) *AB;* vel summus: *CEFGH;* et summus: *D* 36) *c.* 26. *C. Carthag.* III. *hab. ao.* 397. (*ap. Dionys. exig. c.* 37.) — *Bruns* I, 127. — *Ans. ded.* II, 50.; *Burch.* I, 3.; *Ivo Decr.* V, 57.; *Coll. tr. P.* II, 17, 17.; *Polyc.* II, 26, (25,) 2. 37) ut primae: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P. Polyc.*

dotum, aut[38 b] summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primae sedis episcopus.

II. Pars. *Uniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.*

Unde Pelagius Papa omnibus Episcopis[39 a]:

C. IV. *Nec etiam Romanus Pontifex uniuersalis est appellandus.*

Nullus patriarcharum uocabulo uniuersalitatis[40] umquam utatur, quia, si unus patriarcha[41] uniuersalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc a fidelibus[42 b], hoc sibi quempiam uelle[43 c] arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte uideatur. Quapropter karitas uestra neminem umquam suis in epistolis uniuersalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert[44 d] indebitum.

C. V. *De eodem.*

Item Gregorius Eulogio Patriarchae Alexandrino, [lib. VII. epist. 30. Indict. 1.][45 *]

Ecce in prefatione epistolae, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbae appellationis uerbum, uniuersalem me Papam dicens[46 a], inprimere curastis. Quod[47] peto mihi dulcissima sanctitas uestra ultra non faciat, quia uobis subtrahitur, quod[48] alteri plus quam ratio exigit prebetur. Ego non[49 b] uerbis quero prosperari, sed moribus, nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque est honor uniuersalis[50 c] ecclesiae, meus honor est fratrum meorum solidus uigor. Tunc ego[51] honoratus[52 d] sum, cum singulis quibusque[53] honor debitus non negatur. Si enim uniuersalem me Papam uestra sanctitas[54] dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur[55] uniuersum. Sed absit hoc, recedant uerba, que unitatem[56 e] inflant, karitatem[57 f] uulnerant.

DISTINCTIO C.

GRATIANUS.

I. Pars. *Episcopos autem[1] ordinare ante pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec patriarchae licet, quod ex auctoritate Pelagii Papae (licet minus euidenter) datur intelligi. Ait enim Pelagius Papa*[2 *]:

C. I. *Infra[3 a] tres menses fidem suam exponere et pallium postulare a Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat.*

Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctae sedi[4] apostolicae exponere detrectantes usum pallii neque expetunt, neque percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio uiduatis ecclesiis non sine periculo protelatur, placuit, ut quisquis metropolitanus[5] ultra[6] tres menses consecrationis suae ad fidem suam exponendam palliumque suscipiendum ad apostolicam sedem non miserit[7], commissa sibi dignitate careat, sitque licentia metropolitanis aliis, post secundam et tertiam commonitionem uiduatis ecclesiis[8] cum consilio Romani Pontificis ordinando episcopum[9 b] subuenire. §. 1. Si uero consecrandi episcopi negligentia prouenerit, ut ultra tres menses ecclesia uiduata consistat, communione priuetur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandum[10] offerre[11] non differat. Quod si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit uiduatam ecclesiam, neque ibi, neque alibi[12] consecrationis donum percipiat, imo metropolitani sui iudicio cedat.

C. II. *Honor pallii non detur nisi meritis exigentibus et fortiter postulanti.*

Item Gregorius Papa[13] Brunichildae Reginae, [lib. VII. epist. 5.][14]

II. Pars. Prisca consuetudo obtinuit, ut honor pallii nisi exigentibus causarum meritis et fortiter postulanti dari non debeat.

[PALEA[15 *].

C. III. De eodem.

Idem Iohanni Corinthiorum Episcopo, lib. 4. epist. 55.[16]

Nouit sanctitas[17] tua[18], quia prius pallium nisi dato commodo non dabatur. Quod quoniam incongruum erat, facto

EDITIO ROMANA.

Dist. XCIX. c. 3. b) vel — c. 4. a) Pelagius II. epist. omnibus Episcopis: illicite a Ioanne Constantinopolitano convocatis, etc. b) Sed absit hoc, absit a fidelis cuiusquam mente, hoc c) vel velle d) defert — c. 5. a) dicentes b) enim non c) honor uniuersalis d) vere honoratus e) vanitatem f) et caritatem — Dist. C. c. 1. a) Intra b) episcopos

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Apud B. Gregorium haec sequuntur: *Et quidem in S. Chalcedonensi synodo atque post a subsequentibus Patribus hoc praedecessoribus meis oblatum vestra sanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc unquam vocabulo voluit, ut dum in hoc mundo honorem sacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum custodirent suum.* Quam rem etiam plenius exponit, lib. 4. epist. 32. Refert autem B. Thomas in opusculo contra errores Graecorum, totam illam synodum S. Leoni sic acclamasse: *Leo sanctissimus apostolicus et oecumenicus, id est universalis, patriarcha per multos annos vivat.* Et Leo IX. Michaëli Constantinopolitano archiepiscopo de hac eadem appellatione scribens, ait: *Licet magno Leoni praedecessori nostro et successoribus ipsius hoc S. decrevit Chalcedonensis synodus.* Sed in multis quoque libellis, qui actione 3. eiusdem synodi habentur, haec est inscriptio: *Sanctissimo ac beatissimo universali patriarchae magnae Romae Leoni.* Et in codicibus multarum epistolarum ad Romanos Pontifices, quae manuscriptae in Vaticana bibliotheca servantur (quarum multa exempla sunt penes privatos) ad Hormisdam Papam plus quam trecenti archimandritae ac monachi secundae Syriae sic scribunt: *Sanctissimo ac beatissimo orbis terrae patriarchae Hormisdae, continenti sedem principis apostolorum Petri, deprecatio et supplicatio minimorum archimandritarum, et ceterorum monachorum secundae Syriae.* Et in media fere epistola: *Quoniam Christus Deus noster principem pastorum, et doctorem et medicum animarum constituit vos nostrum sanctum angelum, dignum est passiones, quae nobis contigerunt, exponere, etc.* Avitus quoque Galliae episcopus ad eundem Hormisdam sic scribit: *Dum religionis statui et plenis catholicae fidei regulis perspicitis convenire, ut gregem per tota vobis universalis ecelesiae membra commissum, pervigil cura me adhortationis informat.* Et Ioannes episcopus Nicopolitanus ad eundem: *Decenter ad vestras orationes concurro, ut iuxta consuetudinem apostolicae sedis vestrae cunctarum ecclesiarum curam et Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam specialem dispositionem vestram.* Et in breviario Liberati cap. 22. episcopus Paterae haec imperatori de Silverio Papa ait: *multos esse in hoc mundo reges, et non esse unum, sicut ille Papa est super ecclesiam mundi totius.* Et Regino Germanus lib. 11. Chronicorum, de Nicolao I. loquens, saepe illum vocat universalem Pontificem. Sed istius dictionis: *universale*, duae sunt notiones, quod Innocentius III. lib. 2. ep. 206. (quae incipit: *Apostolicae sedis*) patriarchae Constantinop. scribens, exponit his verbis: *Dicitur enim universalis ecclesia, quae de universis constat ecclesiis, quae graeco sermone catholica nominatur, et secundum hanc acceptionem vocabuli ecclesia Romana non est universalis ecclesiae, sed pars universalis ecclesiae, prima videlicet et praecipua, veluti caput in corpore, quoniam in ea plenitudo potestatis exsistit, ad ceteras autem pars aliqua plenitudinis derivatur. Et dicitur universalis ecclesia illa una, quae sub se continet ecclesias universas. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia universalis nuncupatur, quoniam ipsa sola singularis privilegio dignitatis ceteris est praelata, sicut et Deus universalis Dominus appellatur, (non quasi iam divisus in species aut specialissimas, aut etiam subalternas), quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim una generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum:* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

Dist. C. C. I. * Burchardus, Anselmus [Polyc.] et auctor Panormiae citant ex decretis Damasi: Ivo vero citat ut Gratianus; itemque Innocentius III. lib. 1. epist. 117. Bituricensi archiepiscopo (quae incipit: *ne si universi*) refert paragraphum: *Si vero consecrandi*, ex eodem Pelagio.

C. III. * Haec Palea habetur in plerisque vetustis exemplaribus.

Dist. CXIX. can. 3. 38) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Hisp. Ans. ded. Ivo Polyc.* || can. 4. 39) *Codd. coll. o. — Ep. Pseudoisid. — ap. Hinschius p.* 721. — *Jaffé no.* CCXXX. — *Ipsa fere verba leguntur ap. Gregor. M. l.* IV. *ep.* 36. *Ed. Maur. — Ans.* VI, 130. (128. *can. contin.*); *Polyc.* II, 25, 1. 40) universitatis: *Ed. Bas. Polyc.*; universalis: *Ed. Arg.* — hoc tam profano: *orig.* 41) patriacharum: *EGH* 42) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.*; fidelibus cuiusquam mente: *orig.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 44) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans. Polyc.*; infert: *Edd. coll. rel. pr. Arg.*; defert: *Ed. Arg.* || can. 5. 45) Eulotio: *EGH — Ep.* 30. *scr. ao.* 598. *lib.* VIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1150. — *Ans.* VI, 131, (121.); *Polyc.* II, 26, (25,) 3. 46) *Codd. coll. o. Ans.*; dicentem: *Polyc.* 47) quodsi: *Polyc.* 48) *add.*: a vobis: *AB* 49) *ABCDF Edd. coll. o. Ans.*; Ego vero non: *EGH* 50) *Codd. et Edd. coll. o. Ans* 51) ergo: *Ans.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 53) quibuscunque: *Ans.* 54) vestra sanct.: *deest: AB* 55) fateatur: *Polyc.* 56) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. Polyc.*; vanitatem: *Ed. Arg.*; veritatem: *Edd. coll. rel.* 57) *Codd. coll. o. Ans.*

Dist. C. Pars. I. 1) aut.: *deest: EGH* 2) *Imo a verbis* quisquis metrop. *incipiens est c.* 1. *et* 2. *Conc. Ravennat. hab. ao.* 877. (*Hefele Conc. Gesch.* IV, 502 *sqq.*) *ap. Mansi* XVII, 337.; *Burch.* I, 25.; *Ans.* VI, 92, (89.); *Ivo Decr.* V, 136.; *Ivo Pan.* III, 11.; *Polyc.* II, 10, 1. 3) *Codd. coll. o.* 4) sedis: *Ans.*; fidei: *Böhm.* 5) metrop.: *deest: AB* 6) intra: *orig.* 7) ab apostolica sede (non mis.: *deest*): *orig.* 8) ordinatae ecclesiae: *Ans.* 9) *ABDF orig. Polyc*; episcopis: *H*; episcopo: *Ivo Decr. — Corr.* 10) consecrandus: *EGH* 11) praebere: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 12) alicubi: *Ivo Decr. Pan.* || can. 2. 13) Papa: *deest: ABC* 14) *Ep.* 11. *scr. ao.* 598. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1169. — *Ans.* VI, 93. (90.); *Polyc.* II, 24, 7. *Caes.* III, 52. || can. 3. 15) *Haec Palea deest: ABEFGH; in C exstat in fine Dist.* CI.; *in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est. — cf. Hugucc. ap. Schulte Paleae p.* 15. 16) *Ep.* 57. *scr. ao.* 595. *lib.* V. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1008. — *Ans.* VI, 90, (87.); *Polyc.* II, 1, 22. — *cf. C.* I. *qu.* 1. *c.* 116. 17) fraternitas: *CDF Turrecr. orig. Ans. Polyc.* 18) vestra: *orig.*

concilio ante corpus B. Petri apostolorum principis, tam de hoc quam de ordinationibus[19] aliquid accipere sub districta interdictione uetuimus. Oportet ergo, ut neque per commodum, neque per gratiam aut quorumdam suplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis uel permittatis[20] adduci.]

III. Pars. Gratian. *Causarum uero merita accipienda sunt, ut et is, qui postulat, mereatur accipere, et fidei suae professionem prius iuramento confirmet, et apostolicis decretis atque sinodalibus statutis se obediturum nichilominus caueat. Pallio autem non nisi certis diebus*[21] *et intra ecclesiam ad missarum solempnia cuiquam metropolitano uti licebit.*

Unde Iohannes Episcopus Williberto Agripinensi Episcopo[22 a *]:

C. IV. *Nisi post consuetam fidei professionem pallium dari non debet.*

Optatum tibi pallium nunc conferre nequiuimus, quia fidei tuae paginam minus quam oportet continere reperimus, cum uidelicet nullam in ea sanctarum uniuersalium sinodorum, in quibus fidei nostrae simbolum continetur, nec decretalium Pontificum Romanorum constitutorum secundum morem[23] feceris mentionem, sed nec illam propria subscriptione munieras[24 b], nec aliquem[25], qui[26] hanc iureiurando firmaret, miseras[27 c].

C. V. *Qui pallium desiderat accipere, prius illicita a se amouere*[28 a] *promittat.*

Item Gregorius Aregio Episcopo Francorum, [lib. VII. epist. 111.][29]

In ea sinodo, quam contra symoniacam heresim per fratrem et coepiscopum nostrum Siagrium decreuimus congregari[30], sanctitatem uestram uolumus interesse, atque eidem fratri ita pallium, quod transmisimus, tribui, si prius se promiserit illicita, que prohibuimus, per diffinitionem sinodi[31 b] a sancta ecclesia remouere. De qua sinodo omnem nobis subtiliter[32] ordinem tuam fraternitatem scriptis discurrentibus[33] uolumus nunciare, ut[34] ipse, cuius nobis sanctitas ualde experta est, nos reddat[35 c] de omnibus certiores.

C. VI. *Nonnisi ad missarum solempnia archiepiscopo uti pallio licet.*

Idem Vigilio Episc. Arelatensi, [lib. IV. epist. 51.][36 a]

IV. Pars. Pallium tibi[37] transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam ad sola missarum solempnia utatur.

[PALEA[38].

C. VII. De eodem.

Idem Iohanni Rauennati Episcopo, lib. II. epist. 54. Indict. 11.[39]

Non multum temporis interuallum est, quod quedam nobis de tua fraternitate fuerunt[40] nunciata, de quibus uobis, ueniente illuc Castorio, notario sanctae, cui Deo auctore presidemus, ecclesiae, subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat namque ad nos quedam in ecclesia uestra contra consuetudinis[41] atque humilitatis* tramitem geri, que sola (ut bene nostis) est offitii sacerdotalis erectio[42]. Que si sapientia uestra mansuete[43], uel cum[44] episcopali suscepisset studio, non de illis accendi debuerat, sed oportuerat te[45] hec eadem cum gratiarum actione corrigere.]

C. VIII. *De eodem.*

Idem[46] *Iohanni Episcopo Rauennati,* [in eadem epistola][47]

Contra morem[48 a] est ecclesiasticum, si non patientissime toleratur (quod a nobis[49 b] absit) etiam iniusta correptio[50 c]. *Et infra:* §. 1. Illud[51], frater karrissime, tibi non putamus ignotum, quod prope[52 d] de nullo metropolitano in quibuslibet mundi patribus sit auditum, extra missarum tempus usum[53] sibi pallii uendicasse. Et[54] quod bene hanc consuetudinem generalis ecclesiae noueritis, uestris nobis manifestissimis[55 e] epistolis significastis, quibus preceptum beatae memoriae decessoris[56 f] nostri Iohannis Papae nobis in subditis transmisistis adnexum, continens omnes consuetudines ex priuilegio decessorum[57 g] nostrorum concessas uobis uestraeque ecclesiae[58 h] debere conseruari[59 i]. Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesiae consuetudinem, postquam ea, que geritis[60 k], uobis ex priuilegio uendicatis. Nulla ergo nobis[61 l] in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium metropolitanorum et[62 m] a tua est[63] fraternitate seruandus, aut, si tuae ecclesiae aliquid specialiter dicis esse concessum preceptumue[64] a prioribus Romanae urbis Pontificibus, quod hec[65] Rauennati ecclesiae sunt concessa, a uobis oportet ostendi. Quod si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere neque consuetudine generali neque priuilegio uendicas, usurpasse[66 n] te conprobes quod fecisti. *Et infra:* §. 2. Decorari pallio uolumus[67] forsan moribus indecori, dum nichil in episcopali ceruice splendidius fulget quam humilitas. Oportet ergo[68 o] fraternitatem tuam, si honores suos sibi[69] quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis usum[70] ex non scripto sequi, aut ex scripto[71 p] priuilegiis[72] se tueri. Quod[73] si postremo nichil horum est, aliis metropolitanis huius[74] te prebere nolumus presumptionis exemplum.

V. Pars. Gratian. *Priuilegia quoque semper cum usu pallii debent concedi.*

Unde idem Gregorius Siagrio Episcopo Augustodunensi, [lib. VII. epist. 112.][75]:

C. IX. *De eodem*[76 a].

Rationis ordo omnino nos admonet, ut cum usu pallii aliqua[77 b] largiri priuilegia debeamus[78]. Sed quoniam cum honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet excrescere[79 c], ut[80] cultui uestium actionis quoque ornamenta con-

EDITIO ROMANA.

Dist. C. c. 4. a) Vuliberto* b) munieris c) miseris — c. 5. a) removere b) synodicam c) reddas — c. 6. a) Virgilio — c. 8. a) morem quippe b) vobis c) correctio d) paene e) manifestissime f) praedecessoris g) praedecessorum h) ecclesiaeque vestrae i) servari k) vos geritis l) vobis m) etiam n) ut usurpasse o) igitur p) scriptis — c. 9. a) Cum usu pallii aliqua privilegia debent concedi b) aliqua simul sicut diximus c) accrescere

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Vuliberto: Restitutum est hoc nomen ex Anselmo. Nam antea erat: *Giliberto;* nam Regino in ea aetate, qua Ioannes VIII. Romanae ecclesiae praefuit, meminit Vuliberti episcopi Agrippinensis, et inter epistolas Ioannis Papae VIII., quae in bibliotheca Vaticana servantur, est epistola alterius arg. ad eundem, et Deusdedit refert integram eiusdem Ioannis epistolam ad eundem Vulibertum.

C. VII. * Humilitatis: Restitutus est hic locus ex ipsa epistola. Antea enim legebatur: *contra utilitatem ecclesiae et consuetudinis tramitem geri, quae sola (ut bene nostis) est officii sacerdotalis ereptio.*

Dist. C. can. 3. 19) *add.:* eorum: *Edd. coll. o.; add.:* aliis: *Polyc.* 20) vel perm.: *deest: orig.* 21) temporibus: *EGH* | can. 4. 22) *AB orig.:* Gillibert.: *EGH;* Guillib.: *DF;* Vuillibert.: *Ans.* — *Ep. Ioann.* VIII. *scr. c. a.* 873. — *Jaffé no.* 2245. — *Ans.* VI, 92, (98.); *Caes.* III, 54. 23) mores: *Ans.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 25) nec quod aliq.: *Ans.* 26) hanc iureiur. firmandam: *Ans.* 27) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* || can. 5. 28) *Codd. coll. o. pr. A* 29) *Ep.* 107. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1264. — *Ans.* VII, 90. (93. *can.:* communis filius diacon.) 30) congregare: *AB* 31) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 32) subtil.: *deest: AB* 33) concurrentibus: *EGH* 34) et: *AB* 35) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* || can. 6. 36) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* — *Ep.* 53. *scr. ao.* 595. *lib.* V. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1004. — *Ans.* VI, 98, (95.) 37) quoque: *orig.* || can. 7. 38) *Haec Palea deest: ABEFGH; in C exstat in fine Dist. sequentis; in D cum canone sequenti est coniuncta; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta.* — *cf. Hugucc. ap. Schulte Paleae p.* 15. 39) *Ep.* 56. *scr. ao.* 593. *lib.* III. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 896. — *Ans.* VI, 87. (92. *can. contin.*) 40) fuerant: *CDF* 41) consuetudines: *orig.* 42) ereptio: *CDF Edd. coll. o.* 43) vel mansuete: *ib.* 44) cum: *deest: Ans.* 45) te: *deest: CDF Edd. coll. o. Ans.* || can. 8. 46) Item: *CFGH; in D deest rubrica et inscr.* 47) *Ans.* VI, 95, (92.); *Polyc.* II, 20, 1. (*can.:* mota nimis vest. fraternitas) 48) *Codd. coll. o. pr. D* — *Turrecrem.* 49) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 50) *EF Ans. Corr.* 51) *add.:* tamen: *orig. Polyc.* 52) *ABCDF Ans. Polyc.* 53) usus: *Ans.* 54) Et .... Aut enim: *deest: Polyc.* 55) *ABCDF Edd. coll. o. Ans.* 56) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 57) *Codd. coll. o. Ans.* 58) *Codd. coll. o.* 59) *Codd. coll. o. Ans.;* debere: *deest: AB* 60) *Codd. coll. o. pr. A* — *Ans.* 61) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 62) *ABDEG Ans. Polyc.* 63) est: *deest: EGH* 64) concessum, praeceptum: *orig. Polyc.* 65) haec: *deest: EGH* 66) *Codd. coll. o. Ans.;* usurpare: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 67) nolumus: *Edd. coll. o.* 68) *Codd. coll. o. Ans.* 69) sibi: *deest: Ans.* 70) usu: *AB* 71) *Codd. coll. o. orig. Ans.* — *Corr.* 72) privilegio: *EGH* — *Corr.* 73) vel: *orig.;* ut: *Ans.* 74) metropolitis huiusmodi: *orig.* || can. 9. 75) Augustensi: *DEGH; Ep.* 108. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1265. — *Ans.* VI, 86. (91. *can.:* quia omnino); *Polyc.* II, 21, (20,) 4. 76) *BDF:* rubrica: *deest: A* 77) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Polyc.* 78) *finis canonis: Polyc.* 79) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans.* 80) et ut: *AB;* et cultui: *D*

ueniant, oportet, ut enixius in cunctis studiis uestra se fraternitas exerceat, et[81] circa* subiectorum actus sit[82 d] uigilans[83 e].

C. X. *Usus pallii conceditur, et antiqua priuilegia innouantur.*

Idem Iohanni Episcopo primae Iustinianae Illirici, [lib. IV. epist. 15.][84 a]

Pallium uobis[85] ex more transmisimus, et uices uos apostolicae sedis agere iterata innouatione decernimus[86].

C. XI. *De eodem.*

Idem Episcopis Epiri, [lib. V. epist. 7. Indict. 14.][87]

Scriptorum uestrorum insinuatio, fatres karissimi, patefecit, Andream[88 a] Nicomedianae[89] ciuitatis episcopum Deo propitio solempniter ordinatum, cui pallium[90 b] nos direxisse cognoscite[91 c], atque cuncta priuilegia[92 d] concessisse, que predecessores nostri eius predecessoribus contulerunt[93 e].

DISTINCTIO CI.

GRATIANUS.

In una autem[1] *prouincia duo metropolitani esse non debent, sicut in Calcedonensi Concilio*[2], [cap. 12.] *statutum est.*

C. I. *Duo metropolitani in una eademque prouincia esse non possunt*[3 a].

Peruenit ad nos, quod quidam preter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam per pragmaticum sacrum* unam prouinciam in duas diuidant, et[4 b] ex hoc inueniuntur[5 c] duo metropolitani episcopi in una eademque esse prouincia. Statuit igitur[6 d] sancta sinodus deinceps nichil tale attemptari a quolibet episcopo, eos uero, qui aliquid tale temptauerint[7 e], cadere de[8] proprio gradu.

Gratian. *Hactenus de electione et ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad symoniacorum ordinationes transeamus, et ut facile liqueat, quid super hac heresi*[9] *sanctorum Patrum decreuit auctoritas, causa deducatur in medium, cuius negotium et de scienter a symoniacis ordinatis, et de ignoranter a symoniacis consecratis*[10], *et de ordinationibus, que per pecuniam*[11 f] *fiunt, contineat.*

EDITIO ROMANA.

Dist. C. c. 9. d) sit cura e) vigilans, ut vestrum illis exemplum instructio, et vita magistra sit. — c. 10. a) Illyricae — c. 11. a) Andream fratrem nostrum b) Et infra: Suprascripto igitur Andreae fratri et coepiscopo nostro pallium c) agnoscite d) privilegia atque cuncta e) contulere — Dist. CI. c. 1. a) in una et eadem . . . esse non debent b) ita ut c) inveniantur d) ergo e) attentaverint f) pecunias

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Et circa: Locupletatus est hic locus ex originali.

Dist. CI. C. I. Pragmaticum sacrum: Versiones priscae [immo Isidoriana] et Dionysiana habent: *per pragmaticam formam.* Graece autem est: *διὰ πραγματικῶν*, quod in eodem capite paulo post dicitur: *διὰ γραμμάτων βασιλικῶν*, id est: *per literas imperiales.*

Dist. C. can. 9. 81) et: *deest: orig.* 82) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 83) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* || can. 10. 84) *Codd. coll. o. — Ep.* 23. *scr. ao.* 591. *lib.* II. — *Jaffé no.* 801. — *Ans.* VI, 99. (96. *can.:* quia igitur suscepta) 85) vero: *orig. Ans.* 86) decrevimus: *A Edd. coll. o.* || can. 11. 87) *Ep.* 8. *scr. ao.* 595. *lib.* VI. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1018. — *Ans.* VI, 100, (97.) 88) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans.* 89) Nicopolitanae: *orig.* 90) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans.* 91) *ib. orig.* 92) *ib.* 93) *Codd. coll. o. pr. B — Ans.;* contulerint: *B*

Dist. CI. Pars. I. 1) tamen: *EGH* || can. 1. 2) *hab. ao.* 451.; *Ex Dionys.: Ans, ded.* I, 98.; *Burch.* I, 35.; *Ivo Decr.* V, 146. 3) *Codd. coll. o. pr. D* 4) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.* 5) *Codd. coll. o. Hisp.* 6) *ABDF Hisp.* 7) *Codd. coll. o. Hisp.* 8) a: *AB* 9) supra hanc haeresim: *CDEFGH* 10) ordinatis: *AB* 11) *Codd. coll. o.*

DECRETI

PARS SECUNDA.

CAUSA I.

GRATIANUS.

Quidam habens filium obtulit eum ditissimo cenobio; exactus ab abbate et a[1] *fratribus decem libras soluit, ut filius susciperetur, ipso tamen beneficio etatis hoc ignorante. Creuit puer, et per incrementa temporum et offitiorum ad uirilem etatem et sacerdotii gradum peruenit. Exinde suffragantibus meritis in episcopum eligitur, interueniente obsequio et paternis precibus; data quoque pecunia cuidam ex consiliariis archiepiscopi, consecratur iste in antistitem, nescius paterni obsequii et oblatae pecuniae. Procedente uero tempore nonnullos per pecuniam ordinauit, quibusdam uero gratis benedictionem sacerdotalem dedit; tandem apud metropolitanum suum accusatus et conuictus sententiam in se dampnationis accepit.* (Qu. I.) *Hic primum queritur, an sit peccatum emere spiritualia?* (Qu. II.) *Secundo, an pro ingressu ecclesiae sit exigenda pecunia, uel*[2] *si exacta fuerit, an sit persoluenda?* (Qu. III.) *Tertio, an ingressum ecclesiae uel prebendas emere sit symoniacum?* (Qu. IV.) *Quarto, an iste sit reus criminis, quod eo ignorante pater admisit?* (Qu. V.) *Quinto, an liceat ei esse in ecclesia, uel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus?* (Qu. VI.) *Sexto, an illi, qui ab eo iam symoniaco ignoranter ordinati sunt, sint abiciendi, an non?* (Qu. VII.) *Septimo, si renuncians suae heresi sit recipiendus in episcopali dignitate, uel non?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem spiritualia emere peccatum sit, probatur multorum auctoritatibus*[1 a].

Ait enim Leo Papa[2]:

C. I. *Symoniaci gratiam non prestant, quam querunt uendere.*

Gratia* si non gratis datur uel accipitur, gratia non est. Symoniaci autem non gratis accipiunt: igitur gratiam, que maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autem accipiunt, non habent; si autem non habent, neque gratis, neque non gratis cuiquam dare possunt. Quid ergo dant? profecto quod habent? quid autem habent? spiritum utique mendatii. Quomodo hoc probamus? quia si spiritus ueritatis (testante ipsa ueritate[3], de qua procedit) gratis accipitur, proculdubio spiritus mendatii esse conuincitur, qui non gratis accipitur[4].

C. II. *Inaniter sacerdos dicitur, quicumque*[5] *symoniace ordinatur.*

Item Gregorius Siagrio Episcopo Augustodunensi, [lib. VII. epist. 110.][6]*

Quicumque studet precii datione[7] sacrum ordinem[8] percipere[9 a], sacerdos[10 b] non est[11 c], sed concupiscit inaniter tantummodo dici[12].

C. III. *Spolietur honore, qui ecclesiam per pecuniam obtinet*[13].

Item[14] *in Registro*[15 a]*.

Presbiter si ecclesiam per pecuniam obtinuerit, non solum ecclesia priuetur, sed etiam[16] sacerdotii honore spolietur, quia altare[17], et decimas, et Spiritum sanctum uendere uel[18] emere, symoniacam heresim esse, nullus fidelium ignorat.

[C. IV.][19 a]

Idem [Gregorius I. dicta epist. 110. lib. VII.][20 b]*

Benedictio illi[21] in maledictionem conuertitur[22], qui ad hoc, ut fiat hereticus, promouetur.

C. V. *Partem habebit cum Symone, qui contra symoniacos uehementer non exarserit*[23].

Idem in eodem[24]*.

Quisquis per pecuniam[25] ordinatur, ad hoc, ut fiat hereticus, promouetur. Quisquis ergo[26] contra symoniacam et neophitorum heresim pro offitii sui loco[27] uehementer non arserit[28 a], cum eo[29] se[30] non dubitet habiturum[31] portionem, qui[32] prius commisit hoc piaculare flagitium.

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. a) auctoritate — c. 2. a) mercari b) dum non officium sed nomen attendit, sacerdos c) esse — c. 3. a) ex Regesto — c. 4. a) C. IV. De eodem b) Item — c. 5. a) exarserit

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quaest. I. C. I. * Gratia: Simillima primis verbis huius capitis habentur in epistola Leonis I. Nicetae Aquilegiensi episcopo scripta, quae est 84. Loquens enim de gratia ait: *quae nisi gratis detur, non est gratia, sed merces.* Reliqua apud ipsum non sunt inventa.

C. II. * Caput hoc ex originali est emendatum et locupletatum.

C. III. * Non est inventum in regesto B. Gregorii, unde videtur citari. Similia habentur apud Gregorium VII. lib. 6. reg. in indice concilii eo anno habiti, et in concilio Turonensi sub Carolo M., c. 15., in Remensi c. 21., Moguntino sub Rabano c. 12., et altero Moguntino sub Arnulpho cap. 5. et infra eadem quaest. 3. cap. *Altare.* quod ibi citatur ex Paschali.

C. IV. * In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori, et praeter epistolam 110. indicatam, eadem sententia habetur l. 4. epist. 55. et lib. 5. epist. 107. episcopis Epiri.

C. V. * Verba prorsus ipsa huius capitis non sunt inventa in epistolis B. Gregorii. Verum Paschalis Papa II. (ut est apud Ivonem ac Polycarpum) citat haec ex ipso B. Gregorio, ac simillima prioris partis huius capitis sunt lib. 4. epist. 55. et 56., posterioris vero partis lib. 10. epist. 33. Victori episcopo. Et Ioannes Diaconus lib. 3. cap. 4. scribit, generalem sententiam a B. Gregorio contra simoniae et neophytorum haeresim prolatam in epistola Victori scripta contineri. Cap. 42. conc. Meldensis ab Ivone p. 5. c. 75. citatum partim convenit cum ipsa epistola Victori scripta, et partim cum iis, quae Ivo et Polycarpus citant ex Paschali, et cum his, quae hoc loco refert Gratianus. De qua haeresi e Gallia eiicienda Gregorius lib. 4. epist. 51. scribit Virgilio Arelatensi, et lib. 7. epist. 110. Syagrio et aliis episcopis Galliae.

Causa I. Grat. 1) a: *deest: AEGH* 2) vel . . . . persolvenda: *deest: AB*

Quest. I. 1) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 1. 2) *Desumtum caput est ex responsione Humberti Cardinalis de simoniacis, c. 4., quae est apud Martenium Thes.* t. IV. 3) *Matth. c.* 10. 4) *add.:* vel datur: *EGH Edd. coll. o.* || can. 2. 5) qui: *EGH* 6) Augustensi: *EGH — Ep.* 106. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1263. — *Ans.* VI, 77.; *Polyc.* II, 2, 15. (*can.:* nuntio apud vos) 7) per dationem: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* (*in qua leg.:* donatione) *Ven.* I. *Nor.* 8) hoc (sacr. ord.: *deest*): *orig.* 9) *ABCEFGH Ed. Bas. Ans.* (*ubi* sacr. ord.: *deest*): *Polyc.*; accipere: *D Edd. coll. rel.* 10) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 11) *Codd. coll. o. pr. A* 12) nomen: *Polyc.* (tantum.: *deest*) || can. 3. 13) Spol. sacerdos honore et ecclesia: *EGH* 14) idem: *EGH* 15) *Codd. coll. o. Alger. — Apud Bertholdum Constant. in apologetico pro Gregorio* VII. *haec citantur ex Epistola Gregorio M. ad Clementem Bizazenum* (*lib.* IV. *Ep.* 13.), *ubi tamen multo aliter habentur. Ulterior capitis pars infra quaest.* 3. *c.* 14. *citatur ex Paschali* I., *apud quem non est inventa — Alger.* III, 38. 16) et: *deest: Alg.* 17) et altare: *ib.* 18) vel emere: *deest: ib.* || can. 4. 19) *Codd. coll. o. pr. D* 20) *Codd. coll. o. — cf. ad. c.* 2. — *Burch.* I, 21. (Ex Conc. Meldensi, *in quo Gregorii ep. citatur*): *Ans.* VI, 80.; *Ivo Decr.* V, 75. (ex C. Meldensi); V, 112. (*can.:* dum non attenditur); *Polyc.* II, 1, 15. (*can.:* nuntio apud nos *in fine*) 21) illa: *GH* 22) convertetur: *C:* vertitur: *Ed. Bas.* || can. 5. 23) arserit: *DEH;* vehementer: *deest: AB* 24) *Fontem huius capitis invenimus epistolam ad Mediol. eccl., quam Paschali* I. *supposuit Wido, musicus quidam* (*fortassis Guido Aretinus Camaldulensis monachus*), *de qua re videsis Berthold. Const.* (*ed. Martin. Gerbert.* 1742.) *p.* 204. — *Burch.* I, 21. (ex C. Meldensi); *Ans.* VI, 77. (88 Gregor. Victori Ep.) — *Ep.* 29. *lib.* XII. *Ed. Maur. — huius verba epistolae auctor imitatus est*); *Deusded.* IV, 53. (Ex Decr. Paschalis II. *can.:* fraternae mortis incurrit); *Ivo Decr.* II, 84. (*ut ap. Deusded.*); *ib.* V, 75. (Ex. C. Meldensi; *can.:* cavendum est summopere) *Coll. tr. P.* I, 55, 39.; *cf. Polyc.* II, 1, 18. (Gregor. Victori Episcopo) 25) pecunias: *Ivo Decr.* 84. 26) ergo: *deest: Deusd. Ivo Decr.* 75. 84.; *add.:* ad hoc facinus videlicet simoniacae aut neoph.: *Ans.; apud quem hoc est initium canonis* 27) hereseos emendandum officii sui consideratione: *Ans.* 28) *ABD Ans. Deusded. Ivo Decr.* 75. 84. *Coll. tr. P.:* vehem.: *deest: B* 29) ipso: *Ans.;* Simone mago: *Ivo Decr.* 75. 30) se: *deest: A Ans.* 31) habere: *Ans. Deusded. Ivo Decr.* 75. 32) a quo . . . sumsit exordium: *Ans.* ||

C. VI. *Symonis dampnatio dantem pariter et accipientem inuoluit.*

Item Gelasius Papa [ad Episcopos per Lucaniam constitutos, epist. I. cap. 26.][33]

Quos constiterit indignos meritis, sacram mercatos esse precio dignitatem, conuictos oportet arceri, non[34] sine periculo facinus tale patrantes[35a], quia dantem pariter et accipientem[36] dampnatio Symonis, quam sacra lectio testatur, inuoluit.

C. VII. *Anathematis sententia dampnatur, qui symoniace ordinatur.*

Item Ambrosius in libro pastorali*[37].

Reperiuntur quamplurimi, negotiatione[38a] muneris mercari[39b] uelle gratiam Spiritus sancti, dum illi[40c] precium[41] donant, ut pontificalis ordinis sublimitatem[42d] accipiant, obliti[43] uerborum Petri, qui[44] dixit ad Symonem[45]: „Pecunia tua tecum sit in perdicione[46e], quoniam existimasti donum Dei pecunia[47f] possidere.“[48g] Proinde quia et[49] usitatum est tantum[50] malum, et maiorum frequenter extat[51h] mucrone[52] succisum, nos quoque huic uulneri canceroso ignitum[53] (quod superest adhuc) inicimus ferrum, decernentes omnino[54], ut, quicumque[55] deinceps pro accipienda diuini doni dignitate[56i] quodlibet premium detectus fuerit obtulisse, ex eodem tempore se nouerit anathematis obprobrio condempnatum, atque a participatione corporis et sanguinis Christi alienum, ex quo illum constat execrabile[57] Christo perpetrasse flagitium. Quod si aliquis[58] eius accusator[59k] extiterit, ille, qui hunc ordinem munerum[60] fuerit[61l] datione[62] lucratus, et suscepto[63] honoris gradu priuetur, et in monasterio sub perenni penitentia trudatur[64m]. Illi uero, qui hac[65] causa munerum acceptores extiterint[66], si clerici fuerint, honoris sui[67n] amissione mulctentur, si uero laici[68], perpetuo anathemate condempnentur.

C. VIII. *Dampnatur episcopus, qui per pecuniam ordinationem facit.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 2.][69]

Si quis episcopus per pecuniam[70] ordinationem fecerit, et sub precio redegerit spiritus sancti[71a] gratiam, que uendi non potest, ordinaueritque per pecuniam[72b] presbiterum[73] aut diaconum, uel quemlibet de[74] his, qui cognominantur[75c] in clero[76d], promouerit[77e] etiam[78f] dispensatorem, aut defensorem[79g], uel quemlibet[80h], qui[81i] subiectus est regulae, pro sui[82k] turpissimi lucri commodo, is, cui[83l] hoc attemptanti[84m] probatum[85n] fuerit, proprii[86] gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est, nichil ex hac ordinatione uel[87] promotione, que est per negotiationem facta, proficiat[88], sed sit alienus a[89] dignitate uel[90] sollicitudine, quam pecuniis adquisiuit[91]. Si quis uero mediator tam[92] turpibus et[93] nefandis datis uel acceptis extiterit[94o], siquidem[95] clericus fuerit, proprio gradu decidat, si uero[96] laicus[97p] anathematizetur[98].

C. IX. *A sacerdatio sit*[99a] *alienus, qui per pecunias*[100] *ordinat uel ordinatur.*

Item ex VIII. Sinodo*[101].

Qui per pecunias quemquam[102] consecrauerit, uel ab alio[103] consecratus est, alienus a sacerdotio sit[104b].

C. X. *Nec ordinari, nec promoueri in ecclesia Dei per pecuniam aliquis ualet.*

Item Calixtus Papa [II.][105]

Sanctorum Patrum exempla sequentes et offitii nostri debito[106] innouantes, ordinari quemquam per pecuniam in ecclesia Dei uel promoueri, auctoritate sedis apostolicae[107] modis omnibus prohibemus. Si quis uero in ecclesia ordinationem uel promotionem taliter[108] adquisierit, adquisita prorsus dignitate careat.

C. XI. *De eodem.*

Item Gregorius Nazanzenus[109a*].

Qui studet donum[110] Dei precio mercari, in sacro ordine[111] nulla ratione de cetero permanere[112] aut reuocari posse dubium non est. Talis[113] a communione omnibus modis abscidatur[114b]. Nam Spiritus sancti donum precio conparari quid aliud est quam capitale crimen et symoniaca heresis? quod quam detestabiliter in utroque testamento

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 6. a) perpetrantes — c. 7. a) negotio b) perituri, mercari c) vile d) sublime culmen e) perditionem f) per pecuniam g) possideri h) constat i) propter accipiendam sacerdotii dignitatem k) qui accuset l) fuerat m) retrudatur n) sui: *deest* — c. 8. a) spiritus sancti: *deest* b) pec. episcopum, chorepiscopum c) connumerantur d) clero, aut e) prom. per pecunias f) etiam: *deest* g) defensorem vel mansionarium h) quenquam i) omnino qui k) suo l) qui m) attentasse n) probatus o) extiterit et ipse p) laicus aut monachus — c. 9. a) est b) fiat — c. 11. a) Nazianzenus b) abscindatur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Ambrosius: Caput hoc in libro pastorali B. Ambrosii, unde citatur, non est inventum. Habetur tamen in conc. Toletano VIII. cap. 3., quem canonem integrum Anselmus lib. 6. c. 85., partem vero ipsius Ivo p. 5. c. 83. ex dicto concilio citant.

C. IX. * Octava: In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc citatur ex VII. synodo, in qua cap. 5. refertur canon 30. apostolorum ad hanc rem faciens. In epistola autem Tarasii ad Hadrianum Papam (quae in exemplaribus bibliothecae Vaticanae, et aliis, est in fine ipsius VII. synodi) refertur canon 22. synodi, quae in Trullo, his verbis: *Eos, qui per pecunias ordinati sunt sive episcopi, sive quicunque clerici, et non secundum probationem et vitae optionem, deponi praecipimus; sed et illos, qui hos ordinasse noscuntur.* Exstat etiam hac de re epistola Basilii ad episcopos sibi subiectos.

C. X. * Est Calixti II., qui paulo ante Gratianum vixit, et aliquot conciliis a se habitis contra simoniam et investituras ecclesiarum, quas Germanici imperatores usurpaverant, multa decrevit: de quibus abbas Urspergensis ab A. D. MCXVIII., in quo electus est Pontifex, usque ad A. MCXXIV. accurate scribit.

C. XI. * In operibus B. Gregorii Nazianzeni, quae multa graece et latine exstant, nihil tale repertum est. Habentur autem similia in epistola Tarasii ad Hadrianum.

Causa I. Quest. I. can. 6. 33) *scr. ao.* 494. *c.* 24. *ap. Thiel p.* 375. — *Jaffé no.* 391. — *Ans. ded.* II, 15. (*can.:* de monachis laicis); *Reg.* I, 238.; *Burch.* I, 22.; *Ivo Decr.* V, 76.; *Caes.* IV, 5.; *Alger.* III, 38.; *Deusded. p.* II. *a Corr et R. citatur sed in ed. Martinucci canonem nostrum non invenimus.* 34) non: *deest: Alger.*; non . . . perpetrant.: *deest: Reg. Burch. Ivo* 35) *BCD Ans. ded. Alger.*; patrantis: *orig.*, *sed* patrantes *et* perpetrantes *est in varietate lectionis* 36) accipientemque: *orig. Ans. ded. Reg. Burch.* || can. 7. 37) *imo c.* 3. *C. Tolet.* VIII. *hab. ao.* 653.; *ap. Bruns* I, 248.; *Anselm.* VI, 85. (82. ex C. Tolet. VIII. *can.:* doluimus contra priorem); *Alger.* III, 36. (Ambros. in libro pastorali.) 38) *Codd. et Edd. coll. o.* — *Corr.* 39) *Codd. coll. o. Alg.* 40) *Codd. et Edd. coll. o.*; ille . . . . donat . . . . accipiat: *Ans. Alger.* 41) praemium: *Ans.* 42) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Alger.* 43) virtute: *Ans.* 44) quae: *orig.*; *sed* qui *est in varietate lectionis* 45) *Act. c.* 8. *v.* 20. 46) *Codd. coll. o. pr. AB* — *Ans. Alger.* 47) *Codd. coll. o. Alger.* 48) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (posse possideri) — *orig. Ans. Alger.* 49) et: *deest: ABD* 50) tale: *orig.* 51) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Alg.* 52) moerore: *Ans.* 53) ignit.: *deest: Alger.* 54) omnimodo: *orig. Ans.* 55) *Ivo Decr.* V, 83. (Ex C. Tolet. VIII.) 56) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Alger.* — *Corr.* — pro percipienda sacerdotii dignitate: *orig.* 57) perceptione: *orig. Hisp.* 58) *add.:* hoc: *orig.* 59) *Codd. et Edd. coll. o.* 60) muneris: *Alger.* 61) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecremata; Ivo Decr. Alger.* 62) acceptione: *orig. Ans. Alger.*; *deest: A* 63) suscepti: *CEGH Ed. Bas. orig. Ivo Decr.* 64) *Codd. coll. o. Alger.* — religetur: *orig. Ivo* 65) *add.:* pro: *orig. Ivo Alger.* 66) extiterunt: *EGH Ans. Alger.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 68) *add.:* fuerint: *Alger.* || can. 8. 69) *hab. ao.* 451. — *Interpretatio Dionysii.* — *Ans. ded.* II, 14.; *Reg.* I, 237.; *Burch.* I, 112. *Ans.* VI, 88, (85.); *Ivo Decr.* V, 118. (*versio Hisp.*); *Ivo Pan.* III, 118.; *Coll. tr. P.* II, 10, 2. (*versio Hisp.*) *Polyc.* II, 37, 4.; *Alger.* III, 37. — *Caes.* IV, 21. 70) pecunias: *Ans. ded. Reg. Ans. Polyc.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Alger.* 72) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* — pecunias: *Ans. ded. Reg. Ans. Polyc. add.:* episcopum: *orig. Ans. ded. Reg. Burch. Ans. Polyc.* 73) aut presbyt.: *orig. Ans. ded. Reg. Burch. Ans.* 74) ex: *orig. Ans. ded. Burch. Ans. Polyc. Alger.* 75) *Codd. coll. o. Alger.* — commemorantur: *Ans.* 76) *Codd. et Edd. coll. o.* 77) *ib.* 78) *Codd. coll. o.* — et disp.: *Edd. coll. o.* 79) *Codd. et Codd. coll. o. orig. Ans. ded.* 80) *Codd. coll. o. Alg., ubi addit.:* ex his 81) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. ded. Reg. Ans. Polyc. Alger.* 82) *Codd. coll. o. Alg.* — tam: *Polyc.* 83) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans. ded. Ans. Alger.* 84) *CD Ed. Bas. orig. Ans. ded. Ans.*; attentari: *ABEGH* — *deest: Alger.* 85) *Codd. coll. o. Ans. ded. Ans. Polyc. Alger.* 86) proprio: *Reg.* 87) vel . . . facta: *deest: Reg. Burch.*; vel promot.: *deest: Ans.* 88) proficiet: *Reg. Burch.* 89) ea: *Ans.* 90) vel soll.: *deest: A*; vel . . . acquisivit: *deest: Reg. Burch.* 91) quaesivit: *orig. Polyc.* 92) tam . . . nefand.: *deest; Reg. Burch.* 93) *add.:* iniquis non dicendis: *Ans.* 94) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. ded. Burch. Ans. Polyc. Alger.* 95) si: *Reg.*; siquid. . . . fuerit: *deest: Ans. ded.* 96) vero: *deest: Reg.* 97) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 98) anathematizentur: *Ans. ded.* || can. 9. 99) *Codd. coll. o.* 100) pecuniam: *AEGH* 101) septima syn.: *ACEGH; Pertinent haec ad Basilii Ep. ad suffraganeos quam edidit Beverigius sub numero canonis* 91. *in tomo* 2. *suarum Pandectarum.* — *cf. Berard.* III, 45. — *Deusded.* IV, 14. (*can.:* omnis episcop.); *Ivo Decr.* V, 121. (*eod. modo*) 102) pecuniam aliquem: *EGH* 103) ab alio: *deest: Deusded. Ivo* 104) *Codd. coll. o. pr. A*; est: *A Deusded. Ivo* || can. 10. 105) *c.* 1. *Conc. Later.* I. *hab. ao.* 1123. *in Mon. Germ. LL.* II. *Appdx.* 182. 106) debitum: *orig.* 107) promov. secundum apostolicam auctoritatem: *orig.* 108) talit.: *deest: ib.* || can. 11. 109) *BCGH;* Nazarenus: *DE;* — *Epistola Tharasii, quam capitis fontem esse voluerunt Correctores, integra legitur inter acta conc. Nic.* II. *hab. ao.* 787. *Sed Gratianus hoc loco secutus est Alger.* III, 31, 32. *et videntur quidem verba inde a:* Nam Spiritus sancti *ab ipso Algero confecta esse* — *cf. Deusded.* IV, 86. (*can.:* vendentes et ementes) 110) domum: *Ed. Arg.* 111) ad sacrum ordinem: *Alger.* 112) *add.:* aut: *ib.* 113) et: *ib.* 114) *Codd. coll. o. Alger.*

uindicatum sit, multorum exemplis[115] facile apparet. Giezi gratiam sanitatis Naaman[116] Siro uendidit; eandem[117] gratiam sanitatis Eliseo uindicante[118] leprosus factus amisit. Iudas[119] omnium redemptorem uendidit, mox laqueo suspensus eandem redemptionis[120 c] gratiam non obtinuit, et merito, quia nemo potest retinere quod uendidit. Symon[121] etiam magus cum eandem Spiritus sancti gratiam emere uellet, dampnationis suae[122 d] sententiam a Petro audiuit: „Pecunia tua tecum sit in perdicione[123 e], quia donum Dei existimasti[124] pecunia possidere.“[125 f] Dominus[126] etiam, ut uendentes et ementes huius gratiae expertes ostenderet, cunctos[127] peccatores per gratiam in templo dimisit, singulariter uendentes et ementes increpans et[128] flagellans de templo eiecit, in quo uenditores et emptores suos gratia Spiritus sancti constat destitutos esse et uacuos. Quos enim Christus eiecit de templo numquid Spiritus Christi faciet sibi templum?

C. XII. *Symoniaci sacerdotes esse non possunt.*

Item Gregorius[129]*.

Qui[130 a] sacros ordines uendunt aut[131] emunt, sacerdotes esse non possunt[132]. Unde scriptum est: „Anathema dandi[133 b], anathema[134] accipiendi, hoc est symoniaca heresis.“ Quomodo ergo, si anathema[135] sunt et sancti non sunt, sanctificare alios[136] possunt? Et cum in Christi corpore non sunt[137], quomodo Christi corpus tradere uel accipere possunt? Qui maledictus est quomodo benedicere potest?

[C. XIII.][138 a]

Idem [Gregorius Siagrio, et aliis Episcopis, lib. VII. epist. 110.][139 b]

Cum liqueat hanc heresim[140] ante omnes[141]* radice pestifera subrepsisse, atque in ipsa sua origine apostolica esse detestacione dampnatam, cur[142] non cauetur? cur non perpenditur, quia benedictio[143] illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc, ut fiat hereticus promouetur[144]?

C. XIV. *Qui precio ordinat*[145]*, lepram, non offitium confert.*

Item Ambrosius de ministeriis, [seu de dignitate sacerdotali, cap. 5.][146]

Cum ordinaretur episcopus, quod dedit aurum fuit, quod[147] perdidit anima fuit; cum alium ordinaret, quod accepit aurum[148 a] fuit, quod dedit lepra fuit.

[C. XV.][149 a]

Item [ibidem][150 b].

Gratiam, cum ordinareris, non suscepisti, quia gratuito eam non meruisti.

[C. XVI.][151 a]

Item de Giezi[152 b].

Cito turpem sequitur lepra mercedem, et pecunia male quesita[153] corpus animamque[154 c] commaculat. §. 1.[155 d] Vides, quia facto auctoris successio dampnatur heredis. Inexpiabilis[156] est enim uenditi culpa ministerii[157 e], et uindicta gratiae celestis transit in[158 f] posteros. Denique Moabitae et ceteri non intrabunt in ecclesiam Dei[159 g] usque in[160 h] terciam et quartam generationem, tamdiu uidelicet[161], (ut simplicius interpretemur), donec culpam auctorum multiplicis successio generationis aboleret. Sed cum illi, qui in Deum ydololatriae errore deliquerunt, in quartam* generationem[162] uideantur esse mulctati, profecto durior uidetur esse sententia, qua Giezi semen usque in eternum dampnatur[163], pro cupiditate habendi prophetica auctoritate presertim cum Dominus noster Iesus Christus[164] per lauacri regenerationem dederit omnibus remissionem peccatorum**. Cur ergo Giezi semen in eternum dampnatur[165 i], nisi ut[166 k] uitiorum magis quam generis semen intelligas? Sicut enim qui filii promissionum[167 l] sunt existimantur[168 m] in semen bonum, ita etiam[169] qui erroris[170 n] sunt existimantur[171 o] in semen malum. Nam et Iudei ex patre diabolo sunt[172 p], non utique carnis successione, sed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari Giezi lepram cum diuitiis suis possident, et male quesita mercede non tam patrimonii facultatem[173 q], quam thesaurum criminum congregarunt eterno supplicio et breui fructu.

II. Pars. Gratian. *Quia ergo auctoritate Leonis Papae symoniaci non nisi spiritum mendacii accipiunt; secundum Gregorium apud symoniacos sacerdotium non subsistit***, benedictio eorum in maledictionem conuertitur, apud eos manet anathema dandi et accipiendi*[174 r]*, cum sancti non sint nec in Christi corpore constituti, cum sint maledicti, nec sanctificare alios possunt, nec Christi corpus tradere uel accipere, nec benedicere aliis ualent; secundum Ambrosium uero anathematis obprobrio condempnantur, atque a participatione corporis et sanguinis Christi alienantur, cum accipiatur aurum et lepra detur, cum inexpiabilis sit culpa uenditi ministerii*[175 s]*; secundum Calcedonense concilium ex tali ordinatione*[176] *nichil proficere iudicantur; secundum Gelasium Symonis dampnatione inuoluuntur; secundum Gregorium Nazanzenum in sacro ordine permanere aut renouari nulla ratione possunt, ab Eliseo*[177] *lepra perfunduntur, a Petro in perdicionem dampnantur, a Christo uero de templo eiciuntur: quid aliud symoniacus symoniaco in sua ordinatione potest conferre, nisi quod Innocentius de ceteris hereticis testatur, dicens* [epist XVIII. ad Alexandrum, cap. 3.][178]:

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 11. c) redemptoris d) suae: *deest* e) perditionem f) possideri — c. 12. a) Quicunque b) danti ... accipienti — c. 13. a) C. XIII. De eodem b) Item — c. 14. a) pecunia — c. 15. a) C. XV. De eodem b) Idem — c. 16. a) C. XVI. De eodem b) Idem lib. IV. ad cap. 4. Lucae [v. 27.] c) animumque male quaesita comm. d) Et paulo post: §. 1. e) mysterii f) ad g) in: *deest;* Dei: *deest* h) ad i) cur ergo Giezi semen in eternum dampnatur: *deest* k) ut: *deest* l) promissionis m) aestimantur n) filii erroris o) aestimantur p) sunt: *deest* q) patrimonium facultatum r) danti et accipienti s) mysterii

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Deusdedit in tractatu contra simoniacos refert hoc ex epistola Paschalis P. II. ad Mediolanenses.

C. XIII. * Omnes: Antea legebatur: *omnia*, sed glossa videtur magis convenire lectioni restitutae, quae est in aliquot manuscriptis et ipso originali.

C. XVI. * In quartam: Antea legebatur: *in tertiam et quartam.* Sed et a B. Ambrosio, et ab uno vetusto Gratiani codice abest vox: *tertiam.* Deuteronomii autem c. 23. Idumaeorum quidem et Aegyptiorum filii permittuntur tertia generatione intrare in ecclesiam Domini, sed de Moabitis sic scribitur: *Ammonites et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini in aeternum.*

** Peccatorum: Sequebatur: *cur ergo Giezi semen in aeternum damnatur?* quae apud B. Ambrosium non habentur.

*** Non subsistit: Simoniaci recipiunt quidem characterem, sed sunt ipso facto suspensi. Ita ratione habita usus vere dici potest ipsorum sacerdotium non subsistere, ac propterea rectissime B. Gregorius l. 10. epist. 33. Victori episcopo scribens, simoniacam ordinationem vocat illicitam et effectu carentem.

Causa I. Quest. I. can. 11. 115) experientia et: *AEGH;* testam. damnatum videamus (mult... apparet: *deest*) *Alger.* 116) IV. *Reg. c.* 5. 117) *add.:* sed: *Alg.* 118) iudicante (?) *ib.* 119) *add.:* qui: *Edd. Lugdd.* II. III. 120) *Codd. coll. o. Alger. — Corr.* 121) *Act. c.* 8. — etiam: *deest: Alger.* 122) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Alger.* 123) *Codd. coll. o. Alger.* 124) aestimasti: *Alger.* 125) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Alger.* 126) Unde etiam Dom.: *Alger.* 127) cum ceteros ... dimitteret: *ib.* 128) et: *deest: ib.* || can. 12. 129) *Haec olim ad Paschalis I. ep. ad Mediolanenses, quam supposititiam esse monuimus (cf. supra ad c. 5. ead.) suspicamur pertinuisse, ad Paschalem* II., *quem laudavit Deusdedit* IV, 53. *pertinere non posse, ipsa verba Urbani, qui ante Paschalem* II. *vixit, in ep. ad Lucium (cf. C. I. qu. 3. c. 8.) aperte demonstrant. — Jaffé no.* CCXIV. — *ap. Mansi* X, 439. — *Deusded.* IV, 86. (*can.:* vendentes et ementes) 130) *AEFGH Deusded.* 131) vel: *Deusded.* 132) *seqq. desiderantur ap. Deusd., ubi alia sequuntur* 133) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 134) *add.:* vel: *AB* 135) anathematizati: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 136) aliquos: *EGH* 137) *ABEGH orig. ap. Mansi* || can. 14. 138) *Codd. coll. o. pr. D* 139) *Codd. coll. o. — Ep.* 106. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1263. — *Polyc.* II, 1, 15. (*can.:* nuntio apud vos) — *cf. Burch.* I, 121. (*cf. supra ad c.* 2.); *Deusded.* IV, 53. 140) *add.:* in ecclesia: *orig.* 141) omnia: *CD* 142) *Ivo Decr.* V, 75. (ex C. Meld.; *can.:* cavendum et summopere) — *cf. supra ad c.* 2. *ead.* 143) *cf. supra c.* 4. 144) ordinatur: *Ivo* || can. 14. 145) *add.:* aliquem: *EGH* 146) *Hunc librum apocryphum esse constat.; Ivo Decr.* V, 95. (*can.:* quod dedit ep.; *contin.) Deusded. P.* II. *a Corr. et Richt. citatur, sed in Ed. coll. canonem nostrum non invenimus.* 147) *add.:* et: *orig.* 148) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 15. 149) *Codd. coll. o.* 150) *ib. — cf. ad c.* 14. || can. 16. 151) *Codd. coll. o.* 152) *ib. Turrecremata; — Ambros. lib.* IV. *ad c.* 4. *Lucae v.* 27. *no.* 53. *sq. Ed. Migne.* 153) acquisita: *EGH Ed. Bas.* 154) *Codd. coll. o.* 155) *Codd. coll. o. — Ivo Decr.* V, 132. (*can.:* accepisti pecuniam 156) *cf. Deusded.* IV, 86., *cuius tamen verba minime Gratiani respondent* 157) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg. Ven.* I. II. 158) *ABCDEF Edd. coll. o. Ivo* 159) *Codd. coll. o. orig. Ivo* 160) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 161) scilicet: *EGH* 162) quarta generatione: *CEGH* 163) *finis canonis: Deusded.* 164) Christus: *deest: CH* 165) *Codd. coll. o.* 166) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (ut: *deest*) *orig. Ivo — Corr.* 167) *Codd. et Edd. coll. o.* 168) *Codd. coll. o. pr. F Ivo* 169) et: *EGH* 170) *Codd. et Edd. coll. o.* 171) *ABCD Ivo* 172) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 173) *Codd. et Edd. coll. o.* 174) *Codd. coll. o.* 175) *ib. — Corr.* 176) *add.:* nihil datur: *EGH* 177) *add.:* propheta: *AB* || can. 17. 178) *Ep. scr. ao.* 415. *ad Epp. Macedoniae — Jaffé no.* 107.

C. XVII. *Qui perfectionem Spiritus*[179] *non habent, ipsam dare non possunt*.*

Qui perfectionem Spiritus, quam acceperant, perdiderunt, non dare eius plenitudinem possunt, que maxime operatur in ordinationibus, quam per suam perfidiam[180] perdiderunt. *Et iterum*[181]: §. 1. Qui[182] honorem non habuit[183], honorem dare non potuit, nec aliquid accepit[184] ille, quia nichil erat in dante[185], sed dampnationem, quam habuit, per prauam manus inpositionem dedit.

C. XVIII. *Symoniacus per prauam manus inpositionem non consecrationem*[186a], *sed dampnationem prestat.*

Idem [Rufo, et aliis Episcopis, epist. XXII. c. 3.][187]

Ventum est ad terciam questionem, que pro sui difficultate longiorem exigit disputacionem. Cum nos dicimus[188b] ab hereticis ordinatos[189], uulneratum per illam manus inpositionem habere caput, ubi[190] uulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua[191] possit recipere sanitatem. Que sanitas post uulnus secuta sine cicatrice esse non poterit, atque ubi penitentiae remedium necessarium est, illic[192] ordinationis honorem locum habere non posse[193c]. Nam sicut[194d] legitur, qui[195] tetigerit inmundum inmundus[196e] erit, quomodo ei[197] tribuetur quod munditia et[198f] puritas consueuit accipere? §. 1. Sed econtra[199g] asseritur, eum[200], qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid[201] accepisse, quia nichil in dante erat, quod ille posset accipere. Acquiescimus, et uerum est certe[202], quia quod non habuit[203] dare non potuit. Dampnationem utique, quam habuit, per prauam manus inpositionem dedit[204], et qui particeps[205] factus[206h] est dampnati[207i], quomodo debeat honorem accipere inuenire non possum. §. 2. Sed[208] dicitur[209] uera et[210k] iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre omne uitium, quod a uitioso fuerat iniectum[211]. Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi[212l], atque omnium criminum rei, quia benedictione[213] ordinationis crimina uel uitia putentur[214m] auferri; nullus sit penitentiae locus, quia id potest prestare ordinatio, quod longa satisfactio prestare consueuit. Sed nostrae lex ecclesiae est, uenientibus ab hereticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus inpositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his[215] aliquem in clericatus uel[216] exiguum subrogare honorem[217].

III. Pars. Gratian. *Sed obicitur: Alii heretici a fide exorbitant, symoniaci autem, etsi gratiam Spiritus sancti uenalem putant, tamem a fide non sunt alieni, atque ideo, quod ab Innocentio de ceteris hereticis decernitur, non ualet consequenter de illis*[218n] *intelligi. His ita respondetur: Symoniaci, etsi fidem tenere uideantur, infidelitatis tamen perdicioni subiciuntur.*

Unde B. Ambrosius in I. lib. de penit. ad Nouatianum scribens, dixit[219a]:

C. XIX. *Symoniaci fidei integritatem non habent.*

Petrus, cum Symon[220b] magicae artis consuetudine deprauatus putasset, quod gratiam Christi per inpositionem manus et[221c] infusionem Spiritus sancti pecunia conpararet, ait[222]: „Non est tibi sors[223] neque pars, in hac fide*, quia cor tuum non est rectum apud Deum.“[224] Vides[225d], quod hunc magica uanitate[226] condempnat[227e] apostolica auctoritate blasphemantem in Spiritu sancto[228f], et eo magis, quod[229g] puram conscientiam fidei non habebat.

C. XX. *Symoniacus infidelis esse probatur.*

Item Gregorius in Registro[230a].

Cum omnis auaritia ydolorum sit seruitus, quisquis hanc et maxime in[231] dandis ecclesiasticis honoribus uigilanter non precauet, infidelitatis perdicioni subicitur, etiamsi tenere fidem, quam negligit*, uideatur.

C. XXI. *Symoniacorum heresis ceteris dampnabilior esse probatur.*

Item ex epist. Tharasii Constantinopolitani Episcopi, missa Papae Adriano[232]*.

Eos[233], qui per pecunias manus inposuerunt uel in-

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 18. a) benedictionem b) dicamus c) posse decernimus d) si ut e) quod tetig. immundus immundum f) ac g) econtrario h) effectus i) damnato k) ac l) sacrilegi, adulteri m) putantur n) his — c. 19. a) lib. II. de poenit. cap. 4. adversus Novatianos scribit, dicens b) Petrus Simoni, qui c) atque d) Deum etc. e) condemnet f) Spiritum sanctum g) quia — c. 20. a) lib. IX. ep. 53. ad Theodoricum Regem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * In hoc capite non referuntur ipsa prorsus verba Innocentii, quae tamen habentur partim infra. ead. c. *Arianos.* partim in capite nunc sequenti: *Ventum est,* in versiculo: *Sed e contrario.*

C. XIX. * In hac fide: Vulgata editio habet: *in sermone isto.* Graece est: *ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ.*

C. XX. * Quam negligit: Sic est emendatum ex manuscriptis exemplaribus et originali. In vulgatis enim legebatur [exc. Ed. Bas.]: *fidem verbis, quam negat facto, videatur.*

C. XXI. * Caput hoc est pars epistolae Tarasii ad Hadrianum. Sed immutata est aliquot locis series verborum, et epitome quaedam adhibita, quemadmodum et apud Anselmum. Integra habetur manuscripta post VII. synodum in Vaticana bibliotheca, et in graecis eius synodi codicibus, et in latina ex versione Anastasii Bibliothecarii. Exstat etiam latine impressa apud Balsamonem. Sed in ea versione aut interpretis, aut exemplaris, quod secutus est, vitio flagitiosum mendum inest. Nam ubi Tarasius Hadrianum mirifice laudat, interpres reprehendentem inducit his verbis: *Fraterna ergo vestra sacerdotalis sanctitas, quae non iure, nec ex Dei voluntate pontificale munus administrat, magna laborat infamia:* quamvis cum alia multa, tum proxime sequentia verba manifeste repugnent, in quibus eum vocat virum desideriorum Spiritus, et aliis praeclaris titulis ornat. Exemplaria quidem graeca Vaticana, et VII. synodi, et ipsius Balsamonis optime habent. Quare necessarium visum est, priorem epistolae partem cum graece, tum nova cum versione afferre; reliqua ex Balsamone impresso peti poterunt.

Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρίῳ Ἀδριανῷ Πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, Ταράσιος ἀνάξιος Ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως ἐν κυρίῳ χαίρειν. Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως εὐαγγελικῶς καὶ ἀποστολικῶς τε καὶ πατρικῶς διδασκόμεθα ἀφιλάργυρον τὸν τρόπον ἔχειν ἐν τῇ τῆς ἱερωσύνης ἁγιστείᾳ, καὶ μὴ χρυσίζεσθαι, ἢ ἀργυρίζεσθαι ἤτι σφετερίζεσθαι ἐπὶ χειροτονείᾳ παντὸς ἱερατικοῦ ἀνδρός, ὡς ὑποδείξομεν ἐν ταῖς καθ᾽ ὑποτεταγμέναις χρήσεσιν ἀπό τε γραφικῶν θεηγοριῶν καὶ πατρικῶν διδασκαλιῶν. Οἱ γὰρ ἐπιτιθέντες τὰς χεῖρας ὑπηρέται τοῦ πνεύματος εἰσίν, οὐχὶ πρᾶται τοῦ πνεύματος. Δωρεὰν γὰρ λαβόντες τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, δωρεὰν δίδοσθαι τοῖς παρ᾽ αὐτῶν μεταλαμβάνουσιν ἀπεφήναντο ἐκ τῆς κυριακῆς φωνῆς ταύτην τὴν ἐλευθεριώτητα εἰληφότες. Εἰ δέ τις ἐλεγχθείη χρυσίῳ ταύτην ὠνησάμενος, ἀποκήρυκτον διαγορεύουσι τὸν τοιοῦτον τῆς ἱερατικῆς τάξεως [al. *ἀξίας*]. *Καὶ εἰ καὶ ὀνόματι τὴν ἱερωσύνην κεκλήρωται, ἀλλ᾽ οὖν διαψεύδεται ὁ λόγος, ἐπὶ τῷ πράγματι. οὐδεὶς γὰρ θεῷ δουλεύειν δύναται καὶ μαμμονᾷ, ὡς εὐαγγελικῶς ἐμάθομεν. Καὶ ἐπεὶ ἠκούσαμεν προφητικῶς τοῦ θεοῦ βοῶντος· ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ, αὖθές τε ἐπαπειλοῦντος καὶ λέγοντος· ὁ σκοπὸς ἐὰν ἴδῃ τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ μὴ σημάνῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ ὁ λαὸς μὴ φυλάξηται, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ἐξ αὐτῶν ψυχήν, τὸ αἷμα ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω, φόβῳ τοῦ τῆς σιωπῆς κατακρίματος ἀναγγέλλομεν τοῖς προέδροις πᾶσι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἐκκλησιῶν, ἵνα μετὰ παῤῥησίας κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον εἴπωμεν· καθαροὶ ἐσμὲν ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν παραβαινόντων τὰς κανονικὰς διατάξεις, καὶ πάνυγε μᾶλλον τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονησάντων ἢ χειροτονηθέντων, Πέτρου τοῦ θείου ἀποστόλου, οὗ καὶ τὴν*

Gratian. *Ecce*[587] *aliquis a pseudoepiscopis*[588] *ordinatus, si locum suae ordinationis mutauerit, uana est et sine*[589] *amministratione erit talis ordinatio.*

Tempore[590], *ut ait Innocentius* [epist. XXII. c. 5.] *de ordinatis a Bonoso*[591]:

C. XLI. *Que pro necessitate conceduntur, eadem cessante cessabunt.*

Quod pro necessitate[592] temporis statutum[593] est, cessante necessitate debet cessare[594a] pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia[595] usurpatio[596b*].

Gratian. *Ergo*[597] *aliquis alio tempore ab eo, qui Bonoso sit similis, ordinatus, cessabit ab amministratione, que pro necessitate illius temporis fuit permissa*[598].

Item promotione, ut ait Leo [epistola III. ad Iulianum Aquilegiensem][599]:

C. XLII. *Qui ab hereticis redeunt, sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt.*

Si quis hereticae communionis contagione se macula-

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 37. b) erant Iudaei c) dicit d) in comparatione e) vestri f) erant, talia g) et: *deest* h) praecepit i) atque — c. 38. a) idem: *deest* b) loco, quantum sufficere arbitratus est c) singulis d) sicut e) est finis praecepti f) caritas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta; g) cooperit h) est i) donum: *deest* — c. 39. a) dabant b) orationes c) sanctorum, id d) gemitus e) diceret f) remittuntur g) aliquid h) aut i) modum — c. 40. a) Si qui clerici ab b) istis pseudoepiscopis c) in eis ecclesiis ordinati d) sunt, e) quae ad proprios episcopos pertinebant, et ordinatio eorum cum consensu et iudicio praesidentium facta est, potest f) talis ordin.: *deest* g) Aliter autem h) ordinatio, quae nec loco fundata est, nec auctoritate munita — c. 41. a) utique cessare b) usurp., quam ad praesens* fieri tempus impedit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XL. * Caput hoc emendatum est ac locupletatum ex ipsa epistola, et refertur supra dist. 62. c. 1. §. *Si qui.*

C. XLI. * Quam ad praesens: Haec sunt addita ex Innocentio, cuius verba in hoc capite in summam redacta, infra autem q. 7. c. *Quod pro remedio*, plenius referuntur.

Causa I. Quest. I. can. 37. 517) *Codd. et Edd. coll. o.* 518) *Matth. c.* 10. *v.* 15. 519) *Codd. coll. o.* — *Ezech. c.* 16. *v.* 51. 520) *Codd. et Edd. coll. o.* 521) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. — *orig.* 522) *add.:* Sodoma: *orig.* 523) *Codd. coll. o. pr. F* 524) *Codd. et Edd. coll. o.* 525) *Codd. coll. o. orig.:* percepit: *Turrecrem.* 526) *Zach. c.* 1. 527) *Luc. c.* 17. 528) *Codd. coll. o.* 529) in scripturis (suis: *deest*): *AB* 530) vestri: *ABH;* viri: *DEG Edd. coll. o. pr. Bas.* 531) et ceteros: *G;* ceteros: *EH* || can. 38. 532) sancti: *deest: ABC* 533) possunt: *EGH* 534) *no.* 21. *Ed. cit.* — *Ans.* IX, 39. (41.); *Polyc.* III, 10, 43. 535) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans. Polyc.* 536) in quod.: *Polyc.* 537) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 538) I. *Cor. c.* 12. *v.* 11. 539) operantur: *Ans.* 540) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans. Polyc.* 541) operatio spiritus: *orig.* 542) sicut Saul habuit prophetiam: *orig.;* ut: *deest: Ans.* 543) *add.:* homines: *EGH* 544) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 545) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 546) *ib.* 547) quilibet: *Ed. Arg. Polyc.;* quodlibet horum: *Edd. coll. rel.* 548) accipiunt: *Edd. coll. o. pr. Arg. Ven.* I. II. *Nor.* 549) caritas tamen: *EGH;* caritatem: *Polyc.* — I. *Petr. c.* 4. *v.* 8. 550) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 551) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 552) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* || can. 39. 553) *Ed. cit. no.* 23. — *Ans.* IX, 33. (45.) 554) remissam tamen: *orig.:* remissam inquit: *Ans.* — *in C legitur:* Remissionem peccati ut propter loquamur nec boni nec mali praestant. Penam autem boni dimittunt, mali non, i. e. non de merito, uel non remittere possunt his qui sibi scienter in suo favent errore. Remissionem peccatorum avari etc. 555) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* — avari: *deest: orig.* 556) *ib.* 557) *ib.* 558) *ib.* 559) *EGH Edd. coll. o. pr. Ed. Bas.* 560) *add.:* tamen: *EGH Edd. coll. o.* 561) dantur: *GH* 562) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (dixit); — *Ans.* — *Ioann. c.* 20. *v.* 23. 563) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* dimittentur: *orig.* 564) *Codd. et Edd. coll. o.* 565) *Codd. coll. o.;* aut aliam: *Edd. coll. o.* 566) absolvere: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 567) sed: *deest: ABF* 568) interius: *AB* 569) *Codd. coll. o.* 570) *Alger.* III, 55., *ubi pro* sed *legitur:* et 571) sacramenta: *ib.* 572) enim: *deest: EGH* 573) quia . . . debent, sed: *deest: Alger.* 574) promoveantur: *BEFGH:* proveniant: *Alger.* 575) desistunt: *Alger.* || can. 40. 576) *add.:* Papa: *EGH* — *Ep.* 167. *scr. ao.* 458. *aut* 459. *Ed. Baller. respons. ad inquisit.* 1. — *Jaffé no.* 320. — *Burch.* I, 11. (*can.:* nulla ratio sinit); *Ans.* VI, 73.; *Ivo Decr.* V, 65. (*ut ap. Burch.*): *Alger.* III, 56. — *cf. supra Dist.* LXII. *c.* 1. 577) qui autem: *orig. Ans. Ivo* 578) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 579) *ib.* 580) *Codd. coll. o. Alger.* 581) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 582) *ib. pr. Ed. Bas.* 583) *Codd. coll. o. Alger.* 584) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 585) inanis: *EGH* 586) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* — *Alger.* — consecratio (talis: *deest*): *Ivo* 587) *Alger. l. c.* 588) pseudoepiscopo: *Alger.* 589) vana id est sine: *ib.* 590) *add.:* vero: *ib.* | can. 41. 591) *add.:* heretico: *EGH Ep. ad Epp. Macedon. scr. ao.* 414. — *Jaffé no.* 100. — *Ivo Prolog. Alger.* III, 56. — *cf. infra qu.* 7. *c.* 7. 592) *add.:* remedio ac: *orig.* 593) institutum: *EGH* 594) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 595) alius usurpatiuus: *EGH* 596) *Codd. coll. o. Alger.: add.:* est: *Alger.* 597) *Alger. l. c.* 598) concessa: *AB* || can. 42. 599) *Ep.* 18. *ad Ianuarium scr. ao.* 447. — *Ed. Baller.* — *Jaffé no.* 194. — *Alger.* III, 56.

rit*, hoc in magno beneficio habet[600a], si adempta[601b] omni spe promotionis in quo inuenitur ordine permaneat.

Gratian. *Ecce[602] si clericus uel ordinatione, uel quolibet sacramento hereticis communicat, cessans a promotione uix in suo ordine perseuerat[603]. Non est enim de hoc sacramento ut de ceteris; cetera enim uel ad culpas abluendas dantur, ut baptismus et[604] penitentia, uel pro culpis non in eternum, sed ad horam negantur, ut eucharistia, que[605] in articulo mortis penitenti etiam de nefariis peccatis conceditur: hoc solum non solum pro culpa, sed etiam pro infamia interdicitur, etiam[606c] pro inminuta mundiciae suae, uel[607] extrinsecae, uel intrinsecae perfectionis[608] prerogatiua, ut bigamis[609], uel uiduae maritis, uel illiteratis, uel corporis qualibet parte uitiatis denegatur, quibus tamen baptismus uel eucharistia non negatur[610]. Potest etiam talis cuncta[611d] sacramenta[612e] administrare, qui istud solum non ualet conferre.*

Unde Leo ait [ad Episcopos Africae, epist. LXXXV. al. LXXXVII. cap. 2.][613]:

C. XLIII. *De episcopis, qui consecrant[614a], qualem consecrare non licet.*

Si qui episcopi talem consecrauerint[615] sacerdotem, qualem esse[616b] non liceat, etiamsi aliquo modo dampnum proprii honoris euaserint, ordinationis tamen[617] ius ulterius non habebunt, nec illi[618] umquam sacramento intererunt, quod inmerito[619c] prestiterunt.

Gratian. *Ecce[620] cum honoris periculum euadant, ut cetera sacramenta sacerdotaliter administrare permittantur, ab hoc solo non modo pro heresi uel qualibet[621d] maiori culpa, sed etiam pro negligentia remouentur. In quibus omnibus sollicite notandum est, quod sacramentum sacerdotalis promotionis pre ceteris omnibus magis accurate et[622] digne dandum uel accipiendum est, quia nisi ita[623] collatum fuerit, eo desinet[624] esse ratum, quo[625] non fuerit rite[626] perfectum. Cetera enim sacramenta unicuique propter se dantur, et unicuique talia fiunt[627] quali corde uel conscientia accipiuntur[628]. Istud solum non propter se solum, sed propter alios datur, et ideo necesse est, ut uero corde mundaque conscientia, quantum ad se, sumatur[629], quantum ad alios uero non solum sine omni[630] culpa, sed etiam[631] sine omni infamia, propter fratrum scandalum, ad quorum utilitatem, non solum ut presint[632], sed etiam ut prosint[633], sacerdotium datur.*

Unde Ieronimus in Michea[634a].

C. XLIV. *Symoniaci rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur[635b].*

Hii, quoscumque de asseclis[636] suis ordinantes[637c], et[638d] uitam eorum in scandalum populi[639e] exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur.

Gratian. *Reuera[640] enim[641], qui ad hoc eliguntur, ut ceteris presint, sicut preordinantur dignitate, sic preminere debent sanctitate. Alioquin cur ceteris preferuntur, qui nulla meritorum gratia a ceteris assumuntur[642]? Unde[643f] Simacus[644] Laurentio Mediolanensi Episcopo[645a]:*

C. XLV. *Sicut honore, ita et scientia quisque precellere debet[646].*

Vilissimus conputandus[647] est, nisi precellat scientia et sanctitate[648], qui est honore prestancior.

VII. Pars. Gratian. *Patet ergo illud Augustini (sacramenta uidelicet Christi per hereticos ministrata suo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter, sed de sacramento baptismatis[649b].*

Unde idem Augustinus ait [tract. V. in Iohannem][650]:

C. XLVI. *Baptismus siue per bonum, siue per malum ministretur, reiterari non debet.*

Dedit baptismum Iudas, et non est baptizatum post Iudam, dedit Iohannes, et baptizatum est post Iohannem, quia qui datus est a Iuda, baptismus Christi est[651a], qui a[652b] Iohanne, Iohannis[653c] erat. Non Iudam Iohanni, sed baptisma Christi, etiam per Iudae manus[654] datum, Iohannis baptismo[655] recte[656d] preponimus. *Item*[657e]: §. 1. Quos[658] Iudas[659f], baptizauit[660] et[661g] Christus[662h], sic ergo quos baptizat[663i] ebrius[664*], homicida[665k], adulter[666l], Christus[667m] baptizat[668n]. *Item*[669o]. §. 2. Sacramentum[670p] ecclesiae[671q] tam magnum[672r] est, ut nec homicida[673] ministrante[674] polluatur.

C. XLVII. *De eodem[675].*

Item contra Donatistas, [lib. IV. c. 4.][676a]

Sicut[677] urgeri uideor, cum mihi dicitur: ergo hereticus dimittit peccatum[678b]? sic et ego urgeo, cum dico: ergo cum iuste baptizat[679c], auarus[680d], religionis simulator[681e] dimittit[682f] peccata? Si[683] per uim sacramenti[684g], sicut ille[685h], et[686i] ille; si per meritum suum, nec ille, nec ille. Illud enim[687] sacramentum et[688] in[689] malis hominibus[690] Christi esse cognoscitur[691], in corpore autem unicae columbae, inmaculatae[692k] nec[693l] ille, nec ille inuenitur[694].

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 42. a) habeat b) ademta sibi c) et d) cetera e) sacram. sacerdotaliter — c. 43. a) talem consecrant b) esse: *deest* c) quod, neglecto divino iudicio, immerito d) pro qualibet — c. 44. a) ad c. 3. Michaeae b) a se scandalizant. c) ordinant d) clericos et e) populis f) Hinc etiam — c. 45. a) Episc. post. sextam Synodum Romanam b) baptismi — c. 46. a) erat b) qui autem a c) datus Ioannis d) etiam per manus Ioannis dato, recte e) Et paulo post f) Quos baptizavit Ioannes, Ioannes baptizavit, quos autem baptizavit Iudas g) et: *deest* h) Christ. baptizavit i) baptizavit k) ebrius, quos baptizavit homicida l) quos baptizavit adulter m) si baptisma Christi erat, Christus n) baptizavit o) Item paucis interiectis p) Quod sacram. q) eccl.: *deest* r) sanctum — c. 47. a) Idem de baptismo contra Donat. b) peccata c) cum iuste baptiz.: *deest* d) ergo qui coelestia mundata non servat avarus e) religionis simulat.: *deest* f) avarus, raptor, foenerator, invidus, verbis, non factis saeculo renuntians dimittit g) sacramenti Dei h) et ille i) ita et k) incorruptae l) sanctae, pudicae, non habentis maculam aut rugam, nec

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLII. * Macularit: Hic apud B. Leonem cum alia verba sunt interiecta, tum c. *Saluberrimum,* infra q. 7. Caput enim hoc est quasi summa quaedam, quemadmodum et c. *Omnis.* infra eadem, tametsi illud paulo plenius sit.

C. LXVI. * Ebrius: Addita, sublata, et emendata sunt nonnulla in hoc capite ex originali, non tamen vox ista ob glossam. Legendum est enim: *ebriosus.*

Causa I. Quest. I. can. 42. 600) *ABCDF* 601) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 602) *Alger.* III, 56. 603) perseveret: *EGH* 604) vel: *Alger.* 605) *add.:* tamen: *ib.* 606) *Codd. coll. o. pr. F*—sed: *Alger.* 607) sed et perfectionis extrinsec.: *Alger.* 608) perfect.: *deest: Alger.* 609) digamis: *ib.* 610) denegatur: *A — sequentia cum Algeri verbis non consonant* 611) *Codd. coll. o. pr. DF* 612) *Codd. coll. o.* || can. 43. 613) idem Leo: *EGH — In ipsa epistola (Ep. 12. scr. ao. 448. Ed. Baller.) haec non leguntur; habentur autem in ep. de chorepiscopis, quam Leoni ante tempora Pseudoisidori suppositam esse constat. Neque in Cod. Quesnell. locus noster invenitur, sed in sola Dionysii collectione. — Jaffé no.* CXCIII. — *Ans.* VI, 35.; *ib.* VI, 74. (72.) (*can.:* ubi est illa); *Caes.* IV, 17. *Alger.* III, 57. 614) *Codd. coll. o. pr. D* 615) ordinaverint (sacerd.: *deest*): *Ans.* 35. 616) *Codd. et Edd. coll. o. Dionys. Alger.* 617) tamen: *deest: Ans.* 72. *Alger.* 618) ei: *Dionys. Ans.* 35. 72. 619) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 620) *Alger.* III, 57. 58.; Ecce apparet quomodo honoris: *EGH* 621) *Codd. coll. o. Alger.* 622) vel: *Alger.* 623) rite: *ib.* 624) desinit: *ib.* 625) quod: *EH* 626) perfecte: *Alger.* 627) fuerint: *ib.* 628) accipiantur: *ib.* 629) sumant: *ib.* 630) omni: *deest: AB* 631) et: *Alger.* 632) prosint: *ib.* 633) prosit: *ib.* || can. 44. 634) *Codd. coll. o. Alg.; add.:* propheta: *EGH — ad c. 3. v. 9 sqq. Alger.* III, 58. 635) *ABCD* 636) affectis(?): *Alger.* 637) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 638) *ib.* 639) *Codd. coll. o. Alger.* 640) *Alger. l. c.* 641) enim: *deest: A;* etenim: *Alger.* 642) secernuntur: *Alger.* 643) *EGH Alger.;* hinc et: *AB* 644) *add.:* Papa: *EGH* || can. 45. 645) *Codd. coll. o. — Non est Symmachi epistola — Jaffé no.* CCIV. — *sed Ennodii oratio ap. Hinschius p.* 685. — *cf. Thiel. p.* 102. *Alger. l. c.* 646) scient. precell. debent: *AB* 647) vilissimis (vilissimo: *Alger.*) comparandus: *orig. Alger.* 648) et sanctit.: *deest: ib.* 649) *Codd. coll. o.* || can. 46. 650) idem: *deest: EGH;* ait: *deest: ABD — no.* 18. 19. *Ed. Maur. Alger.* I, 54. — *cf. Deusdedit.* IV, 128. 651) *Codd. et Edd. coll. o.* 652) *ib.* 653) *ib. Alger.;* datus est, Ioannis: *orig.* 654) manus Ioannis dato: *Alger.* 655) bapt. Ioan.: *deest: ib.* 656) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 657) *Codd. coll. o. Alger.* 658) Quod: *Alger.* 659) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 660) baptizat: *C Alger.* 661) *Codd. coll. o.* 662) *ib.;* Christ. baptizat: *Alger.* 663) *Codd. coll. o. Alger.* 664) ebriosus: *Alger.* 665) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 666) *ib.* 667) *ib.* 668) *Codd. coll. o. Alger.* 669) *ib.* 670) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 671) *Codd. coll. o. Alger.* 672) *ib.* 673) ab homicida: *EGH* 674) administrante: *CEFGH* || can. 47. 675) de eod.: *deest: CH* 676) *Codd. coll. o.;* item: *ABCDFH — no.* 5. *Ed. Maur. — Ans.* IX, 35. (47.); *Deusded.* IV, 128.; *Ivo Decr.* I, 165. II, 94.; *Caes.* XII, 71. §. 1.: *Polyc.* III, 10, 47.; *Alger.* III, 4. 6. 677) *add.:* inquit: *Polyc.* 678) *ABEFG* 679) *Codd. coll. o.;* cum iuxta te baptizet (baptizat: *Alger.*); *Ans. Deusded. Alger.* 680) *Codd. coll. o. Ans. Deusded. Alger.;* et avar.: *Alger.* 681) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusded. Alger.* 682) *ib.* 683) sed: *AB;* si enim: *EGH* 684) *Codd. coll. o. Ans. Deusded. Polyc. Alger.* 685) *Codd. coll. o. orig. Ans. Deusded. Ivo* I. II. *Polyc. Alger.* 686) *Codd. coll. o. Alger.;* ita est ille: *Ans.* 687) autem: *AB* 688) etiam: *EGH* 689) in: *deest: Ans.* 690) *add.:* ministrantibus: *EGH* 691) *finis canonis: Deusded.; seqq. usque ad* §. 1. *desunt: Ivo* I. II. 692) *Codd. coll. o. Ans. Polyc. Alger.* 693) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc. Alger.* 694) *finis canonis: Ans. Polyc.*

Ut* si cuius[695] manus esset arida, uerum quidem esset membrum, qamuis sine sanguine inefficax[696m] esset, et mortuum, sic et fides, cum sit uera, tamen[697] sine operibus mortua est. *Item*[698n]: §. 1. Sic[699] in[700o] heresi baptizatus in nomine sanctae Trinitatis non fit tamen templum Dei, si ab heresi non recesserit[701], quomodo[702] neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templum Dei, si ab auaritia non recedat, que est ydolorum seruitus.

VIII. Pars. Gratian. *Ex his itaque uerbis*[703] *apparet, baptisma, quod ab hereticis tribuitur, uirtute sua remissionem conferre peccatorum.*

Sed idem Augustinus econtra testatur in libro [VI.] *de baptismo* [contra Donatistas, c. 1.] *dicens*[704a]:

C. XLVIII. *Baptisma Christi, etsi*[705] *nulla peruersitate uioletur, apud hereticos tamen*[706] *caret effectu.*

Etiam corde tardiores intelligunt[707b], baptismum Christi nulla peruersitate dantis[708c] uel[709d] accipientis posse uiolari. Sed quia aliud* est sacramentum ab effectu sacramenti, cum eos, qui in ipsa unitate ecclesiae perdite uiuunt, constet remissionem peccatorum nec dare, nec habere posse, quia non malignis, sed bonis filiis dictum[710] est[711]: „Si cui dimiseritis peccata, dimittentur[712e], cui[713f] tenueritis[714], tenebuntur," patet ergo hereticos[715] dare tantum uel accipere sacramentum baptismi[716g].

[C. XLIX.][717a]

Item in uerbis Domini, de blasphemia Spiritus[718b]*.

Corporalia sacramenta, que portant et celebrant etiam[719] segregati ab unitate corporis Christi, formam habere[720c] pietatis possunt. Virtus uero inuisibilis[721d] et spiritualis ita in eis esse non potest, quemadmodum sensus non sequitur membrum[722e], quando amputatur a corpore.

C. L. *De eodem.*

Item Ambrosius in libro de initiandis rudibus[723].

Non sanat baptismus perfidorum, non mundat, sed polluit*, quia in diluuio aquarum ad Deum[724a] non approximabunt[725b], quia, ut per Apostolum dicitur[726], „quicquid ex fide non est, peccatum est," et ipsis, qui faciunt, et quibus faciunt non solum non prodest, sed ad[727c] iudicium est.

C. LI. *Per manus inpositionem confirmantur*[728a] *qui ab hereticis baptisma accipiunt.*

Item Leo Papa ad Nicetem Episcopum, [epist. LXXVII. al. LXXIX. c. 7.][729b]

Hi, qui baptismum ab hereticis acceperuut[730], cum antea baptizati non fuissent, sola Spiritus sancti inuocatione per inpositionem manus[731c] confirmandi[732] sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis uirtute sumpserunt. Et[733] hanc regulam, ut scitis[734], seruandam in[735d] omnibus ecclesiis predicamus, ut lauacrum semel initum nulla iteracione[736] uioletur, dicente Apostolo[737]: „Unus Deus[738e], una fides, unum baptisma," cuius ablutio nulla iteracione[739] temeranda est, sed, ut diximus[740], sola sanctificatio sancti[741] Spiritus inuocanda[742f], ut quod ab hereticis nemo accipit[743] a catholicis sacerdotibus consequatur.

IX. Pars. Gratian. *Sed notandum est, quod heretici, ut Arriani et Sabelliani, quorum alii inequalitatem, alii indiscretionem personarum confitebantur, baptisma non in forma ecclesiae, sed suae peruersitatis ministrabant. §. 1. De his specialiter Ambrosius locutus est, dicens: „Non sanat baptismus perfidorum, etc." ut etiam*[744g] *rebaptizentur et reordinentur*[745], *unde*[746h] *in Niceno Concilio*[747] [c. 19.] *statutum est:*

C. LII. *Rebaptizentur et ordinentur*[748a] *qui de Paulianistis et Cathafrigis ad ecclesiam redeunt.*

Si quis confugerit[749] ad ecclesiam catholicam de Paulianistis et Cathafrigis*, statutum sit[750b], rebaptizari eos omnino[751] debere. Si qui uero clerici erant apud eos, siquidem inculpati fuerint et irreprehensibiles, rebaptizandi[752] sunt, rursus[753c] etiam[754] ordinentur ab episcopo ecclesiae catholicae. Si uero examinati minus apti fuerint deprehensi[755], deponi eos oportet. Similiter autem et[756] circa diacones**, et de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur.

[C. LIII.][757a]

Item Innocentius [ad Episcopos Macedoniae, epist. XXII. c. 5.][758]

Paulianistae in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti minime baptizant[759b], et[760] Nouatiani iisdem[761] nominibus tremendis[762c] baptizant[763d], nec apud istos de unitate potestatis diuinae, hoc est Patris, Filii ei Spiritus sancti, questio aliquando commota[764e] est etc.[765f]

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 47. m) et inefficax n) Item paulo post o) ergo in — c. 48. a) in: *deest* b) quantum existimo intelligunt c) hominis sive dantis d) sive e) dimittuntur f) ei, si cui g) bapt. et non dare remissionem peccatorum — c. 49. a) C. XLIX. De eodem. b) Idem in sermone XI. de verb. Dom., de blasphem. in Spiritum sanctum* c) exhibere d) pietatis invisibilis e) hominis membrum — c. 50. a) aquarum multarum ad Dominum b) approximatur c) et ad — c. 51. a) confirmentur b) Papa: *deest* c) manuum d) in: *deest* e) Dominus f) invocanda est g) sed etiam ut rebaptiz. h) unde: *deest* — c. 52. a) re ordinentur b) est c) et rursus — c. 53. a) C. LIII. De eodem b) baptizabant c) venerandisque nominibus d) baptizabant e) mota f) etc.: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLVII. * Ut si cuius: Verba haec usque ad vers. *Item,* in vulgatis B. Augustini codicibus, eo loco non leguntur, neque apud ceteros collectores.

C. LXVIII. * Sed quia aliud: Hinc usque ad finem verbis B. Augustini in summam redactis sententia tamen manet incolumis. Integer locus habetur de cons. dist. 4. *Quomodo.* §. *Non ob aliud.*

C. XLIX. * In aliquot vetustis codicibus hoc et sequens caput sunt coniuncta superiori.

C. L. * Polluit: Hucusque Ambrosius. Sed Algerus libro 3. c. 1. referens hunc locum, addit usque ad vers. *approximatur.* ac deinde c. 13. citans etiam eundem librum B. Ambrosii, adiungit reliqua huius capitis usque ad finem.

C. LII. * Cataphrygis: Legitur haec dictio in prisca versione, quae est in variis exemplaribus collectionis Isidori impressis, ac manuscriptis, sed non est in canone graeco, neque in versione Dionysii, aut aliis recentioribus. Quod autem et isti baptizandi sint, traditum est in concilio Laodiceno c. 8., in synodo VII. seu Nicaena II., c. 7., et infra de cons. dist. 4. c. *Hi vero,* quod est Gregorii.

** Diaconos: Graece est: περὶ τῶν, διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων; id est: *De diaconissis, et de his omnino, qui in canone connumerantur.*

Causa I. Quest. I. can. 47. 695) ut enim: *Alger.* III, 6. 696) *Codd. coll. o. Alger.* 697) tamen: *deest: Alger.* 698) *Codd. coll. o.* 699) si: *AB;* sicuti: *EG* 700) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* II. 701) avaritia . . . recedat: *A;* discesserit: *EGH* 702) quomodo . . . . recedat: *deest: ABDF* 703) verbis: *deest: EGH* || can. 48. 704) *Codd. coll. o. — no. 1. Ed. Maur. — Alger.* III, 4. 705) si: *AB* 706) tamen: *deest: CDFH* 707) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 708) *Codd. coll. o. Alger.* 709) *ib.* 710) sed iustis dict.: *Alger.* 711) *Ioann. c. 20. v. 23.* 712) *ABD Ed. Bas. Alger.* 713) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 714) retinueritis: *EGH;* tenebitis: *Alger.* 715) patet eos dare: *Alger.* 716) *Codd. coll. o. pr. D Alger.* || can. 49. 717) *Codd. coll. o.* 718) *Codd. coll. o.;* spirit. sancti: *EGH — Sermo 71. no. 32. Ed. Maur. — Alger.* III, 20. 719) etiam: *deest: Alger.* 720) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 721) *ib.* 722) *ib.* || can. 50. 723) *Ambros. de mysteriis c. 4. no. 23. Ed. Migne. — Alger.* III, 17. 724) *Codd. coll. o.;* harum aquarum: *Alger.* 725) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* (appropinquabunt) 726) *Rom. c. 14. v. 23.* 727) *Codd. coll. o. Alger.* || can. 51. 728) *ABEFH* 729) *Codd. coll. o.; Ep. 159. c. 8. — Ed. Baller. — scr. ao. 458. — Jaffé no. 312. — Ans.* IX, 36. (28.); *Coll. tr. P.* I, 43, 33.; *Polyc.* III, 10, 14.; *Alger.* III, 18. 730) qui baptizantur: *Polyc.* 731) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 732) conformandi: *EH* 733) *cf. infra c. 57. — finis canonis: D* 734) ut scitis: *deest: Ans. Polyc. Alger.* 735) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Ans. Polyc. Alger.* 736) ratione: *CG Polyc.;* intentione: *Alger.* 737) *Ephes. c. 4. v. 6.* 738) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG — Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 739) reiteratione: *EH;* ratione: *Ans.;* intentione: *Alger.* 740) ut dixim.: *deest: Alger.* 741) sancti: *deest: ib.* 742) *Codd. coll. o. Codd. origin. Ans. Coll. tr. P. Polyc. Alger.* 743) accepit: *C Alger.* 744) *ABCD;* unde etiam: *EGH; inde a voce:* perfidor. *omnia desunt: F* 745) *add.:* etc., *quod supra deest: AB* 746) *Codd. coll. o.* || can. 52. 747) *hab. ao. 325. — versio Hispan. — Coll. tr. P.* II, 1, 19. (*can. contin.*) 748) *ABCDF* 749) confugit: *Coll. tr. P.* 750) *Codd. coll. o. Hisp.* 751) omni modo: *Hisp.* 752) rebaptizati: *A Hisp. Coll. tr. P.* (*add.:* vel); sunt: *deest: Hisp. Coll. tr. P.* 753) *Codd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 754) etiam: *deest: EGH* 755) reprehensi: *Hisp. Coll. tr. P.;* deprehensi: *Codd. Hisp.* 756) et: *deest: Hisp.* || can. 53. 757) *Codd. coll. o.* 758) *add.:* Papa: *EGH — Ep. scr. ao. 414. — Jaffé no. 100. — Alger.* III, 9. 759) *Codd. coll. o. orig. Ans. Alg.; finis canonis: Alger.* 760) et., baptiz.: *deest: Hisp.* 761) in iisd.: *EGH* 762) *Codd. et Edd. coll. o.* 763) *Codd. coll. o. orig.* 764) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 765) *Codd. coll. o.*

Gratian. *Alii*[766] *formam ecclesiae in baptizando seruant. Sed dum ab eis baptizantur, qui in*[767] *heresi uel scismate eis communicant, sacramentum quidem baptismi*[768] *ab eis accipiunt, uirtutem uero non consecuntur, quam sine fide nullus consequi potest. Unde de Domino dicitur, quod in patria sua non poterat facere signum propter incredulitatem eorum.*

Item[769a] *Augustinus in omelia LXXX.*[770b]

C. LIV. *Dum uerbum accedit ad elementum, fit sacramentum.*

Detrahe uerbum[771], quid[772c] est[773] aqua[774] nisi aqua? accedit uerbum ad elementum, et fit sacramentum. §. 1.[775d] Unde[776] ista tanta uirtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente uerbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam et in ipso uerbo aliud est[777] sonus transiens, aliud uirtus manens.

Gratian. *De his etiam, qui in heresi uel scismate baptizantur, scribit Augustinus*[778a], *ad Petrum Diaconum,* [c. 36.] *dicens:*

C. LV. *Extra ecclesiam baptizati si ad ecclesiam non redierint perniciem sibi accumulant*[779b].

Firmissime tene et nullatenus dubites, extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint[780], baptismo cumulari perniciem. Tantum enim ualet ecclesiasticae societatis communio[781] ad salutem, ut baptismo non saluetur[782] cui ibi non datur, ubi oportet ut detur.

C. LVI. *Inutilia*[783a] *sunt dona, que preter ecclesiae unitatem habentur.*

Idem [tractatu XIII. ad c. 3. Iohannis][784].

Teneamus, unitatem fratres mei[785]. Preter unitatem et qui facit miraculum[786b] nichil est; in unitate erat[787c] populus Israel, et non faciebat miracula; preter unitatem erant magi Pharaonis[788], et faciebant similia Moysi. Populus Israel, ut dixi, non faciebat miracula[789]. Qui erant saluandi[790d] apud Deum, qui faciebant miracula[791e], an qui non faciebant[792]? Petrus[793] apostolus resuscitauit mortuum. Symon magus fecit multa. Erant[794f] quidam[795g] Christiani, qui non poterant facere quod[796h] faciebat Petrus, nec quod faciebat Symon. Sed inde[797i] gaudebant? quia[798] nomina eorum scripta erant in celo.

C. LVII. *Baptisma semel traditum non est reiterandum.*

Item Leo ad Nicetem Episcopum, [epist. LXXVII. al. LXXIX. c. 7.][799a]

Hanc regulam[800b] seruandam[801] in[802c] omnibus ecclesiis predicamus, ut lauacrum semel initum nulla iteracione uioletur, dicente Apostolo[803]: „Unus Deus[804d], una fides, unum baptisma," cuius ablutio nulla reiteracione[805e] uiolanda[806f] est, sed, sola[807g] sanctificatio Spiritus[808h] inuocanda[809i], ut quod ab hereticis nemo accipit a catholicis sacerdotibus consequatur.

X. Pars. Gratian. *Nemo in heresi uel*[810] *scismate constitutus intelligendus est. Ceterum, si cum fidei integritate et animi puritate de manu hereticorum aliquis in forma ecclesiae baptisma acceperit, tunc impletur*[811] *illud Augustini*[812]: *„Per lapideum canalem aqua transit*[813] *ad areolas." Et iterum: „Spiritualis uirtus sacramenti, etc."*

C. LVIII. *Etiam per malos boni colliguntur.*

Item[814a] [Augustinus], *de blasphemia Spiritus sancti*[815b].

Spiritus sanctus[816] in sancta ecclesia etiam isto[817] tempore, quo uelud granum[818] attrituratur[819c] cum palea, sic operatur, ut nullius ueram confessionem aspernetur[820], nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, ut etiam per illorum[821d] ministerium probos colligat.

Gratian. *Ecce quando ab hereticis baptisma cum sua uirtute accipitur, cuius tam necessaria amministracio est, ut nec etiam a paganis datum possit reiterari. Unde in ecclesiastica ystoria*[822] *legitur, quod Alexander episcopus Alexandriae, cum Petri Martiris solempnia celebraret, post expleta missarum sacramenta uidit super oram maris puerorum ludum, imitantium, ut solet fieri, episcopum, et gerentium ea, que in ecclesia geri mos est. Mox eos ad se perduci iubet, et quid egissent percunctatur. Illi rei ordinem pandunt, baptizatos a se esse quosdam cathecuminos confitentur per Athanasium puerum, qui illis fuerat episcopus simulatus. Ubi ex responsis eorum uidit secundum religionis nostrae ritum cuncta constare, statuit*[823] *illis, quibus integris interrogationibus et responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adinpleri*[824e] *ea, que sacerdotibus est mos.*

Hinc etiam[825] *Ysidorus ait*[826*]:

C. LIX. *De his, qui per ignorantiam ordinantur antequam baptizentur*[827].

Si quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati[828] iterum[829] rebaptizari[830a], et ipse ulterius[831] non ordinetur. Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam credit[832b] baptismi, licet paganus sit, qui baptizat[833].

[PALEA[834*].

C. LX.

Ex Concilio apud Compendium[835].

Si presbiter[836] ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur et ordinetur iterum**.]

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 54. a) Unde b) August. tract. LXXX. ad c. 15. Ioannis et sermone de cataclysmo c. 3. initio: c) et quid d) Et infra: §. 1. — c. 55. a) Aug. libro de fide b) cumulant — c. 56. a) Infirma b) miracula c) enim erat d) salvi e) miracula: *deest* f) Erant ibi g) multi h) nec quod i) unde — c. 57. a) Nicetam b) regulam, ut scitis, c) in: *deest* d) Dominus e) iteratione f) temeranda g) ,ut diximus sola h) sancti Spiritus i) invocanda est — c. 58. a) Item Aug. sermone XI. de verbis Domini, de blasphem. b) in Spiritum sanctum. c) trituratur d) eorum e) adimplere — c. 59. a) baptizari b) credit: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LIX. * Caput hoc Burchardus et Ivo citant ex dictis Isidori, ex qua citandi formula solet indicari, non esse propria auctoris verba. Videtur autem in priore parte vel proponi quaestio, vel falsa alicuius opinio recitari, cui deinde in posteriore parte opponatur vera: *Sed Romanus etc.* quae infra etiam de consecrat. dist. 4. c. *Romanus,* citatur ex Isidoro. Idque clarius lib. 5. Capitularium c. 4. exponitur his verbis: *Si quis baptizatus est a presbytero non baptizato, et sancta Trinitas in ipso baptismo invocata fuit, baptizatus est, sicut Sergius Papa dixit, impositione vero manus indiget. Gregorius Episcopus Romanus et Ioannes Sacellarius sic senserunt.*

C. LX. * Haec Palea et locis indicatis, et in collectione, quae est in tomo 3. Conciliorum post decreta Alexandri III., et cap. 1. *de presbytero non baptizato,* citatur ex concilio apud Compendium.

** Iterum: Sequebatur: *et omnes, quos prius baptizavit,* quae sunt expuncta, quia non habentur in dicto c. 1. *de presbytero non baptizato,* neque in cap. *Veniens.* eod. tit. ubi refertur in aliis locis indicatis [et in orig.].

Causa I. Quest. I. can. 53. 766) Alii enim: *Alger.* III, 7. 767) in: *deest: AB* 768) bapt.: *deest: ib.* || can. 54. 769) *Codd. coll. o. pr. D* 770) *ABCF;* in homiliis LXX.: *DEGH — tractat.* LXXX. *ad c.* 15. *Ioannis no.* 3. *Ed. Maur. — Alger.* III, 7. 771) *add.:* aquae: *D;* ab aqua: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.* 772) *Codd. coll. o.* 773) erit: *D Edd. coll. o.* 774) aqua: *deest: ib., ita ut R. immerito a Corr. addit. esse censuerit.* 775) *Codd. coll. o. Alger.* 776) Unde enim: *Alger.* 777) est: *deest: AB* || can. 55. 778) *Codd. coll. o.;* ad Petr. diac.: *deest: AB — de fide c.* 36. *no.* 79. *Ed. Maur. — Librum istum Augustini non esse, sed ad Fulgentium pertinere monuerunt Maurini in Ed. operum Augustini. — Alger.* III, 16. 779) *Codd. coll. o. pr. D* 780) redierunt: *EGH* 781) unitas: *orig.;* communitas: *Alger.* 782) saluatur: *AB* || can. 56. 783) *Codd. coll. o.* 784) *no.* 17. *Ed. Maur.* 785) carissimi: *EGH* 786) *Codd. coll. o. pr. C* 787) *Codd. et Edd. coll. o.* 788) *Exod. c.* 7. 789) mirac.: *deest: orig.* 790) *Codd. et Edd. coll. o.* 791) *Codd. coll. o.* 792) *add.:* miracula: *EGH* 793) *Act. c.* 8. 9. 794) *Codd. et Edd. coll. o.* 795) *ADE Edd. coll. o.;* quidem: *Codd. coll. rel.* 796) *Codd. coll. o. pr. DF, ubi* nec ... nec: *deest* 797) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B;* tamen: *B;* Sed tamen inde: *EGH* 798) *Luc. c.* 10. *v.* 20. || can. 57. 799) *Codd. coll. o. — Ep.* 159. *Ed. Baller. sed videas supra c.* 51. *— Ans. Coll. tr. P. Polyc. Alger.* 800) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc. Alger.* 801) conservandam: *Edd. coll. o.* 802) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Ans. Polyc. Alger.* 803) *Eph. c.* 4. *v.* 5. 804) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 805) *Codd. coll. o. pr. AD cf. supra not.* 736. 806) *Codd. coll. o.* 807) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 808) *Codd. coll. o. Alger.* 809) *Codd et Edd. coll. o. cf. supra not.* 742. 810) *add.:* in: *EGH* 811) implebitur: *ib.* 812) *cf. supra c.* 30. 813) fluit: *EGH* || can. 58. 814) *ABCDF;* unde idem Leo Papa: *EGH* 815) *Codd. coll. o., sed in AB:* de baptismo spiritus sancti — *Sermo* 71. *no.* 31. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* II, 104. (*can.:* ita dicitur verbum); *cf. infra c.* 81. 816) sanct.: *deest: orig.* 817) in isto: *EG* 818) area: *orig. Ivo* 819) *ABEGH;* atteritur: *DF Edd. coll. o.* 820) aspernatur: *EGH* 821) *Codd. coll. o.* 822) *lib.* X. *c.* 14. *Alger.* I, 52. — *Quo iure R. hoc loco Burchardum citaverit, nescio* 823) *add.:* ergo: *AEGH* 824) *ABDF Alger.* || can. 59. 825) Unde: *EGH* 826) *Caput sumtum est ex Poenitentiali, quod exstat ap. Mansi* XII, 441 *sqq., quodque Egberto Eboracensi immerito tribuitur; cf. Wasserschleben Bussordn. p.* 43 *sqq. — Burch.* IV, 100. (ex dictis Isidori Ep.); *Ivo Decr.* I, 294.; *Ivo Pan.* I, 97.; *Alg.* I, 52. 827) baptizantur: *EH* 828) baptiz.: *deest: Burch.* 829) iter.: *deest: Burch. Ivo Decr. Pan.* 830) *Codd. coll. o. pr. C — Turrecrem.* 831) veter.: *deest: Burch. Ivo Decr. Pan.* 832) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C Ivo Decr. Pan.* 833) baptizet: *Ivo Pan.* || can. 60. 834) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. et Ed. Bas.; Rolando fuit ignota (cf. Schulte Paleae p.* 12.) 835) *Ex Poenitent. quod Theodori nomen fert. lib.* 2. II. §. 13. *ap. Wasserschleben pag.* 203. *cf. Gregorii canones Theod. c.* 23. *ib. pag.* 163.; *Capit. Dacherian. c.* 25. *ib. pag.* 156. — *Bened. Levita* II, 94. *in Mon. Germ. LL.* II. *Appdx. p.* 79. — *Burch.* IV, 74. (Ex Conc. ap. Compendium); *Ivo Decr.* I, 268.; *Ivo Pan.* I, 96. — *cf. c.* 1. *Comp.* I. *de presb. non bapt. — c.* 1. X. *h. t.* 836) si quis: *orig. Ben. Lev.;* si quis presb.: *Ivo Pan.*

Gratian. *Quod autem cetera sacramenta ab hereticis ministrari non possint*[837], *testatur Ieronimus in Aggeo Propheta* [cap. 2.][838 a]:

C. LXI. *Non placent Deo que ab hereticis offeruntur.*

Sic populus* iste[839] hereticorum omnium[840] est in conspectu meo, dicit Dominus, omne, quod fecerint, quod mihi[841] obtulerint, uel uota**, uel pro salute, uel pacifica, uel pro peccato[842 b], uel[843 c] holocaustis[844 d], siue elemosinas[845], siue[846 e] ieiunia uel[847 f] corporis castitatem, contaminata erunt in conspectu meo. Quamuis enim sancta uideantur specie sui que offeruntur[848 g], tamen, quia tractata sunt[849 h] ab illo[850 i], qui pollutus est in anima, polluuntur[851 k] omnia.

C. LXII. *De eodem.*

Item in Amos Propheta, [c. 5.][852 a]

Odit Deus sacrificia hereticorum et a se proicit, et quotiens[853 b] in nomine eius[854 c] congregati fuerint[855], detestatur fetorem eorum et claudit nares suas.

[C. LXIII.][856 a]

Item in Oseae [cap. 6.][857 b]

Illi offerunt panem sacrilegum, et dant elemosinas, et sectari uidentur humilitatem. Que ego[858], si uere fiant, holocausta interpretor. Cum autem scientiam Dei dereliquerint[859 c], frustra truncato capite fidei cetera membra habere se iactant.

C. LXIV. *Sine fide et karitate nec euangelium habetur, nec prosunt aliqua bona.*

Idem in epistol. ad Galat. [c. 1. u. 11.][860]

Marcion et Basilides, et ceterae hereticorum pestes non habent Dei euangelium, quia non habent Spiritum sanctum, sine quo humanum fit euangelium quod docetur. Nec putemus in uerbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla; non in sermonum foliis, sed in radice rationis.

[C. LXV.][861 a]

Idem [ad cap. 5. eiusdem epistolae u. 14.][862]

Vide, quantum bonum est karitas[863 b]. Si ita martirium fecerimus, ut nostras uelimus ab hominibus[864] reliquias honorari, et[865 c] si opinionem uulgi sectantes intrepidi sanguinem fuderimus, et substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam[866] dederimus, huic operi non tam premium quam pena debetur, et perfidiae magis tormenta sunt quam corona uictoriae.

C. LXVI. *Hereticorum benedictio maledictio est.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 32.][867]

Non oportet hereticorum benedictiones accipere, quoniam[868] maledictiones magis sunt quam benedictiones.

C. LXVII. *Neque cum hereticis, neque cum scismaticis licet orare.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 70.][869]

Non liceat clericis uel[870] laicis[871] ab hereticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones, neque liceat aut cum hereticis, aut scismaticis[872 a] orare.

C. LXVIII. *Extra ecclesiam non sunt uera sacrificia.*

Item Leo ad Anatholium Constantinopolitanum Episcopum, [epist. XLVIII. cap. 2.][873]

In ecclesia Dei, que corpus Christi est, aliter nec rata sunt sacerdotia, nec uera[874] sacrificia, nisi in proprietate suae[875 a] naturae uerus nos pontifex reconciliet[876 b].

C. LXIX. *Inpiorum manibus diuina sacramenta se subducunt*[877].

Idem Leoni Augusto, [epist. LXXIII.][878]

Manifestum[879] est, per crudelissimam et insanissimam uesaniam[880 a] in Alexandrina sede[881] omne[882] celestium sacramentorum lumen exstinctum. Intercepta est sacrificii oblatio, deficit[883 b] crismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus inpiorum omnia sese[884 c] subtraxere misteria.

C. LXX. *Sacramenta extra ecclesiam*[885] *ministrari possunt, salutem uero conferre non possunt*[886].

Item B. Martir Ciprianus in epistola contra hereticos[887]*.

Si quis, inquit, de ecclesia heretica presumptione exierit, a semetipso[888] dampnatus est. Cum huiusmodi secundum Apostolum, nec cibum quidem sumere debemus. Declaratur hoc in libro Regnorum[889], ubi, cum homo Dei ad Ieroboam missus[890] esset, qui[891 a] peccata sua exprobraret atque ultionem futuram prediceret, panem apud[892 b] illum edere et aquam bibere prohibitus est[893 c]. Quod cum non custodisset, diuina sententia inde rediens, morsu leonis in itinere interiit. §. 1. An debet[894 d] quisquam dicere, sacramentum salutare[895 e], et gratiam celestem communem cum hereticis esse posse, cum quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse communis? Constat[896] autem oleum, unde baptizati tinguntur[897 f], sanctificari, et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse, ubi spes nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur. Nam hereticus more symiarum, que cum homines non sint, formam humanam imitantur[898 g], uultum ecclesiae catholicae et auctoritatem sibi et ueritatem uendicant, cum[899 h] ipse in ecclesia non sit. Benedicit cum a Deo sit maledictus[900 i], uitam pollicetur cum sit[901 k] mortuus, Deum inuocat blasphemus[902], sacerdotium amministrat profanus, ponit[903] altare sacrilegus. Ad[904] hec omnia accedit et illud malum, ut antistes diaboli audeat

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 61. a) in Aggaeum Prophetam b) peccato, vel pro delicto c) vel in d) holocaustum e) ieiunia sive victus continentiam f) et g) offeruntur a talibus h) tacta i) eo k) polluentur — c. 62. a) Idem Hieronymus in Amos Prophetam b) quotiescunque c) Domini — c. 63. a) C. LXIII. De eodem b) Idem c) reliquerint — c. 65. a) C. LXV. De eodem b) sit caritatis c) et: *deest* — c. 67. a) cum schismaticis — c. 68. a) nostrae proprietate b) reconciliet, verus immaculati agni sanguis emundet — c. 69. a) insanissimamque saevitiam b) defecit c) se — c. 70. a) qui ei b) quoque apud c) vetaretur d) Et audet e) aquam baptismi salutarem f) unguntur g) humano tamen imitantur h) vult eccl. cath. auctoritatem sibi et veritatem vendicare, quando i) benedicit a Deo maledictus k) cum sit: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXI. * Sic populus: In originali legitur: *Sic populus iste, et sic gens ista, Iudaeorum videlicet atque gentilium et haereticorum omnium, etc.*
** Vota: Ibidem habetur: *vel vota pro salute,* sed ob glossam non est mutatum.

C. LXX. * Caput hoc collectum est ex variis locis epistolarum B. Cypriani et concilii ab ipso habiti, interdum immutatis et in summam redactis, quae in margine sunt indicata.

Causa I. Quest. I. can. 60. 837) possunt: *EGH* || can. 61. 838) *Codd. coll. o. — Hieronym. ad vers. 16. cap. 2. — Alger.* III, 19. 839) iste: *deest: EGH Alger.* 840) hominum: *A;* omn.: *deest: G* 841) mihi: *deest: AB;* vel quod mihi: *Alger.* 842) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Alger.* 843) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 844) *ABC;* holocaustum: *Ed. Arg.;* holocausta: *DEFGH Edd. coll. rel.* 845) per eleemos.: *C Ed. Arg.* 846) *ABCDF Edd. coll. o. Turrecrem. Alger.* 847) *ib.;* sive: *EGH* 848) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 849) *ib. pr. B* (contaminata) 850) *Codd. coll. o. Alger.* 851) *Codd. coll. o. Turrecrem.* || can. 62. 852) *Codd. coll. o. — c. 5. v. 21. 22. sed Hieronymi verba non omnimodo Gratiani respondent. — Ans.* IX, 48. (60. *can. contin.*); *Deusded.* IV, 129. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* III, 2, (3,) 22. §. 1. (*can.:* odi et proieci); *Alger.* III, 19. 853) *Codd. coll. o. Alger.* 854) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 855) sunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 63. 856) *ABC* 857) *ABCDF; add.:* propheta: *EG — c. 6. v. 6. 7. — Alger.* III, 22. 858) ego: *deest: Alger.* 859) *ABEGH* || can. 64. 860) contra hereticos: *AB — no.* 386. *Ed. Migne.* || can. 65. 861) *Codd. coll. o.* 862) *no.* 499. *Ed. Migne* 863) *Codd. et Edd. coll. o.* 864) hominibus: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 865) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. (quia si) 866) propr.: *deest: AB* || can. 66. 867) *hab. inter a.* 343. *et* 381. *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 7, 16.; *versio Dionys.: Burch.* III, 209.; *Ivo Decr.* III, 260. 868) *add.:* istae: *Hisp.* || can. 67. 869) *c.* 32. *et* 33. *Concil. Laodic. ex interpret. Martini Brac. — ap. Bruns.* II, 56. — *Coll. tr. P.* II, 47, 70. 870) aut cleric. aut: *EGH* 871) *add.:* catholicis: *orig. Hisp.* 872) *ABF orig. Hisp.* || can. 68. 873) *Ep.* 80. *scr. ao.* 451. *Ed. Baller. — Jaffe no.* 238. — *Ivo Decr.* II, 9. (Lanfrancus de sacram. eucharist.; *can.:* si tanta vis est) 874) pura sunt: *EGH* 875) *Codd. et Edd. coll. o.* 876) *ib.* || can. 69. 877) subtrahunt: *AB* 878) *Ep.* 156. *scr. ao.* 457. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 309. — *Ans.* IX, 40. (52.) 879) manifestissimum: *GH* 880) *Codd. coll. o. Ans. — Corr.;* insanissimamque vesaniam: *Codd. orig.* 881) illic (in Alex. sede: *deest*): *orig.* 882) omnium: *EGH* 883) *DEGH Ans.* 884) *ABCDF Ans.* || can. 70. 885) *add.:* catholicum: *AB* 886) possunt: *deest: ib.* 887) *Prior capitis pars excerpta est ex Cypriani Ep. ad Magnum. Ep.* 69. *in Corp. SS. eccles.* 888) se ipso: *EGH* 889) Regum: *Edd. coll. o. pr. Bas. — cf.* III. *Reg. c.* 13. 890) quod: *Edd. Lugdd.* II. III. 891) *Codd. et Edd. coll. o.* 892) *ib.* 893) *ib.* 894) *ib.* 395) *ib.* 896) *Ex Ep. ad Ianuarium Ep.* 70. *in Corp. SS. eccl.; Eadem fere leguntur in Conc. Carthag. hab. ao.* 256. 897) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 898) *Codd. et Edd. coll. o.* 899) *ib.* 900) *ib. pr. AB* 901) *CDEFGH* 902) cum sit blasphem.: *CDF* 903) componit altare: *Ed. Bas.;* munus ponit ante altare: *Edd. coll. rel.* 904) *Ex Ep. ad Epictetum Ep.* 65. *in Corp. SS. eccl.*

eucharistiam facere, cum[905 l] nec sanctificari oblatio illic possit, ubi Spiritus sanctus non sit, nec cuiquam Dominus per eius preces et orationes prosit, qui Deum[906 m] ipse uiolauit[907]. Si enim[908] qui ecclesiam uiolant[909 n] ethnici[910 o], et publicani habentur, multo magis rebelles[911 p] et hostes, falsa altaria, et illicita sacerdotia, et sacrificia sacrilega[912] et omnia[913 q] adulteria[914 r] fingentes, inter ethnicos et publicanos necesse est ut[915 s] conputentur, quos omnes constat a karitate atque[916] unitate[917 t] ecclesiae catholicae[918 u] recessisse. Ergo[919] omnia, quecumque faciunt heretici, carnalia sunt, inania[920 v] et falsa, ita[921] ut nichil eorum, que illi gesserint, a nobis probari debeat[922]. Non[923] statim suscipienda sunt et assumenda que iactantur in Christi nomine, sed que geruntur in Christi ueritate. Quomodo[924] enim perficere que agunt aut inpetrare aliquid illicitis conatibus a Deo[925 w] possunt, qui contra Deum quod eis non licet moliuntur? §. 2. Quare, qui hereticis et scismaticis patrocinantur, censura** diuina in eorum probantur facinore et penis non solum duces et auctores, sed etiam participes destinari, nisi se[926] a communione malorum separauerint, precipiente[927] Domino per Moysen[928 x]: „Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum, et nolite tangere de[929 y] omnibus, que sunt in[930 z] eis, ne simul pereatis in peccatis eorum[931]." Et quod comminatus Dominus per Moysen fuerat inpleuit, ut, quisquis[932 aa] se a Chore, et Dathan, et Abiron non separasset, penas statim pro inpia communione solueret[933 bb]. Sicut etiam per Osee prophetam Spiritus sanctus testatur dicens[934 cc]: „Sacrificia eorum tamquam panis luctus; omnes, qui manducant[935] ea, contaminabuntur;" docens scilicet et ostendens omnes omnino cum auctoribus[936] supplicio coniungi, qui fuerint peccato eorum contaminati.

C. LXXI. *Vera sacrificia non nisi in fide ecclesiae celebrantur.*

Item Augustinus [lib. Sententiarum per Prosperum Aquitanicum Episcopum Reg. collectarum c. 15.][937]:

Extra catholicam ecclesiam non est locus ueri sacrificii.

Item Gregorius in III. lib. Dialog. [cap. 31.] *ait de Erminigildo Rege Leouigildi filio*[938 a]:

C. LXXII. *De manu hereticorum communio non est recipienda.*

Superueniente pascalis[939] festiuitatis die intempestae noctis silentio ad eum pater perfidus Arrianum episcopum misit, ut ex eius manu[940] consecrationis sacrilegae communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed uir Deo deditus Arriano episcopo uenienti exprobrauit ut debuit, eiusque a se[941] perfidiam dignis increpationibus repulit.

C. LXXIII. *Sacerdotes hereticorum Christi honoribus non habentur*[942] *digni.*

Item Innocentius capitulo VII.[943 a]

Arrianos preterea[944] ceterasque huiusmodi[945] pestes*, quia eorum laicos conuersos ad Dominum sub imagine[946] penitentiae ac Spiritus[947 b] sanctificatione per manus inpositionem suscipimus[948], non uidentur clerici[949 c] eorum cum sacerdotii[950] aut cuiuspiam ministerii suscipiendi esse[951 d] dignitate. Quoniam quibus[952] solum baptisma ratum esse permittimus (quod utique in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti percipitur)[953 e], nec Spiritum sanctum eos[954] habere ex illo baptismate illisque[955] ministeriis[956 f] arbitramur, quoniam, cum a catholica fide auctores eorum discederent[957 g], perfectionem Spiritus, quam[958] acceperant, amiserunt, nec dare eius[959] plenitudinem possunt, que maxime in ordinationibus operatur, qui[960 h] per inpietatis suae perfidiam[961 i] fidem domini[962 k] perdiderunt[963 l]. Propter quod[964] fieri non[965] potest, ut eorum profanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos inperfectos, ut dixi, ad sancti Spiritus percipiendam gratiam cum penitentiae imagine recipimus[966]. *Item*[967]: §. 1. Legitur[968 m] „Qui tetigerit** inmundum inmundus erit," quomodo ergo[969 n] ei tribuetur[970] qui[971 o] inmunditiam[972 p] et spurcitias[973 q] consueuit accipere? *Et infra:* §. 2. Qui particeps factus[974 r] est dampnati, quomodo honorem debeat accipere, inuenire non possumus[975 s].

Gratian. *Ex eo autem, quod manus inpositio iterari precipitur, sacramentum non esse ostenditur.*

Unde Augustinus de baptismo lib. III. [contra Donatistas, c. 16.][976].

C. LXXIV. *Manus inpositio non est sacramenti iteracio*[977].

Manus[978] inpositio non, sicut baptismus, repeti non potest. Quid enim est aliud, nisi oratio super hominem?

Gratian. *Cum*[979] *ergo Innocentius solum baptisma hereticis ratum esse permittat; cum Gregorius sacrilegam uocet consecrationem Arrianorum; cum Ciprianus quecumque ab hereticis fiunt*[980] *carnalia, inania*[981 a], *et falsa iudicet; cum Ieronimus omnia, que ab eis offeruntur*[982], *contaminata in conspectu Domini*[983 b] *asserat; cum Leo extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec uera*[984] *sacrificia testetur: patet, quod sacramenta ecclesiastica preter baptisma (ut supra dictum est) ac hereticis ministrari non possunt*[985].

Item[986] *obicitur illud Ieronimi ad Luciferianum*[987 a]*:

C. LXXV. *Qui in baptismo sanctus est, ad altare peccator non erit*[988].

Sicut Christus est qui baptizat, ita ipse[989 b] est qui

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. can. 108. 1613) decrevimus: *ABEGH;* passi sunt . . . decernimus: *orig.* || can. 109. 1614) *BDEFG* 1615) It. Alexander II.: *D* Nic. Papa: *EGH — cf. ad. c.* 107. — *Jaffé no.* 3332. — *ap. Mansi* XIX, 906. *Gratiani textus exstat. Ivo Decr.* (*can.:* erga simoniacos); *Ivo Pan.* III, 126.; *Caes.* IV, 15. 1616) subeat: *Ivo Decr.* 1617) et uterque: *ib.* 1618) a propria: *Ivo Decr. Pan.* || can. 110. 1619) *cf. ad c.* 107. — *ap. Mansi* XX, 906. *Gratiani textus exstat; — Ivo Decr.* V, 79.; *Ivo Pan.* III, 125.; *Caes.* IV, 14. — *Deusded. P.* II. *a Corr. et R. citatur. — in F deest canon noster et manu posterioris saeculi in marg. scriptus est.* 1620) *A* (*manu posteriori pro* cognovimus *quod antea scriptum fuit*) *BDFGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 1621) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 1622) *Codd. et Edd. coll. o.* 1623) *Codd. coll. o.; add.:* ordinandus: *A* 1624) *add.:* enim: *EGH* || can. 111. 1625) *scr. ao.* 414. — *Jaffé no.* 100. — *ipsa fontis verba non sunt relata; — Alger.* III, 28. 1626) *Codd. coll. o.* 1627) *add.:* esse: *AEGH* 1628) *add.:* illi: *EGH* 1629) de pess.: *Alger.* 1630) abren. et: *deest: orig. Alg.* 1631) *ABDFH Alger.* 1632) *Codd. coll. o. Alger.;* certe quamvis: *Alger.* 1633) *Alger.* III, 52. 1634) poenitentia (medic.: *deest*): *Alger.* 1635) in qua medicina nulli anthenticae praeiudicio sententiae . . damnationem simoniacorum et eorum qui eis consenserint, et non contra eos exarserint, reperi: *ib.* 1636) sed: *ib.* 1637) legi: *ib.* 1638) quia ita: *ib.* 1639) et: *ib.* 1640) id: *ib.* 1641) collegi et ideo: *ib.* 1642) *supra c.* 97. 1643) *add.:* in: *EGH* 1644) *ABC;* abscindunt: *EGH;* scindunt: *Alger.* 1645) autem: *Alger.* 1646) adhaerent: *ib.* || can. 112. 1647) etiam: *BDF;* Idem Leo: *EG;* Hinc Leo: *H;* Leo Papa: *EGH* 1648) *Codd. coll. o. — Ep.* 18. *Ed. Baller. scr. ao.* 447. — *Jaffé no.* 194. — *Neque Ivo Pan.* III, 31., *neque Polyc.* VII, 5, 9. *cum Gratiani verbis consonat, imo secutus est Alger.* III, 53. — *Ans.* V, 19. *a Corr. et R. citatur, sed in Cod. coll. canonem non invenimus. — cf. supra c.* 42. *et infra qu.* 7. *c.* 21. 1649) fidem: *Alger.; add.:* et: *EGH* 1650) communionis: *Alger.* 1651) *Codd. coll. o. Alger.* 1652) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 1653) ipso: *Codd. coll. o. pr. AB* 1654) *ABCDF;* de his scrib.: *EGH* || can. 113. 1655) *ap. Jaffé Monum. Gregor. p.* 333. — *Jaffé post. no.* 3802. — *Ivo Decr.* V, 81.; *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 1.; *Polyc.* II, 38, (37,) 11. 1656) *Codd. coll. o.* 1657) alicuius: *orig.;* alicui: *Codd. orig.* 1658) clericorum vel populorum: *EGH* 1659) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 1660) quibus: *AB* 1661) irritas: *orig. Polyc.;* falsas: *Codd. orig.* 1662) iudicamus: *EGH* 1663) *Ioann. c.* 10. 1664) *Codd. coll. o.* || can. 114. 1665) *add.:* autem: *EGH* 1666) *Codd. coll. o.* 1667) *lib.* 1. *hom.* 4. *no.* 4. *Ed. Maur. — cf. Moral. lib.* 9. *c.* 17.; *lib.* 12. *c.* 25. — *Reg.* I, 241.; *Burch.* I, 113.; *Ans.* VI, 83. (80.); *Ivo Decr.* V, 86. (*can.:* columbas vendere); *Ivo Pan.* III, 121.; *Alger.* III, 35. 1668) munere: *EGH* 1669) sed: *Ivo Decr.* 1670) laude vel gratia: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 1671) atque . . . quaerunt: *deest: Reg. Burch.* 1672) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 1673) *Codd. coll. o. Ans. Alger.* 1674) qui: *Ans.* 1675) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch.;* acceperunt: *Ans. Alger.* 1676) bene: *deest: A Reg. Burch.* 1677) sanctum: *Alger.* 1678) Esaias: *Reg. Burch.* 1679) *Esa. c.* 33. 1680) *add.:* beatus: *CDEGH Edd. coll. o. Ivo Pan.* 1681) *Codd. coll. o.;* non . . . omni: *deest: Reg. Burch.* 1682) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* dixit: *deest: Alger.* 1683) *AC Edd. coll. o.;* solummodo: *DEFGH* 1684) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 1685) *Codd. et Edd. coll. o.*

„ab omni munere,“[1686k] quia aliud est munus ab obsequio, aliud a[1687l] manu, aliud a[1688m] lingua. Munus ab[1689n] obsequio est seruitus[1690o] indebite inpensa. Munus a manu pecunia est[1691]; munus a lingua fauor. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non solum pecuniam nullam[1692], sed nec[1693p] etiam[1694] humanam gratiam requirit.

C. CXV. *Eternam dampnationem inueniet qui quolibet munere ad sacrum ordinem[1695a] accedit.*

Idem in Registro[1696b].

Si quis neque sanctis pollens moribus, uel[1697] neque a clero populoque[1698] uocatus uel pulsatione coactus, inpudenter Christi sacerdotium, iam quolibet facinore pollutus, iniusto cordis amore, uel sordidis precibus oris, siue comitatu, siue manuali seruitio, siue fraudulento munusculo episcopalem seu[1699] sacerdotalem, non lucro animarum, sed inanis gloriae auaritia fultus, dignitatem acceperit, et in uita sua non sponte reliquerit, eumque inaspera[1700c*] mors penitentia[1701d] non inuenerit, proculdubio in eternum peribit.

Hinc Gregorius[1702a] *scribit Iohanni Corinthiorum Episcopo*, [lib. IV. ep. 55.][1703]:

C. CXVI. *Pro ordinationibus nichil omnino accipiatur*[1704].

De ordinationibus aliquid accipere[1705] sub districta interdictione decreuimus[1706b]. Oportet ergo[1707], ut neque per donum[1708c], neque per gratiam, neque per[1709d] quorundam[1710] suplicationem aliquos ad sacros ordines consentias[1711e] uel permittas[1712f] adduci.

C. CXVII. *Nec pretio, nec*[1713a] *gratia, uel*[1714b] *suplicatione aliqui ad sacros ordines accedant.*

Idem uniuersis Episcopis per Elladam[1715c] *prouinciam constitutis*, [eod. lib. epist. 56.][1716]

Quibusdam narrantibus agnoui, quod in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perueniat. Quod si ita est[1717], flens dico, gemens[1718] denuncio, quia, cum sacerdotalis ordo intus ortus[1719d] occidit[1720e], foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex euangelio, quid[1721] redemptor noster per semetipsum fecerit, quia ingressus templum[1722f] cathedras uendentium columbas euertit. Columbas enim[1723g] uendere est de sancto Spiritu (quem Deus omnipotens consubstantialem sibi[1724] per inpositionem manuum hominibus tribuit) commodum temporale percipere. Ex quo, ut predixi, malo[1725h] iam euenire creditur[1726i], quia, qui in templo Dei columbas uendere presumpserunt, eorum, Deo iudice, cathedrae ceciderunt. §. 1. Qui uidelicet error in subditis propagatur cum augmento. Nam ipso[1727k] quoque, quisque[1728l] ad sacrum ordinem[1729] perducitur[1730], in ipsa iam prouectus sui radice uiciatus, paratior est aliis uenundare[1731m] quod emit. Et ubi est quod scriptum est[1732]: „Gratis accepistis, gratis date?“ Et cum primo contra sanctam ecclesiam symoniaca heresis sit exorta, cur non perpenditur, cur[1733] non uidetur, quia eum, quem cum precio quis ordinat, prouehendo agit, ut hereticus fiat? Ideoque hortamur, ut uestrum nullus denuo hoc fieri patiatur, sed neque gratia alicuius neque suplicatione aliquos ad sacros ordines audeat promouere, nisi eum, quem uitae[1734] et actionis qualitas ad hoc dignum esse monstrauerit. Nam si aliter factum senserimus denuo, districta et[1735n] canonica illud noueritis ultione conpesci.

C. CXVIII. *Ad episcopalem honorem nullus per ambitum accedat.*

Item Simacus [ad Caesarium, epist. I. c. 5.][1736]

Nullus itaque per ambitum ad episcopalem[1737] honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laicali[1738a] conuersatione culpetur, quis dubitat, quin[1739] religiosis et Deo seruientibus incutiat[1740] obprobrium?

C. CXIX. *De eodem.*

Item Gregorius [Adeodato Episcopo, lib. II. Indict. XI. epist. 48.][1741*]

Estote ergo precipue in ordinatione solliciti, et ad sacros ordines[1742] nisi prouectiores etate et mundos opere nullatenus admittatis[1743a]. Eorum enim, qui in sacro ordine sunt collocandi, prius uitam moresque discutite, et ut dignos huic offitio adhibere possitis, non uobis potentia, aut suplicatio quarumlibet subripiat[1744b] personarum. Quando[1745c] igitur de his tractari necesse est, graues expertosque uiros consilii uestri[1746d] adhibete participes et cum eis communi hoc[1747e] deliberatione pensate.

C. CXX. *Neque fauore, neque uenalitate ad sacros ordines quisquam promoueatur.*

Idem Columbo Episcopo, [lib. II. Indict. XI. ep. 47.][1748]

Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculosius cadant, quanto citius conscendere ad altiora festinant. Nulla sit in ordinatione uenalitas; potentia uel suplicatio personarum nichil aduersus hec, que prohibemus, obtineat. Nam[1749] proculdubio Deus offenditur, si ad sacros ordines quisquam non ex merito, sed ex fauore (quod absit) aut uenalitate[1750a] prouehitur.

Gratian. *Econtra idem Gregorius quibusdam suplicantibus unum acolitum, et alterum diaconum legitur ordinasse, sicut ipse scribit* [lib. VII. Indict. I. ep. 2.] *Petro* Episcopo Corsicae inter cetera*[1751]:

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 114. k) munere: *deest* l) *et* m) munus a n) quippe ab o) subiectio p) nec: *deest* — c. 115. a) sacros ordines b) Regesto c) insperata* d) poenitentem — c. 116. a) idem Greg. b) vetuimus c) commodum d) aut e) consentiatis f) permittatis — c. 117. a) nec prece, nec b) nec c) Helladem d) ortus: *deest* e) cecidit f) in templum g) quippe h) malo: *deest* i) praed. innuitur quod sequitur k) ipse l) qui m) vendere n) ac — c. 118. a) laica — c. 119. a) admittatis, ne forte semper esse desinant quod immature esse festinant. b) subrepat c) Ante omnia autem cautos vôs esse oportet, ut nulla proveniat in ordinatione venalitas, ne (quod absit) et ordinatis, et ordinantibus periculum maius immineat. Si quando d) consiliis vestris e) de hoc — c. 120. a) ex venalitate

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. CXV. * Insperata: In aliquot vetustis Gratiani codicibus[1700] legitur: *in aspera mors poenitentia.*

C. CXIX. * Caput hoc duobus locis, ubi visum est expedire, locupletatum est ex originali.

C. CXXI. Petro: In codicibus impressis epistola, unde caput hoc sumtum est, inscribitur *Chrysanto Episcopo.* Verum in codice pervetusto Vaticano earundem epistolarum inscribitur: *Petro Episcopo per Corsicam.* Anselmus autem eodem modo habet ac Gratianus. Ad Petrum episcopum Alexandriae de Corsica legitur epistola alia libro V. cap. 122. quamvis sit fortasse mendum in voce *Alexandriae,* et scribendum videatur: *Aleriae.*

Causa I. Quest. I. can. 114. 1686) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 1687) *Codd. et Edd. coll. o.* 1688) *ib.* 1689) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Alger.* 1690) *Codd. et Edd. coll. o.* 1691) est: *deest: Ans. Ivo Decr. Pan.* 1692) ullam: *Reg. Burch.* 1693) *Codd. coll. o.* 1694) etiam: *deest: AB;* et: *Ans.* || can. 115. 1695) *ABCDF* 1696) *Codd. coll. o. — Haec neque in Epp. Gregorii* VII. *neque apud Gregor. M. sunt inventa.* 1697) vel: *deest: EGH* 1698) neque a populo: *ib.* 1699) vel: *ib.* 1700) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 1701) *ACGH Ed. Bas.;* poenitentiam: *BDF* || can. 116. 1702) *ACD;* item: *BEFG* 1703) *Ep.* 57. *scr. ao.* 598. *lib.* V. — *Jaffé no.* 1008. — *Ans.* VI, 90. (87.); *Polyc.* II, 1, 22. (*can.:* novit fraternitas); *Alger.* III, 35. 1704) recipiatur: *EGH* 1705) suscipere vel acc.: *ib.* 1706) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Nor.* (decernimus) *Lugdd.* II. III. 1707) ergo: *deest: EGH* 1708) *Codd. et Edd. coll. o.* 1709) *Codd. coll. o.* 1710) quorumlibet: *EGH* 1711) *Codd. et Edd. coll. o.* 1712) *ib. Turrecrem.;* vel perm.: *deest: orig.* || can. 117. 1713) *Codd. coll. o.* 1714) *ib. pr. A* 1715) *B;* Ellendam: *D Ed. Arg.;* Elandam: *EGH;* eandem: *A;* Herdam: *Edd. coll. rel.;* Helladiam: *orig. Ivo* — Helledam: *Corr.* 1716) *Ep.* 58. *scr. ao.* 595. *lib.* 5. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1009. — *Eadem leguntur in Ep.* 53. *lib.* 5.; *ep.* 8. *lib.* 6. — *Ivo Decr.* V, 108.; *Coll. tr. P.* I, 55, 13.; *cf. Burch.* I, 21. (ex. conc. Meldensi c. 43., *in quo pars canonis citatur*) 1717) est: *deest: Coll. tr. P.* 1718) gemensque: *orig.* 1719) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 1720) *ib.* 1721) quod: *Coll. tr. P.* 1722) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 1723) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 1724) sibi: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 1725) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* (*lib.* 6. *ep.* 8.) *Ivo Coll. tr. P.* 1726) *Codd. et Edd. coll. o.;* iam innuitur: *orig.* (*lib.* 6. *ep.* 8.) *Ivo Coll. tr. P.* 1727) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* in ipso: *C;* nam eo ipso: *D Edd. coll. o. orig.* (*lib.* 6. *ep.* 8.) 1728) *Codd. coll. o. pr. A;* quisquam: *A Coll. tr. P.;* quod quisque: *Edd. coll. o. orig.* (*lib.* 6. *ep.* 8.); cum: *Ivo* 1729) honorem: *DEFGH Coll. tr. P.;* ordin. vel honor.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1730) praemiis perducatur: *Ivo* 1731) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 1732) *Matth. c.* 10. *v.* 8. 1733) cur . . . videtur: *deest: Coll. tr. P.* 1734) *add.:* merita: *A;* meritum: *Edd. coll; o. pr. Bas.* 1735) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* || can. 118. 1736) *add.:* Papa: *EGH;* — *Ep. scr. ao.* 513. *c.* 6. *ap. Thiel p.* 726. — *Jaffé no.* 477. 1737) episcopatus: *orig.* 1738) *Codd. coll. o.* 1739) quod: *orig.* 1740) iniciat: *EGH;* iniiciat vel incutiat: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* inurat: *orig.* (*sed* incutiat *est in varietate lectionis*); *Hisp.* — || can. 119. 1741) *Ep.* 49. *scr. ao.* 593. *lib.* III. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 889. 1742) ad sacros ordines aspirare nisi: *orig.* 1743) *Codd. et Edd. coll. o.* 1744) *ABDEFGH orig.* 1745) *Codd. et Edd. coll. o.* 1746) *ib. Codd. orig. — Corr.* 1747) *Codd. coll. o. pr. A* (hec) || can. 120. 1748) Item: *AC; Ep.* 48. *scr. ao.* 593. *lib.* 3. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 888. — *Ans.* VII, 46. 1749) non: *Ans.* 1750) *Codd. coll. o. Ans.* || can. 121. 1751) *Ep.* 1. *scr. ao.* 598. *lib.* VIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1123. — *Ans.* VII, 79.

C. CXXI. *Episcopo interueniente Papa quemdam acolitum ordinauit.*

Latorem presentium per[1752] intercessionem uestrae sanctitatis acolitum fecimus, quem ad obsequia tua[1753 a] transmisimus[1754], ut, si in lucrandis animabus amplius seruierit, proficere amplius possit.

C. CXXII. *Quisquis in Romana ecclesia ordinem sacrum acceperit, ab ea ulterius egredi non poterit.*

Idem Heliae Presbitero et Abbati, [lib. IV. epist. 30.][1755]

Filium[1756] uestrum Epiphanium mandastis ut ad sacrum ordinem promouere[1757 a] deberemus uobisque transmittere[1758]. Sed in uno uos audiuimus, in altero[1759 b] minime[1760 c] potuimus audire. Diaconus quidem factus est; sed quisquis semel in hac ecclesia sacrum[1761 d] ordinem acceperit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet. Si uero[1762 e] uidere uos non potui, hac ex re consolationem habeo, quia in filio uestro requiesco[1763].

Gratian. *Non itaque quorumlibet precibus ordinationes factae falsae diiudicantur, sed hae demum, que precibus ordinandi uel eius amici, non spirituali, sed carnali affectu porrectis fiunt*[1764]*, cum alias futurae non essent; quas non karitas interueniens, sed ambitio suplicans extorquet. Non solum autem clericos cuiuslibet episcopi summus Pontifex in ecclesia Romana ualet ordinare, uerum etiam oportunitate exigente monachos et quoscumque*[1765 f] *clericos conuocare potest et inuitare.*

Unde Nicolaus Papa [Michaeli Imperatori in epist., quae incipit: „Proposueramus"][1766]:

C. CXXIII. *De eodem.*

Per principalem beatorum apostolorum Petri et Pauli potestatem ius[1767] habemus non solum in[1768 a] monachos, uerum etiam in[1769 b] quoslibet clericos de quacumque diocesi, cum necesse fuerit, ad nos conuocare atque ecclesiasticis exigentibus oportunitatibus inuitare.

XV. Pars. Gratian. *Quolibet ergo munere interueniente falsa diiudicatur ordinatio. Sicut autem pretio interueniente sacri ordines non sunt tribuendi, ita nec restituendi. Ut enim ait B. Ambrosius, sacri ordines nec*[1770] *sunt pretio emendi, nec redimendi.*

Hinc etiam Gregorius VII. ait [lib. VI. Reg. in Concilio habito A. D. 1078. Pontificatus sui VI. c. 9.][1771]:

C. CXXIV. *Pretio interueniente offitium sacerdotale non restituatur.*

Nullus episcopus grauamen seu seruile seruitium ex usu contra ecclesiasticam normam abbatibus seu clericis suis inponat, uel interdictum sacerdotale offitium pretio interueniente restituat. Quod si fecerit, offitii sui periculum subeat.

Gratian. *Qui autem pecuniam accipiunt, ut ordinandis sacros ordines non tribuant, uel ut*[1772 a] *canonicae electioni assensum non prebeant, aut ecclesiis edificandis uel consecrandis lapidem benedictum uel consecrationem subtrahant, multis argumentis acceptae pecuniae rei et infames esse probantur.*

Ait enim Pascalis II.[1773]

C. CXXV. *Sacrilegi sunt iudicandi qui ecclesias*[1774 a] *non permittunt regulariter ordinari.*

Sunt quidam, qui uel[1775] uiolentia, uel fauore non permittunt ecclesias regulariter ordinari. Hos etiam decernimus[1776 b] ut sacrilegos iudicandos.

[C. CXXVI.][1777 a]

Codicis lib. IX. ad legem Iuliam repetundarum, Imppp. Gratianus, Valentinianus[1778] *et Theodosius*[1779].

Iubemus, hortamur[1780 b], ut, si quis forte honoratorum, decurionum, possessorum, postremo etiam colonorum, a[1781] cuiuslibet ordinis iudice[1782] fuerit aliqua ratione concussus, si quis scit uenalem de iure fuisse sententiam, si quis penam uel pretio remissam uel uicio cupiditatis ingestam, si quis postremo quacumque de causa inprobum iudicem potuerit approbare, is uel administrante eo, uel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet; cum[1783] probauerit uictoriam[1784 c] reportaturus, et gloriam.

[C. CXXVII.][1785 a]

Item[1786 b] *in Digestis lib. III. titulo de calumpniatoribus, Ulpianus lib. X. ad*[1787] * *edictum,* [l.] 1.

In eum, qui, ut calumpniae causa negotium faceret uel non faceret, pecuniam accepisse dicitur[1788 c], intra annum[1789 d] ** in quadruplum eius pecuniae, quam accepisse dicitur[1790 e], post annum simpli[1791] in factum actio conpetit.

[C. CXXVIII.]

Ibidem lib. XLVII. tit. [13. l. 2.] *de concussione. Marcellus*[1792 a] *lib. I. publicorum iudic.*[1793].

Concussionis iudicium publicum non est. Sed si ideo pecuniam quis accepit[1794], quod crimen minatus sit, potest publicum iudicium esse ex senatusconsultis, quibus pena legis Corneliae teneri iubentur qui in accusationem innocentium coierint[1795], quiue ob[1796] accusandum uel non accusandum, denunciandum uel non denunciandum testimonium pecuniam acceperint.

[C. CXXIX.]

Ibidem lib. XLVIII. tit. 11. *de*[1797 a] *lege Iulia repetundarum,* [l. 3.] *Marcellus*[1798 b] *lib. I. publ. iud.*

Lege Iulia repetundarum tenetur, qui, cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum uel non iudicandum* decernendumue acceperit, *Venuleius Saturninus*[1799] *libro III. publicorum iudiciorum*[1800 c] uel quo magis aut[1801] minus quid ex offitio suo faceret.

[C. CXXX.][1802 a]

Idem [eod. tit. l. 6.]

Eadem lege tenentur[1803 b], qui ob denunciandum uel non denunciandum testimonium pecuniam acceperint*. §. 1.[1804 c] Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob mili-

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 121. a) vestra — c. 122. a) provehere b) alio c) autem minime d) sacrum: *deest* e) ergo f) quoslibet — c. 123. a) in: *deest* b) in: *deest* — c. 124. a) ut: *deest* — c. 125. a) ecclesiam Dei b) decreuimus — c. 126. a) C. CXXVI. De eodem b) et hortamur c) et victoriam — c. 127. a) C. CXXVII. De eodem b) Idem c) dicetur d) annum utilem* e) dicetur — c. 128. a) Macer — c. 129. a) ad legem Iuliam b) Macer c) l. Vel quo. eod. tit. — c. 130. a) C. CXXX. De eodem b) tenetur ... acceperit c) Et post pauca: §. 1.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. CXXVII. * In hac et sequentibus legibus, quae ex ff. citantur, repositi sunt tituli ex vetustis exemplaribus Gratiani, quae cum Pandectis Florentinis valde conveniunt.

** Utilem: Haec dictio non est in antiquis codicibus Gratiani, neque in Pandectis; sed ob glossam non est sublata.

C. CXXIX. * Vel non iudicandum: Sic etiam in Digentis vulgatis; sed a Pandectis Florentinis absunt istae voces. [non tamen in Ed. Mommsen.] Est autem Palea ista fere in omnibus vetustis exemplaribus Gratiani, et a cap. *Sunt quidam* usque ad finem quaestionis nulla est distinctio capitum.

C. CXXX. * Acceperit: In Pandectis sequitur versiculus: *Hac lege damnatus,* qui reponitur in fine huius capitis.

Causa I. Quest. I. can. 121. 1752) pro intercessione: *orig.* 1753) *Codd. coll. o. pr. A* (vestra); — *Edd. Arg. Bas. Ans.* 1754) retransmisimus: *DF Edd. coll. o. Ans.* || can. 122. 1755) *Ep.* 38. *scr. ao.* 595. *lib.* V. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 987. — *Ans.* VII, 78. 1756) *add.:* vero: *Ans.* 1757) *Codd. coll. o.* 1758) retransmittere: *orig.* 1759) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 1760) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 1761) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* — *Corr.* 1762) *Codd. et Edd. coll. o.* 1763) quiesco: *EGH* 1764) porrecti fuerint: *AD;* porrectae fuerint: *CF* 1765) *BCDEFGH* || can. 123. 1766) *Ep. scr. ao.* 865. — *Jaffé no.* 2111. — *Ans.* I, 75. (*can.:* non ergo quales sint); *ib.* II, 14. — *infra* C. IX. *qu.* 3. *c.* 21. 1767) et ius: *orig. Ed. Bas.* 1768) in: *DF Edd. coll. o. Ans.* I. II. 1769) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* I. II. 1770) non: *EGH* || can. 124. 1771) *Conc. Rom.* V. *ap. Jaffé Monum. Gregor. p.* 334. — *Jaffé post no.* 3802. — *Polyc.* IV, 21, 4. 1772) *ACDF;* aut canon.: *EGH* || can. 125. 1773) Unde Paschasius Papa II.: *EGH; fragmentum Ep. incerti temporis* (1099—1118) — *Jaffé no.* 4866. 1774) *Codd. coll. o.* 1775) qui viol.: *C;* qui pro violent.: *EGH* 1776) *ABCDF Ed. Bas.* || can. 126. 1777) *Codd. coll. o.* 1778) Valerius: *EGH* 1779) *c.* 4. *tit.* 27. *dat. ao.* 386. 1780) *ABF orig. ed. Krüger;* et exhortamur: *EGH* 1781) aut: *orig.;* a: *Codd. orig.* 1782) a iudico: *orig.: sed a deest in Codd. orig.* 1783) et cum: *C;* ut cum: *EGH* 1784) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* || can. 127. 1785) *Codd. coll. o.; in F inscr. canonis exstat, sed ipsa canonis verba manu posterioris saeculi in margine addita sunt.* 1786) *ib.* 1787) ad ecclesiam vel ad: *EGH* 1788) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.;* detegitur: *Edd. rel. Corr.* 1789) *BCEGH orig.* 1790) *BCDEH* 1791) in simplum: *EG Edd. coll. o. Corr.;* simplum: *C;* simplicem: *BDH* || can. 128. 1792) *Codd. coll. o.* 1793) *in EGH hoc loco inseruntur verba c.* 3. *et c.* 2. *Cod. Iust. ad legem Iul. repet.* (9, 27.) 1794) acceperit: *CGH* 1795) accusatione ... coierunt: *ib.* 1796) ad: *AB* || can. 129. 1797) *Codd. coll. o.* 1798) *ABDF Edd. coll. o.:* Marcus: *EGH* 1799) Ven. Saturn.: *deest: CEFGH;* Saturnin.: *deest: D* 1800) *AB orig.;* — *l.* 4. *Dig. cod.* 1801) vel: *AB* || can. 130. 1802) *Codd. coll. o.* 1803) *CF orig. Böhm.* 1804) *Codd. coll. o.*

tem legendum mittendumue[1805] es accipiat, neue quis ob sententiam in senatu consilioue publico dicendam[1806] pecuniam accipiat, uel ob accusandum uel non accusandum. §. 2. *Marcellus ibidem*[1807d]. Lex Iulia de repetundis precipit, ne quis ob iudicem arbitrumue dandum[1808], mutandumue[1809e], iubendumue, neue[1810f] ob non dandum, uel[1811g] non mutandum, non iubendum[1812], neue[1813h] ob litem estimandam, iudiciumue capitis pecuniaeue faciendum uel non faciendum aliquid acceperit[1814i]. §. 3.[1815k] Hodie ex lege[1816l] repetundarum extra ordinem puniuntur, et plerumque uel exilio puniuntur, uel etiam durius, prout admiserint. §. 4. Hac[1817m] lege dampnatus testimonium publice dare[1818n], aut iudex esse postulareue prohibetur.

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Sequitur secunda questio, qua queritur, an pro ingressu monasterii pecunia sit exigenda, uel exacta persoluenda? Hoc utrumque licite fieri, utriusque testamenti serie conprobatur. Legitur*[1] *enim in primo libro Regum, quod Anna detulit secum Samuelem, postquam ablactatus fuerat, in tribus uitulis, et tribus modiis farinae, et amphora uini ad domum Dei*[2a] *in Sylo.* §. 1. *In Actibus uero apostolorum*[3] *legitur, quod „multitudinis credentium erat cor unum et anima una,“ nec aliquid eorum, que possidebant, quisquam proprium esse dicebat*[4]*; sed erant illis omnia communia. Singuli*[5b] *uendebant predia sua, et ponebant precia eorum ante pedes apostolorum, quorum unus, nomine Ananias*[6], *dum partem sibi reseruaret, cum uxore sua Sapphira, sententia maledictionis accepta, ante pedes apostoli*[7] *cecidit mortuus.* §. 2. *Hinc liquido aparet, quod ingressuri monasterium sua debent offerre rectoribus, nec aliter sunt recipiendi, nisi sua obtulerint. Sed aliud est sua sponte offerre, aliud exacta persoluere. Anna mater Samuelis non exacta neque petita, sed sponte munera sacerdotibus obtulit. Credentes sua*[8c] *sponte offerebant apostolis, ut indigentium necessitatibus deseruirent, que instante persecutione infidelium eis possidere non licebat. Ananias quoque non ideo dampnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia, Spiritui sancto mentitus, precia eorum, que apostolis obtulerat, ex parte fraudabat. Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus ab ingressuris aliquid exigere, sed sponte oblata suscipere, quia illud dampnabile est, hoc uero minime.*

Unde in Bracarensi *Concilio II.* [cap. 5.][9] *legitur:*

C. I. *Pro dedicandis ecclesiis nichil exigatur*[10].

Placuit, ut[11], quociens ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi inuitantur[12], non quasi ex debito munus aliquod a[13] fundatore requirant; sed si ipse[14] quidem aliquid ex suo uoto obtulerit, non respuatur, si uero[15] aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nichil exigatur ab illo. Hoc tamen[16] unusquisque episcoporum[17] meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam[18], nisi ante[19a] dotem basilicae et obsequium ipsius[20] per donationem cartulae confirmatum[21] accipiat. Nam non leuis est[22b] ista temeritas, ut[23c] sine luminariis[24] uel sine substantiali[25] sustentatione eorum, qui ibidem seruituri sunt, tamquam[26] domus priuata consecretur[27] ecclesia.

Item Bonifacius *urbis Romae Episcopus scribit uniuersis*[28a] *Caralitanae ecclesiae cenobitis*[29]*:*

C. II. *Ab his*[30b], *qui ad conuersionem accedunt, nichil est exigendum, nec precio aliquis ad conuersionem est inuitandus*.*

Quam pio mentis affectu, fratres karissimi, uestrae destitutioni Romana conpatiatur ecclesia, uobis fortassis incognitum[31c], sed cognitori omnium non incognitum habetur. Dubitationi autem uestrae quod idoneum demus responsum, Deum testificor, ipsa quoque me dubitatio reddit anxium et ineptum. Numquam[32d] enim legimus Domini discipulos uel eorum ministerio conuersos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse, nisi forte de pauperum alimento quis inconcinne[33] proponat, quorum nulli, cuiuscumque professionis esset, uictualia negabantur. Scimus[34] equidem, quod „omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est,“[35e] a[36] quo bonae uoluntatis donum accipit qui sancto deliberationis arbitrio gratis Deo seruire disponit. Restat ergo, ut qui pro aliqua ecclesiae[37f] susceptione munus accipit, Dei donum, quod a patre luminum descendere debuit, uendat; munus autem largiens inportunus emat. Quid autem de diuini doni uenditoribus uel emptoribus consequatur, concludi necesse non est. §. 1. Cauete ergo, fratres, quam sit ambiguum quod petistis consilium, quod quidem secundum uestrae uoluntatis propositum nulla inuenimus ratione confirmatum. Verumtamen, si uestrae necessitati adeo est oportunus quem reperistis, dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conuentio, nullaque uestrae ecclesiae fiat distractio, accedat, gratis Deo[38] seruire incipiat, suique regiminis deuote[39] gestet obsequium ac[40g], postmodum uos[41], quasi subsidii gratia, aliqua suae ecclesiae munera largiri fratrum solatio Romana permittit ecclesia.

[Unde Urbanus Papa in Concilio apud Melfiam, c. 12.[42]:

PALEA[43]*.

C. III. De eodem.

Nullus abbas precium sumere uel[44] exigere ab eis, qui ad conuersionem ueniunt, aliqua pacti[45] occasione[46] presumat. Regulam[47] antiquam[48] sequens, nulli umquam de ordinationibus aliquid omnino[49] accipiendum esse constituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione[50] cartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem simulatio inuenit, appellatione pastelli. Quia enim** ordinando[51] episcopo

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 130. d) Macer lib. I. public. iudic. l. 7. e) mutandum f) ut iudicet neve g) vel: *deest* h) etc., neve i) accipiat k) Et infra: §. 3. l) lege Iulia m) §. 4. Venuleius eod. tit. l. 6. Hac n) dicere — Quest. II. Pars. I. a) Domini b) et singuli c) etiam sua — c. 1. a) antea b) leuis culpa est c) si — c. 2. a) omnibus b) iis c) est incognitum d) Nusquam e) est, descendens a patre luminum f) ecclesiastica g) et

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. II. * B. Thomas citat hoc cap. 2. quest. 100. in fine articuli 3., et rem, quam ibi tractat, sola huius capitis auctoritate constituit.

C. III. * In nonnullis vetustis exemplaribus, in quibus paucae sunt Paleae, habetur caput hoc usque ad vers. *Regulam.* Reliqua vero sunt B. Gregorii locis indicatis.

** Quia enim: In plerisque exemplaribus, quae habent hanc Paleam, non sunt istae duae voces. Verum apud B. Gregorium leguntur, quoniam pendet adhuc oratio et coniungitur cum iis, quae in sequenti capite afferuntur, hoc modo: *Quia enim ordinando episcopo Pontifex manum imponit, evangelicam lectionem minister legit confirmationis autem eius epistolam notarius scribit, sicut Pontificem non decet, etc.*

Causa I. Quest. I. can. 130. 1805) ob mitt.: *CH;* milit. mittendum scilicet qui non est mittendus, vel econtra legendumve: *AB* 1806) post dicend.: *EG;* pub. dic. conciliove: *ABC* 1807) *ABCDF Edd. coll. o.;* Marcus ibid.: *EGH — ib. l.* 7. 1808) *add.:* vel non dandum: *EG* 1809) *Codd. coll. o.;* in: *EGH; seqq. usque ad vocem* neve *desunt et legitur:* aut non mutandum, iubendum vel non iubendum 1810) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1811) *BCDF* 1812) iubendumue: *C;* vel non iub.: *DF* 1813) *Codd. et Edd. coll. o.* 1814) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *orig.* 1815) *Codd. coll. o.* 1816) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 1817) *Codd. et Edd. coll. o.* 1818) *ib.*

Causa I. Questio II. Pars. I. 1) I. *Reg. c.* 1. 2) *ABEGH* 3) *Act. c.* 4. *v.* 32. 4) dicebant: *EGH* 5) *Codd. coll. o.* 6) *add.:* scilicet: *CDEGH — Act. c.* 5. 7) apostolorum: *AB* 8) *Codd. coll. o.* || can. 1. 9) *est c.* 5. *Conc. Brac.* III. *hab. ao.* 572. *ap. Bruns.* II, 40. — *Reg.* I, 23. (*Ex C. Wormat. hab. ao.* 868. *c.* 3. *ubi eadem fere leguntur*); *Burch.* III, 37. (*eod. modo*); *Ivo Decr.* III, 42.; *Coll. tr. P.* II, 46, 5.; *Coll. tredec. P.* IV, 30. 10) exigendum est: *EGH* 11) ut: *deest: Reg., sed exstat in Codd. Regin.* 12) episcopus invitatur . . requirat: *Reg. Burch. Ivo* 13) e: *orig. Hisp.* 14) *add.:* fundatur: *Edd. coll. o.* 15) si vero . . illo: *deest: Reg. Burch. Ivo* 16) tantum: *orig. Hisp.;* attamen: *Reg. Burch. Ivo* 17) ep.: *deest: AB;* episcopus: *Reg. Burch. Ivo* 18) *add.:* aut basilicam: *orig. Hisp.* 19) *BCEFGH;* prius: *A* 20) illius: *EGH;* ips.: *deest: A* 21) confirmatam: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Corr.* 22) *ABF orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.;* levior: *Reg.;* levius: *Burch.* 23) *BEFGH; deest: Coll. tr. P.* 24) luminaribus: *A Reg. Burch. Ivo* 25) subst.: *deest: orig.* (*sed exstat in Codd. orig.*); *Hisp.* 26) quasi: *Reg.;* quamsi: *Burch.* 27) ita consecr.: *orig. Hisp.* || can. 2. 28) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 29) *Ad Bonif. hoc caput non pertinere, tam ipsa scribendi ratio, quam Dionysii Ex. silentium docet; cf. Berard.* II, 1, 241. 30) *Codd. coll. o.* 31) *Codd. coll. o. pr. A* 32) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Corr.* 33) in commune . . . essent: *AB* 34) *Iac. c.* 1. *v.* 17. 35) *Codd. coll. o.* 36) apud quem et a quo: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 37) *Codd. et Edd. coll. o.* 38) et Deo: *CEGH* 39) obsequia: *EGH* 40) *Codd. coll. o.* 41) vos: *deest: AC* || can. 3. 42) *est. c.* 7. *Conc. hab. ao.* 1089. *ap. Mansi* XX. — *Jaffé post no.* 4038. — *Coll. tr. P.* I, 55, 24. 43) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. — in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est. cf. Hugucc.* (*ap. Schulte Paleae p.* 15.) 44) sumere vel: *deest: orig.* 45) placiti: *ib.* 46) *add.:* observatione vel: *F;* obsecratione vel: *Ed. Bas.;* conversatione vel: *Edd. rel.* 47) *haec desumta sunt ex concil. hab. sub. Gregor. M. Romae ao.* 595. *ap. Mansi* IX, 1217. — *Jaffé post no.* 997. — *Ivo Decr.* V, 109.; *Polyc.* II, 1, 23. 48) *add.:* patrum: *orig. Polyc.* 49) aliq. omn.: *deest: orig. Ivo* 50) donatione: *F Edd. coll. o.;* datione: *Polyc.* 51) in ordin.: *F Edd. coll. o. Polyc.*

Pontifex manum inponit, euangelicam[52] lectionem minister legit, confirmationis autem eius[53] epistolam notarius scribit.]

C. IV. *Ab ordinato[54a] non debet aliquid exigi, sed nec uoluntarie oblata respui[55] oportet.*

Item Gregorius in Registro[56b] [lib. IV. epist. 44. siue cap. 88. in Sinodo Romae habita.]

Sicut episcopum non decet manum, quam inponit, uendere, ita minister uel notarius non debet in ordinatione eius uocem suam uel calamum uenundare[57]. §. 1.[58c] Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito[59], neque exactus ac[60d] petitus, post acceptas cartas et pallium offerre[61e] aliquid cuilibet ex clero gratiae tantummodo causa uoluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpae maculam ingerit[62], que non ex ambientis petitione[63] processit.

Gratian. *Auctoritate Bonifacii patenter ostenditur, quod, sicut nullus precio est inuitandus ad conuersionem, ita nulli pecuniae interuentu ecclesiae largiri oportet ingressum. Auctoritate uero Gregorii datur intelligi, quod pro ingressu ecclesiae non licet pecuniam exigere, sed spontanee*[64] *oblatam suscipere licet.*

II. Pars. *Item opponitur illud Apostoli* [I.] *ad Timotheum*, [cap. 5. u. 2.]

[C. V.][65]*

„*Viduas honora, que uere uiduae sunt. Que autem non sunt uere uiduae, id est que suis uel parentum opibus sustentari possunt, non recipiantur, ut ecclesia sufficiat his*[66a] *que uere uiduae sunt.*"

C. VI. *Qui sumptibus propriis sustentari possunt, ab ecclesia stipendia non accipiant*[67a].

Item Ieronimus ad Damasum Papam[68]*.

Clericos autem illos conuenit ecclesiae stipendiis sustentari, quibus parentum et propinquorum nulla suffragantur[69b]. Qui autem bonis parentum et opibus sustentari[70c] possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, et per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt.

C. VII. *Quibus sua sufficiunt alimentis ecclesiae non sustententur.*

Item Prosper in libro de contemplatiua uita, cap. X.[71a]

Pastor ecclesiae his[72b], quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando[73] nichil aliud sit habentibus dare quam perdere. Nec illi, qui sua possidentes sibi dari aliquid uolunt, sine grandi suo peccato unde[74] pauper uicturus erat accipiunt. De clericis quidem Spiritus[75c] sanctus dicit[76]: „Peccata populi mei comedunt." Sed sicut nichil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere uidentur, accipiunt, ita possessores non alimenta, quibus habundant, sed aliena peccata suscipiunt.

Gratian. *Verum his auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi non illi, qui quomdam fuerunt diuites, et*[77d] *omnia*[78e] *reliquerunt, ut*[79] *Petrus et Mattheus et Paulus*[80], *aut pauperibus distribuerunt, ut Zacheus, aut ecclesiae rebus adiunxerunt, sicut illi, qui predia sua uendentes ponebant precia ante pedes apostolorum, ut essent illis omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum residentes uel sua relinquere nolentes ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant.*

De quibus in eodem libro Prosperi, [c. 10.] *subinfertur*[81].

C. VIII. *Qui sua relinquere non uult sumptibus ecclessiae sustentari non debet.*

Si quis[82] propter hoc non uult sua relinquere, ut habeat unde uiuat, ut quid accipit[83], unde rationem reddat? ut quid peccatis alienis sua multiplicat? *Idem*[84a]: §. 1. Non est meum dicere, quale peccatum[85b] cibos pauperum presumendo suscipiant[86c]; qui ecclesiam, quam iuuare de propriis facultatibus debuerant[87], suis expensis insuper grauant, propter hoc fortassis in congregatione uiuentes, ne aliquos pauperes pascant, ne aduenientes excipiant[88], aut ne suum censum cottidianis expensis inminuant. §. 2. Quod[89] si aliquid de fructibus[90] suis ecclesiae uelud pro ipsa sua expensa contulerint, non se preferant inani iactantia illis, quos nichil habentes pascit et uestit[91d] ecclesia, quia perfectior[92] est ille, qui se mundi rebus expoliat, aut qui[93], cum nichil habuerit, nec habere desiderat, quam ille, qui ex multis, que possidet, ecclesiae aliquid prestiterit[94e], ac se de eo, quod prestiterit, forsitan iactat.

Gratian. *Ecce, qui prohibentur suscipi ab ecclesia. Illi uero, qui omnia sua relinquunt, uel pauperibus distribuunt, uel ecclesiae rebus adiungunt, et ab ecclesia laudabiliter sunt suscipiendi, et eius opibus sustentandi.*

Unde in eodem libro, [cap. 11.] *legitur*[95]:

C. IX. *Qui sua relinquunt*[96], *uel pauperibus distribuunt, uel ecclesiae rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica dispensant.*

Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit a populo dispensanda[97], et fideliter dispensat accepta, quia[98] omnia sua aut parentibus[99]* reliquit, aut pauperibus distribuit, aut ecclesiae rebus adiunxit, et se in numero pauperum paupertatis amore constituit, ut[100a] unde pauperibus subministrat, inde et ipse tamquam pauper uoluntarius uiuat. Clerici quoque, quos pauperes natiuitas[101b] fecit, cum perfectione uirtutis uitae necessaria siue in domibus suis, siue in congregatione uiuentes accipiant[102], quia ad ea accipienda[103] non eos[104c] cupiditas ducit, sed uiuendi necessitas cogit. §. 1.[105d] De talibus uidetur dicere Apostolus: „Qui in sacrario operantur que de sacrario sunt edunt, et qui altario[106e] deseruiunt cum[107] altario participantur"[108f]. Qui, nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum uellet intelligi, numquam secutus adiungeret: „Ita et Deus ordinauit his, qui euangelium annunciant[109], de euangelio uiuere." De[110] euangelio uiuunt qui nichil habere proprium uolunt; qui nec habent, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de euangelio

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. II. c. 4. a) ordinando b) Regesti c) Et paulo post: §. 1. d) neque e) dare — c. 5. a) iis — c. 6. a) potest ... accipiat b) suffrag. bona c) suis sustent. — c. 7. a) Prosper de cont. vita lib. II. cap. 9. et 10. b) iis c) per Prophetam Spiritus d) et: *deest* e) vero omnia — c. 8. a) Idem ibidem paulo superius b) quali peccato c) suscipiunt d) vescit e) praestat — c. 9. a) ita ut b) aut voluntas, aut nativ. c) eos habendi d) Et infra cap. 14.: §. 1. e) in altario f) participant

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Caput hoc in multis vetustis codicibus est coniunctum superiori.

C. VI. * Infra etiam 16. quaest. 1. cap. fin. citatur ex Hieronymo. Ac similia habentur in regula monachorum ex dictis Hieronymi, in c. *De paupertate,* et in glossa ordinaria ad c. 5. primae ad Timoth. et Hieronymo.

C. IX. * Aut parentibus: In aliquot manuscriptis Gratiani legitur: *aut pauperibus reliquit.* In vetusto autem Prosperi codice, et in concilio Aquisgranensi legitur: *quia omnia sua aut reliquit, aut ecclesiae rebus adiunxit.* Sed quoniam multa exemplaria Gratiani et Prosperi habent vulgatam lectionem, nihil est mutatum.

Causa I. Quest. II. can. 3. 52) *add.:* vero: *orig. Polyc.* 53) vero huius: *Ivo* || can. 4. 54) *BDEFGH* 55) sed vol... suscipi: *ABEGH* 56) *Codd. coll. o. — Gregor. ibid. continenter. — Ans.* VI, 91, (88.); *Ivo Decr.* V, 109. (*can.:* antiqua patr. regul.); *Coll. tr. P.* I, 55, 24. (*eod. modo*); *Polyc.* II, 1, 23. (*eod. modo*); *cf. c.* 1. X. *de sim.* 57) vendere: *C Ivo* 58) *Codd. coll. o. Ans.* 59) pacto: *Codd. et Edd. coll. o. pr. ABG* 60) *Codd. coll. o. Ivo;* aut: *Ans.;* ac appetitus: *Coll. tr. P.;* aut appetitus: *Polyc.* 61) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 62) gerit: *Ivo Coll. tr. P.* 63) accipientis ambitu: *orig. Ans. Polyc.* 64) spontaneo: *AB* || can. 5. 65) *in Codd. coll. o. haec ad Gratiani dictum pertinent. — in ipsa sacra scriptura paulo aliter proferuntur.* 66) *Codd. coll. o.* || can. 6. 67) *Codd. coll. o.;* non possunt . . . accip.: *AB* 68) *Caput incertum. — cf. C.* XVI. *qu.* 1. *c.* 68. 69) *Codd. coll. o. pr. D* 70) *Codd. coll. o.* || can. 7. 71) *Codd. coll. o. Imo Iulianus Pomerius, cuius hic liber est. — cf. Conc. Aquisgran. c.* 107. 72) *Codd. coll. o.* 73) quando quidem: *CD Edd. coll. o.;* quoniam: *F;* quoniam quidem: *EGH* 74) qui unde: *EGH* 75) *Codd. et Edd. coll. o. orig. ed. Migne* 76) *Os. c.* 4. *v.* 8. 77) *CEFGH;* sed: *AB* 78) *Codd. coll. o.* 79) *cf. Matth. c.* 5. *Luc. c.* 19. *Act. c.* 4. 80) *add.:* Apostolus: *AB* || can. 8. 81) *Concil. Aquisgran. ib.* 82) quis: *deest: orig.* 83) accepit: *EGH* 84) *Codd. coll. o.* 85) *Codd. coll. o.;* quale pecc. faciunt: *Ed. Bas.;* quale peccatum sit illis: *Edd. Lugdd.* II. III.; quale pecc. est: *Edd. rel.* 86) *Codd. coll. o. orig.* 87) debuerunt: *orig.* 88) suscipiant: *ib.* 89) Qui: *AB Ed. Bas.* 90) facultatibus: *EGH* 91) *Codd. coll. o. orig.* 92) *add.:* profecto: *ABD Edd. coll. o.* 93) quicunque: *CGH* 94) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C et Ed. Arg.* || can. 9. 95) *cf. Conc. Aquisgran. c.* 108. *et* 111. 96) relinquit: *AB et sic deinceps numer. singular.* 97) dispens.: *deest: AB* 98) qui: *AB Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Ven.* I. II. 99) parentib.: *deest: CF* 100) *Codd. et Edd. coll. o.* 101) *ib.* 102) venientes accipiunt: *AB;* accipiunt: *orig.* 103) cupienda: *AB* 104) *Codd. et Edd. coll. o.* 105) *Codd. coll. o. — ibid. cap.* 14. 106) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A — orig.* 107) de: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 108) *ABCDF;* participentur: *Ed. Bas.;* participent: *Edd. rel. — cf.* I. *Cor. c.* 9. *v.* 13. — altari: *AB* 109) enuntiant: *AB* 110) De evangelio . . . . nisi labor.: *deest: AB; in A manu posterioris aetatis addit. est.*

uiuere, nisi laborantem inde, ubi laborat, necessaria uitae percipere? Apostolus tamen, qui[111] sic euangelium predicauit, ut[112g] necessaria sibi[113] suis manibus ministraret, de se confidenter loquitur[114h]: „Ego autem nullo horum usus sum.“ Et quare dixerit[115i], secutus[116] aperuit, dicens: „Expedit mihi magis mori quam ut gloriam meam quis euacuet.“ Euacuari dicit gloriam suam, si ab eis, quibus predicabat, uoluisset accipere uitae temporalis[117] expensam. Nolebat quippe in presenti[118k] sui laboris fructum, sed in futuro recipere[119].

C. X. *Iuxta meritum laboris sacerdotes clericis[120a] ecclesiastica[121] stipendia distribuant.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 36.][122]

Clerici[123] omnes, qui ecclesiae fideliter uigilanterque deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitii sui meritum per[124] ordinationem canonum a sacerdotibus consequantur.

Gratian. *Multorum*[125]* *auctoritatibus luce clarius constat, quod ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere, ne et*[126] *ille, qui exigit, et ille, qui soluit, symoniae*[127] *crimen incurrat.*

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Sed adhuc obicitur, qui[1a] *ingressuri monasterium pecunias*[2] *tribuunt, non propositum religionis, sed participationem stipendiorum ecclesiae emunt. Temporalia ergo, non spiritualia ementes, nequaquam symoniaci habendi sunt.* §. 1. *His ita*[3b] *respondetur: Non solum qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa precio accipiunt*[4c] *symoniaci iudicantur. Unde Malachias*[5] *loquens ex persona Domini: „Quis est, inquit, in uobis, qui claudat*[6] *ostia et incendat altare meum gratuito? Non est uoluntas mihi in uobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam*[7] *de manu uestra.“ Ostia claudere non est sacri muneris offitium, sed tantum sibi adiunctum.*

Item Gregorius scribit uniuersis Yspanis Episcopis[8]:

C. I. *De his, qui sacros ordines munerum acceptione dispensant*[9a].

Audiuimus, dilectissimi, quod nos audisse[10] oportuit, sed audisse profecto non libuit, quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores, qui sub[11] munerum datione uel acceptione Dei ecclesias, uel earum beneficia sibi usurpant. Quod quidem scelus uos iam non dudum acriter correxisse uehementer admiramur; iuste enim uterque corripiendus est et a sanctae liminibus ecclesiae submouendus, et qui pro ecclesiae ambitu munera largitur[12], et qui ut ecclesiam[13] adeat quicquam presumit accipere. Iste quippe donum Dei emere, hic[14] autem uendere presumit. A sacrilegio quoque hoc facinus non dispar dixerim, cum id, quod sponte et sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniae pactione causatur. Quare, fratres karisisimi, que taliter facta sunt curiose refellite, infecta prohibete, uestrisque iussionibus resistentes digno anathematis uinculo percutere non dubitate.

C. II. *De his*[15a], *qui ecclesias uel ecclesiastica beneficia uendunt.*

Idem Rotomagensi Episcopo et Gallicis omnibus[16].

Si quis dator uel acceptor Dei ecclesias uel ecclesiastica beneficia (que quidam[17] prebendas uocant) sub pecuniae interuentu susceperit, siue dando emerit, siue accipiendo uendiderit, a Symonis non excluditur perditione. Sed si perseuerans fuerit, perpetua mulctetur dampnatione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari uoluerit, si quid acceperit[18b], et meritum perdit, et beneficio accepto frustratur. Rationis ergo uigore cogitur quod iniuste recepit[19c] restituere, et quicquid turpis lucri gratia receperat[20] non tenere.

C. III. *Ab offitio suspendatur*[21] *episcopus beneficia uel ecclesiastica offitia uendens.*

Item Gregorius VII. Papa [lib. VI. Reg. in Sinodo, cap. 4.][22]

Si quis episcopus[23] prebendas, archidiaconatus, prepposituras uel aliqua ecclesiastica[24] offitia uendiderit, uel aliter, quam statuta sanctorum Patrum precipiunt, ordinauerit, ab offitio[25a] suspendatur. Dignum est enim, ut, sicut gratis episcopatum accepit[26], ita membra eiusdem episcopatus gratis distribuat.

C. IV. *Nec altaria, nec prebendas episcopis uendere licet.*

Item ex Concilio Urbani Papae II. habito Aluerniae[27]*.

Quesitum est de episcopis, qui altaria monasteriis data frequenter redimi pecunia conpellebant, quia quidam symoniacae prauitatis usus in Galliarum partibus iam diutius inoleuit, ut ecclesiae uel decimae (que uulgari uocabulo apud eos altaria nuncupantur) monasteriis datae sepius ab episcopis sub palliata auarita uenduntur[28a], mortuis nimirum seu mutatis clericis, quos personas uocant. Nos[29] auctore Deo uenalitatem omnem tam ex rebus quam ex ministeriis ecclesiasticis propellentes hoc ulterius fieri auctoritate apostolica prohibemus, sicut[30] etiam prebendas omnes uenundandas interdicimus. Porro quecumque altaria uel decimas ab annis triginta et supra sub huiuscemodi[31] redemptione monasteria possedisse noscuntur, quiete deinceps et sine molestia qualibet eis possidenda firmamus. §. 1. Saluo utique episcoporum censu annuo, quem ex eisdem altaribus soliti sunt[32] habere.

C. V. *Quicquid data uel promissa pecunia in sacris ordinibus acquiritur irritum habeatur.*

Idem[33a]* [in Concilio Placentino, c. 1. et 2.]

Ea, que a sanctis Patribus de symoniacis statuta sunt nos quoque et[34] iudicio, et[35b] apostolica auctoritate firmamus. Quicquid igitur[36c] in[37d] sacris ordinibus, uel in ecclesiasticis rebus uel[38] data uel promissa pecunia acquisitum est, nos irritum esse et nullas umquam uires obtinere[39e] censemus.

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. II. c. 9. g) ut nec de evangelio viveret sed h) eloquitur i) hoc dixerit k) re praesenti — c. 10. a) clericis: *deest* — Quest. III. a) quod qui b) itaque c) accip. vel tribuunt — c. 1. a) iis — c. 2. a) iis b) accipit c) receperit — c. 3. a) ecclesiae officio — c. 4. a) vendantur — c. 5. a) Item b) sancti Spiritus et c) ergo d) vel in e) habere

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * **Multorum**: In vulgatis codicibus huic §. *Multorum*, praeponebatur hic titulus: *Item ex Concilio Urbani Papae habito Alverniae*, qui sublatus est, quoniam abest ab omnibus vetustis exemplaribus collatis, et in plerisque hic §. est initium sequentis tertiae quaestionis.

Quest. III. C. IV. * In summis capitulorum concilii Claromontensis habiti Alverniae (de quibus supra ad c. 1. Distinct. 60. dictum est) cap. 6. haec leguntur, quae ad caput hoc videntur spectare: *Ut altaria congregationibus canonicorum vel monachorum per personas data, mortuis personis libera redeant in manus episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scripta vel privilegia confirmata.*

C. V. * **Item**: Antea legebatur: *Item Gregorius.* Sed in aliquot vetustis recte est: *Idem*, nimirum Urbanus II., in cuius synodo haec habentur.

Causa I. Quest. II. can. 10. 111) qui: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 112) *Codd. et Edd. coll. o.* 113) sibi: *deest: ABC* 114) *Codd. coll. o.* 115) *Codd. et Edd. coll. o.* 116) secut.: *deest: AB* 117) corporalis: *orig.* 118) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 119) percipere: *ABF* || can. 10. 120) *Codd. coll. o. pr. D* 121) eccl.: *deest: ABF* 122) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 153. *Coll. tr. P.* II, 28, 35. 123) *add.:* etiam: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 124) vel: *Hisp.* — *Corr.* 125) *in ADEGH hoc loco est initium Quaestionis* III. 126) et: *deest: AB* 127) simoniace: *ib.*

Causa I. Quest. III. 1) *ABCD;* qui: *deest: EGH* 2) pecuniam: *AB* 3) *Codd. coll. o.* 4) *ABCDF pleraque manuscr. sec. Corr.* 5) *c. 1. v. 16.* 6) claudit: *EGH* 7) accipiam: *AB* || can. 1. 8) *caput incertum cf. Berard.* II, 2, 92.; *At Gregorio* VII. (1073—85) *attribuendum esse censet Jaffé no.* 3978. 9) *Codd. coll. o.* — vendunt: *AB* 10) audire: *AD Edd. coll. o. pr. Bas.* 11) sub: *deest: AB* 12) largiuntur *et sic deinceps: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 13) ad eccl.: *EGH* 14) emit ille: *ib.* || can. 2. 15) *Codd. coll. o.* 16) *De huius capitis auctore non constat, uidetur tamen ad Gregorii* VII. *tempora pertinere.* 17) quidem: *C Edd. Bas. Ven.* II. 18) *ABC Ed. Bas.;* accepit: *EG* 19) *BCFH;* acceperit: *D* 20) acceperat: *A Ed. Bas.* || can. 3. 21) suspendetur: *EGH* 22) *Conc. Rom.* V. *hab. ao.* 1078. *ap. Jaffé Monum. Gregor.* 333. — *Jaffé post no.* 3820. — *Polyc.* II, 4, 4. *Caes.* XIV, 9. 23) ep.: *deest: Polyc.* 24) eccl.: *deest: AB* 25) *ACF orig. Polyc.* 26) accipit: *F Ed. Bas. Polyc.* || can. 4. 27) *hab. ao.* 1095. — *Jaffé post no.* 4182. — *Eadem leguntur in Conc. Nemausensi, habito sub Urbano.* 28) *BDEFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 29) *add.:* autem: *C Edd. coll. o.* 30) sic: *AB Ed. Bas.* 31) huiusmodi: *EGH* 32) consueverunt: *ib.* || can. 5. 33) *Codd. coll. o.; add.:* Gregorius: *EGH* — *hab. ao.* 1095. *ap. Mansi* XX, 805. — *Jaffé post no.* 4147. — *Caes.* IV, 33. 34) et: *deest: ACEFH* 35) *Codd. et Edd. coll. o. orig., ubi legitur:* eorum 36) *ABCDF orig.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 38) vel: *deest: EGH* 39) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Turrecrem.; add.:* habere vel: *EGH* ||

C. VI. *Quicquid possidetur nomine pecuniae intelligitur.*

Item *Augustinus de doctrina*[40a] *Christiana.*

Totum, quicquid homines habent[41b] in terra, omnia, quorum Domini sunt, pecunia uocatur[42], seruus[43c], uas, ager, arbor, pecus; quicquid horum est pecunia dicitur. §. 1.[44d] Ideo autem pecunia uocata est[45], quia antiqui[46e], quod habebant, in pecoribus habebant.

C. VII. *Qui ecclesiastica beneficia emunt, ecclesias quoque emere probantur*[47a].

Item *Pascalis Papa*[48].

Si quis obiecerit, non consecrationes[49] emi[50], sed res, que[51b] ex consecratione proueniunt[52], penitus* desipere probatur. Nam cum corporalis ecclesia[53]**, ut[54c] episcopus, aut[55] abbas, aut[56] tale[57] aliquid[58] sine rebus corporalibus[59] in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter[60] uiuit, quisquis horum[61] alterum uendit[62], sine quo nec[63] alterum prouenit[64], neutrum inuenditum[65] derelinquit[66]. Nullus ergo[67d]*** emat ecclesiam uel prebendam, uel aliquid ecclesiasticum, nec pastellum, nec pastum antea[68] uel postea pro huiusmodi soluat.

C. VIII. *Quare in euangelio non prohibeatur, inuestitura ecclesiae a laicis fieri*[69a].

Item[70] *Urbanus* [II.] *Episcopus, seruus*[71] *seruorum Dei, dilecto filio L. Preposito ecclesiae sancti Vincentii*[72b] *apud Ticinum, salutem et apostolicam benedictionem*[73]*.

Saluator predicit[74] in euangelio, circa finem seculi pseudochristos[75] et pseudoprophetas surgere et multos seducere, et fideles suos in mundo multas habituros pressuras, sed tamen portas inferi non[76c] preualituras. Proinde (ut[77d] ait Apostolus[78], oportet esse hereses, ut qui probati sunt manifesti fiant) oportet nos cum Propheta[79] ex aduerso consurgere[80], et murum pro domo Israel opponere, et cum Apostolo[81e] per multas tribulationes intrare in regnum Dei[82], quoniam non[83] sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. §. 1. Igitur, quia innotuisti nobis, quod tibi obicitur, utrum uendere ecclesiasticam rem[84] symoniacum sit, hoc symoniacum esse patenter colligitur ex hoc, quod B. apostolus[85f] ait Symoni: „Pecunia tua tecum sit in perditione[86g] quia existimasti donum Dei pecunia possideri.“ Donum Dei quippe est Spiritus sanctus, et donum Dei est res ipsius[87h] ecclesiae oblata. Et, si bene animaduertis[88], Symon magus, qui ad fidem accessit[89i], non Spiritum sanctum[90k]**, quo erat ipse indignus (quoniam[91], ut scriptum est, Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum), sed donum eius[92l] emere uoluit, ut ex uenditione signorum, que per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apostolus emptionem Spiritus sancti (quam bene fieri non posse nouerat), sed ambitionem questus talis et[93] auaritiam, que est ydolorum seruitus, in eodem Symone exhorruit et maledictionis iaculo perculit[94]. Quisquis[95] igitur[96] res ecclesiasticas (que[97] Dei dona[98m] a[99n] Deo fidelibus, et a fidelibus Deo donantur, queque[100o] ab eodem gratis accipiuntur, et ideo gratis dari[101] debent) propter sua lucra uendit uel emit, cum eodem Symone donum Dei pecunia existimat possideri. Ideoque[102p], qui eas[103q] non ad hoc, quod[104r] institutae sunt, sed ad propria lucra munere[105] linguae, uel indebiti obsequii, uel pecuniae[106] largitur uel adipiscitur, symoniacus est, cum principalis intentio fuerit Symonis sola pecuniae causa[107s], auaritia uidelicet[108t], id est ydolatria, ut ait apostolus Paulus. Alioquin cur sinodus[109u] Calcedonensis DCXXX. episcoporum procuratorem uel defensorem ecclesiae, uel quemquam regulae subiectum adeo per pecuniam ordinari prohibet, ut[110] interuentores quoque tanti sceleris anathematizet, nisi quod eosdem symoniacos iudicet? Quod si prefati milites ecclesiae ob huiusmodi[111] scelus taliter percelluntur, nemo sapiens negabit, non militantes ecclesiae multo dampnabilius ob hanc causam, id est uenditionis uel emptionis, debere percelli. Sed beatus[112v] predecessor noster Pascalis[113]*** de consecratione affirmat, quod quisquis eorum alterum uendiderit[114], sine quo alterum non prouenit[115], neutrum non uenditum[116w] derelinquit, ac per hoc eum, qui rem ecclesiae uendit[117] uel emit, symoniacum esse intelligit[118x]. §. 2. In[119y] nomine uero procuratoris intelligit prefata synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum amministratorem, ut, uerbi gratia, prepositum, yconomum, uicedominum; defensoris nomine aduocatum siue castaldum, et iudicem; in subiecto regulae[120z] archipresbiterum[121], archidiaconum[122], canonicum, monachum uel quemlibet mancipatum ecclesiastico offitio. §. 3. Quod uero Spiritum sanctum, quantum in se est, uendat uel emat qui preposituram uel huiusmodi aliquid[123] uendit uel emit, audi Augustinum super Iohannem:

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. III. c. 6. a) de doctrina Christ. vel de dono disciplinae, cap. 1. b) possident c) servus sit, d) Et infra: §. 1. e) antiqui totum — c. 7. a) emerit ... probatur b) ipsas quae c) aut d) igitur*** — c. 8. a) C. VIII. De eodem b) Iuventii c) adversus ecclesiam non d) quia ut e) eodem Apostolo f) apost. Petrus g) perditionem h) ipsi i) ficte accessit k) sanctum propter Spiritum sanctum** l) sed ideo quantum in eis erat emere m) dona Dei sunt n) quoniam a o) quae p) Ideo q) easdem res r) ad quod s) causa: *deest* t) videlicet: *deest;* id est idololatria u) sancta synodus v) et beatus w) invenditum x) intelligitur y) In: *deest* z) vero regulae

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * **Penitus**: Deusdedit et Anselmus [et Polyc. et Berthold.] legunt: *videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus sapere.*

** **Corporalis ecclesia**: Deusdedit [et Ans. et Berth.] sic habet: *quum corporalis ecclesiae episcopus vel abbas sine rebus etc.* Reliqui collectores et vetusti codices Gratiani concordant cum vulgata lectione.

*** **Nullus igitur**: Deusdedit, Polycarpus, Ivo [Ans.] et codex manuscriptus decretorum Pontificum (in quo integra fere Paschalis epistola, unde caput hoc acceptum est, refertur) non habent haec verba; sed post verbum: *derelinquit,* continenter subiungunt: *Quam tamen obiectionem sacer* [sacri .... canones: Ans.] *Chalcedonensis canon penitus exterminat, etc.* Auctor vero huius capitis ac totius huius epistolae est Paschalis I. Nam in eo decretorum codice haec epistola Paschalis est post decreta Hadriani II., quum decreta Paschalis II. sint post Urbanum II., eo plane ordine, quo sibi successerunt; quod etiam ex sequenti capite indicatur.

C. VIII. * Integram epistolam Urbani II. dilecto filio L. praeposito ecclesiae B. Iuventii apud Ticinum refert Deusdedit in sua collectione.

** **Propter Spiritum sanctum**: Additae sunt hae duae voces, et totus hic locus emendatus est ex ipsa epistola, quemadmodum et alia nonnulla.

*** **Paschalis**: Antea legebatur: *Paschasius libro de consecratione.* Restitutus autem est locus ex vetustis codicibus et originali. Citatur enim hic quod habetur in capite antecedente ex epistola Paschalis Papae.

Causa I. Quest. III. can. 6. 40) *Codd. et Edd. coll. o.;* item: *deest: ABC; — legendum est* de disciplina Christiana (*c. 1. no. 6. Ed. Maur.*)*; etenim liber de dono disciplinae apocryphus est.* 41) *Codd. et Edd. coll. o.* 42) vocantur: *ABDG* 43) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* verna, uva: *EGH* 44) *Codd. coll. o.* 45) voc. est: *deest: orig.* 46) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 7. 47) *Codd. coll. o.* 48) *Caput apocryphum; cf. ad. C. I. qu. 1. c. 12.* — Pascasius: *B Alger.* — *Ans.* XIII, 33.; *Deusded.* IV, 53.; *Ivo Decr.* II, 84.; *Ivo Pan.* III, 123. (*can.:* fraternae mortis) *Polyc.* VII, 6, (5,) 35. (*can.:* frat. mort.); *Alger.* III, 39.; *Caes.* IV, 43. — *Eadem leguntur ap. Berthold. Constant., in op. de damnatione schismaticorum.* 49) consecrationem: *EGH* 50) emi: *deest: Ans. Deusd. Polyc. Alger.* 51) *Codd. et Edd. coll. o.* 52) *add.:* vendi: *Ans. Deusd. Polyc.* 53) ecclesiae: *Ans. Polyc.* 54) *ABEFGH Alger.* 55) vel: *AB Polyc.* 56) vel: *AB* 57) tale: *deest: EGH;* alius: *Ans.* 58) aliquis: *EGH Ans.* 59) *add.:* et (*deest: Deusded.*) exterioribus: *Ans. Deusd. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 60) corpor.: *deest: C;* temporaliter: *Deusded. Polyc.* 61) eorum: *EGH Ans. Deusd. Polyc.* 62) vendere: *Deusd.* 63) non: *Ans. Deusd. Polyc.* 64) provehit: *Ans.;* habere prouenit: *Deusd. Ivo Decr. Polyc.* 65) non venditum: *Ans. Deusd. Polyc.;* vendere non: *Ivo Decr. Pan.* 66) relinquit: *Ivo Decr. Pan.* 67) *Codd. coll. o. Alger. — haec magis videntur ad c. Pictaviense sub Urbano P. hab. pertinere.* 68) ante . . post: *A;* antea postea: *deest: EGH;* antea vel postea: *deest: Alger.* || can. 8. 69) *Codd. coll. o.: in AB:* eccles.: *deest; in CEGH antecedit:* de eodem. 70) Idem: *ABD* 71) servus . . L.: *deest: AB* 72) *Codd. et Edd. coll. o.* 73) *Ep. Urbani* II. (1088 —99) *ad Lucium praepositum S. Iuventii ap. Mansi* XX, 660. — *Jaffé no.* 4308. — *Deusdedit. T. II. a Corr. et R. citatur.* 74) praedixit: *orig. — cf. Matth. c. 24.* 75) pseudochristianos: *EGH;* pseudoapostolos: *Edd. Bas. Par. Lugdd.* II. III.; pseudoepiscopos: *D* 76) *Codd. et Edd. coll. o.* 77) *ib.* 78) I. *Cor. c. 11. v. 19.* 79) *Ezech. c. 13.* 80) surgere: *A;* ascendere: *orig.* 81) *Codd. et Edd. coll. o. — Act. c. 14.* 82) coelorum: *EGH* 83) *Rom. c. 8.* 84) ecclesiasticas res: *EGH* 85) *ACDFH — Act. c. 8. v. 20.* 86) *Codd. coll. o.* 87) *ABDF orig.* 88) animadvertitis: *ABD;* advertis: *orig.* 89) *ABCDFH Turrecrem.* 90) *Codd. et Edd. coll. o.* 91) quia: *EGH — Sap. c. 1. v. 5.* 92) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor.;* Donum dei: *Edd. coll. rel.* 93) id est: *orig.* 94) eum percussit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 95) *cf. infra c. 12.* 96) itaque: *orig.* 97) et don. Dei: *CDF Edd. coll. o. exc. Bas.* 98) *Codd. coll. o.* 99) *ABEGH;* quae a: *CDF Edd. coll. o. pr. Bas.;* et a: *Ed. Bas.* 100) *Codd. coll. o. orig.* 101) donari: *EGH* 102) *Codd. coll. o.* 103) *ib.* 104) *ib.* 105) munera: *Edd. Lugdd.* II. III. 106) pecunia: *orig.* 107) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A — Coloss. c. 3. v. 5.* 08) *Codd. et Edd. coll. o.;* idolatria: *Codd. coll. o.* 109) *Codd. coll. o. orig.* 110) ita ut: *EGH* 111) huiuscemodi: *EGH:* huius: *orig.* 112) *Codd. et Edd. coll. o.* 113) antecessor Paschasius libro de consecr. affirmavit: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* Paschal. de consecr. et de rebus quae proveniunt ex consecrat.: *orig. — cf. caput antecedens* 114) vendit: *orig.* 115) habere non potest: *ib.* 116) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *orig.;* venditum: *Edd. rel.* 117) vendidit: *EGH* 118) *CD Edd. coll. o. pr. Arg.* (intelligimus) *orig., ubi* esse: *deest — Corr.* 119) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 120) *ABCDF orig.* 121) archiepiscopum: *AH* 122) *add.:* diaconum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 123) aliq.: *deest: orig.*

„O quot prepositurasϯ secernunt[124aa]! Alterum[125] prepositum habet Cartagini[126bb] Primianus[127], alterum[128cc] in[129dd] Mauritania Rogatus, alterum habet in Numidia ille uel ille[130ee], quos iam nec nominare sufficimus. Circuit[131] ergo aliquis emere columbam; unusquisque laudat prepositum suumϯϯ, quod uendit, etc." Ecce uenerabilis Augustinus, de prepositurae distractione agens, in[132ff] nomine columbae sancti Spiritus uenditionem uel emptionem accipit[133], sicut et[134] omnes huius euangelici capituli tractatores. §. 4. Pensandum uero est, qua pena mulctentur qui iam Deo et ecclesiae suae oblata uendunt uel emunt, si cum flagellis eiecti sunt a templo[135] Dei qui que Deo erant offerenda uendebant uel[136] emebant. Si de[137] offerendorum uenditoribus uel[138] emptoribus dictum est[139]: „Vos fecistis domum patris mei domum negotiationis, et speluncam latronum:" quid dicetur de ecclesiae iam oblatorum[140] uenditoribus uel[141] emptoribus? §. 5. Et ne quis insanus obiciat, merito hoc Dominum tam acerbe uindicasse, quia tunc illa in Dei templo[142] uendebantur, ecclesiasticae uero res modo extra templum distrahantur[143gg], attende superius[144] Augustinum non terminantem[145hh] locum uenditionis uel emptionis prepositorum[146], sed tantum indefinite dicentem: „Circuit[147] aliquis emere columbam; unusquisque prepositum[148] suum laudat, quod[149] uendit;" non adiciens, in templum[150ii], uel extra templum. Hec[151] contra[152kk] uenditores uel emptores rerum sacrarum sufficiant[153].

C. IX. *Ministri et seruitores ecclesiae absque ulla uenalitate ab episcopis ordinentur.*

Item Alexander [II.] *Episcopus, seruus seruorum Dei, Lucensis ecclesiae clero et populo in perpetuum*[154a]*.

Ex multis temporibus hoc detestabile malum intra uestram[155] ecclesiam inoleuisse cognouimus, ut nulli umquam clerico, quamuis religioso, quamuis scientia et moribus predito, ecclesiasticum beneficium concederetur, nisi ei, qui profano pecuniae munere illud emere studuisset, fiebatque[156] ecclesia et res eius ita uenalis, uelud quedam terrena et uilis merces[157b] a negotiatoribus ad uendendum exposita. Quod malum quam detestabile, quantum Deo sanctisque[158] sit[159] contrarium, et sacri canones docent, et fere omnibus manifestum existit. Ista sentencia inuenitur in II. cap. Calcedonensis sinodi[160c]. §. 1. Calcedonense[161] concilium namque[162], unum ex principalibus, simili pena condempnat eos, qui[163] ecclesiae beneficium interuentu pecuniae acquirunt, et eos, qui sacram manus inpositionem (per quam Spiritus sanctus confertur) mercari dinoscuntur. Utrosque enim auctoritate inexpugnabili, illos a beneficio, istos a[164] sacro ordine iubet expelli[165]. Unde humani generis redemptor omnes ementes et uendentes de templo eiciens cathedras uendentium columbas euertit, nummulariorum effudit[166] es, precepti sui auctoritate denuncians et dicens[167]: „Nolite facere domum patris mei domum negotiationis." §. 2. Illud quoque in eodem facto sollicite considerate, quod per totum textum sancti euangelii nusquam reperitur, Dominum tanta[168] seueritate, tam districta censura iustitiae peccantes corripuisse, cum non solum eloquio increpans, uerum etiam facto flagello de funiculis uerberans omnes eliminauit de templo, aperte demonstrans, quod tales negotiatores non sicut ceteri peccatores sunt[169] corripiendi, sed a templo Dei, id est a[170] sancta ecclesia, longius sunt proiciendi. Nam sicut per columbarum uenditores illi denotantur, qui sacram manus inpositionem uendere conantur, sic per nummularios ecclesiastici beneficii uenditores designantur, qui domum Dei euangelio teste speluncam latronum efficiunt. §. 3. Quapropter ego Alexander, sanctae Romanae ecclesiae et apostolicae sedis episcopus, imo minister indignus, tot et tanta mala in multis ecclesiis et maxime in Lucensi ecclesia ex iniqua concupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis iniquorum a districto iudice de manu nostra requiratur, illa extirpare et penitus eradicare decreuimus. Constituimus itaque[171] et presenti decreto firmamus (sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur), nullum[172d] deinceps episcoporum beneficium ecclesiae (quod quidam canonicam[173], uel prebendas, uocant seu etiam ordines) pro aliquo precio uel munere clericis audeant[174e] umquam conferre, sed omnes[175] ministros et seruitores ecclesiae gratis et absque ulla uenalitate in sancta ecclesia studeant ordinare. Nec eligant[176] in domo Domini qui maiores sacculos pecuniae conferant, sed eos, qui moribus et scientia[177f] diuites pro offitio suo ipsam ualeant sustentare ecclesiam. Constituimus et eodem modo firmamus, ut nullus cuiuscumque gradus clericus pro ecclesiae beneficio audeat aliquid conferre aut fabricae[178] ecclesiarum uel in[179g] donariis ecclesiarum, siue etiam quod pauperibus sit tribuendum[180], quia (teste scriptura)** qui aliquid male accipit, ut[181h] dispenset bene, grauatur potius quam iuuatur[182]. Quod si aliquis, diuinorum preceptorum et animarum salutis inmemor, prefatum beneficium[183] ecclesiae iniqua cupiditate ductus emere[184] uel uendere temerario ausu presumpserit, sicut in Calcedonensi concilio diffinitum est, gradus sui periculo eum subiacere decreuimus[185i], nec ministrare possit[186] ecclesiae quam pecunia uenalem fieri concupiuit, et insuper terribilis[187k] anathematis mucrone perfossus[188], nisi resipuerit, ab ecclesia Dei, quam lesit, modis omnibus abscidatur[189l].

C. X. *Qui dona Dei uendunt uel emunt, pariter a Deo dampnantur.*

Item Gregorius *homelia XIII.*[190a]

Vendentes et ementes de[191b] templo eliminauit[192c] Christus, quia uel eos, qui pro munere inpositionem manuum tribuunt, uel eos, qui donum Dei[193d] emere nituntur, dampnat. *Item*[194e]: §. 1. In templo uendentes sunt, qui hoc, quod quibusdam iure conpetit, ad premium largiuntur. Iustitiam enim uendere est hanc pro premii acceptione[195f]

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. III. c. 8. aa) fecerunt bb) Carthagine cc) alterum habet Maximianus, alterum dd) habet in ee) habent in Num. illi et illi ff) in: *deest* gg) distrahuntur hh) determinantem ii) templo kk) circa — c. 9. a) populo salutem perpetuam b) merx c) Ista sentencia ... synodi: *deest* d) ut nullus e) audeat f) disciplina atque scientia g) in: *deest* h) ut quasi i) decernimus k) terribili l) abscindatur — c. 10. a) hom. XXXIX. b) e c) eliminat d) Spiritus e) Item infra f) acceptatione

NOTATIONES CORRECTORUM.

ϯ O quot praeposituras: Apud B. Augustinum (cuius multi vetusti codices hoc loco collati sunt) legitur: *o quot proposita fecerunt! alterum propositum, etc.* Apud Urbanum vero ubique est: *proposta* et *propostum*.

ϯϯ Praepositum suum: Apud B. Augustinum legitur: *unusquisque ad propositum suum laudat quod vendit.* In epistola vero Urbani: *unusquisque propostum suum laudat, quod vendit.* Nomine autem propositi apud B. Augustinum interdum significari sectam quandam constat ex 2. lib. contra Cresconium, cap. 56.

C. IX. * Exstat integra haec epistola in bibliotheca Vaticana post librum Anselmi Lucensis.

** Teste scriptura: Hic referuntur verba ipsa B. Gregorii ex epistola ad Syagrium, quae habentur sup. eadem quaest. 1. c. *Non est putanda.*

Causa I. Quest. III. can. 8. 124) *ABCDF Ed. Bas.; add.:* vel sequuntur: *EGH Edd. coll. rel.* 125) alium: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 126) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* Carthaginem: *Ed. Lugd.* I.; Carthaginensis: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 127) principatus: *A Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; Priscillianus: *C;* Priscianus: *D;* Principianus: *H;* Principarius: *EG;* Princianus: *B* 128) *Codd. et Edd. coll. o.* 129) *ib.* 130) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (ille et ille) 131) circumit: *orig. — Ioan. c.* 2. 132) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 133) accepit: *EGH* 134) et: *deest: ib.* 135) a Deo de templo: *ib.* 136) et: *ib.* 137) deo: *ABD:* a deo: *EGH* 138) et: *EGH* 139) *Matth. c.* 21. 140) eccl. oblationum: *AB* 141) et: *EGH* 142) domo: *AB* 143) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *orig.* 144) super his: *Augustin.* 145) *Codd. coll. o.* 146) propositorum: *orig.* 147) circumit: *ib.* 148) propositorum: *ib.* 149) quem: *AB;* qui: *C* 150) *Codd. coll. o.* 151) hoc ... sufficiat: *EGH* 152) *Codd. coll. o. orig.* 153) suff.: *deest: orig.* || can. 9. 154) *Codd. coll. o. pr. A* (in perp.: *deest*); — *Ed. Bas.; huius ep. scriptae ao.* 1068 *duplex forma est, altera brevior, quae apud Gratianum profertur, altera multo longior, quae a Mansio publici iuris facta est* (XIX, 986.) — *Jaffé no.* 3490. 155) in vestra ecclesia: *EGH;* ipsam: *orig. ap. Mansi* 156) fiebat: *orig.* 157) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 158) *add.:* eius: *A;* suis: *Edd. Lugdd.* II. III.; eius: *Ed. Bas.* 159) sit: *deest: EGH* 160) *Codd. et Edd. coll. o.;* Calced. concilii: *AB;* secundo canone: *Edd. coll. o.* 161) *cf. supra qu.* 1. *c.* 8. 162) nempe: *orig.* 163) qui ... eos: *deest: orig.* 164) a: *deest: ib.* 165) repelli: *ib.* 166) effundit: *ib.* 167) *Ioan. c.* 2. *v.* 16. 168) in tanta: *EGH* 169) sunt: *deest: CEGH* 170) a: *deest: EGH* 171) istas: *orig.* 172) *Codd. coll. o.* 173) canonicatum: *Edd. Arg. Nor.;* canonicas: *Corr.* 174) *ABCEGH* 175) etiam: *orig.* 176) eligantur: *ABC Edd. Arg. Bas. Ven.* I. II. *Nor.* 177) *Codd. coll. o.* 178) fabricis: *BDF;* in fabrica: *EGH* 179) *Codd. coll. o.* 180) distribuendum: *EGH* 181) *Codd. et Edd. coll. o.* 182) iuvetur: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* 183) iam benef.: *ABF* 184) vel em.: *ABF* 185) *Codd. coll. o.* 186) posse: *EGH* 187) *ABDEH* 188) defossus: *EGH* 189) *Codd. coll. o.* || can. 10. 190) *A* (*add.:* in) *CF;* VIII.: *BD:* in hom. XIV.: *EGH — Hom.* XXXIX. *no.* 2. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* V, 88.; *Ivo Pan.* III, 19.; *Caes.* IV, 13. 191) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 192) *Codd. coll. o. pr. B* 193) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 194) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* item ibidem: *Ivo Decr. — ibid. no.* 6. 195) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Nor. Ven.* I. — *orig. Ivo Decr. Pan. — Corr.*

seruare. Ementes uero in templo sunt, qui, dum hoc quod iustum est, proximo persoluere[196] nolunt, dumque rem iure debitam facere contempnunt, dato patronis precio[197] emunt[198] peccatum.

C. XI. *Qui gratiam, quam a Deo accipiunt, non gratis exercent, uenditores sunt columbarum*[199].

Item Beda [ad cap. 2. Ioannis][200].

Non solum[201] uenditores sunt columbarum, et domum[202] Dei faciunt domum negotiationis, qui sacros ordines, largiendo precium pecuniae, uel laudis, uel etiam honoris inquirunt; uerum hi[203a] quoque, qui gradum uel gratiam in ecclesia spiritualem, quam Domino largiente perceperunt, non simplici intentione, sed cuiuslibet humanae causa retributionis exercent contra illud Petri apostoli[204]: „Qui loquitur, quasi sermones Dei; qui ministrat, tamquam ex uirtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus.“[205b] Quicumque ergo tales sunt, si nolunt ueniente Domino de ecclesia auferri, auferant[206] ista de actibus suis, ne faciant domum Dei domum negotiationis.

Gratianus[207]. *Res ecclesiae, que uel ex consecratione proueniunt, in suum ius uel ui, uel aliquo munere aliquem*[208] *conuertere non debere, docens*[209] *sanctus Urbanus ait.*

C. XII. *Que ex consecratione proueniunt, nemo in suum ius ui uel munere conuertat.*

Quisquis* res ecclesiasticas (que dona Dei sunt, quoniam a Deo fidelibus, et a fidelibus Deo donantur, queque[210] ab eodem gratis accipiuntur, et ideo gratis dari debent) propter sua lucra uendit uel emit, cum eodem Symone donum Dei pecunia possideri existimat.

C. XIII. *Symoniaci sunt episcopi, qui decimas et oblationes laicis, non clericis distribuunt*[211a]

Item Gregorius VII.[212]*

Peruenit ad nos[213] fama sinistra, quod quidam episcoporum non sacerdotibus propriae diocesis decimas atque Christianorum oblationes conferant, sed potius laicalibus personis, militum uidelicet siue seruitorum, uel (quod grauius est) consanguineis. Unde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini precepti transgressor, inter maximos hereticos et antichristos[214b] non minimus[215] habeatur, et, sicut Nicena sinodus de symoniacis censuit, et qui dat episcopus, et qui recipiunt ab eo laici, siue precio, siue beneficio, eterni incendii ignibus deputentur.

C. XIV. *Spiritum sanctum uendit, qui decimas pro*[216] *pecunia tribuit.*

Item Pascalis II.[217]*

Altare et decimas per pecuniam dare, et Spiritum sanctum uendere symoniacam heresim esse, nullus fidelium ignorat.

C. XV. *Careat honore male acquisito, qui ecclesiastica beneficia per pecuniam*[218a] *inuenire temptauerit.*

Item Innocentius Papa[219b] [II. in Sinodo Romana, cap. 2.]

Si quis prebendas[220], uel prioratum, seu decanatum[221], aut honorem[222], uel promotionem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum ecclesiasticum, utputa[223c] crisma, uel oleum sanctum[224], consecrationes[225d] altarium uel ecclesiarum, interueniente execrabili ardore auariciae per pecuniam acquisiuit[226e], honore male acquisito careat, et emptor atque uenditor, et interuentor nota infamiae percellantur, et nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis ante uel post[227f] aliquid[228] exigatur, uel ipse dare presumat, quoniam symoniacum est; sed libere absque[229g] diminutione[230] aliqua collata sibi dignitate atque beneficio[231]* perfruatur.

Gratian[232]. *De secunda questione et tertia quid sacri canones diffiniant, auctoritatibus hinc inde in medium deductis patefactum est.*

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Nunc ergo de quarta questione est pertractandum, an paternum crimen huic inputetur, quod eo ignorante constat admissum? Quod ignorantia hunc excuset, multorum auctoritatibus probatur.*

Ait enim Augustinus, [ep. XLVIII. ad Vincentium][1]:

C. I. *Alienum crimen nescientem non maculat.*

Nullius[2] crimen maculat nescientem.

[C. II.][3a]

Item [in eadem epistola][4b]*

Quis locus innocentiae relinquitur, si alienum crimen maculet[5c] nescientem?

C. III. *De infantibus, qui ab hereticis baptizantur.*

Item in Affricano Concilio, [c. 14.] *legitur*[6]:

Placuit[7] de infantibus[8], qui ab hereticis baptizantur, neque suo[9a] hoc[10b] iudicio fecerunt[11], cum ad ecclesiam

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. III. c. 11. a) ii b) Deus per Iesum Christum — c. 13. a) Simoniacus est episcopus . . . distribuit. b) inter antichrist. — c. 15. a) pro pecunia b) Papa: *deest* c) utpote d) et consecrat. e) comparaverit f) post a quoquam g) et absque — Quest. IV. c. 2. a) C. II. De eodem. b) Idem c) maculat — c. 3. a) ne quod non suo b) hoc: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Quisquis: Haec sunt ex epistola Urbani II. quae refertur supr. c. *Salvator*. Verba autem antecedentia nusquam reperta sunt, quamvis similia quaedam, dissimili tamen sententia, legantur in epistola B. Urbani I. In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus caput hoc sic citatur: *Item Beda ex epistola Urbani Papae*, quod non cohaeret.

C. XIII. * Infra etiam 16. quaest. 7. c. *Pervenit*. citatur caput hoc ex Gregorio. Ac sane Lambertus Schafneburgensis narrat, episcopum quendam Bambergensem ecclesiam illam contra excommunicationem et privationem Gregorii VII. favore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuisse, et in ipsius Gregorii regesto lib. 6. epist. 5. simile quiddam reprehenditur in Herimanno episcopo Metensi.

C. XIV. * Supra ead. q. 1. c. *Presbyter*. hoc idem tribuitur Gregorio, quod hic Paschali II. Et fortasse Paschalis hoc, ut multa alia, accepit a Gregorio VII. quae ipse innovavit. In Polycarpo lib. 3. tit. 11. citatur ex concilio Toletano.

C. XV. * Beneficio: Ex duobus manuscriptis huius concilii exemplaribus in uno sic legitur, in altero vero: *officio*.

Quest. IV. C. II. * Verba B. Augustini [et Coll. tr. P.] sunt haec: *Quis locus innocentiae reservatur, si crimen est proprium* [perpetuum: Coll. tr. P.] *nescire crimen alienum?*

Causa I. Quest. III. can. 10. 196) solvere: *AEGH* 197) praemio: *orig.* 198) emitur: *ABDF Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 11. 199) sunt: *deest: EGH* 200) *Ivo Decr.* V, 97.; *Ivo Pan.* III, 124. 201) soli: *orig.* (*ed. Migne*) 202) dom.: *deest: Ivo Pan.* 203) *ABC orig. Ivo Decr. Pan.* 204) apost.: *deest: Ivo Decr.* — *I. Petr. c. 4. v. 11.* 205) *Codd. et Edd. coll. o.* 206) auferent: *orig.* || can. 12. 207) *Haec quae in Ed. Rom. et ABCDFH pars canonis sequentis sunt, sine dubio Gratiani sunt verba, ut etiam ex EG apparet.* 208) ius nemo uel aliq. munere vel aliqua ui: *AB* 209) *cf. supra c. 8.* 210) quaecunque: *EGH* || can. 13. 211) *Codd. coll. o. pr. AD* — tribuunt: *CEG* 212) *R. similem sententiam in C. Romano* V. *hab. ao.* 1078. *c.* 1. *et* 6. *inveniri censet, quae res eum fefellit. — apud Polyc. citat. ex Concilio Africano et Gregorii* VII. *canon antecedit, quod erroris causam praebuisse potest.; In Ed. Lugdd.* II. III, *citatur nomine Paschasii* II. — *cf. infra C.* XVI. *qu. 7. c. 3.* — *Polyc.* III, 11, 5. (*canon multo amplior est*) 213) ad magnam conventus nostri synodum: *Polyc.* 214) *Codd. coll. o.* 215) minus: *AH* || can. 14. 216) pro: *deest: EGH* 217) *fragm. Epist. Paschalis* II. (1099—1118) — *Jaffé no.* 4867. — *R. canonem ex Conc. Pictav. hab. ao.* 1100. *sumtum esse putavit.* — *Polyc.* III, 11, 6. (*ex Conc. Toletano can.*: Quoniam quidam in sacro); *Caes.* XIV, 12. || can. 15. 218) *Codd. coll. o. pr. CD;* ad eccles. benef. . . venire: *EGH* 219) *Codd. coll. o. pr. A — hab. ao.* 1139. *ap. Mansi* XXI, 526. — *Jaffé post no.* 5681. — *Ivo Pan.* VIII, 138. (ex Conc. Cabil.; *can.*: statuimus ut) — *Eadem leguntur in conc. Remensi hab. ao.* 1131. 220) praebendam: *orig.* 221) vel diaconatum: *Ivo* 222) aut hon.: *deest: ACEGH* 223) *Codd. et Edd. coll. o.* 224) sanctificatam: *CD Ed. Bas.* 225) *BCF orig. Ivo* 226) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (acquisiverit); *orig. Ivo* 227) *Codd. et Edd. coll. o.* 228) aliq.: *deest: EGH* 229) *Codd. et Edd. coll. o.* 230) imminutione: *Ivo* 231) atq. ben.: *deest: ib.* 232) *in EGH hoc loco initium est novae quaestionis.*

Causa I. Quest. IV. can. 1. 1) *Ep.* 93. *no.* 15. *scr. ao.* 408. *Ed. Maur.* — *Coll. tr. P.* II, 50, 31. 2) *add.*: certe: *Coll. tr. P.* || can. 2. 3) *Codd. coll. o.* — *cf. Rolandus ed. Thaner* LXIX. 4) *Codd. coll. o.* — *ib. no.* 15. *Coll. tr. P. ib.* 32. 5) *ABEFGH* || can. 3. 6) *c.* 48. *Conc. Carth.* III. *hab. ao.* 397. *ap. Isid.; c.* 14. *ap. Dionys.* — *Bruns* I, 133. — *Alger.* III, 27. 7) plac. et: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 8) *add.*: solis: *Alger.* 9) *Codd. et Edd. coll. o.* 10) *Codd. coll. o.* 11) fecerint: *Alger.*

Dei salubri proposito fuerint reuersi[12c], ne[13d] parentum error illos inpediat, quo minus[14] promoueantur sacri altaris ministerio[15e]

C. IV. *De eodem.*

Item in eodem, [c. 24.][16]

Qui apud Donatistas paruuli baptizati sunt, nondum scire ualentes erroris interitum[17a] si[18b] postquam[19c] ad etatem rationis capacem peruenerint[20d], agnita ueritate falsitatem abhorrentes eorum, ab ecclesia[21e] ordine[22f] antiquo per manus inpositionem recepti sunt, tales ad suscipiendum munus clericatus non debet inpedire nomen erroris.

C. V. *Consanguineorum maleficia*[23] *in nullo clericis obsunt, nisi conscii fuerint.*

Item Leo IV. Ebruino et Adelfrido[24a].

Quia presulatus nostri (quod bene nostis) magisterium non solum de sacerdotum, uerum etiam secularium[25b] utilitatibus debet esse sollicitum, propterea fraternitatem uestram scire uolumus, hunc presentem presbiterum ad sedem apostolicam uenisse, nobisque uiolentiam et excommunicationem suam per ordinem retulisse; quod etiam sine iusto legis tramite illi sua fuisset[26] ablata ecclesia, similiter indicauit, quam alius dato munere sacerdos zelo ductus inuidiae usurpare presumpsit. Inde parentes eius magno dolore conpulsi presbiterum illum, qui suam tenebat ecclesiam, mox conprehenderunt, et oculos eius[27c] eruerunt. Tamen ipse[28] sepe dictus sacerdos dicit, quod absque sua uoluntate siue[29d] consilio hoc sit peractum. Quod si ita est, ut ipse nobis suo ore testatus est, uobis magnopere prouidendum est, ut, si ipse canonice excommunicatus non est, canonica super eum fiat remissio.

[C. VI.]

[*Videas infra in Dicto Gratiani post can.* 9.]

C. VII. *Perfidia parentum filiis obesse non debet.*

Item ex Concilio Tolletano IV. [c. 60.][30]

Iudei baptizati, si postea preuaricantes in Christum qualibet pena dampnati extiterint, a rebus eorum fideles filios excludi non oportebit[31], quia scriptum[32] est: „Filius non portabit iniquitatem patris."[33]

C. VIII. *Non inputantur*[34] *peccata parentum his*[35a], *qui ab eis personaliter diuisi*[36] *probantur.*

Item Augustinus ad Bonifatium, [epist. XXIII.][37]

Iam itaque, cum homo in se ipso, ab eo, qui genuit[38b] alter est effectus, peccato alterius sine sua consensione[39] non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia unus erat cum illo et in illo, a quo traxit, quando quod contraxit[40c] admissum est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua unoquoque propria uita uiuente iam est, unde[41] dicatur: „Anima, que peccauerit, ipsa morietur." Ut autem possit regenerari per offitium uoluntatis alienae, cum offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus, ex quo regeneratur oblatus.

Hinc etiam Gregorius in lib. XXVI. Moralium [c. 8., in cap. 35. Iob.][42]:

C. IX. *Ei, qui imitatur, inpietas alterius nocet*[43].

„Homini[44], qui similis tui est, nocebit inpietas tua, et filium hominis adiuuabit iustitia tua." Humana inpietas ei nocet, quem peruertendo inquinat[45], et rursus eum adiuuat[46] nostra iustitia, quem a prauis actionibus inmutat[47a]. Nocere enim uel adiuuare[48b] nesciunt ea, que uel[49] a bono corrumpere, uel a malo permutare uon possunt.

Gratian. *Contra*[50c] *Dominus ad Moysen*[51]: „*Ego sum Deus zelotes, qui uisito peccata patrum in filios usque in tertiam generationem et quartam,*" *licet non inequalitate iudicii, sed magnitudine clementiae Augustinus hoc dictum asserit, ita dicens:* „*In tertia et quarta generatione peccata*[52d] *patrum se Dominus comminatur in lege filiis redditurum, non inequalitate iudicii, ut alii peccent et alii puniantur, sed magnitudine clementiae, dum semper expectat penitentiam*[53e] *et quod in prima generatione delinquitur non prius corripit*[54f] *et emendat, nisi tertia*[55g] *et quarta generatio euenerit.*"[56h] *Digestis tit. de penis* [c. VI.][57]: „*Crimen uel pena paterna*[58] *nullam maculam*[59] *filio infligere*[60] *potest. Namque*[61] *unusquisque ex suo admisso*[62] *sorti subicitur, nec alieni criminis successor constituitur. Idque*[63] *etiam*[64i] *diui fratres Ierapolitanis rescripserunt.*" *Cum ergo de baptizatis ab hereticis Innocentius scribat*[65]: „*Lex est ecclesiae his*[66k], *qui ab hereticis baptizati sunt, per manus inpositionem laicam tantum prebere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem uel exiguum*[67] *subrogare*": *patet, quod infantes, qui ab hereticis baptizati sunt, sola excusat ignorantia, ut iuxta illud Affricani concilii ad suscipiendum clericatus offitium non eos inpediat nomen erroris.*

Item sicut Augustinus[68]* *scribit ad Auxilium Episcopum*, [epist. 75.]:

[C. X.][69a]

„*Non inputantur filiis peccata parentum, que post eorum natiuitatem a parentibus committuntur; nec pro peccatis parentum spirituali pena filii sunt plectendi.*"

[Gratian.] *Offitio autem uel beneficio ecclesiae priuari, spiritualis pena est: non igitur hanc ex patris peccato promeretur filius. Item si excusatur, qui ignoranter a symoniaco ordinatur, ut sup. in cap. Urbani legitur, et iste excusandus est, qui per ignorantiam symoniace ordinatur.*

II. Pars. *Sed obicitur illud Gregorii*[70]*:

C. XI. *De ecclesia, que pactione consecratur.*

Ecclesia, que pactione consecrata fuerit, potius execrata quam consecrata dici debet.

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. IV. c. 3. c) conversi d) ne: *deest* e) ministri — c. 4. a) eorum interitum b) et c) postea quam d) pervenerunt e) ad ecclesiam f) Dei catholicam per universum mundum diffusam ordine — c. 5. a) Ebrunio et Adelfredo Episcopis b) de saecular. c) ei d) et sine eius — c. 8. a) iis b) genuit eum c) traxit — c. 9. a) mutat b) iuvare c) Econtra d) peccatum e) ad poenitent. f) corrigit g) et tertia h) venerit i) etiam: *deest* k) iis — c. 10. a) C. X. De eodem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * In aliquot vetustis exemplaribus et caput hoc et sequentia usque ad finem quaestionis, coniuncta sunt superiori. Nam sententiis hinc inde acceptis, verba fere de suo (quod saepe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem partis sententia est apud B. Augustinum loco indicato. Verba autem ipsa referuntur infra 24. q. 3. c. *Si habes.*

C. XI. * Gregorii: In aliquot vetustis codicibus legitur: *Augustini.* Anselmus vero citat ex Alexandro secundo.

Causa I. Quest. IV. can. 3. 12) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 13) *Codd. coll. o.* 14) imp. ne promov.: *Alger.* 15) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Alger.;* ad ministerium: *Edd. coll. rel.* || can. 4. 16) *Richt. can. 2. Conc. Carthag.* V. *hab. ao.* 401. *esse censet, quem tamen nobis quidem neque apud Dionys, neque ap. Isidorum invenire licuit. — Deusdedit. P.* II. *a Corr. et R. citatur. — Alger.* III, 27. 17) *Codd. coll. o.;* error. sui: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 18) *Codd. coll. o.* 19) *Codd. coll. o. Alger.* 20) *ACEH Ed. Bas.;* perveniunt: *B Edd. rel. pr. Lugd.* II. (proveniunt) 21) *ABCDF Edd. coll. o.;* ab ecclesiastico: *EGH* 22) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* || can. 5. 23) molestia: *EGH* 24) *A* (Eberuino) *BCDF Coll. tr. P.;* Elbruino: *EGH;* episcopis: *quod in Ed. Rom. legitur, deest in Codd. coll. o. — fragment. epist. Leon.* IV. (847—55) *quam Erpuino Silvanectensi et Hermenfrido Bellovacensis ecclesiae episcopis directam fuisse suspicatur Berardus. — Jaffé no.* 2000. — *Coll. tr. P.* I, 60, 18. 25) *ABDFH Coll. tr. P.* 26) esset: *EGH* 27) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Coll. tr. P.* 28) ipse: *deest: Coll. tr. P.* 29) *Codd. coll. o.;* sive eius cons.: *Coll. tr. P.* || can. 7. 30) *imo c.* 41. *Concil. Tolet.* IV. *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 238.; *Coll. tr. P.* II, 37, 20. 31) oportebat: *B;* oportet: *DF;* potest vel oportebit: *GH;* possunt: *E* 32) ut script.: *orig. — Ezech. c.* 18. 33) *add.:* pater portat iniquitatem filii: *C;* et pater non portabit iniq. fil.: *Edd. coll. o. pr. Arg.* || can. 8. 34) imputentur: *EGH* 35) *Codd. coll. o.* 36) *add.:* naturaliter: *EGH* 37) *Ep.* 98. *no.* 1. *scr. ao.* 408. *Ed. Maur.; Ivo Decr.* VI, 417.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 48. 38) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 39) confessione: *BC Coll. tr. P.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* 41) ut vere dicatur: *CDF Edd. coll. o. — Ezech. c.* 18. *v.* 4. || can. 9. 42) *lib.* 26. *c.* 13. *no.* 20. *Ed. Maur.* 43) *add.:* homini: *EGH* 44) *Ezech. c.* 18. *v.* 4. 45) coinquinat: *CD Edd. coll. o.* 46) adiuvabit: *EGH* 47) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 48) *ABDEGH Edd. coll. o.* 49) vel: *deest: AB* 50) *ABDF* 51) *Exod. c.* 20. *v.* 5. 52) *Codd. coll. o.* 53) *ib.* 54) *Codd. coll. o. pr. E* (corrumpit) 55) *Codd. coll. o.* 56) *ib. pr. A* 57) *Dig. l.* 26. (48, 19.) — *Hunc canonem, quem Bickel. et Richter. immerito paleam esse censuerant, huius dicti Gratiani partem et hoc loco esse inserendum putamus. In BF hoc loco exstat; in DEG bis invenitur; post canonem* V. *et hoc loco et cum prioris textus valde discrepet a nostro, alterius omnino cum illo consonat; in BD canon praecedit verbis:* Contra Dominus (*initium Dicti Grat. post. c.* 9.) — *cf. Rolandus in Ed. Thaner pag.* 103.; *in EGH verba:* crimen . . . potest *rubrica sunt canonis* VI.; — *add.:* Gratianus et Theodosius Augusti: *DEGH Ed. Bas.* 58) pat.: *deest: EFH* 59) nulla macula: *EH* 60) infringere: *EGH* 61) iam: *EG* 62) arbitrio admisso: *EGH* 63) *seqq. desunt in canone* VI. *sed exstant hoc loco: EG* 64) *Codd. coll. o.* 65) scribit: *EGH — Supra qu.* 1. *c.* 18. 66) *Codd. coll. o.* 67) honore vel exiguo: *ACEGH* || can. 10. 68) *Ep.* 250. *Ed. Maur.* 69) *in Codd. coll. o. est continuatio antecedentis Gratiani dicti.* || can. 11. 70) Augustini: *D;* quod dicit Gregorius: *EGH — Apud Anselmum* V, 20, (21.) *et Gerhoum Reicherspergensem* (*in tract. de simonia ap. Martene Tom.* V.) *haec ex Alexandro* II. *ita proferuntur:* Ecclesia, quae pactione claruerit esse consecrata, et, ut verius dicam, execrata, nullo modo pro ecclesia habeatur. — *Jaffé no.* CCXLVII.

Gratian. *Item peccato*[71] *ciuium thesauri Ihericho anathematizati leguntur. Unde Achor*[72a], *qui regulam auream et quedam alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse.* §. 1. *Item peccato Amalechitarum animalia eorum iussa sunt interfici, quibus quia Saul pepercit, audiuit a Samuele*[73]: „*Nescis, quia peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus ydololatriae nolle acquiescere?*" §. 2. *Item peccato Egyptiorum*[74] *possessiones eorum grandini traditae, iumenta et primogenita eorum morte consumpta sunt.* §. 3. *Item peccato Israelitarum*[75] *archa Domini Phylisteis tradita est. Si ergo que sensu carent, ut ecclesia, altare, archa Domini, lapides Ihericho, uel execrantur, uel peccatoribus traduntur, uel anathematizantur, uel grandine deuastantur; si ea, que uim intelligendi non habent, ut animalia Egyptiorum et Amalechitarum, peccatis hominum morte perduntur: patet, quod nullum excusat ignorantia criminis, maxime cum ex eo utilitas deferatur ignoranti; ueluti si quispiam de latrocinio et rapina filio suo ignoranti diuicias congreget*[76], *non excusaret*[77,b] *filium*[78] *ignorantia, quin post mortem patris cogatur reddere male conquisita*[79c]. §. 4. *Item peccato Achor*[80d] *plebs Israelitica in manibus hostium tradita est.* §. 5. *Item peccato filiorum Hely*[81] *populus in manu*[82] *Phylistinorum corruit.* §. 6. *Peccato*[83] *quoque plebis*[84] *electi eorum sepe sunt inpediti, et tandem cum eis prophetae ducti sunt captiui*[85].

III. Pars. §. 7. *His ita respondetur. Insensibilia et irrationabilia peccato hominum uel execrantur, uel anathematizantur, uel morte perduntur, non participatione peccati, sed causa sacramenti, uel detestatione peccati, uel flagello delinquentium. Causa sacramenti, ut thesauri Ihericho et animalia Amalechitarum. Ihericho enim luna interpretatur, et significat istum mundum. Amalechitae interpretantur lingentes sanguinem, et significant cupidos, et auaros, et demones*[86e]. *Israelitae interpretantur uiri uidentes Deum, significant*[87f] *multitudinem sanctorum. Lapides ergo et thesauri Ihericho anathematizantur, animalia Amalechitarum interfici iubentur ad examinandam cupiditatem Israeliticae plebis, et ut signaretur*[88g], *quod muri uiciorum, et huius mundi thesauri, qui per lapides et thesauros Ihericho designantur, irrationabiles quoque uiciorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent transire in sortem sanctorum. Animalia uero*[89] *Egyptiorum, et possessiones eorum, et primogenita, grandine et morte consumpta sunt, ut in illis punirentur, quorum felicitate letabantur, et ut daretur intelligi, quod mundus peribit et substantia*[90h] *eius. Sed et*[91] *terra Israelitarum in salsuginem uersa*[92] *est, et segetibus eorum imbres aduersi*[93] *sunt, animalia eorum sterilitate et morbo*[94] *confecta sunt, ut auctorem suum, quem per beneficia cognoscere noluerunt, saltim inter suplicia sentirent. In detestatione*[95i] *uero peccati pecunia Symonis dampnata est, cui dictum*[96] *est:* „*Pecunia tua tecum sit in perditione, quia*[97k] *existimasti donum Dei pecunia possideri.*" *In detestatione*[98l] *quoque eiusdem criminis altare et ecclesia, que per symoniam consecrantur, non tam consecrari quam execrari dicuntur*[99], *quia qui interuentu pecuniae oleum consecrationis effundit non consecrare, sed execrare credendus*[100m] *est. Hinc est, quod B. Gregorius*[101] *ecclesias ab Arrianis consecratas iterum consecrari precepit, quia sanctificationem consecrationis que non nisi in fide Trinitatis perficitur, prestare non poterant qui fide carebant. Archa uero et prophetae peccato suorum ciuium hostibus traditi sunt. Electi quoque, qui murmure eorum inpediti sunt, non in penam criminis, sed in experimentum et exemplum patientiae hec passi sunt.* §. 8. *Item populus, qui peccato Achor*[102n] *et filiorum Hely in manibus hostium traditus est, significat, subditos corporaliter flagellari, ut inter ipsa*[103] *flagella prelatorum peccata feriantur, sicut Achor sorte deprehensus lapidibus obrutus est.* §. 9. *Sic et nauicula*[104] *Ionae periclitatur, ut fugitiuus sorte deprehensus, fluctibus inmergeretur. Aliquando pro meritis prelatorum deprauatur uita subditorum, ut prelatis suis subditi fauentes ad malum cum eis simul corruant, sicut filii Israel, diu portantes peccata sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Item Dauid*[105] *populum numerauit, quo peccato gladius Domini deseuit in populum.* „*Sed*[106] *in lata gente gloria regis est, in diminutione plebis contricio principis.*" *Qui ergo de numerositate suae gentis superbiuit, iure in eius diminutione punitus est.* §. 10. *Item paruulos Sodomitarum*[107] *non excusauit ignorantia, quin pro paterno scelere celesti igne consumerentur; sed hoc igne pena illis diminuta est, quibus successio paterni sceleris est adempta. Pariter etiam demonstratum*[108] *est, peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem intelligendum est de paruulis, qui peccato Datan*[109] *et Abiron uiui descenderunt ad inferos,* §. 11. *Item Cam*[110] *peccante filius eius Canaam maledicitur; Iezi*[111] *delinquente lepra transmittitur ad posteros. Iudeis*[112] *clamantibus:* „*Sanguis eius super nos et super filios nostros,*" *reliquiae*[113o] *eorum penae mortis* „*Christi*" *addictae sunt. Achab*[114] *quoque peccante posteri eius regni solium amiserunt, et qui de eius semine in regno Iudae nati sunt, usque ad purgatam labem illius*[115] *familiae a genealogia Domini exclusi sunt. Odium quoque Esau (ut Malachias*[116] *testatur) transiuit ad Ydumeos. Quibus*[117p] *omnibus colligitur, quod ignorantia peccati non excusat aliquem.* §. 12. *Sed his exemplis non probantur teneri peccato*[118] *aliorum nisi imitatores nequiciae eorum. Quicumque enim de semine Esau et ceterorum ad Deum conuersi paternam malitiam detestati sunt, non odium, sed Dei clementiam experti sunt.*

Item ut ait Ambrosius [sermone XI.][119]*:

[C. XII.]

„*Turbatur nauicula Petri, in qua erat Iudas, quia, qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.*"

[Gratian.] *Ignorabat autem Petrus peccatum Iudae. Non ergo ignorantia excusauit illum, sed turbatio*[120] *hec non peccati coinquinatio, sed corporalis persecutio intelligitur, quia meritis malorum nonnumquam adeo boni premuntur, ut eorum turbetur*[121] *infirmitas*[122a]. *Non itaque his auctoritatibus symoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non ergo potest probari iste reus criminis, cuius non habuit conscientiam.*

IV. Pars. §. 1. *Notandum quoque est, quod non omnis ignorantia aliquem excusat. Est enim ignorantia alia facti alia iuris. Facti alia*[123b], *quod non oportuit eum scire*[124], *alia, quod oportuit*[125c] *eum scire. Quod non oportuit eum scire, sicut ait Apostolus*[126]: „*Si quis infidelium uocauerit uos ad cenam*[127d], *quicquid uobis appositum fuerit comedite, nichil interrogantes. Si quis uobis dixerit, hoc ydolis immolatum est, nolite comedere.*" *Ecce quod uocatum ad cenam non oportebat*[128e] *scire, carnes sibi appositas ydolis fuisse inmolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia Iudeorum et reliquorum infidelium, qui ea, que a prophetis de Christo fuerant*[129f] *prenunciata, adhuc ignorant esse conpleta, unde a Iudeis adhuc expectatur uenturus. Hec*[130] *neminem excusat.* §. 2. *Item ignorantia iuris alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnibus adultis dampnabilis est; ius uero ciuile aliis permittitur ignorare, aliis non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obest in dampno uitando, si negotium inde contigerit*[131], *ut, si minor pecuniam dederit filiofamilias, repetit; in maiore uero quasi delictum est.* §. 3. *Item si successionem tibi etiam maiori delatam cum alio sine iudice diuidas, putans testamentum iure subnixum, cum non esset, solidam successionem obtinebis*[132]; *uel si id, quod nullo iure debuisti, aut iure naturali non debuisti, sed ciuili, tamquam ex cyrographo soluas aut pro-*

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. IV. c. 11. a) Achan b) excusat c) acquisita d) Achan e) daemonas f) et significant g) significaretur h) concupiscentia i) detestationem k) qui l) detestationem m) dicendus n) Achan o) etiam reliq. p) Ex quibus — c. 12. a) firmitas b) est eius facti quod c) non oportuit d) coenam et vultis ire, e) oportuit f) fuerunt

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Huius etiam capitis sententia sumta est ex sermone 11. Ambrosii, et lib. 5. c. 1. comment. ad c. 5. Lucae. Ipsa autem verba habentur infra 24. q. 1. c. *Non turbatur.*

Causa I. Quest. VII. can. 7. 166) *Codd. coll. o.* || can. 8. 167) *hab. ao.* 325. *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 1, 8. (*can. contin.*) 168) redierunt: *EGH* 169) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Hisp. Coll. tr. P.; add.:* et apostolicam: *Dionys.* 170) hanc habeant conf. quam per script. (ab eis: *deest*)*: Coll. tr. P.* 171) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.;* et apostolicae stat.: *Dionys.* || can. 9. 172) *add.:* praestandum est: *EGH* 173) *inscr.: deest: ABCFH;* Item Gregor. in Registro: *DEG — Videtur hoc iuramentum (quod exstat in Ed. Maur. ad calcem epp. ep.* X.) *praestitum esse per Firminum episc., ad quem exstat Ep.* 33. *lib.* XII. *Ed. Maur. — Ans.* VI, 161. (158.); *Polyc.* VII, 6, 1. 174) *AEGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Ans. Polyc.;* sunt: *C* 175) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 176) *ABCEGH;* haereticus: *D;* ego civitatis: *Ans. Polyc.* 177) *Codd. coll. o.* 178) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 179) et: *deest: DEFGH Ans.* 180) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd. — Turrecrem. orig. Ans. Polyc.* 181) *BCEGH;* Heinrico: *D* 182) *Codd. coll. o. pr. D* (Heinrico) 183) *Codd. coll. o.* 184) *Codd. coll. o. pr. F* 185) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 186) mansurum: *BDEGH;* permanere: *Ans. Polyc.* 187) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D — Ans. Polyc.* 188) Dominum: *EGH* 189) per haec: *Ans.* 190) *add.:* Dei: *ib.* 191) *ABCF;* N. et P.: *EGH;* Heinr.: *D;* salutem geniumque illustrium: *orig.;* salutem gentium atque illustrium: *Corr. ex Anselmo;* salutem geniumque illius (*add.:* et illius: *Polyc.*) atque: *Ans. in Cod. coll. Polyc.* 192) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 193) *ib. orig.* 194) *add.:* in: *EGH* 195) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans. Polyc.* 196) et promissionis: *EGH* 197) *Codd. coll. o. pr. D* (Heinrico) 198) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B — orig. Ans. Polyc.* 199) *ABCDF;* et cleric.: *deest: EGH* 200) me in: *deest: EGH* 201) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 202) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 203) consecuti: *Polyc.* 204) *Codd. coll. o. pr. DEG; — Ed. Bas. Ans.* 205) tibi: *deest: Ans.* 206) *Codd. coll. o. pr. D* (Heinrico) 207) *Codd. coll. o.* 208) illis enim: *EGH;* et conss. supr.: *deest: Ans.* 209) subs.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.;* eius subscr. et subscr.: *Ans.;* et subscr.: *Polyc.* 210) *ABDF Ans. Polyc.;* N.: *CEGH* 211) *ABDF;* N.: *CEGH;* Heinric.: *D* 212) *Codd. coll. o.* || can. 10. 213) *Ep.* XIII. *c.* 5. *scr. ao.* 487. *et* 488. *ap. Thiel p.* 265. — *Jaffé no.* 370. — *Burch.* IV, 99. (*can.:* communis dolor; *can. contin.*); *Ivo Decr.* II, 293. (*ut ap. Burch.*); *Ans.* VII, 17. 214) ne unquam: *orig.;* non: *deest: Burch. Ivo* 215) prorsus non admittere: *Ans.* 216) non debet: *Burch.* 217) numerum: *orig. Burch.* 218) quod: *Ans.* 219) antistitum: *orig. Ans. Ivo* 220) eorum: *EGH;* ex eis ad: *orig. Ans.;* ex his ad: *Burch. Ivo* || can. 11. 221) *Ep.* 1. *scr. ao.* 598. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1156. — *Burch* I, 197. (*can.:* praedicator omnipotentis Dei; *can. contin.*); *Ivo Decr.* II, 78. (*can. contin.*); *ib.* V, 312. (*ut ap. Burch.; can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 55, 17. (*can. contin.*); *Alger.* I, 8. — *cf. supra Dist.* LXXXVI. *c.* 24. 222) dispensatur: *AC* 223) tanta autem: *Burch. Ivo* II. *Coll. tr. P.* 224) *Codd. coll. o.* 225) pene: *Edd. Lugdd.* II. III. 226) *Codd. coll. o.* 227) cognouimus: *ACF Edd. coll. o.* 228) taceamus: *EGH* || can. 12. 229) *Ep. scr. ao.* 494. *c.* 16. *ap. Thiel p.* 372. — *Jaffé no.* 391. — *Alger.* I, 11. 230) Hi qui: *Edd. Arg. Bas. Nor.* 231) *add.:* voluntate vel: *EGH* 232) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 233) *ib.* 234) *Codd. coll. o. Alger.* 235) promotionem: *Edd. Ven.* I. *Par. Lugdd.* 236) accipiant: *orig. Hisp.;* arripiant: *Codd. orig.* 237) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 238) permissum: *orig. Hisp.* 239) *Codd. coll. o.* 240) *ABCDF;* loqueretur cum in: *EGH* 241) *add.:* ait Hilarius Papa: *EGH* || can. 13. 242) *scr. ao.* 465. *ap. Thiel p.* 166. — *Jaffé no.* 335. — *Alger.* I, 12.

C. XIII. *Necessitatis causa*[243] *quedam in ecclesia tollerantur.*

Quoniam quicquid ab alterutra parte est indicatum[244] omni[245] uidemus peruersitate confusum, temporum necessitate perspecta hac ratione decreuimus[246a] ad ueniam pertinere quod gestum est, ut deinceps preter[247] noticiam nullus* uel[248b] consensum metropolitani ordinetur antistes.

C. XIV. *De eodem.*

Item Innocentius [Episc. Macedoniae, ep. XXII. c. 6.][249]

Quociens a populis aut a[250] turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem uindicari non potest, inultum solet transire. Priora ergo[251] dimittenda dico Dei iudicio, et de reliquo maxima sollicitudine precauenda[252a].

C. XV. *Ex dispensatione quedam tollerantur, que rigor canonum condempnat.*

Item ex[253] *epistola Cirilli missa Maximo Diacono Antioceno*[254]*

Didici a diligendo mihi Paulo monacho, quia recusat pietas tua usque hodie communionem reuerentissimi episcopi Iohannis amplecti, pro eo, quod quidam in Antiocena ecclesia male adhuc cum Nestorio uel sentiant, uel iam senserint quidem[255], sed forsitan resipuerint. Probet igitur[256] tua modestia, utrum aliquando[257a] colligi nude ac inreuerenter cum Nestorio sentiant[258] et inuicem colloquantur[259]; licet[260] aliquando cauteriatam habuerint conscientiam, colligantur[261] autem nunc acta penitentia super his[262b], in quibus subrepti sunt, quamuis confiteri fortassis reuereantur excessum. §. 1.[263c] Ut autem non existimemur[264d] amare contentionem[265], amplectamur episcopi reuerentissimi Iohannis communionem, indulgentes[266] ei, et causa dispensationis eius[267] negotium non[268] subtilius uel districtius siue uehementius erga se recognoscat[269] agitari. Dispensationis enim gratia[270] (sicut dixi) eget negotium multum[271].

C. XVI. *De eodem.*

Idem[272] *ad Ianuarium*[273a] *Presbiterum et Archimandritam.*

Dispensationes[274] rerum nonnumquam[275] cogunt parum quidem[276] a debito quosdam foras exire, ut maius[277] aliquid lucri faciant, Sicut enim hii, qui mare nauigant, tempestate urgente nauique periclitante anxiati[278] quedam exonerant, ut cetera salua permaneant, ita et nos, cum non habemus saluandorum omnium negociorum* penitus certitudinem, despicimus ex his[279b] quedam, ne cunctorum patiamur dispendia**.

Gratian. *Utilitatis intuitu*[280]*: sicut*[281] *in Meldensi Concilio*, [c. 64.] *perhibetur de filiis uirginum per uim*[282c] *raptarum et sic ad coniugium raptorum applicatarum*[283]:

C. XVII. *Utilitatis intuitu quedam in ecclesia tollerantur*[284].

Tali[285] coniugio generati ecclesiasticis ordinibus non applicentur, nisi forte eos aut maxima ecclesiae utilitas uel[286] necessitas postulet, uel euidens meritorum prerogatiua commendet.

Gratian. *Huic*[287] *Petrus*[288] *concordans ait: „In ueritate conperi, quia non est personarum acceptor Deus, etc.“* §. 1. *Pro euentu etiam rei quedam in ecclesia tollerantur, sicut Leo ait*[289] *in decretis suis de laicis subito contra decreta canonum ordinatis episcopis*, [ep. LXXXV. al. LXXXVII. c. 1. Episcopis Africae][290]:

C. XVIII. *Laicis, qui contra canonum decreta ad episcopatum promouentur, ex misericordia susceptum offitium relinquitur.*

Exigunt causae*, ut non solum in tales presules, sed etiam[291] in ordinatores eorum conpetens ultio[292] proferatur. Sed circumstant nos hinc mansuetudo misericordiae[293a], hinc censura iusticiae, ut credamus[294] quedam delicta utcumque

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. VII. c. 13. a) decernimus b) atque — c. 14. a) praecavendum — c. 15. a) hi, qui dicuntur b) iis c) Et infra: §. 1. d) aestimemur — c. 16. a) Gennadium b) iis c) vi — c. 18. a) clementiae

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * **Nullus**: Hoc loco verba Hilarii summatim referuntur.

C. XV. * Haec epistola B. Cyrilli refertur in actione 1. synodi VII. Et quoniam in magni ponderis argumento versatur, ac prudentissime scripta est, multa autem in hac versione corrigenda fuissent, placuit graecam ipsam epistolam cum interpretatione nova afferre. *Τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Μαξίμῳ διακόνῳ Ἀντιοχείας ὑπομνηστικόν. Ἔμαθον παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ μονάζοντος Παύλου, ὅτι παραιτεῖται ἡ σὴ θεοσέβεια μέχρι σήμερον τὴν κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸν εὐσεβέστατον Ἰωάννην, διὰ τὸ τινὰς ἐν τῇ Ἀντιοχένῃ ἐκκλησίᾳ ἢ φρονοῦντας ἔτι τὰ τοῦ Νεστορίου, ἢ πεφρονηκότας μὲν, ἀποσχομένους δὲ ἴσως εἶναι. Δοκιμασάτω τοίνυν τὸ σὸν ἐπιεικές, πότερον πότε οἱ λεγόμενοι συνάγεσθαι γυμνῶς καὶ ἀναισχύντως τὰ τοῦ Νεστορίου καὶ φρονοῦσιν, καὶ λαλοῦσιν ἑτέροις, ἢ κεκαυτηριασμένην μὲν ἐσχήκασι πότε τὴν συνείδησιν, συνάγονται δὲ νῦν μεταμεληθέντες ἐφ᾽ οἷς συνηρπάγησαν, αἰσχυνόμενοι δὲ ἴσως ὁμολογεῖν τὸ πταῖσμα. συμβαίνει γὰρ τινὰ τοιαῦτα περὶ τοὺς ἀπατηθέντας γίνεσθαι. κἂν εἰδῃς συντρέχοντας νῦν τῇ ὀρθῇ πίστει, ἀμνηστικάκει περὶ τῶν παρελθόντων. βουλόμεθα γὰρ μᾶλλον ἀρνουμένους αὐτοὺς ὁρᾷν, ἢ ἀναισχύντῳ γνώμῃ συναγοροῦντας ταῖς Νεστορίου κακίαις. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν τιμᾷν τὸ φιλόνεικον, ἀσπασώμεθα τὴν πρὸς τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην κοινωνίαν, συγχωροῦντες αὐτῷ, καὶ οἰκονομίας ἕνεκα μὴ ἀκριβολογούμενοι σφόδρα περὶ τοὺς μεταγινώσκοντας. οἰκονομίας γὰρ, ὡς ἔφην, δεῖται τὸ πρᾶγμα πολλῆς. — Sancti patris nostri Cyrilli archiepiscopi Alexandrini ad Maximum diaconum Antiochenum admonitio. Cognovi ex dilecto monacho Paulo pietatem tuam usque ad hunc diem recusare communionem religiosissimi episcopi Ioannis, eo quod aliqui sunt in ecclesia Antiochena, qui vel adhuc cum Nestorio sentiunt, vel senserunt quidem, nunc autem ab eo fortasse abstinent. Perpendat igitur aequitas tua, utrum tandem qui dicuntur convenire palam atque impudenter Nestoriana et sentiant, et cum aliis etiam loquantur, an aliquando quidem cauteriatam habuerint conscientiam, nunc autem ideo conveniant, quod ipsos poenituerit erratorum, quibus simul abrepti fuerant, pudeat autem fortasse lapsum suum fateri. Solet enim fere tale quiddam iis, qui decepti sunt, usu venire. Quod si illos nunc ad rectam fidem conversos videas, malorum praeteritorum memoriam depone. Malumus enim eos videre negantes quam defendentes Nestorii vitia. Ceterum, ne videamur contentionis cupidi, religiosissimi Ioannis communionem amplectamur, indulgentes ei, atque, ut conveniens in his rebus moderatio teneatur, non nimium diligenter in eos, qui resipiscunt, inquirentes. Res enim, ut dixi, magnae eget moderationis,*

In eandem sententiam scribit Ioanni Antiocheno patriarchae, in epistola, quae habetur tomo 5. act. conc. Ephes., nuper Ingolstadii impressi, his verbis: *Optamus autem, ut omnes res suas agant, neque turbas ecclesiis per Christi gratiam doctorumque ubilibet agentium prudentiam utcunque iam sedatas denuo excitent, neque vel sibi ipsis, vel aliis negotia facessant. Ceterum si sunt, qui a Nestorio aliquando steterunt, nunc vero ex animo resipiscentes a nugis illis discedere, mutataque voluntate rectam inculpatamque fidem complecti cupiunt, eos placide suscipere oportet, nec cuiquam illorum praeteritorum gratia convicium facere, ne qua ratione ansa quibusdam praebeatur, ut cunctantius ad meliora festinent.*

C. XVI. * **Negotiorum**: Graece est: *οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς πράγμασιν, ὅταν μὴ ἐξῇ τὸ λίαν ἀκριβὲς περισώζειν, παρορῶμέν τινα;* id est: *Sic et nos in negotiis, ubi non licet exquisitissimam illam rationem servare, despicimus quaedam.*

** **Dispendia**: Omisit hic Gratianus ex hac epistola ea referre, quae ad propositam quaestionem maxime faciunt. Sunt autem haec, quae Ivo etiam recitat: *Et haec scribo cognoscens, quod pietas tua tristetur in sanctissimum et Dei cultorem fratrem et comministrum nostrum Proclum episcopum, eo quod admiserit in communionem Aeliensium hegumenum, quem quidem ecclesiae leges Palaestinae praepositum non noverunt. Et infra:* §. 1. *Igitur ne refugiat pietas tua sanctissimi et Deo amicissimi Procli episcopi communionem. Una enim fuit cura mihi et sanctitati eius, et dispensationis modus nulli sapientium displicuit.* Vocem autem: *hegumenon*, id est praepositum, videtur supplesse Anastasius, ut exprimeret locutionem graecam: *τὸν τῶν Αἰλιενσίων*, aut fortasse illam in suo codice habuit.

C. XVIII. * **Exigunt causae**: In ipsa epistola Leonis haec antecedunt: *Quum ergo inter vos tantum valuerint aut studia popularium, aut ambitus superborum, ut non solum laicos, sed etiam secundarum* (sic enim recte legitur in epistolis cum aliis B. Leonis operibus Coloniae impressis, non *saecularium*, ut in tomis conciliorum) *uxorum viros aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale provectos, nonne aptissimae exigunt causae, ut ecclesiae, in quibus ista commissa sunt, iudicio severiore purgentur, et non solum in tales praesules, etc.* Est vero caput hoc multis locis in summam redactum, omissa narratione delictorum illorum, quibus minime sanctissimus ille Pontifex ignoscit.

Causa I. Quest. VII. can. 13. 243) necess. intuitu: *G*; necessitate quaedam: *DEH* 244) iudicatum: *A Edd. coll. o.* 245) omne: *Hisp.* 246) *ABDEGH* 247) contra praecepta b. apostoli nihil contra Nicaenorum canonum institutum tentetur: *orig.* 248) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 14. 249) Inn. papa: *EGH; Ep. scr. ao.* 414. — *Jaffé no.* 100. — *Alger.* I, 15. 250) vel in: *Alger.*; a: *deest: B* 251) igitur: *AC* 252) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* || can. 15. 253) in: *GH* 254) *In prima actione* VII. *synodi hab. ao.* 787. (*versio Anastasiana*); *Ivo Prolog.*; *Coll. tr. P.* II, 24, 3. 255) quidam: *H Edd. Arg. Bas. Par. Lugd.* 1. 256) ergo: *EGH* 257) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 258) consentiant: *EGH* 259) colloquuntur: *BEGH* 260) vel: *orig.* 261) colliguntur: *ib.* 262) *ABCDF Coll. tr. P.* 263) *Codd. coll. o.* 264) *Codd. coll. o.*; existimemus: *Edd. Arg. Bas.* 265) contemptionem: *AEFGH*; contentiones: *B* 266) et indulg.: *BEGH* 267) eius negot.: *deest: orig.* 268) ut non: *ib.* 269) recognoscentes (recognoscenti: *Ivo*) agatur: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 270) dispensatione enim: *orig.* 271) inultum: *F Ed. Bas.*; multa: *orig.* || can. 16. 272) *eadem prima actione syn.* VII. *ex interpret. Anastasii.* — *Ivo Prolog.*; *Coll. tr. P.* II, 24, 4. 273) *ABCDF Edd. coll. o.*; Iulianum: *EGH* 274) dispensatores: *Coll. tr. P.* 275) non tanquam (?): *ib.* 276) quid: *orig.* 277) magis: *EGH* 278) et anx.: *EGH* 279) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 280) *Alger.* I, 16. 281) sicut: *deest: A*; ut: *Alger.* 282) *Codd. coll. o. Alger.* 283) applicitarum: *ABCD*; *hab. ao.* 845. — *Reg.* I, 427. (*can.*: raptores virginum); *Alger.* I, 16. || can. 17. 284) temperantur: *CDEFGH*; *rubrica deest et canon est pars antecedentis Gratiani dicti: B* 285) de tali: *orig. Reg.* 286) et: *Reg.* 287) cui: *Alger. l. c.* 288) *Act. c.* 10. — *Alger.* I, 7. 289) *add.*: Papa: *EGH* || can. 18. 290) *Ep.* XII. *c.* 5. *scr. c. a.* 446. *Ed. Baller.* — *Jaffé no.* 188. — *Alger.* I, 7. (*qui Leonis sensum potius quam verba reddidit*) 291) et: *Alger.* 292) digna districtio moveatur: *Hisp.*; *in orig. ap. Baller. est ut in textu.* 293) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.*; *Alger.* consuetudo miseric.: *Ed. Bas.* 294) definiamus: *Hisp.*

tolleranda, quedam uero penitus amputanda. Illos[295] ergo, quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad episcopale offitium electi[296b] sunt, locum[297] suum tenere permittimus, non preiudicantes apostolicae sedis statutis, nec beatorum Patrum regulas soluentes[298], quia remissio peccati[299] non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione concedi fas erit amplius inpune committi, ne quod ad tempus** pia lenitate concessimus iusta post modum[300c] ultione plectamus.

C. XIX. *Donatistae et Nouatiani, quamuis reprehensibiliter ordinati, tamen ex necessitate tollerantur.*

Idem ad Mauros episcopos[301a]

Maximum quoque ex laico, reprehensibiliter licet ordinatum, tamen si Donatista iam non est et a spiritu scismaticae prauitatis alienus est[302b], ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus[303c] dignitate, ita ut[304] ipse[305d] libello ad nos directo[306] catholicum se esse manifestet.

C. XX. *De eodem*[307].

Idem [ibidem initio c. 3.][308]

Donatum autem Seiacensem[309a] ex Nouatiano (ut conperimus) cum sua plebe conuersum ita dominico gregi uolumus presidere, ut[310] libellum suae fidei meminerit ad nos dirigendum, quo et Nouati[311b] dogmatis dampnet errorem, et plenissime confiteatur catholicam ueritatem. Que autem[312c] nunc certa[313d] remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus iusta post hac[314e] ulcione plectamus.

C. XXI. *Redeuntes ab heresi post publicam professionem*[315] *in suis ordinibus recipi possunt.*

Idem[316] *Ianuario Episcopo Aquilegiensi*, [epist. III.][317]

Saluberrimum enim et spiritualis medicinae utilitate plenissimum est[318], ut siue presbiteri, siue diaconi siue subdiaconi[319a] aut[320] cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos uideri uolunt atque ad catholicam fidem, quam pridem[321b] amiserant, rursum reuerti ambiunt, prius errores suos et ipsos auctores erroris[322c] a se dampnatos[323d] sine ambiguitate fateantur, et[324e] sensibus prauis etiam peremptis nulla desperandi[325f] supersit occasio, nec[326g] ullum membrum talium possit societate uiolari, cum per omnia illis professio propria ceperit obuiare. Circa quos etiam canonum illam constitutionem precipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni sepe promotionis in quo inueniuntur ordine stabilitate perpetua maneant, si tamen iterata unctione[327h] non fuerint maculati.

C. XXII. *Ab heresi redeuntes heresim et eius auctores publice detestentur.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 36.][328]

Si quis episcopus, siue alicuius episcopi presbiter aut diaconus in alicuius heresis opinionem offenderit, et ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus episcopus in communionem eum recipiat, nisi prius in communi concilio porrecto fidei suae libello satisfaciat omnibus, et ita liberam teneat suam purgationem. Hoc idem et de fidelibus laicis sit decretum, si in aliquam heresis opinionem[329a] fuerint nominati[330].

V. Pars. Gratian. *Ecce, quibus de causis quedam in ecclesia tollerantur, que eisdem*[331] *cessantibus pia seueritate uindicantur. Quando autem tolleranda sint*[332], *quando resecanda, Gelasius Papa distinguit, dicens* [Episcopis per Lucaniam, epist. I. c. 11.][333]:

C. XXIII. *Quando in ecclesia aliqua sint tolleranda*[334].

Etsi illa nonnumquam sinenda sunt, que, si ceterorum constat[335a] integritas, nocere sola non ualent[336], illa tamen magnopere precauenda sunt, que recipi sine[337c] manifesta decoloratione non possunt. Et[338d] si ea ipsa, que nullo detrimento aliquociens indulgenda creduntur, uel rerum uel temporum[339e] cogit intuitus, uel acceleratae prouisionis excusat respectus, quanto magis illa nullatenus sunt mutilanda, que nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas?

Aliquando[340f] enim pro necessitate uel ecclesiae utilitate mutilantur et laxantur precepta canonica.

VI. Pars. Gratian. §. 1. *Breuiter*[341] *ostendimus, qui reuertentes ab heresi in suis ordinibus ualeant recipi, uel qui non. Nunc autem queritur de his*[342g], *qui ab hereticis ordinati sunt, si ad unitatem catholicae matris ecclesiae ab heresi*[343h] *redierint, utrum in eodem ordine iterum ualeant ordinari?* „*Semel enim consecratus*" *(ut ait B. Gregorius)*[344] „*iterum consecrari non debet*". §. 2. *Item sacramenta, que ab hereticis in forma ecclesiae ministrantur (sicut Augustinus*[345] *testatur) reiterari non debent, ne non homini, sed sacramento uideatur iniuria fieri.* §. 3. *Sed illud Gregorii de his intelligitur, qui consecrationem sacerdotalem uel episcopalem acceperunt*[346], *qui aut per manus inpositionem, cum ad ecclesiam redeunt, effectum suae unctionis accipiunt, aut ab eius amministratione perpetuo cessare iubentur. Similiter illud Augustini de eadem mistica unctione et de sacramento baptismatis intelligitur.* §. 4. *Sunt autem in ecclesia alii ordines, qui sine sacramentali*[347] *unctione, sola episcopi benedictione, cum quadam uasorum uel indumentorum distributione prestantur; ut sunt Leuitae et ceteri infra eos constituti. Hi quamuis ab hereticis ordinentur, tamen ad ecclesiam redeuntes in eodem ordine (si alias digni fuerint) ab ecclesia ordinentur, nec fiet in eis reiteratio muneris, cum nichil ab hereticis eis doceatur*[348] *fuisse collatum.*

Unde Urbanus II. scribit Petro Pistoriensi Episcopo et Rustico Abbati Vallis umbrosae[349]:

C. XXIV. *Redeuntes ab hereticis sunt reordinandi*[350a]

Daibertum a Negzelone[351b*], licet symoniaco, non symoniace eiusdem confessione reperimus in diaconum ordinatum; et B. Innocentii Papae sententia constat declaratum, quod Negzelon, hereticus[352c] (quem constat ab hereticis ordinatum)

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. VII. b) delecti c) post haec — c. 19. a) Id. in eadem epist. c. 3. b) est: *deest* c) repellamus d) et ipse — c. 20. a) Salicinensem b) Novatiani c) enim d) certarum e) haec — c. 21. a) sive subd.: *deest* b) iam pridem c) errorum d) damnari e) ut f) sperandi g) ne h) tinctione — c. 22. a) aliqua haeres. opinione — c. 23. a) constet b) valeant c) nisi d) Ac e) rerum temporumque f) Gratian. Aliquando g) iis h) ab heres.: *deest* — c. 24. a) ordinandi b) Nezelone* c) heretic.: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Ne quod ad tempus: Haec, quae repetuntur infra c. *Donatum*, sumta sunt ex 2. [in Ed. Baller. c. 7.] capite eiusdem epistolae.

C. XXIV. * Nezelone: Marianus Scotus in vita Gregorii VII. mentionem facit archiepiscopi Magdeburgensis hoc nomine appellati.

Causa I. Quest. VII. can. 18. 295) ceteros vero: *orig. Hisp.* 296) *Codd. et Edd. coll. o.* 297) susceptum sacerdotium: *orig.*; locum suum: *deest: Alger.* 298) resolventes: *Alger.* 299) peccati: *deest: ib.* 300) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* || can. 19. 301) *Codd. coll. o. Alger. — c. 6. Ed. Baller. — c. 2. Hisp. — Alger.* III, 13. — Item: *EH* 302) *Codd. coll. o. Alger.* 303) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Alger.* 304) dignit. ita ut: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. ea immerito a Corr. inserta esse censuerit* 305) *Codd. coll. o. Alger.* 306) edito: *orig. Alger.* || can. 20. 307) in eodem: *EGH*; de eod.: *deest: et canon cum superiore coniunctus est: BF* 308) *ib. c.* 6. 7. *Ed. Baller. — Alger.* III, 15. 309) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* (Seminacensem); — *Alger.* — Salacinensem: *Hisp.*; „*Legendum est: Salisinensem a Salisis populis Africae:*" *Böhm.* 310) si: *EH* 311) *ABCDF Alger.* 312) *Codd. coll. o.* 313) *ib.* 314) *Codd. coll. o. pr. AB* (postmodum); *orig.* || can. 21. 315) confessionem: *EH* 316) item: *EGH* 317) *Ep.* 18. *scr. ao.* 447. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 194. — *Ans.* XII, 39.; *Ivo Decr.* VI, 97. — *cf. supra Qu.* I. *c.* 112. 318) est: *deest: Ans.* 319) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. — *orig. Ivo* 320) aut . . cleric.: *deest: Ans.* 321) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo* 322) *Codd. coll. o. Ans. Ivo* 323) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 324) *ADEFGH Edd. coll. o. Ivo*; etiam: *BC*; et . . . obviare: *deest: Ans.* 325) *Codd. et Edd. coll. o.* 326) *Codd. coll. o. orig.* 327) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 22. 328) *c.* 8. *Conc. Nicaeni ex interpret. Martini Bracar. — Bruns* II, 51. — *Coll. tr. P.* II, 47, 36. 329) *ABCDF orig. Hisp.* 330) denominati: *EGH* 331) *add.*: iam: *EGH* 332) sunt: *ib.* || can. 23. 333) *scr. ao.* 494. *ap. Thiel pag.* 368. — *Jaffé no.* 391. — *Alger.* I, 14. 334) sunt tol.: *ABEGH*; *add.*: vel quando resecanda: *EGH* 335) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 336) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig.* 337) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Alger.* 338) *Codd. coll. o.* 339) *ABC*; *add.*: quae: *ADEFGH Edd. coll. o.*; temporumve: *orig.* 340) *Haec quae Corr. a Gratiano dicta esse censuerunt in Codd. coll. o. et apud Algerum l. c. pars sunt canonis antecedentis.* 341) Recapitulatio superiorum. Brevit.: *C*; Supra breviter ostensum est: *EGH* 342) *Codd. coll. o.* 343) *ib.* 344) *supra Dist.* LXVIII. *c.* 1. 345) *supra Qu.* I. *c.* 97. 346) acceperint: *EGH* 347) sacramenti: *AB*; . . . episcopali: *ABC* 348) ordinetur: *G*; dicetur: *H* || can. 24. 349) *fragm. epist. scr. c. a.* 1088. — *Jaffé no.* 4027. — *Nezelo, Wezelus, Wezilo, Guezilo ao.* 1084 *ab Henrico aep. Mogunt. factus est (cf. Annal. August. ad h. a. in Mon. Germ. SS.* III, 131.) *Daibertus (seu Zambertus, quod protulit Berardus ex Codice Panormiae Taurinensi, seu Elaibertus, uti legitur in append. ad epp. Urbani* II. *ap. Mansi post ep.* 36. *aut Daimbertus ut legendum censet Gams Series), ab ipso consecratus, fuit episcopus Pisanus. — cf. Urbani ep.* 19. *directam iisdem Petro et Rustico.*; *Ivo Pan.* III, 81.; *Caes.* IV, 40. 350) *ACDF*; ordinetur ex integro diaconus ab haereticis ordinatus: *EH* 351) *ABDF*; Anazelone: *EGH* 352) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo*

quia nichil habuit, dare nichil potuit ei, cui manus inposuit. Nos igitur tanti Pontificis auctoritate firmati, Damasi[353d] Papae testimonio roborati, qui ait: „Reiterari oportere[354e] quod male actum est", Daibertum, ab hereticis corpore et spiritu digressum atque utilitati[355f] ecclesiae pro uiribus insudantem, ex integro (ecclesiae necessitate ingruente)[356] diaconem[357] constituimus. Quod non reiterationem existimari[358] censemus, sed tantum integram diaconii[359] dationem, quoniam quidem[360g], ut prediximus, qui[361] nichil habuit nichil dare potuit.

C. XXV. *De eodem.*

Item Damasus Papa, [epist. IV. de chorepiscopis][362].

Per illicitam manus inpositionem uulneratum caput illi qui uidebantur aliquid accepisse, habebant, et ubi[363] uulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula; id est, reiterari[364] necesse est quod legitime actum[365] aut[366] collatum minime probatur[367]*. Nam quomodo possit honorem retinere qui ab illo accepit[368a], qui potestatem dare[369] non habuit[370] legitime, inuenire non possum.

[C. XXVI.] *Lib.*[371a] 9. *Cod. tit. ad legem Iuliam repetundarum*[372]. *Impp. Theodosius et*[373b] *Valentinianus*[374] [AA. Florentino.]

VII. Pars. Sancimus eiusmodi[375] uiros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambicione uel precio, sed probatae uitae et amplitudinis tuae solent testimonio promoueri, ita sane, ut quibus hii honores per sedis tuae uel nostram[376c] fuerint electionem commissi, iurati inter gesta depromant, se pro administrationibus sorciendis neque dedisse quidpiam, neque daturos umquam postmodum fore, siue per se, siue per interpositam in fraudem legis sacramentique personam, aut donationis uenditionisue titulo, aut alio[377] uelamento cuiuscumque[378d] contractus, et ob hoc (exceptis salariis) nichil penitus tam in amministratione positos quam post depositum offitium pro aliquo prestito beneficio tempore amministrationis, quam gratuito meruerunt[379e] accepturos. Et licet neminem diuini timoris, contempnendo iureiurando[380f], arbitremur[381] inmemorem, ut saluti propriae ullum commodum anteponat, tamen ut ad salutis timorem ex necessitate[382g] periculi subiugetur[383h], si[384] quis ausus fuerit prebita sacramenta negligere, non modo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem accusandi cunctis tamquam crimen publicum concedimus facultatem, quadrupli pena eo[385], qui conuictus fuerit, modis omnibus feriendo.

[PALEA[386].

C. XXVII. De eodem.

Item Pascalis Papa[387]*.

Patet symoniacos, ueluti primos et precipuos hereticos, ab omnibus fidelibus respuendos, et si commoniti non resipuerint, ab exteris[388] potestatibus obprimendos[389]. Omnia enim crimina ad conparationem symoniacae heresis quasi pro nichilo reputantur[390].]

Gratian. *His breuiter premissis ad ea ueniamus, que ecclesia seueritate disciplinae parata est ulcisci, ostendentes, quibus accusantibus uel testificantibus quilibet sint conuincendi; quo iudice quisque debeat dampnari*[391a] *uel absolui; si causa uiciata fuerit*[392b], *quo remedio possit*[393] *subleuari; si accusatores defecerint, an reus sit cogendus ad purgationem. Et ut facilius pateat quod dicturi sumus, exemplum ponatur sub oculis, in quo auctoritates hinc inde controuersantes distinguantur, et quid sanctorum Patrum sentiat auctoritas liquido intimetur.*

CAUSA II.

GRATIANUS.

Quidam episcopus de lapsu carnis a laico inpetitur; duo monachi, unus subdiaconus, et duo Leuitae aduersus ipsum testimonium ferunt; a metropolitano suo sentit se pregrauari; in ipsa uentilatione causae tres ex testibus deficiunt, siue promissione decepti, siue canonica examinatione reprobati; expoliatur tamen episcopus, quia crimen eius notorium erat. (Qu. I.) *Hic primum queritur, an in manifestis iudiciarius ordo sit requirendus?* (Qu. II.) *Secundo, an expoliatus ab aliquo sit iudicandus?* (Qu. III.) *Tertio, qua pena sint feriendi qui in accusatione uel testificatione defecerint?* (Qu. IV.) *Quarto, si*[1a] *duorum testimonio sit condempnandus?* (Qu. V.) *Quinto, si deficientibus accusatoribus sit cogendus ad purgationem?* (Qu. VI.) *Sexto, si remedium sit dandum ei, qui causa dilationis uocem appellationis exhibuerit?* (Qu. VII.) *Septimo, si laici, monachi*[2] *uel quilibet inferiorum ordinum in accusatione maiorum sint audiendi?* (Qu. VIII.) *Octauo, quomodo fieri debeat accusatio, an in scriptis, an sine scripto*[3b]*?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem nullus sine iudiciario ordine dampnari ualeat, multis auctoritatibus probatur.*

De eo namque ait Augustinus [hom. L. de utilitate penitentiae][4]:

C. 1. *Dampnari non ualet*[5a] *nisi aut*[6] *conuictus aut sponte confessus.*

Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuictum, aut sponte confessum.

C. II. *De eodem*[7].

Item Constantinus Inperator[8]*.

Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat[9a], quam aut reum[10] ipse se[11] confiteatur, aut per innocentes[12] testes conuincatur.

Gratian. *Hoc*** *idem testatur Augustinus, et eisdem uerbis.*

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. VII. c. 24. d) et Damasi e) oportet f) utilitatibus g) quid.: *deest* — c. 25. a) acceperit — c. 26. a) Item lib. b) ac c) per nostram d) cuiusque e) meruerint f) iusiurandum g) etiam necessitas h) subiungatur — c. 27. a) condemnari b) fuit — Causa II. a) an b) scriptis — Quest. I. c. 1. a) valet — c. 2. a) profer. capitalem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXV. * Probatur: In originali [et ap. Ans.] haec adduntur: *si perfectum esse debebit.*

C. XXVII. * In tribus vetustis exemplaribus post caput *Sancimus*, omissa inscriptione Paschalis, et capite isto: *Patet*, sequuntur continenter subiecta Gratian verba: *His breviter, etc.*

Causa II. Quest. I. C. II. * Habetur caput hoc Cod. Theod. lib. 9. tit. 40. in legis interpretatione, itemque in capitulis Hadriani c. 57. et Cap. 5. c. 156.

** Hoc: Absunt ista ab uno ex pervetustis exemplaribus.

Causa I. Quest. VII. can. 24. 353) *Codd. coll. o. — cf. supra Qu.* I. *c.* 18. *et cap. sequens.* 354) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo* 355) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 356) urgente: *EGH;* congruente: *Edd. Ven.* I. *Nor.* 357) in diac.: *Edd. coll. o. pr. Ven.* II. *Lugdd.* 358) aestimari: *Ivo* 359) diaconi: *EGH* 360) *Codd. coll. o. pr. ACH* (quam quid.); *G* (qui quid.); quando quidem: *Ivo* 361) quia: *BCEGH* || can. 25. 362) *Caput Pseudoisid. ap. Hinchius p.* 514. — *Ans.* VII, 128. — *cf. supra Qu.* I. *c.* 18. 363) benedictionem quam praedicti Corepiscopi ante suam prohibitionem per manus impositionem dabant, magis nobis vulnus videtur inferre quam salutem, et ubi: *Ans.* 364) reiterare: *Edd. coll.o. pr. Bas. Ven.* I. 265) *add.:* non est: *Edd. coll. o. pr. Arg.* — *Ans.:* — *add.:* est: *D* 366) vel: *EGH* 367) approbatur: *orig. Ans.* 368) *Codd. coll. o.* 369) dandi: *EH* 370) habuerit: *orig.* || can. 26. 371) *Codd. coll. o.* 372) *c.* 6. *Cod. Iust.* (9, 27.) *dat. ao.* 439. 373) *Codd. coll. o.* 374) Theodorus: *CEGH;* Valerius: *ABCF Edd. coll. o.;* Valerianus: *EGH* 375) huiusmodi: *BCD* 376) *Codd. coll. o.* 377) alio: *deest: BDF Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.;* aliquo: *C* 378) *Codd. coll. o. orig.* 379) *ABCD Codd. orig.;* meminerint: *EH;* invenerint: *G* 380) *Codd. coll. o. orig.* 381) arbitramur: *H orig.;* arbitrantur: *AB* 382) *Codd. et Edd. coll. o.;* et necessitas: *orig.* 383) *BCEFGH Edd. coll. o.:* subiugantur: *A;* subiungetur: *D* 384) tunc si: *orig.* 385) eum: *CDEH Edd. coll. o.* || can. 27. 386) *Haec Palea non invenitur: ABF; in AF manu posterioris saeculi in margine scripta est: in C in textu exstat; Iam in Summa Parisiensi palea esse dicitur* (*cf. Schulte p.* 14.); *in CEGH pars est canonis antecedentis et* de eodem: *deest* 387) *Prior cap. pars exstat ap. Anselm. contra Wibertum lib.* II. (*Canisius Lect. ant.* 3.) 388) *add.:* etiam: *ABD Edd. coll. o. pr. Arg.* 389) reprimendis: *EFGH Edd. Arg. Bas.* 390) reputabuntur: *ADEGH* 391) *ABCD* 392) *ABCDF;* sit: *EGH* 393) *add.:* vel debeat: *EGH*

Causa II. 1) *Codd. coll. o.; add.:* episcopus: *EGH; in EH haec est quaestio* 5, *et verba istius quaestionis hoc loco exstant.* 2) vel mon.: *EGH* 3) *Codd. coll. o. pr. ABD*

Quest. I. can. 1. 4) hoc autem ita testatur: *EGH — Sermo* 351. *no.* 10. *Ed. Maur.* 5) *ABDF;* in nullum feratur sententia nisi aut convictum aut sponte confessum: *EGH* 6) aut: *deest: AB* || can. 2. 7) De eod.: *deest: BC, ubi canon cum antecedente coniunctus est.* 8) *Capit. Angilrami ap. Hinschius pag.* 766. *cf. Lex. Rom. Wisig. Cod. Theod. lib.* IX. 30. *interpr. ad c.* 1. (*ed. Haenel.*) — *Burch.* XVI, 6. (ex Decr. Adriani); *Ans.* III, 82. (ex Augustino); *Ivo Pan.* IV, 111.; *Coll. tredec. P.* X, 50. 9) *Codd. et Edd. coll. o.;* prof. finitivam: *Burch. Ans.* 10) reus: *L. Rom. Wis. Burch. Ivo* 11) se: *deest: orig. L. Rom. Wis. Burch. Ivo* 12) idoneos: *Burch. Ans.*

C. III. *De eodem*[13].

Item Gregorius [lib. VIII. epist. 50.][14]

Sicut sine iudicio quemquam nolumus condempnari, ita que iuste* diffinita sunt[15a] nulla patimur excusatione differri.

C. IV. *De eodem.*

Item Eleuterius Episcopus [ad Episcopos Galliae][16].

Nichil[17] contra quemlibet accusatum[18] absque legitimo et idoneo accusatore fiat. Nam[19] et Dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat; sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus[20].

C. V. *De eodem.*

Item Felix Papa [I. ad Paternum Episcopum][21].

Primates[22] accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant dampnationis[23], quam[24a]* aut reum se ipse[25] confiteatur, aut per innocentes et canonice[26] examinatos regulariter testes conuincatur. Aliter[27] irritam esse censemus[28] et iniustam episcoporum dampnationem, et idcirco a sinodo[29] retractandam, ita ut obpressis ab omnibus in cunctis causis subueniatur.

Gratian. *Idem decernit*[30a] *Zepherinus Papa.*

C. VI. *Multi per tollerantiam sustinendi sunt, quamuis sententia diuini iudicii sint condempnati.*

Item Augustinus[31*].

Unus ex uobis me traditurus est. Bene dixit: ex uobis, et non: ex nobis. Ex uobis enim est, a quibus per iudiciariam potestatem confessus aut conuictus exclusus non est. A me uero, qui nullis indigeo argumentis, et omnia certissime noui, separatus et diuisus est. Tale est[32], ac si diceret: Etsi ego per occulti iudicii sententiam eum dampnatum habeo, uos tamen adhuc illum per tollerantiam sustinete.

C. VII. *Nullum reseruetur*[33a] *iudicium, nisi rationabiliter habitum.*

Item Gregorius Iohanni Defensori, eunti in Yspaniam, [lib. XI. epist. 50.][34]

Imprimis requirendum est de persona presbiteri, dilectissimi fratris et coepiscopi nostri Ianuarii, et si ita se ueritas habet, sicut eiusdem episcopi peticio continet, in ecclesia atque loco[35b] suo idem presbiter modis omnibus reuocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota siue probata est, subtiliter ipso presente et pro se rationem reddente querendum est et genus causae, et modus probationis, ut ex hoc colligere ualeas, utrum adhuc in exilio[36*] demorari, an certe in ecclesia[37c] et offitio suo debeat reuocari. §. 1. De episcopi persona[38d] hoc faciendum[39e] est, ut, si nulla contra eum criminalis causa, que exilio uel depositione digna est, mota siue probata est, is episcopus qui eo superstite peruerse et[40] contra canones in ecclesia eius ordinari presumpsit[41], sacerdotio priuatus ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidem dilectissimo Ianuario fratri et coepiscopo nostro tradendus est, ut aut[42f] ab ipso in custodia habeatur, aut certe ab eo ad nos transmittatur[43g]. Episcopi uero, qui eum ordinauerunt, uel ordinationi eius consentientes interfuerunt[44], sex[45] mensibus dominici corporis[46h] communione priuati agere penitenciam in monasterio decernantur, et suprascriptus Ianuarius loco et ordini suo modis omnibus reformetur. Si uero communione priuatis mortis contigerit[47] inminere periculum, benedictio eis uiatici non negetur. Si autem episcopi in preiudicio[48i] condempnationis[49] uel depositionis memorati episcopi se metu iudicis consensisse, ac talia fecisse sua[50k] sponte confessi[51l] fuerint, tempus[52m] eis adbreuiandum est, et modus penitenciae temperandus. Si uero ille, qui locum eius inuasit, de hac fortasse luce migrauerit[53n] et alter est ordinatus, quia leuioris[54] culpae uidetur, non[55o] quasi isti superstiti, sed successisse defuncto[56p], episcopatus illi offitium ab ea[57q] tantummodo ecclesia interdicatur, ut in alia ecclesia, que sacerdote uacauerit[58], si electus fuerit, possit esse episcopus, ad Malachitanam[59] tamen ecclesiam numquam aliquo modo reuersurus. §. 2. Gloriosus autem comitiolus quicquid predictus episcopus per uiolentiam atque insecutionem ipsius expendisse uel dampnum pertulisse dato sacramento firmauerit, eidem episcopo restituere condempnetur[60r]. Si autem aliter[61], quam antefati episcopi peticio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter querendum est, et cognita ueritate cum Dei timore quod iusticiae ordo suaserit iudicandum. §. 3. Quia[62] igitur[63s] Stephanus episcopus in odio suo[64t] quedam ficta, et de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste asserit se condempnatum, diligenter querendum[65] est primo[66], si iudicium ordinabiliter est habitum, si[67u] alii accusatores, alii[68v] testes fuerunt. Deinde causarum qualitas[69w], si digna exilio uel depositione fuerit[70x]; si[71] eo presente[72y], sub iureiurando testimonium contra eum[73] dictum est; si scriptis actum est, si[74z] ipse licentiam respondendi ac defendendi se habuerit[75aa]. Sed et de personis accusantium ac testificantium subtiliter querendum est[76], cuius conditionis sint[77bb], cuiusue[78] opinionis, et[79cc] ne inopes sint, ne[80dd] forte aliquas contra prefatum[81ee] pastorem[82ff] inimicitias habuissent, utrum[83gg] testimonium[84] ex auditu dixerint[85hh], aut certe specialiter se scire testati sunt; si[86] scriptis iudicatum est,

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. I. c. 3. a) fuerint — c. 5. a) quam apostolica freti auctoritate* — c. 6. a) decrevit — c. 7. a) servetur b) in loco c) eccl. sua d) supradicti persona e) statuendum f) aut: *deest* g) per omnia transmitt. h) corporis et sanguinis i) praeiudicium k) non sua l) fassi m) et tempus n) migravit o) quum non p) defuncto videatur q) in illa r) compellatur s) ergo t) ep. odio sui u) id est, si v) atque alii w) qual. est examinanda x) fuit y) praesente qui accusatus est z) vel si aa) habuit bb) sint: *deest* cc) aut dd) aut ne ee) praedictum ff) episcopum gg) et utrum hh) dixerunt

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * Iuste: Abest vox ista ab originali. In uno autem manuscripto Gratiani est: *iusta sunt diffinita sententia.*

C. V. * Apostolica freti auctoritate: Haec addita sunt ex epistola Felicis et Zephyrini. Nam damnari episcopi sine consensu et auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc possunt. 3. q. 6. *Discutere.* et alibi.

C. VI. * Augustinns: Sic in multis vetustis exemplaribus, quamvis verba huius capitis apud S. Augustinum non sint inventa.

C. VII. * Exsilio: In vulgatis sequebatur: *vel deportatione,* quae voces sublatae sunt, quia neque in vetustis Gratiani, neque apud B. Gregorium [neque ap. Anselm.] leguntur.

Causa II. Quest. I. can. 3. 13) De eod.: *deest: BCD, ubi canon cum priore cohaeret.* 14) *Ep.* 50. *scr. ao.* 600. *ad Domitianum metropolitanum lib.* X. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1335. — *Ans.* III, 30. 15) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 4. 16) *Caput Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 126. — *Jaffé no.* LXI. — *Ans.* III, 54. (*can.:* iudicia non modic. *can. cont.*) *Polyc.* V, 1, 10. (*can. contin.*) 17) tamen: *Ans.* 18) contra queml. accus.: *deest: orig. Ans.* 19) *Ivo Pan.* IV, 115. (*can. contin.*) 20) deiectus: *EGH* || can. 5. 21) *Caput Pseudoisidor. c.* 4.; *ap. Hinschius pag.* 198. — *Jaffé no. C.* — *Burch.* I, 157.; *Ans.* III, 68.; *Ivo Decr.* V, 245. (ex Zephyrino); *Coll. tredec. Part.* IX, 66.; *Caes.* XII, 43. — *cf. C.* III. *qu.* 6. *c.* 11.; *C.* XI. *qu.* 3. *c.* 35. 22) *add.:* quoque: *orig. Burch.* 23) finitivam: *Ivo* 24) *add.:* apostolicam ferant auctoritatem: *Burch. in Cod. Frib. sed in ed. impressa:* apostolica fretus auctoritate; fulti auct.: *Ivo* 25) ipse: *deest: DF;* esse: *EGH;* ipsum: *Burch.* 26) regulariter: *Ivo* 27) aliter: *deest: orig.; seqq. desunt ap. Zephyrin.* 28) censem.: *deest: orig.* 29) *add.:* sancta: *EGH Edd. coll. o.* 30) *Codd. coll. o. pr. DE* || can. 6. 31) It. Aug.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. — apud August. caput frustra quaesitum est.* 32) *Codd. coll. o.* || can. 7. 33) *Codd. coll. o. pr. C* 34) *Ep.* 45. *scr. ao.* 603. *lib.* XIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1530. — *Ans.* III, 93.; *Caes.* V, 54. 35) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* in locum suum: *orig.* 36) *add.:* vel deportatione: *H Edd. coll. o. pr. Bas.;* vel depositione: *EG* 37) *Codd. et Edd. coll. o.;* in ecclesiam suam et officium suum: *orig.* 38) *Codd. et Edd. coll. o.;* suprascripta persona: *orig. Ans.* 39) *Codd. et Edd. coll. o.;* fatendum: *Ans.* 40) *Codd. coll. o.* 41) praesumserit: *BD Edd. coll. o.* 42) *ABCDFH Edd. coll. o. orig. Ans.* 43) *Codd. coll. o.* 44) fuerunt: *EGH* 45) in sex: *orig. Ans.* 46) *Codd. coll. o.* 47) contingit: *C Ed. Arg.* 48) *Codd. coll. o. Ans.* 49) damnationis: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 50) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 51) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 52) *Codd. coll. o. pr. B; — Ans.* 53) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 54) levior culpa: *orig. Ans.* 55) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 56) *ib.* 57) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* ab illa: *orig.* 58) eum sacerdotem vocaverit: *EG* 59) Malechitanam: *ACEFGH* 60) *Codd. et Edd. coll. o. exc. Arg.; — orig. Ans. — Corr.* 61) aliquid aliter: *EGH* 62) Item quia: *EGH — Ivo Decr.* VI, 343. (*can.:* quod quidam frater); *Ivo Pan.* IV, 82. (*ut in Decr.*) 63) *Codd. coll. o. Ans.* 64) *ABCDFG Edd. Arg. Ven.* I. II. *Nor. Lugd.* I. *orig. Ans.;* in odio sui: *EH* 65) requirendum: *EGH Ed. Bas.* 66) primum: *Ans.* 67) *Codd. coll. o. pr. EH Ivo Decr. Pan.;* aut si: *Ans.* 68) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 69) *AC Ans. Ivo Decr.;* qual. examinanda: *Codd. coll. rel.* 70) *Codd. et Edd. coll. o.* 71) aut si: *orig. Ans.* 72) *ABEGH orig. Ans. Ivo Decr.* 73) *add.:* contra eum: *EGH Ans.;* seu script.: *orig.* 74) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.;* si: *deest: orig.* 75) *ABCDF Edd. coll. o. Ivo Pan.* 76) est: *deest: EH* 77) *Codd. coll. o.;* sunt: *Ivo Pan.* 78) cuiusque: *orig.* 79) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 81) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 82) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 83) *ib.* 84) verum testim.: *Ed. Bas.;* vero testim.: *Ivo Pan.* 85) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan,* 86) vel si: *orig. Ans.*

et[87] partibus presentibus sententia recitata est[88]. Quod si forte hec solempniter acta non sunt, neque causa probata est, que exilio uel depositione digna sit, in ecclesiam suam[89] modis omnibus reuocetur[90]. Hii uero, qui contra Dei timorem et statuta canonum eum condempnauerunt, excommunicati in monasterio[91][ii] ad agendam penitentiam sex[92] mensibus sunt mittendi, ita sane, ut, si cuiquam eorum mortis contigerit inminere discrimen[93][kk], uiatici ei[94][ll] benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo uiuente locum eius temerarie ambiuit, priuatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur, atque eidem dilectissimo fratri et coepiscopo nostro tradatur, ut eum aut[95] ipse ad nos transmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi uero, qui eum ordinare presumpserunt, uel peruersae ordinationi illius[96][mm] consensum prebuere[97], communione[98][nn] priuati sex[99] mensibus ad agendam penitentiam in monasterio deputentur etc. *ut supra de causa Ianuarii episcopi et infra*[100][oo]**. §. 4. Quod si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopum probata sunt, aliqua uero doceri minime potuerunt, cauta omnino consideratione pensandum est, utrum leuiora capitula, an certe grauiora probata sint, ut ex eis qualiter diffinitionem tuam debeas formare possis scire. §. 5. Gloriosus uero comitiolus, si suprascriptus[106] episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus eius uel ecclesiae ipsius tulit ei sine aliqua dilatione restituat etc. *ut supra in causa Ianuarii episcopi*[107][pp]. Si autem episcopum[110][qq] talem culpam[111][rr] etc.[112][ss] *et infra in prima causa monachorum*[113]. De persona presbiteri, etc. *et infra*[114] *in causa: Clericus aduersus clericum. Et infra* [in eadem epistola 54. undecimi libri]. §. 6. De persona Ianuarii episcopi[115] sciendum est, grauiter omnino et contra leges actum[116][tt], ut uiolenter de ecclesia traheretur[117]; dum[118] si quamlibet iniuriam[119][uu] a quocumque episcopus passus fuerit in ecclesia, iniuriantem lex capitali pena percutiat, et sicut maiestatis reum omnibus[120] det illum accusandi licentiam, ut huius legis series loquitur codicis lib. I. cap. III. constitut. 11.[121][vv]: §. 7. „Si quis in hoc genus sacrilegii inruperit[122][ww], ut in ecclesia catholica[123][xx] inruens sacerdotibus et ministris, uel ipsi cultui locoque aliquid inportet iniuriae, etc.“ *Et infra*[124][yy]: §. 8. De persona episcopi Stephani hoc[125][zz] attendendum est, quia nec inuitus ad iudicium trahi, nec ab episcopis alieni concilii debuit iudicari. §. 9.[126][aaa] Contra hoc[127][bbb] si dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuit, nec patriarcham, dicendum est, quia a sede apostolica (que omnium ecclesiarum caput est) hec causa audienda fuerat[128] ac dirimenda, sicut et predictus episcopus petisse dinoscitur. Quia ergo episcopus[129][ccc] alieni concilii iudices habuit omnino suspectos, sententia[130][ddd] non a suo iudice dicta nichil firmitatis obtineat[131][eee]. §. 10.[132][fff] Quod autem dicitur a seruis suis accusatus, sciendum est, quia audiri minime debuerunt[133]. §. 11.[134][ggg] Si uero[135] de crimine maiestatis accusatus dicitur, nec[136] ipsum de eo credendum fuit, si uita uel opinio eius talis ante non extitit[137]. §. 12.[138][hhh] Quod autem dicit[139] idem episcopus, quia se absente aliqui uilissimi sint testes exhibiti, hoc si uerum est, nullius est momenti[140][iii]. §. 13.[141][kkk] Quales[142] autem testes uel cuius opinionis ad testimonium admittendi sunt[143], plurimae leges ostendunt, que pene nulli habentur incognitae, que etiam illud[144][lll] sanciunt[145], ut uilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat. §. 14. Quod autem dicitur, quia nichil scriptis[146] iudicatum est, legendum est tit. XLIV. libri VII. codicis constitutio ultima[147][mmm], quia scriptis debuit[148] iudicari. Nam ibi inter alia precipitur[149][nnn], ut sententia, que sine scripto[150] dicta fuerit, nec[151][ooo] nomen sententiae[152][ppp] habere mereatur[153].

[PALEA[154].

C. VIII. Ultima sententia debet de scripto preferri.

Item Codicis libro VII.[155]*, titulo de sententiis ex breuiculo[156] recitandis, Imppp. Valentinianus[157], Valens et Gratianus AAA.

Statutis generalibus iussimus, ut uniuersi iudices, quibus reddendi iuris in prouinciis permisimus facultatem, cognitis causis ultimas diffinitiones de scripti[158] recitatione proferant[159]. Huic adicimus[160] sanctioni, ut sententia, que dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem sententiae habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis solempnitas requiratur.]

[PALEA[161].

Item ex Concilio apud S. Medardum Hincmarus Remorum Archiepiscopus dixit[162]:

C. IX. De eodem.

Legum ecclesiasticarum consuetudo et[163] auctoritas talis

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. I. c. 7. ii) monasterium kk) periculum ll) ei: *deest* mm) ipsius nn) iidem communione oo) deputentur. Si autem episcopi in praeiudicium[101]** condemnationis vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis consensisse, ac[102] talia fecisse non[103] sua sponte professi fuerint, tempus eis abbreviandum est et modus poenitentiae[104] temperandus. Si igitur is, qui praedicti Stephani locum invasit, fortasse defunctus est, atque alius in ecclesia eius episcopus ordinatus est[105], illud de eo statuendum est, quod superius de causa fratris et coepiscopi nostri Ianuarii diximus. pp) restit. dilatione. Sed et quaeque[108] se in persecutionem ac violentiam eius expendisse, vel damnum idem episcopus pertulisse iuraverit[109], idem memoratus Gloriosus, comitiolus reddat ac satisfaciat. qq) episc. antedictum rr) culpam commisisse constiterit ss) (quod absit) etc. ut inf. in causa tt) esse actum uu) aliam iniuriam vv) lib. I. tit. III. constitut. 10. ww) proruperit xx) ecclesias catholicas yy) infra in eadem epistola zz) ad hoc aaa) Et infra: §. 9. bbb) haec ccc) qui episcopos ddd) Quia ergo sententia eee) obtin., lectionis huius tenor ostendit libro codicis VII. etc. fff) Et infra: §. 10. ggg) Et infra: §. 11. hhh) Et infra: §. 12. iii) nullius esse momenti lege noscendum est. kkk) Et infra: §. 13. lll) illud: *deest* mmm) const. ult.: *deest* nnn) dicitur atque praecipitur ooo) ne ppp) quidem sententiae

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Si autem episcopi in praeiudicium: Haec usque ad vers. *Quod si forte,* addita sunt ex epistola: quemadmodum et paulo inferius a verbo, *dilatione,* usque ad vers. *Si autem episcopum,* ut orationis cursus sit expeditior. Nam Gratianus referebat se ad superiora, in quibus habentur similia, hoc modo etc. *ut supra de causa Ianuarii episcopi.* Quorum autem capitum initia citantur ex inferioribus causis, ea sic relicta sunt, quemadmodum antea se habebant, ut modus citandi Gratiano usitatus agnoscatur.

C. VIII. * In duobus vetustis codicibus hoc et sequens caput non habentur, et hanc legem codicis B. Gregorius in praecedenti capite manifeste indicaverat,

Causa II. Quest. I. can. 7. 87) si: *Ans.* 88) *Edd. coll. o. pr. Bas.;* sententiae restitutae sunt: *Ans.* 89) ecclesia sua: *Ans.* 90) restituatur vel revoc.: *EGH; finis canonis: Ivo Decr. Pan.; — in ABC hoc loco incipit novus canon cum rubrica:* Item de his qui condempnant innocentes 91) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 92) septem: *Ed. Bas.;* in sex: *orig. Ans.* 93) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 94) *Coll. coll. o. orig. Ans.* 95) aut: *deest: A Ans.* 96) *Codd. coll. o. Ans.* 97) assensum: *Edd. coll. o.* 98) *Codd. et Edd. coll. o.* 99) septem: *C;* in sex: *Ans.* 100) *Codd. et Edd. coll. o.* 101) praeiudicio: *Ans.* 102) aut: *ib.* 103) non: *deest: ib.* 104) poenitentia: *ib.* 105) est: *deest: ib.* 106) supradictus: *EGH* 107) *Codd. et Edd. coll. o.* 108) quaecunque: *Ans.* 109) se pertulisse asseruerit: *ib.* 110) *Codd. et Edd. coll. o. — haec excerpta sunt ex capitulari legum imperialium, quod in Ed. Maur. legitur post finem ep. 45. lib.* III. 111) *Codd. coll. o.* 112) *Codd. coll. o. pr. B* 113) *c.* 3. *C.* XVI. *qu.* 6. 114) *c.* 38. *C.* XI. *qu.* 1. 115) *in CEGH verba* de persona Ianuarii episcopi *pertinent ad* Et infra 116) *Codd. coll. o.* 117) tolleretur vel (aut: *G*) traheretur: *EGH* 118) *add.:* quando: *orig. Ans.* 119) *Codd. et Edd. coll. o.* 120) in omnib.: *EGH* 121) *ACEFGH Ans.;* cap. IV.: *BD;* lib. I. tit. VI. const. 10.: *orig. — Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. c. 31.; Cod. Iust. lib. I. tit. 3. c. 10. — cf. Hüffer Beitr. p.* 101. 122) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* (inciderit); *— Ans.* 123) *ABDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; ecclesiam catholicam: *C* 124) *Codd. coll. o.* 125) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 126) *Codd. coll. o.* 127) *Codd. coll. o. pr. D* 128) fuerit: *AC* 129) *Codd. coll. o. Ans.;* quia ergo episcopos: *Edd. coll. o.* 130) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 131) *ib.* 132) *Codd. coll. o.* 133) debuerant: *EGH;* audire debuerant: *Ed. Bas.* 134) *Codd. coll. o.* 135) Si vero dictum fuerit, quia de hoc accusatus est, quod ad maiestatis crimen attendit: *orig. Ans.* 136) nec ipsis: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 137) stetit: *Ans.* 138) *Codd. coll. o. Ans.* 139) dicitur: *Ans.* 140) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 141) *Codd. coll. o.* 142) Qual.: *deest: Ans.* 143) sint: *CE* 144) *Codd. coll. o. Ans.;* et illud: *orig.* 145) sciunt: *Ed. Bas.;* faciunt: *Ed. Par.* 146) sine (in: *Ed. Arg.*) script. iudicatum: *Edd. Arg. Bas.;* sine (in: *Ed. Ven.* I.) scr. iudicandum: *Edd. rel.* 147) *Codd. et Edd. coll. o.* 148) debeat: *EGH* 149) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 150) scriptis: *EGH* 151) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 152) *ib.* 153) *in C sequitur:* iudices autem sententiam scriptis dicant et provocationes condempnato non denegentur, nisi forte ter appellare aliquis maluerit vel contumax in absentia fuerit. Nam et tertia provocatio preiudicata est et contumaces dampnati appellare non possunt. || can. 8. 154) *Haec Palea deest: ABFGH; in C invenitur in textu; in F manu posterioris saeculi in margine scripta est: in D cum canone antecedente cohaeret; Hugucc. commentatus est* (*Schulte p.* 15. *Maassen Beitr. p.* 12.) 155) *Dat. ao.* 374. — *l.* 3. *Cod.* (7, 44.) — *cf. Greg. M. Ep.* 45. *lib.* III. 156) periculo: *CDEF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 157) Valerius: *CD* 158) scriptis: *CD* 159) recitationem faciant: *C* 160) addimus: *CDF Ed. Bas.;* addicimus: *Ed. Arg.* || can. 9. 161) *Haec Palea non exstat in ABFGH: in C invenitur in textu; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est. — Iam Ioann. Faventin. commentatus est* (*Schulte p.* 14.) *Hugucc. paleam esse notavit* (*ib.* 15.) 162) *Conc. Suesson.* III. *hab. ao.* 852 *ap. Mansi* XV, 983. — *Reg. Appdx.* II, 22. (*can.:* Hincm. aep. Rem.; *can. contin.*); *Burch.* II, 197. (*ut ap. Regin.*); *Ivo Decr.* VI, 269. (*ut ap. Regin.*) 163) consuet. et: *deest: Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch.*

est, ut in causis gestorum semper scripturam requirant[164], adeo, ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen precipiatur. Qui ad summum sacerdotium prouehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur[165]. Ordinatus autem a suis ordinatoribus litteras accipere iubetur. Qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libelli[166] inscriptione[167] aut recipitur, aut eicitur[168]. Sed et[169] qui* accusatur aut[170] excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari uel reconciliari iubetur. Et sic in ceteris huiusmodi in tantum scriptura deposcitur, ut sicut B. Gregorius in commonitorio ad Iohannem defensorem ex Romanis legibus sumens scribit[171]: „Sententia, que sine scripto[172] profertur, nec nomen sententiae habere mereatur.“[173]

C. X. *Restituendus est, quem neque confessum, neque conuictum constat esse eiectum.*

Item Nicolaus Papa Airardo[174a] *Turonensi Archiepiscopo.*

Notum sit tuae fraternae karitati, quod iste presbiter pauper, nomine Christoforus, de sua angustia ad nostram clementiam lacrimabiliter sit conquestus, dicens, se falsis criminibus inpetitum, et ab ecclesia[175b] non conuictum neque confessum inrationabiliter fuisse reiectum[176c]. Nam, ut ipse refert, tua[177] diligentia per tres uices inquisitione facta, nulla in se neque de fornicationis crimine, neque de homicidii consensione[178]* potuit culpa reperiri[179d], nisi quia suae paupertatis causa que[180] petebantur aut consentire noluit, aut adinplere[181e] non potuit. Quod[182f] suus tamen emulus ultroneus egit, qui ecclesiam illius iniuste preripuit. Idcirco magnopere monemus reuerentiam tuam, ut[183g] que, forte te ignorante, Geziaca[184] cupiditate peracta esse uidentur, tuae fraternitatis censura celeri emendatione corrigantur, scilicet[185] restituendo ecclesiae propriae iam dictum sacerdotem, atque ei[186] reddendo tua pietate, quem perdidit pristinum honorem, et nullatenus canonica instituta alicuius temeritate[187] contempni permittas, quia facientem et consentientem par pena constringit.

C. XI. *Antequam causa probetur, aliquis excommunicari non debet.*

Item de libro constitucionum[188].

Nemo episcopus, nemo presbiter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc[189] fieri iubent. Si quis autem excommunicauerit aduersus eam[190] aliquem, ille[191a], qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctae communionis redeat; is autem, qui non legitime[192] excommunicauerit[193b], in tantum abstineat tempus[194c], quantum maioris sacerdotis auctoritati[195d] uisum fuerit, ut[196] quod iniuste fecit[197] ipse iuste patiatur.

C. XII. *Incerta et dubia iudicari non possunt.*

Item Augustinus in epistola [CXXXVII.] *ad clerum et uniuersalem plebem Ipponensem*[198a].

Nomen presbiteri propterea non ausus sum de numero collegarum eius uel subprimere, uel delere, ne diuinae potestati[199], sub cuius examine causa adhuc pendet, facere uiderer iniuriam, si illius iudicium meo uellem iudicio[200] preuenire[201]; quod nec in negotiis secularibus iudices faciunt, quando[202b] ad maiorem potestatem dubitatio defertur[203c], ut pendente relatione aliquid audeant[204] conmutare. In episcoporum quoque[205d] concilio constitutum[206] est, nullum clericum, qui nondum conuictus est[207e], suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non presentauerit.

C. XIII. *Nec ex*[208a] *suspicionis arbitrio, nec ante uerum et iustum iudicium aliquis condempnetur.*

Item Melciades Papa [Episcopis Hispaniae][209].

Primo semper omnia[210b] diligenter inquirite, ut cum iustitia et karitate[211c] diffiniatis; neminem condempnetis[212] ante iustum et uerum iudicium; nullum iudicetis suspicionis arbitrio; sed primum probate, et postea karitatiuam proferte sententiam, et quod uobis non uultis fieri alteri nolite facere.

C. XIV. *Qui ab accusatione prohibeantur, et qui recipiantur.*

Dig.[213a] *lib. XLVIII.*[214] *tit. de accusationibus et inscriptionibus*, [l. qui accusare][215].

Prohibentur accusare alii propter sexum uel etatem, ut mulier et[216] pupillus. Alii propter sacramentum, ut qui stipendium merentur[217b]. Alii propter magistratum et potestatem[218c], in qua agentes sine fraude in ius euocari[219d] non possunt. Alii propter delictum proprium, ut infames. Alii propter turpem questum, ut qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habent, nummosue ob accusandum uel non accusandum acceperint[220]. Alii propter conditionem suam, ut[221] libertini contra patronos[222]. Alii[223] propter suspicionem calumpniae, ut illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt. Nonnulli[224] propter paupertatem, ut sunt qui minus quam quinquaginta aureos habent. Hi[225] tamen omnes, si suam iniuriam exequantur, mortemue propinquorum defendant[226], ab accusatione non excluduntur. Liberi libertique non sunt prohibendi suarum rerum defendendarum gratia de facto parentum patronorumue queri[227], ueluti[228e] si dicant, ui se a[229f] possessione ab his expulsos, scilicet non ut crimen uis[230] eis intendant, sed[231] ut possessionem recipiant. Nam et filius non quidem prohibitus est de facto matris queri[232], si dicat subpositum ab ea partum, quo magis coheredem habeat[233g]; sed eam ream lege Cor-

EDITIO ROMANA.

Causa I. Quest. I. c. 10. a) Girardo b) ecclesia sua c) eiectum d) (de quibus impetebatur) reperiri e) implere f) Quae g) ut etiam — c. 11. a) ille quidem b) excommunicavit c) tempus sacrosancta communione d) maiori sacerdoti (auct.: *deest*) — c. 12. a) universam b) quando causae c) refertur d) Et in episc. conc. e) sit — c. 13. a) ex: *deest* b) ante omnia c) veritate — c. 14. a) Item Dig. b) merent c) mag. potestatemve d) vocari e) puta f) de g) haberet

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Sed et qui: In originali est: *Sed qui accusatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per scripturam accusari, vel reconciliatus commendari iubetur. Et sic, etc.*

C. X. * Consensione: Sic est emendatum ex plerisque vetustis exemplaribus. Nam antea legebatur: *confessione.* Ivo autem habet: *consensu.*

Causa II. Quest. I. can. 9. 164) scriptura requiratur: *CF Edd. coll. o.* 165) eligatur: *Codd. et Edd. coll. o.* 165) libellari: *ib. orig. Reg. Ivo* 167) scriptione: *Codd. coll. o. pr. E Ed. Bas. Burch.*; praescriptione: *E;* descriptione: *Edd. coll. rel.* 168) deicitur: *Codd. coll. o. orig. Reg. Burch. Ivo* 169) et: *deest: Codd. coll. o. Reg. Burch. Ivo* 170) vel: *Codd. coll. o. Burch.*; vel qui: *orig. Reg.*; vel aut recipitur qui excommunicatur: *Ivo* 171) *cf. c. anteced. in fine* 172) scriptura: *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Burch. Ivo;* scriptis: *Edd. rel.* 173) meretur: *Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. *Reg.;* non meretur: *Ivo* || can. 10. 174) *Codd. coll. o. pr. E* (Euirardo) *Ivo Coll. tr. P. — Corr. — Fragm. Ep. Nicolai* I. (858—67) *incerti temporis ad Herardum Ep. Turon. — Jaffé no.* 2147. — *Ivo Decr.* VI, 429.; *Coll. tr. P.* I, 62, 59. 175) *Codd. coll. o. pr. C* 176) *ACDF Coll. tr. P.;* deiectum: *B* 177) a tua: *EGH Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. 178) confessione: *ABC* 179) *ABCDF Coll. tr. P.* 180) quod petebatur: *Ivo* 181) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 182) *ib. Ivo* 183) *ib.* 184) *add.:* in: *Coll. tr. P.* 185) scilic.: *deest: EGH* 186) ei: *deest: EH;* eidem: *Ivo* 187) *add.:* aut ausu: *EGH* || can. 11. 188) *Iuliani Epit. nov.* 115. *c.* 5. *in Ed. Haenel. c.* 441. — *Ans. ded.* II, 300.; *Abbo Floriac.* (*ap. Mabillon Anal.*) c. 36.; *Ivo Decr.* V, 371.; *ib.* XIV, 21. (ex Conc. Paris.; *can.:* de illicita); XIV, 42. *Ivo Pan.* (*ut in Decr. c.* 21. *can. contin.*); *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 22.; *Coll. tredec. P.* X, 190.; *cf. infra c.* 6. *C.* XXIV. *qu.* 3. 189) haec: *Ivo Pan.* 190) *add.:* constitutionem: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* ea: *orig. ed. Haenel.* (*sed* eam *est in varietate lectionis*); *Ivo Decr.* XIV, 21. 42.; eum: *Ivo Pan.* 191) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded.;* (ille: *deest*); *Ivo Decr.* V. *Coll. tr. P.* 192) *add.:* eum: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 193) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo Pan.* 194) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* XIV, 42. *Coll. tr. P.;* abstin. a sacra communione: *orig. ed. Haenel. Ans. ded. Ivo Decr.* XIV, 21.; *Ivo Pan.* 195) *ACEFGH;* maioris sacerdoti: *BD* 196) et ut: *EGH* 197) fecerat: *EGH;* fecerit: *Ed. Bas.; add.:* eum excommunicando: *ACDF* || can. 12. 198) *Codd. coll. o.;* — *Ep.* 78. *no.* 4. *Ed. Maur. scr. ao.* 404.; *Ans.* III, 80. (*in Cod. Vatic. deest*); *Ivo Decr.* VI, 388.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 23. 199) pietati: *Ed. Bas.;* pietatis potestati: *EGH Edd. coll. rel. exc. Arg.* 200) praeiudicio: *Coll. tr. P.* 201) *finis canonis: Ans.* 202) *Codd. et Edd. coll. o.* 203) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.* 204) habeant: *Coll. tr. P.* 205) *Codd. et Edd. coll. o. — Sentit Augustinus de conc. Carth.* III. *hab. ao.* 397. 206) statutum: *EGH Ed. Bas.* 207) *Codd. coll. o. pr. C. Ed. Bas.* || can. 13. 208) *Codd. coll. o. pr. AB;* non ex: *AB* 209) *Caput Pseudoisid.; ap. Hinschius p.* 243. *c.* 2. — *Jaffé no.* CXXIX. — *Ans. ded.* III, 169. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 112.; *Coll. tr. P.* I, 31, 1. 210) *Codd. coll. o. Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.;* omnia: *deest: EH* 211) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Codd. orig. Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.* 212) condemnantes: *Ivo* || can. 14. 213) *ABCDF;* Item in Dig.: *EH* 214) *lib.* XLIX.: *ABCDF* 215) *l.* 3. *Dig.* (48, 2.) 216) ut: *orig.* 217) *Codd. coll. o.* 218) *ib.* 219) *ib. orig. — Corr.* 220) susceperint: *C;* acceperunt: *Ed. Bas.* 221) *add.:* filii contra parentes et: *Edd. Lugdd.* II. III. 222) *add.:* suos: *EH Ed. Bas.;* liberti: *Corr.* 223) *l.* 9. *ib. ex Paulo lib.* 5. *Sentent.* 224) *l.* 10. *ib. ex Hermogeniano l.* 6. *epist.* 225) *l.* 11. *ib. ex Macro l.* 2. *de publ. iudic.* 226) defendent: *orig.* 227) conqueri: *EGH Ed. Bas.* 228) *Codd. et Edd. coll. o. orig. — Corr.* 229) *Codd. coll. o. orig.* 230) in eos: *EGH Ed. Bas.;* in eis: *ACF Edd. coll. rel.* 231) *add.:* tantum: *EH Ed. Bas.; add.:* non: *G* 232) conqueri: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AF* (*in F pro* queri *correctum est:* conqueri) 233) *Codd. coll. o.*

nelia facere ei permissum non est. §. 1. Ab alio delatum alius deferre non potest: sed eum, qui abolicione publica uel priuata interueniente, aut desistente accusatore de[234] reis exemptus[235] est, deferre[236h] non prohibetur. §. 2. Mulierem[237] propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem audiri a prefecto annonae deferentem diuus Seuerus[238i] et Antoninus rescripserunt. Famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione admittuntur. Milites quoque[239k], ad hanc accusationem admittendi sunt. Serui quoque deferentes audiuntur.

II. Pars. Gratian. *His omnibus auctoritatibus datur intelligi, quod nullus est condempnandus, nisi iudicio ordinabiliter habito aut conuincatur, aut reum se ipse confiteatur. Verum hec de illis intelligenda sunt*[240], *quorum crimina sunt occulta; ceterum que manifesta sunt iudiciarium ordinem non requirunt.*

Unde Ambrosius[241*].

C. XV. *Sine accusatione manifesta iudicantur*[242a].

Manifesta accusatione non indigent.

C. XVI. *De eodem*[243].

Item Nicolaus Papa Karolo[244a] *Regi* [in epistola, quae incipit: Syllabarum][245*].

Que[246] Lotharius uester nepos rex fecit[247b] accusatione[248c] non indigent. Manifesta enim[249d] sunt[250e] opera eius[251f].

Gratian. *In manifestis enim calliditate accusantium reus non opprimitur, nec tergiuersatione propria*[252g] *crimen celatur, cum culpa sua sponte se oculis omnium ingerat, atque ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur, qui ideo tantum*[253h] *institutus est, ut nec innocentia insidiis pateret aduersantium, nec culpa delinquentis*[254i] *sententiam effugeret iusti examinis.*

Unde Stephanus Papa [V.] *Leoni Episcopo Thianensi*[255a*]:

C. XVII. *Ordinem iudiciarium manifesta non desiderat causa.*

In[256b] manifesta et nota plurimis[257c] causa non sunt querendi testes, ut S. Ambrosius in epistola ad Corinthios dicit[258d], de fornicacione[259] exponens sententiam Apostoli: „Iudicis, inquam[260e] non est sine accusatore dampnare, quia[261f] Dominus Iudam, cum fuisset[262g] fur, quia[263h] non est accusatus, minime abiecit[264]. Cognito[265i] autem[266k] opere isto[267] pellendum illum[268l] Apostolus de cetu fraternitatis[269] censuit. Omnes enim crimen eius sciebant, et non arguebant. Publice enim novercam suam loco[270] uxoris habebat, in qua re neque testibus opus erat, neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen. *Et paulo post:* Absens facie, presens autem auctoritate Spiritus[271], qui nusquam[272] abest, iam iudicaui ut presens eum, qui hoc admisit, tradi satanae in interitum carnis.“

III. Pars. Gratian. *Sed sciendum est, quod eorum, que manifesta sunt, alia sunt nota iudici, et incognita aliis; alia sunt occulta iudici et manifesta aliis*[273]*; quedam uero sunt nota iudici, et aliis. Que iudici tantum nota sunt, sine examinatione feriri non possunt, quia, dum accusatoris persona assumitur, iudiciaria potestas amittitur. In una enim eademque causa nullus simul potest esse accusator et iudex.*

Unde Augustinus in omelia de penitentia [que est L. c. 12.][274]:

C. XVIII. *Quando aliqui sunt corrigendi, quando tollerandi*[275].

Multi corriguntur ut Petrus; multi tollerantur, ut Iudas; multi nesciuntur, „donec[276] ueniat Dominus, qui illuminabit[277] abscondita tenebrarum.“ *Et infra*[278]: §. 1. Nos uero a communione quemquam prohibere non possumus (quamvis hec prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis) nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nominatum atque[279] conuictum. Quis enim sibi utrumque audet[280a] assumere, ut cuiquam[281] ipse sit et[282] accusator, et iudex? Huiusmodi[283b] regulam etiam Paulus apostolus[284] in[285c] epistola[286] ad Corinthios breuiter insinuasse intelligitur, cum quibusdam[287] commemoratis criminibus ecclesiasticis[288d] formam[289e] ad omnia similia ex quibusdam daret. Ait[290] enim: „Scripsi uobis in epistola ne commisceamini[291f] fornicariis. Non utique huius mundi fornicariis, aut auaris, aut raptoribus, aut ydolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exire.“[292g] Non enim possunt homines in hoc mundo manentes[293h] nisi cum talibus uiuere, nec[294] eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium conuictumque uitauerint. Unde et[295] Dominus cum publicanis et peccatoribus comedens: „Non[296] est, inquit, necessarius[297i] sanis medicus, sed male habentibus. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores.“[298]. Et ideo[299] sequitur[300] Apostolus, et[301] adiungit[302]: „Nunc autem[303k] scripsi uobis non[304] commisceri. Si quis frater nominatur[305] aut[306l] fornicator, aut ydolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec[307m] cibum[308n] sumere. Quid[309] enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, uos iudicatis? De his autem, qui foris sunt, iudicabit Deus. Auferte malum a[310] uobis ipsis.“ Quibus uerbis satis ostendit, non temere, aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab ecclesiae communione, ut, si per iudicium auferri non possunt, tollerentur potius, ne peruerse malos[311o] euitando ab ecclesia ipse discedens, eos, quos fugere uide-

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. I. c. 14. h) alius deferre i) divi Verus k) quoque qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace excubant, vel magis — c. 15. a) iudicentur — c. 16. a) Ludovico b) facit c) accusatore d) quippe e) sunt (teste Apostolo) f) carnis, fornicatio, immunditia, etc. g) propriam h) tantum: *deest* i) delinquentium — c. 17. a) Theanensi* b) De c) pluribus d) dixit e) inquit f) quia et g) esset h) sciebat: sed quia i) Ut tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Cognito k) autem: *deest* l) illum fuisse — c. 18. a) audeat b) Cuiusmodi c) in eadem d) ecclesiastici e) iudicii formam f) non commisceri g) exisse h) viventes i) opus k) autem: *deest* l) in vobis aut m) nec quidem n) cibum simul o) malos quisque

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XV. * Ivo in epistola ad Hugonem, quae incipit. *Literas V. P.* sic ait: *Manifesta autem accusatione non indigere, testatur B. Ambrosius super epistolam ad Corinthios, ita dicens de eo, qui cum noverca:* Iudicis non est, etc. ut infra. c. *De manifesta,*

C. XVI. * Sumtum est ex epistola, quae habetur in codice saepe memorato monasterii Dominicanorum, in qua haec praecedunt: *Accusatorem autem habere Lotharium non nisi illum, qui accusator fratrum in Apocalypsi appellatur, et opera eius, quae et ipsa eiusdem antiqui hostis instinctu patrantur, profecto comperimus, quae vero Lotharius rex, etc.*

C. XVII. * Exstat integra haec epistola in collectione canonum sine auctoris nomine in Vaticana bibliotheca.

Causa II. Quest. I. can. 14. 234) vel de: *EGH* 235) deceptus: *BCDF* 236) *Codd. coll. o. pr. F;* alios def.: *Ed. Bas.* 237) *l. 13. ib. ex Marciano lib.* I. *de publ. iud.* 238) *Codd. et Edd. coll. o. orig. — Corr.* 239) *Codd. et Edd. coll. o.* 240) hoc . . . intelligendum: *CEGH; add.:* est: *EGH* || can. 15. 241) *Sententia sumta est ex comment. ad Ep.* I. *ad Corinth. qui Ambrosio suppositus est.* 242) *Codd. coll. o.* || can. 16. 243) De eod.: *deest: AD, ubi canon cum antecedente cohaeret.* 244) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 245) *Ep. Nicolai ad Ludovicum regem scr. ao.* 867. — *Jaffé no.* 2183. — *Ans.* XII, 35. 246) *add.:* vero: *EGH* 247) *Codd. coll. o.* 248) *ib.* 249) *ib. Ed. Arg.* 250) *ib.* 251) *ib.* 252) *Codd. coll. o. pr. E* 253) *Codd. coll. o.* 254) *ib.* || can. 17. 255) *Codd. coll. o.;* Turonensi: *Ed. Bas.;* Leonitanensi: *Ivo Pan.; Fragm. ep. deperditae scr. ao.* 887. — *Jaffé no.* 2655. — *Ivo Decr.* VI, 431.; *Ivo Pan.* IV, 117.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 53. — *Eadem leguntur apud Gerhoum de aedif. Dei in Pez Anecdot.* II, 2, 374. 256) *Codd. coll. o. pr. DF* 257) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 258) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd. — Ivo Pan. Coll. tr. P.;* scribit: *Ivo Decr. — cf. Cor. c.* 5. 259) fornicatore: *B Edd. coll. o. Ivo Decr.* 260) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 261) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 262) *ib.* 263) *ib.* 264) eiecit: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 265) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 266) *ib.* 267) istius: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Coll. tr. P.* 268) *Codd. et Edd. coll. o.* 269) Apost.: *deest: Ivo Pan. Coll. tr. P.* 270) in loco: *EGH* 271) spiritu: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 272) nunquam: *Ivo Pan.* 273) *add.:* quaedam occulta iudici et occulta aliis: *EGH* || can. 18. 274) *Sermo* 351. *no.* 10. *Ed. Maur. — Ans.* III, 70. (*can. contin.*); *Polyc.* VII, 7, (9,) 11. 275) Qui sunt (sint: *B*) corrigendi qui tolerandi: *AB;* vel quando tol.: *EGH* 276) I. *Cor. c.* 4. *v.* 5. 277) illuminet: *Ans.;* illuminat: *Polyc.* 278) et cetera: *Polyc.* 279) aut: *DEGH Edd. coll. o.* 280) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.;* auderet: *Edd. coll. o.* 281) cuidam: *D;* cuiusquam: *Edd. coll. o. Polyc.* 282) et: *deest: ADEFGH* 283) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 284) ap.: *deest: EGH* 285) *Codd. et Edd. coll. o.* 286) *add.:* sua: *A Edd. coll. o. pr. Bas.* 287) *add.:* talibus: *orig.* 288) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 289) *ib.* 290) I. *Cor. c.* 5. *v.* 8. 291) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 292) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas. — Ans. Polyc.* 293) *Codd. coll. o.* 294) *cf. c.* 17. *C.* XIII. *qu.* 4. 295) et: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 296) *Matth. c.* 9. *v.* 12. 297) *Codd. et Edd. coll. o.* 298) *add.:* ad poenitentiam: *C Edd. coll. o. pr. Arg.* 299) Ideoque: *EGH* 300) consequenter: *Codd. coll. o. pr. A;* consequentes: *Edd. coll. o.* 301) et: *deest: Codd. coll. o. pr. A* 302) I. *Cor. c.* 5. *v.* 11. 303) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 304) non commisceamini: *Edd. coll. o. pr. Bas.; add.:* fornicariis: *BCDH Edd. coll. o.* 305) monstratur: *A;* nominetur: *Ans.* 306) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 307) *Codd. et Edd. coll. o.* 308) *ib. orig.* 309) quo: *orig. Ans.* 310) ex: *CEGH* 311) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.;* quoque evit.: *Corr.*

tur, uinciat[312] ad gehennam. Quia et[313] ad hoc nobis[314] in scripturis[315p] sunt exempla proposita, uelud[316] in[317] messe, ut[318] palea sufferatur usque ad ultimum uentilabrum, uel intra illa retia, ubi pisces boni cum malis usque ad segregationem[319], que futura est in litore, id est in fine seculi, equo animo tollerentur. §. 2. Non enim est contrarium huic loco illud[320q], quod dicit[321r] Apostolus: „Tu, quis[322s] es, qui iudicas seruum alienum? suo domino stat aut cadit.“ Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis uel etiam extraordinario usurpato iudicio, sed potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesiae, siue ultro confessum, siue accusatum atque conuictum. Alioquin illud cur dixit: „Si quis frater nominatur[323] aut fornicator, aut ydolis seruiens etc.“ nisi quia eam nominationem uult[324t] intelligi, que fit in quemquam, cum sententia ordine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nominatio sufficit[325u], multi innocentes dampnandi sunt, quia sepe falso in quoquam crimina[326] nominantur. §. 3. Non ergo illi, quos monemus agere penitentiam, querant sibi comites ad suplicia[327v], nec gaudeant, quia plures iuueniunt sibi similes[328w]. Nam non[329x] propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

C. XIX. *Peccatum, quod iudici tantum notum est, ab eo dampnari non ualet*[330].

Idem in eodem[331a].

Si peccauerit[332b] in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum. Quare? quia in te peccauit. Quid est: „In te peccauit?“ Tu scis, quia[333] peccauit. Quia enim secretum fuit, quando peccauit in te, secretum quere[334], cum corrigis quod peccauit[335c]. Nam si solus nosti quia peccauit in te, et eum uis coram omnibus arguere, non[336] eris corrector[337d], sed proditor. Adtende, quemadmodum iustus[338e] Ioseph tanto flagitio, quod de uxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequam sciret unde illa conceperat, quam grauidam senserat, et se ad illam non accessisse nouerat. Restabat igitur[339f] certa adulterii suspicio, et tamen, quia ipse[340] non nouerat, quod dicit[341g] euangelium? „Ioseph autem, cum esset iustus[342h], et nollet eam diuulgare[343], uoluit[344i] occulte dimittere eam. §. 1.[345k] Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus que peccantur coram omnibus. Ipsa corripienda[346l] sunt secretius que peccantur secretius. Distribuite[347] tempora, et concordet[348m] scriptura. Sic agamus, et sic agendum est, non solum quando in nos peccatur, sed etiam[349] quando peccatur ab aliquo, ut[350] ab altero nesciatur[351n]. §. 2.[352o] Nescio quem homicidam nouerit[353p] episcopus, et nemo alius illum nouit. Ego uolo[354q] illum publice corripere, et[355] tu queris inscribere? Prorsus nec prodo, nec[356] negligo: corripio[357] in secreto, pono ante oculos[358r] Dei iudicium, terreo cruentam conscientiam, persuadeo penitentiam. Hac karitate prediti esse debemus. Unde aliquando homines reprehendunt nos, quod quasi non reprehendamus[359s], aut putant nos scire quod nescimus, aut putant nos tacere si[360t] scimus. Forte[361u] quod scis et ego scio: non[362v] coram te corripio, quia curare uolo, non accusare. §. 3. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant[363], aliquando nobis ab uxoribus suis, plerumque zelantibus, aliquando maritorum salutem querentibus produntur. Nos non prodimus[364w], sed in secreto arguimus[365]. Ubi[366] contingit[367x] malum ibi moriatur[368y]. Non tamen illud uulnus negligimus, ante omnia ostendentes, homini in tali peccato constituto, sauciatamque[369z] conscientiam gerenti, illud uulnus esse mortiferum.

IV. Pars. Gratian. *Quando uero crimen est notum aliis, et non iudici, nec tunc sine examinatione feriendum est, quia in crimen sibi occultum iudex sententiam ferre non debet.*

Unde Euaristus Papa ait [epist. II.][370]:

C. XX. *Sententia non precipitanter ferenda est.*

Deus omnipotens, ut nos a precipitandae[371a] sententiae prolatione conpesceret, cum omnia[372] nuda et aperta sint[373] oculis eius, mala tamen Sodomae[374] noluit audita iudicare prius, quam manifeste cognosceret[375b] que dicebantur, unde ipse[376] ait[377]: „Descendam, et uidebo, utrum[378] clamorem, qui uenit ad me, opere conpleuerint, an non est ita, ut sciam.“ Deus[379] omnipotens, cui nichil est absconditum, sed omnia ei[380] manifesta sunt antequam[381c] fiant, non ideo[382d] hec[383] et alia multa (que ob prolixitatem[384e] capitulo non inseruimus) per se inquirere dignatus est, non quod ea ignoraret, sed[385f] ut nobis exemplum daret, ne precipites in discutiendis et iudicandis negotiis[386] essemus[387], et ne mala[388] proximorum[389g] prius quisquam presumat credere quam probare. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam umquam precipites simus, aut temere indiligenterque[390] indiscussa[391] quoquo[392h] modo iudicemus[393], dicente ueritatis uoce: „Nolite iudicare, ut non iudicemini[394]: in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini,“ et reliqua[395]. Mala uero[396i] audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam umquam[397] credat, sed ante audita diligenter inquirat, nec[398k] precipitanter[399l] quid[400m] aliquis agat. Si enim Deus[401n] omnium cognitor[402o] Sodomorum mala, quorum clamor ad celum usque peruenerat, omnia sciens prius, nec[403] credere, nec iudicare uoluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter inuestigans, que[404]

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. I. c. 18. p) scripturis sanctis q) id r) alio loco dicit s) qui t) voluit u) sola sufficit v) supplicium w) invenerint (sibi ... simil.: *deest*) x) Non enim — c. 19. a) Idem in sermone XVI. de verbis Domini b) peccauerit, inquit, c) in te pecc. d) es correptor e) vir iustus f) itaque g) ipse solus senserat, ipse solus sciebat, quid de illo ait h) vir iustus i) Mariti dolor non vindictam quaesivit: voluit prodesse peccanti, non punire peccantem. Quum, inquit, nollet eam divulgare, voluit k) Et infra: §. 1. l) vero corripienda m) concordat n) nesciatur, in secreto debemus corripere o) Et paulo post: §. 2. p) Novit enim nescio q) nolo r) ocul. eius s) corripiamus t) quod u) Sed forte v) sed non w) prodim. palam x) contigit y) moriatur malum z) sauciamque — c. 20. a) praecipitatae b) agnosceret c) etiam anteq. d) ob aliud e) hic prolix. vitantes f) nisi (non ... sed: *deest*) g) quorumque h) quaeque quoquo i) Nam mala k) ne l) praecipitando m) quicquam n) Dominus o) cognit.: *deest*

Causa II. Quest. I. can. 18. 312) ducat: *AB;* vincat: *Codd. coll. rel. Ed. Bas.;* vel vincat: *Ed. Nor. Ven.* I.; vel iungat vel mittat: *Ed. Arg.;* mittat: *Edd. Par. Lugdd. Corr.;* vinciat vel iungat: *Polyc.* 313) et: *deest: AEG Edd. coll. o. pr. Bas.; Polyc.* 314) vobis: *A Polyc.* 315) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 316) ut velut: *EGH* 317) *Matth. c.* 3. *et* 13. 318) ut: *deest: EGH* 319) separationem: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 320) *Codd. coll. o.* 321) *Codd. et Edd. coll. o.;* in alio loco dicit: *Ans. Polyc. — Rom. c.* 14. *v.* 4. 322) *Codd. coll. o. orig. Polyc.* 323) nominetur: *Ans.* 324) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 325) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 326) crimine: *Ans. Beda in c.* 5. *ad* I. *Cor.* 327) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 328) *ib.;* inveniunt: *orig.* 329) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* || can. 19. 330) licet: *EGH* 331) *Codd. coll. o. pr. AB* (item); *Sermo* 82. *no.* 10. *Ed. Maur. — Ans.* XI, 26.; *Coll. tredec. Part.* IX, 199. 332) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 333) *add.:* in te: *ADF Ed. Bas.* 334) qua re prodis: *EGH* 335) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 336) *add.:* iam: *EGH Ed. Bas.* 337) *Codd. et Edd. coll. o.;* corrector erroris: *BDF Edd. coll. o. pr. Bas.* 338) *Codd. coll. o.* 339) *ib.* 340) ille: *EGH* 341) *Codd. et Edd. coll. o., sed in EGH:* sicut dicit; *cf. Matth. c.* 1. *v.* 19. 342) *ABCDFG Ans.* 343) traducere: *Edd. Lugdd.* II. III.; divulgare et traducere: *Edd. rel.* 344) *Codd. et Edd. coll. o.* 345) *Codd. coll. o. Ans.* 346) *ib.* 347) distingue: *Edd. Ven.* I. *Par. Lugdd.* 348) *Codd. coll. o.;* concordabit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 349) et qua etiam: *A;* etiam: *deest: Ans.* 350) et: *Edd. Par. Lugd.* I. 351) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 352) *Codd. coll. o.* 353) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Lugdd.* II. III.; nescio quem novit: *A Ans.* 354) *B orig. Ans.;* nolo eum: *A;* illum: *deest: orig.* 355) at: *orig.* 356) nec tamen: *DEH Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III. 357) *add.:* tamen: *ABC Edd. coll. o. pr. Lugdd.; add.:* autem: *EH* 358) *ADF orig.;* oculos ei: *H Ed. Bas.* 359) *Codd. coll. o. pr. AH* 360) *ABCDF Ans.;* si quid: *G Ed. Arg.* 361) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Lugdd.* II. III. *Ans.;* Quod si forte scis: *A* 362) *Codd. coll. o. Ans.* 363) peccantes: *Edd. coll. o.* 364) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Ans.* 365) corripimus: *EGH Ed. Bas.* 366) ut ubi: *Edd. coll. o.* 367) *Codd. coll. o. pr. BH;* contigerit: *B* 368) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 369) *Codd. coll. o. Ans.* || can. 20. 370) *Caput. Pseudoisid., desumtum ex* XIX, 25. *no.* 45. *Gregor. Moral. aut C. Aquisgr. ao.* 816. *lib.* I. *c.* 37. — *ap. Hinschius p.* 92. — *Jaffé no.* XX. — *Ans. ded.* III, 190. (*can. contin.*); *Reg.* II, 311.; *Burch.* XI, 9.; *Ans.* III, 67.; *Deusded.* IV, 31.; *Ivo Decr.* V, 240. (*can.:* non est itaque); *Ivo Pan.* IV, 116.; *Coll. tr. P.* I, 3, 5.; *Polyc.* VII, 1, 30.; *Coll. tredec. P.* IX, 51. 371) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan.* (?); *Polyc.;* praecipitante: *orig. Ans. ded. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* praecipitata: *Reg.;* praecipitantis: *Burch. Deusded.* 272) *Hebr. c.* 4. 373) sunt: *Ans.* 374) Sodomorum: *Ivo Decr.; add.:* et Gomorrhae: *Ivo Pan.* 375) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. Polyc.* 376) ipse: *deest: Reg. Burch. Deusd.* 377) *Genes. c.* 8. 378) utr.: *deest: Ivo Pan.* 379) Deus . . . cuius: *deest: Burch. Deusd.* 380) ei: *deest: BEGH* 381) *Codd. coll. o.* 382) *ib. Edd. coll. o. pr. B., ubi* non *deest* 383) haec . . . inseruim.: *deest: Ivo Pan.* 384) *Codd. coll. o.* 385) *Codd. et Edd. coll. o., sed in Codd. coll. o. pr. DG deest:* non 386) *add.:* fratrum: *Ivo Pan.* 387) *finis canonis: Ivo Decr. Coll. tr. P.* 388) *add.:* de cuiusquam persona: *Ivo Pan.* 389) *Codd. et Edd. coll. o.;* quorumquam: *orig. Ans. ded.; deest: Polyc.* 390) indulgenterque (?): *Ans.* 391) discussa: *Deusd. Polyc.; add.:* probata: *Edd. Bas. Par. Lugdd.;* improbata: *Edd. rel. Ivo Pan.* 392) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EH* (quoque quoquo); — *Deusded.* 393) *finis canonis: Reg. Burch. Deusd.* 394) et . . . iudicabimini: *Edd. coll. o. pr. Arg. — Ivo Pan. — add.:* quod enim non possunt dari in errore persistente: *Polyc., ubi hic est finis canonis. — cf. Matth. c.* 7. *v.* 1. 395) cetera: *EGH* 396) *ABCDF;* Mala enim: *EGH;* mala audit.: *Ivo Pan.* 397) umq.: *deest: Ans. ded.* 398) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan.* 399) *Codd. et Edd. coll. o.* 400) *Codd. coll. o. pr. B Ans.;* quis aliquid: *B;* quiddam aliquis: *orig. Ans. ded.* 401) *Codd. coll. o.* 402) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 403) nec: *deest: Ans. ded.* 404) quae: *deest: Ivo Pan.*

audierat, opere[405p] conprobaret[406q], nos[407r] qui sumus homines[408s] et peccatores, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, hec[409t] precauentes[410u], nullum[411v] ante ueram iustamque probationem iudicare aut dampnare debemus, manifeste Paulo apostolo dicente[412]: „Tu, quis[413w] es, qui iudicas alienum seruum? suo enim domino stat[414] aut cadit[415].

V. Pars. Gratian. *Quando autem crimen notum est iudici et aliis, aliquando reus inficiatur factum, ueluti si quis negaret se*[416x] *interfecisse eum, quem sub oculis iudicis in conspectu multorum interfecerat*[417y]. *Hic, quia se reum negat, sine examinatione feriri non potest. Aliquando ipsa euidentia operis reum testatur*[418z], *quando opere publico crimen suum confitetur, tunc post secundam et tertiam correctionem*[419] *sine examinatione dampnandus est*[420aa], *si incorrigibilis extiterit. In hoc itaque ultimo casu intelligenda est auctoritas illa Ambrosii*[421] *et Nicolai: „Manifesta accusatione non indigent." Fornicator enim*[422] *ille, in quem sine examinatione sententia apostolica processerat, publice coram omnibus nouercam suam pro uxore habebat. Lotharius quoque, de quo Nicolaus*[423] *scribit, similiter uxorem suam publice dimiserat, et aliam superduxerat.*

Unde idem[424] *Nicolaus*[425a] *scribit Archiepiscopis et Episcopis per Galliam, Italiam, Germaniam*[426b] *constitutis*[427]:

C. XXI. *Sine accusatore*[428c] *manifesta ferienda sunt.*

Scelus, quod Lotharius rex (si tamen ueraciter rex dici possit, qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus[429] cedit) in duabus feminis, Teberga[430d] scilicet et Waldrada[431e], commisit, omnibus manifestum est. Sed et dudum episcopos Teugaldum[432f] et Guntarium[433g] in tali facto eum habuisse tutores atque fautores, pene totus orbis[434h] undique ad limina seu[435] sedem confluens apostolicam referebat[436i]. Igitur[437] decernente nobiscum sancta sinodo, in presentia depositi, et ab offitio sacerdotali excommunicati, atque a regimine episcopatus alienati[438] indubitanter existunt.

QUESTIO II.

GRATIANUS.

Quod autem[1] *expoliatus ante iudicem stare non possit, multis auctoritatibus probatur.*

Ait enim[2] *Iohannes Papa* [I. ad Zachariam Archiepisc.][3]:

C. I. *Ante litem contestatam possessori cuncta sunt restituenda.*

Antiquitus decretum est, ut[4] omnes possessiones, et omnia sibi sublata, atque cunctos fructus ante litem contestatam preceptor[5a]* episcopus uel primas possessori restituat.

C. II. *De eodem.*

Item Nicolaus [Papa][6].

Omnes leges tam ecclesiasticae, quam uulgares et publice[7a] precipiunt, ut omnia sibi ablata[8] restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus.

C. III. *Nullus debet accusari, dum suis rebus fuerit expoliatus*[9a].*

Item Stephanus Papa, [epistola II.][10]*

Nullus[11] episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus[12b], debet accusari[13c], priusquam[14d] omnia, que ei[15e] ablata sunt[16f] quocumque ingenio, legibus redintegrentur[17g]: ita ut omnes possessiones[18h], atque omnes fructus[21] ante acceptam[22i] accusationem primates et sinodus episcopo, de quo[23] agitur, funditus restituant.

C. IV. *Nec conuocari ad sinodum, nec in aliquo iudicari debet expoliatus*[24a].

Item Eusebius fratribus constitutis[25] *per Alexandriam et Egiptum*, [epist. II.]

In scripturis uestris reperimus, quosdam episcopos uestris in partibus a propriis ouibus accusatos, aliquos uidelicet[26] ex suspicione, et aliquos ex certa ratione, et idcirco quosdam suis esse[27] rebus expoliatos, quosdam uero a propria sede depulsos[28b]. Quos sciatis[29] nec ad sinodum conprouincialem, nec ad generalem[30] posse conuocari[31c] nec in[32] aliquo iudicari[33], antequam cuncta, que eis sublata[34] sunt, legibus potestati eorum redintegrentur.

C. V. *De eodem.*

Item Iulius Papa, [in epistola ad Orientales, c. 35. et 8.][35]*

Nullus potest uocari[36a] aut iudicari, antequam omnia sibi ablata et omnia iura ei in integrum restituantur, quia non habet priuilegium[37], quo possit exui iam nudatus.

C. VI. *De eodem.*

Item Zepherinus [Papa ad Episcopos Aegypti, ep. II.][38]

Preceptum est ergo in antiquis statutis, eiectos[39a] atque

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. I. c. 20. p) opere veraciter q) cognosceret r) multo magis nos s) humani et peccatores homines t) et haec u) praecavere v) et nullum w) qui x) se: *deest* y) interfecit z) esse testatur aa) est vel puniendus — c. 21. a) Nicol. Papa b) et Germ. c) accusatione d) Thietberga e) Gualdrada f) Thietgandum g) Gunterium h) nobis orbis i) Et infra: Igitur — Quest. II. c. 1. a) perceptos — c. 2. a) publicae — c. 3. a) spoliatus b) exp. aut a sede propria qualibet occasione pulsus c) acc. aut a quoquam potest ei crimen obiici d) priusq. integerrime restauretur et e) illi f) fuerant g) redint. et ipse propriae sedi et pristino statui regulariter reddatur h) possess. et cuncta[19] sibi iniuste ablata[20] i) coeptam — c. 4. a) spoliatus b) pulsos c) vocari — c. 5. a) convocari — c. 6. a) episcopos eiectos

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. I. * Perceptos: In vetustis exemplaribus et epistola Ioannis, itemque Eusebii est: *perceptor vel primas possessori restituat.*

C. III. * Caput hoc suae integritati ex originali est restitutum.

C. V. * Caput hoc confectum est ex decretis Iulii trigesimoquinto et octavo, verbis tamen mutatis et alio modo dispositis.

Causa II. Quest. I. can. 20. 405) *Codd. et Edd. coll. o.*; et opere: *orig. Ans. ded.*; ex opere: *Ivo Pan.* 406) *Codd. et Edd. coll. o.* 407) *Codd. et Edd. coll. o.*; nos vero: *AB* 408) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 409) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded. Ivo Pan.*; hoc: *BG*; haec: *deest: Ivo Pan.* 410) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 411) *Codd. coll. o. Ans. Polyc. — cf. c. 10. C.* XXX. *qu.* 5. 412) deb. teste apostolo qui: *Ivo Pan. — Rom. c. 14. v. 4.* 413) *Codd. coll. o. Ans. ded. Ivo Pan.* 414) aut stat: *ACEGH*; stabit: *orig. Ans. ded.* 415) cadet: *Ans. ded.* 416) *Codd. coll. o.* 417) *ib.* 418) *ib.* 419) quaestionem: *A (sed correctum est:* correctionem); correptionem: *B* 420) *Codd. coll. o.* 421) *supra c.* 15. 16. 422) autem: *EGH* 423) quoque rex de quo Nicol. Papa: *EGH* || can. 21. 424) idem: *deest: EGH* 425) *ABCDF* 426) *Codd. coll. o.* 427) *Ep. scr. ao. 863. ap. Mansi* XV, 649. — *Jaffé no.* 2075. — *Ivo Decr.* VIII, 226.; *Coll. tr. P.* I, 62, 35. 36. 428) *Codd. coll. o.* 429) monitis: *Coll. tr. P.* 430) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C*; Theiberga: *C Ivo*; Theuberga: *Coll. tr. P.*; Theutberga: *orig.* 431) *AB orig. Ivo* 432) *Codd. coll. o. pr. CD — Ivo Coll. tr. P. Edd. coll. o. pr. Bas.*; Teugualdum: *CD Ed. Bas.*; Theutgaudum: *orig.* 433) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 434) *Codd. coll. o. orig.* 435) atque: *Coll. tr. P.* 436) *Codd. coll. o.* 437) ergo: *EGH* 438) alieni: *Coll. tr. P.* 439) existant: *EGH Ed. Bas.*

Causa II. Quest. II. 1) autem: *deest: EH* || can. 1. 2) Unde ait: *EGH* 3) *Cap. Pseudoisid. ap. Hinschius p. 694., desumtum ex Theod. Cod. l. 9. t. 10. c. 3. — cf. Lex Rom. Wisig. l. 10. t. 7. c. 2. Ed. Haenel. — Jaffé no.* CCXI. — *Ans.* III, 44. (Eusebius; *sed in Cod. Vatic.*: Ioannes. — *can.*: ovesque pastori.); *ib. lib.* VII. *in fine* (Symmachus in V. Synodo); *Ivo Pan.* IV, 47. (*can.*: Unde et antiquitus; *can. contin.*) 4) ut: *deest: orig. Ans.* II. 5) *ACEGH*; praeceptor noster vel: *B*; praeceptor vel primas: *D orig. Ans.* VII. *Ivo*; episcopus vel praeceptor vel prim.: *F*; praeceptor, vel episc., vel prim.: *Ed. Bas.*; praeceptorum vel primas: *Ans.* III. || can. 2. 6) *Ex praefatione Pseudoisidori ap. Hinschius p. 18. — cf. c. 3. C.* XXXIII. *qu.* 2. 7) *Codd. coll. o.*; publiceque: *orig.* 8) sublata: *ABD*; *inde a voce:* ut omnia *seqq. cum originali non consentiunt* || can. 3. 9) *Codd. coll. o.* 10) *Caput Pseudoisid.* (c. 6.) *confectum secundum hist. trip. l. 8. c. 12. et syn. 3. sub Symmacho — ap. Hinschius p. 184. — Jaffé no.* XCV. — *Burch.* I, 142. (*can. contin.*); *Ans.* III, 52. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* V, 255. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 21, 3. 11) nullus enim: *Burch. Ivo* 12) *Codd. et Edd. coll. o.* 13) *ib.* 14) *ib.* 15) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 16) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 17) *Codd. et Edd. coll. o.* 18) *ib.* 19) *add.*: praedia: *Ivo* 20) sublata: *Ans.* 21) eius: *EGH*; omn. fruct. eius: *Ed. Bas.* 22) *A (ubi correctum est:* incept.) *BEGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.*; inceptam: *C Edd. Bas. Lugdd.*; conceptam: *Burch. Ivo* 23) *add.*: supra: *EGH Ed. Bas.* || can. 4. 24) *Codd. coll. o.*; — vocari: *AB* 25) suis: *AB*; *deest: CF — Caput Pseudoisid. — cf. spuriam syn.* V. *Symmachi — ap. Hinschius c. 11. p. 277. — Jaffé no.* CXXII. — *Ans.* III, 41.; *Ivo Decr.* V, 249. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 45. (*can.*: ovesque pastores); *Coll. tr. P.* 1, 30, 2. (*can. contin.*) 26) videl.: *deest: Ivo Pan.* 27) esse: *deest: ib.* 28) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas.*; eiectos: *EGH Ed. Bas.*; deiectos: *Turrecrem.* 29) scias: *Ans.* 30) nec ad gen.: *deest: ib.* 31) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. orig. (Sg.)*; *Ivo Decr. Pan.*; vocare: *orig.* 32) ab: *Ans.* 33) iudicare: *orig.*; iudicari: *Codd. orig. (Sg.)* 34) oblata: *Ed. Bas.*; ablata: *Edd. rel. pr. Bas. — Ans.* || can. 5. 35) *Caput Pseudoisid. confectum ad Ennodii apolog. pro Symmacho. ap. Hinschius p. 456. — Jaffé no.* CXXXIX. — *cf. Ans. ded.* III, 144.; *Burch.* I, 144. (*can.*: ut omnes episcopi); *Ivo Decr.* V, 257. (*Sixtus* II.); *Ivo Pan.* IV, 46. (*can.*: item nec convocari) 36) *Codd. coll. o. pr. CD*; *Ed. Bas.* 37) scilicet quod diffinitiva sententia possit admittere (amittere: *H*): *EGH* || can. 6. 37) *Caput Pseudoisid., haustum ex hist. tripart. l.* VII. *c. 12. — ap. Hinschius p. 133. — Jaffé no.* LXVIII. — *Ans. ded.* III, 148.; *Ivo Decr.* V, 246. (*can.*: nuntiatum est); *Ivo Pan.* IV, 43. 39) *ABCDFH*

suis rebus expoliatos ecclesias[40] proprias recipere, et primo sua omnia eis[41] reddi, et demum, si quis eos[42] iuste accusare uoluerit, equo periculo facere[43]; iudices esse decernentes episcopos recta sapientes, et in ecclesia conuenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi uidebantur, nec[44] prius eos respondere[45b], quam omnia sua eis et ecclesiis eorum legibus integerrime[46] restituantur.

QUESTIO III.

GRATIANUS.

I. Pars. *Qua autem pena feriendi sint*[1] *qui in accusatione deficiunt, canonum censura diffinit. Penam enim illati criminis cum dispendio existimationis excipient*[2a].

Unde Gaius Papa*[3]:

C. I. *De his*[4a], *qui non probanda obiciunt.*

Si quis[5] circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamiae sustinere[6], ut dampno pudoris et estimationis[7b] dispendio discat, sibi alienae uerecundiae inpune insidiari saltim de cetero non licere.

C. II. *Si accusator in accusatione defecerit*[8], *talionem recipiat*[9].

Item Damasus Papa [ad Stephanum Archiepiscopum, epist. III.][10]*

Calumpniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat.

C. III. *De eodem.*

Item ex decreto Adriani Papae [in capitulis ab ipso collectis, c. 52. in medio][11].

Qui[12] non probauerit quod obiecerit[13a], penam, quam ipse[14b] intulerit, patiatur[15c].

C. IV. *De his, qui falsis criminibus*[16] *aliquem inpetunt.*

Item[17]*.

Si quis[18] episcopum, aut[19] presbiterum, aut[20] diaconem falsis criminibus appetierit[21], et probare non potuerit[22], nec in finem[23a]** dandam ei[24] communionem censemus[25].

II. Pars. Gratian. *Aliud est accusationem non inplere, et aliud*[26b] *conuicium non probare. Illud enim nulli*[27] *sine abolitione, hoc omnibus licet.*

Unde Fabianus Papa [ad Hilarium Episcopum, epist. III.][28]:

C. V. *Conuicium non est pro accusatione habendum.*

Si quis[29] iratus crimen[30a] cuilibet temere obiecerit[31] conuicium non est[32] pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio id[33], quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse[34] fateatur, ut[35], si forte[36b] resipiscens que per iracundiam[37c] dixit[38] iterare aut[39] scribere[40] noluerit, non ut reus criminis teneatur.

III. Pars. Gratian. *Sed*[41] *aliud est crimen illatum non posse probare*[42]*, *aliud est*[43d] *aliqua promissione accusationem deserere. Huic enim, qui promissione** deceptus accusationem deserit, uenia datur; illi uero*[44], *qui crimen illatum probare non ualuerit, infamia irrogatur.*

Unde B. Gregorius scribit Iohanni Corintiorum Episcopo, [lib. IV. epist. 50.][45]:

C. VI. *De eo, qui promissione illectus ab accusatione*[46a] *desistit*[47b].

Paulum itaque[48] diaconum quamuis culpa sua uehementer confundat[49], quod deceptus promissione ab accusatione[50c] sui[51d] episcopi destiterit, tamen[52] hanc ei culpam ignoscimus[53].

[PALEA[54].

Omnis* igitur, qui crimen obicit, scribat se probaturum. Reuera ibi semper causa agitur[55], ubi crimen admittitur; et qui non probauerit quod obiecit[56], penam, quam intulerit, ipse patiatur.]

C. VII. *De his*[57a], *qui accusationem deserunt, ut ecclesiasticos ordines accipiant*[58].

Idem[59b].

Eufemium[60] atque Tomam, qui pro deserenda accusa-

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. II. c. 6. b) resp. debere — Quest. III. a) accipient — c. 1. a) iis b) existimationis — c. 3. a) obiecit b) ipse: *deest* c) ipse patiatur — c. 4. a) fine** b) aliud est — c. 5. a) crimen aliquod b) fortasse c) prae iracundia d) est: *deest* — c. 6. a) accusationem b) deserit c) accus. nuper depositi d) quondam episcopi sui — c. 7. a) iis b) Item Gregorius eadem epistola

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. C. I. * Caius: Sic est in plerisque vetustis, et habetur hoc caput in epistola unica ipsius, in qua proxime his antecedunt verba capitis: *Si quis episcopus,* infra ead. quaest. 7. In vulgatis autem hic citabatur Gelasius.

C. II. * Verba ipsa Damasi referuntur infra 4. q. 4. c. *Nullus introducatur.*

C. IV. * Item: Sic est in plerisque vetustis codicibus. In vulgatis autem legebatur: *Item Damasus Papa.* Exstat autem caput hoc in capitulis Hadriani c. 62. et in concilio Eliberitano cap. 75. Ivo citat ex Carthaginensi. Et in tomis conciliorum adiungitur Carthaginensi III.

** Nec in fine: Sic legitur in concilio Eliberitano, non in hoc tantum canone, sed etiam in aliis, quam ob causam, atque etiam ob glossam nihil est mutatum. Apud Hadriannm tamen est: *nisi in fine dandam ei non esse communionem.* Apud Ivonem: *nonnisi in fine dandam ei esse communionem.*

C. V. * Probare: In plerisque exemplaribus sequitur: *quia falsum est, aliud, etc.* Sed in emendatioribus ea verba vel non habentur, uel alia manu sunt addita.

** Promissione: Non est simpliciter dicendum illis, qui pro aliqua promissione deserunt accusationem, semper veniam dari Nam in Paulo, de quo in subiecto capite loquitur B. Gregorius, aliae aderant causae, quae in ipsa epistola exponuntur, his verbis: *tamen quia plus esse convenit nos misericordes quam districtos, hanc ei culpam ignoscimus, atque eum in ordine locoque suo recipiendum esse censemus. Nam ei a tempore prolatae sententiae afflictionem, quam pertulit, credimus ad vindictam huius posse culpae sufficere.* Et inferius in eadem epistola refert aliqua a praedicto Paulo utilitatem ecclesiae facta, quae etiam movere B. Gregorium potuerunt, ut erga eum esset clementior. Erant autem in ipso capite multa B. Gregorii verba omissa, quorum nonnulla visa sunt addenda.

C. VI. * Omnis: Hinc usque ad finem in vetustioribus ac melioribus Gratiani codicibus non leguntur, nec sunt Gregorii, sed Fabiani et Hadriani Pontificum, quae infra q. 8. c. *Qui crimen.* et 3. q. 6. c. 1. citantur ex Fabiano, et c. fin. ex capitulis Hadriani.

Causa II. Quest. II. can. 6. 40) in eccl. . . . recipi: *orig. sed in Cod. Sg. ut in textu* 41) eis: *deest: Ans. ded.* 42) eos: *deest: AB* 43) *add.:* i. e. accusatorum penam si probare nequit non evadere: *EGH* 44) *add.:* item: *Ivo Pan.* 45) *Codd. et Edd. coll. o.* 46) integ.: *deest: AB*

Causa II. Quest. III. 1) sunt: *CDEG* 2) *CDEFH;* accipiunt: *AB;* recipient: *G;* — estimationis: *ABC* || can. 1. 3) *Caput Pseudoisid., cuius fons est c.* 41. *Cod. Theod. l.* 16. *t.* 2. — *ap. Hinschius p.* 214. — *Jaffé no.* CXV. — *Alg.* I, 57.; *Ans.* III, 46. *a Corr. et Richt. citatur, sed in Cod. coll. nihil invenimus.* 4) *Codd. coll. o.* 5) *add.:* ergo: *orig. Alger.* 6) *finis can.: Alger.* 7) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 2. 8) deficit: *AB;* defuerit: *G* 9) accipiat: *AB* 10) *Caput Pseudoisid., repetitum ex Theod. Cod. lib.* 9. *t.* 1. — *ap. Hinschius p.* 502 *sqq.* — *Jaffé no.* CLXII. CLXVII. || can. 3. 11) *Capit. Angilr. ap. Hinschius p.* 766. — *cf. Pseudois. ep. Fabiani ep.* 3. *cf. c.* 1. *C.* III. *qu.* 6. — *fons capitis est Lex Rom. Wisigoth. Cod. Theod.* IX, 1. *interpret. ad. c.* 6. (*Ed. Haenel.*) — *Deusded.* IV, 156.; I, 61.; *Alger.* II, 47. 12) ut qui: *orig.* 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) *Codd. coll. o. Alger.* 15) *ib.* || can. 4. 16) criminationibus: *AB* 17) Item Damas. papa: *D* — *c.* 75. *Concil. Eliberitani hab. ao.* 305. *aut* 306. *ap. Bruns* II, 42. — *Jaffé no.* CLXVII. — *Reg.* II, 45.; *ib. Appdx.* III, 23. (ex C. Carthag.); *Burch.* II, 195. (*ut ap. Reg.* III.); *Ans.* III. *in fine; Ivo Decr.* VI, 240. 18) *add.:* autem: *orig. Hisp.* 19) vel: *ib.* 20) vel: *ib. Reg. Burch. Ivo* 21) impetierit: *EGH Edd. coll. o. add.:* vel accusaverit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 22) poterit: *eaedem* 23) *AB orig. Hisp. Reg.;* fine: *Codd. orig.* 24) *add.:* esse: *orig. Hisp. Ans. Ivo* 25) cens.: *deest: orig. Hisp. Reg. Burch. Ans. Ivo; hoc loco in ADEGH can.* 3. *supra repetitur cum inscr.:* item Fabianus 26) *Codd. coll. o.* 27) nullis: *AB* || can. 5. 28) *Cap. Pseudoisid., desumtum ex Leg. Rom. Wisigoth.* IX, 1, 3. *interpret.* (*ed. Haenel.*); *ap. Hinschius p.* 168. — *Jaffé no.* LXXVII. — *cf. cap. Hadriani c.* 51. *ap. Hinschius p.* 766.; — *Ans.* III, 89. (87. *can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 324.; (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 74. *Coll. tr. P.* I, 18, 11.; *Caes.* V, 52. 29) quis ergo: *Coll. tr. P.* 30) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 31) *add.:* vel imposuerit: *Ivo Pan.* 32) esse: *Coll. tr. P.* 33) si id: *Edd. coll. o. pr. Bas.; Ivo Pan.* 34) esse: *deest: EGH* 35) aut: *CEGH;* quod: *L. Wisig.* 36) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 37) *Codd. et Edd. coll. o.;* post iracund.: *Ans. Lex Wisig.;* pro iracundia: *orig. Ivo Decr. Pan.* 38) dixerit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 39) ac: *Ans.* 40) inscribere: *Edd. coll. o.* 41) Sed: *deest: E;* Aliud verum: *H; in D hic novus canon est cum rubrica:* De eod. 42) *add.:* quia falsum est: *CDEGH* 43) *Codd. coll. o.* 44) autem: *AB* || can. 6. 45) *Ep.* 52. *scr. ao.* 595. *lib.* V. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1010. — *Ans.* III, 113.; *Polyc.* I, 6, 5. (*can.:* aequitatem atque sollicitudin.: *can. contin.*) 46) *ABEFGH* 47) *AEFH;* deficit: *B;* recessit: *G* 48) itaque: *deest: EGH;* itaq. diac. latorem praesentium: *orig. Ans.* 49) *add.:* atque redarguat: *orig, Ans. Polyc.* 50) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 51) *Codd. et Edd. coll. o.* 52) *hoc loco Gratianus quaedam verba omisit, quae exstant in orig. Ans. Polyc.* 53) ignoscamus: *AB* 54) *Haec Palea deest in Codd. coll. o.; in F manu posterioris saeculi scripta in margine exstat.* — *Ivo Decr.* VI, 524. *cf. ad c.* 1. *et* 18. *C.* III. *qu.* 6. *et C.* VI. *qu.* 1. *c.* 6. 55) agatur: *Edd. coll. o.* — *Corr.* 56) obiecerit: *ib. F* || can. 7. 57) *Codd. coll. o.* 58) ut accusationem (accusationes: *A*) deserant (deserentes: *EFGH*) eccl. ordines (*add.:* ut: *B*) accipiant (accipiunt: *EGH;* acceperunt: *C*): *ABCEFGH* 59) *Codd. coll. o.* — *Gregor. l. c. Ans.* VIII, 36. (*can. contin.*) 60) Euthemium: *AD;* Euthenium: *F;* Authemium: *B; add.:* vero: *orig.*

tione episcopi sui[61*] sacros ordines acceperunt[62], eisdem[63c] ordinibus priuatos esse, atque ita, sicuti[64] depositi sunt, uolumus permanere.

Gratian. *Hinc colligitur autem*[65d] *clericorum infamiam per Romanum Pontificem aboleri posse, contra illud*[66] *Gelasii: „Quamquam animas per penitentiam saluare possimus, infamiam tamen abolere non possumus," et*[67e] *illud Stephani, cum*[68f] *causas enumerasset, ex quibus infamia inrogatur: „Hos omnes," inquit, „sub nota perpetuae infamiae ad penitentiam suscipimus." Vel non fiunt infames lege canonum omnes quos leges seculi infames*[69] *pronunciant, cum Paulus diaconus, qui non inpetrata abolicione ab accusatione destitit*[70g], *hac auctoritate dignitatem sui offitii recuperauit, quem senatusconsultum Turpilianum infamem pronunciat. Quod etiam de ea fateri cogimur, que intra tempus luctus nubit, cum matrimonia hodie regantur iure poli, non iure fori, et iure poli mortuo uiro mulier soluta est a lege uiri: nubat cui uult.* §. 1. *Sed idem Stephanus contra*[71h] *scribit, dicens: „Infames dicimus quoscumque leges seculi infames pronunciant." Sed illud Gelasii et Stephani*[72]: *„Quamquam animas," etc. et: „Sub nota perpetuae infamiae," etc. de illis intelligitur, quibus per ciuilem iudicem infamia inrogatur, quorum sicut examinatio et castigatio, ita et*[73] *in integrum restitutio non nisi ad ciuilem iudicem spectat. De ea uero, que intra tempus luctus nubit, non est contrarium ei, quod Stephanus ait: „Infames*[74] *dicimus," etc. Cum enim leges seculi precipue in matrimoniis*[75i] *sacros canones sequi non dedignentur, non uidentur pronunciare infamem, que apostolica et canonica auctoritate non illicite nubit.*

IV. Pars. §. 2. *Notandum quoque est, quod aliud est, cum aliquem penituerit criminaliter accusasse et inscriptionem fecisse, si ab innocente fuerit absolutus: aliud, si pecuniam a nocente acceperit, ut a probatione eius, quod obiecerat desistat.*

Unde in Libro Capitulorum, [c. 175. legitur][76]:

C. VIII. *De eo, quem penitet criminaliter accusasse.*

Si quem penituerit criminaliter accussasse[77], et inscriptionem fecisse de eo, quod probare non potuerit[78], si ei[79] cum accusato innocente conuenerit, inuicem[80] se absoluant. Si uero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognouerit, et inter reum et accusatorem[81] per obreptionem[82*] conuenerit[83] de colludio, penam excipiat[84a] legibus constitutam[85].

V. Pars. Gratian. *Notandum quoque est, quod, sicut in*[86b] *Digest.*[87] *l. XLVIII. legitur, tit. de abolit. criminum* [l. I.]: *„Accusatorum temeritas tribus modis detegitur*[88c]. *Aut enim calumpniantur, aut preuaricantur, aut tergiuersantur. Calumpniari est falsa crimina intendere; preuaricari uera crimina abscondere; tergiuersari in uniuersum ab accusatione desistere.* §. 1. *Sed*[90d**] *non utique qui non probat quod intendit protinus calumpniari uidetur. Nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, qui, reo absoluto, de accusatoris incipit consilio querere, qua mente ductus ad accusationem processit*[91e], *et si quidem iustum eius errorem reperit*[92], *absoluit eum: si uero in euidenti calumpnia eum deprehenderit*[93f], *legitimam penam ei inrogat. Quorum alterutrum ipsis*[94] *uerbis pronunciationis manifestatur. Nam si quidem ita pronunciaverit*[95]: *„Non probasti," pepercit ei: sin autem pronunciaverit*[96]: *„Calumpniatus es," condempnauit eum. Et quamuis nichil de pena subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur. Nam facti*[97g] *quidem questio in arbitrio est*[98] *iudicantis: penae uero persecutio non eius uoluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur." Si autem interloquendo*** dixerit: Titius temere accusasse uidetur, non calumpniatorem pronunciauit. Temeritas enim facilitatis ueniam continet, et inconsultus calor calumpniae uicio caret, et ob hoc nullam penam huic irrogari oportet. Supra*[99h] *lib. XLVII. tit. de preuaricatorib.* [l. 1.][100]: §. 2. *„Preuaricator est quasi uaricator qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua. Quod nomen Labeo a uaria concertatione*[101i] *tractum ait. Nam qui preuaricatur ex utraque parte consistit*[102k], *quinimo ex altera. Is autem preuaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accusauerit. Ceterum aduocatus non proprie preuaricator dicitur. Quid ergo*[103l] *de eo fiet*[104]? *Siue priuato iudicio, siue publico preuaricatus sit*[105m], *hoc est prodiderit causam, hic extra ordinem solet puniri.* §. 3. *Sciendum*[106n], *quod hodie his*[107o], *qui preuaricati sunt, pena iniungitur extraordinaria." Et infra:* §. 4. *„Accusator*[108] *de preuaricatione conuictus, postea ex lege non accuset*[109p]." *Et infra*[110q]: §. 5. *„In omnibus causis (preterquam in sanguine) qui delatorem corrumpit ex Senatusconsulto*[111r] *pro uicto habetur." Et infra lib. XLVIII. tit. de abolicionibus criminum*[112]: §. 6. *„Preuaricatorem eum*[113] *esse ostendimus, qui colludit cum reo*[114s], *eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas uero*[115t] *accusationes*[116u] *admitteret.* §. 7. *Si quis autem ab accusatione citra abolicionem destiterit, punitur. Abolitio priuatim a presidibus postulari ac inpetrari solet; item pro tribunali, non de plano, nec preses hanc cognitionem alteri demandare potest. Si plura crimina idem eidem intulit*[117v], *singulorum debet abolicionem petere, alioquin*[118w], *prout quid omiserit*[119x], *eius nomine senatusconsulti penam patietur." Et infra*[120y] *titulo eodem: „Destitisse eum accepimus*[121z], *qui totum*[122aa] *animum agendi deposuit, non qui distulit*[123] *accusationem, sed qui permissu inperatoris ab accusatione destitit, inpunitus est."* §. 8. *Abolicio autem*[124bb] *penam remittit, infamiam non tollit. Unde Inppp. Valens*[125], *Valentinianus, et Gracianus IX. lib. C. eod. titulo de generali abolicione dixisse leguntur*[126]: *„Indulgentia, patres conscripti, quos liberat*[127] *notat, nec infamiam criminis tollit, sed penae gratiam facit." Si*[128] *autem: restituo te in integrum, princeps dixerit, infamiam tollit. Unde in eodem lib. tit. de sententiam passis et restitutis, cuidam deportato in insulam inperator Antoninus*[129] *dixisse legitur: „Restituo te in integrum prouinciae tuae," et adiecit: „Ut autem scias, quid sit in integrum restituere, honoribus*[130cc] *et ordini tuo, et omnibus ceteris."*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. III. c. 7. c) eisdem sacris d) autem: *deest* e) contra f) qui quum g) destiterat h) econtra i) matrimonio — c. 8. a) accipiat b) in: *deest* c) detegit., et tribus poenis subiicitur d) §. 1. Calumniatoribus poena legitime[89] irrogatur**. Sed e) processerit f) deprehendit g) Nam (ut Papinianus respondit) facti h) Ulpian. i) certatione k) constitit l) igitur m) est n) Sciendum est o) iis p) accusat q) Et infra: *deest* r) ex Senatuscons.: *deest* s) reo, et translatitie munere accusandi defungitur t) vero rei u) excusationes v) intulerit w) alioqui x) admiserit y) infra: *deest* z) accipimus aa) in totum bb) enim cc) restituo te honoribus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Episcopi sui: Haec verba in eo epistolae loco non sunt, sed ex iis, quae antecedunt, innuitur, eum, a quo Euphemius et Thomas ideo ordinati fuerunt, ut ab ipsius accusatione desisterent, fuisse proprium illorum episcopum.

C. VIII. * Per obreptionem: Apud Ivonem legitur: *factum per corruptionem consensum, de colludio poenam excipiat legibus constitutam.* Sed in interpretatione legis 1., quae est in Cod. Theodos., hoc modo: *per corruptionem de absolutione reatus convenerit, is, qui reus probatur, remoto colludio poenam excipiat legibus constitutam.*

** Calumniatoribus poena legitime irrogatur: Haec verba, licet in collatis Gratiani manuscriptis exemplaribus non habeantur, tamen, quia sunt etiam in Pandectis, non sunt expuncta.

*** Si autem interloquendo: Hactenus retulerat Gratianus verba iurisconsulti. Hinc autem usque ad vers. *Oportet*, refert tantummodo sententiam.

Causa II. Quest. III. can. 7. 61) ep. sui: *deest: orig. Ans.* 62) susceperunt: *ABCD* 63) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 64) ut: *Ans.* 65) *Codd. coll. o.* 66) *imo Calixti ep. II. Pseudois. c. 16. ap. Hinschius p. 140. Ivo Decr.* IX, 23. 67) *Codd. coll. o.* 68) *ib.* 69) inf.: *deest: EH* 70) *Codd. coll. o. pr. CD* (destiterit) 71) *Codd. coll. o. pr. B, ubi deest* 72) *c. 17. C. VI. qu. 1.* 73) et: *deest: EGH* 74) infamem: *AB* 75) *Codd. coll. o. pr. D* || can. 8. 76) *Codd. coll. o. pr. AF:* in CLXXV. Capitulo: *A — Imo est interpretatio ad c. 1. Cod. Theod. lib. 9. tit. 37.* (*in Lege Rom. Wisigoth. Cod. Theod.* IX, 27. *interpret. ad c. 1. ed. Haenel.*) — *Ivo Decr.* XVI, 251. *Coll. tr. P.* III, 29, (30,) 175. 77) acusare: *orig. Ed. Haenel;* si quis poen. acc.: *Coll. tr. P.* 78) poterit: *ABCF* 79) ei: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 80) invicem .. colludio: *deest: B;* invic. .... convenerit: *deest: A, et manu posterioris saeculi in margin. addit. est.* 81) *add.:* vel actorem: *EGH* 82) correptionem: *Coll. tr. P.* 83) conven.: *deest: ib.* 84) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Coll. tr. P.* 85) leg. constit.: *deest: AB; add.:* turpis pactio lex: *E;* turpis pactus lex: *H;* turpis pacto: *G* 86) *Codd. coll. o.* 87) *l. 1. seqq. de sc. Turpiliano et de abol. crim.* (48, 16.) — *in F totum dictum Grat. deest, et manu posterioris aetatis in marg. scriptum est.* 88) *Codd. et Edd. coll. o.* 89) lege Remmia: *orig.* 90) *Codd. et Edd. coll. o.* 91) *CD orig.* 92) repererit: *orig.* 93) *ABCEGH orig.* 94) et ipsis: *EGH* 95) pronunciavit: *EH* 96) *add.:* ei: *EGH* 97) *Codd. et Edd. coll. o.* 98) est: *deest: AB* 99) *Codd. coll. o.* 100) *l. 1. sqq. Dig.* (47, 15.) 101) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 102) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 103) *Codd. coll. o. orig.* 104) fiat: *EH* 105) *Codd. coll. o. orig.* 106) *ABCD orig.* 107) *Codd. coll. o.:* is: *orig.* 108) *l. 5. cit.* 109) *ABCD* 110) *Codd. coll. o. — l. 7. ib.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. orig.; add.:* Turpiliano: *CDEH Edd. coll. o. pr. Arg.* 112) *l. 1. §. 6. Dig.* (48, 16.) 113) eum: *deest: EGH* 114) *Codd. et Edd. coll. o.* 115) *Codd. coll. o.* 116) *Codd. coll. o. pr. D; Ed. Bas.* 117) *Codd. coll. o. orig.* 118) *ib.* 119) *AB Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Codd. orig. — Corr.;* commiserit: *C;* obmiserit: *EGH* 120) *Codd. col. o. — l. 13. ib.* 121) accepimus: *Codd. coll. o. pr. A;* accipiemus: *orig.* 122) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 123) distulerit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 124) *Codd. coll. o.* 125) Valentinus: *ABCD;* Valerianus: *EGH* 126) *c. 3. tit. 43.* 127) *add.:* a poena: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 128) Si ... tollit: *neque exstant in constit. cit. neque in l. 5. Cod. Theod. de indulg. crim.* (9, 38.) 129) Antonius: *EGH — c. 1. tit. 51.* 130) *BDH orig.;* restituo honor.: *CEG*

QUESTIO V.*

GRATIANUS.

I. Pars. *Deficientibus uero accusatoribus reus*[1] *non uidetur esse cogendus ad purgationem. Sicut enim possessor*[2a] *deficiente actore*[3] *titulum suae possessionis probare non cogitur, ita qui inpetitur ad innocentiam suam purgandam*[4b] *cogendus esse non creditur. Auctoritate quoque Cornelii Papae, et Triburiensis concilii sacerdotes iurare prohibentur, nisi pro recta fide.*

Ait enim Cornelius, [epist. II. ad Rufum, Episcopum orientalem][5]*:

C. I. *Iuramentum a sacerdotibus non est exigendum.*

Sacramentum[6] hactenus a summis** sacerdotibus uel reliquis[7a] exigi, nisi pro recta fide, minime cognouimus fieri nec sponte eos[8] iurasse reperimus.

[C. II.][9a]

Item[10b].

Nos, sequentes[11c] sanctorum iura apostolorum[12d] eorumque successorum firmamus, et sacramenta incauta[13] prohibemus.

[C. III.][14a]

Item[15b].

Nos sacramentum ab[16c] episcopis nescimus oblatum, nec umquam fieri debet*.

C. IV. *Si quis*[17] *presbiter contra laicum, uel laicus contra clericum*[18a] *querimoniam habet*[19b].

Item ex Concilio Triburiensi, [c. 21.][20]

Si quis presbiter contra laicum, uel laicus contra presbiterum aliquam habet querimoniae controuersiam, episcopo precipiente[21] sine personarum acceptione finiatur, laicus[22c] per[23] iuramentum (si necesse sit)[24] se expurget[25]; presbiter uero[26] uice iuramenti[27] per sanctam consecrationem interrogetur, quia sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Manus[28d], per quam corpus et sanguis Christi conficitur, iuramento polluetur[29]? Absit, cum Dominus in euangelio discipulis suis (quorum uicem nos indigni in sancta gerimus ecclesia) dicat: „Nolite[30] omnino iurare; sit autem sermo uester: est, est; non, non. Quod autem his habundantius est a[31] malo est."

II. Pars. Gratian. *Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri a sacerdotibus, sed tantum incauta et ea, que pro qualibet causa temporali iudicio offeruntur. Cum autem populari infamia sacerdotes obprimuntur, tunc ad innocentiae suae assertionem iuramenta debent offerre*[32e].

Unde Gregorius Papa ait [III. ad Bonifacium, ep. I.[33a]:

C. V. *Sacerdos a populo accusatus iuramento innocentiam suam affirmet*[34b].

Presbiter[35] uel quilibet sacerdos si[36] a populo accusatus fuerit[37], et[38] certi[39] testes inuenti[40c] non fuerint, qui crimini[41] illato ueritatem dicant[42d], iusiurandum in medio[43] faciat[44e], et illum testem proferat de innocentiae suae puritate, cui nuda[45] et aperta sunt omnia.

C. VI. *De Leone episcopo, quem B. Gregorius fecit purgationem prebere.*

Item ex Registro[46a] *Gregorii,* [lib. II. Indict. 10. epist. 23.] *ad Iustinum Inperatorem capitulo VII.*[47b]*

Habet hoc proprium[48] antiqui hostis inuidia, ut quos inproborum[49c] actuum perpetratione[50] (Deo sibi resistente) deicere[51] non ualet, opiniones[52] eorum falsas[53d], ad presens simulando, dilaceret. Quoniam igitur[54] quedam contra sacerdotale propositum de Leone fratre et coepiscopo nostro sinister rumor asperserat[55e], utrum uera essent districta diutius fecimus inquisitione perquiri, et nullam in eo culpam inuenimus de his, que dicta fuerant. Sed ne quid uideretur omissum[56], quod[57] nostro potuisset[58] cordi remanere ambiguum[59f], ad B. Petri sacratissimum corpus districta eum ex habundanti fecimus sacramenta prebere. Quibus prestitis magna fuimus[60g] exultatione gauisi, quod huiuscemodi[61] innocentia[62h] eius euidenter enituit[63]. Pro qua re gloria uestra predictum uirum cum omni karitate suscipiat, et reuerentiam ei, qualem sacerdotem[64i] decet exhibeat, nec aliqua[65k] cordibus[66l] remaneat de his, que iam sunt purgata, dubietas. Et[67m] ita suprascripto[68] uos episcopo deuotissime oportet in omnibus adherere, ut congrue decenterque Deum in eius persona, cuius minister est, uideamini[69] honorare.

C. VII. *Quod*[70a] *B. Gregorius Mennam episcopum iuramento purgari fecit.*

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum, cap. CCXXXVII.[71b]

Mennam uero[72] reuerentissimum fratrem et coepiscopum[73]

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. V. a) rei possessor b) probandam — c. 1. a) Dei ministris — c. 2. a) C. II. De eodem b) Idem paulo inferius c) exempla sequent. d) sanctorum apost. — c. 3. a) C. III. De eodem b) Idem ibidem c) ab: *deest* — c. 4. a) presbyterum b) habeat episcopo praecipiente terminetur c) et laicus d) Manus enim e) offerri — c. 5. a) ait: *deest* b) asserat c) inventi: *deest* d) approbent e) erit — c. 6. a) Regesto b) Praetorem* (cap. VII.: *deest*) c) in pravorum d) falsa e) aspersit f) dubium g) sumus h) experimento innoc. i) sacerdoti k) ne qua l) in cordibus m) Sed — c. 7. a) Quomodo b) lib. XI. epist. 8.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. V. * Quintam ponit post tertiam, quia harum questionum simillimum est argumentum.

C. I. * In vetustis codicibus caput hoc coniunctum est cum duobus sequentibus, quae sunt ex ead. epistola Cornelii Papae.

** Summis: Sic habet originale. Sed Burchardus et Ivo in quinta parte: *ab episcopis et reliquis ordinibus exigi.* Idem vero Ivo in parte 12.: *a summis sacerdotibus vel reliquis Dei ministris.*

C. III. * Debet: Sequebatur: *nisi pro recta fide,* quae sublata sunt, quia neque in optimis manuscriptis, neque in ipsa epistola hoc loco habentur, sed sup. ead. cap. 1.

C. VI. * Praetorem: In codicibus Gratiani est: *Imperatorem.* In epistola excusa [nec tamen in Ed. Maur.] legitur: *Iustino Presbytero,* emendatum vero est ex duobus vetustis codicibus epistolarum et Polycarpo; estque idem Iustinus, ad quem scripta est epistola 2. libri I., in libris etiam impressis incorrupta inscriptione.

Causa II. Quest. V. 1) reus: *deest: ABF* 2) *Codd. coll. o.* 3) auctore: *ABDE* 4) *Codd. coll. o.* ‖ can. 1. 5) *Caput Pseudois., haustum ex act.* I. *conc. Constant. hab. ao.* 448.; *ap. Hinschius p.* 173. — *Jaffé no.* LXXXIX. — *Reg. Appdx.* II, 37. (*can. contin.*); *Burch.* I, 193. (*can. cont.*) *Ivo Decr.* V, 308.; XII, 77.; *Coll. tr. P.* I, 19, 1. 6) *add.:* autem: *Reg. Burch. Ivo* XII. *Coll. tr. P.* 7) *Codd. et Edd. coll. o.;* uel reliq. ministris: *orig. Burch. Coll. tr. P.* 8) eos: *deest: AH* ‖ can. 2. 9) *Codd. coll. o. — cf. Roland. ed. Thaner p.* 34. 10) *Codd. coll. o. — ap. Hinschius p.* 173. — *Ivo Decr.* XII, 77. *Coll. tr. P. l. c. Caes.* VI, 29. 11) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 13) sacramentum incaute: *Coll. tr. P.* ‖ can. 3. 14) *Codd. coll. o.* 15) *ib. — l. c. ap. Hinschius p.* 173. — *in Coll. citt., ut R. immerito notat, canon non invenitur.* 16) *Codd. coll. o.* ‖ can. 4. 17) quis: *deest: CEGH* 18) *ABCDEFH;* laic. e converso: *G* 19) *Codd. coll. o.* 20) *hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim Conc.* II, 397. (*cf. Wasserschleben Beitr. p.* 21 *sqq.* 107 *sqq.*) — *Reg. Appdx.* III, 44. (*can. cont.*); *Burch.* II, 182.; *Ivo Decr.* VI, 227.; *Ivo Pan.* V, 10.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 8.; *Coll. tredec. P.* IX, 177. (*can. contin.*); *Caes.* VI, 6. 21) regente: *orig. Reg.* 22) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 23) praeiuramento: *orig.* 24) est: *Burch.* 25) constringatur: *orig. Reg.* 26) vero: *deest: Ivo Pan.* 27) praeiuramenti: *orig.* 28) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Coll. tr. P.;* ne manus: *Ed. Bas.;* manus vero: *Edd. coll. rel. pr. Lugdd.* II. III. 29) polluitur: *F;* polluentur: *CDEGH;* polluatur: *Burch. Coll. tr. P.;* non polluatur: *Reg.* 30) *Matth. c.* 5. *v.* 34. 31) ex: *CEFG Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. — *Burch. Ivo Pan.* 32) *ABEH* ‖ can. 5. 33) *Codd. coll. o. — Ep. Gregorii* II. *scr. ao.* 726. *ap. Mansi* XII, 245. (*in Jaffé Mon. Mogunt. non exstat.*) — *Jaffé no.* 1667. — *Burch.* II, 186.; *Ans.* II, 79.; *Ivo Decr.* VI, 231.; *Ivo Pan.* V, 9. — *in omnibus can. contin.* — *Alger.* II, 35. 34) *ABDFH;* confirmet: *C;* firmet: *EG* 35) Episcopus: *EGH;* De presbytero vero si quilibet sacerdos a populo fuerit accusatus: *orig.;* de presbytero . . . quolibet (in clero: *Ivo Decr.*) a populo accusato: *Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.* 36) si: *deest: Alger.* 37) fuer.: *deest: EH Alger.;* fuer. et: *deest: Ans.* 38) si: *orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Alger.* 39) cum: *AB* 40) *Codd. et Edd. coll. o.* 41) criminis illati: *DEGH Edd. coll. o. Alger.* 42) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.* 43) medio: *Ivo Pan.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; Ivo Pan.;* fiat: *C* 45) nota: *Alger.* ‖ can. 6. 46) *Codd. coll. o.* 47) *ib. Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. — Ep.* 33. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 821. — *Ans. ded.* II, 272.; *Burch.* I, 194.; *Ans.* VI, 169.; *Ivo Decr.* V, 309.; *Ivo Pan.* V, 5.; *Polyc.* VI, 11, (10,) 11. 48) primum: *AB* 49) *Codd. et Edd. coll. o.* 50) perpetrationem: *orig.* 51) decipere: *orig. Collat. citt. o.* 52) opinionem: *Ivo Decr. Pan.* 53) *Codd. coll. o. pr. F* 54) igit.: *deest: Ans., ubi hoc est initium canonis.* 55) *Codd. et Edd. coll. o. orig Coll. citt.* 56) ambiguum: *Edd. coll. o.;* commissum: *Polyc.* 57) aut: *orig. Ans.; deest: Ans. ded. Burch. Ivo* 58) posset: *orig. Ans.;* posse: *Ans. ded.;* potuisse: *Burch. Ivo* 59) *Codd. coll. o.* 60) *ABDEFH; deest: Ans.* 61) huiusmodi: *Ans.* 62) *Codd. coll. o. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 63) innotuit: *Ans.,* (*ubi hic est finis canonis*); *Polyc.* 64) *ABCDEH Edd. coll. o. Ivo Pan.* 65) *Codd. coll. o.;* nec quaedam: *orig. Ans. ded. Burch. Polyc.;* ne ulla: *Ivo Decr.;* nec ulla: *Ivo Pan.* 66) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.;* cordib.: *deest: Ivo Decr. Pan.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G; Ans. ded. Ivo Decr. Pan.* 68) supradicto: *Ivo Pan.* 69) videam.: *deest: Ans. ded.* ‖ can. 7. 70) *Codd. coll. o.* 71) *ib. Ep.* 6. *scr. ao.* 602. *lib.* XIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1490. — *Ans. ded.* II, 273.; *Burch.* I, 196.; *Ivo Decr.* V, 311.; *Ivo Pan.* V, 6.; *Polyc.* VI, 11, (10,) 12. 72) vero: *deest: ABF* 73) fratr. coepiscopumque: *CD Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Polyc.;* fratr. nostrumque coep.: *F*

nostrum, postquam ea, que de eo dicta fuerant[74], requirentes, in nullo inuenimus esse[75] culpabilem, qui insuper ad sacratissimum corpus B. Petri apostoli[76] sub iureiurando satisfaciens, ab his, que obiecta fuerant eius opinioni[77], se demonstrauit[78] alienum, reuerti illum[79c] purgatum absolutumque permisimus, quia, sicut dignum erat, ut, si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus, ita dignum non fuit, ut eum adiuuante innocentia diutius retinere uel affligere in aliquo deberemus[80]. §. 1. Purgationem[81]* tamen ante te[82] duobus sacerdotibus sibi iunctis[83], ubi accusator cessauerit, eundem hoc[84d] ex se prebere tuo committimus[85] arbitrio. Vulgarem denique, ac nulla canonica sanctione fultam legem, feruentis scilicet[86] siue frigidae aquae, ignitique ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inuentionis (quia fabricante hec sunt omnino[87] ficta[88] inuidia), nec ipsum exhibere, nec aliquo te modo uolumus postulare, imo apostolica auctoritate prohibemus firmissime.

C. VIII. *De Maximo Salonitano episcopo, ut*[89a] *sacramento semet*[90b] *ipsum expurget*[91c].

Idem Castorio Notario Rauennae [lib. VII. Indict. 2. epist. 80.][92d]

Quanto a nobis creditur[93e], et[94f] necessarias uides causas iniungi, tanto strenuum debes[95] te et sollicitum exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus prestito sacramento firmauerit se symoniaca heresi non teneri, atque de[96] aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus, innoxium se esse responderit, et de inobedienta sua (sicut deputauimus) egerit penitenciam, uolumus, ut ad consolandum[97] illum epistolam, quam ad eum scripsimus, qua ei et[98g] gratiam nostram, et communionem reddidisse[99h] signauimus), experientia tua dare debeat; quia sicut in contumacia persistentibus seueros esse nos conuenit, sic humiliatis[100i] et penitentibus locum ueniae negare non debemus.

C. IX. *De eodem.*

Idem Mariniano[101] *Episcopo Rauennae*, [lib. VII. ep. 79.]

Que de causa Maximi sint[102] agenda, ex epistolis, quas ad uos[103a] transmisimus, agnouistis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis uestrae[104] uoluntas sit magis[105b] a[106c] presentium latore Castorio cartulario nostro renunciante[107] cognouimus, ideo[108], si idem Maximus coram uobis et predicto cartulario nostro de symoniaca heresi se[109d] sacramento purgauerit, atque de aliis ante corpus sancti[110] Apollinaris (ut[111] scripsimus) tantummodo requisitus, liberum se esse responderit, causam ipsius fraternitatis uestrae iudicio[112e], de eo, quod excommunicatus missarum solempnia agere presumpserit[113], committimus[114f], qua debeat[115] penitentia talis culpa purgari. Et ideo quicquid uobis secundum Deum placet securiter[116g] disponite, nec aliquid[117h] de nobis dubium habeatis[118]. Nam quicquid a uobis hac de causa ordinatum fuerit nos et gratis[119i] suscipimus, et libenter admittimus[120].

C. X. *Qualiter Sixtus semetipsum purgauit*[121].

Item Sixtus Papa [III.] *omnibus Episc.*, [c. 1.][122a]

Mandastis, ut scriberem uobis, qualiter instans[123] iurgium contra me suscitatum sit, uel a quo, ut uestro aminiculo pelleretur, et causa mea firmaretur. Scitote me criminari a quodam Basso, et iniuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate sinodum congregari[124] iussit. Et facto concilio, cum magna examinatione satisfaciens omnibus, (licet euadere aliter satis potuissem, suspicionem tamen fugiens,) coram omnibus me purgaui, me scilicet a suspicione et emulatione liberans; sed non aliis, qui noluerint aut sponte hoc[125] non elegerint, faciendi[126b] formam[127c] dans.

C. XI. *De causa Gillandi*[128a] *presbiteri*[129].

Item Alexander II.[130b] *Rumaldo*[131c] *Cumano Episcopo.*

Super causas[132d] Gillandi presbiteri tui de morte episcopi sui, predecessoris tui, infamati, in medium consuluimus[133]. Itaque circumstantium fratrum unanimi[134] assensu[135] tuae dilectioni referimus[136e], prefatum Gillandum presbiterum ante te representandum[137f], ubi, si certi accusatores defuerint, tunc dictante iusticia sine omni controuersia presbiter quecumque ob hoc iniuste amisit[138] ac sacerdotium accipiat[139] et integra beneficia*.

C. XII. *De purgatione clericorum, si conuinci non poterunt*[140a].

Item ex Concilio Agatensi[141].

Si legitimi accusatores crimina* sacerdotis probare non potuerint, et ipse negauerit, cum[142b] septem[143] sociis suis[144c]

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. V. c. 7. c) illuc d) hoc: *deest* — c. 8. a) qui b) se c) purgauit d) Item Gregorius e) credi f) tibi et g) ubi h) nos reddid. i) iterum humil. — c. 9. a) vos ante b) ac magis c) petitio a d) praestito se e) iudic.: *deest* f) iudicio committ. g) securi h) aliquod i) grate — c. 10. a) epist. ad orientales Episc. b) faciendo c) formam exemplumque — c. 11. a) Guillandi b) II.: *deest* c) Raynaldo d) causa e) rescribimus f) praesentandum — c. 12. a) potuerint b) tunc ipse cum c) sui

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * **Purgationem**: Hic erat gravissimus error. Coniuncte enim haec legebantur cum superioribus, quae Brunichildae sunt scripta, quasi purgatio presbyteri a B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epistola B. Gregorii, ex qua prior pars huius capitis est accepta. Verum Ivo p. 10. c. 15. et Pan. l. 5. c. 8. citant hoc ex epistola Alexandri II. Raynaldo Cumano episcopo, cuius epistolae initium est infra eadem c. *Super causa*. Et hic versiculus: *Purgationem*, continenter legendus est post extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorum hinc quidem motus non est; sed additum est in margine nomen Alexandri II. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris glossae, nusquam enim Rom. Pontifices huiusmodi causas mulieribus leguntur commisisse.

C. XI. * **Beneficia**: In epistola hoc loco sequitur versic. *Purgationem*, supra ead. c. *Mennam*, ut ibi notatum est.

C. XII. * **Crimina**: Apud ceteros collectores legitur: *si autem accusatores legitimi non* [non: deest: orig. Halitg.] *fuerint, qui eius crimina manifestis iudiciis probare contenderint, et ipse etc,*

Causa II. Quest. V. can. 7. 74) sunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* fuerint: *Ivo Pan.* 75) esse: *deest: ABEG;* quin insup.: *AB* 76) ap.: *deest: AB* 77) sunt: *EGH Ed. Bas.* 78) demonstrauerit: *AB;* monstrauit: *Ivo Decr.* 79) *Codd. coll. o. Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 80) *finis canonis: Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 81) *Ep. Alexandri* II. (1061—73) *ad Raynaldum Comensem ep. — Jaffé no.* 3507. — *cf. infra c.* 11. *huius quaest.;* — *Ivo Decr.* X, 15.; *Ivo Pan.* V, 8. 82) te: *deest: CDF;* ante: *deest: B;* ante te: *Ivo Decr.* 83) adiunctis: *AB* 84) *ABEFH;* de hoc: *G;* hic: *Ed. Bas.;* eum de se: *C* 85) commisimus: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 86) scil.: *deest: Ivo Pan.* 87) omnia: *D Ed. Bas.;* omni: *F* 88) facta: *Codd. coll. o. pr. B, ubi abbreviatum est:* fcta *quod per errorem* facta *legisse videntur codicum scribae* || **can. 8.** 89) *AEFGH; deest: BD* 90) *Codd. coll. o. pr. A* 91) *ib.* 92) *ib. — Ep.* 80. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1236. — *Coll. tr. P.* I, 55, 10. 93) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 94) *ib.* 95) deberes: *CGH Edd. coll. o.* 96) de: *deest: Coll. tr. P.* 97) consulendum: *Edd. Bas. Ven.* I. II. *Nor.* 98) *Codd. et Edd. coll. o.* 99) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 100) *ib.;* humilitatis: *A* (*sed* humiliatis *correctum est*) *BD Ed. Lugd.* II. || **can. 9.** 101) Manitiano: *A;* Mariano: *BC;* Martino: *GH;* Marino: *E;* Mauritio: *D;* Marciniano: *F; Ep.* 79. *scr. ao.* 599. *lib.* II. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1235.; *Coll. tr. P.* I, 55, 11.; *Polyc.* II, 37, 8. 102) sunt: *Edd. coll. o.* 103) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 104) nostrae: *Coll. tr. P.;* tuae: *Polyc.* 105) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 106) *ib.;* a: *deest: AB* 107) renunciare: *Coll. tr. P.* 108) ideoque: *orig. Polyc.* 109) *Codd. et Edd. coll. o.* 110) *EGH Ed. Bas.* 111) sicut: *Polyc.* 112) *Codd. coll. o.* 113) praesumsit: *orig. Coll. tr. P. Polyc.* 114) *Codd. coll. o.;* iudicio nostro committ.: *Polyc.* 115) habeat: *Coll. tr. P.* 116) *ABCDF;* secure: *EGH; deest: Coll. tr. P.* 117) *Codd. coll. o. pr. B; — orig. Coll. tr. P.* 118) *finis canonis: Polyc.* 119) *BC Ed. Arg.:* grates: *A;* grati: *D;* gratanter: *EGH Edd. coll. rel.* 120) *hoc loco in C canon insertus est, qui in aliis Codd. non invenitur:* Nullus episcopus presbyterum accusatum ab officio missae removeat, nisi ad causam suam dicendam die statuta litteris evocatus minime occurrerit, tunc ab officio suspendatur quousque pro se rationem reddat. Si enim laici non canonice excommunicantur nisi tercio fuerint vocati atque commoniti, indignum videtur, ut sacerdotibus denegetur qui maioris ordinis et dignitatis sunt, quod laicis regula ecclesiastica indulgenter permittit. Pro tanto enim habetur, sacerdotem ab officio removere pro quanto laicum a communione ecclesiae cessare. Nam unde laici excommunicantur, inde presbyteri ab officio altaris submoventur || **can. 10.** 121) purgaverit: *EH* 122) *Codd. coll. o. — Caput Pseudoisid., confectum ad libr. pontifical. ap. Hinschius p.* 562. — *Jaffé no.* CXCII.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 10.; *cf. Hincmari Remensis Opp.* II, 369 *sqq., ubi tota epistola invenitur.* 123) inst.: *deest: orig., sed exstat. ap. Hincm.* 124) congregare: *AB* 125) haec: *FH; add.:* hic: *Ed. Bas.* 126) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. Corr.;* faciendum: *orig.* 127) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || **can. 11.** 128) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AD* (Gislandi) — *Ivo Pan.; — et sic deinceps* 129) episcopi: *ABH* 130) *Codd. coll. o.; add.:* Papa: *EGH* 131) *ABCF Ivo Pan.* (Romualdo); Runaldo: *Ed. Bas.;* Rimaldo: *DEGH Edd. rell. — Ep. Alexandri* II. (1061—71) *ad ep. Comensem. ut videtur scr. — nam Raynald. ao.* 1061 *ep. Comensis electus est, cum de Cumano ep. tunc temporis existente nihil nobis notum sit. — cf. Jaffé no.* 3507. — *Ivo Decr.* X, 15.; *Ivo Pan.* V, 7. 132) *Codd. coll. o. pr. H* 133) consulimus: *ABDFG; deest: E* 134) omnium: *Ivo Decr.* 135) consensu: *Ivo Pan.* 136) *Codd. et Edd. coll. o.* 137) *ib.* 138) amiserit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 139) recipiat: *AB* || **can. 12.** 140) *Codd. coll. o.* 141) *imo c. 8. Concil. Moguntini hab. ao.* 851. *in Mon. Germ. LL.* I, 413.; *Halitgar. poenitent.* (*ap. Canisius lect. ant.* I, 2, 129.) (ex conc. magno sub Ludovico rege) *Burch.* II, 181. (*can.:* Si quis presbyter); *Ivo Decr.* VI, 226. (*ut ap. Burch.*); *Ivo Pan.* V, 12. (*ut ap. Burch.*) — *cf. Bened. Levita Cap.* I, 53. 142) *Codd. et Edd. coll. o.* 143) sex: *orig. Halitg.* 144) *ABF orig. Halitg. Burch. Ivo Decr.; deest: Ivo Pan.*

eius[145 d] ordinis (si ualet) a crimine semetipsum expurget[146]. Diaconus uero si eodem[147] crimine accusatus fuerit, cum tribus semetipsum excuset[148].

C. XIII. *De eodem.*

Item ex Concilio Ylerdensi[149].

Presbiter[150] si a plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, et episcopus legitimis testibus adprobare non potuerit, suspendatur[151] usque ad dignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna uero[152] satisfactio est (sicut[153] a maioribus constitutum[154]* esse docetur), quando[155] siue secundum canones, siue ad arbitrium episcopi septem sibi collegas adiungit[156], et iurat in sacro[157 a]** euangelio coram posito, quod crimen sibi illatum non perpetrauit[158]. Et hac[159] satisfactione purgatus secure deinceps suum exequatur[160] offitium.

[P A L E A[161].

C. XIV. De eodem.

Item Siluester Papa[162]*

Accusatum symoniacum necesse habuimus summopere per scripturam prohibere, ne missarum solempnia celebrare debuisset, donec quid esset uerius[163] potuissemus cognoscere.]

[P A L E A[164].

C. XV. Item ex Concilio Triburiensi[165]*.

Nobilis homo uel ingenuus si in sinodo accusatur et negauerit, si eum constiterit[166] fidelem esse, cum duodecim ingenuis[167] se expurget; si antea[168] deprehensus fuerit in furto, aut periurio, aut falso testimonio[169], ad iuramentum non admittatur, sed (sicut qui ingenuus non est) feruenti aqua uel[170] candenti ferro se expurget.][171]

C. XVI. *De eodem.*

Item Igmarus Remorum Episcopus[172]*.

Si mala fama[173] de presbitero exierit, et accusatores ac[174] testes legales defuerint[175], ne, contra Apostolum[176], infirmorum corda de mala fama presbiteri percutiantur[177], et ne uituperetur ministerium nostrum, neue[178] securiores presbiteri existentes licentius in peccatum[179] prolabantur[180], secundum decreta** maiorum cum denominatis sibi uicinis presbiteris, quos scimus se nolle periurare[181 a], sacramento famam suam purget.

[P A L E A[182].

C. XVII. De eodem.

Item Innocentius Aquileiensi Patriarchae et Mantuano Episcopo[183].

Quoties frater noster Tridentinus episcopus in nostra[184] presentia de symonia sit inpetitus, prudentiam uestram latere non credimus, cuius causa tandem in nostra presentia uentilata producti sunt aduersus eum accusatores, uiua[185] uoce et[186] scripto asserentes, quod ecclesiam S. Petri de Pado[187] presbitero Paulo dederit pro quatuor modiis frumenti, quos ab eiusdem ecclesiae laicis acceperit. Verum quoniam nec accusatores, nec testes secundum formam canonum et sanctorum Patrum statuta in causa ipsa procedere potuerunt, communi fratrum nostrorum concilio[188] iudicamus, ut tertia manu sui ordinis et quatuor[189] abbatum et religiosorum sacerdotum de supradicta symonia in uestra presentia se debeat expurgare. Porro purgationis[190] tenor erit huiusmodi. Idem episcopus super sancta euangelia primum iurabit, quod pro ecclesia S. Petri de Pado, presbitero Paulo danda, neque ipse per se, neque per submissam personam, neque alius pro eo, se sciente, pretium receperit. Deinde uero[191] purgatores[192] super sancta Dei euangelia iurabunt[193], quod, sicut ipsi credunt, uerum iurauit[194]. Nos itaque causae huius seriem committentes prudentiae uestrae, mandamus uobis, ut congruo loco in unum conuenire curetis, et ita[195] causam ipsam iuxta presentium tenorem prestante Domino restauretis, quatenus et omnis de cetero huius questionis scrupulus auferatur, et utrique parti sua iustitia conseruetur. Si quis uero de uobis, certa prepediente causa, interesse non poterit, uos, qui[196] adesse poteritis, idem iudicium[197] terminate. Quod si predictus frater noster A. predictam purgationem fecerit, uos ei auctoritate nostra predictum offitium et Tridentinam ecclesiam restituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem B. Mariae uirginis adinplere iubemus.]

Gratian. *In premissis auctoritatibus subintelligitur, si reus se purgare uoluerit, ut sacri canones modum, non necessitatem purgandi accusato inponant, sicut aparet ex fine capituli Sixti Papae, et auctoritate Leonis, qui data purgatione ait de se ipso:*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. V. c. 12. d) eius: *deest* — c. 13. a) sacrosancto** — c. 16. a) peierare

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * Sicut a maioribus constitutum: Hoc loco, sicut et paulo inferius, plura sunt verba apud ceteros collectores.

** Sacrosancto: Apud eosdem legitur: *in sacro coram posito evangelio,* quo facit cap. *Testimonium.* in vers. *Nemo clericum,* infra 11. q. 1.

C. XIV. * Citatur hic ex Silvestro; fere idem est in decret. tit. de simon. c. *Accusatum.* et ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horum duorum Pontificum scriptis, quae exstant, tale aliquid est inventum. In regesto B. Gregorii lib. 5. epist. 3. Maximo praesumtori ecclesiae Salonitanae, haec leguntur: *Pervenit itaque ad nos, quod per simoniacam haeresim fueris ordinatus. Sed et alia de te multa hic dicta sunt, de quibus unum quam maxime fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne missarum solennia celebrare debuisses, donec quid esset vere potuissemus addiscere.* Et ex hac epistola videri potest accepta haec Palea, et c. *Accusatum.* et c. *Quoties.* X. de simon. Nam initium ipsius epistolae est: *Quoties contra, etc.*

C. XV. * Burchardus etiam citat ex concilio Triburiensi cap. 10., et in Triburiensi illo, quod exstat impresum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.

C. XVI. * In concilio Remensi Trosleiano 9. c. refertur synodus ab Hincmaro Remorum archiepiscopo habita, in qua habetur hoc caput.

** Secundum decreta: In synodo legitur: *secundum decretum Gregorii iunioris sit iusiurandum in medio, et habeat malae famae presbyter in sacramento purgationis suae eum testem, quem habebit et iudicem.*

C. XVII. * Caput hoc exstat in decret. tit. de purg. canon. et tribuitur Innocentio III. Sed visum est ibi esse mendum, ut III. sit positum pro II. Nam collector decretalium solet in Pontificibus hunc ordinem observare, ut eos, qui antecesserunt, prius citet. Ita quum ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri ac Lucii III., qui praecesserunt Innocentium III., non videtur huic posse tribui, quanquam habeatur etiam eidem adscriptum inter opera ipsius post sermones, et in conciliis quae in quatuor tomos sunt divisa, tomo 3. A plerisque autem manuscriptis Gratiani codicibus etiam iis, in quibus Paleae esse solent, totum istud caput abest. A versiculo autem: *Nos itaque,* usque ad finem, abest ab omnibus.

Causa II. Quest. V. can. 12. 145) *ABF;* eiusdem: *orig. Halitg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 146) se: *Halitg.;* seipsum: *Ivo Pan.* 147) in eodem: *EH* 148) expurget: *CD Ivo Pan.;* examinet: *orig. Halitg.* || can. 13. 149) *Caput incertum; cf. Benedict. Levita* I, 36.; *Isaaci Lingonens. Cap. tit.* XI. *c.* 3. *ap. Baluzius Capit.* I, 1277. — *Burch.* II, 184. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 229.; *Ivo Pan.* V, 2. 150) Si quis presbyt.: *Burch. Ivo Decr.* 151) *add.:* presbyter: *Burch. Ivo Decr. Pan.;* ab officio presbyter: *Corr.* 152) enim: *ib.* 153) ut sicut: *EGH* 154) si (*add.:* ab: *Ivo Pan.*) eis a quibus reus creditur post rectam (factam: *Ivo Decr.*) securitatem de imposito crimine innocens esse manifestetur. Quod ita a nobis et a maioribus constitutum esse docetur: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 155) quia: *AB:* sed: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 156) coniungat et iuret: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 157) *ABDF;* in sacro coram posito evangelio quod eum S. Trinitas et Christus filius Dei qui illum (eum: *Ivo Decr.*) fecit et docuit quod Evangelium continet et s. IV. evangelistae qui illud scripserunt, sic adiuvent quod illi praenominatam actionem ita non perpetraret sicut ei de illo (eidem illi: *Ivo Pan.*) oblatum est: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 158) perpetraverit: *AB;* perpetraret: *Ivo Decr. Pan.* 159) *add.:* in: *Burch. Ivo Decr.* 160) exerceat ministerium: *Burch. Ivo Decr. Pan.* || can. 14. 161) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est; Rolandus canonem non novit.* 162) *imo Ep.* 25. *Gregor. M. lib.* VI. *scr. ao.* 596. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1036. 163) ver.: *deest: Ed. Arg.* || can. 15. 164) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. pr. AB* (*ubi in marg. scripta est*) — *Ed. Bas.; — Rolando non iam fuit nota* 165) *In concil. Trib. c.* 22. *hab. ao.* 895 *quod Reg.* II, 303. *Coll. Rotgeri c.* 173. *Burch.* XVI, 19. *laudant, sensus tantum habetur; Reg.* II, 43. *et Burch.* VI, 7. *ex Conc. Moguntino hab. sub Rabano similia quaedam proferunt; sed caput repertum est inter capitula Poenitentialis cuius Theodorus Cant. immerito auctor esse dicitur, — (cf. Richter Beitr. p.* 29.) *nec tamen exstat in Ed. Wasserschleben in Bussordn. — cf. C.* 1. *de purg. vulg. Comp.* I. *c.* 1. X. *de purg. can.* 166) sciunt: *Reg. Burch.* 167) iuramento (cum duodec.: *deest*)*: Reg.* 168) autem: *ib.* 169) aut fals. test.: *deest: ib.* 170) et: *Reg.;* aut: *Burch.* 171) expurgat: *Ed. Arg.* || can. 16. 172) *c.* 22. *Cap. ab Hincmaro Remensi presbyteris dat.* (*Mansi* XV.) — *Ivo Decr.* VI, 420.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 11. 173) *add.:* ex verisimilitudine (similitudine: *Coll. tr. P.*) per parrochiam: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 174) vel: *AB* 175) defecerint: *D Ed. Bas. Corr.* 176) cont. Ap.: *deest: orig.* 177) concutiantur: *AB* 178) neque: *Coll. tr. P.* 179) peccato: *CD;* peccatis: *EG* 180) labantur: *Ivo* 181) *Codd. coll. o. Ivo* || can. 17. 182) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. et in Ed. Bas.: exstat ap. Turrecrem.; Rolando non fuit nota; Hugucc. paleam esse notavit.* 183) *Ep. Innocentii* II. (1130—48) *incerti temporis. — Jaffé no.* 5884 b. — *cf. c.* 4. *Comp.* I. *c.* 5. X. *de purg. can.* 184) nostra et vestra: *Edd. coll. o. Comp.* I. 185) una: *Comp.* I. *Corr.* 186) in: *Edd. coll. o.* 187) de Pasorum: *Comp.* I.; Paio: *Corr.* 188) consilio: *Edd. Arg. Lugdd. — Comp.* I. 189) quarta: *Decretal. — Corr.* 190) expurgationis: *Edd. coll. o.* 191) vero: *deest: Edd. coll. o.* 192) expurgatores: *ib.* 193) *add.:* similiter: *Ed. Arg.* — scilicet: *Edd. rel.* 194) iuraverit: *Ed. Arg.* 195) in causam: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 196) vosque: *Ed. Rom. operarum vitio* 197) negotium: *Ed. Arg.*

C. XVIII. *De Leone, qualiter semet ipsum*[198a] *purgauit*[199]*.

Auditum est[200], fratres karissimi[201], qualiter mali homines[202] grauia crimina in me confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex sanctae Romanae ecclesiae purifico[203] me in conspectu uestro coram Deo et angelis eius, quia criminosas istas et sceleratas res, quas illi mihi obiciunt, nec perpetraui, nec perpetrare[204b] iussi. Hoc[205] autem faciens non legem prescribo ceteris, qua id facere cogantur.

Gratian. *Ecce uterque*[206c] *summus Pontifex semetipsum purgat, nec tamen ceteris purgandi necessitatem prescribit. Unde datur intelligi, quod satisfactio purgationis in uoluntate consistit accusati, non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ylerdensi concilio presbiter iubeatur suspendi usque ad dignam satisfactionem, cum etiam decreto*[207d] *Leonis in arbitrio ponitur*[208e] *episcopi, quota manu sacerdos se purgare debeat, patet, quod ad purgationem cogendus est, nec in sua uoluntate, sed in arbitrio iudicis consistit.*

Item[209f] *Leo Papa scribens ad Karolum Regem ait*[210]*.

C. XIX. *Qualiter sacerdotes purgari*[211b] *debeant.*

Omnibus uobis uisu[212] aut auditu notum esse non dubitamus, quod sepissime[213] suadente antiquo hoste sacerdotibus crimina diuersa obiciantur[214]. Sed qualiter[215] ex eis ab his rationabilis[216] examinatio et satisfactio fiat, licet tempore bonae memoriae domni genitoris uestri[217] Pipini, siue priscis temporibus a sanctis Patribus et[218] reliquis bonae[219] deuotionis hominibus[220] sepissime uentilatum fuerit, nos tamen pleniter et aliquid inde finitum[221c] reperire minime quiuimus. Nostris quippe temporibus id ipsum a sanctis episcopis, et reliquis sacerdotibus, ac[222d] ceteris ecclesiasticae dignitatis ministris, uestris[223] in[224] regnis, seu in aliis Deo degentibus, nobisque una cum eis agentibus, sepissime propter multas et nimias reclamationes, que ex hoc ad nos de[225e] diuersis partibus uenerunt[226], uentilatum est. Sed qualiter consultu[227] domni et patris nostri Leonis Apostolici, ceterorumque Romanae ecclesiae episcoporum, et[228] reliquorum sacerdotum, siue orientalium et grecorum patriarcharum, et multorum sanctorum episcoporum et[229] sacerdotum, nec non etiam[230f] nostrorum episcoporum[231]**, omniumque ceterorum[232] sacerdotum ac Leuitarum auctoritate et consensu, atque reliquorum fidelium et cunctorum[233] consiliariorum nostrorum consultu diffinitum est, uos[234] omnes utriusque ordinis ministros scire uolumus. Statutum est namque ratione et necessitate auctoritate[235g] predicta[236] consultu omnium, ut quotiescumque cuiquam sacerdoti crimen inponitur, si ipse accusator talis fuerit, ut recipi debeat, (quia quales ad accusationem[237] sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est;) si autem (ut dictum est) ille accusator, qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo uirorum[238h] numero et bonorum testium approbare in conspectu episcoporum poterit, tunc canonice diiudicetur, et si culpabilis uictus[239i] fuerit, canonice dampnetur. Si uero eum[240] suprascripto pretextu minime approbare ipse accusator poterit[241], et hoc canonice diiudicetur[242k]. Ipse ergo[243] sacerdos, si suspiciosus aut incredibilis suo episcopo aut reliquis suis consacerdotibus, siue bonis et iustis de suo populo uel de sua plebe[244] hominibus fuerit, ne in crimine aut predicta[245l] suspicione remaneat, cum tribus, aut quinque, uel septem bonis ac uicinis sacerdotibus, exemplo Leonis Papae (qui duodecim[246]*** episcopos[247] in sua purgatione habuit)[248] uel eo amplius, si suo episcopo uisum fuerit, aut necesse esse[249m] propter tumultum populi perspexerit[250n], et cum aliis bonis et iustis hominibus se[251] sacramento coram populo super quatuor euangelia dato purgatum ecclesiae reddat[252]. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, et quid[253o] de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus reperiri[254p] poterit[255].

III. Pars. Gratian. *Iuramento uero candentis ferri uel ferventis aquae purgatio non est addenda*[256q].

Unde Stephanus V. Luiberto[257a] *Maguntino Episc.*[258]:

C. XX. *Feruentis aquae et candentis ferri iudicium fieri in ecclesia prohibetur.*

Consuluisti[259] de infantibus, qui in uno lecto cum parentibus dormientes[260] mortui reperiuntur, utrum ferro

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. V. c. 18. a) se purgav. b) perpetrari c) qualiter d) in decreto e) ponatur — c. 19. a) Unde b) se purgare c) ad liquidum definitum d) et e) ex f) et g) ac auct. h) verorum i) inventus k) definiatur l) in praedicta m) inesse n) prospexerit o) quicquid p) reperire q) adiicienda — c. 20. a) Humberto

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVIII. * Caput hoc est Leonis III. Tota vero historia falsae accusationis et purgationis ipsius refertur in vetustis pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus p. 2. histor. tit. 14. cap. 1. §. 8. de qua etiam re meminit Marianus Scotus, et Aymoinus lib. 4. c. 90. Apud Burchardum et Ivonem plenius est hoc caput, atque haec visa sunt notatu digna: *Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. a nemine iudicatus neque coactus, sed spontanea mea voluntate purifico me in conspectu vestro, coram Deo et angelis eius, qui conscientiam meam novit, et B. Petro, principe apostolorum, in cuius conspectu consistimus, quia istas criminosas et sceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetravi, nec perpetrari iussi. Testis est mihi Deus, in cuius iudicium venturi sumus, et in cuius conspectu consistimus. Et hoc propter suspiciones malas tollendas mea spantanea voluntate facio, non quasi in canonibus inventum sit, aut quasi ego hanc consuetudinem aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis, nec non et fratribus et coëpiscopis nostris imponam, sed ut melius a vobis abscindatis rebelles cogitationes.*

C. XIX. * Apud collectores caput hoc ita refertur, quasi acceptum sit ex aliqua decretali epistola Leonis ad Carolum. Verum ex libro 5. Capitularium (ubi hoc ipsum est caput 34.), atque ex ipsa etiam orationis forma satis constat, editum fuisse hoc capitulare nomine Caroli M., ipso Leone III. consulto, et cum consilio multorum episcoporum. Quod tamen pius princeps, quia sibi iurisdictionem in presbyteros arrogasse videbatur, libro 7. Capitularium c. 281. emendavit, ita scribens: *Omnibus vobis tam praesentibus quam et futuris scire cupimus, quia de consultu sedis apostolicae, et omnium nostrorum episcoporum, ac reliquorum sacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium nostrorum, de criminatorum purgatione sacerdotum causam tractavimus, eamque cum testibus (sicut in anteriori capitulari nostro continetur) fieri decrevimus, quoniam nesciebamus eandem causam a B. Gregorio Papa esse definitam. Nam quum Wormaciae generalem conventum habuissemus, allata est nobis a Riculfo Magontiacensi metropolitano epistola B. Gregorii Papae, in qua inter cetera continebantur haec: „De presbytero vero, vel quolibet sacerdote, a populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem, iusiurandum erit in medio, et illum testem proferat de innocentiae suae puritate, cui nuda et aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu.“ Ista vero omnia, quia vires nostras excedunt, in iudicio episcoporum iuxta canonicam sanctionem definienda relinquimus, ut haec, quando orta fuerint ita definire satagant, ut nec secundum saeculum iustam reprehensionem, nec penes Dominum (quod absit) damnationem sed aeternae beatitudinis, ipso auxiliante qui omnia infucato praestat, praemia consequantur.*

** Nostrorum episcoporum: In vulgatis legebatur[231]: *nostrorum Romanorum episcoporum:* sed vox: *Romanorum*, abest non modo a capitulari, sed etiam a vetustioribus Gratiani codicibus, et ab Ivone. Panormia autem habet: *nostrorum episcoporum omniumque Romanorum sacerdotum.*

*** Qui duodecim: Haec usque ad vers. *Habuit*, sunt etiam apud ceteros collectores, sed non in Capitulari.

Causa II. Quest. V. can. 18. 198) *Codd. coll. o.* 199) purgaverit: *CE; confectum caput est ex libro Romani ordinis et exstat* (iuram. a Leone III. praestitum in synodo Romana ao. 800) *in Mon. Germ. LL.* II, 15. (*cf. Hildenbrand, die Purgatio canonica* (*München* 1841) *p.* 45 *sqq.* — *Burch.* I, 198. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* V, 313.; *Ivo Pan.* V, 4. 200) est: *deest: orig. Burch.* 201) *add.:* et divulgatum est (est: *deest: Ivo Decr.*) per multa loca: *orig. Burch. Ivo Decr. Pan.* 202) *add.:* adversus me insurrexerunt et debilitare voluerunt et miserunt (posuerunt: *Ivo Decr.*) super me gravia crimina: *ib.* 203) *add.:* et purgo: *orig.* 204) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (perpetrasse); — *orig. Burch. Ivo Decr. Pan.* 205) et hoc propter suspiciones (*add.:* malas: *Burch. Ivo Decr.*) tollendas mea spontanea voluntate facio non quasi in canonibus inventum sit aut quasi (quasi in can. inv. sit aut q.: *deest: Ivo Pan.*) ego (ego: *deest: Burch.*) hanc consuetudinem aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis nec non et fratribus et coepiscopis nostris imponam: *orig. Burch. Ivo Decr. Pan.* 206) *Codd. coll. o.* 207) *ib.* 208) *ib. pr. F* ‖ can. 19. 209) *Codd. coll. o. pr. ABF;* inde: *AB;* idem: *F* 210) *Ex capitul. Aquisgran. a.* 803. *c.* 36., *quod tamen supposititium esse constat, neque in Mon. Germ. LL. invenitur.* — *Bened. Lev.* I, 36. — *Ivo Decr.* VI, 419. (Decretum et respons. Leonis P. ad Carolum Imp.); *Ivo Pan.* V, 3. (Decretalis et responsio Leon. ad Carol.); *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 50.; *Coll. tredec. P.* IX, 164. 211) *Codd. coll. o. pr. F* (qual. sac. se ipsum purgent) 212) visum: *Ivo Decr.* 213) saepius: *AB* 214) *EGH Edd. coll. o.* 215) quoniam qualit.: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 216) rationabiliter: *Codd. et Edd. coll. o. pr. ABC* 217) nostri: *orig. Coll. tr. P.* 218) a reliq.: *Ivo Decr.* 219) *add.:* fidei et: *CDEGH Edd. coll. o.* 220) omnibus: *ABEG* 221) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* (inde diffinitum) 222) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 223) nostris: *AD orig. Coll. tr. P.* 224) et: *AB* 225) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* 226) venerint: *AB* 227) consultum est: *H;* consultum: *Ivo Pan.* 228) omniumque ceterorum et: *AG* 229) mult. episcop. omniumque: *Ivo Pan.* 230) *ABCDF* 231) *add.:* romanorum: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 232) omnium ceterorumque: *orig. Ivo Decr.;* omniumque romanorum: *Ivo Pan.;* ceter.: *deest: EGH* 233) cunct.: *deest: Ivo Pan.* 234) vobis omnibus: *orig.* 235) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan., ubi* auctor.: *deest* 236) pred. et: *CEGH;* atque praedicto (omn.: *deest*): *Ivo Pan.* 237) accusationes: *AB* 238) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 239) *ABCDFG;* invenitur: *Ivo Pan.* 240) eum: *deest: EGH* 241) potuerit: *Ivo Decr.* 242) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 243) vero: *Ivo Pan.* 244) suis (plebe: *deest*): *Ivo Pan.* 245) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 246) *hinc usque ad vocem* habuit *omnia desunt in orig. sed edita sunt a Baluzio secundum quosdam Codices* 247) presbyteros: *Baluz.* 248) habuerit: *EH* 249) *Codd. et Edd. coll. o.; deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 250) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr.* 251) de: *Coll. tr. P.* 252) *seqq. in CF ad Gratiani dictum pertinent* 253) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 254) *Codd. et Edd. coll. o.* 255) potest: *ABCG* 256) *ABDEGH* ‖ can. 20. 257) *CDFG Coll. tr. P.* — *cf. ad c.* 13. *Dist.* XVI.; Lamberto: *AB Corr.;* Imperto: *H;* Huperto: *Turrecrem.;* Lamperto: *Ed. Bas.;* Huberto: *Edd. coll. o.;* Ludberto: *Ivo Decr.* 258) *fragm. epistolae Stephani* VI. *scr. inter a.* 886—89. — *Jaffé no.* 2642. — *Ivo Decr.* X, 27.; *Coll. tr. P.* I, 64, 4.; *ib.* III, 20, (21,) 9. 259) *add.:* etiam: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* III. 260) dormientibus: *EGH*

candente, aut[261] aqua feruente, seu alio quolibet examine parentes se purificare[262] debeant eos non obpressisse. Monendi namque sunt et protestandi parentes, ne tam tenellos secum in uno collocent lecto, ne negligentia qualibet proueniente suffocentur uel opprimantur, unde ipsi homicidii rei inueniantur. Nam ferri candentis uel[263] aquae feruentis examinatione confessionem extorqueri a quolibet sacri non censent canones, et quod sanctorum Patrum documento sancitum non est supersticiosa adinuentione non est presumendum. Spontanea enim confessione uel testium approbatione publicata[264] delicta, habito pre oculis Dei timore, commissa sunt regimini[265b] iudicare. Occulta uero et incognita sunt illi[266] relinquenda[267], qui solus nouit corda filiorum hominum. Hi[268] autem, qui probantur, uel confitentur talis reatus se[269] noxios, tua eos castiget moderatio, quia si[270c] conceptum in utero qui[271d] per aborsum[272e] deleuerit, homicida est, quanto magis, qui unius saltem diei puerulum peremerit[273], homicidam esse se excusare nequibit[274]?

Gratian. *Hoc autem utrum ad omnia genera purgationis, an ad hec duo tantum, que hic prohibita[275f] uidentur, pertineat, non inmerito dubitatur propter sacrificium zelotipiae, et illud Gregorii*[276]: „*Si uir, qui frigidae naturae esse dicitur, per uerum iudicium probare potuerit, uxorem suam numquam se cognouisse, separetur ab ea.*"

[C. XXI.][277*]

In libro namque Numerorum[278] *legitur, Dominus*[279a] *precepisse Moysi, ut loqueretur filiis Israel et diceret eis: „Vir, cuius uxor errauerit, maritumque contempnens dormierit cum altero uiro, et hoc*[280b] *maritus deprehendere nequiuerit, sed latet adulterium, et testibus argui non potest*[281], *quia non est inuenta in stupro, si spiritus zelotipiae concitauerit uirum contra uxorem suam, que uel polluta est, uel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, et offeret oblationem pro illa decimam partem sati*[282] *farinae ordeaceae; non fundet super eam oleum, nec inponet thus, quia sacrificium zelotipiae est et oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos, et statuet coram Domino, assumetque aquam sanctam in uase fictili, et pauxillum terrae de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, et ponet super manus eius*[283c] *sacrificium recordationis et oblationem zelotipiae. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitque eam, et dicet*[284]: *Si non dormiuit uir alienus tecum, et si non polluta es deserto mariti thoro, non tenebunt te*[285d] *aquae istae amarissimae, in quas maledicta congessi. Si autem declinasti a uiro tuo, atque polluta es, et concubuisti cum altero uiro, his maledictionibus subiacebis: det te Dominus in maledictionem et exemplum cunctorum in populo suo; putrescere faciat femur tuum, et tumens uterus tuus disrumpatur; ingrediantur aquae maledictae in uentrem tuum, et utero tumescente putrescat fremur tuum. Et respondebit mulier: Amen, Amen. Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, et delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, et dabit ei bibere; quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotipiae, et eleuabit*[286] *illud coram Domino, inponetque illud*[287] *super altare, ita dumtaxat, ut prius pugillum sacrificii tollat de eo, quod offertur et incendat super altare, et sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est et contempto uiro adulterii rea, pertransibunt eam aquae maledictionis, et inflato uentre conputrescet*[288] *femur, eritque mulier in maledictionem et in exemplum omni populo. Maritus uero*[289**] *absque culpa erit, et illa recipiet iniquitatem suam. Quod si polluta non fuerit, innoxia erit et faciet liberos.*"

IV. Pars. [Gratian.] *Sed*[290] *quelibet huiusmodi purgatio uidetur esse inhibita, cum in premissa auctoritate Stephani Papae dicatur: „Spontanea confessione, etc.*"

C. XXII. *In nouo testamento monomachia non recipitur.*

Item ex decreto Nicolai Papae[291a*].

Monomachiam uero in lege[292] non assumimus[293], quam preceptam[294b] fuisse non reperimus, quam[295c], licet iniisse quosdam legamus[296d], sicut sanctum David et Goliam sacra prodit istoria[297], nusquam tamen ut pro lege teneatur alicubi[298] diuina sanxit[299] auctoritas, cum hoc et huiusmodi[300] sectantes Deum solummodo temptare uideantur.

V. Pars. Gratian. *Contra in Concilio Guarmaciensi*, [c. 15.][301a]:

C. XXIII. *Si furta in monasterio fiant*[302b], *monachi iudicio se expurgent.*

Sepe contingit, ut in monasteriis monachorum[303c] furta perpetrentur[304d]. Idcirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus expurgare se debeant[305e], missa ab abbate celebretur uel ab aliquo[306f] ex[307g] presentibus fratribus, et sic expleta* missa omnes communicent in hec uerba: Corpus Domini sit tibi[308h] ad probationem hodie.

C. XXIV. *Quicumque*[309] *de adulterio accusatur, probabili se expurget iudicio*[310].

Item [in Salegustadiensi Concilio, c. 7.][311]

Interrogatum est, si duo de[312] adulterio inculpati fuerint[313], et unus profitetur[314], et alter negat, quid inde agendum sit[315]. Decretum est[316] a sancto concilio, ut ille, qui negauerit, probabili se iudicio expurget, et qui professus fuerit dignam[317] penitentiam agat.

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. V. c. 20. b) regim. nostro c) si ille, qui d) qui: *deest* e) abortum f) prohib. esse — c. 21. a) Dominum b) id c) illius d) nocebunt tibi — c. 22. a) decretis b) praeceptum c) quia d) legerimus — c. 23. a) Wormaciensi b) fiunt c) monachorum: *deest* d) perpetrentur, et qui haec committant ignorentur e) debuerint f) aliq., cui ipse abbas praeceperit g) ex: *deest* h) mihi

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXI. * Capiti huic in vulgatis erat praepositum nomen Paleae; sed in omnibus, quae collata sunt, manuscriptis habetur sine ullo nomine Paleae, et quidem coniunctum cum praecedenti capite. Ac certe versiculus: *Sed quaelibet*, videtur indicare, locum hunc Numerorum ab ipso Gratiano recitatum fuisse.

** Maritus vero: Haec usque ad vers. *Quod si*, sunt huc transposita ex extremo eiusdem quinti capitis Numerorum.

C. XXII. * Epistola scripta Carolo regi patruo Lotharii (ex qua caput hoc est acceptum) exstat Romae in codice saepe citato monasterii Dominicanorum. In qua inter alia refertur, Lotharium, quum scire vellet, an Theuperga, sive Thietperga (ut vocat Regino), ipsius uxor, adulterium patrasset, voluisse duos homines monomachiam committere, ita, ut si ille, qui partes Theupergae tueretur, caderet, ipsa plane adulterii convicta censeretur. Hocque valde reprehendit Nicolaus, docens, hanc non esse legitimam rationem probandi crimina (quamvis in Longobardicis constitutionibus et in Capitularibus habeatur) sed potius nihil aliud esse quam Deum tentare. Addit vero denegatam fuisse a Lothario Theupergae iustam purgationem, his verbis: *Sed de adulterio illa coram missi nostri praesentia purgare se voluit, sed ipse non annuit.* Totam hanc historiam describit Regino lib. 2. Chronic. Ex his vero ostenditur, rubricam huius capitis apud Gratianum nimis esse generalem, quippe quum Nicolaus hoc tantum velit demonstrare, non esse utendum monomachia ad purgationem.

C. XXIII. * Sic expleta: In hoc capite addita sunt nonnulla verba ex concilio, quae a collectoribus videbantur omissa: sed hoc loco satis visum est varietatem indicare. Nam in concilio ipso sic legitur: *et sic in ultima missae celebratione pro expurgatione sua corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.*

Causa II. Quest. V. can. 20. 261) an: *Ivo Coll. tr. P.* I. III. 262) purgare: *BC* 263) et: *Coll. tr. P.* III. 264) publica: *EGH* 265) *ABF Ivo Coll. tr. P.* I. III. 266) illius sunt rel. iudicio: *Ivo Coll. tr. P.* I. III. 267) reservanda: *Coll. tr. P.* I. 268) his: *ib.* 269) esse: *Coll. tr. P.* III. 270) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* III.; quia si qui: *Coll. tr. P.* I. 271) *Codd. coll. o. pr. C; — Ivo;* quis: *C* 272) *Codd. coll. o.* 273) perimit: *EG;* puerum: *Coll. tr. P.* III. 274) nequiverit: *A;* nequit: *D* 275) *Codd. coll. o. pr. D* 276) *cf. c.* 1. *C.* XXXIII. *qu.* 1. || can. 21. 277) *Haec ipsius Gratiani sunt verba: Codd. coll. o.* 278) Numeri: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. — Corr. — cf. Num. c.* 5. 279) *ABCDFG* 280) *Codd. coll. o.;* hic: *Ed. Bas.* 281) poterit: *DEGH Ed. Bas.* 282) sati i. e. mensurae: *Ed. Arg.;* sacci: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor.* 283) *ABCF* 284) eam diceus: *EGH* 285) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* 286) levabit: *A Ed. Bas.* 287) illud: *deest: ABC* 288) maled. infl. ventre et putrescet: *EGH* 289) Maritus .. suam: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Correct. insert. esse censuerit;* maritus vero eius: *AB* 290) at ... dicitur: *AB* || can. 22. 291) *Codd. coll. o. — scr. ao.* 867. *ap. Mansi* XV, 319. — *Jaffé no.* 2174. — *Reg.* II, 76.; *Burch.* IX, 51.; *Ivo Decr.* VIII, 187.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 67.; *Caes.* IX, 8. 292) legem: *Ivo* 293) assumamus: *GH* 294) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D* (receptam) — *Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 295) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Reg. Burch. Ivo* 296) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 297) I. *Reg. c.* 17. 298) alicui: *Edd. Arg. Bas.* 299) sancit: *orig. Reg. Burch.* 300) huiuscemodi: *Coll. tr. P.* || can. 23. 301) *Codd. coll. o. — c.* 15. *C. Wormac. hab. ao.* 868. *ap. Hartzheim* II, 313. — *Reg.* II, 277.; *Burch.* XI, 66.; *Coll. tredec. P.* III, 172. 302) *ABCEFG* 303) *Codd. coll. o. Burch.* 304) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch.* 305) *AB orig. Reg. Corr.;* debent: *Codd. Regin. Codd. coll. rel. Edd. coll. o.* 306) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch.* 307) *Codd. et Edd. coll. o.* 308) *Codd. et Edd. coll. o. Reg.* || can. 24. 309) Qui: *AEGH* 310) excuset: *A;* accusantur ... expurgent: *B* 311) *hab. ao.* 1122 *ap. Hartzheim* III, 56.; *Burch. in fine operis (deest in Cod. Friburg.); Ivo Decr.* XV, 173. 312) in: *orig. Burch. Ivo* 313) fuerint: *Burch. Ivo* 314) profiteretur ... negaret: *Ivo* 315) esset: *orig. Burch. Ivo* 316) *add.:* etiam: *Burch. Ivo* 317) digne: *ib. orig.*

C. XXV. *Cum plures de adulterio accusantur*[318], *et unus ceteros purgare uoluerit, omnes rei habeantur, si ipse*[319] *in iudicio*[320] *ceciderit*[321].

Item [in eodem, c. 14.][322]

Statuit quoque sancta sinodus, ut[323], si duo de adulterio accusati fuerint, et ambo negauerint, et[324] orant sibi concedi, ut alter illorum[325] utrosque diuino purget iudicio, si unus in hoc ceciderit[326], ambo[327] rei habeantur.

C. XXVI. *Pro singulis missa celebretur, qui de aliquo crimine accusantur.*

Item [in Concilio Wormaciensi, c. 10.][328]

Si episcopo aut presbitero[329a] aliquod[331b] maleficium inputatum[332] fuerit, in[333c] singulis missam celebrare[334*] debet, et communicare, et de singulis sibi inputatis[335] innocentem se ostendere[336]. Quod si non fecerit, quinquennio a liminibus ecclesiae extraneus habeatur.

Gratian. *Illud uero, quod Sixtus et Leo in fine suae purgationis addiderunt, ex eorum exemplo intelligendum est; exemplo enim suae satisfactionis noluerunt prescribere ceteris legem purgandi.*

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod uero quarto*[1] *loco querebatur: An duorum testimonio episcopus sit*[2] *condempnandus? multorum auctoritate probatur. Sicut enim in euangelio Iohannis legitur*[3], *ait Christus ad Iudeos: „In lege*[4] *uestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium uerum est.“ Hinc consequenter argumentatur contra eos, dicens: „Si testimonium duorum hominum uerum est, quare testimonium meum et Patris non accipitis?“ Item Paulus in epistola ad Corintios*[5]: *„In ore duorum uel trium testium*[6a] *stabit omne uerbum.“ Item in epistola ad Ebreos*[7]: *„Quis*[8] *preuaricans legem Moisi, duobus uel tribus testibus conuictus, sine miseratione lapidabatur.“*[9b]

C. I. *Quot testibus quisque clericorum conuinci debeat.*

Item ex Concilio Bracarensi II. [c. 8.][10]

Placuit, ut si quis aliquem clericorum maculatione[11a] fornicationis inpetit, secundum preceptum Pauli apostoli duo uel tria testimonia requirantur ab illo[12]. Quod si non potuerit datis testimoniis approbare quod[13] dixit[14], excommunicationem[15] accusati accusator accipiat[16].

II. Pars. Gratian. *Ex premissis itaque colligitur, quod duorum uel trium*[17] *testimonio episcopus potest conuinci et*[18] *dampnari. Porro Siluester Papa in generali sinodo residens dixit econtra*[19]:

C. II. *Quot testibus episcopus, uel presbiter*[20], *uel reliqui clerici sint*[21] *conuincendi.*

Presul non dampnetur[22a] nisi cum[23] LXXII. testibus[24b*]. Presbiter[25] autem[26] cardinalis[27] nisi in[28c] LXIV.[29d] testibus non deponatur[30e]; diaconus[31f] cardinalis[32] urbis Romae nisi in[33g] XXVII.[34] testibus[35] non condempnabitur[36]. Subdiaconus[37], acolitus, exorcista, lector, hostiarius nisi[38h] in[39i] septem[40] testibus non[41] condempnabitur[42]. Testes autem et accusatores sine aliqua sint infamia.

C. III. *Episcopi non nisi sub*[43a] *LXXII. testibus condempnandi sunt.*

Item Leo IV. [in epistola Episcopis Britanniae][44].

Nullam dampnationem episcoporum umquam esse censemus, nisi aut ante legitimum episcoporum numerum (qui fit per duodecim episcopos), aut certe probata sententia per LXXII.[45] idoneos testes, qui tales sint qui et[46] accusare possint[47]. §. 1. Et prius ad sacra Christi quatuor euangelia sacramenta prestent, quod nil falsum[48] depromant, sicut nobis* B. Siluester tradidit, et Romana sancta uidetur ecclesia tenere. Et si inter eos, quos dampnandos esse dixerint homines, fuerit episcopus, qui suam causam in presentia Romanae sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum finitiuam[49b] presumat dare sentenciam, sed omnino eum audiri[50] decernimus.

Gratian. *Sed hoc uel speciali priuilegio de clericis Romanae ecclesiae intelligitur, uel propter inprobitatem quorumdam, qui, cum non sint spectatae uitae et scientiae, in accusatione*[51c] *ministrorum Dei repente prosiliunt. Quorum uero uita adeo laudabilis est, ut omnibus imitanda appareat, de quorum assertione nulla dubitatio nasci poterit, eorum testimonio duorum uel trium testium quilibet iure conuinci et dampnari poterit.*

QUESTIO VI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Sequitur sexta questio, qua queritur: Quo remedio causa uiciata subleuetur, et si remedium illud sit dandum ei, qui causa dilationis uocem appellationis exhibuerit? Causa uero uiciata remedio appellationis subleuari poterit.*

Unde Fabianus Papa ait [ad Hilarium Episcopum, epist. III. c. 3.][1]:

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. V. c. 26. a) presb. causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum[330], et b) aliq.: *deest* c) pro — Quest. IV. a) test.: *deest* — c. 1. a) in accusatione — c. 2. a) damnabitur b) testib., nec praesul summus* a quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: „Non est discipulus super magistrum.“ c) cum d) XLIV. e) damnabitur f) diac. vero g) cum h) non nisi i) in: *deest* — c. 3. a) sub: *deest* b) definitivam c) accusationem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVI. * Celebrare: In concilio et apud Burchardum et Ivonem [et Regin.] sequitur: *et secretam publice dicere.*

Quest. IV. C. II. * Nec praesul summus: Ex concilio Romano sub Silvestro et ceteris locis indicatis (excepta Panormia) addita sunt haec usque ad vers. *Presbyter.* Ac mirandum est de auctore glossae, qui putavit Pontificem maximum minore numero testium posse condemnari quam diaconum cardinalem atque ostiarium, quum tamen ipse Pontifex a generali saltem praesulis nomine minime esset excludendus.

C. III. * Sicut nobis: Hinc usque ad dictionem *Ecclesia*, non leguntur in epist. Leonis manuscripta, habentur tamen apud Ivonem.

Causa II. Quest. V. can. 25. 318) acc. unus ceteros purgare potest (*reliq. desunt*): *AB* 319) unus: *CEH; deest: F;* si . . . cecid.: *deest: G* 320) iudicium: *CDF* 321) deciderit: *EFH* 322) *ibid. c.* 13. — *Burch. l. c.; Ivo Decr.* XV, 180. 323) ut: *deest: H orig. Burch. Ivo* 324) et si: *orig.* 325) eorum: *ABF* 326) deciderit: *CEGH Corr. orig.* (in hoc: *deest*); *Burch. Ivo* 327) ut ambo: *Burch. Ivo* || can. 26. 328) *hab. ao.* 868. *ap. Hartzheim* II, 312.; *Reg.* II, 278.; *Burch.* II, 199. (*in Cod. Frib.:* 200.); *Ivo Decr.* VI, 272.; *Coll. tredec. Part.* IX, 163. 329) *Codd. et Edd. coll. o.* 330) furt.: *deest: Reg. Burch.* 331) *Codd. et Edd. coll. o.* 332) reputatum: *Reg. Burch.* (fuer.: *deest*) 333) *BCF orig. Reg. Burch.* 334) tractare: *Reg. Burch. Ivo* 335) reputatis: *Reg.* 336) reddere: *orig.*

Causa II. Quest. IV. 1) quinto: *EGH* 2) esset: *ib.* 3) legit.: *deest: EH — Ioann. c.* 8. *v.* 17. 4) *Deut. c.* 17. *v.* 6. 5) II. *Cor. c.* 13. *v.* 1. 6) *Codd. coll. o.* 7) *Hebr. c.* 10. *v.* 28. 8) qui: *AEGH* 9) *Codd. coll. o. Corr. — in B hoc loco sequitur:* Item ex Concilio Hilerdensi (*non exstat in Conc.*): Et omnis controversia quae de ecclesiasticis rebus fit, secundum divinam legem vel duobus vel tribus testibus terminetur. Testis est dominus. Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. || can. 1. 10) *hab. ao.* 572. *ap. Bruns* II, 41. — *Burch.* II, 202. (*in Cod. Frib.:* 204.); *Ivo Decr.* VI, 276.; *Ivo Pan.* IV, 97.; *Coll. tr. P.* II, 46, 8. *Coll. tredec. P.* IX, 153. 11) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* macula: *Edd. coll. rel. Corr.;* maculae (?): *Ivo Pan.* 12) ab illo: *deest: Ivo Pan.* 13) quae: *orig. Hisp.* 14) dicit: *Edd. Lugdd.* II. III. 15) accusationem: *Ivo Decr.* 16) excipiat: *orig. Hisp.* 17) *add.:* testium: *AG* 18) vel: *EH* || can. 2. 19) *Ex apocrypho canone Silvestri c.* 2 *sqq. — ap. Hinschius p.* 449. — *Jaffé post no.* CXXXII. — *cf. Capit. Angilr. c.* 72. *ap. Hinschius p.* 768. *Conc. Mogunt. hab. ao.* 888. *c.* 12. — *Ivo Pan.* IV, 91.; *Polyc.* V, 1, 28. (*can.:* quot testibus); *In Ed. Arg. huic capiti canon quidam sub nomine Deusdedit P. laudatus praemittitur.* 20) vel presb.: *deest: EGH* 21) sunt: *ib.* 22) *Codd. coll. o. Edd. Lugdd.* II. III. *orig.* — damnatur: *Edd. rel.* 23) in: *orig. Ivo Pan. Polyc.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Polyc.* 25) *Ans. ded.* III, 143. (*can.:* ut autem cardinalis); *Deusded.* II, 30. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 334. (*can. contin.*) 26) aut.: *deest: Deusd. Ivo Decr.* 27) card.: *deest: orig.; add.:* huius Romae: *Deusded.* 28) *Codd. coll. o. Ans. ded. Deusd. Ivo Decr. Pan. Polyc.; deest: orig.* 29) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 30) *ib.* 31) *Codd. coll. o. orig. Ans. ded. Deusd. Polyc.;* diac. autem: *Ivo Pan.* 32) cardinarius constructus: *orig. Deusd.;* constitutus: *Ans. ded. Ivo Decr.* 33) *ABCDF orig. Ans. ded. Deusded. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 34) XXIV.: *A;* XXVI.: *C Ans. ded. Deusded.;* XXXVI.: *orig. Ivo Decr. Corr.* 35) test.: *deest: orig. Ans. ded.* 36) damnabitur: *Ivo Pan.* 37) subdiac . . . condem.: *deest: F sed in marg. manu poster. saeculi addit. est.* 38) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Polyc.* 39) *ABCEGH orig. Deusd. Ivo Decr. Pan. Polyc.;* cum: *D* 40) *add.:* sicut scriptum est: *Ans. ded. Deusded. Ivo Decr.* 41) non: *deest: AB Edd. coll. o. pr. Bas.* 42) condemnabuntur: *Ivo Pan.; finis canonis: Ans. ded.* || can. 3. 43) *Codd. coll. o.* 44) *Ep. scr. c. a.* 850. *ap. Mansi* XIV, 882. — *Jaffé no.* 1977. — *Ivo Decr.* V, 116.; *Coll. tr. P.* I, 60, 3. 45) LXXXII.: *ABD;* LXX.: *EH* 46) et: *deest: CDF Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse crediderit.* 47) quod: *AB;* possunt: *B* 48) falsi: *AB* 49) *ABF Ivo Coll. tr. P.* 50) audire: *Ivo* 51) *ABDEFH*

Causa II. Quest. VI. can. 1. 1) *Caput Pseudoisidor., haustum ex Aniano ad Cod. Theod.* XI, 30. *c.* 20. (*L. Rom. Wisigoth. Ed. Haenel. interpr. ad c.* 2. *C. Theod.* XI, 8.) — *apud Hinschius p.* 168. — *Jaffé no.* LXXVII. — *cf. c.* 34. *Capit. Angilr. ap. Hinschius p.* 764. *Ben. Levita* III, 333, 251. — *Burch.* I, 148. (ex Conc. Antioc.; *can.:* si quis vero episcopus; *can. contin.*); *Ans.* II, 11. (*can.:* si quis iudicem; *contin.*); *Ans.* III. *in fine* (*can.:* appellantem non debet); *Ivo Pan.* IV, 121. (*can.:* appellantem autem)

C. I. *Causae uiciatae remedium appellationis subueniat.*

Liceat appellatori uiciatam[2] causam appellationis remedio subleuare.

[PALEA.

C. II. De eodem.

Idem paulo ante[3].

Appellantem non debet[4] afflictio ulla[5], aut detentionis iniuriare[6] custodia[7].]

C. III.[8] *De eodem.*

Item Anacletus Papa, [epist. I. in fine.][9]

Omnis[10] obpressus libere sacerdotum (si uoluerit) appellet iudicium, et a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur et liberetur et audiatur[11a]. Si autem difficiles causae aut[12] maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et si illic facile discerni[13] non potuerint[14b] aut[15] iuste terminari, ubi fuerit summorum congregatio* congregata[16] (que per singulos annos fieri[17c] solet et debet), iuste et Deo placite coram patriarcha aut primate ecclesiastica[18d**], et coram patricio secularia[19] iudicentur[20] negotia in commune[21].

Item Sixtus Papa [epist. II.] *omnibus rectoribus ecclesiae scribit, dicens*[22]:

C. IV. *Quisquis pulsatus fuerit, apostolicam sedem appellet.*

Si quis uestrum[23] pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licenter hanc sanctam et apostolicam sedem appellet, et ad eam quasi ad caput suffugium[24] habeat[25], ne innocens[26a] dampnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur.

C. V. *Episcopi*[27a] *grauioribus causis pulsati apostolicam sedem appellent.*

Idem[28b] *Grato episcopo*[29c*] [epistola I.]

Omnes[30] episcopi, qui in aliquibus[31d] pulsantur uel criminantur grauioribus causis, quociens necesse fuerit libere apostolicam sedem apellent, atque[32] ad eam quasi ad matrem confugiant.

C. VI. *Ad Romanam ecclesiam ab omnibus appelletur.*

Item Marcellus Papa, [epist. I. ad Episcopos Antiochenae prouinciae.][33]

Ad Romanam ecclesiam omnes episcopi[34], qui uoluerint uel[35] quibus necesse fuerit, quasi ad caput[36] suffugere[37], eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem atque consecrationem[38*]. Quod[39] omnibus minime conuenit denegari[40a] episcopis; sed absque ulla custodia, aut excommunicatione, uel dampnatione, aut[41b] expoliatione libere ire concedatur[42].

C. VII. *Qui a proprio metropolitano se grauari putauerit, maiorem sedem*[43] *appellet.*

Item Victor Episcopus[44a] [ad Theophilum Alexandrinum, epist. I. c. 3.][45]

Si quis putauerit se a proprio metropolitano grauari, apud patriarcham uel[46] primatem dioceseos, aut[47] penes uniuersalis apostolicae ecclesiae iudicetur sedem[48].

C. VIII. *Ad Romanam ecclesiam appelletur ab omnibus quasi ad matrem.*

Item Zepherinus urbis Romae Archiepiscopus[49a], [epist. I.]

Ad Romanam ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab[50] obpressis est appellandum, et concurrendum quasi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur[51], a[52b] suis obpressionibus releuentur, quia non potest nec debet mater obliuisci filium suum.

C. IX. *Quociens aliquis appellauerit, audientia sibi non denegetur*[53].

Item Iulius Papa [in decretis, siue in rescripto ad Orientales, c. 22.][54]

Placuit, ut a quibuscumque ecclesiasticis iudicibus ad alios iudices ecclesiasticos (ubi est maior auctoritas) prouocatum[55] fuerit[56], audientia non negetur[57].

C. X. *Iniuste dampnati restitutionem, et obpressi auxilium a Romana debent habere ecclesia*[58].

Idem [cap. 30.][59a]

Ideo huic sanctae sedi prefata priuilegia specialiter sunt concessa tam de congregandis conciliis et iudiciis ac restitutionibus episcoporum, quam et[60] de summis ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes obpressi auxilium, et iniuste dampnati restitutionem sumant[61], et talia ab inpiis[62b] non[63c] presumantur absque ultione, nec exerceantur[64] absque sua[65d] dampnatione.

II. Pars. Gratian. *Cum ergo Zepherinus dicat, ab omnibus esse appellandum, maxime tamen ab obpressis, et Marcellus scribat: „Omnes episcopi, qui uoluerint uel quibus necesse fuerit, appellare debent:“*[66] *patet, quod accusato (siue grauetur, siue non) appellationis uox non est deneganda. Quidam tamen ita*[67] *distinguunt, ut uolentes ad consecrandos, necessitatem pa-*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 3. a) et audiat.: *deest* b) poterunt c) bis fieri d) eccl. negotia** — c. 4. a) ne ipse innocens — c. 5. a) In b) Item c) ep.: *deest* d) quibusdam — c. 6. a) denegare b) vel — c. 7. a) Episc.: *deest* — c. 8. a) Episcopus b) et a — c. 10. a) Item b) improbis c) ne d) sua: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VI. C. III. * Congregatio: In vulgatis [EGH Edd. coll. o. pr. Bas.] sequebatur: *sub metropolitano*, quae sublata sunt, quia in nullo manuscripto neque in originali habentur, et in sequentibus verbis exponitur, coram quibus sit habendum concilium,

** Ecclesiastica negotia: In epistola legitur: *primate ecclesiastico, et coram patricio saecularia, etc.*

C. V. * Grato: Sic est restitutum ex plerisque vetustis, (nam in vulgatis erat: *Item Gregorius.*), quamquam in tomis conciliorum haec epistola tribuatur Sixto II., illa vero, ex qua caput antecedens, Sixto I.

C. VI. * Atque consecrationem: In originali est: *ut inde accipiant tuitionem et liberationem, unde acceperunt informationem atque consecrationem;* sed ob glossam non est mutatum.

Causa II. Quest. VI. can. 2. 2) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.* 3) *ap. Hinschius p.* 167. — *Jaffé no.* CCLVI. — *Haustum ex Aniano ad Cod. Theod.* XI, 30. *c.* 2. *et* 15. — (*cf. Lex Rom. Wisigith. Cod. Theod. c.* 1. XI, 8. *ed. Haenel.*) *Capit. Angilr. c.* 36. *ap. Hinschius p.* 764. *Burch. Ans. Ivo ll. ll.* 4) autem non habet: *Burch.;* autem n. deb.: *Ivo* 5) *add.:* aut carceris: *Ans.* III. *Ivo Pan.* 6) iniuriosae: *Burch.* 7) custodiam: *orig.; sed* custodia *est in varietate lectionis* || can. 3. 8) de eod.: *deest et canon cum c.* 1. *coniunctus est: AB* 9) *Caput Pseudoisid., confectum ad ep. Innoc.* I. *ad Victricium c.* 3.; *et Leonis M. ep.* 5. (*Ed. Baller.*) *c.* 6. — *apud Hinschius p.* 74. — *Jaffé no.* II. — *Ans.* III, 21. (*can.:* una quaeque provincia); *Coll. tr. P.* I, 2, 8. (*can. contin.*) 10) *add.:* enim: *Coll. tr. P.* 11) *Codd. et Edd. coll. o.* 12) ut: *AB* 13) decerni: *A Edd. Lugdd.* II. III. *Corr.* 14) *AD Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.;* poterint: *B;* potuerit: *F Ans.* 15) an: *AB* 16) quod: *orig. Ans.* 17) *Codd. et Edd. coll. o.;* bis autem fieri: *orig.;* bis aut ter fieri: *Ans.* 18) *ABCDF orig.* (ecclesiastico); *Ans. Coll. tr. P.* 19) saeculari: *orig.;* saecularia: *Codd. orig.* 20) diiudicentur: *EGH Ed. Bas.* 21) communione: *A;* communi: *CDEGH Edd. coll. o. Corr.* || can. 4. 22) *Caput Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 108. — *Jaffé no.* XXIX. — *Ans.* II, 8. (*can. cont.*); *Deusdedid.* I, 54.; *Ivo Decr.* V, 3. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 5, 2.; *Coll. tredec. P.* IX, 116.; *Caes.* IV, 4. 23) *add.:* fratrum: *Coll. tr. P.* 24) suffragium: *ABEGH Turrecrem. Edd. coll. o.* 25) *inde ab hoc loco canonis verba canoni ap. Deusded. non respondent* 26) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 27) *Codd. coll. o.* 28) *ib. pr. A* 29) *Codd. coll. o. Turrecrem.* — Iulius: *Edd. coll. o. pr. Bas.* — *Caput Pseudoisidor. pertinens ad Ep.* 1. *Sixti* II. *ap. Hinschius p.* 190. — *Jaffé no.* XCVI. — *Burch.* I, 144.; *Ans.* II, 12.; *Ivo Decr.* V, 257. (Iulius: *can. contin.*) *Ivo Pan.* IV, 124. (Ex decr. Gregor. P. ad orientales; *can. contin.*); *Polyc.* I, 8, 1. (*can.:* in hac sede) 30) ut omnes: *Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 31) *Codd. et Edd. coll. o.* 32) et: *Ivo Pan.* || can. 6. 33) *Caput Pseudoisid., confect. ex Innoc.* I. *Ep.* IV. *c.* 1. 2. — *ap. Hinschius c.* 2. *pag.* 224. — *Jaffé no.* CXVIII. — *Ans.* II, 7.; *Polyc.* V, 7. *a Corr. et R. citatur, sed in Cod. coll. nihil invenimus.* 34) *add.:* iuxta apostolorum eorumque successorum sanctiones: *Ans.* 35) aut: *EGH* 36) *add.:* suum: *BDEGH* 37) confugere: *BCDEGH Turrecrem.;* fugere: *A;* suum confugere *errore quodam pro* suffugere *scriptum esse videtur.* 38) *ap. Ans. in Cod. coll. legitur ut infra a Corr. indicatum est; in Ms. vero vaticano Anselmi quodam legi ut apud Gratianum in margine invenimus indicatum.* 39) quo: *Ans.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* 41) *Codd. coll. o.* 42) concedantur: *D Ed. Bas.* || can. 7. 43) audientiam: *AB* 44) *Codd. coll. o.* 45) *Caput Pseudoisid., confectum sec. conc. Chalc. c.* 17. — *ap. Hinschius Ep.* 1. *c.* 4. *pag.* 128. — *Jaffé no.* LXIII. — *Burch.* I, 144. (Ex decr. Iulii P.; *can.:* ut omnes episcopi); *Ans.* II, 9.; *ib. inter cap. Hadriani in fine* III, 5.; *Ivo Decr.* V, 257. (Sixt. II.; *can.:* ut omnes episcopi); *Ivo Pan.* IV, 126.; *Coll. tr. P.* I, 12, 4. (*can. contin.*); *Polyc.* I, 8, 2. — *cf. c.* 6. *Capit. Angilr. ap. Hinschius p.* 760. — *cf. infra ad c.* 15. 46) aut: *Ivo Pan.;* patr. vel: *deest: Burch. Ans.* III. *Ivo Decr.* 47) aut apud Constantinopolitanae civititatis sedem agat iudicii et rel.: *Ans.* III. 48) papam: *Burch. Ivo Decr.* || can. 8. 49) *Codd. coll. o. Turrecrem.* — *Caput Pseudoisid.* — *Ep.* I. *c.* 6. *ap. Hinschius p.* 132. — *Jaffé no.* LXVII. — *Ans.* II, 6. (*can. contin.*) 50) ab: *deest: ABH* 51) defendatur: *Ans.* 52) *Codd. coll. o.* || can. 9. 53) negetur: *AB* 54) *Caput Pseudoisid., confectum ad Conc. Carthag.* III. *c.* 10.; *Ep. ad Eusebium ap. Hinschius p.* 470. — *Jaffé no.* CXL. — *Ans.* III, 123. (*can.:* item ut quisquis episcopus); *ib. inter cap. Hadr. c.* 43. *in fine l.* III.; *Ivo Decr.* VI, 326. (Lucius; *can.:* constitui placuit); *Coll. tr. P.* I, 32, 6.; *Ans.* II, 9. *a R. citatur, sed in Cod. coll. nihil invenimus.* 55) si fuerit: *Burch. Ivo Decr.* 56) *seqq. desunt;* provoc. non eis obsit quorum fuerit soluta sententia: *Ans.* III, 123. 57) denegetur: *EGH Ed. Bas.* || can. 10. 58) *rubrica: deest: A* 59) *Codd. coll. o. pr. C; ibid. apud Hinschius p.* 472. — *Ans.* II, 47. (*can.:* multos cognovimus) 60) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ed. Rom.* 61) resumant: *EH* 62) *Codd. coll. o.* 63) *Codd. et Edd. coll. o.;* nec: *Ans. Codd. orig.* 64) ultore nec coherceantur: *AB* 65) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 66) debere: *GH* 67) ista: *AB*

tientes ad obpressos referant, ut sit sensus: Omnes, qui uoluerint a Romana ecclesia consecrationem accipere, et ab aliquibus inpediuntur, eam debent appellare; quibuscumque in suis obpressionibus necesse fuerit ad eam subfugere[68], *similiter uocem appellationis exhibeant, ut*[69] *isti tuicionem, et illi consecrationem ab ea accipiant. Similiter et illud Zepherini distinguitur: „Ab omnibus est appellandum ad Romanam ecclesiam:" intelligendum est, qui ab ea consecrationem uoluerint accipere, uel qui a prelatis suis aliquam iniuriam passi fuerint*[70], *maxime tamen ab obpressis. Secundum primam interpretationem obpressi intelliguntur aliqua iniuria affecti; iuxta secundam uero obpressi dicuntur a iudice iniuste condempnati. Secundum hanc distinctionem qui in aliquibus negotiis non ad releuandum, sed ad differendum uocem appellationis exhibuerit*[71 e], *appellandi auctoritatem non habet.*

Sed[72] *cum Gregorius scribat omnibus per diuersas prouincias*[73]:

C. XI. *De causa appellationis cognoscere non licet nisi ei, ad quem appellatur.*

Decreto nostro uestram rogantes karitatem[74] mandamus, ut[75] si aliquis (quod non optamus) suorum emulorum Aldricum Cenomannicae[76 a] ecclesiae episcopum, accusare dampnabiliter[77] attemptauerit[78], liceat[79 b*] illi post auditionem primatum dioceseos, si necesse fuerit, nos appellare, et nostra auctoritate aut ante nos, aut ante legatos nostros[80 c] e[81 d] latere missos iuxta Patrum decreta suas exercere[82] atque diffinire[83] actiones, nullusque illum ante hec iudicet aut iudicare presumat. Sed si quid (quod absit) graue intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura, ut nichil prius de eo, qui ad sinum sanctae Romanae ecclesiae confugerit[84 e] eiusque[85 f] inplorat auxilium, decernatur, quam[86] ab eiusdem[87] ecclesiae fuerit auctoritate preceptum, que uices suas ita aliis inpertiuit[88] ecclesiis, ut in partem sint uocatae sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. §. 1.[89 g] Si autem (quod non arbitramur) a quoquam secus presumptum fuerit, ab offitio cleri submotus apostolicae auctoritatis[90] reus ab omnibus iudicetur, ne lupi, qui sub specie ouium subintrauerunt[91], bestiali seuicia quosque[92] audeant lacerare, et quod sibi[93] fieri nolunt aliis inferre presumant[94].

Item cum[95] *Vigilius*[96] *Papa* [in epistola ad Eleutherium, c. ult.] *dicat*[97*].

C. XII. *Iudicia appellantium ab eis sunt audienda, ad quos appellatur*[98].

Qui[99 a] se scit aliis esse prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum. Ipsa namque ecclesia, que prima est, ita reliquis ecclesiis uices suas credidit largiendas, ut in partem[100] sint uocatae sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde[101] omnium appellantium apostolicam sedem episcoporum iudicia, et cuncta[102 b] maiorum negotia causarum eidem sanctae[103] sedi reseruata esse liquet; presertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultum, cuius tramiti si quis obuiare temptauerit sacerdotum, causas se[104] non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam[105] sedem nouerit redditurum[106].

Gratian. *Item cum Nicolaus Episcopus*[107 c] *in Remensem*[108 d] *Archiepiscopum inuehatur, qui Rothardum*[109 e] *episcopum appellantem apostolicam sedem dampnare ausus est, ita dicens*[110]:

C. XIII. *De Remensi archiepiscopo, qui appellantem Romanam sedem iudicare ausus est.*

Arguta tua sapientia, utinam in accepto bono fomite[111 a], iudicii materiam[112 b] depositionis aduersus Rothardum assumpsit, et[113] ab itinere apostolicae sedis remouit[114], et continuatim apostolicam sedem appellantem dampnauit et carcerali custodiae[115] mancipauit. *Et infra*: §. 1. Priuilegia[116] tamen apostolicae sedis uos obliuioni tradere nullatenus debuistis[117], quibus uenerandi canones iudicia totius ecclesiae ad hanc deferri iubent. *Et infra*: §. 2. Hec quippe nos in Rothardo[118] idcirco noueris[119 c] operatos, ut priuilegia sedis apostolicae, que male a uobis uiolata esse[120 d] uidebantur[121 e], auctoritate apostolica et canonica[122 f*] Patrum deliberatione pristino tandem ingenio[123 g] et proprio decorentur[124 h] honore.

C. XIV. *Quisque eam*[125] *obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus*[126] *desiderat,*

Item Leo Papa [ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, epist. LXXXII. al. LXXXIV.][127]

Qui scit se quibusdam[128 a] prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obedientiam, quam exigit[129], etiam ipse dependat, et sicut non uult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii[130] inportabile pondus inponere. Discipuli enim sumus humilis[131] et mitis[132] magistri, dicentis[133]: „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde."

Gratian. *Patet ergo*[134], *quod nulli appellanti induciae sunt denegandae. Ceterum, si causa frustratoriae dilationis appellauerit, a iudice, ad quem prouocatum fuerit, condempnabitur. Tempus uero appellationis est ante datam sententiam uel post datam*[135]. *Quociens enim se*[136 b] *pregrauari*[137 c] *senserit, libere potest appellare.*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 10. e) exhibuerint ... habent — c. 11. a) Coenomanensis b) ut honoretur* B. Petri apostolorum principis memoria, ecclesiaeque Romanae, cui praesedit privilegium, et nostri nominis auctoritas, liceat c) nostro d) ex e) confugit f) et eius g) Et infra: §. 1. — c. 12. a) Quid b) cunctarum c) Papa d) in Hincmarum Remensem e) Rhotandum — c. 13. a) accepta fomitem b) et mater. c) noveritis d) esse: *deest* e) videb., et a nobis tot impensis laboribus vestra resistente contumacia recuperari non poterant, f) cana* g) genio h) decorarentur — c. 14. a) quib. esse b) quis se c) gravari

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * Ut honoretur: Hinc usque ad versic. *auctoritas*, addita sunt ex ipsa epistola, quae exstat in bibliotheca Dominicana, et videtur esse Gregorii IV., ex qua etiam sumtum est caput *Nulli fas.* distinct. 19., et apud Ivonem utrumque caput simul habetur. Istius autem Aldrici (ut ex catalogo episcoporum ecclesiae Coenomanensis colligitur) mentio est in concilio apud S. Medardum, quod paulo post Gregorium IV. habitum fuit. Itaque defensio ipsi a Gregorio praestita profuit.

C. XII. * Restitutum est caput hoc Vigilio antiquorum exemplarium auctoritate. Antea vero tribuebatur Iulio, in cuius etiam epistola prima habetur prior pars huius capitis usque ad vers. *Ipsa namque.* (quemadmodum et apud Leonem epist. 84., quod refertur supra distinct. 23. c. *Quanquam.* et in c. sequ. *Qui sunt*), et etiam sententia ceterarum partium.

C. XIII. * Cana: Quum antea legeretur: *canonica*[122], emendatum sic est ex epistola ipsa, quae habetur munuscripta, et nuper est impressa in appendice bibliothecae, et in lib. Ennodii pro Symmacho legitur: *cana miracula et canum genium*, iuxta illud Virgilii:

Cana fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabant. — — —

Causa II. Quest. VI. can. 10. 68) fugere: *EGH* 69) et: *AB* 70) sunt: *AB* 71) *Codd. coll. o.* ‖ can. 11. 72) sed: *deest: AB* 73) *Ep. Greg.* IV. *scr. ao.* 833. *ap. Mabillon Vet. Anal. p.* 298. *cf. ad c.* 2. *Dist.* XII. — *Jaffé no.* 1958. — *Ans.* II, 19. (*can.:* divinis praeceptis); *Ivo Decr.* V, 349. (*can.:* dilectissimis fratrib.); *Coll. tr. P.* I, 55, 1.; *Polyc.* I, 8, 9. 74) vest. rog. kar.: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 75) ut . . . censura, ut: *deest: Ans.*; ut . . . ut nihil: *deest: Polyc.* 76) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 77) dampn.: *deest: AB* 78) tentaverit: *Edd. coll. o.*; dectractaverit: *orig.* (*sed* attent. *est in varietate lectionis.* 79) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 80) *ABD Edd. coll. o. pr. Bas.*; — *orig. Ivo Coll. tr. P.* 81) *Codd. coll. o. Ivo* 82) exsequi: *Ivo* 83) finire: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 84) *Codd. et Edd. coll. o. pr. DF* 85) *ABCF orig. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.*; eiusdem: *EH*; eiusdemque: *G* 86) quam quod: *orig.* 87) eius: *Ivo Coll. tr. P.* 88) impertitur: *EGH* 89) *Codd. coll. o. Polyc.*; *ap. Ivon. et in Coll. tr. P. sqq. desunt et alia exstant.* 90) et iniuriarum reus: *orig.* 91) subintraverint: *AEFH*; subintrare: *Ans.* 92) quousque: *A Ans.* 93) sibi: *deest: Ans.* 94) *add.:* non: *orig.* ‖ can. 12. 95) cum: *deest: EGH* 96) Iulius: *CDFGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 97) ait: *EGH* — *ex cap.* 7. *ep. Vigilii ad Profuturum,* (*scr. ao.* 538) *quod pariter atque sextum Pseudoisidorianum est.* — *Jaffé no.* 589. — *apud Hinschius p.* 712.; *Ans.* II, 22. (20. *can.:* ad roman. eccles.); *Coll. tr. P.* I, 52, 2. 98) appellant: *EGH* 99) *Codd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 100) parte . . . plenitudine: *orig.* 101) *add.:* cum Iulius praedicat: *C* 102) *Codd. et Edd. coll. o.* 103) sanct.: *deest: ABC Coll. tr. P.* 104) se: *deest: AB* 105) sanct.: *deest: F Edd. coll. o. pr. Bas.*; *add.:* apostolicam: *AB* 106) redditurum: *ABDF* 107) *Codd. coll. o.* 108) *ib.*; — episcopum: *ABF* 109) *Codd. coll. o. orig. Ans.* — *et sic deinceps*; Rothadum: *Turrecrem.* 110) *scr. ao.* 865. *ap. Mansi* XV, 692. — *Jaffé no.* 2099. — *Ans.* II, 67. (64.) 111) *Codd. coll. o. Ans.* 112) *ib.* 113) quem et: *EH* 114) revocavit: *orig.* 115) custodia: *AB* 116) *Ans. in fine lib.* II.; — privilegium: *EGH* 117) debuissetis: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* — *orig.* 118) Rothardum: *orig. Ans.* 119) *Codd. coll. o. pr. E* 120) *Codd. coll. o. orig.* 121) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 122) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 123) *Codd. et Edd. coll. o. pr. E* (negotio); *deest: orig.* 124) *Codd. coll. o.* ‖ can. 14. 125) eandem: *B* 126) a subditis: *ib.* 127) *Ep.* 14. *Ed. Baller. scr. ao.* 446 (?) — *Jaffé no.* 180. — *Coll. tr. P.* I, 43, 27. (*can. contin.*) 128) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 129) exegerit: *Edd. coll. o. pr. Bas.*; obed. exigit quam: *EH* 130) aliis: *EFGH Turrecrem. Edd. coll. o.* 131) et humilis: *GH* 132) et mit.: *deest: D*; mitissimi: *EGH Ed. Bas.* 133) *Matth. c.* 23. *v.* 4. 134) ergo: *deest: G*; itaque: *C* 135) *add.:* sententiam: *AB* 136) *Codd. coll. o.* 137) *Codd. coll. o. pr. D*

Unde Sixtus Papa [II. epist. 1. ad Gratum Episc.] *ait*[138]:

C. XV. *Qui grauatur a proprio metropolitano, primatis*[139a] *aut uniuersalis ecclesiae sedem appellet.*

Si quis putauerit se a proprio metropolitano grauari[140], apud[141] primatem dioceseos aut penes uniuersalis apostolicae ecclesiae Papam[142] iudicetur.

C. XVI.[143] *Romanam sedem appellet qui iudicem suspectum habuerit*[144a].

[Item Felix II. ad Episcopos in Alexandrina sinodo congregatos, cap. 19.][145]

Quociens episcopi se a suis conprouincialibus uel a metropolitano putauerint pregrauari, aut[146] eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, atque eis[147b] libere[148c] ire liceat; et dum predictam Romanam appellauerint[149d] sedem[150e], aut ab ea se audiri poposcerint[151], nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut res eorum auferre, aut aliquam uim eis inferre presumat ante, quam amborum[152f] causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter, a quoquam presumptum fuerit, nichil erit, sed uiribus carebit.

C. XVII. *De eodem.*

Item Iulius Papa [in rescripto ad Episcopos orientales, cap. 30.][153*]

Ideo huic sanctae sedi prefata priuilegia specialiter sunt concessa, ut ab ea omnes obpressi auxilium, et iniuste dampnati restitutionem sumant.

Gratian. *Obpressi et se pregrauari putantes intelliguntur ante datam sententiam, iniuste dampnati*[154a] *post datam*[155b].

Unde Euticianus urbis Romae[156a] *Episcopus scribit omnibus*[157b] *Episcopis*, [epist. II. c. 1.]:

C. XVIII. *Ante exitum causae per appellationem recedere licet.*

Non ita in ecclesiasticis agendum est[158] negotiis, sicut in secularibus. Nam et[159c] in secularibus[160] postquam legibus[161d] uocatus quisque[162e] uenerit et in foro decertare[163] ceperit, non licet ei[164] ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis uero dicta causa recedere licet, si necesse fuerit aut si se[165] uiderit pregrauari.

III. Pars. Gratian. *Qui uero ex contumacia iudicibus obtemperare noluerint, communione priuentur*[166f].

Unde in Mileuitano Concilio, [c. 24.][167]

C. XIX. *Excommunicetur, qui iudicibus suis obtemperare noluerit*[168a].

Quisquis probatus fuerit pro contumacia[169b] nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primae sedis episcopo fuerit probatum[170], det litteras, ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

Gratian. *Item quod post datam sententiam appellari possit, Fabianus Papa testatur, dicens* [Hilario Episcopo ep. III. cap. 2.][171]:

C. XX. *Non denegetur ei appellatio, quem in supplicio*[172a] *sententia destinauit.*

Liceat etiam in criminalibus causis appellare, nec uox appellandi denegetur ei, quem in[173b] supplicio sententia destinauerit[174c].

Gratian. *Quod ante*[175a] *idem affirmat* [eod. cap.][176]:

C. XXI. *Ante datam*[177] *sententiam licet alicui appellare.*

Si quis[178] iudicem aduersum[179] sibi senserit, uocem appellationis exhibeat.

IV. Pars. Gratian. *Post datam uero sententiam qui appellare uoluerit, infra*[180b] *quinque dies appellet et infra eosdem a quo prouocauit*[181c] *dimissorias accipiat, et infra eosdem ad quem appellauit iter arripiat.*

Unde in Teodosianis legibus sic statutum inuenitur*[182]:

C. XXII. *Post datam sententiam infra*[183a] *quod tempus quisque appellare debeat.*

Propter superfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis uel reuocandis sententiis liberum habere arbitrium uiderentur[184b], et tempora appellationis, et penae constitutae sunt, ut quicumque apud iudicem[185], qui causam eius audiuit, appellare[186], et ad alium iudicem prouocare[187c] uoluerit, infra[188d] quinque dies appellet, et in[189e] his ipsis quinque diebus ad iudicem, ad[190] quem prouocauerit, sine aliqua dissimulatione[191] perueniat, et ipse dies, in[192f] quo accepit litteras, in[193] his quinque diebus conputetur specialiter. Quod si longius iter sit, exceptis quinque[194g] diebus spatium dierum, quo iter agi possit, conputetur.

[PALEA[195*].

C. XXIII.

Habita[196] dinumeratione XX. millium diurnorum per singulos dies computetur.]

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 15. a) primatem — c. 16. a) habet b) ad quam eos c) absque ulla detentione aut suarum rerum ablatione libere d) matrem appellaverint e) ecclesiam f) eorum — c. 17. a) vero damn. b) datam sententiam — c. 18. a) Romanae b) scr. episcopis per Siciliam c) et: *deest* d) saecul. legibus postquam e) quis f) noluerit .. privetur — c. 19. a) non vult b) per contumaciam — c. 20. a) supplicium b) in: *deest* c) destinavit — c. 21. a) paulo ante b) intra (*et sic deinceps*) — c. 22. a) latam sent. intra b) videantur c) appellare d) intra e) *et* f) in: *deest* g) his quinque

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Est summa quaedam capitis recitati supra ead. c. *Ideo.* et habetur in vetustis exemplaribus, in quibus Paleae esse non solent.

C. XXII. * Theodosianis: Hoc et quatuor sequentia capita, quae citantur ex legibus Theodos., habentur lib. 5. sent. Iulii Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet, Gratiani etiam tempore has sententias coniunctas fuisse cum codice Theodos. seu breviario Alarici. Alaricus autem in praefatione profitetur, se volumen illud non ex solo Theodos. codice, sed ex variis libris collegisse, et in legum collectione atque interpretatione episcoporum praecipue opera usum fuisse.

C. XXIII. * Caput hoc abest a vetustioribus Gratiani codicibus, et ab originali, et Ivone, et Panormia. In uno autem Gratiani valde emendato est in margine superioris capitis tanquam glossa quaedam.

Causa II. Quest. VI. can. 15. 138) *Caput Pseudoisidori. — cf. supra c. 7. — Ep. I. Sixti* II. *c. 3. ap. Hinschius p.* 190. — *Jaffé no.* XCVI. — *Ans.* II, 9. (Victor; *can.:* ad apostolicam; *contin.*); *Ivo Pan.* IV, 126. (Victor); *Polyc.* I, 6, (8,) 2. 139) *ABEFG;* primates: *CDH* 140) pregravari: *AB* 141) ap.: *deest: ib.; add.:* patriarcham vel (aut: *Ivo*); *Ans. Ivo* 142) sedem: *CH Turrecrem. Ans. Ivo* || can. 16. 143) *in EH antecedit c. 17. cum rubrica:* iniuste damnati et oppressi auxilium a Romana debent habere ecclesia; *in G haec rubrica canoni* 16. *anteposita est* 144) *Codd. coll. o. pr. D, ubi rubrica deest* 145) *inscr.: deest: ABDEG;* Idem Felix: *C;* Item Iulius Papa: *H — Caput Pseudoisid., compositum ad conc. Sardic. c. 4. et 7. — ap. Hinschius c. 20. p. 488. — Jaffé no.* CLVIII.; *Ans.* II, 60. (58.) 146) vel: *Ans.* 147) *Codd. coll. o.;* atque eos: *Edd. coll. o.* 148) *Codd. et Edd. coll. o.* 149) *Codd. coll. o.* 150) *ib. pr. D; — Ed. Bas.* 151) expoposcerint: *orig. Ans.* 152) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* || can. 17. 153) *Caput Pseudoisid. — cf. supra c. 10. — Ans.* II, 47. (*can.:* multorum cognovimus; *contin.*) — *in G canon deest et in margine scriptus exstat.* 154) *Codd. coll. o.* 155) *Codd. coll. o. pr. F* 156) *Codd. coll. o.* 157) *ib. — Caput Pseudoisid.;* c. 6. *ap. Hinschius p.* 211. — *Jaffé no.* CIV.; *Ans.* III, 73.; *Ivo Decr.* VI, 336.; *Ivo Pan.* IV, 100.; *Coll. tr. P.* I, 33, 2. (Felix) *Polyc.* V, 1, 25. 158) est: *deest: Ivo Pan.* 159) *ABCF Ans. Polyc.* 160) *add.:* agendum: *Ans.* 161) *Codd. et Edd. coll. o.* 162) *ABCDF Edd. Lugdd.* II. III.; quisquis: *EGH Edd. rel.;* quis: *deest: Ivo Pan.* 163) dec. quis: *EGH Ivo Decr. Polyc.;* dec. aliquis: *Ivo Pan.* 164) ei: *deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 165) se: *deest: Ivo Decr.* 166) *Codd. coll. o. pr, D* || can. 19. 167) *hab. ao.* 402 (*sed — cf. Maassen Gesch.* I, 163. — *canones sunt C. Carthag. hab. a:* 405. 407. 418.) — *Ivo Pan.* IV, 132. (ex Conc. Spalensi); *Coll. tr. P.* II, 22, 11. (*can.:* a iudicibus autem) 168) *ABDF;* excommunicentur ... noluerint: *Codd. coll. rel.* 169) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* pro continencia (?): *Coll. tr. P.* 170) prolatum: *Hisp.* || can. 20. 171) *Caput Pseudoisid., desumtum ex L. Rom. Wisigoth. interpret. ad c. 3. Cod. Theod.* XI, 8. *Ed. Haenel. — ap. Hinschius p.* 168. — *Jaffé no.* LXXVII. — *Burch.* I, 148. (Ex Conc. Antioc.; (*can.:* Si quis vero episcop.); *Ans.* II, 11. (*can.:* si quis iudicem; *contin.*); *Deusdedit.* IV, 156.; *Ivo Decr.* V, 261. (*can.:* Si quis vero episcopus); *Ivo Pan.* IV, 122.; *Polyc.* I, 8, 4. (*can.:* si quis iudicem) 172) *Codd. coll. o.* 173) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB Edd. Lugdd.* II. III.; — *orig. Lex. Rom. Wisig. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.;* in supplicium: *Edd. Lugdd.* II. III. *Corr. Deusded. Ivo Decr.* 174) *CD Edd. coll. o.; orig. Lex Rom. Wisig. Ivo Decr. Pan. Polyc.;* detestaverit: *A;* detestavit: *B;* destinarat: *Burch. Deusded.* || can. 21. 175) *Codd. coll. o.* 176) *Caput Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 167. *Burch. l. c.; Ans. l. c. Deusded.* IV, 156.; *Ivo Decr.* V, 248. (Felix; *can.:* si suis fuerit episcopus); *Ivo Pan.* IV, 120.; *Coll. tr. P.* I, 18, 9. (*can. contin.*); *Polyc.* I, 8, 4. (*can. contin.*); *ibid.* V, 1, 34. 177) dat.: *deest: EH* 178) autem iud.: *Ivo Decr.;* vero episcopum iud.: *Ivo Pan.* 179) *add.:* se: *EGH;* iud. suspectum habuerit (et viderit se ingravari: *Burch.*) libere sedem apostolicam appellet: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 180) *Codd. coll. o.; et sic deinceps* 181) *Codd. coll. o.; —* provocaverit: *ABFG* || can. 22. 182) legitur: *EGH — Lex Rom. Wisigoth. interpr. ad* §. 1. *Paulli rec. sent.* V, 36. *Ed. Haenel. — Ivo Decr.* V, 281.; *Ivo Pan.* IV, 127.; *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 6. 183) *Codd. coll. o.* 184) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo Decr. Pan.* 185) quic. iudici: *orig.* 186) appellaverit: *Ivo Decr.* 187) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig. Ivo Decr. Pan.* 188) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 189) *ib. Coll. tr. P.;* his: *deest: ABH* 190) ad: *deest: orig.* 191) simulatione: *Ivo Pan.* 192) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 193) etiam in: *ABF* 194) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 23. 195) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. — l. 1. Dig. si quis caution.* (2, 11.) 196) Vicena milia passuum in singulos dies dinumerari praetor iubet: *orig.*

C. XXIV. *A quo appellatur ad quem appellatum fuerit dimissoriae litterae dirigantur.*

Item [ibidem tit. XXXIV.][197]

Ab eo[198], a[199a] quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, dimissoriae litterae dirigantur, que uulgo apostoli[200] appellantur, quarum[201] postulatio et acceptio intra quintum diem[202b] finienda[203] est ex offitio. Ista[204] iam[205] superius sub titulo[206] de cautionibus et penis appellationum interpretata sunt[207]. §. 1. Qui intra statuta[208] tempora dimissorias non postulauerint[209c], uel acceperint, uel reddiderint, prescriptione[210] ab agendo submoueantur[211d], et penam appellationis ferre[212] cogantur[213e].

C. XXV. *De his, qui causa dilationis appellant.*

Item [ibidem tit. XXXV. c. 2.][214]

Quicumque non confidentia iustae causae, sed[215] causa afferendae[216] morae, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit, uel si de facto suo confessus, ne abdicatur[217a], appellare uoluerit, huiusmodi appellationes non recipiantur[218b].

C. XXVI. *Cum possessor appellat, dum euentus causae dubius est, possessionis fructus sequestrentur*[219].

Item [ibidem, tit. XXXVI. c. 1.][220]

Quociens post auditam causam iudicem[221a] possessor appellat, fructus possessionis, de qua agitur, dum sequendae[222b] audientiae euentus dubius est, merito sequestrantur. Nam si petitor appellauerit, ab eo hoc non potest[223] postulari, quia non potest sequestrari quod non habet. §. 1. Si[224] propter predia urbana uel mancipia[225] appellatur[226c], possessiones[227d] eorum uel mercedes, uel[228e] uectura[229f] etiam, si de nauis[230g] naulo[231h] agatur, deponi solent.

C. XXVII. *Iniuste appellans omnimodo*[232a] *puniendus est.*

Item [ibidem, tit. XXXVII. c. 1.][233]

Omnimodo[234b]* puniendus est, quociens[235c] iniusta appellatio pronunciatur, sumptus, quos, dum sequeretur, aduersarius inpendit, reddere cogatur non simplos, sed quadruplos.

Gratian. *Premissis auctoritatibus infra*[236d] *quinque dies post datam sententiam cuique appellare permittitur. Quod postea Iustinianus in constitutionibus suis corrigens, infra*[237e] *decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit, dicens:*

C. XXVIII. *Infra*[238a] *decem dies appellationis remedium conceditur.*

Inperator Iustinianus Augustus[239].

Anteriorum legum acerbitati[240] plurima remedia inponentes[241], et maxime hec circa appellationes facientes[242], et[243] in presenti ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessarium. Antiquitati[244b] etenim cautum erat, ut, si quis per se litem exercuerit et fuerit condempnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet; sin autem per procuratorem causa uentilata sit, et in triduum proximum eam extendi[245]. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc satis esse dampnosum; plures enim homines ignaros subtilitatis legum, et putantes in triduum prouocationes esse porrigendas, in promptum periculum incidisse, et biduo transacto causas perdidisse. Unde necessarium duximus huiusmodi rei conpetenter mederi. Et omnes appellationes sancimus, siue per se, siue per procuratores, seu per defensores, uel curatores et tutores uentilentur, posse intra decem dierum spatium a recitatione sententiae numerandum[246c] ab his iudicibus, quorum interest, offerri, siue magni siue minores sint[247d] (excepta uidelicet sublimissima pretoriana prefectura), ut liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, siue appellandum ei sit, siue quiescendum; ne timore instante opus appellatorium frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia, que[248e] indiscussos hominum calores potest refrenare. §. 1. Ad hec[249] sancimus, si quando lis[250] speratur in nostrum inferri consistorium[251], si forte contigerit inperatoriam[252] maiestatem publicis occupatam causis ex mundanis prouisionibus non posse conuocare patres, quatinus causa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim uicium est litigantium, si culmen inperatorium occupetur? uel quis tantae est auctoritatis, ut nolentem principem possit[253] ad conuocandos patres ceterosque proceres coarctare? Sed si quid tale euenerit, causa intacta permaneat, donec inperator motus sua sponte et conuocari proceres iusserit, et litem inferri patiatur, et omnia secundum morem procedere. §. 2. Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autem neglexit. Cum enim ueneranda uetustatis auctoritas ita magistratus digessit[254f], ut alii maiores, alii medii, alii minores sint, et appellationes a minoribus iudicibus non solum ad maximos[255] iudices remitterentur[256], sed[257] ad spectabilium iudicum tribunal, quatinus et ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent[258], nouitas autem hoc dereliquit[259g], euenit, ut super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur, et homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendiis, ut forsitan totius litis estimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Egiptiaco tractu[260] uel adiuncta ei utraque Libia prouocatio speratur usque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc regiam urbem eam uenire, sed ad prefectum augustalem, qui audiat et causam dirimat uice sacri cognitoris, nulla eis[261h] post[262i] diffinitiuam sententiam appellatio est[263k] porrigenda. Similique modo quociens in Asiana diocesi uel Pontica tale aliquid emerserit, usque ad predictam quantitatem decem librarum auri appellationes ad uiros spectabiles, comites forte, uel proconsules, uel pretores, uel moderatores, quibus specialiter easdem

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 24. a) a: *deest* b) quinque dies c) postulaverit .. acceperit .. reddiderit d) removetur e) cogitur — c. 25. a) addicatur b) recipiuntur — c. 26. a) iudicii b) secundae c) appelletur d) pensiones e) uel: *deest* f) vecturae g) navi h) naulo: *deest* — c. 27. a) *et* b) omnino c) ut quoties d) *et* e) intra — c. 28. a) intra b) antiquitate c) enumerandum d) sunt e) quae et f) digesserit g) dereliquerit h) ei i) penitus post k) appellatione porrigenda

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVII. * Omnino puniendus: In sententiis Pauli legitur: *omnimodo probandum est, etc.* Sed quia est initium capituli, et de huiusmodi punitione multa sunt a doctoribus adnotata, non est mutatum; tantummodo ductus orationis est emendatus addita particula: *ut.*

Causa II. Quest. VI. can. 24. 197) Idem: *AB; — Lex Rom. Wisigoth. Paul. rec. sent. lib.* V. *tit.* 36. §. 1. 2. *et interpret. Ed. Haenel. — Ivo Decr.* V, 282.; *Ivo Pan.* IV, 128.; *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 7. 198) eo autem: *Ivo Decr.* 199) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 200) epistolae: *AB*; epistola ... appellatur: *C Ivo Decr. Coll. tr. P.* 201) quorum: *orig.* 202) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 203) facienda: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 204) *Haec est interpretatio ad Paull. l. c.* 205) iam: *deest: orig.* 206) sub tit.: *deest: Ivo Pan.* 207) est: *orig. Ivo Decr.* 208) praestituta: *orig. Ivo Decr. Pan.*; constituta: *Coll. tr. P.* 209) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. — et sic deinceps.* 210) rescriptione: *ABCD Ivo Decr. Coll. tr. P.* 211) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.*; submoventur: *Coll. tr. P.* 212) inferre: *orig.* 213) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.*; cogentur: *Coll. tr. P.* || can. 25. 214) *Ex interpret. ad fr.* 2. V, 37. *Pauli rec. sent. in Lege Rom. Wisig. ed. Haenel. — Ivo Decr.* V, 283.; *Ivo Pan.* IV, 129.; *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 8. 215) at: *orig.* 216) differendae: *DEGH Edd. coll. o. Ivo Pan.*; auferendae: *Coll. tr. P.* 217) *ABDF*; abdicetur: *C*; abiiciatur: *EGH Corr. Edd. coll. o. Ivo Pan.* 218) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* || can. 26. 219) sequestratur: *AB*; sequestretur: *CDEGH* 220) *Ex interpret. ad frag.* 1. *Paul. rec. sent.* V, 38. *in Leg. Rom. Wisig. Ed. Haenel. — Ivo Decr.* V. 284.; *Ivo Pan.* IV, 130.; *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 9. 221) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (iudices); *— Ivo Pan.*; iudici: *orig. Turrecrem. Ivo Decr. Coll. tr. P.*; *deest: Ed. Bas.* 222) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (sequentis) *— Ivo Pan. Coll. tr. P.* 223) oportet: *AB* 224) *ex Paulo ib.* §. 2. 225) *add.:* vel iumenta: *Edd. coll. o. pr. Bas. — Ivo Pan.* 226) *Codd. coll. o. pr. EH* (appell.: *deest*) *— orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 227) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 228) *Codd. coll. o.* 229) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EH — Ivo Pan. Coll. tr. P.*; vecturam: *EH*; vecturarum: *Ivo Decr.* 230) *AB Edd. coll. o. Ivo Pan.* 231) *ib.* — manu: *CDEG*; navi: *F* || can. 27. 232) *ABH*; omni modis: *CEG* 233) item: *deest: AB — fr.* 1. *Paul. rec. sent.* V, 39. *in Lege Rom. Wisig. ed. Haenel. — Ivo Decr.* V, 285.; *Ivo Pan.* IV, 131. 234) *Codd. coll. o.*; ponendum: *orig.*; puniendum: *Ivo Decr.* 235) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 236) *Codd. coll. o.* 237) *ib.* || can. 28. 238) *ib.*; quinque dies: *AB* 239) Aug.: *deest: AB*; *add.:* ait: *EGH — haec est integra novella* 23. *data ao.* 536. 240) acerb.: *deest: AB* 241) interponentes: *DF Edd. coll. o.* 242) faciendas: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 243) et: *deest: CDF Edd. coll. o. pr. Bas.* 244) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 245) extendat: *AB*; extendit: *EGH* 246) *Codd. coll. o. orig.*: numerandorum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 247) *Codd. coll. o. orig.* 248) *Codd. coll. o. Codd. orig.* 249) hoc: *ABDG* 250) lis quae: *GH* 251) inf. constitutionum: *A*; conferri consortium: *B*; *add.:* sine dampno maneat intacta donec princeps eam introduci faciat et semotam a proceribus dirissimis patiatur (dirissimus speratur eat: *B*) in nostrum consistorium inferri: *AB* 252) imperatoris: *CD Edd. coll. o. pr. Bas. Nor.* 253) posset: *ABC*; posse (ut: *deest*): *D* 254) *Codd. coll. o. Edd. Lugdd.* II. III. 255) maiores: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 256) remittantur: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 257) *add.:* et: *ABE*; *add.:* etiam: *DFGH* 258) exerceant: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 259) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 260) contractu: *EH* 261) *Codd. et Edd. coll. o.* 262) *ib. orig.* 263) *Codd. coll. o. pr. D* (appellationem porrigendam) *F*

lites peragendas deputauimus[264], remittantur, quatinus et hi ad similitudinem prefecti augustalis uice sacri cognitoris intercedant, et causas sine spe quidem appellationis, Dei tantum[265 l] et legum timore perferant decidendas. Orientales autem tractus[266 m] causas appellatione suspensas, et usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad uirum spectabilem comitem orientis mittere, simili modo audientiam et finem eis inpositurum[267]. Illo uidelicet obseruando[268], uti uiri spectabiles[269 n] uel[270] alii spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantaecumque sint[271] quantitatis (cum non oporteat ad conpares iudices appellationes referri, sed a minore[272 o] iudicio in maius tribunal ascendere), sed ad illustrissimam prefecturam illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis[273], (ut dictum est) dirigantur, que[274] una cum uiro[275] excelso pro tempore questore eas dirimat, utroque offitio subministrante, id est tam ex sacris scriniis[276] more solito quam prefecto pretorio[277 p]. Ita tamen hec sancimus, ut nec a ducibus uel ab[278 q] aliis spectabilibus iudicibus (quibus forte, et si priuati sint, inperialis maiestas causas iniunxerit) appellatio ad memoratos iudices spectabiles currat, ne causa non gradatim procedere, sed perperam uideatur; sed a presidibus quidem prouinciarum, et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur[279]. Si autem uel illustres sint dati a nobis iudices (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) uel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, uel hi, qui a principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad conpetentes antiquo more iudices referantur[280 r], aliis omnibus, que in appellationibus statuta sunt uel antiqua[281 s] prosapia, uel ab[282] auctoritate anteriorum constitutionum, uel a nostra humanitate, intactis illibatisque custodiendis.

[C. XXIX.][283 a]

Digest. tit. Quando appellandum sit. lege 1. [§. Biduum][284 b].

Biduum uel triduum appellationis ex die sententiae latae conputandum erit. §. 1. Quid ergo, si sententia fuerit sub condicione dicta, utrum ex die sententiae[285 c] tempus conputamus ad[286] appellandum, an uero ex die, quo condicio sententiae extitit[287]? Sane quidem non est sub condicione sententia dicenda; sed si fuerit dicta, quid fiet? Et est utile statim tempora ad appellandum conputari debere. §. 2. Quod[288] in sententiis preceptum[289 d] est, ut uel altera die, uel tertia prouocetur, hoc etiam in ceteris obseruandum est[290], ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportet[291 e] et potest[292 f], ut cum[293] quis* ad tutelam uel ad alia ciuilia munera nominatur, eius[294 g] excusatio[295] non admittitur. §. 3. Si[298 h] forte post sententiam statim dictam copiam sui non fecerit is, qui pronunciauit (ut fieri assolet), dicendum est nichil nocere appellationi[299 i]. Nam ubi primum copiam eius habuerit, poterit prouocare. Ergo si statim se subtraxit[300 k], similiter[301 l] subueniendum est. §. 4. Quid ergo[302 m], si condicio horae efficit[303 n], ut se reciperet? Si forte dicta sit sententia iam suprema hora, utique non uidebitur se subtraxisse. §. 5. Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecerit[304 o]. Ceterum, si non fecit[305 p], an inputetur alicui quod ad domum eius non uenerit[306], quodque in hortos non accesserit, et ulterius quod[307] ad uillam suburbanam? Magisque est ut non debeat inputari. Quare si in publico eius adeundi facultas non fuit, melius dicetur facultatem non fuisse adeundi. §. 6. Si quis ipsius quidem, a quo appellauit[308], adeundi facultatem non habuit[309 q], ut ei libellos daret**, eius autem, quem[310] appellauit[311], habeat copiam, uidendum[312 r], an[313 s] ei prescribi possit quod eum non adierit. Et hoc iure utimur, ut, si alterius[414 t] adeundi copia fuit[315 u], prescriptio locum habeat. §. 7. Palam[316 v] est, eam esse propriam causam, cuius emolumentum uel dampnum ad aliquem suo nomine pertinet. §. 8.[317 w] Si aduersus absentem fuerit pronunciatum, biduum uel triduum ex quo quis scit conputandum est, non ex quo pronunciatum est. Quod[318] autem dicitur absentem posse prouocare ex quo scit, sic accipimus[319 x], si non in causa[320] per procuratorem defensus est. Nam si ille non prouocauit, difficile est ut hic audiatur. §. 9. Si[321] quidem[322 y] in insulam deportandum annotauerit preses prouinciae, et inperator rescripserit[323 z]*** ut deportetur[324], uideamus quando sit prouocandum, utrum cum inperator[325] rescripserit[326], an[327 aa] cum ei scribitur? Et putem[328], tunc appellandum esse[329], cum recipi eum preses iubet[330 bb]†. Ceterum uerendum est, ne sero sit, ut tunc prouocetur, cum inperator insulam ei assignauerit; conprobata[331] enim sententia presidis tunc solet insulam[332] assignare. Rursus illud uerendum est, si mendaciis apud principem honerauit[333] eum, quem deportandum laborat[334 cc], intercludit[335 dd] uiam[336 ee] prouocandi. Quid ergo est? Recte dicetur[337] humanitate suggerente ut et[338] hoc illo[339 ff] tempore non frustra prouocaretur, quia non aduersus principem, sed aduersus iudicis calliditatem prouocauit. §. 10.[340 gg] Illud[341 hh] uideamus[342], si, cum inpera-

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 28. l) tamen m) Orientalem .. tractum n) spect. duces o) minori p) praefectorio q) ab: *deest* r) referuntur s) ab antiqua — c. 29. a) C. XXIX. Quando appellandum sit primo vel secundo. b) Item lib. XLIX. Dig. c) sent. latae d) receptum e) oportere f) posse supra relatum est g) et eius h) §. 3. Dies autem istos in[296] quibus appellandum est, ad aliquid utiles esse, oratio divi Marci voluit, si forte eius, a quo provocatur, copia non fuerit, ut ei[297] libelli dentur. Ait enim: Is dies servabitur, quo primo facultas adeundi erit. Quare si i) appellatori k) subduxit l) simili modo m) igitur n) effecit o) fecit p) fecerit q) habuerit r) vidend. est s) ut t) alterutrius u) fuerit v) §. 7. In propria causa biduum accipitur. Propriam causam ab aliena quemadmodum discernimus? Et palam w) Et infra: §. 8. x) accipit y) quem z) imperatori scripserit*** aa) rescr. ut deportetur an bb) iubet, sententia prolata†, imperatori scribendum ut deportetur cc) laborabat dd) intercludi ee) illi viam ff) et illo gg) Et infra: §. 10. hh) Illud quoque

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIX. * Ut quum quis: Hinc usque ad verba: *non admittitur*, non sunt in Pandectis; sed quia superius in eadem lege sententia ipsorum exprimitur, non sunt expuncta, sed descripta aliis characteribus.

** Ut ei libellos daret: Verba haec non sunt in Pandectis, sed ob glossam non sunt inducta.

*** Imperatori scripserit: Sic est emendatum ex pandectis. Antea legebatur: *Imperator rescripserit*[323].

† Sententia prolata: Haec usque ad vers. *Ceterum*, sunt addita ex Pandectis.

Causa II. Quest. VI. can. 28. 264) deputamus: *EGH;* eas lites dep.: *AB* 265) *Codd. coll. o.;* tamen .. proferant: *orig.* 266) *ABCH Edd. Arg. Lugd.* I.; orientalis: *DEFG Edd. rel. pr. Lugdd.* II. III. 267) *add.:* sancimus: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 268) observato: *BD Edd. coll. o.* 269) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 270) vel....iudices: *deest: AD Ed. Arg.;* vel .... spectab.: *deest: CEGH Ed. Ven.* II. 271) sint: *deest: ABCF* 272) *ABCDF* 273) *add.:* dignitatis vel: *CDEGH Edd. coll. o.* 274) qui: *orig.* 275) *add.:* suo: *Edd. Bas. Ven.* II. *Par. Lugd.* I. 276) tam sacri scrinii: *H;* ex sacri scrinii: *E* 277) *EH orig.* 278) *Codd. coll. o. pr. CG;* nec ab: *G* 279) referatur: *DEGH Codd. orig.; add.:* ad spectabiles iudices: *EH* 280) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.;* deferuntur: *orig.; sed* referantur *est in varietate lectionis* 281) *ABC* (antiquae prosapiae) — *DF* 282) *add.:* hoc: *CG* ‖ can. 29. 283) *Codd. coll. o. pr. DEGH; Edd. Bas. Arg.;* Forma vero appellationis haec est: *EGH* 284) *Codd. coll. o.; l.* 1. §. 5. *Dig.* (49, 4.) 285) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 286) ad: *deest: EGH* 287) extiterit: *Codd. et Edd. coll. o. pr. ABC* 288) *add.:* autem: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 289) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Corr. orig.* 290) est: *deest: orig.* 291) *Codd. et Edd. coll. o.* 292) *ib.* 293) ut qui: *A;* cum qui: *B; cf.* §. 1. 2. *eiusdem legis* 294) *Codd. coll. o. pr. ABD;* nec eius . - admitt.: *AB* 295) accusatio: *ABE* 296) in: *deest: orig.* 297) ei: *deest: Edd. coll. o.* 298) *Codd. coll. o.* 299) *ib.* 300) *AB* (se: *deest*) *CFH;* subtraxerit: *Codd. rel. Edd. coll. o.* 301) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 302) *Codd. coll. o.* 303) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 304) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* 305) *Codd. coll. o. pr. DF — Ed. Bas. orig.* 306) convenerit: *AB* 307) quidem: *ib.* 308) appellaverit: *DEGH;* appellabit: *orig.* 309) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D; — orig.* 310) ad quem: *Edd. coll. o.* 311) appellabit: *orig.* 312) *Codd. coll. o.* 313) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig.;* an .. debeat: *AB* 314) *Codd. coll. o. pr. AB* (ulterius) 315) *ABF orig.* 316) *Codd. et Edd. coll. o.;* et palam: *Edd. coll. o.* 317) *Codd. coll. o.* — §. 15. *l. cit.* 318) Quod ... accip.: *deest: AB;* Quod ... Nam: *deest: D* 319) *CEGH Edd. coll. o. pr. Bas.; — orig.;* accepimus: *F;* accipitur: *Ed. Bas.* 320) causam: *EH* 321) *in principio eiusdem legis* 322) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III. — *Corr. orig.* 323) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 324) deportaretur: *EGH* 325) inp.: *deest: AB* 326) rescripsit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* — scripserit: *orig.* 327) *Codd. coll. o. orig.* 328) ut puto: *AB;* et puto: *F Edd. coll. o.;* et putet: *E* 329) esse ei: *AB* 330) *Codd. et Edd. coll. o.* 331) praetoris vel praes.: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 332) eis insul.: *GH Ed. Bas.;* ei ins.: *Edd. Lugdd.* II. III. 233) honoravit: *BC;* oneraverit: *A;* honeraverit: *G* 334) *Codd. et Edd. coll. o.* 335) *Codd. coll. o. pr. G; — Ed. Bas.* 336) *Codd. coll. o. pr. B* (et uiam) 337) diceretur: *C;* dicitur: *E* 338) et: *deest: AB* 339) *Codd. coll. o.;* illo temp.: *deest: G* 340) *Codd. coll. o. — l.* 3. *eiusdem tit.* 341) *Codd. coll. o. orig.;* illud..vid.: *deest: ABDF* 342) videndum est: *C Edd. coll. o. pr. Bas.*

tori[343] scriberetur, exemplum litterarum litigatori editum sit[344], neque[345] is appellauerit, et postea contra eum rescriptum sit, an[346] appellare a litteris pridem sibi editis possit†† ? quia qui tunc non appellauerit[347 ii] uera esse que scripta sunt consensisse uidetur, nec[348] est audiendus, si dicat euentum rescripti sacri se sustinuisse.

C. XXX.

De appellationibus recipiendis uel non[349 a].

V. Pars. Non solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest, uel quibus mandatum est, uel qui negotium gerunt alienum, quod mox reus[350 b] ratum haberet[351 c]. Sed et si[352] mater[353 d] *, ex pietate[355 e] prouocauerit[356 f], dicendum est[357] et hanc audiri debere, et si litem preparandam curare maluerit[358], intercedere non uidetur, licet ab initio defendere non potest. §. 1.[359 g] Ante sententiam[360] appellari potest, si questionem in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit, uel in criminali, si contra leges hoc faciat. §. 2.[361 h] Eius, qui ideo causam agere frustratur, quod dicit se libellum principi dedisse, et sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur, si[362 i] ob eam causam prouocauerit, appellatio eius recipi sacris constitutionibus prohibetur[363 k].

C. XXXI. *De libellis dimissoriis*[364].

[Item Marcianus l. 2. De appellationibus, tit. De libellis dimissoriis, l. unica.][365]

Post appellationem interpositam litterae dandae sunt ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est siue principem, siue quem[366] alium, quas litteras dimissorias siue apostolos appellant. Sensus autem litterarum est talis: appellasse (puta[367]) Lucium Titium a sententia illius[368], que inter illum et Me.[369 a] dicta fuit[370 b]. Sufficit autem petisse intra tempus dimissorias instanter et sepius, et[371 c] si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantiam petentis[372 d] dimissorias constitutiones[373] desiderant. Equum est igitur, si per eum steterit[374], qui debeat[375 e] dare litteras, quo minus det, ne hoc accipienti noceat. §. 1. *Titulo: Nichil nouari*[376 f]. Appellatione interposita, siue ea recepta sit[377 g] siue non, medio tempore nichil nouari oportet. §. 2.[378 h] Si quis ex pluribus facinoribus condempnatus propter quedam appellauerit[379], propter quedam non, utrum sit differenda pena eius, an non, queritur[380]. Et si quidem grauiora sunt[381] crimina, ob que appellatio[382] interposita est, leuius autem id, propter quod non appellauit, recipienda est omnino appellatio, et differenda[383] pena. Si uero grauiorem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum, omnino[384 i] pena inponenda est.

Gratian. *Forma apostolorum*[385] *hec est: „Ego En.*[386 k] *sanctae Bononiensis ecclesiae episcopus, te presbiterum Rolandum, capellanum S. Apollinaris, ad apostolicam sedem, quam appellasti, ab obseruatione mei iudicii his apostolis dimitto.“*[387] *Forma uero appellationis*[388 l] *hec*[389 m] *est: „Ego Adelinus S. Reginae ecclesiae minister licet indignus sentiens me pregrauari a domino Gualterio*[390] *S. Rauennatis ecclesiae archiepiscopo Romanam sedem appello, et apostolos peto.“* §. 1. *Si uero post datam sententiam appellare uoluerit, hic erit ei modus appellandi: „Ego A. sanctae Reginae ecclesiae minister licet indignus contra sententiam domini Gualterii*[391 n] *sanctae Rau. ecclesiae archiepiscopi iniuste in me latam pridie Kal. Magi*[392] *A. incarnationis Domini MCV.*[393 o] * *feria*[394 p] *quarta, Romanam sedem appello, et apostolos peto.“* §. 2. *Si autem unus, uel duo pro pluribus appellare uoluerint, sic appellabunt: „Ego G. et P. sindici*[395] *canonicorum S. B. E. sentientes nos pregrauari, uel*[396] *contra sententiam, etc. Romanam sedem appellamus, et apostolos postulamus.“ Huiuscemodi*[397 q] *appellationes in scriptis fieri debent.*

Ad iudicium autem alterius fidei catholico appellare non licet.

Unde in Cartaginensi Concilio IV. [c. 7.][398]:

C. XXXII. *Excommunicetur catholicus, qui causam suam iudicio infidelium committit*[399 a].

Catholicus, qui causam suam[400], siue iustam siue iniustam, ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.

VI. Pars. Gratian. *Notandum uero est, quod quidam iudices sunt, a quibus appellari*[401] *non oportet.*

Unde in Concilio Mileuitano, [c. 24.] *legitur*[402]:

C. XXXIII. *A quibus iudicibus prouocari non licet*[403].

A iudicibus[404], quos communis consensus elegerit[405], non liceat prouocari[406 a].

Gratian. *Quod de arbitris intelligendum est. Iudicum enim alii sunt*[407 b] *arbitrarii, alii sunt ordinarii. Ordinarii uero sunt, qui ab apostolico, ut ecclesiastici, uel ab inperatore, utpote seculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarii*[408] *sunt, qui nullam potestatem habentes cum consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos conpromittitur, ut eorum sententiae stetur. Horum alii sunt ordinarii et arbitrarii, alii arbitrarii tantum. Ordinarii et arbitrarii sunt, qui legitimam potestatem habentes ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt suae ditioni subpositi. Ab his, etsi ut arbitrarii sedeant, et non ut ordinarii, priuilegio tamen ordinariae dignitatis, grauatus*[409] *aliquis appellare ualebit.*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 29. ii) appellauit — c. 30. a) Item Ulpianus lib. XLIX. in tit. De b) reus: *deest* c) habetur d) mater, quum filii rem sententia versam[354] animadverteret, provocav. e) ex piet.: *deest* f) provoc. pietati dans g) §. 1. Scaevola libro IV. regularum. h) §. 2. Macer libro I. de appellationibus lege 4. i) et si k) vetatur — c. 31. a) inter illos b) est c) ut et d) repetentis e) debebat f) §. 1. Ulpianus libro IV. de appellationibus titulo: Nihil innovari appellatione interposita, lege unica. g) fuerit h) Et infra: §. 2. i) omnimodo k) ille l) appellantis m) ante sententiam haec n) G. o) MCXLI. p) indictione q) Et huiusc. — c. 32. a) cath., qui committit causam suam iudicio alterius fidei. — c. 33. a) provocare b) sunt: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

†† Possit: In vulgatis codicibus[347] sequebatur: *certe non potest*, quae neque in vetustis, neque in Pandectis habentur.

C. XXX. * Mater: Antea brevius legebatur: *sed et si mater ex pietate provocaverit, dicendum, etc.* Multa vero alia in hoc et sequenti capitulo ex ipsis Pandectis sunt emendata.

C. XXXI. * MCXLI.: In vulgatis erat: *MCLXI.* qui numerus, ut recte in glossa dicitur, constare non potest. Quod hinc etiam confirmatur, quia quarta indictio, de qua hic est mentio, non convenit cum anno illo. In manuscriptis autem quum varia sit lectio, haec visa est melior, quae notarum tantum transpositione restitui potuit, et quarta indictio cum hoc anno concurrit.

Causa II. Quest. VI. can. 29. 343) imperatoris: *ABCD* 344) est: *AB* 345) neque . . . possit: *deest: ib.* 346) an . . . quia: *deest: D; —add.:* certe non potest: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 347) *ABCDEG* 348) non: *ABCD* || can. 30. 349) De rec. etc.: *in Codd. coll. o. rubricae loco exstant; add.:* tit.: *CD; add.:* Ulpianus lib. XXIX.: *CEGH — l. 1. Dig. de recip. appell.* (49, 5.) 350) *Codd. et Edd. coll. o.* 351) *Codd. coll. o.;* habet: *Edd. coll. o.* 352) cum: *orig.* 353) *Codd. coll. o. Edd. coll. o.; sed in EGH verba originalis post inserta sunt, ita ut legatur:* Sed et si cum mater ex pietate invocaverit dicendum est, filii rem per sententiam eversam animadverterit, provocaverit pietati dando dicendum est etc. 354) eversam: *G orig.* 355) *Codd. coll. o. pr. C* 356) *ABDF;* prov. pietatem dando: *CEG;* prov. pietati dandum est: *orig.* 357) dic. est: *deest: orig.* 358) voluerit: *CEGH* 359) *ABD; add.:* Scaeuola lib. IV. regularum: *CEFGH;* reg.: *deest: F — l. 2. Dig. ib.* 360) *add.:* datam: *EGH Ed. Bas.* 361) *ABCDF; add.:* Mac. lib. I. de appell.: *EGH — l. 4. Dig. ib.* 362) *Codd. coll. o.* 363) *ABCDF — in C hoc loco inseritur, quod in EH ante* §. 2. *invenitur:* Paulus l. singularum (*deest: EH*) regularum. Intra triduum appellare licet (ei: *EH*) qui de suspecto tutore egit victusque appellet. || can. 31. 364) *rubr. deest: CEGH* 365) Marc. lib. 5. de appellat. (*cetera desunt*): *C;* Marc. lib. 5. tit. (tit.: *deest: G*) de lib. dim.: *EGH — l. 1. Dig.* (49, 6.) 366) quemlibet: *Edd. coll. o.* 367) ut puta: *EGH* 368) enim: *ABDF; quod errore scriptum esse videtur pro N.;* illius N.: *Ed. Bas.;* talis iudicis: *Edd. rel.* 369) *Codd. et Edd. coll. o.; sed in ACDF et Edd. coll. o. pro Me. legitur:* Mevium 370) *Codd. coll. o.:* iudicata fuit: *B* 371) *Codd. et Edd. coll. o.* 372) *ABCDF Edd. coll. o. Corr. orig.* 373) institutiones: *AB* 374) stetit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 375) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* 376) *in ABCFH hoc loco novus incipit canon cum rubrica;* tit. nihil novari; *in CEG add.:* Ulpianus lib. 3. de appellat. — *l. un. Dig.* (49, 7.) 377) *Codd. coll. o. pr. D; — Ed. Bas. orig.* 378) *Codd. coll. o. — l. 5. Dig.* (49, 6.) 379) appellavit: *orig.* 380) inquiritur: *AB* 381) sint: *orig.* 382) *add.:* eius: *AB* 383) deferenda: *ib.* 384) *ABEFGH Edd. coll. o.* 385) appellationum: *AD;* appellationis: *B* 386) *Codd. coll. o. pr. D, ubi per errorem* enim *legitur, — Ed. Arg.; est abbrev. nominis Henrici. —* N: *Edd. coll. o. pr. Bas., ubi:* Ego 387) mitto: *AB* 388) *Codd. coll. o.* 389) *ib. pr. D* 390) Galterio: *A;* Gwalterio: *C* 391) *Codd. coll. o.; sed in ABCEGH legitur:* Galterii 392) martii: *EGH* 393) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* (MCLXI.) 394) *Codd. coll. o.* 395) *add.:* i. e. defensores: *EGH* 396) et: *C; deest: EGH* 397) *Codd. coll. o.* || can. 32. 398) c. 87. *Statutt. eccl. ant. ap. Bruns* I, 149. — *cf. ad c. 9. Dist.* XVIII. 399) *Codd. coll. o. pr. DF* 400) suam: *deest: CDF Hisp.; sed exstat in Codd. Hisp.* 401) appellare: *EGH* || can. 33. 402) *hab. ao.* 402. (*cf. supra ad c. 19.*) *Ivo Decr.* VI, 365.; *Ivo Pan.* IV, 132. (ex C. Spalensi); *Coll. tr. P.* II, 22, 11. — *apud omnes can. contin.* 403) liceat: *AB* 404) *add.:* autem: *Hisp. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 405) elegit: *Edd. Nor. Ven.* II. 406) *Codd. et Edd. coll. o.* 407) *Codd. coll. o.* 408) arbitri: *AB;* sunt: *deest: ABD* 409) praegravatus: *EGH;* aliq.: *deest: AB*

Unde in Cartaginensi Concilio legitur III. [c. 10.][410a]:

C. XXXIV. *A*[411] *iudicibus, qui eliguntur communi consensu, prouocari*[412b] *licet*[413].

Sane, si ex consensu[414] partium iudices electi fuerint, etiam a pauciori numero, quam constitutum est, liceat[415]* prouocari.

C. XXXV. *Qui de episcoporum iudiciis queruntur, a uicinis episcopis audiantur, uel ab aliis ex consensu eorum adhibitis.*

Item ex Concilio Mileuitano, [c. 22.][416]

Placuit, ut presbiteri, diaconi, uel ceteri inferiores clerici in causis[417], quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, uicini episcopi eos audiant, et inter eos quicquid est finiant[418], adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si et[419] ab eis prouocandum putauerint, non prouocetur[420a], nisi ad Affricana concilia uel ad primates[421] prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerint[422b] appellandum, a nullo intra Affricam in communione suscipiantur.

Gratian. *Nisi forte* Romanam sedem appellauerint*[423]. *Is autem, qui appellauit*[424c], *ad eum, a quo appellauit, remitti non debet.*

Unde in Sardicensi Concilio, [c. 7.][425]:

C. XXXVI.[426a]

Si episcopus[427b] accusatus fuerit, et omnes[428c] iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius[429], et de gradu suo deiecerint eum, si appellauerit[430] qui[431] deiectus uidetur[432d], et confugerit ad beatissimum Romanae[433] ecclesiae episcopum, et uoluerit se[434] audiri*, si iustum putauerit ut[435] renouetur[436e]** examen, scribere episcopis dignetur episcopus[437f] Romanus his, qui in finitima et propinqua altera[438g] prouincia sunt[439], ut episcopi[440h] diligenter omnia requirant[441] et[442] iuxta fidem ueritatis diffiniant[443]. Quod si is, qui rogat*** causam suam iterum audiri, deprecatione[444] sua mouerit[445] episcopum Romanum[446], ut de[447] latere suo presbiteros[448] mittat, erit in potestate eius[449] quid[450i] uelit, et quid estimet[451]. Et si decreuerit mittendos esse qui presentes cum episcopis[452] iudicent[453], ut[454] habeant etiam auctoritatem[455] personae illius[456], a quo destinati sunt[457], erit[458] in eius[459] arbitrio. Si uero crediderit sufficere episcopos† prouinciales[460k], ut negotio terminum inponant, faciet[461l] quod sapientissimo consilio[462] suo iudicauerit.

Gratian. *Arbitrarii tantum sunt qui nullam legitimam potestatem acceperunt, a quibus appellari non licet, quia eis inputandum est qui*[463m] *sibi tales elegerunt. Si uero sententia eorum, a quibus appellatur, soluta fuerit*[464]††, *nichil oberit eis, nisi forte uel inimicitia uel pecunia deprauati iniustam probantur*[465n] *tulisse sententiam.*

Unde in eodem Concilio Cartaginensi III. [c. 10.] *legitur*[466a]:

C. XXXVII. *Cum per appellationem*[467] *sententia soluitur, non debet ei obesse, qui iniquo animo non iudicauit*[468].

VII. Pars. Hoc etiam[469] placuit, ut[470] a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos[471], ubi est maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si conuinci non potuerint uel inimico[472b] animo iudicasse, uel aliqua cupiditate aut gratia deprauati.

Gratian. *Queritur autem de eo, a quo appellatur, an sit deuocandus*[473c] *in testimonium apud eum, ad quem appellatur, super negotio, cuius cognitionem suscepit.*

De hoc ita statutum est in Concilio Cartaginensi V. [c. 1.][474]:

C. XXXVIII. *Clericus non deuocetur ad*[475a] *testimonium illius causae, cuius primum cognitionem suscepit.*

Statuendum[476b] est, ut qui[477c] in ecclesia quamlibet causam iure apostolico ecclesiis inposito[478] agere uoluerit, et[479] forsan[480d] decisio clericorum uni parti displicuerit, non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum, qui presens[481e] uel cognitor fuit, et[482] nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

Gratian. *Ab eis quoque, ad quos prouocatum fuerit (sicut in Concilio Affricano* [c. 63.][483] *legitur) ulterius prouocari*[484a] *non licet:*

C. XXXIX. *Non licet appellari ab eis*[485b], *ad quos prouocatum fuerit.*

Si autem fuerit prouocatum, eligat qui prouocauerit iu-

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 34. a) leg.: *deest* b) provocare — c. 35. a) provocent b) putaverit c) appellaverit — c. 36. a) C. XXXVI. De eodem b) si quis ep. c) omn.: *deest* d) fuerit e) ut revocetur vel** renovetur f) Romanus ep.: *deest* g) altera: *deest* h) episcopi: *deest* i) et quid k) prov.: *deest* l) faciat m) quod n) probentur — c. 37. a) eod.: *deest* b) iniquo c) evocandus — c. 38. a) in b) Statutum c) qui forte d) fortasse e) praeses — c. 39. a) provocare b) liceat provocare ab his

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIV. * Liceat: Hunc canonem citat Gratianus (quod ipsemet aperte profitetur) ut ostendat ab huiusmodi iudicibus licere appellari. Verum in concilio Carthaginensi tam impresso quam manuscripto, cum variis exemplaribus collato, et unico codicis canonum etiam impresso ac manuscripto, et Graeco, quod cum ipso concordat, et Africano, ubi hoc repetitur, et apud Ivonem legitur: *non liceat.* Et quae in ipso canone antecedunt et referuntur infra ead. c. *Hoc etiam.* ostendunt omnino cum negatione legendum esse.

C. XXXV. * Nisi forte: Haec in antiquis codicibus scribuntur tanquam Gratiani verba. Et ad hanc sententiam demonstrandam affert sequens caput ex concilio Sardicensi.

C. XXXVI. * Se audiri: Graece est: καὶ βουληθείη αὐτοῦ διακοῦσαι, id est: *si Romanus episcopus voluerit ipsum audire.*

** Revocetur, vel: Haec absunt a concilio tam impresso quam manuscripto, cum variis exemplaribus collato, et legitur tantummodo: *renovetur,* quemadmodum graece est: ἀνανεώσασθαι, et sic refertur a Nicolao et Ivone; sed ob glossam non sunt inducta.

*** Quod si is, qui rogat: Graece est: εἰ δέ τις ἀξιῶν καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, id est: *Si quis autem postulet et rursus negotium suum audiri,* ut sit secunda appellatio, quae etiam significatur in capite *Gaudentius,* quod apud Graecos proxime antecedit huic capiti.

† Episcopos: Sequebatur in codicibus Gratiani, etiam in manuscriptis, quemadmodum et apud Ivonem: *comprovinciales,* quae vox non est in concilio, neque apud Nicolaum. Graece legitur: καὶ ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου, id est: *et ipsius episcopi sententiam.* Balsamon tamen videtur legisse: τῶν ἐπισκόπων, et primum interpretatur de episcopis provincialibus, deinde de aliis.

†† Fuerit: Sequebatur in vulgatis: *per eum, ad quem appellatum est,* quae sunt expuncta, quia in vetustis codicibus non habentur.

Causa II. Quest. VI. can. 34. 410) *Codd. coll. o.;* III.: *deest: G;* IV.: *B; hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 125.; *Ans.* III, 123. (*can.:* item ut quisquis episcopor.); *Ivo Decr.* VI, 363. (*can.:* hoc etiam placuit); *Coll. tr. P.* II, 17, 6. (*ut ap. Ivon.*) 411) Quomodo a: *AB* 412) *Codd. coll. o.* 413) liceat: *AB* 414) *add.:* pari: *B;* communi: *C* 415) non lic.: *Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 35. 416) *hab. ao.* 402. *cf. supra ad c.* 19.) — *Coll. tr. P.* II, 22, 10. 417) causas: *Coll. tr. P.* 418) diffiniant: *C Edd. coll. o.;* diffiniatur: *EGH* 419) et: *deest: ADEGH Edd. coll. o., neque tamen, ut R. censuit a Corr. insertum est.* 420) *A Edd. coll. o.;* provocentur: *BDEFGH* 421) primatus: *Hisp.* 422) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 423) appellaverit: *ABD* 424) *ABDF* || can. 36. 425) *hab. ao.* 343. (*cf. Hefele Conc. Gesch.* I, 515.); *Ans.* II, 78. (*can.:* Osius ep.); *Deusded.* I, 22. (*ut ap. Ans.*); *Ivo Decr.* V, 27.; *Coll. tr. P.* II, 2, 6. (Osius ep.) 426) de eod.: *deest: Codd. coll. o. pr. D; in AB legitur:* His autem qui appellant remitti ad eum a quo appellaverunt, non obest. 427) *ABCDEF Hisp. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 428) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 429) illius: *Hisp. Ivo;* ipsius: *Codd. Hisp.* 430) appellasse videatur: *Deusded.* 431) quum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 432) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 433) Romae: *Ans.* 434) se: *deest: Hisp. Ans.* 435) ut: *deest: AB* 436) *EFG Hisp. Ans. Ivo Coll. tr. P.;* revocetur: *ABC;* removeatur: *H;* renovet. vel revoc.: *D* 437) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo Coll. tr. P.;* Rom. episcopis (his: *deest*): *Ans.* 438) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.;* vel qui in altera: *Ivo;* prop.: *deest: G;* prop. . . dilig.: *deest: H* 439) fuerint: *ABE* 440) *Codd. coll. o. pr. AH;* ibi: *Ans.* 441) perquirant: *EGH Ed. Bas.;* exquirant: *Deusded.* 442) ut: *Coll. tr. P.* 443) definient: *Deusded.* 444) et deprec.: *ib.* 445) monuerit: *CEGH Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 446) Romanae ecclesiae: *Deusded.* 447) e: *Hisp. Ans. Deusded.* 448) presbyterum: *Deusd.* 449) sua: *C;* ipsius: *Hisp. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 450) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ans. Ivo Coll. tr. P.* — quod . . . quod: *Deusded.* 451) existimet: *ABEGH* 452) *add.:* suis: *EGH* 453) iudices sint: *Coll. tr. P.* 454) ut: *deest: Ivo Deusded., ap. quem legit,:* habentes eius 455) potestatem: *Ivo* 456) pers. ill.: *deest: Deusd.* 457) fuerint: *AB* 458) quod erit: *Ivo* 459) suo: *Deusd.* 460) *ABF Hisp. Ans. Deusd. Coll. tr. P.;* comprovinciales: *Codd. rel. Ivo* 461) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. — *Hisp. Deusd. Ivo Coll. tr. P.;* faciant: *Edd. Lugdd.* II. III. 462) concilio: *ABEH Edd. Bas. Ven.* II. *Nor. Par. Lugd.* I. *Ivo* 463) *Codd. coll. o.* 464) *add.:* per eum ad quem appellatum est: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 465) *ABCDEFH* || can. 37. 466) *Codd. coll. o.;* — Cart. IIII.: *ABEGH* — *hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 125.; *Ivo Decr.* VI, 363.; *Ivo Pan.* IV, 133. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* II, 17, 6. (*can. contin.*) 467) cum appellatione: *AB* 468) iudicaverit: *ib.* 469) hoc et: *deest: Ivo Pan.* 470) *add.:* si: *orig.* 471) eccl.: *deest: Ivo Pan.* 472) *Codd. coll. o. Ed. Arg. orig. Hisp. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 473) *ABCG;* revocandus: *Codd. rel.* 474) *hab. ao.* 401.; *Coll. tr. P.* II, 19, 1. (*can.:* in principio statuendum); *a Corr. et R. citatur Ivo Decr.* VI, 230. (*ex Dionys.*) *sed ibi exstat can., qui ap. Grat. est: c.* 3. *C.* XXXI. *qu.* 5. 475) *Codd. coll. o. pr. B* 476) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.; Hisp. Coll. tr. P.* 477) *Codd. et Edd. coll. o.* 478) impositam: *EGH* 479) et . . . displic.: *deest: Coll. tr. P.* 480) *Codd. coll. o.* 481) *Codd. coll. o. pr. C* — *Ed. Bas. Hisp. Coll. tr. P.* 482) ut: *Hisp.* || can. 39. 483) *c.* 96. *Conc. Carthag. in Dionys.; c.* 96. *in Cod. eccl. Afric. ap. Bruns* I, 184. 484) *Codd. coll. o.* 485) *ib. pr. A* (non licet provocari)

dices, et[486] cum eo ille[487c], contra quem prouocauerit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat prouocare.

Gratian. *Post secundam prouocationem intelligendum est: tertio enim in una eademque causa super hisdem[488d] capitulis prouocare non licet. Unde in VII. libro Codicis[489], titulo non[490e] liceat in una eademque causa tertio prouocare*, [lege unica], *inperator Iustinianus scribit: „Si quis in quacumque lite iterum prouocauerit, non liceat[491] ei tertio in eadem lite super hisdem capitulis prouocatione uti, uel sententias[492] exellentissimorum prefectorum pretorio retractare, licentia danda[493] litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam, qui eum dedit, ante litis contestationem inuocare, et[494] huiusmodi petitione[495] minime prouocationis uim obtinente.* §. 1. *Cum autem in causa capitali uel status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per se ipsos appellantes causam suam agere oportet.*

Unde Adrianus Papa ait [in capitulis a se collectis, cap. 44.][496]:

C. XL. *Appellationem in causa capitali uel status interpositam per procuratorem exequi non licet.*

Si quando in causa capitali uel[497] causa status[498] interpellatum fuerit, non per exploratores[499], sed per se[500] ipsos[501] est agendum.

Gratian. *Tempus autem exequendae appellationis annus est, uel, si iusta causa intercesserit, biennium.*

Unde in Autenticis constitut. 11. *collat. V. legitur:*

[C. XLI.][502a]

„Si quis[503b] appellat, inquiratur[504c] annus, intra quem secundum se communiterue[505d] litem[506e] exequatur, aut, si iusta intercesserit causa, annus alius indulgetur[507f], quo transacto lite non conpleta[508] manet[509g] sententia. §. 1. *Appellatore cessante, cum unus mensis superest ex biennio, licet uictori ingredi ut reus queratur, quo siue inuento siue non, suas afferat allegationes, ut[510h] uel confirmetur uel rescindatur sententia, omni[511] casu absente[512] in expensas[513i] condempnando[514k]. Neutro[515l] occurrente[516m] post secundum[517] fatalem permanet[518n] sententia.“[519o] Constitutione secunda[520], in collatione IV.[521]*: §. 2. *„Sed lis, que speratur in consistorium principis inferri, absque dampno morae manet intacta, donec ipse faciat[522] eam introduci, et a proceribus secundum morem dirimi.“*

[Gratian.] *Si uero is, qui appellauit, penitentia ductus ab appellatione desistere uoluerit, non prohibetur, sicut in* 7. *libr.*[523] *Codicis, tit. de appellationibus et consultationibus[524p],* [l. 28.] *Inpp. Arcadius et Honorius statuisse leguntur: „Si quis libellos* appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium[525] conmutandi et suos libellos recuperandi, ne iustae penitudinis humanitas amputetur.“* §. 1. *Est autem quando appellationem interponi necesse non est. In eodem namque libro, et eod.[526] tit.* [l. 27.] *idem Inpp. decreuerunt: „Nominationes[527q] libellis uel edictis factae[528], citra concilium[529] publicum non ualent a[530r] quibus nec appellare necesse est[531s].*

VIII. Pars. §. 2. *Diffinitiua[532] quoque sententia, que condempnationem uel absolutionem non continet, pro nulla habetur.* §. 3. *Item sententia[533] citra solitum ordinem iudiciorum a preside prolata auctoritatem rei iudicatae non obtinet.* §. 4. *Item si[534] sententia lata fuerit contra res prius iudicatas, a quibus prouocatum non est, sententiae auctoritatem non obtinebit, et ideo ab ea appellari[535t] non est necesse.* §. 5. *Item si[536] sententia contra ius scriptum feratur, ueluti dum defunctus et minor XIV. annis fuisse, et testamentum iure fecisse dicitur, nullas uires obtinet, nec contra eam est necessarium prouocationis auxilium.* §. 6. *Si uero contra ius litigatoris sententia dicatur, ueluti dum minor XIV. annis, annum XIV. inpleuisse, ac per hoc testamentum iure fecisse pronunciatur, ad prouocationis remedium oportet confugere.* §. 7. *Item si[537] plures iudices dati fuerint[538u], et unus tantum ex his[539v] pronunciasse proponitur, non uidetur appellandi necessitas esse[540w], cum sententia iure[541x] non teneat[542y].* §. 8. *Item[543] cum certa ratione et fine[544] mulctare iudices possunt, si aliter contra legis statutum modum mulctam[545] irrogauerint, quod contra ius gestum uidetur firmitatem non tenet, et sine appellatione potest rescindi.* §. 9. *Venales[546] quoque sententias, que in mercede[547z] a corruptis iudicibus proferuntur, et[548aa] citra interpositae prouocationis auxilium infirmas esse decretum est.* §. 10. *Item si[549] propter infirmitatem etatis ad honorem, ad quem nominatus es, inhabilem te esse probaueris[550], pretermissa appellatione iniqua nominatio remouebitur.* §. 11. *Sunt etiam, quorum appellationes non recipiuntur. Non[551] enim potest recipi eius appellatio, qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam negotio prius summatim perscrutato uocatus esset, condempnatus[552bb] est.* §. 12. *Nullus[553] etiam homicidarum, ueneficorum, maleficorum[554], adulterorum, itemque eorum, qui manifestam uiolentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, uoce etiam propria uicium scelusque confessus audiatur appellans. Et hoc in notoriis.* §. 13. *In occultis autem: Si[555] testibus productis, instrumentis prolatis, aliisque argumentis prestitis sententia contra eum lata[556] sit, et ipse, qui condempnatus est, aut minime uoce sua confessus sit, aut formidine tormentorum territus contra se aliquid dixerit, prouocandi licentia ei non denegatur[557].* §. 14. *Nulli[558] quoque offitialium a sententia proprii iudicis prouocatio tribuatur, nisi in eo tantum negotio, quod ratione ciuili super patrimonio forte apud proprium iudicem inchoauerit.* §. 15. *Quociens[559] etiam fiscalis calculi satisfactio postulatur aut tributum exposcitur, aut publici, uel etiam priuati debiti euidentis atque[560cc] conuicti redibitio flagitatur, appellatione exclusa necessario in contumacem uigor iudiciarius exercetur.* §. 16. *Ab[561] executione sententiae appellari non potest, nisi forte executor sententiae modum iudicationis excedat.* §. 17. *Si quis etiam[562] ausus fuerit prouocare, ne[563] uoluntas defuncti testamento scripta reseretur[564] uel ne hii, quos scriptos patuerit heredes, in possessionem[565] mittantur, et is, cuius de ea re notio[566] erit, appellationem receperit[567], et iudex, qui tam ignaue[568dd] conniuentiam adhibuerit[569], et litigator, qui tam inportune appellauerit[570], uiginti libris argenti mulcetur[571ee].* §. 18. *De[572] possessione etiam et eius momento si causa dicatur, que sententia interlocutoria appellatur, quamuis prouocatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effectum.* §. 19. *Quandoque[573] unam eandemque[574ff] condempnationem plures simul reportant, nec diuersitas factorum separationem accipit, quo casu, si omnes appellauerint, et uno ex his agente eorum appellatio iusta pronunciata fuerit, emolumentum uictoriae etiam ad alios pertinebit.*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 39. c) et ille d) eisdem e) ne — c. 41. a) XLI. De eodem b) Ei qui c) impertitur d) communiter e) cum aduersario litem f) indulgeatur g) rata man. h) et i) impensis k) cond. secundum tempora fatalium dierum. l) Neutro vero m) concurrente n) permaneat o) sent. rata p) et consult.: *deest* q) Nom. vero r) de s) est, si solennitas deest t) ideo appellare u) sunt v) eis w) fuisse x) firmitatem iure y) obtineat z) mercedem aa) etiam bb) condemnandus cc) et dd) ignavam ee) mulctentur ff) et eandem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLI. * **Si quis libellos:** Hinc usque ad finem huius capitis varias leges Codicis Gratianus refert, quarum non retulit eadem omnino verba, sed quae ad quaestionem suam facere iudicavit.

Causa II. Quest. VI. can. 39. 486) et: *deest: EH* 487) *Codd. et Edd. coll. o.* 488) *ADEFGH;* Post secund. vero .. tertio in: *AB* 489) eodemque: *EGH — Cod. Iust. lib. 7. tit.* 70. 490) *Codd. coll. o. pr. C* 491) licet: *ABEGH;* licebit: *orig.* 492) sententiam: *EGH* 493) data: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 494) et: *deest: AB* 495) petitionem .. obtinere: *EGH Ed. Bas.;* obtin.: *deest: AB* || can. 40. 496) *ex interpret. ad Paul. recept. sent. in Leg. Rom. Wisig. ed. Haenel.* V, 37. — *Ans. in fine lib.* III. *c.* 42. 497) similiter in: *orig.* 498) *add.:* servilis: *H; add.:* id est ingenuitatis vel servitutis: *orig.* 499) procuratores: *orig.* 500) se: *deest: ABD Ans.;* semet ipsos: *CF* 501) sed ipsis praesentibus: *orig.* || can. 41. 502) *ADEFG; ex Nov.* 47. *Auth. Ei, qui; Cod. t.* 63. *lib.* 7. 503) *Codd. coll. o.* 504) *ib.* 505) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (comm. vel); — *orig.* 506) *Codd. et Edd. coll. o.* 507) *ib.* 508) inconpleta: *AB* 509) *Codd. coll. o. pr. C* 510) *Codd. et Edd. coll. o.* 511) in omni: *orig.* 512) absentem: *F Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* II. III. 513) *Codd. coll. o. pr. H;* in expensis: *H Edd. coll. o. Corr. orig.* 514) *Codd. et Edd. coll. o.;* consumendo: *AB* 515) *Codd. et Edd. coll. o.* 516) *Ed. Bas. orig.; in Codd. coll. o. per errorem legitur:* hoc curante; — curanti: *Ed. Arg.* 517) *add.:* annum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 518) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 519) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* 520) Codex novus: *EGH; per errorem scribae qui c.* II., (*cum* II. *et* n *in msc. discerni nequeat*) Codex novus *legerat* 521) coll. (in: *deest*) IV.: *EH — ex Nov.* 23. *Auth. Sed et ei; Cod. lib.* 7. *tit.* 63. 522) faciet: *EGH* 523) *add.:* de eodem: *ib.* 524) *Codd. coll. o. — l.* 28. *Cod. Iust.* (7, 62.) 525) arbitrum: *AB* 526) eodemque: *EGH* 527) *CF orig.* 528) stricte factae: *EH* 529) consilium: *FH* 530) *Codd. coll. o.* 531) *ib.* 532) *c.* 3. *Cod.* (7, 45.) 533) *ib. c.* 4. 534) *c.* 1. *Cod.* (7, 64.) 535) *Codd. coll. o.* 536) *c.* 2. *ib.* 537) *c.* 4. *ib.* 538) *Codd. coll. o.* 539) *ib.* 540) *CEGH; deest: B* 541) *AB orig.* 542) *Codd. coll. o. pr. D — orig.* 543) *c.* 5. *ib.;* it. contra rationem: *AB* 544) sententia: *Ed. Bas.;* fine certo: *Edd. coll. rel.* 545) mulctamque: *ADEGH* 546) *c.* 7. *ib.* 547) *Codd. coll. o.* 548) *ABCEGH orig.* 549) *c.* 8. *ib.* 550) probaverit: *EGH* 551) *c.* 1. *Cod.* (7, 65.) 552) *Codd. coll. o. orig.* 553) *c.* 2. *ib.* 554) mal.: *deest: AB;* maleficorum: *EH* 555) *ib.* 556) data: *AB* 557) denegetur: *ABDE* 558) *c.* 3. *ib.* 559) *c.* 4. *ib.* 560) *Codd. coll. o. orig.* 561) *c.* 5. *ib.* 562) et.: *deest: ABF* 563) *c.* 6. *ib.* 564) reservetur: *ABCDEF* 565) possessione: *ABEGH* 566) noticia: *AB* 567) reperit: *AB;* recipit: *CEGH* 568) *Codd. coll. o.;* continentiam: *AB* 569) adhibuit: *Edd. coll. o. pr. ABE* 570) appellavit: *CDF* 571) *Codd. coll. o.* 572) *c. un. Cod.* (7, 69.) 573) *c.* 1. *Cod.* (7, 68.) 574) *Codd. coll. o. pr. D*

Si[575] *autem unus tantum appellauerit*[576gg] *eiusque appellatio iusta pronunciata est*[577], *ei quoque prodest, qui non appellauit.* §. 20. *Quod si etatis auxilio unus contra sententiam restitutionem inpetrauerit*[578], *maiori, qui suo iure non appellauit*[579hh], *hoc rescriptum non prodest.* §. 21. *Iudicibus*[580] *autem non solum suscipiendae appellationis necessitas uidetur inposita, uerum etiam XXX. dierum spatia ex die sententiae diffinita sunt, intra que gesta una cum relatione litigatoribus conuenit prestari.* §. 22. *Similiter*[581] *arbiter appellationem suscipere et relationem dare conpellitur, si delegatus fuerit.* §. 23. *Litigatoribus*[582] *uero copia est etiam non conscriptis*[583ii] *libellis illico uoce appellare, cum res iudicata poposcerit, tam in ciuilibus quam in criminalibus causis.* §. 24. *Ab*[584] *eo autem, qui de appellatione cognoscit, non potest fieri recursus ad iudicem, a quo fuerit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam sibi occasionem atque exclusam penitus intelligant, cum super omni*[585] *causa interpositam prouocationem uel iniustam tantum liceat pronunciare, uel iustam.* §. 25. *Hec omnia in VII.*[586] *lib. Codicis inuenies, a tit. de appellationibus et consultationibus*[587kk], *usque ad tit. ne liceat in*[588] *una eademque causa.*

QUESTIO VII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod uero laici in accusatione episcoporum non sint audiendi, Euaristus Papa testatur, dicens* [Episcopis per Aegyptum, epist. II.][1]

C. I. *Laici in accusatione*[2a] *episcoporum recipiendi non sunt.*

Non est[3] a plebe[4] aut uulgaribus hominibus arguendus uel accusandus episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur a Deo uita rectorum[5]. Ideo[6b] ista dico, quia insidiator bona[7] sepissime solet conuertere in malum, et in electis ponit[8] maculam.

C. II. *Laicus clericum non accuset.*

Item Siluester Papa [in epilogo Concilii Romani.][9]

Nullus laicus crimen audeat clerico inferre[10].

C. III. *De eodem.*

Item Marcellus[11a] *Papa* [ad Episcopos orientales, ep. II.]

Laico non liceat[12b] quemlibet clericum accusare.

C. IV. *Anathematizatus*[13] *sacerdotes*[14] *accusare*[15] *non potest*[16].

Item Iulius Papa [in decretis, c. 36.][17]

In sancta Nicena sinodo statutum est, ut nemo anathematizatus[18] in nostra[19] suscipiatur accusatione, nec illi, qui nos in sua[20] accusatione nolunt recipere[21a], cum nos super illos sciamus a Domino constitutos, non illos super nos, et sicut maior non potest a minore[22] iudicari, ita nec colligari[23b], quia rarum est omne quod magnum est. Portamus[24] onera omnium, qui grauantur, quin imo hec[25] portat in nobis B. Petrus apostolus, cuius uice fungimur legatione, et cuius regula informamur, quatinus eius fulti auxilio nunc[26] et in perpetuum ab omnibus tueamur aduersis.

C. V. *De eodem.*

Item Eusebius [ad Episcopos Galliae, epist. I.][27]

Laicos non accusasse[28a] episcopos hactenus obseruatum et constitutum est, quia non sunt eiusdem conuersationis, et oppido eis quidam[29] existunt infesti, quippe cum uita eorum[30] et conuersatio debeat esse secreta et a laicorum actibus remota, nec ab his[31b] inpeti debent[32c], qui[33] eorum castitatem et grauitatem nolunt imitari, maxime cum eos[34d] in suis nolunt[35e] recipere accusationibus.

C. VI. *Nec clerici in accusatione laicorum, nec laici in accusatione clericorum sunt recipiendi*[36a].

Item Fabianus Episcopus urbis Romae cunctis fidelibus[37b].

Sicut sacerdotes uel reliqui clerici a secularium laicorum[38] excluduntur accusatione, ita illi ab istorum[39] sunt excludendi et alienandi criminatione, et sicut illi ab istis[40c], ita et[41d] isti ab illis[42e] non recipiantur, quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum conuersatione[43], ita et[44f] litigatio, quia seruum Dei[45g] non oportet litigare[46].

[PALEA[47].

C. VII. De eodem.

Item ex Concilio Maguntino[48]*.

Decretum[49] est, ut presbiteri suos plebeios[50] et accusare et attestimoniare[51] possint. Si autem neglexerint, sui gradus periculo subiacebunt.]

C. VIII. *Laici clericos accusare non debent.*

Item Clemens [ad Iacobum, epist. I.][52]*

Sacerdotes et reliqui ministri ecclesiae omnisque plebs[53a] episcopos suos diligere debent, et eorum preceptis obedire, etiamsi[54] aliter[55] (quod absit) agant, nisi in fide errauerint.

[C. IX.][56a]

Idem[57b].

Qualis condempnatio eis inmineat, qui in patres peccant,

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VI. c. 41. gg) appellavit hh) appellaverit ii) scriptis kk) et consult.: *deest* — Quest. VII. c. 1. a) accusationem b) Et infra: Ideo — c. 3. a) Marcellinus b) licet — c. 4. a) rec. querela vel accusat. b) obligari — c. 5. a) accusare b) eis c) debeant d) nec hi eos e) volunt — c. 6. a) suscipiendi b) Papa ad Episcopos Orientales, epist. II. c) isti ab illis d) et: *deest* e) illi ab istis f) et: *deest* g) Domini — c. 8. a) omnesque plebes — c. 9. a) C. IX. De eodem b) Item ad eundem, epist. II.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VII. C. VII. * Caput hoc abest a plerisque antiquis exemplaribus Gratiani, neque hic recte collocatur, sed exstat apud Burchardum, qui pro voce: *plebeios* habet: *plebesanos*.

C. VIII. * In hoc et sequenti capite non referuntur ipsa prorsus verba S. Clementis.

Causa II. Quest. VI. can. 41. 575) *c. 2. ib.* 576) *ABDEH orig.* 577) fuerit: *ABF* 578) *CEFH orig.* 579) *Codd. coll. o. pr. AF — orig.* 580) *c. 24. C. (7, 62.)* 581) *c. 31. ib. in fine* 582) *c. 14. ib.* 583) *Codd. coll. o. orig.* 584) *c. 6. ib.* 585) cum superiori causa: *Codd. coll. o.; sed in orig. est ut correctum est.* 586) VI.: *EGH* 587) *Codd. coll. o.* 588) in: *deest: AB*

Causa II. Quest. VII. can. 1. 1) *Caput Pseudois., sumtum ex Isid. Hisp. Sent.* III, 39. — *apud Hinschius p.* 91. — *Jaffé no.* XX. — *Ans.* III, 11. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 37.; *Coll. tred. P.* I, 265. 2) *ABCDF* 3) *add.:* itaque: *orig. Ivo* 4) pleb. aut: *deest: Ivo* 5) subditorum: *ABCD; finis canonis: Ivo* 6) *Codd. coll. o.* 7) bona: *deest: orig.* 8) ponere: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* || can. 2. 9) *add.:* ait: *EGH — caput Pseudoisid., confectum ad lib. pontif. — ap. Hinschius p.* 449. — *Jaffé post. no.* CXXXII. — *Burch.* I, 151. (ex C. Carthag.; *can.:* in consensu); *Ans.* III, 23.; *Ivo Decr.* V, 264. (*ut ap. Burch.*) 10) episcopo vel alicui in ordinibus posito cr. aliquod possit inferre: *Burch. Ivo* || can. 3. 11) *Codd. coll. o.; Caput Pseudoisid., sumtum ex vita Silvestri in lib. pont.; Marcellini Ep.* II. *c.* 3. *ap. Hinschius p.* 221. — *Jaffé no.* CXVII.; *Ans.* III, 22. (*can.:* quacunque contentione inter) 12) *Codd. coll. o. pr. F;* — nec . . liceat: *orig.* 13) ab anathematizatis: *AB;* anathemizatos: *EGH;* anathematizati: *C* 14) sacerdos: *AB* 15) accusari: *ABC* 16) possunt: *C;* licet: *EGH* 17) *Caput Pseudoisid., confectum ex conc. Carth.* VII. *c.* 1., *constit. Silvestri, ep.* 1. *Zosimi et ep.* 1. *Siricii. — ap. Hinschius pag.* 474. — *Jaffé no.* CXL. — *Coll. tr. P.* I, 32, 7. (*can.:* est insuper in) 18) anathema: *orig. Coll. tr. P.* 19) vestra: *Coll. tr. P.:* nostram accusationem: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 20) suam accusationem: *DGH Edd. coll. o.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 22) minori: *EGH* 23) *CDF Corr. orig. Coll. tr. P.* 24) portemus: *Edd. coll. o. orig.* 25) hoc: *AB Coll. tr. P.* 26) nunc et . . . perp.: *deest: B;* perpetuo: *orig.* || can. 5. 27) *add.:* Papa: *EGH — Caput Pseudoisid., confectum ex constituto Silvestri. — ap. Hinschius p.* 230. — *Jaffé no.* CXXI. — *Ans.* III, 25. (*can.:* de accusationib.; *can. contin.*) 28) *Codd. coll. o. pr. E — orig. Ans.* 29) quidem: *orig.* 30) et secreta eorum a laicorum actibus debeant (debent: *Ans.*) esse remota: *orig. Ans.* 31) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 32) *ABCDF* 33) quorum cast.: *orig. Ans.* 34) *Codd. et Edd. coll. o.;* cum in eos hi: *orig.;* cum nec eos: *Ans.* 35) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 6. 36) *Codd. coll. o. pr. AB;* accipiendi: *AB* 37) *Codd. coll. o. — Caput Pseudoisid., confectum ex vita Silvestri in libro pontif., et constituto Silvestri — apud Hinschius c.* 13. *pag.* 162. — *Jaffé no.* LXXVI. — *Ivo Decr.* VI, 320.; *Ivo Pan.* IV, 61.; *Coll. tr. P.* I, 18, 5.; *can. ap. omnes contin.* 38) laic.: *deest: CEGH Ivo Decr.* 39) *add.:* accusatione: *EGH Ed. Bas.* 40) *Codd. coll. o.* 41) *CDF orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 42) *Codd. coll. o.* 43) conv.: *deest; orig. Coll. tr. P.* 44) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 45) *ABEFGH orig. Ivo Decr.* 46) *add.:* sed mitem esse ad (quoad.: *Ed. Bas.*) omnes: *Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 7. 47) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. Edd. Arg. Ven.* I. II. *Nor. Par.* 48) *in conciliis Moguntinis, quae exstant, haec non leguntur.; Burch.* XVI, 7. 49) in s. concilio decr.: *Burch.* 50) plebesanos: *ib.* 51) testimoniare: *ib.* || can. 8. 52) item Clem.: *deest: AB — caput Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 35. — *sumtum ex regula Benedicti c.* 4. *et* 5. — *Jaffé no.* IX. 53) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 54) *add.:* episcopi: *ABF;* ipsi episcopi: *EGH* 55) *add.:* quam debent: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. || can. 9. 56) *Codd. coll. o.* 57) *ib. — Caput Pseudoisid., sumtum ex confessione Iustiniani adversus tria capitula* (*Mansi* IX, 576.) — *ap. Hinschius p.* 50. — *Jaffé no.* X. — *Coll. tr. P.* I, 1, 19. (*cum origin. consonat.*)

diuina scriptura ostendit. Si enim Cham, quia non operuit pudenda patris, maledictus est, multo ampliori condempnatione digni sunt qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt.

Gratian. *Personae inferiorum ordinum in superiorum accusatione*[58c] *recipiendae non sunt.*

Unde Siluester Papa [in epilogo Concilii Romani][59]:

C. X. *Minores non debent accusare maiores.*

Clericus aduersus exorcistam, exorcista aduersus acolitum, acolitus aduersus subdiaconum, subdiaconus aduersus diaconum, diaconus aduersus presbiterum, presbiter aduersus episcopum accusationem dare[60] aut testimonium ferre[61]* non ualet[62].

C. XI. *De eodem.*

Item Zepherinus Papa [ad Episcopos Siciliae, ep. I.][63]*

Summorum[64a] quispiam minorum[65] accusationibus non[66] inpetatur[67].

C. XII. *De eodem.*

Item Anacletus Papa, [epist. III.][68]

Sententia[69] Cham filii Noe dampnantur qui suorum doctorum[70] uel prepositorum culpam[71] produnt, ceu Cham, qui uerenda[72a] patris non opueruit, sed[73b] ridenda[74c] monstrauit.

C. XIII. *Oues pastorem suum, nisi a fide exorbitauerit, accusare non possunt*[75].

Item Eusebius Papa [ad Episcopos Alexandriae, ep. II.][76]

Oues[77], que suo pastori commissae sunt[78], eum nec reprehendere (nisi a fide[79a] exorbitauerit)[80b], nec ullatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris[81] gladio ferienda non sunt, quamquam reprehendenda recte uideantur.

II. Pars. Gratian. *His auctoritatibus probatur, quod subditi, siue sint laici siue clerici, prelatos suos accusare non possunt. Verum de criminosis et de*[82] *infamibus hoc intelligendum est, qui uitam prelatorum suorum parati*[83] *sunt reprehendere, non imitari: quod ex uerbis Anacleti datur intelligi, qui ait*[84]*.

C. XIV. *Quare laici non audiantur in accusatione episcoporum.*

Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt, quia oppido quidam eis infesti sunt, et indignum est ut ab eis accusentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari.

C. XV. *Sacerdotes non nisi a uiris idoneis et probatis accusari possunt.*

Item [Anacletus ad Episcopos Italiae, epist. II.][85]

Accusatio quoque eorum[86], super qua nos consulere uoluistis, non nisi ab idoneis[87] et probatissimis uiris, qui et suspicionibus et sceleribus careant[88a], fieri debet, quia et[89b] Dominus sacri corporis sui tractatores a uilibus et[90] reprobis et[91c] non idoneis personis infamari noluit, nec calumpniari[92d], sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo eiecit[93]. Unde liquet[94], quod summi sacerdotes, id est episcopi, a Deo sunt iudicandi, non ab humanis, aut prauae uitae hominibus lacerandi, sed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipso Domino exemplum dante, quoniam[95e] per se ipsum, et[96] non per alium uendentes et ementes eiecit de templo sacerdotes[97f]. §. 1.[98g] Nullus enim (ut reor) inuenitur inter nos, qui uelit seruum suum ab alio quam[99] a se iudicari. Quod si presumptum fuerit, aut multa indignatione ipse irascitur, aut potius uindictam[100h] querit super eum. §. 2.[101i] Unde et Dominus ait[102k] per Prophetam. „Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei.“[103] Et paulo post. §. 3. Si detractores quorumcumque[104] grauiter iudicantur, et in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores et detractores atque accusatores[105l] famulorum[106m] Dei[107] dampnantur, et in baratrum (nisi se correxerint, et per eorum satisfactionem condignam egerint penitentiam) indubitanter uadunt[108n], et uindicibus flammis exuruntur. §. 4.[109o] Hec et alia periculosa[110] considerantes apostoli constituerunt[111p], ne facile conmouerentur, aut lacerarentur, uel[112] accusarentur[113] columpnae[114] sanctae ecclesiae Dei, que apostoli et successores eorum non[115] inmerito dicuntur. Sed si[116] quis aduersus eos uel ecclesias eorum conmotus fuerit aut causam[117q] habuerit, prius ad eos recurrat karitatis studio, ut[118] familiari colloquio ea sanent conmoniti, que sananda sunt, et karitatiue[119] emendent que iuste emendanda agnouerint. Si autem aliqui eos prius, quam hec[120r] egerint, lacerare, accusare uel[121s] infestare presumpserint, excommunicentur et minime absoluantur, antequam per[122] satisfactionem (ut iam dictum est) condignam egerint penitentiam[123], quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet[124], cuius legatione funguntur.

C. XVI. *Communione priuetur, qui primati*[125a] *aduersus episcopum conqueritur prius, quam eum familiariter conuenerit*[126].

Item Alexander, [epist. I. c. 3.][127]

Si quis erga episcopum uel auctores[128b] ecclesiae quamlibet querelam iustam se[129] habere crediderit, non[130] prius

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VII. c. 9. c) accusationem — c. 11. a) Maiorum — c. 12. a) pudenda b) sed magis c) deridenda — c. 13. a) recta fide b) exorbit.) debent, — c. 15. a) carent b) et: *deest* c) ac d) calum. permisit e) quando f) sacerd.: *deest* g) Et paulo post: §. 1. h) ultionem i) Et infra: §. 2. k) inquit l) acc. memoratorum m) famul. atque persecutores n) cadunt o) Et infra: §. 4. p) statuerunt q) causas r) hoc s) aut — c. 16. a) publice b) actores

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * **Aut testimonium ferre:** Haec non sunt in originali, neque in aliis locis indicatis, ac totus etiam ordo in enumeratione est immutatus: ita enim in concilio et apud ceteros: *Fecit hos gradus in gremio synodi, ut non presbyter adversus episcopum, etc.*

C. XI. * In originali, quemadmodum et apud Ivonem, est: *nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat.*

C. XIV. * Apud Anacletum, ex quo citatur, non exstat. Eadem tamen fere verba habentur in epist. Eusebii, supra ead. c. *Laicos.*

Causa II. Quest. VII. can. 9. 58) *Codd. coll. o.* || can. 10. 59) *Caput Pseudois., haustum ex constituto Silvestri. — ap. Hinschius p.* 449. — *Jaffé post no.* CXXXII. *Burch.* I, 151. (ex C. Carth.); *Ivo Decr.* V, 264. (*ap. utrumque can. incip.:* in consensu et subscript); *Polyc.* V, 1, 28. (*can.:* quot testibus) 60) det.: *orig. Burch. Ivo;* accusationem aliquam: *Burch. Ivo;* dare praesumat accusationem: *Polyc.* 61) inferre: *ABEGH* 62) valent: *CEGH* || can. 11. 63) *Caput Pseudois., desumtum ex eodem. — ap. Hinschius p.* 131. — *Jaffé no.* LXVII. — *Ans.* III, 62. (*can.:* detractores qui; *can. contin.); Ivo Decr.* V, 245. (*can.:* patriarchae vel; *can. contin.*) 64) *ABF orig. Ans. Ivo* 65) inferiorum: *AB* 66) nec: *orig. Ans. Ivo* 67) imputatur: *AB* || can. 12. 68) *Caput Pseudois., confectum ex Isid. Hisp. Sent.* III, 39. — *c.* 38. *ap. Hinschius p.* 85. — *Jaffé no.* IV. — *Ans.* III, 37.; *Ivo Decr.* V, 3. (*can.:* accusatores et testes); *Coll. tr. P.* I, 2, 23. §. 1. (*can. contin.*) — *Deusded.* III. *a Corr. et R. citatur.* 69) *add.:* quippe: *Ivo Coll. tr. P.* 70) doct. vel: *deest: ib.* 71) culpas: *orig. Ans.* 72) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 73) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 74) *Codd. coll. o. pr. A* (risione); irridenda: *Edd. coll. o.* || can. 13. 75) debent: *AB* 76) *Caput Pseudoisid., sumtum ex Isid. l.* I. *et Greg. M. past.* III. *c.* 5. — *ap. Hinschius p.* 237. — *Jaffé no.* CXXII. — *Ans. ded.* III, 73. (*can. cont.*); *Burch.* I, 39. (ex decr. Gaii P.); *Ans.* III, 414. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 139.; *Polyc.* V, 1, 27. (*can.:* errorem vestrum) 77) *add.:* vero: *Ans. ded. Burch. Ivo;* oves . . . sunt: *deest: Polyc.* 78) fuerint: *Ans. ded. Ans. Ivo* 79) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 81) oris vel ovis: *Ed. Arg.;* ovis: *Ed. Bas.;* eorum: *Burch.* 82) de: *deest: EGH* 83) praeparati: *ib.* || can. 14. 84) *cf. supra c.* 5. || can. 15. 85) Idem: *CDFGH — Caput Pseudois. — ap. Hinchius p.* 76. — *Jaffé no.* III. — *Ans. ded.* III, 37.; *Ans.* III, 31.; *Ivo Decr.* V, 238. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 58.; *Coll. tr. P.* I, 2, 11. 12. 13.; *Polyc.* V, 1. *prope finem; cf. Alger.* II, 24. 86) episcoporum: *Polyc.* 87) *verba Const. M. in ep. ad Ablavium et Conc. Carthag. (hab. ao.* 421.) *c.* 6. *et Isidor. Hisp. Sent.* III, 39. 88) *Codd. coll. o. Collat. citt. o.* 89) *Codd. coll. o. pr. D;* et Dom. corp. tract.: *AB* 90) ac: *Codd. coll. o. pr. AB; — Coll. tr. P.;* et a: *Ans.* 91) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 92) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 93) *finis canonis: Ivo Pan.* 94) reliquit: *orig.;* liquet: *Codd. orig.* 95) *ABF Coll. tr. P.* 96) et: *deest: Ans. ded.* 97) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ivo Decr. Coll. tr. P. finis canonis: Ans. Polyc., apud quem alia sequuntur* 98) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 99) nisi: *Ans. ded.* 100) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 101) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 102) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P. — Zach. c.* 2. *v.* 8. 103) *inde ab hoc loco verba coll. Ans. ded. non consonant cum Gratiani* 104) quorumque: *orig.* 105) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 106) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 107) eius: *orig.* 108) *DF orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* cadant: *EH* 109) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 110) perpericulosa: *orig.* 111) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 112) aut: *AB* 113) accusentur: *orig.; sed* accusarentur *est in varietate lectionis.* 114) *phrasis conc. Paris. hab. ao.* 829. *c.* 3. 115) nec: *Coll. tr. P.* 116) *haec confecta sunt sec. conc. Aurel.* V. *c.* 17. — *Alger.* II, 31. 117) *Codd. et Edd. coll. o.* 118) aut: *AB Ivo Decr.* 119) caritati: *orig.;* karitative: *Codd. orig.* 120) *ABCFH orig.* 121) *Codd. coll. o. pr. AB* (et); *deest: Alger.* 122) per: *deest: Alger.* 123) penit.: *deest: ib.* 124) *ex ep.* I. *Anastas.* II. — *cf. Conc. Aquisgran. hab. ao.* 836. *c.* 3. 7. || can. 16. 125) *EFGH Corr.;* privatim *per errorem legit.: CD; deest: AB* 126) conveniat: *CDEFH* 127) *add.:* Papa: *EGH; Caput Pseudoisid., sumtum ex C. Aurel.* V. *c.* 17. — *ap. Hinschius p.* 98. — *Jaffé no.* XXIII. — *Ans. ded.* III, 46. (*can.:* quod autem; *contin.*); *Burch.* I, 132.; *Ans.* III, 85. (36.); *Ivo Decr.* V, 242.; *Ivo Pan.* IV, 35.; *Coll. tr. P.* I, 4, 2.; *Alger.* II, 31. 128) *ABDEFGH Cod. orig. (Dst.); Burch. Alger.;* accusatores: *Ans. ded.* 129) se: *deest: Ans. ded. Ivo Decr.;* se hab.: *deest: Burch.* 130) nisi: *Ans.*

primates aut[131] alios adeat iudices, quam ipsos, a quibus se lesum existimat[132c] familiariter conueniat, non[133d] semel, sed sepissime[134], ut ab eis aut suam iustitiam accipiat[135], aut excusationem[136e]. Si[137f] autem secus egerit, ab ipsis et ab aliis communione priuetur tamquam apostolorum Patrumque aliorum contemptor.

C. XVII. *Nisi opinione discussa non audiantur accusatores episcoporum.*

Item Euaristus Papa [Episcopis per Aegyptum, ep. II.][138]

Si qui sunt uituperatores aut accusatores episcoporum uel[139] reliquorum sacerdotum, non oportet eos a iudicibus ecclesiae audiri, antequam eorum discutiatur estimationis[140] suspicio uel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua uita, qua conscientia, quoue merito, si pro Deo, aut pro uana gloria, aut pro[141a] inimicitia, uel odio, aut[142] cupiditate ista presumpserint[143b].

C. XVIII. *Maiores natu non accusent qui non sunt*[144a] *rectae fidei et conuersationis.*

Item Calixtus Papa [ad Episcopos Galliae, ep. II.][145]

Querendum[146] est in iudicio, cuius sit conuersationis et[147] fidei is, qui accusat, et is[148], qui accusatur, quoniam hii, qui non sunt rectae fidei ac conuersationis[149], et[150] quorum uita est accusabilis[151], et[152b] quorum fides et[153] libertas nescitur, non[154] permittuntur maiores[155] natu accusare. Neque[156] uiles personae in eorum recipiantur accusatione[157].

C. XIX. *Absque duobus uel tribus testibus non recipiatur episcoporum accusatio*[158a].

Item Sixtus Papa [II. ad Episcopos Hispaniae, ep. II.][159]

Accusatio episcoporum non est facile recipienda, dicente Domino[160]: „Non suscipias[161b] uocem mendacii.“ Et Apostolus inquit[162], aduersus presbiterum inscriptionem non recipiendam[163] absque duobus uel tribus idoneis testibus. Si hec[164] de presbiteris uel ceteris fidelibus sunt[165] precauenda, quanto magis de episcopis?

C. XX. *Pro sola conuentione episcopi non submoueatur aliquis a communione.*

Item ex Concilio Aurelianensi [I. c. 8.][166]

Si quis ab episcopo[167a], uel de[168] ecclesiae[169b], uel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, si[170] nichil conuicii aut criminationis obiecerit[171], eum pro sola conuentione a communione ecclesiae non liceat submoueri.

C. XXI. *Quare subditi prelatos suos reprehendere non possunt.*

Item Euaristus Papa, [epist. II.][172]

Sunt nonnulli, qui prepositos suos peruerse reprehendunt, si uel parum ipsis[173] molesti extiterint.

Gratian. *Ex his omnibus datur intelligi, quod illi ab accusatione remouentur, qui non affectione karitatis, sed prauitate suae actionis uitam eorum diffamare et reprehendere querunt.* §. 1. *Quod uero premissis auctoritatibus criminosi prohibeantur ab accusatione prelatorum, testatur Augustinus in lib. Soliloquiorum*[174], *ita dicens:*

C. XXII. *Non omnes subditi, sed criminosi tantum prohibentur accusare prelatos.*

Presumunt prelati non debere se reprehendi uel accusari, pro eo, quod canones non eos passim constituunt accusandos. Quod tamen negatur solum[175a] criminosis, cum de[176] reprehendendo ueritas ipsa constituat[177]: „Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo.“[178b]

Gratian. *Opponitur huic distinctioni: Ipsi sacri canones distinguunt, in quo casu pastores sint accusandi a subditis, dicentes: „Oues*[179] *pastores suos non accusent nec*[180] *reprehendant, nisi a fide exorbitauerint.“ Ecce in quo casu sint*[181c] *accusandi a subditis: in aliis autem minime.*

III. Pars. §. 1. *Huic oppositioni sic respondetur: Distinctio illa canonum de criminosis et infamibus intelligitur. Oues enim criminosae et infames pastorem suum accusare uel reprehendere non possunt, nisi a fide exorbitauerit*[182]. *Ceterum si a fide exorbitauerit*[183], *tanta est labes illius criminis, quod ad eius accusationem et*[184] *serui aduersus dominum, et quilibet criminosi et infames aduersus quemlibet admittuntur.*

Unde Dionisius Papa [ad Seuerum Episcopum, epist. II.][185]*

C. XXIII. *Infames hereticos accusare non possunt*[186a].

Alieni erroris socium, uel a sui uoluntarie propositi tramite recedentem, aut sacris Patrum regulis et constitutionibus non[187] obedientem suscipere non possumus nec debemus, nec inpetere recte credentes uel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus, quia infames omnes esse censemus, qui suam[188] aut Christianam legem preuaricantur[189], aut apostolicam uel regularem[190] postponunt libenter auctoritatem.

C. XXIV. *Christianos accusare uel in eos testificari non possunt qui fidem acceptam deseruerunt.*

Item ex Concilio Tolletano IV. [c. 63.][191]

Non potest erga homines esse fidelis qui Deo extiterit infidus[192]. Iudei ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, et nunc[193] in[194a] Christi fide preuaricati sunt[195], ad testimonium dicendum admitti non debent, quamuis esse[196] se Christianos annuncient, quia, sicut in fide Christi suspecti sunt, ita[197b] in testimonio humano dubii habentur. Infirmari[198c] oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis est[199] credendum, qui ueritatis a se fidem abiecerunt[200].

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VII. c. 16. c) aestimat d) et non e) iustam excus. f) Et infra: Si — c. 17. a) pro: *deest* b) praes. nec ne — c. 18. a) nisi qui sint b) vita et — c. 19. a) recipiantur ... accusationes b) suscipies — c. 20. a) ep. suo b) ecclesia — c. 22. a) solis b) malo, etc. c) sunt — c. 23. a) heretici homines bonae famae accusare non possunt — c. 24. a) nunc Christi fidem b) ita et c) infirm. ergo

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIII. * In multis vutustis exemplaribus rubrica huius capitis sic habet: *Infames accusare possunt haereticos.* In aliis vero nonnullis: *Infames non possunt accusare catholicos.*

Causa II. Quest. VI. can. 16. 131) vel: *Ans. ded.* 132) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C — Ivo Decr. Coll. tr. P. Alger.* 133) *Codd. coll. o. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Alger.* 134) saepe: *Coll. tr. P.* 135) excipiat: *Ans. Alger.* 136) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.* (aut: *deest*); *Coll. tr. P. Alger.* 137) *Codd. coll. o. Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Pan. Alger.* || can. 17. 138) *Caput Pseudoisid. Ep.* II. *c.* 10. *ap. Hinschius p.* 92. — *Jaffé no.* XIX. — *cf. Conc. Carth.* III. *c.* 8. — *Ans.* III, 11. (*can.:* non est a plebe; *cont.*) *Ivo Decr.* VI, 312.; *Ivo Pan.* IV, 59. 139) aut aliorum: *EGH Ed. Bas.* 140) existimationis: *EGH Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 141) *Codd. coll. o.* 142) vel: *DEGH Ivo Decr.* 143) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* — sumserint: *orig.*; praesumserint: *Cod. Par.* 3852. *origin.* || can. 18. 144) *Codd. coll. o.* 145) *Caput Pseudois., confectum ad c.* 53. *Statt. eccl. antiq.* — *Ep.* II. *c.* 17. *ap. Hinschius p.* 140. — *Jaffé no.* LXX.; *Burch.* I, 171. (*can.:* omnes ergo; *can. contin.*); *Ans.* III, 8. (*can.:* omnes qui in recta fide); *Ivo Decr.* V, 289.; (*ut ap. Burch.*); *Coll. tr. P.* I, 14, 13. (*ut ap. Burch.*); *cf. Ivo Pan.* IV, 57. *ubi similia ex Pseudo-Felicis ep. inveniuntur.* 146) *add.:* nobis ergo: *Coll. tr. P. add.:* ergo: *Ans. Ivo Decr.* 147) ac: *Burch. Ans. Ivo Decr.* 148) is: *deest: AB Cod. Dst. orig. Coll. tr. P.* — is ... quorum: *deest: Burch.* 149) et caritatis: *AB*; et: *Ans.* 150) et: *deest: Ivo Decr.* 151) culpabilis: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.*; *add.:* non permittuntur eos accusare: *Burch.* 152) et ... nescit.: *deest: Ans.* 153) *ABFGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 154) non .. accus.: *deest: Burch.* 155) eos quorum fides, vita et libertas nescitur: *Ivo Decr.* 156) nec quorum fides vita ac libertas nescitur neque: *Burch. Ans.* 157) accusationem: *orig. Burch. Ans.* || can. 19. 158) *Codd. coll. o. pr. AB* (accipiatur) 159) *Caput Pseudoisid. c.* 8. *ap. Hinschius p.* 193. — *Jaffé no.* XCVII. 160) *Exod. c.* 50. *v.* 1. 161) *Codd. coll. o. pr. A* (suscipiamus) — *Ed. Bas. orig.*; accipias: *Edd. rel.* 162) I. *Tim. c.* 5. *v.* 19. 163) recipienda: *orig.*; recipiendam: *Codd. orig.* 164) hoc: *ACFG*; sed haec: *B* 165) sunt: *deest: AB* || can. 20. 166) *Conc. Aurel.* I. *hab. ao.* 511. *ap. Bruns* II, 162. *c.* 9., *in Hisp. c.* 4. — *Coll. tr. P.* II, 29, 4. 167) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 168) vel de: *deest: AB*; vel ab: *CD* 169) *ABH orig.* 170) si: *deest: Hisp.* 171) obiiciens: *ib.* || can. 21. 172) *Caput Pseudois.* — *Ep.* II. *c.* 10. *ap. Hinschius p.* 92. — *Jaffé no.* XX.; *Ans.* III, 11. (*can.:* non est a plebe; *contin.*) 173) illis: *AB*; ipsi: *orig.*; ipsis: *Cod. Sg. origin.* || can. 22. 174) *Caput incertum.* — *Alger.* II, 16. 175) *ABDF Alger.* 176) de: *deest: Alger.* 177) *Ioann. c.* 18. *v.* 23. 178) *Codd. coll. o.* 179) *supra c.* 13. 180) non: *EGH* 181) *Codd. coll. o.* 182) exorbitaverint: *ABFG* 183) exorbitaverint: *ib.* 184) etiam: *AB* || can. 23. 185) *Caput Pseudoisid. ap. Hinschius c.* 4. *pag.* 196. — *Jaffé no.* XCIX. — *Ans.* III, 65. *Caes.* V, 31. 186) *ABCDF Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I.; non: *deest: Ed. Bas.*; infames accusare non possunt: *Ed. Nor.* 187) inobedientem: *orig. Ans.* 188) *add.:* fidem: *CEGH Edd. coll. o.* 189) praevaricant: *orig.*, praevaricantur: *Codd. orig.* 190) popularem: *AB* || can. 24. 191) *hab. ao.* 633. — *ap. Bruns* I, 239. *et in Hisp. est c.* 64.; *Coll. tr. P.* II, 37, 23. 192) infidelis: *C Edd. coll o. pr. Bas.* 193) nunc: *deest: Edd. Lugdd. Venett. Par.* 194) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D* (in fidem) 195) praevaricantur: *AB* 196) quamv. sese: *orig. Hisp.*; quamv. esse se: *Codd. orig.* 197) *Codd. coll. o.* 198) *Ivo Decr.* XIII, 96.; *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 199) esse: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 200) abiiciunt: *orig. Hisp.*; abiecerunt: *Codd. orig.*

C. XXV. *Heretici, Iudei uel pagani Christianos accusare non possunt**.

Item Gaius Papa [Felici Episcopo][201]:

Pagani, uel heretici, siue Iudei non possunt Christianos accusare, aut uocem infamationis eis[202] inferre.

Gratian. *In hoc capitulo[203 a] decernitur, ut heretici non inpetant recte credentes. Unde econtra intelligitur, quod heretici ab hereticis inpeti possunt. Item a tramite sui propositi uoluntarie recedentes non possunt inpetere seruantes limitem suae professionis. Ex hoc datur intelligi, quod recedentes a suo proposito similiter recedentes criminari possunt. Item non obedientes sanctionibus Patrum santorum non possunt accusare obtemperantes sacris constitutionibus. In quo similiter intelligitur, quod inobedientibus inobedientes accusare licet. Unde generaliter colligitur, quod in accusatione equalitas fidei et conuersationis inter accusantem et accusatum semper consideranda est, ut is, qui accusat, uel par, uel superior inueniatur.*

[PALEA[204].

C. XXVI. Hereticus hereticum accusare et contra eum testificari potest[205].

Item Nouellarum constit. nouella 45. in fine[206].

Si hereticus contra hereticum litiget, liceat cuiuis eorum hereticum testem adducere. Sin autem orthodoxus contra hereticum litiget, pro orthodoxo quidem etiam[207] heretici testimonium ualeat: contra[208] orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium ualeat. §. 1.[209] Orthodoxis autem litigantibus ad testimonium nulli[210] heretico[211] pateat aditus.][212]

Gratian. *Sed queritur, si flagitiosissimus catholicus possit conuenire hereticum de alio crimine, quam de heresi? Huic questioni ita respondetur: In quo hereticus inferior est, uidelicet in regula fidei, in eo a malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit, uidelicet in conuersatione uitae, in eo a flagitiosissimo conueniri non potest.* §. 1. *Item quod dicitur, pastores pro suis actibus magis sunt tollerandi quam corrigendi[213 a], dupliciter intelligitur, uel quia a[214] criminosis tollerandi sunt et non corrigendi, unde ibi[215] subinfertur, quia pro meritis subditorum deprauatur sepe uita rectorum. Quorum ergo merito (Deo permittente) uita rectorum deprauatur, ab eis potius sunt tollerandi, quam corrigendi. Vel quia sunt quidam, qui sepe deseruntur publicis documentis, et crimen, quod intendunt, probare non ualent.*

De quibus Augustinus ait[216] in omelia de penitentia [c. 12.]

C. XXVII. *Que publicis documentis probari non possunt tolleranda sunt.*

Plerique[217 a*] boni uiri[218] propterea sufferunt aliorum peccata[219], et tacent, quia sepe deseruntur publicis[220] documentis, quibus[221] ea, que ipsi sciunt, iudicibus[222] probare non possunt.

IV. Pars. Gratian. *De his etiam illud Anacleti intelligitur[223]: „Sententia Cham filii Noe dampnantur, qui suorum doctorum uel prepositorum culpam produnt ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed[224 b] ridenda[225 c] monstrauit.“ Hac enim auctoritate subditi non prohibentur ab accusatione, sed a proditione. Aliud enim est prodere, aliud accusare. Prodit qui non probanda defert: accusat qui reo presente crimen iudici offert, probaturus quod intendit. Cham solus uidit pudenda patris, et ideo per eum intelliguntur, qui, cum sint soli conscii criminum suorum prelatorum, atque ideo eos[226 d] accusare non possunt, uitam tamen eorum infamando aliis ridendam offerunt.* §. 1. *Item obicitur, quod subditi et[227 e] religiosi prelatos suos accusare non possunt. Legitur enim in Exodo[228], quod Maria soror Aaron, que prima post transitum maris rubri sumpto tympano ymnum cantare meruit, postea murmurans in Moysen, eo quod Ethiopissam duxerat[229] in uxorem, a Domino lepra percussa est.* §. 2. *Item in lib.[230] Regum legitur, quod cum Dauid fugeret a facie Saul, latuit in spelunca, in quam cum Saul diuertisset ad purgandum uentrem, Dauid precidit oram clamidis eius, quod se fecisse postea grauiter doluit et uehementer penituit. Saul[231] a Domino erat reprobatus, et ex inuidia Dauid persequebatur, ut eum morti traderet. Dauid erat uir[232] humilis et mitis, Sauli a Domino substitutus, per Samuelem unctus in regem, sed tamen, quia precidit oram clamidis Saulis[233 f], grauiter fleuit, cum a Saule sola amministratione unctionis superaretur. Unde datur intelligi, quod subditi, quamuis religiosi sint, prelatos suos criminosos[234] accusare non possunt. Nam[235] per Saulem, qui uentrem purgabat, prelati intelliguntur, qui malitiam[236] corde[237 g] conceptam in opus producunt. Item legitur in libro Regum, quod cum[238] archa Domini reduceretur de Gabaa in Hierusalem, bubus recalcitrantibus archa inclinata est, cui dum Oza Leuites[239 h] manum adhiberet, ut eam erigeret, a Domino percussus interiit. Per archam intelliguntur prelati, per Ozam subditi, per inclinationem archae casus prelatorum intelligitur, per illum, qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes uel accusantes uitam doctorum, qui a Domino percussi intereunt.* §. 3. *His ita respondetur: Verum est[240], per archam significari prelatos, et per Ozam subditos. Illud uero falsum est, quod per inclinationem archae significetur casus prelatorum. Aliud est enim inclinari uel[241] descendere, aliud cadere. Legitur[242] enim quod saluator noster se inclinauerit, sicut quando digito scribebat in terra; et de montibus frequenter descenderit, in quos ascendebat, ut uel pernoctaret in oratione, uel ut discipulos in monte altiora doceret precepta, uel ut[243] turbas[244] fugiens ex altitudine montis eas respicere et libere posset docere. Inclinatio uel descensio humilitatem significat, qua spirituales nonnumquam carnalibus condescendunt, et eorum infirmitati conpatiuntur, iuxta illud Apostoli[245]: "Quis infirmatur, et ego non infirmor?" Hos etiam significauerunt angeli, quos[246] Iacob uidit in scala descendentes. De his etiam per Prophetam[247] dicitur: „inclinauit celos, et descendit.“ Per archam ergo inclinatam intelliguntur[248 i], qui subditorum culpas[249 k] misericorditer portant, et eorum infirmitati humiliter conpatiuntur. Unde bene dicitur, quod[250] bubus recalcitrantibus archa inclinata est. Boues quippe recalcitrantes subditos significant suis doctoribus non obedientes, quibus dum prelati conpatiuntur, quasi bubus recalcitrantibus archa inclinatur. Leuita, qui manum adhibuit, significat illos, qui misericordiae conpassionem in prelatis suis reprehendunt, eosque in seueritatis amaritudinem erigere uolunt. Unde bene Leuita ille[251 l] Oza dicitur; Oza quippe robustus interpretatur[252 m]. Illi enim robusti dicuntur, quia[253 n] dum[254 o] de sua iustitia presumunt, misericordiam peccantibus negandam putant, et inpendentes reprehendunt. Unde a Domino percussi intereunt, quia[255] sine misericordia iudicium erit illis, qui nolunt fieri[256 p] misericordiam delinquentibus. Cui per Salomonem dicitur[257]: „Noli esse nimis iustus, quia est iustus qui perit in iustitia sua[258].“ Sic et illud Moysi[259 q] intelligitur. Per Moysem enim prelati intelliguntur, per Ethiopissam peccatores designantur. Moyses Ethiopissam uxorem ducit, cum[260] quilibet predicator peccatorem sibi copulat, ut ex eo*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VII. c. 25. a) capite — c. 26. a) corripiendi — c. 27. a) Plerumque b) sed magis c) deridenda d) eos: *deest* e) etiam f) Sauli g) mal. suam corde h) Levita i) intell. praelati k) culpam l) iste m) dicitur n) qui o) quum p) facere q) Moysis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXV. * Verba epistolae sunt: *Primo quidem scias, paganos et haereticos non posse Christianos accusare, etc.*

C. XXVII. * Plerumque: In aliquot vetustis codicibus legitur: *plerique*, quemadmodum et apud Bedam, et in originali, cuius tamen non ipsa prorsus verba hic referuntur.

Causa II. Quest. VII. can. 25. 201) *Caput Pseudois., sumtum ex Conc. Carth.* VII. *c.* 2. — *c.* 2. *ap. Hinschius p.* 214. — *Jaffé no.* CXV. — *Ans.* III, 46. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 63. 202) eis: *deest: Ivo Pan.* 203) *Codd. coll. o.* || can. 26. 204) *Hunc canonem paleam esse censemus; deest: ABFH; in F manu posterioris saeculi in marg. script. est.* 205) *rubrica: deest: CDF; in DF legitur:* De eodem; *in E:* titul. haer..... valet. 206) nov. 45. in fine: *deest: CDEF* — *Iulian. nov.* 41. *c.* 2. *in Ed. Haenel. c.* 172. — *Ivo Decr.* XVI, 131.; *Ivo Pan.* V, 28.; *Coll. tr. P.* III, 29, (30,) 75. 207) et: *deest: Codd. et Edd. coll. o.* 208) contra... val.: *deest: G* 209) *add.:* item: *Codd. coll. o.* 210) nullus: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 211) hereticorum: *C* 212) auditus: *D* 213) *Codd. coll. o. pr. H* 214) a: *deest: FGH* 215) ibi: *deest: AB* || can. 27. 216) *Sermo* 351. *no.* 10. *Ed. Maur. Alger.* I, 41. — *Beda in* I. *Cor. c.* 5. 217) *Codd. coll. o. pr. A* (plurimique); — *orig. Alger.* 218) Christiani: *orig. Alger.* 219) *add.:* quae noverunt: *orig. Alger.* 220) publ.: *deest: ib.* 221) et: *ib.* 222) *add.:* ecclesiasticis: *orig. Alger.* 223) *supra eadem c.* 12. 224) *Codd. coll. o.* 225) *ABCDF;* irridenda: *EGH;* rid. monst. Hac auct.: *AB* 226) *Codd. coll. o. pr. D* 227) *ABDF* 228) *Exod. c.* 15. 229) in: *deest: AB; Num. c.* 12. 230) I. *Reg. c.* 24. 231) *ib. c.* 16. 232) vir: *deest: AB* 233) *ABDFGH* 234) suos: *deest: CF;* crim.: *deest: EGH* 235) *glossa ordin. in* I. *Reg. c.* 24. 236) maculam: *AB* 237) *Codd. coll. o. pr. D* 238) dum: *ABCG;* II. *Reg. c.* 6. 239) *ABCF* 240) *add.:* enim: *EH;* quidem: *G* 241) aliud: *ABGH;* aliud est: *E* 242) *Ioann. c.* 8. 243) ut: *deest: EGH* 244) turbam: *AB* 245) II. *Cor. c.* 11. 246) *Gen. c.* 28. 247) *Psalm.* 17. 248) *Codd. coll. o. pr. C.* (hi) 249) *Codd. coll. o.* 250) quia: *ABF* 251) *Codd. coll. o.* 252) *ib. pr. D* 253) *ABDEF* 254) *Codd. coll. o.* 255) *Iac. c.* 2. 256) *ABCEFH* 257) *Eccles. c.* 7. *v.* 16. 258) *add.:* etc.: *AB* 259) *Codd. coll. o.* 260) dum: *E;* duxit dum: *AB*

sobolem bonorum operum Deo gignere ualeat. Hanc copulam dum Maria, id est subditi, reprehendunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam synagoga intelligitur, que in Moysem, id est in[261] *Christum, murmurauit, quia Ethiopissam, id est ecclesiam, de gentibus sibi copulauit, quos lepra perfidiae et erroris sordidos fecit. Non*[262] *ergo his auctoritatibus subditi prohibentur ab accusatione prelatorum*[263q]*, sed monentur, ne reprehendant misericordem conpassionem eorum.* §. 4. *Item per Saulem prelati intelliguntur, et per Dauid subditi. Saul purgans uentrem eos significat, qui malitiam corde conceptam foras in opus producunt. Sed in precisione clamidis non significatur*[264r**] *reprehensio peccati. Per clamidem enim regni potestas intelligitur. Hanc precidit, qui prelatum sententia dampnationis ferit, quod nulli subditorum licet. Facta enim*[265] *pastoris oris gladio, id est sententia dampnationis, a subditis ferienda non sunt. Hinc est*[266]*, quod Ieronimus ait super Marcum*[267] *de pontifice, qui scidit uestimenta sua. Scissio uestis scissionem significat sacerdotii, quod in proximo erat scindendum, et auferendum Iudeis. Vel per Dauid significantur, qui, nequiciam suorum prelatorum uidentes, maiora eorum peccata contempnunt, minima uero et leuia, quasi extremam oram clamidis precidentes, reprehendere et lacerare satagunt. Vel quia Saul solus diuertit in speluncam, in qua Dauid solus*** latebat.* §. 5. *Idem*[268s] *super hoc*[269] *potest intelligi, quod de*[270] *Cham dictum est, qui solus uidit pudenda patris, que non operuit*[271t]*, sed ridenda monstrauit. Hac itaque auctoritate non inhibetur subditis*[272] *accusare prelatos, si accusabiles fuerint.* §. 6. *Item probatur, quod subditi prelatos suos accusare non possunt, etiam si religiosi fuerint. Infames enim sunt eo ipso, quod suorum doctorum uitam reprehendere conantur. Infames enim*[273u] *sunt*[274v] *(ut canonum tradit auctoritas) omnes, qui in patres armantur, et qui doctorum suorum uitam reprehendunt uel accusant. Nullus autem infamis in accusatione prelatorum est audiendus, nisi forte a fide exorbitauerit*[275]*, ut supra dictum est. Cum ergo subditi eo ipso, quod*[276] *in accusationem*[277] *prelatorum prosiliunt, infames efficiantur, infamibus autem copia accusandi denegetur*[278]*, patet, quod subditi prelatos suos accusare non possunt.* §. 7. *His ita respondetur: Omnes prelati non pro prelatis habentur; nomen enim non facit episcopum, sed uita.*

Unde Gregorius Ianuario Episcopo scribit, [lib. VII. Indict. 2. epist. 1.][279]:

C. XXVIII. *Quem etas, non uita seniorem facit, grauiter increpandus est.*

Paulus[280] dicit: „Seniorem ne increpaueris.“ Sed hec[281] eius regula in eo[282] est obseruanda[283a], cum culpa senioris suo[284] exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum. Ubi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum prebet, ibi districta increpatione feriendus est. Nam scriptum est[285]: „Laqueus iuuenum[286] omnes uos,“ et rursus[287b] „Maledictus puer* centum annorum.“

C. XXIX. *Dignitas non facit episcopum, sed uita.*

Item Ieronimus ad Eliodorum, [epist. I. de laude uitae solitariae.][288]

Non omnes episcopi sunt episcopi. Attendis[289] Petrum[290a], Iudam[291b] considera. Stephanum suscipis[292c], Nicolaum[293d] respice. §. 1.[294e] Non facit ecclesiastica dignitas Christianum. Cornelius[295] centurio adhuc ethnicus dono sancti Spiritus mundatur, presbiteros Daniel[296] puer[297] iudicat. §. 2.[298f] Non est[299] facile stare in loco Petri, et Pauli[300g] tenere[301] locum[302h], iam[303i] cum Christo regnantium. §. 3.[304k] Infatuatum[305] sal ad nichilum[306] prodest, nisi ut proiciatur foras et a porcis conculcetur.

C. XXX. *Vita episcopi, non nomen reuerentiam meretur*[307a].

Item Augustinus in omelia VI.[308b]

Non omnis[309], qui dicit: Pax uobiscum[310], quasi[311] columba audiendus est. Corui[312c] de morte pascuntur. Hoc columba non habet; immo[313d] de frugibus terrae uiuit, innocens[314] est eius uictus.

C. XXXI. *Docti ab indoctis, clerici a laicis quandoque merito reprehenduntur.*

Item Beda in II. epistola Petri[315a].

Secuti sunt uiam Balaam ex[316b] Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem uero habuit suae uesaniae. Subiugale mutum quod[317c] hominis uoce[318] loquens prohibuit[319] prophetae insipientiam. Plerumque heretici tam stulta dogmata, tam execranda proferunt sacramenta, ut etiam hebetum sensus[320d] paganorum[321], et qui ratione diuinae agnitionis[322] omnimodis carent, illorum detestentur[323e] insaniam, illorum[324f] distorta et Deo contraria itinera sanius sapiendo redarguant[325g]. Et (quod peius[326h] est) nonnumquam multi catholicorum[327] in tantum mercedem amant iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis, clerici a laicis merito redarguantur[328], qui iure[329] conparantur prophetae, qui uerbis asinae contra naturam loquentis corripitur, nec tamen a proposito praui itineris retardatur. Quibus etiam aptissime[330] nomen congruit ciuitatis, de qua Balaam uenisse perhibetur. Bosor namque carneus siue in tribulatione[331]* interpretatur. Neque enim alia magis[332i] causa luxuriosis[333] existit, uerbum ueritatis amore pecuniae uel desideriorum[334k] temporalium adulterare, quam quia[335l] carnis se concupiscentiis[336m] manciparunt[337n]. Sed[338o] et nomen ipsius Balaam, qui uanus populus, siue precipitans eos, interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam uiam ueritatis sponte[339] deserunt[340p], quid nisi uanus populus sunt? Quid[341] etiam[342q],

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VII. c. 27. q) suorum praelat. r) sig. nisi repreh. s) Item t) cooperuit u) etiam v) fiunt — c. 28. a) servanda b) rursus Propheta dicit — c. 29. a) Petrum sed b) et Iudam c) suspicis d) sed et Nicol. e) Et infra: §. 1. f) Et infra: §. 2. g) stare loco Pauli h) gradum i) Petri iam k) Et infra: §. 3. — c. 30. a) Non ep. nom. sed vita b) tractatu VI. in c. 1. Ioannis c) Et infra: Corvi — c. 31. a) ad c. 2. epistolae II. b) et c) in d) sens. et e) detestetur f) et illor. g) redarguat h) peius, quia frequentius i) maior k) desiderio rerum l) quod m) concupiscentiae n) mancipauerunt o) Et infra: Sed p) ipsi deserunt q) etiam: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Non significatur: In aliquot vetustis exemplaribus legitur: *non significatur reprehensio peccati;* in aliis vero nonnullis: *significatur reprehensio peccati.*

*** David solus: Primo Regum cap. 24. legitur: *Porro David et viri eius in interiore parte speluncae latebant.*

C. XXVIII. * Maledictus puer: In codicibus B. Gregorii partim isto fere modo legitur, partim vero [ita in Ed. Maur.] *et peccator centum annorum maledictus est,* quemadmodum et apud Ioannem diaconum, et in vulgata, nisi quod haec habent non: *est,* sed *erit.* Septuaginta autem, ut est apud B. Hieronymum, habuerunt: *et qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.*

C. XXXI. * Tribulatione: Sequebatur: *positus*[331]; quae dictio sublata est, quia neque apud Bedam, neque apud B. Hieronymum in nominum Hebraeorum interpretatione habetur.

Causa II. Quest. VII. can. 27. 261) in: *deest: AB* 262) *Greg. past. p.* 3. *c.* 5. 263) *ABCF* 264) *Codd. coll. o.* 265) *supra c.* 13. 266) *add.:* enim: *EGH* 267) *ad c.* 14. 268) *Codd. coll. o.* 269) sup. hoc: *deest: AB* 270) *supra c.* 12. 271) *Codd. coll. o.* 272) prohibentur subditi: *EGH* 273) *Codd. coll. o. pr. D* (etenim) 274) *Codd. coll. o. pr. E* 275) exorbitaverint: *ACEH* 276) quo: *CEFG* 277) accusatione: *ABG* 278) denegatur: *C;* negetur: *H;* negatur: *G* || can. 28. 279) *Ep.* 1. *scr. ao.* 598. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1156. — *Alger.* I, 47.; II, 18. 280) *add.:* apostolus: *orig. — cf.* I. *Tim. c.* 5. *v.* 1. 281) et haec: *Alg.* I. 282) tunc est: *DF Edd. coll. o. pr. Bas.; — Corr.;* tunc in eo: *Ed. Bas.;* ea re: *orig. Alg.* II. 283) *Codd. et Edd. coll. o.* 284) s. exempl.. *deest: AB* 285) *Es. c.* 42. 286) venantium: *EH* 287) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Alg.* I. II. — *Es. c.* 65. || can. 29. 288) *in Ed. Migne Ep.* XIV. *no.* 9. — *Alger.* II, 19. 289) attende: *E Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 290) *ABCDF Ed. Bas.* 291) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D Ed. Bas. — Alger.* 292) *Codd. coll. o.; —* suspice: *Edd. Lugdd.* II. III. 293) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 294) *Codd. coll. o. Alger.* 295) *Act. c.* 10. 296) *Dan. c.* 13. 297) adhuc puer: *EGH Ed. Bas.* 298) *Codd. coll. o. Alger.* 299) *cf. Dist.* XL. *c.* 2. 300) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Alger.* 301) et tenere: *AB;* scilicet tenere: *DEFGH* 302) *Codd. et Edd. coll. o.* 303) *Codd. coll. o. Alger.* 304) *ib.* 305) *Luc. c.* 14. *v.* 34. 306) nihil est utile: *orig.* || can 30. 307) *Codd. coll. o. pr. D* 308) *Codd. coll. o. Alger. — tract.* VI. *in c.* 1. *Ioannis no.* 4. *Ed. Maur. — Alger.* II, 19. 309) *add.:* ergo: *orig.* 310) vobis: *Edd. coll. o.* 311) sicut: *Alger.* 312) *Codd. coll. o.* 313) *Codd. coll. o.* 314) et innoc.: *ib.* || can 31. 315) *Codd. coll. o. pr. G, ubi inscr. deest — Coll. tr. P.* II, 50, 15. 16. 316) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 317) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 318) vocem: *Coll. tr. P.* 319) probavit: *orig.* 320) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 321) Iudaeorum: *D; add.:* Iudaeorum: *Ed. Bas.* 322) cognitionis: *orig.* 323) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (detestantur)*; Turrecrem. orig.* 324) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 325) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 326) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 327) catholici: *orig.* 328) lacerentur: *orig.* 329) vero et iure: *Edd. Par. Lugd.* I.; vere et iure: *Edd. rel. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 330) apertissime: *Edd. coll. o.* 331) *add.:* positus *CDEGH Edd. coll. o.* 332) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 333) luxurioris: *Coll. tr. P.* 334) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 335) *ABDEH;* qui: *CG Edd. Bas. Ven.* II. *Par. —* 336) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 337) *Codd. coll. o.* 338) *ib. Coll. tr. P.;* Sed . . Bal. quia: *AB* 339) sp.: *deest: EGH Ed. Bas.* 340) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 341) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB; — Coll. tr. P.* 342) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.*

in[343r] precipitium suos mergunt[344] auditores, quibus non salutaria, que corrigant, sed que illos delectent erronea predicant? De quibus apte[345s] subditur: „Hii sunt fontes sine aqua, et nebulae turbinibus exagitatae[346], quibus caligo tenebrarum reseruatur."

Gratian. *Quia[347] ergo non omnes[348] episcopi sunt episcopi, presbiteri a Daniele puero iudicantur, sal infatuatum a porcis conculcatur, et qui dicit: Pax uobiscum, plerumque[349] non columba[350], sed coruus reputatur: patet, quod non[351] semper pro offitio uel[352t] auctoritate personae ab accusatione est cessandum[353], imo[354] contra prauos est agendum, cum omnis persona criminaliter peccans alteretur, et (ut ita dicam) capite minor legibus censeatur. Qui enim facit peccatum seruus est peccati tam in pena quam in culpa.*

Unde Augustinus[355]*:

C. XXXII. *Qui susceptum offitium non administrat, non est episcopus, sed canis inpudicus.*

Qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit, canis inpudicus[356] dicendus est magis, quam episcopus.

Gratian. *Quibus ergo[357] Ieronimus, Augustinus, Gregorius auferunt nomen columbae, episcopi[358], senioris[359], nonne et priuilegium est auferendum dignitatis[360], ut possint a subditis[361] reprehendi? Unde scriptura[362] dissimulans priuilegium prauae senectutis ait: „Maledictus"[363], non senior, sed „puer centum annorum." Aparet ergo, quod illi[364a] ex accusatione prelatorum infames fiunt, qui eorum uitam reprehendere et lacerare conantur, qui locum sui regiminis non nomine tantum, sed uita et moribus tenent. Alii autem potius laudabiles fiunt ex accusatione prelatorum suorum[365], quam infames. Item, quod dicitur: „Maiorum[366] quispiam minorum accusationibus non inpetatur," minores non intelligendi sunt dignitate, sed uita.*

Unde Ieronimus ait de Paulo super epistolam ad Galatas:*

C. XXXIII. *Maiores et minores non dignitate[367], sed uita intelligi oportet.*

Paulus[368] Petrum reprehendit, quod non auderet, nisi se non inparem sciret.

Gratian. *Hoc non de offitio ecclesiasticae dignitatis, sed de puritate uitae et sanctitate conuersationis intelligitur. Solus enim Petrus inter apostolos primatum gerebat.*

Hinc Augustinus ait ad Ieronimum, [epist. XIX. prope finem][369]:

C. XXXIV. *Non episcopi nomen, sed uita maiorem facit.*

Quamquam[370] secundum uocabula[371a], que[372b] usus obtinuit, episcopatus[373] sit presbiterio maior, Augustinus tamen[374] Ieronimo[375c] minor est.

C. XXXV. *Episcopi licet sint pares meritis, gradu tamen dignitatis differunt.*

Idem lib. II. de unico baptismo [contra Donatistas, cap. 1.][376a]

Puto, quod sine ulla sui contumelia Ciprianus episcopus Petro apostolo conparatur, quantum attinet ad martirii coronam. Ceterum magis uereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum principatum apostolatus[377] cuilibet episcopatui preferendum? Sed etiamsi[378b] distat cathedrarum gratia, una est tamen martirum[379] gloria. *Item*[380c]: Cum Petrus[381] a Paulo posteriore corrigitur[382], et pacis atque unitatis[383] uinculo custodito[384] ad martirium promouetur[385], quanto facilius et fortius quod per uniuersae ecclesiae statuta firmatum est uel unius episcopi auctoritati, uel unius prouinciae concilio preferendum est?

C. XXXVI. *Non in honore, sed in ueritate[386] filius equatur uel preponitur patri.*

Idem [tractatu XXX. in Ioannem, in fine.][387]

Queritur pater de malo filio, queritur[388a] filius de duro patre. Seruamus honorificentiam, patri que debetur a filio[389b]. Non equamus filium patri in honore, sed preponimus[390c] filium patri[391d] in ueritate, et sic tribuimus[392] honorem debitum, ut non perdat equitas[393e] meritum.

C. XXXVII. *Equales fuerunt meritis, licet gradu differentes, Petrus et Paulus.*

Item Ambrosius [sermone LXVI. de natali Petri et Pauli.][394]*

Beati Petrus et Paulus eminent inter uniuersos apostolos, et peculiari quadam prerogatiua precellunt; uerum inter ipsos quis cui preponatur incertum est. Puto enim illos equales esse meritis, qui[395a] equales sunt passione[396], et simili eos fidei deuotione uixisse, quos simul uidemus ad martirii gloriam peruenisse. §. 1. Non enim sine causa factum putamus[397b], quod una[398] die, uno loco[399c], sub uno persecutore[400d] passi sunt[401e]. Una die[402f], ut ad Christum pariter peruenirent; uno in loco, ne alteri Roma deesset; sub uno persecutore, ut equalis crudelitas utrumque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro uirtute. Et in quo loco martirium[403g] tandem pertulerunt? In urbe Roma, que principatum et caput obtinet nationum, scilicet ut[404] ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis, et ubi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morerentur[405h].

V. Pars. Gratian. *Item penitentes, bigami, sacerdotes accusare non possunt. Unde generaliter colligitur, quod quicumque sacerdotes non sunt uel esse[406i] non possunt, in sacerdotes accusationem uel testificationem proferre non possunt.*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VII. c. 31. r) nisi in s) bene t) atque — c. 32. a) hi — c. 34. a) honorum vocab. b) quae iam ecclesiae c) in multis rebus Hieronymo — c. 35. a) unico: *deest* b) etsi c) Item infra — c. 36. a) aut queritur b) fil., quae deficit a filio c) praepon., si bonam causam habet d) aequamus patri e) aequalitas — c. 37. a) quia b) putemus c) in loco d) sub uno pers.: *deest* e) unius tyranni toleravere sententiam. f) die passi sunt g) iidem martyrium h) morarentur i) esse sacerdotes

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXII. * Caput hoc apud B. Augustinum, ex quo citatur, non est inventum. Burchardus et Ivo citant ex Gregorio, et eadem fere verba ipse quoque Gratianus sup. dist. 83. subnectit capiti *Nemo quippe.* quod est Gregorii. Simile quiddam Burchardus l. 1. c. 13. et Ivo p. 5. c. 67. afferunt ex Origine.

C. XXXIII. * Caput hoc, quod citatur in plerisque exemplaribus ex B. Hieronymo, et in aliquot ex B. Augustino, in neutrius libris inventum est, sed in glossa ordinaria ad ea verba ipsius epistolae ad Galatas: *In faciem eius restiti,* additur haec interlinearis explanatio: *quod non auderet, nisi se non imparem sentiret.* Et in commentariis (B. Ambrosii in illum eundem locum haec leguntur: *Nam quis eorum auderet Petro primo apostolo, cui claves regni coelorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suae sciens se non imparem, constanter improbaret, quod ille sine consilio fecerat.*

C. XXXVII. * Sermo, unde hoc caput sumtum est, inter sermones B. Ambrosii est 66., inter sermones B. Augustini de sanctis 27. et apud Maximum Taurinensem 5. in festo eodem, qui num. 54. est.

Causa II. Quest. VII. can. 31. 343) *Codd. et Edd. coll. o.* 344) mittunt: *orig.* 345) *BDFG Coll. tr. P.;* aperte: *Codd. coll. rel. Edd. coll. o.* 346) agitatae: *AEGH* 347) *Alger.* II, 19. 348) omn.: *deest: Alger.* 349) *add.:* quidem: *AB;* pler.: *deest: Alger.* 350) *add.:* est: *Alger.* 351) reput.: non ergo semper: *ib.* 352) *Codd. coll. o. Corr.* 353) sit agendum: *A;* sit (cess.: *deest*): *B;* est agendum: *Alger.* 354) imo . . . agend.: *deest: Alger.* || can. 32. 355) *Codd. coll. o. — cf. Dist.* LXXXIII. *c.* 2. — *Burch.* I, 203.; *Ivo Decr.* V, 317.; *Alger.* II, 20.; *ap. omnes:* Gregorius *canonis auctor dicitur. — Coll. tredec. P.* I, 295. 356) inpud.: *deest: Alger.* 357) autem: *AB; haec ad verbum ap. Alger. l. c. leguntur* 358) vel ep.: *Alger.* 359) sen.: *deest: ib.* 360) dign.: *deest: ib.* 361) subiecto: *ib.* 362) et script.: *ib.* 363) *cf. supra c.* 28. 364) *Codd. coll. o.* 365) suor.: *deest: ABF* 366) *cf. supra c.* 11. || can. 33. 367) aetate: *AB* 368) *Gal. c.* 2. || can. 34. 369) *Non est ut R. notavit Ep.* 40. *in Ed. Maur., quae quidem et ipsa ad Hieronym. scripta est, imo Ep.* 82. *no.* 33. *scr. ao.* 405. — *Alger.* II, 21. 370) *add.:* enim: *orig.* 371) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 372) *ib.* 373) episcopus . . . presbytero: *Alger.* 374) tamen: *deest: ib.* 375) *Codd. et Edd. coll o. Alger.* || can. 35. 376) *Codd. coll. o.;* in libro: *EGH; no.* 2. *in Ed. Maur. — Ivo Decr.* V, 24.; *Coll. tr. P.* III, 8, (9,) 4. 377) principatu: *Ivo* 378) *CF Ivo Coll. tr. P.;* si enim: *AB* 379) martyrii: *Ivo* 380) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 381) *add.:* illud faciens: *orig.* 382) corrigatur: *DH Ivo;* corripitur: *AB* 383) veritatis: *CD Ed. Bas.* 384) custoditus: *orig.* 385) provocetur: *AB;* provehitur: *orig.* || can. 36. 386) virtute: *AB;* unitate: *CD* 387) *in Ed. Maur. no.* 8. 388) *Codd. et Edd. coll. o.* 389) *ib. orig.* 390) *Codd. et Edd. coll. o.* 391) *ib.* 392) tribuemus: *orig.* 393) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Corr.* || can. 37. 394) Ambr. universis: *EGH; — Non desunt qui hunc sermonem vel Augustino vel Maximo Taurinensi tribuant. Inter Serm. August. exstat in Ed. Maur. Appdx. Sermo* 202. *no.* 1. 2. — *Ans.* I, 71. (*can.:* dicite mihi si non) 395) *ABDF orig.* 396) *add.:* in: *BEGH* 397) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 398) uno: *EGH* 399) *Codd. et Edd. coll. o.* 400) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.; sed in AB omnia desunt usque:* parit. perven. 401) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB; — Ans.* 402) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. — Ans.* 403) *ABCEGH orig.* 404) ut: *deest: AB; et post pro et legit.* ut: *ABDF* 405) *ADEFGH Edd. coll. o. orig.* 406) *Codd. coll. o. pr. D*

Unde Fabianus ait [epist. II. ad Episcopos orientales][407]:

C. XXXVIII. *Qui sacerdotes esse non possunt, sacerdotes accusare non ualent.*

Ipsi apostoli, et eorum successores statuerunt[408 a], ut sacerdotes Domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis non sunt nec esse possunt.

C. XXXIX. *Sacerdotes accusare uel in eos testificari non ualent, qui ad sacerdotium eligi prohibentur.*

Item Damasus Papa [ad Stephanum Archiepiscopum, epist. III. c. 3.][409]

Testes* absque ulla infamia aut suspicione, uel manifesta macula, et uerae fidei plenitudine** instructi esse debent, et tales, quales ad sacerdotium eligere diuina iubet auctoritas. Quoniam[410] sacerdotes (ut[411] antiquorum[412 a] tradit auctoritas) criminari[413] non possunt, neque[414 b] in eos testificari, qui ad eundem non debent, nec possunt prouehi honorem.

Gratian. *Sic et illud Siluestri intelligitur: „Laicus[415] non accuset clericum, etc." id est, qui in inferiori gradu constituti ad superiorem ascendere non possunt, in superioribus agentes accusare non debent.* §. 1. *Ecce, ostensum est, quid respondeatur auctoritatibus et argumentis, quibus subditi ab accusatione praelatorum uidebantur repellendi*[416]. *Nunc demonstrandum est, quibus rationibus probentur recipiendi, et quid contra respondeatur a prelatis. Christus, qui erat pastor pastorum, ouibus suis, de quibus ait*[417]: „*Non sum missus, nisi ad oues, que perierunt, domus Israel, etc.*"[418] *inter obprobria et uerbera, que patiebatur ab eis, ait*[419]: „*Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo*[420 c]. *Item*[421]: „*Quis ex uobis arguet me de peccato?*" *At quicumque ad testificandum in aliquem uel ad*[422] *arguendum admittuntur, ad eundem accusandum admitti possunt. Cum ergo oues, ut aduersus pastorem suum testimonium ferant, et ut ipsum (si possunt) reprehendant, admittantur, patet, quod subditi possunt accusare prelatos suos.* §. 2. *His ita respondetur: Christus, quamuis esset pastor suarum ouium, quas uerbo et exemplo pascebat, tamen quantum ad offitiorum distributionem (ex qua hodie in ecclesia alii presunt aliis, unde quidam prelati quidam subditi uocantur) in populo illo*[423 d] *pastorale offitium non gerebat. Mistica enim et uisibili unctione nec in regem, nec in sacerdotem unctus erat, que solae*[424 e] *in illo populo personae prelaturae nomen sibi uendicabant Non ergo ex hac auctoritate subditi probantur admittendi in accusatione prelatorum, sed tantum ostenditur, quod auditores eos reprehendere possunt*[425], *et in eos testificari, qui cum offitia ecclesiastica non habeant, uerbo tamen et exemplo quoscumque ualent lucrari Deo satagunt.* §. 3. *Respondetur et aliter. Aliud est, quod de rigore cogimur seruare disciplinae, aliud, quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus Iudeos ad se arguendum admisit perfectione humilitatis, non seueritate iuris. Si enim legis rigore essent admissi, hac auctoritate criminosi et infames in accusatione religiosorum essent recipiendi, cum essent sceleratissimi, qui, de Christi nece tractantes, innocentem condempnare uolebant. Hoc ergo exemplo prelati non coguntur recipere subditos in accusatione sui, sed permittuntur.* §. 4. *Item Paulus*[426] *Petrum reprehendit, qui princeps apostolorum erat. Unde datur intelligi, quod subditi possunt reprehendere prelatos suos, si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, si, unde sit reprehensus, aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, et a ueritate euangelii recedere, cum Iudeis gregem faciens, et a cibis gentilium latenter se subtrahens. Par autem est in se a fide exorbitare, et alios exemplo uel uerbo a fide deicere. Hoc ergo exemplo non probantur prelati accusandi a subditis, nisi a fide forte exorbitauerint, uel alios exorbitare coegerint.* §. 5. *Item cum*[427] *Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti sunt fratres, qui erant in Iudea, et reprehenderunt eum, quia*[428 f] *ad gentilem diuertisset. Ecce, quod prelati iure possunt reprehendi a subditis.*

Sed huic oppositioni B. Gregorius respondit, dicens [Theoctistae Patriciae, lib. IX. epist. 39.][429]*:

C. XL. *Petrus a fidelibus interrogatus, cur ad gentes intrasset non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit.*

Petrus potestatem regni[430] acceperat, et tamen idem apostolorum primus querimoniae contra eum a fidelibus factae, cur ad gentes intrasset, non ex potestate offitii, (qua posset dicere, oues pastorem suum non accusent nec reprehendant,) sed auctoritate[431 a] diuinae uirtutis, qua gentiles acceperant Spiritum sanctum, respondit.

Gratian. *Cum ergo Petrus potuit ex offitio repellere querelas, sed noluit, non hoc exemplo coguntur prelati suscipere reprehensionem subditorum. Ex hac etiam humilitatis dispensatione intelligitur illud Leonis IV.*[432]* *Lodowico Augusto*[433 a]:

C. XLI. *Inperiali iudicio Apostolicus emendare*[434 b] *promittit, si quid erga subditos iniuste commisit.*

Nos, si inconpetenter aliquid egimus, et in subditis iustae legis tramitem non conseruauimus, uestro ac missorum uestrorum cuncta uolumus emendare iudicio, quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere peccata[435], peiora committimus, certe non ueritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus pre ceteris erroris magistri. Inde magnitudinis uestrae magnopere clementiam inploramus, ut tales ad hec[436], que diximus, perquirenda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, et cuncta (quemadmodum si uestra presens fuisset inperialis gloria) diligenter exquirant, et non tantum hec sola, que superius diximus, querimus ut examussim exagitent, sed siue minora, siue etiam maiora illis sint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatinus in posterum nichil sit, quod ex eis[437] indiscussum uel indiffinitum remaneat.

VI. Pars. Gratian. *Item, cum*[438] *Balaam ariolus iret ad maledicendum populum, angelus Domini asinae, cui insidebat, in uia se obposuit, euaginatoque gladio eam ab itinere conpescuit, quam dum ille uerberibus affligeret, in uocem prorupit, et prophetae uesaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica uirtute prophetae insipientiam reprehendit*[439], *multo magis subditi possunt accusare prelatos suos.* §. 1. *His ita respondetur. Verum est, quod per asinam subditi significantur*[440], *et*[441] *per Balaam prelati; non tamen hoc exemplo probantur prelati accusandi a subditis, sed subditis tantum forma datur humiliter renitendi prelatis, si forte eos ad malum cogere uoluerint; Balaam namque asinam urgens, ut ad maledicendum populo*[442] *Dei eum ueheret, significat eos, qui uerberibus et cruciatibus a subditis exigunt, ut eis in malo fautores et coadiutores existant. Sed quia angelus, quilibet uidelicet predicator, euaginato gladio, aperte scilicet predicato timore et horrore*[443] *futurae uindictae, a consensu alienae maliciae illos reuocat, licet eis in uocem*[444 c] *conquestionis prorumpere et prelatis*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VII. c. 38. a) olim statuer. — c. 39. a) antiqua b) nec c) malo etc. d) suo e) solae duae f) quod — c. 40. a) ex ratione — c. 41. a) Aug. dictum b) se emend. c) huiusmodi vocem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIX. * Testes: Damasi verba haec sunt: *Accusatores autem episcoporum, et testes, super quibus rogitastis, absque ulla infamia aut suspicione, etc.* sicque referuntur a Burchardo et Ivone; Panormia autem habet ut Gratianus.

** Plenitudine: In epistola ipsa [et ap. Polyc.] legitur: *pleniter.* Burchardus vero et Ivo [Decr.; nec tamen Pan.] habent: *vera fide pleniter.*

C. XL. * Operae pretium fuerit ad ipsum B. Gregorium adire: copiose enim exponit quae hic a Gratiano concise referuntur.

C. XLI. * Apud Ivonem huius capitis haec est inscriptio: *Quod in praesentia legatorum imperatoris Leo Papa causam suam examinari voluerit. Idem Nicolaus Imperatori.*

Causa II. Quest. VII. can. 38. 407) *add.:* Papa: *CEGH Hoc caput, quod Pseudoisidori est, in orig. et Collation. paulo aliter legitur.; Ep.* II. *c.* 13. *ap. Hinschius pr.* 162.; *Jaffé no.* LXXVI. — *Ans. ded.* III, 57. (*can. contin.*); *Ans.* III, 47. (14. *can. contin.*); *Polyc.* V, 1, 16.; *Coll. tredec. P.* IX, 86.; *Caesaraug.* V, 32. 408) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 39. 409) *Cap. Pseudoisidor., confectum ad conc. Carth.* VII. *c.* 2. — *Ep.* III. *c.* 10. *ap. Hinschius p.* 503. — *Jaffé no.* CLXII. — *Burch.* I, 172. *Ans.* III, 41. (47. *can.:* accusatores episcoporum *contin.*); *Ivo Decr.* V, 290. (*can.:* accusat. aut. episcop.) *Ivo Pan.* IV, 86. (*can. contin.*); *Polyc.* V, 1, 30. (*can. contin*) 410) Quon.: *deest: ABH* 411) ut . . . auct.: *deest: ib.* 412) *CDEFG Edd. coll. o. Collat. citt.;* tradidit: *Ivo Pan.* 413) *cf. c.* 38. 414) *Codd. coll. o.* 415) *cf. supra c.* 2. — *cf. Alger.* II, 16. 416) iubeantur repelli: *AB* 417) *Matth. c.* 15. *v.* 24. 418) etc.: *deest: ABG* 419) ait: *deest: EGH; Ioann. c.* 18. *v.* 23. 420) *Codd. coll. o.* 421) *Ioann. c.* 8. *v.* 46. 422) ad: *deest: AB* 423) *Codd. coll. o. pr. DF — Corr.;* illo: *deest: F* 424) *Codd. coll. o.* 425) non poss.: *AB* 426) *Gal. c.* 2. 427) *Act. c.* 11. 428) *Codd. coll. o. pr. F* || can. 40. 429) *Ep.* 45. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1395. — *cf. Alger.* II, 22, *qui quidem cum orig., neque tamen cum Grat. consentit.* 430) regendi: *C Ed. Bas.;* regendo: *D* 431) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 41. 432) *fragm. Leonis* IV. *scr. a.* 850—55. — *Jaffé no.* 2005. — *Ivo Decr.* V, 22. (*Nicolaus*); *Coll. tr. P.* I, 60, 22. 433) *ABCDF* 434) *Codd. coll. o. pr. D* 435) pecc.: *deest: Ivo* 436) hoc: *EGH* 437) his: *Ivo* 438) *Num. c.* 22. 439) *add:* redarguit ac: *AB* 440) intelliguntur: *ABD* 441) et: *deest: AB* 442) populum: *ib.* 443) honore: *EGH* 444) *Codd. coll. o.*

suis dicere: Cur nos uerberibus affligitis? cur nobis iniuste irascimini? numquid uobis aliquando inobedientes fuimus, nisi nunc, cum ad malum cogimur? Videte illum, qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc prelati probantur accusandi a subditis. §. 2. *Item cum Dauid*[445] *adulterium et homicidium commisisset, missus est a Deo Nathan propheta, ut eum redargueret. Ecce, quod prelati sunt arguendi et reprehendendi a subditis.* §. 3. *Sed notandum est, quod duae sunt personae, quibus mundus iste regitur, regalis uidelicet et sacerdotalis. Sicut reges presunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis Dei. Regum est corporalem inrogare penam, sacerdotum spiritualem inferre uindictam. Dauid ergo, etsi ex regali unctione sacerdotibus et prophetis preerat in causis seculi, tamen suberat eis in causis Dei. Unde*[446] *reges a*[447] *prophetis et sacerdotibus ungebantur et eorum oblatione peccata regum expiabantur.* §. 4. *Sicut*[448] *ergo Achaz*[449 d] *a Domino lepra percussus est, qui*[450 e] *sacerdotum offitia usurpare uoluit, sic sacerdotibus et prophetis regum offitia usurpare non licuit. Nathan ergo propheta, cum regem redarguit, suum executus est offitium, in quo erat rege superior, non usurpauit regis offitium, in quo erat rege inferior; monuit eum, ut per penitentiam peccata sua expiaret, non tulit in eum sententiam, qua tamquam adulter et homicida morti addiceretur.* §. 5. *Sic et B. Ambrosius*[451 f] *inperatorem*[452 g] *excommunicauit, et ab ecclesiae ingressu prohibuit.* §. 6. *Sicut enim non sine causa iudex gladium portat, ita non sine causa claues ecclesiae sacerdotes accipiunt. Ille*[453] *portat gladium ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum, isti claues habent ad exclusionem*[454] *excommunicandorum et reconciliationem penitentium Hoc ergo*[455] *exemplo subditi probantur reprehendendi a prelatis, non prelati a subditis.* §. 7. *Item Daniel*[456] *nulla legitima potestate functus iudices a populo constitutos de falso testimonio conuicit, et conuictos dampnauit. Constat ergo, quod nullam potestatem habentes possunt redarguere dignitatibus*[457] *sublimatos.* §. 8. *His ita respondetur. Miracula (et*[458] *maxime ueteris testamenti) sunt admiranda, non in exemplum nostrae actionis trahenda. Multa enim tunc concedebantur, que nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag*[459] *pinguissimum regem Amalech in frustra*[460 h] *conscidit; nunc nulli ecclesiasticorum iudicium sanguinis agitare licet. Tunc Finees*[461] *Iudeum coeuntem cum Madianita interfecit, et reputatum est ei in*[462 i] *iustitiam; hodie sacerdotibus*[463 k] *in perniciem sui uerteretur offitii. Exemplo ergo Danielis non solum accusandi uel redarguendi, sed etiam iudicandi potestatem subditi sibi in prelatos uendicarent, si illud in argumentum nostrae actionis liceret assumi, quod nulla umquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi, quod in nouissimis temporibus suscitaret Deus*[464] *spiritum pueri iunioris, illius uidelicet*[465], *de quo per Prophetam*[466] *dicitur: „Puer natus est nobis,“*[467] *et iterum: „Ecce puer meus,“ qui iudices iniquitatis, scribas scilicet*[468] *et Phariseos, falsis criminibus Susannam, id est ecclesiam, accusantes et ream adulterii pronunciantes, eo quod Christum sequeretur, conuinceret et condempnaret.* §. 9. *Item*[469] *Ieronimus*** *refert in libro uirorum illustrium, quod Damasus Papa a subditis de adulterio accusatus cum quadraginta duobus episcopis se purgauit*[470]. §. 10. *Item Simacus Papa, in Romana sinodo dignitate sua expoliatus*[471], *prius statui*[472] *pristino*[473 l] *reddi decernitur, ut tunc ueniret*[474] *ad causam, et si ita recte uideretur, accusantium*[475] *propositionibus responderet. Digna res uisa est*[476] *maximo numero sacerdotum, atque*[477 m] *mereretur effectum, et*[478] *cum postmodum ordinaretur, quomodo esset accusandus, prefatus Papa, ut causam diceret, occurrebat; sed ab emulis est*[479] *inpeditus.*

Item Gregorius Papa[480 a]* *ait de se ipso:*

C. XLII. *Redarguendi se licentiam B. Gregorius aliis prestat.*

Si quis super his nos redarguere[481 b] uoluerit, uel[482] extra auctoritatem nos[483] facere contenderit, ueniat ad sedem apostolicam, ut[485 c] ibi ante confessionem B.[486 d] Petri[487] mecum[488] iuste decertet, quatinus ibi[489 e] unus ex nobis sententiam suscipiat suam.

Gratian. *Ex his omnibus colligitur, quod subditi possunt reprehendere et accusare prelatos suos. Sed sicut de Christo dictum est, quando Iudeis dixit: „Si male locutus sum, etc.“ ita de istis intelligendum est, quod suo exemplo prelatis dederunt facultatem recipiendi subditos in accusatione*[490 f] *sui, sed non coegerunt.*

[C. XLIII.][491 a] *Item*[492]*.

Paulus Deaclinae[493 b] *ciuitatis episcopus accusatur a subditis de lapsu carnis, conuincitur, deponitur, alter*[494 c] *loco eius substituitur. Hoc*[495] *an ex dispensatione accusati, an ex*[496] *rigore iuris sit factum, ex registro*[497 d] *Gregorii ad Iohannem Episcopum* [primae Iustinianeae] *cap. CCXVII.*[498 e], *potest perpendi*[499 f], *ubi ait*[500]*:

C. XLIV. *Paulus Deaclinae*[501 a] *ciuitatis episcopus subditorum accusatione conuictus deponitur.*

Lator Nemesion ad nos ueniens indicauit, quod Paulus Deaclinae[502 b] ciuitatis episcopus, inter alia mala in corporali crimine lapsus, a suis clericis accusatus atque[503 c] conuictus, episcopali sententia depositus est; postea, cum auxilio secularium ueniens, episcopatum more predonis ingressus est, ablatisque rebus ecclesiae dilectissimum Nemesion latorem presentium sibi substitutum ab eo[504 d] proiecit, et[505] ad summam iniuriam ac necem pene perduxit. Fraternitas itaque uestra hec omnia curet addiscere, et quecumque ecclesiae abstulit omni mora uel excusatione cessante reddere conpellat. Si uero nichil ecclesiae, sed proprium se dixerit abstulisse, (quamuis graue et iniquum fuerit, ut non a uobis[506], uel a metropolitano eius hoc petierit, sed temerario ausu agere presumpserit,) uerum tamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis uestrae debet examine constare si uerum est. Sed et[507] illud diligenter querendum est, si quid male de rebus dilapidauit ecclesiae, ut ex eo, quod nunc abstulit, illud reformare ac satisfacere modis omnibus conpellatur.

Gratian. *Hoc dicto*[508 e] *non in accusatores uel depositores ulciscitur, sed in depositum ulterius prosequitur, ut si ultra ad episcopatum aspirare temptauerit*[509], *modis omnibus repellatur, et ad agendam penitentiam perennem in monasterio*[510 f] *detrudatur*[511]. *Quem ergo Gregorius ad episcopatum aspirantem modis omnibus repellit, quem graui penitentiae subicit, patet, non sua dispensatione, sed canonum censura a subditis accusatum*[512 g] *et*

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. VII. c. 41. d) Ozias e) quia f) Ambr. Theodosium, et B. Innocentius g) imp. Arcadium h) frustra dividendo i) ad k) sac. huiusmodi actus l) suo m) atque: *deest* — c. 42. a) Papa: *deest* b) arguere c) quo omnia ecclesiastica negotia, de quibus quaestio habetur, confluere iussa sunt[484], ut d) S. Petri e) inibi f) accusationem — c. 43. a) C. XLIII. De eodem b) Dyaclinae c) alius d) regesto e) lib. X. epist. 35. f) deprehendi — c. 44. a) *et* b) Dyaclinae c) et d) eo episcopatu e) edicto f) monasterium g) esse accusatum

NOTATIONES CORRECTORUM.

** **Hieronymus**: In catalogo B. Hieronymi, aut aliis ipsius libris nihil tale legitur; in vetustis tamen Pontificalibus in vita Damasi hoc refertur.

C. XLII. * Est Gregorii IV. in epistola citata sup. ead. q. 6. c. *Decreto nostro.* et dist. 19. *Nulli fas.* in qua epistola quum multa dixisset de privilegiis et primatu Romanae ecclesiae, ista adiungit.

C. XLIII. * Verba sunt Gratiani, qui proponit summam sequentis capituli, quod saepe facere solitum esse multis locis est notatum.

C. XLIV. * In hoc capite non referuntur ipsa omnino verba Gregorii (quod a Burchardo et Ivone fit) sententia tamen satis expressa est.

Causa II. Quest. VII. can. 41. 445) II. *Reg. c.* 12. 446) *ib. c.* 8. 447) et a: *ABH* 448) II. *Paral. c.* 26. 449) *Codd. coll. o.* 450) *ib. pr. C* (quod) 451) *Codd. coll. o.* 452) *ABCF* 453) I. *Petr. c.* 2. 454) exclusiones: *EGH* 455) igitur: *ib.* 456) *Dan. c.* 13. 457) potestatibus: *AB.* 458) et max.: *deest: ib.*; et: *deest: C* 459) Agab: *AD*; Agaz: *C*; Agatt: *GH*; Agad: *E*; — I. *Reg. c.* 15. 460) *Codd. coll. o.* 461) *Num. c.* 25. 462) *ABEFH* 463) *Codd. coll. o.* 464) Dominus: *AB* 465) scilicet: *ib.* 466) *Es. c.* 9. *v.* 6. 467) *add.*: etc.: *EGH* 468) scil.: *deest: ib.* 469) *Alger.* II. 13. 470) expurgavit: *EGH*; est purgatus: *Alger.* 471) spoliatus: *Alger.* 472) in statum: *EGH* 473) *ABCDF Alger.*; pristinum: *EGH* 474) veniat: *AB*; conveniret: *EGH* 475) acc. prop.: *deest: Alger.* 476) est: *deest: ib.* 477) *Codd. coll. o.*; ut: *Alger.* 478) ut: *AB* 479) nisi ... fuisset: *Alg.* ‖ can. 42. 480) *ABDF*; — ait: *deest: AB*; ait ... ipso: *deest: D*; — *scr. ao.* 833. *ap. Mabillon vet. anal. p.* 298. — *Jaffé no.* 1958. — *cf. supra Dist.* XII. *c.* 2. — *Ans.* II, 20. (22.); *Polyc.* I, 18, (19), 14. (*can.*: nulli fas est) 481) *Codd. coll. o. pr. AF* 482) aut: *orig. Ans. Polyc.* 483) nos: *deest: orig. Polyc.* 484) iussum est: *orig.* 485) *Codd. et Edd. coll. o.* 486) *Codd. coll. o. pr. G* (beatissimi); *Polyc.* 487) *add.*: apostoli: *AEGH* 488) nobiscum: *orig.* 489) *Codd. et Edd. coll. o.* 490) *Codd. coll. o. pr. C* ‖ can. 43. 491) *Codd. coll. o. pr. D* 492) *Alger.* II, 13. 493) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 494) *Codd. coll. o. Alger.* 495) quod quomodo Greg. approbaverit ex registro eius ad Ioann. ep. cap. 217. videamus: *Alger.* 496) de: *AB* 497) *Codd. coll. o.* 498) *ib.* 499) *ib.* ‖ can. 44. 500) *Ep.* 31. *scr. ao.* 602. *lib.* XII. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1463. — *Burch.* I, 182. (*can.*: quando mala); *Ivo Decr.* V, 298. (*ut ap. B.*); *Alger.* II, 13. *Gratianus cum nullo neque cum originali concordat.* 501) *Codd. coll. o. pr. AB*; Acclinae: *A*; Aclynae: *B*; — Docleatinae: *orig.* 502) *Codd. coll. o.*; Docleatinae: *orig.*; *Doclea est enim urbs in Illyria sita, vulgo Antivari vocata*; Declaneanae: *Ivo*; Doclavenae: *Burch.* 503) *Codd. coll. o.* 504) *ib. pr. D* (episcopis). 505) et: *deest: AB* 506) nobis: *Edd. Arg. Bas.* 507) et: *deest: AB*; et ... inquirendum: *EGH* 508) *ABCFH Corr.* 509) attentaverit: *EGH* 510) *Codd. coll. o.* 511) retrudatur: *ABF* 512) *Codd. coll. o. pr. EG*

conuictum. Et ut iam non exemplis, sed legibus agamus, uidendum est, quid Gregorius scribat Innocentio et reliquis Episcopis Sardiniae,* [lib. VII. Indict. 2. epist. 8.] *ita*[513] *dicens:*

C. XLV. *Quod subditi prelatos suos accusare possunt*[514a].

Metropolitanum[515] uestrum in aliquo postponere non presumatis, excepto si (ut[516b] non optamus) contra eundem[517] uos habere aliquid causae contingat[518], ut ob hoc sedis apostolicae iudicium[519] petere debeatis.

C. XLVI. *Vitam*[520] *prelatorum subditi nulla*[521] *simulatione*[522a] *negligant.*

Item[523b] *uniuersis Episcopis Concilii Vizachii*[524c] [lib. X. epist. 37.][525]

Sicut (inquit[526] laudabile discretumque est reuerentiam et honorem[527d] exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua in eis[528e] indigent correctione, nulla dissimulatione postponere[529], ne totum (quod absit) corpus morbus inuadat[530f], si languor non fuerit curatus in capite. Quedam* enim de primate uestro Clementio[531] ad nos perlata sunt, que quoniam ita grauia sunt, ut transire indiscussa nullo modo[532g] debeant, fraternitatem uestram hortamur, ut cum omni sollicitudine ac uiuacitate ueritatis[533h] indagare multis modis debeatis illata[534], et si sunt ut audita sunt, ultione canonica resecentur. §. 1. Ammonemus autem, ut non cuiuscumque[535i] personae gratia, non fauor, non quodlibet blandimentum quemquam uestrum[536k] ab his[537l] que nunciata sunt nobis molliat, uel a ueritate excutiat, sed sacerdotaliter ad inuestigandam ueritatem uos propter Deum accingite. Nam si quis in hoc piger aut negligens esse presumpserit, dictis criminibus apud Deum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi facinoris causas non[538] mouetur.

Gratian. *Hec si quis specialia, et ex*[539] *his generalem regulam colligi non oportere contendit, audiat, quid Gelasius c. XXVII.*[540a]* *dicat, omnibus clericis cuiuscumque ordinis ita scribens:*

C. XLVII. *Clerici excessus sui episcopi auribus*[541] *deferant Romani Pontificis.*

Quapropter nec clericorum quisquam apostolicae[542] offensae se confidat futurum inmunem, si in his, que salubriter sequenda deprompsit[543] auctoritas apostolica, siue episcopum, siue[544] presbiterum, seu diaconum uiderit[545] excedentem, et[546b] non protinus ad aures Romani Pontificis[547] deferre curauerit, probationibus dumtaxat conpetenter exhibitis, ut transgressoris[548c] ultio fiat ceteris[549d] interdictio delinquendi. Sin[550] uero, modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris sui[551] elisor[552], si cui[553e] clericorum uel auditui totius ecclesiae hec[554] putauerit subprimenda.

C. XLVIII. *De eodem.*

Item[555a].

Si quid in ecclesia[556] dampni[557], aut in his, que sunt preceptionis[558] nostrae[559b]* prohibita, pontificem uestrum uideritis[560] admittere, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat censeamus.

C. XLIX. *Clerici aut laici sine examinatione ad episcoporum accusationem non admittantur.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 21.][561]

II. Pars. Gratian. *Spatium uero dilationum, sicut in III. lib. Cod. tit.* [11.] *de dilationibus inuenitur[27], hac ratione moderandum est, ut, si ex ea prouincia, ubi lis agitur, uel persona, uel instrumenta poscentur[28a], non amplius quam tres menses indulgeantur. Si uero ex continentibus prouinciis, sex menses custodiri iustitia[29b] est. In transmarina autem dilatione nouem menses conputari oportebit. Iudicantes autem* hac ratione non sibi concessum intelligant dandae dilationis arbitrium, sed eandem dilationem (si rerum urgentissima ratio flagitauerit, et necessitas desideratae instructionis exegerit) non amplius facile quam semel, nec ulla trahendi arte sciant esse tribuendam.* §. 1. *Ei autem[30] dilatio penitus est deneganda, qui rescriptum ad extraordinarium iudicem reportauerit[31c]. Illi uero[32d], qui in iudicium uocatur, danda est ad probanda[33] precum mendacia, uel proferenda aliqua instrumenta uel testes, quoniam[34] instructus esse non potuit qui preter spem ad alienum iudicium trahitur.* §. 2. *Cum[35] uero ad appellationem siue consultationem[36e] a principe rescriptum fuerit, siue sit primo iudicio petita dilatio nec[37f] tributa[38g], siue*

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. II. c. 8. b) pristinum statum c) quoquam respondere d) suis rebus e) intra f) veniat g) fuerint h) cognoscatur — c. 9. a) removeantur . . . dispergunt b) poterunt c) nos d) submoveri e) tempore — Quest. III. a) idem: *deest* — c. 1. a) voluerit et necesse fuerit* — c. 2. a) Item ex eadem epist. ad fratres Aegypti b) Induciae namque — c. 4. a) poscantur b) iustitiae c) deportaverit d) autem e) consultationemve f) et ea g) tributa non sit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * Tunc canonice: In originali sic legitur: *tunc canonice* (*antequam in pristino statu* [statu: deest: Ed. Hinsch.] *restituatur cum omni privilegio sui honoris* [suo honore: Ed. Hinsch.], *et sua omnia, quae insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegrentur*) *nec convocari, nec iudicari poterit, nisi ipse etc.* Nec multo secus habent Ivo et Panormia, nisi quod loco: *antequam*, legunt ut Gratianus: *ante.*

C. IX. * Maximiliani: In vulgatis sequebatur: *presbyteri*, quae vox inducta est, quia in nullo vetusto codice Gratiani ex iis, qui collati sunt, habetur. Gratianus autem caput hoc de episcopo, non de presbytero accepit.

Quest. III. C. I. * Et necesse fuerit: Haec addita sunt ex epistola ipsa, Ivone et Panormia, habenturque infra eadem cap. *Induciae.*

C. IV. * Iudicantes autem: In codice Iustiniani legitur: *Quod ita constitutum iudicantes sentire debebunt, ut in hac ratione etc.*

Causa III. Quest. II. can. 8. 67) antequam: *orig. Ans.* 68) *BCDF Ivo Decr. Pan.:* in prist. restit. honore: *Ans.* 69) ab insid.: *Ans.* 70) legib.: *deest: ib.* 71) nec conv.: *Ans. Ivo Decr. Pan.* 72) debet: *Ans.* 73) diiudicari: *Ans.;* iudicari: *Ivo Decr.;* aut iudicari: *Ivo Pan.* 74) diiudicand.: *Ans.* 75) nec omnino: *ib.* 76) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 77) cogetur: *orig.*; cogatur: *Cod. Dst origin.* 78) quae suggestione: *AB;* quae super gestiones: *Ans.* 79) leg. ord.: *deest: Ans.* 80) finis canonis: *Ivo Pan.* 81) *Ivo Pan.* IV, 48. — et praesul prius (vero c. omn. hon.: *deest*): *Ans.* 82) primo: *CEGH* 83) diu: *deest: Ans.* 84) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Pan.* 85) tunc . . . convoc.: *deest: Ans.* 86) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 87) aut: *Ivo Decr. Pan.* 88) vel sex: *deest: CDE Ivo Decr.;* aut: *FH* 89) in legitima et canonica: *Ans.;* temp. conc. leg. et can. destinatum: *Ivo Pan.* 90) *Codd. et Edd. coll. o.* 91) *ABEGH;* fiunt: *C* 92) *Codd. coll. o. pr. D* ‖ can. 9. 93) *fragm. Ep. Pelagii* I. (555—60) — *Jaffé no.* 652. — *Coll. tr. P.* I, 54, 24. 94) *Codd. coll. o.* 95) qui: *Coll. tr. P.* 96) *add.:* presbyteri: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 97) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 98) *CDF Ed. Bas. Coll. tr. P.;* *deest: AB* 99) supradicto patrimonio: *AB* 100) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 101) nostro: *AB* 102) *ABCD Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II.

Causa III. Quest. III. 1) sunt: *EH* 2) *Codd. coll. o. pr. A* ‖ can. 1. 3) *Caput Pseudois.; ap. Hinschius c. 9. p.* 486. — *Jaffé no.* CLVIII. — *Ans.* III, 55. (53. *can.:* si quis episcopus): *Ivo Decr.* VI, 335. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 98. 4) quis: *Ivo Decr.;* *add.:* autem: *Ans.* 5) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 6) *add.:* et: *orig.;* et: *deest: Codd. orig.;* — ind. expetenti: *EGH* 7) sibi: *deest: orig. Ans. Ivo Pan.* ‖ can. 3. 8) *Codd. coll. o.* — *Caput Pseudois.,* — *cf. conc. Carthag.* III. *c.* 7.; *hist. trip. l.* 7. *c.* 9. *Theod. Cod. l.* 2. *t.* 7. *c.* 1. 2. — *ap. Hinschius c.* 15. *p.* 489. — *Jaffé no.* CLVIII. — *Burch.* I, 180. (*can. contin.*); *Ans.* III, 118. 119.; *Ivo Decr.* V, 296. (*can. contin.*); *Alger.* II, 52. 9) constitutas: *CD Ivo Decr.* 10) en.: *deest: Alger.* 11) inperitorum: *ADF Edd. coll. o. pr. Bas.; Turrecrem.* — *Ivo Decr.;* inperatorum: *B Ed. Lugd.* II. *Alger.;* inimicorum: *EGH Ed. Bas.;* *add.:* inproborum: *EH;* omnium: *G* 12) et: *Alger.* 13) quia . . . sacerd.: *deest: ib.* 14) *Ivo Pan.* IV, 102. (*can. contin.*) 15) *ABCF Ivo Pan.;* *add.:* vero: *DEGH Edd. coll. o.* 16) se pleniter armare contra insidiatores valeant et preparare: *Alger., ubi hic est finis canonis.* 17) prep. universosque: *Ivo Decr.* ‖ can. 3. 18) *Caput Pseudois. ap. Hinschius c.* 3. *p.* 126. — *Jaffé no.* LXI. — *Burch.* XVI, 30. (*can.:* litigantibus iudex; *can. cont.*); *Ans.* III, 56. (54. *contin.*); *Ivo Decr.* VI, 317. (*ut ap. Burch.*): *Ivo Pan.* IV, 103.; *Coll. tr. P.* I, 11, 2. (*ut ap. Burch.*); *Alger.* II, 60. 19) quirendum: *AB;* quaerendum: *Burch.* 20) propere: *orig. Ivo Pan.:* preprepere: *Codd. orig.* 21) *phrasis ex c.* 34. *Apost. desumta* ‖ can. 4. 22) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu post. seculi in marg. scripta est* 23) *Caput Pseudois. ap. Hinschius c.* 19. *p.* 505. — *Jaffé no.* CLXII. *Ans.* II, 76. (*can.:* monentes instruere; *contin.*); *Ivo Decr.* V, 287. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* IV, 101. 24) *add.:* enim: *orig. Ans.;* autem: *Ivo Pan.* 25) in criminalibus (criminales: *Ans.*) episcopis: *orig. Ans.* 26) si nec. fuer.: *deest: Ivo Decr. Pan.* 27) *l.* 1. *Cod.* (3, 11.) 28) *ACEFGH orig.;* poscerentur: *B;* posceretur: *D* 29) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 30) *ibid. c.* 2. *sed mutata verborum serie* 31) *Codd. coll. o. pr. D Ed. Bas.* 32) *Codd. coll. o.* 33) improbanda: *orig.* 34) quia: *AB; deest: C* 35) *ib. c.* 5. 36) *Codd. coll. o.* 37) *Codd. et Edd. coll. o.;* sive ea: *orig.* 38) *Codd. coll. o.*

nec petita quidem, eam dare[39 h] *cuiquam non licebit eadem ratione, qua nec*[40 i] *in iudiciis cognitionum inperialium dilatio tribui solet.* §. 3. *A iudice*[41] *procedente dilationem postulari non conuenit*[42], *etiam si utraque parte presente tribuatur, cum non alias, nisi causa cognita, indulgeri queat, et cognitio causae non interpellatione plenaria*[43 k], *sed considente*[44 l] *magis iudice legitime colligatur, ut si forte dilationis peticio inprobata fuerit, suscepta questio per sententiam iudicis dirimatur. Constitutione nouell.*[45 m] *septima, in collatione VIII.*[46 n] §. 4. *Libellum uero non alias actor dirigat, nisi prius et in ipsum, quem dicit obnoxium, et in negotii executorem exponat cautionem, se uel intra duos menses litem contestaturum, uel omne dampnum ei, qui conuenitur, contingens restituturum*[47 o]. *In coll. V.*[48 p]:

III. Pars. §. 5. *Offeratur ei, qui uocatur in*[49 q] *iudicium, libellus, et exinde prebitis sportulis, data*[50] *fideiussione, XX. dierum gaudeat induciis, in*[51 r] *quibus deliberet, an cedat*[52 s], *an contendat, atque alium iudici*[53 t] *petat sociari, uel*[54 u] *recuset eum, nisi sit ille, quem*[55 v] *ipse*[56] *iam alio recusato petiuit*[57 w]. *Denique presens interrogetur, an hoc tempus*[58 x] *transierit? Quod non modo ipsius*[59 y] *responsione, sed etiam*[60] *libelli*[61 z] *manifestetur subscriptione, quam in initio facere debet. Litis ergo*[62] *contestatio contra hoc indultum*[63] *habita pro nichilo est. Constit. nou. VI. in Collat. VI.*[64 aa]: §. 6. *Quod fieri non debet, nisi actor satisdederit, certam promittens quantitatem se daturum, si*[65 bb] *non exequatur, aut exequens non uincat causam. Si ergo*[66 cc] *post tempus*[67 dd] *prestitutum*[68 ee] *intra decem dies reo presente non occurrat, dimittatur reus exacto eo, quod promissum est, et si quid plus circa litem inpendisse cum taxatione*[69] *iudicis iurauerit.* [§. 7. Exceptio fori[70 **] dilatoria est, atque ideo in initio litis debet opponi et probari. Peremptorias autem exceptiones, ut sunt prescriptiones longi temporis, sufficit in initio litis contestari.]

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

Quod uero infames et non legitime coniuncti ad accusationem admitti non debeant, et qui generaliter ab accusatione remouendi sint, multorum auctoritatibus claret.

Ait enim Iginus Papa, [epist. II.][1]:

C. I. *Infames eos, qui sunt bonae famae, accusare non possunt..*

Alieni erroris societatem sectantem[2], uel a sui propositi tramite recedentem[3], aut apostolicae sedis iussionibus[4] inobedientem suscipere non possumus[5], nec inpedire[6 a] recte credentes, uel sanctorum Patrum iussionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles et infideles magna debet esse discretio.

C. II. *Qui legem suam sponte transgreditur, ante suam reuersionem recte agentes accusare non potest.*

Item Anacletus in primo decretali[7 a].

Beatus[8] predecessor noster Clemens, uir apostolicus et spiritu Dei[9] plenus, una cum reliquis sanctis collegis suis statuit dicens: Accusandi[10] uel testificandi licentia denegetur his[11], qui Christianae religionis et nominis dignitatem, et suae legis uel[12] sui propositi normam aut regulariter[13] prohibita neglexerint[14]. Transgressores enim sponte legis suae, eiusque[15] uiolatores[16 b], apostatae nominantur. Omnis enim[17] apostata refutandus est ante[18] reuersionem suam, nec[19 c] in accusationem[20 d] recte agentium aut[21] testimonium[22 e] suscipiendus est[23].

C. III. *A suo proposito discedentes fiunt*[24 a] *infames.*

Item Pius Papa, [epist. I.][25]

Si quis[26] uero a suo proposito retrorsum exorbitauerit, et iussa[27 b] apostolicae sedis libenter[28] transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum[29] redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Fides[30] autem et conuersatio primum[31] scrutanda est, et denuo[32 c] qui inreprehensibiles aparuerint sunt recipiendi, et non prius.

C. IV. *Incestuosi non*[33 a] *legitime coniuncti sacerdotes uel*[34 b] *legitime coniunctos accusare non possunt.*

Item Calixtus Papa [ad Episcopos Galliae, ep. II. c. 4.][35]

Consanguineorum[36] coniunctiones nec legitimae sunt, nec manere possunt, sed[37] sunt repellendae. §. 1.[38 c] Quisquis ergo non legitime coniunctus[39], uel absque dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat[40] copulatus, sacerdotes uel legitime coniunctos criminari, uel in eos testificari minime[41] potest, quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est et accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo[42] hii repellendi[43 d] sunt et infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes[44]. §. 2. Similiter de raptoribus, uel eis, qui seniores inpetunt, fieri censemus. Hos[45] enim[46 e] seculi leges interficiunt, sed nos[47] misericordia preeunte sub infamiae nota ad penitentiam recipimus.

C. V. *Qui non sunt recipiendi in accusatione.*

Idem [in eadem epistola][48].

Conspiratores in nullius accusatione sunt recipiendi, nec eorum uel anathematizatorum[49] uox ullum nocere aut ledere[50 a] potest.

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. III. c. 4. h) dari i) ne . . . quidem k) planaria l) considerante m) novell.: *deest* n) VII. o) restit. in duplum p) coll. V. const. 6. q) ad r) in: *deest* s) delib. cedatne t) iudici ne alium u) an v) ille sit is w) petierit x) tempus litis y) ex ipsius z) ex libelli aa) Ibidem bb) si litem cc) igitur dd) tempus a se ee) constitutum — Quest. IV. c. 1. a) impetere — c. 2. a) prima b) violat., et recedentes, c) non d) accusatione e) testimonio — c. 3. a) sunt b) iussum c) deinde — c. 4. a) et non b) et c) Et infra cap. 5.: §. 1. d) reiiciendi e) ergo — c. 5. a) vel accusare

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Exceptio fori: Postrema haec pars abest a plerisque vetustis exemplaribus. In uno autem est in margine cum hoc titulo: *Glossa Ioannis.* Eadem autem verba leguntur infra ead. q. 6. c. *Si quis episcoporum.* §. *Exceptio.* et ibi sunt in omnibus antiquis codicibus.

Causa III. Quest. III. can. 4. 39) *Codd. coll. o. — orig.* 40) *ib.* 41) *l. c. c.* 4. 42) postulare: *EH* 43) *Codd. coll. o.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D* 45) *Codd. coll. o.* 46) *ib. — Nov.* 96. *c.* 1. *— Cod. tit. de litis contest.* (3, 9.) *Auth. Libellum* 47) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 48) *Codd. coll. o.;* VI.: *EGH. — Nov.* 53. *c.* 3. *— Cod. ib. Auth.: Offeratur.* 49) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 50) *add.:* vel: *EGH; add.:* et: *orig.* 51) *Codd. coll. o.* 52) *Codd. et Edd. coll. o.* 53) *Codd. coll. o.;* iudicive: *orig.* 54) *ib. orig.* 55) *ib.* 56) ipse: *deest: AB;* et ipse: *D Edd. coll. o.* 57) *Codd. et Edd. coll. o.* 58) *ib.* 59) *ib.* 60) et: *deest: EGH* 61) *Codd. et Edd. coll. o.* 62) vero: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 63) privilegium: *orig.* 64) *Codd. coll. o. Nov.* 53. *c.* 1. *Cod. tit. de dilat.* (3, 11.) *Auth. Quod fieri* 65) *Codd. et Edd. coll. o.* 66) *Codd. coll. o.* 67) *Codd. et Edd. coll. o.;* temporis: *EGH* 68) *BDEFGH Edd. coll. o.;* constitutum: *C;* pristinum: *A* 69) testatione: *AB* 70) §. 7. *deest: DFH*

Causa III. Quest. IV. can. 1. 1) *Caput Pseudois. — cf. supra c.* 23. *C.* II. *qu.* 7. *— ap. Hinschius c.* 6. *p.* 115. *— Jaffé no.* XXXIII. *— Ans.* II, 16, (17.); *Ivo Pan.* IV, 70. 88.; *Coll. tr. P.* I, 7, 3. 2) sect.: *deest: orig.; sed exstat in Cod. orig. Dst; —* societate maculatam: *Ans.* 3) *add.:* voluntarie: *Ivo* 88. 4) institutionibus: *EGH Ed. Bas.;* sacris patrum regulis et constitutionibus: *Ivo Pan.* 70. 88. 5) *add.:* nec debemus: *Ivo* 70. 88.; *finis canonis: ib.* 6) *ABDF orig. Ans. Coll. tr. P.* || can. 2. 7) *Codd. coll. o. — Codd. coll. o. — cf. interpret. ad Cod. Theod. l.* 16. *t.* 1. *c.* 7. *— ap. Hinschius c.* 3. *p.* 68. *— Jaffé no.* II. *— Coll. tr. P.* I, 2, 1. — 8) et beati apostoli ac praedec.: *orig.* 9) Domini: *orig.; sed* Dei *est in varietate lectionis* 10) *Ans.* III, 9.; *Ivo Pan.* IV, 60. 11) omnibus: *orig.;* his: *Cod. Dst orig.* 12) et: *AB* 13) regularem: *orig.;* regulariter: *Codd. orig.* 14) neglexerunt: *orig.;* neglexerint: *Codd. orig.* 15) eiusque: *deest: Ivo Pan.* 16) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 17) autem: *Ans.; deest: Ivo* 18) ante . . . suam: *deest: orig. Ans. Ivo* 19) *Codd. coll. o. Codd. orig. Ivo Coll. tr. P.* 20) *ABDEG Ivo Coll. tr. P.* 21) *add.:* in: *EG;* aut test.: *deest: Ans.* 22) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 23) est: *deest: orig.* || can. 3. 24) *Codd. coll. o. pr. D* 25) Pelagius: *ABC; Caput Pseudois., cf. Statutt. eccl. ant. c.* 52. *— ap. Hinschius c.* 4. *p.* 117. *— Jaffé no.* XL. *— Coll. tr. P.* I, 8, 2. *— Ans.* III, 4. *a Corr. et R. citatur, sed in cod. coll. nihil invenimus.* 26) si quis a vero prop.: *Edd. coll. o. pr. Bas. — Corr.* 27) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 28) violenter: *AB; deest: orig.* 29) et eor.: *AB* 30) Fides . . . prius: *deest: ib.* 31) prius: *CGH Ed. Bas.* 32) *CDF orig. Coll. tr. P. — Corr.* || can. 4. 33) *Codd. coll. o. pr. DF* 34) *Codd. coll. o.* 35) *Caput Pseudois. — cf. conc. Aurel.* III. *c.* 10.; *conc. Turon.* II. *c.* 20.; *Statutt. eccl. ant. c.* 101.; *conc. Carth.* VII. *c.* 2. *— ap. Hinschius c.* 16. *p.* 140. *— Jaffé no.* LXX. *— Burch.* VII, 1. (*can.:* coniunctiones autem); *Coll. tr. P.* I, 14, 7. 8. (*can.:* leges ergo infames) 36) talium enim: *orig. Burch. Coll. tr. P.* 37) sed: *deest: AB* 38) *Codd. coll. o. orig. Burch. Coll. tr. P. — Ivo Decr.* IX, 23. — 39) *add.:* est: *orig. Burch. Coll. tr. P.* 40) *add.:* esse: *Burch.* 41) non: *Ivo; deest: AB* 42) ergo: *deest: Burch.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D* (pellendi) 44) *finis canonis: Burch.* 45) hoc (?): *Coll. tr. P.* 46) *Codd. et Edd. coll. o.;* vero: *Ivo* 47) *add.:* tales: *EGH Ed. Bas.* || can. 5. 48) *Caput Pseudois. — cf. conc. Carth. hab. ao.* 421. *c.* 6. *— ap. Hinschius c.* 9. *p.* 138. *— Ivo Decr.* VI, 346. (*can.:* conspirationum vero) 49) anathematum: *orig.* 50) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.;* aut accus.: *orig. Ivo*

C. VI. *De eodem.*

Item Stephanus Papa, [epist. II.][51]

Nullus anathematizatorum[52] suscipiatur, nec a quoquam credantur[53] que ab eis dicuntur[54] uel conscribuntur. Eos dico anathematizatos esse, quos episcopi suis[55] scriptis anathematizauerunt, aut eorum statuta anathematizant.

C. VII. *Anathematizati fideles accusare non possunt.*

Item Fabianus Papa, [ep. I. ad ecclesiae ministros][56].

Omnes, quos sanctorum Patrum statuta tam preteritis quamque[57 a] futuris temporibus anathematizant, submouemus, et ab omni[58] fidelium accusatione alienamus.

C. VIII. *Clericus, qui episcopum accusauerit, infamis efficitur.*

Item Stephanus Papa, [epist. II. c. 8.][59]

Clericus uero[60], qui episcopum suum accusauerit, aut[61] ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, et a gradu debet recedere, ac[62] curiae tradi seruiturus[63].

C. IX. *Infames et exules fiant qui episcopos persecuntur*[64].

Item Alexander Papa, [epist. I. c. 1.][65]

Hii qui episcopos[66 a*] persecuntur et amouere[67] nituntur iniuste contra apostolicam auctoritatem, etsi[68] a morte prohibentur[69], dicente Domino[70]: „Nolo mortem peccatoris, sed[71] ut conuertatur et uiuat," perpetua tamen procul dubio[72 b] notantur infamia, et exilio digni iudicantur finitimo; de quibus a temporibus apostolorum et infra[73 c] tenemus, atque decreta habemus, eorum[74 d] accusandi episcopos uel[75] testificandi in eos uocem obstruimus, quos non humanis[76], sed diuinis actibus mortuos[77 e] scimus.

C. X. *Detractores et inimicorum auctores episcopos non accusent*[78].

Item Zepherinus Papa [ep. I. ad Episcopos Sicilienses][79].

Detractores[80], qui diuina auctoritate eradicandi sunt, et auctores[81] inimicorum ab episcopali submouemus accusatione uel testimonio.

C. XI.[82] *Infamis uel sacrilegus religiosum Christianum accusare non potest.*

Item Euticianus Papa, [ep. II. ad Episc. Siciliae][83].

Nulli umquam[84] infami aut[85 a] sacrilego de quocumque negotio liceat aduersus religiosum Christianum (quamuis humilis[86] seruilisque persona sit) testimonium dicere[87], nec de qualibet ratione[88 b] uel[89] inscriptione Christianum[90] inpetere.

Gratian. *Notandum uero est*[91 c], *quod aliud sit excommunicatio, et aliud anathematizatio.*

Unde Iohannes VIII. scribit cuidam Episcopo[92 a*]:

C. XII. *Aliud est excommunicatio, aliud anathematizatio.*

Hengiltrudam uxorem Bosonis[93] noueris non solum excommunicatione, que a fraterna societate separat, sed etiam[94] anathemate, quod ab ipso corpore Christi (quod est ecclesia) recidit, crebro percussam[95 b].

Gratian. *Unde datur intelligi, quod anathematizati intelligendi sunt non simpliciter a fraterna societate omnino separati, sed*[96 a] *a corpore Christi (quod est ecclesia).*

QUESTIO V.

GRATIANUS.

Quod uero testes de domo accusatorum producendi non sint, et quod inimicorum uox audienda non sit, multorum auctoritatibus monstratur[1 a].

Ait enim Calixtus Papa, [ep. II. ad Episcopos Galliae][2]:

C. I. *Consanguinei uel*[3 a] *familiares aduersus extraneos testimonium non dicant.*

Consanguinei accusatores[4 b] aduersus extraneos[5] testimonium non dicant, nec[6] familiares, uel[7] de[8] domo[9] prodeuntes, sed, si uoluerint et inuicem consenserint, inter se parentes testificentur[10 c], et non in alios[11].

C. II. *Nuper inimici accusatores uel testes esse non possunt.*

Item Anacletus Papa, [epist. III. c. 5.][12]

Accusatores[13] et testes[14] esse non possunt, qui ante[15] hesternum diem aut nudius tertius inimici fuerint[16 a], ne irati nocere cupiant, ne[17 b] lesi se[18] ulcisci uelint. Inoffensus igitur[19] accusatorum et testium affectus querendus est, et non suspectus.

C. III. *De eodem.*

Item Simacus Papa, [in V. Sinodo Romana, sub ipso habita][20].

Accusatoribus[21] uero inimicis, uel de inimici domo prodeuntibus, uel qui cum inimicis morantur[22 a], aut suspectis[23 b],

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. IV. c. 7. a) quam — c. 9. a) ep. suos* b) procul dubio: *deest* c) infra ista d) quibus eorum e) mortuos esse — c. 11. a) atque b) re actione c) est: *deest* — c. 12. a) Ioannes Papa b) percussam esse — Quest. V. a) probatur — c. 1. a) et b) accusatoris c) tantummodo testific. — c. 2. a) fuerunt b) vel — c. 3. a) immorantur b) suspecti

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. IV. C. IX. * Suos: Vox ista abest a plerisque manuscriptis et originali, sed ob glossam non est sublata.

C. XII. * Epistola haec Ioannis VIII. non est inventa. Verum Nicolaus I. in concilio a se Romae habito de Metensi synodo penitus abolenda, cap. ult. narrat, hanc Engeltrudam bis a se fuisse anathemate percussam. Cuius mulieris flagitia, ob quae iustissime hanc poenam tulit, refert Regino lib. 2. Chronicorum. Potuit autem tempore Ioannis VIII. vivere haec femina, quoniam Hadrianus II., qui inter Nicolaum I. et Ioannem VIII. intercessit, quintum sui Pontificatus annum non implevit.

Causa III. Quest. IV. can. 6. 51) *Caput Pseudoisid., cf. conc. Carth.* VII. *c.* 1. — *ap. Hinschius c.* 7. *p.* 185. — *Jaffé no.* XCV. — *Ivo Pan.* IV, 71. 52) enim anathema: *orig.* 53) credatur: *orig. Ivo;* credantur: *Codd. orig.* 54) vel dic.: *orig. Ivo* 55) sui: *Ivo* || can. 7. 56) *Caput Pseudois. — ap. Hinsch. c.* 5. *p.* 158. — *Jaffé no.* LXXV. — *Ans.* III, 16. (*can.:* omnes qui rectam; *cont.*); *Polyc.* V, 1, 15. (*ut ap. Ans.*) 57) *ABCEFH Polyc.;* tam: *G;* quamcunque: *orig.* 58) omnium: *ABD* || can. 8. 59) idem (item: *G*) Fabianus: *EGH; Caput Pseudoisid., cf. Theod. Cod. l.* 16. *t.* 2. *c.* 39. — *ap. Hinschius c.* 11. *p.* 186. — *Jaffé no.* XCV. — 60) ergo: *orig.;* vero: *Cod. Dst orig.* 61) vel: *AB* 62) aut: *orig.* 63) serviendus: *orig.;* serviturus: *Cod. Dst orig.* || can. 9. 64) qui episcopos iniuste persecuntur infamia et exilio digni iudicantur: *C* 65) *Caput Pseudois., ap. Hinschius c.* 5. *p.* 96. — *Jaffé no.* XXIII. — *Ans.* III, 7. (*can.:* si modo quisquam; *cont.*) 66) *ABCDF Edd. Arg. Nor. Ven.;* hi qui eos: *orig. Ans.* 67) admovere: *orig.;* amovere: *Codd. orig.* 68) si: *orig. Ans.* 69) prohibeantur: *ABEGH* 70) *Ezech. c.* 33. *v.* 11. 71) *add.:* magis: *H Ed. Bas.* 72) *Codd. et Edd. coll. o.* 73) *ib.* 74) *ib. orig. Ans.* 75) et: *AB* 76) ab humanis: *D Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 77) *Codd. coll. o.* || can. 10. 78) Detract. ab episcopali submoveantur accusatione vel testimonio: *C* 79) *Caput Pseudoisid. — cf. Statutt. eccl. antiq. c.* 46. — *ap. Hinschius c.* 3. *p.* 131. — *Jaffé no.* LXVII. — *Ans. ded.* III, 44. (49. *cont.*); 89. (104. *cont.*); *Ans.* III, 35. (62. *cont.*); *Ivo Decr.* V, 245. (*can.:* patriarchae vel: *contin.*) 80) *add.:* quoque: *Ivo* 81) auctoritate: *AB;* actores: *CE Edd. Lugdd. Corr.;* fautores: *Ans.* 82) *in AB ordo canonum sequentium talis est; in AB sequitur canon qui infra qu.* 5. *c.* 8. *invenitur cum rubrica:* Quos leges saeculi non admittunt episcopos accusare non possunt; *deinde in A: can.* 9. *infra l. c.:* Item Euseb. papa: constituimus cum omn. *etc.; rubrica omissa; in B tamen: can.* 7. *infra l. c. cum rubrica:* accusationes quas leges saeculi non asciscunt a clericis repelluntur.; *deinde c.* 9. *l. c. cum rubrica:* Infames qui ad sortilegos et divinos concurrunt nec accusatores nec testes esse possunt. *Tunc demum in AB exstat can.* XI. *sequens* || can. 11. 83) Iulianus: *A; deest: B;* — *Caput Pseudois. — cf. Paul. Sent. l.* 1. *t.* 2. §. 1. *cum interpr. — ap. Hinschius c.* 6. *p.* 211. — *Jaffé no.* CIV. — *Regin. Appdx.* III, 31. (ex conc. Carthag. c. 7.); *Burch.* XVI, 11.; *Ans.* III, 25. (24. *contin.*); *Ivo Decr.* VI, 333. (*can.:* haeretici omnes); *Ivo Pan.* IV, 92.; *Caes.* V, 35. 84) quandoque: *Reg. Burch.* 85) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* 86) *add.:* abiecta: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 87) dare: *Ivo Pan.* 88) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* 89) aut: *Reg.; deest: Burch.* 90) eundem: *Reg.* 91) *Codd. coll. o.* || can. 12. 92) *BCDF — fragm. ep. deperditae Ioannis* VIII. *scr. ao.* 878. *Liutperto AE. Mogunt.* — *Jaffé no.* 2391. — *Ivo Decr.* XIV, 51.; *Coll. tr. P.* I, 63, 3. 93) Bonosis: *AB;* Bolonis: *Ivo* 94) et: *Ivo Coll. tr. P.* 95) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 96) *Codd. coll. o.*

Causa III. Quest. V. 1) *Codd. coll. o.* || can. 1. 2) *Caput Pseudoisid.; cf. conc. Carth. h. a.* 427. *c.* 7. — *ap. Hinschius c.* 17. *p.* 141. — *Jaffé no.* LXX. — *Burch.* I, 171. (*can.:* omnes ergo qui; *contin.*); *Ans.* III, 55. (*can.:* rimandae sunt; *cont.*); *Ivo Decr.* V, 289. (*ut ap. Burch.; cont.*); *Ivo Pan.* IV, 85. (*can. contin.*); *Polyc.* V, 1, 13. (*ut ap. Ans.*) 3) *ABCDEF* 4) *Codd. coll. o.;* accusatores vero: *orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Polyc.; deest: Ivo Pan.* 5) eos: *Burch. Ivo Decr.* 6) *add.:* eorum: *ib.* 7) nec: *Ed. Bas.; deest: Ivo Pan.* 8) *add.:* eadem: *Ivo Pan.* 9) domibus eorum: *Burch. Ivo Decr.* 10) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.; add.:* tantum: *Ivo Decr.* 11) alienos: *Ivo Pan.* || can. 2. 12) *Caput Pseudoisid., cf. Ambrosii Ep.* 64. — *ap. Hinschius c.* 35. *p.* 84. — *Jaffé no.* IV. — *Burch.* I, 152.; *Ans.* III, 13.; *Ivo Decr.* V, 239. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* IV, 84. 13) acc. et: *deest: Ivo Pan.* 14) *add.:* autem: *ib.* 15) aut hesterno die: *orig.;* ante hesternum diem: *Cod. Par.* 3852 *orig.;* in proximo facti sunt inimici: *Burch.* 16) *A orig.* 17) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (aut ne): — *Burch. Ans. Ivo Pan.* 18) se: *deest: orig. Ivo Pan.* 19) ergo: *EGH Ivo Decr.* || can. 3. 20) *Caput Pseudoisid., petitum ex Paul. Sent. l.* 5. *t.* 15 §. 1.; *conc. Chalced. c.* 27. *et syn. Symm.* I. *c.* 5. — *ap. Hinschius p.* 676. — *Jaffé post no.* CCIII. — 21) De accus.: *BD* 22) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 23) *Codd. coll. o.*

non credatur, ne irati nocere cupiant, ne lesi ulcisci se uelint. §. 1.[24c] Si quis hec, que hodie in[25] hac[26] sancta sinodo prohibita sunt, infringere temptauerit[27d], aut uoluntarie transgredi presumpserit[28e], si clericus est, gradu proprio penitus[29] careat, si uero monachus aut[30] laicus fuerit, communione priuetur, et si non emendauerit uicium, anathemate feriatur. Secretas uero insidias uel manifestas pontificibus a quibuscumque illatas, uel ea, que huius sanctae sinodi sententia conplectitur, si quis ad ecclesiasticam[31f] pertulerit noticiam, potiatur honore, et hi, qui aduersa eis moliuntur, sicut a sanctis Patribus dudum statutum est, et hodie sinodali et apostolica auctoritate firmatum[32g], penitus abiciantur, et exilio suis omnibus[33] sublatis perpetuo tradantur.

C. IV.[34] *Qui non possunt esse accusatores uel testes.*

Item Pontianus *sanctae et*[35] *uniuersalis ecclesiae Episcopus,* [epist. II. omnibus Christianis][36].

Suspectos, aut[37] inimicos, aut facile litigantes, et eos, qui non sunt bonae conuersationis, aut quorum uita est accusabilis, et qui rectam non tenent et[38] docent fidem, accusatores esse[39] et testes antecessores[40a] nostri[41] apostoli[42*] prohibuerunt et nos eorum[43] auctoritate submouemus atque temporibus futuris excludimus.

C. V. *Ab accusationibus*[44] *clericorum repellantur, quos leges seculi non addmittunt.*

Item Eusebius *Episcopis Galliarum,* [epist. I.][45]

De accusationibus[46] clericorum[47], super quibus mandastis[48], scitote, a tempore apostolorum in hac sancta Urbe seruatum esse[49], accusatores et accusationes, quas exterarum[50] consuetudinum leges non asciscunt, a clericorum accusatione submotas[51]. *Et infra:* Idcirco et[52] nos sequentes Patrum uestigia pro saluatione seruorum Dei quascumque ad accusationem personas leges publicae non admittunt[53], his inpugnandi alterum et nos licentiam submouemus, et nullae accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis, que legibus seculi prohibentur[54].

C. VI. *Alienigenae, et quos diuinae uoces mortuos appellant, episcopos accusare non possunt.*

Item Pelagius *Papa* [II. Episcopis Italiae][55].

Canonica sanctorum Patrum statuta[56] sequentes[57a] ac roborantes, omnes infames, cunctosque suspectos, uel inimicos, et eorum[58b], qui non sunt eorum gentis, uel quorum fides[59], uita et libertas nescitur, et qui non sunt bonae conuersationis, uel quorum uita est accusabilis, ab omni accusatione episcoporum funditus submouemus. Similiter et omnes, quos diuinae leges mortuos appellant, submouendos esse ab eadem accusatione et publicae penitentiae submittendos iudicamus.

C. VII.[60] *A clericis repelluntur accusationes, quas leges seculi non adsciscunt*[61].

Item ex Sinodo Romana, *sub* Adriano *Papa habita*[62*].

Accusationes et accusatores, atque eorum[63] negotia, que seculares non adsciscunt leges, diuina ac sinodica funditus a clericis repellere[64a] auctoritate censemus, quia indignum est superiores[65] pati ab inferioribus que inferiores ab eis pati[66] despiciunt.

C. VIII. *Nec seruus, nec libertus, nec infamis episcopos accusare presumant.*

Item Stephanus *Romanae ecclesiae Episcopus omnibus Episcopis,* [ep. II. de accusationibus sacerdotum, c. 3.][67]

Accusatores[68] et accusationes, quas leges seculi non admittunt[69a], et antecessores nostri prohibuerunt, et nos submouemus. Nullus alienigena[70b] aut accusator fiat eorum, aut iudex[71]. Unde et de Loth scriptum est[72]: „Ingressus es ut aduena, numquid ut iudices?“ Accusator autem nostrorum[73] nullus sit seruus aut libertus, nullaque suspecta aut infamis persona.

C. IX. *Infames, qui ad sortilegos*[74] *et diuinos concurrunt*[75], *nec accusatores, nec testes esse possunt.*

Item Eusebius *Papa,* [epist. III. ad Episcopos Thusciae][76].

Constituimus[77] cum[79a] omnibus, qui nobiscum sunt, episcopis[80b], ut homicidae, fures, malefici, sacrilegi, raptores[81], adulteri, incesti[82], uenefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri[83], et qui raptum fecerunt, uel[84] qui[85c] falsum testimonium dixerunt[86], seu qui ad sortilegos[87] diuinosque[88] concurrerint[89d], similesque[90] eorum, nullatenus ad accusationem uel ad testimonium sint[91] admittendi, quia infames sunt et iuste repellendi, quia funesta est eorum uox.

C. X. *Suspecti aut gratiosi ad accusationem non admittantur.*

Item Iulius *Papa,* [in rescripto ad Orientales, c. 33.][92]

Similiter in[93] prefixa[94a] sinodo est decretum, ne suspecti, aut infames, aut[95] criminosi, aut[96] gratiosi, aut[97b] calumpniatores, uel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales, qui careant omni[98] suspicione[99].

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. V. c. 3. c) Et infra: §. 1. d) praesumserit e) tentaverit f) ecclesiae g) firmatur — c. 4. a) et antecess. — c. 6. a) stat. ne columnae sanctae ecclesiae vacillent sequentes b) eos — c. 7. a) repelli — c. 8. a) recipiunt b) enim alienigena — c. 9. a) iterum, firmantes cana[78] Patrum statuta, cum b) episc., sicut dudum decretum reperimus c) qui: *deest* d) concurrerunt — c. 10. a) iam praefixa b) vel

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. V. C. IV. * Apostoli: Sic est emendatum ex Vaticanis codicibus. Antea enim legebatur: *Apostolici*[42]. Originale autem impressum sic habet: *et antecessores nostri apostolica repulerunt auctoritate et nos submovemus, atque futuris, etc.*

C. VII. * Caput hoc et c. *Neminem.* infra ead. q. 6., quae citantur ex synodo Romana, exstant in capitulis Hadriani; ea autem expressius etiam appellatur synodi nomine infra 5. q. 3. in pr.

Causa III. Quest. V. can. 3. 24) *Codd. coll. o. — Hinsch. p.* 677. 25) in: *deest: orig.* 26) hac: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse putaverit.* 27) *Codd. coll. o.* 28) *ib.* 29) pen.: *deest: AB* 30) vel: *EGH* 31) *Codd. coll. o. orig.* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) *add.:* sibi: *EGH Ed. Bas.* 34) *hoc loco in AB sequitur c.* 10. *infra* || can. 4. 35) et: *deest: ABH* 36) *Caput Pseudois., haustum ex Pauli Sent. l.* 5. *tit.* 15. §. 1. *et conc. Carthag. hab. ao.* 421. *c.* 6. — *ap. Hinschius c.* 9. *p.* 149. — *Jaffé no.* LXXIII. — *Ans.* III, 16. (15. *can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 16. *c. unic.* (*contin.*) 37) et: *orig.;* aut: *Codd. orig.* 38) aut: *orig.;* et: *Codd. orig.* 39) esse et test.: *deest: orig Ans. Coll. tr. P.* 40) *Codd. coll. o.* 41) nostri: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 42) apostolici: *Edd. coll. o. pr. Bas,;* apostolica repulerunt auctoritate: *Ans. Coll. tr. P.* 43) eor. auct.: *deest: Ans. Coll. tr. P.* || can. 5. 44) accusatoribus: *ABD* 45) *Caput Pseudois., cf. Conc. Carthag.* VII. *c.* 2. *et Ennodii apolog. pro Symmacho — ap. Hinschius c.* 1. *p.* 230. — *Jaffé no.* CXXI. — *Ans. ded.* III, 117. (122.) *Ans.* III, 26. (25. *can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 30, 1, (*can. contin.*) 46) accusatoribus: *ABCF* 47) *add.:* Galliarum: *Edd. Arg. Nor.* 48) mandatis: *A orig.* 49) reservatum est: *Ans. ded.* 50) ex earum: *AB;* exterae: *orig. Coll. tr. P.;* exteras: *Ans.;* extraneas: *Cod. Vatic. Ans.* 51) *finis canonis: Ans. ded.* 52) et: *deest: Coll. tr. P.* 53) admittant: *orig.;* admittunt: *Codd. orig.* 54) *hoc loco in AB Gratiani dictum sequitur, quod exstat infra post c.* 14. || can. 6. 55) *inscr. in A deest; in B:* unde Nycolaus scribit Michaeli Inp. — *Caput Pseudois., cf. conc. Carth. hab. ao.* 421. *c.* 6. — *ap. Hinschius p.* 730. — *Jaffé no.* CCXXIX. — *Ans.* III, 59. (63. *can. contin.*) 56) instituta: *AB* 57) *Codd. et Edd. coll. o.* 58) *Codd. coll. o. pr. D* (et eor.: *deest*); et: *deest: AB* 59) *add.:* et: *EH* 60) *hoc loco in B sequuntur can. qui infra exstant c.* 15. *et seqq.* || can. 7. 61) admittunt: *EG* 62) *c.* 11. *inter capitula Hadriani ap. Hinschius p.* 760. — *cf. Bened. Lev.* III, 307. *et cap. Herardi Turon. c.* 102. — *Ans.* III. *in fine c.* 9. (Stephanus; *can.:* ultra prov. termin.) *cf. ib.* III, 20. (19. ex C. Nicaeno). 63) earum: *orig. Bened. Lev.;* eorum: *Codd. orig.* 64) *Codd. coll. o. Bened. Lev. Ans.* 65) superioribus: *orig. Bened. Lev. Ans.;* superiores: *Codd. orig.* 66) uti: *orig. Bened. Lev. Ans.;* pati: *Codd. orig.* || can. 8. 67) *Caput Pseudois., cf. conc. Carthag. hab. ao.* 421. *c.* 6.; *Theod. Cod. l.* 9. *t.* 1. *c.* 10.; *conc. Carth.* VII. *c.* 1. — *ap. Hinschius c.* 7. *p.* 184. — *Jaffé no.* XCV. — *Ans. ded.* III, 57. (62. *can. cont.*); *cf. ib.* 75. (80. ex Cap. Conc. Nicaeni a Iulio P. inventis); *Ans.* III, 18. (17.); *Ivo Decr.* VI, 327.; *Coll. tr. P.* I, 22, 4. 68) *add.:* vero: *orig. Ans.* 69) *Codd. et Edd. coll. o.* 70) *ib.* 71) *finis canonis: Coll. tr. P.; ap. Ivonem seqq. cum Gratiano non consonant.* 72) *Gen. c.* 19. *v.* 9. 73) vestrorum: *orig. Ans. ded. Ans.* || can. 9. 74) *add.:* magosque: *EGH* 75) currunt: *CH* 76) *Caput Pseudois., petit. ex C. Carth.* VII. *c.* 2. — *cf. cap. Angilr. c.* 67. *apud Hinschius p.* 767. — *ap. Hinschius c.* 18. *p.* 239. — *Jaffé no.* CXXIII. — *Ans.* III, 18.; *ib.* III. *in fine c.* 10. (*Eutycianus*) 77) statuimus: *orig.;* constit.: *Codd. orig.* 78) arcana: *orig.* 79) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 18. 80) *ib.* 81) rapt.: *Ans.* 10. 82) inc. . . periuri: *deest: ib.* 83) dom. peri.: *deest: AB* 84) et: *GH* 85) *Codd. coll. o. Ans.* 18. 86) dixerint: *Ans.* 10. 87) sacrilegos: *orig.;* sortil.: *Codd. orig.* 88) magosque: *Ans.* 10. 89) *CD Ans.* 18. 10.; concurrunt: *EFGH Edd. coll. o. pr. Arg.* 90) sacrilegos: *Corr.:* sim. eor.: *deest: Ans.* 10. 91) sunt: *EGH;* erunt: *orig. Ans.* 10. || can. 10. 92) *Caput Pseudois., cf. conc. Carth. hab. ao.* 421. *c.* 6. — *ap. Hinschius c.* 18. *p.* 473. — *Ans. ded.* III, 72. (87. *can. contin.*); *Ans.* III, 21. (20.) 93) et in: *Ans.* 94) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. orig. Ans.* 95) vel: *Ans. ded.* 96) vel: *orig.* 97) *Codd. coll. o. Codd. orig. Ans. ded. Ans.* 98) omnino: *EGH Ed. Bas. Ans.* 99) *add.:* vitio et: *Edd. Bas. Lugdd.*

C. XI. *Qui inimicitiis studet et*[100a] *facile litigat, nec accusator, nec testis esse potest.*

Item Felix Papa, [II. epist. I. c. 14.][101]

Nullus seruus, nullus libertus, nullus infidus[102b], nullus criminibus inretitus, nullus calumpniator, nullus, qui inimicitiis studet, nullus frequenter litigans[103c], et ad accusandum[104] uel detrahendum facilis[105d], nulla infamis persona, uel omnes, quos ad accusanda[106] publica crimina leges publicae non admittunt, permittantur episcopos accusare.

C. XII. *Familiares, suspecti, de domo*[107] *prodeuntes, non recipiantur in accusatione.*

Item Calixtus Papa, [epist. II. ad Episcopos Galliae][108].

Accusatores[109] uel testes suspecti non recipiantur, nec[110] familiares uel de domo prodeuntes[111], nec etiam consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium dicant, quia propinquitatis et familiaritatis ac[112] dominationis affectio ueritatem inpedire solet[113]. Amor carnalis et timor[114] atque auaritia plerumque sensus hebetant humanos, et peruertunt opiniones, ut questum pietatem putent, et pecuniam quasi mercedem prudentiae.

C. XIII. *Qui inimici uel suspecti sunt, et qui odio quoslibet insequuntur, ab accusatione remoueantur*[115].

Item Gelasius [Papa II. epist. VIII. c. 4.][116a]

Omnes, qui aduersus Patres armantur, ut Patrum inuasores[117b] infames esse censemus. Horum[118c] igitur[119d] uiciorum auctores uel patratores non sunt in accusatione[120] pontificum recipiendi, sed[121] penitus repellendi[122], quoniam iubent canonica decreta Patrum, ut accusatio uel testimonium eorum, qui odio quoslibet secuntur[123e], uel qui inimici aut suspecti habentur, nullo modo recipiantur.

[P A L E A[124].

C. XIV. De eodem.

Item Pascalis Papa[125]*:

Nulli episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos ante, quam** ab eis inpeteretur[126], a sua communi familiaritate neglexerit separare.]

Gratian. *Quod uero inimici ab accusatione prohibentur*[127a], *inde est, quia eorum calliditate innocentia frequenter obprimi solet. Sed cum Athanasius suae cathedrae reddi precipitur, quia de inimicitia sui patriarchae conquestus est, patet, quod etsi manifesta sunt crimina alicuius, non tamen accusatione inimici condempnandus est.*

Unde Nicolaus scribit Michaeli Inperatori [in epistola, quae incipit: „Proposueramus."][128a]

C. XV. *Qui inimici sunt, iudices esse non possunt.*

Quia[129b] suspecti et inimici iudices esse non debeant, et ipsa ratio dictat, et plurimis probatur exemplis. §. 1. Nam quid gratius et amabilius dare quis inimico potest, quam si ei ad inpetendum commiserit, quem ledere forte uoluerit? Quod prouide Constantinopolitana sinodus canonum suorum sexto* dinoscitur prohibere capitulo. §. 2.[130c] Veniamus[131d] et ad S. Calcedonensem sinodum, et quid nobis de[132] Athanasio[133] Perenorum[134e] referat episcopo audiamus. Is enim antistes tertio euocatus[135f], quia non occurrit, a patriarcha suo canonice[136] condempnatus extiterat, sed solum quia, cum uocaretur ad sinodum, quod inimicus[137g] esset ipse, qui iudicabat, clamauit, a S. Calcedonensi sinodo ad causas illatas sibi examinandas reseruatur, et nisi denuo conuinceretur[138h], recipere ecclesiam propriam iudicatur. Si[139i] Athanasius a patriarcha suo depositus, quia de inimicitia eius[140k] conquestus est, iterato[141] ad iudicium renouandum[142] dirigitur, etsi[143] manifesta** sibi crimina officiant, suae[144l] ecclesiae reddi precipitur: quanto magis Ignatius, qui non a[145] patriarcha, sed ipse potius existens patriarcha, minime debuit ecclesia propria priuari et[146m] inimicis et suspectis iudicibus decernentibus expoliari? §. 3.[147n] Veniat et facundissimus Papa noster Gelasius, hereticorum expugnator fortissimus, et quod de Constantinopolitanis episcopis[148] more solito tunc egrotantibus dixit, etiam[149] nunc nobis edisserat. „Quero," inquit[150o], „iudicium[151p], quod pretendunt, ubinam[152] possit agitari? an apud ipsos, ut idem sint inimici testes[153q] et iudices? Sed[154] tali iudicio nec humana debent committi negotia." Quod si iudicio, ubi idem sunt inimici qui iudices, nec humana debent committi iudicia[155r], quanto minus diuina, id est ecclesiastica? Qui sapiens est intelligat. §. 4. Et reuera hinc Iustinianus inperator pius[156] legibus suis promulgasse dinoscitur, dicens[157]: „Liceat ei, qui suspectum sibi[158s] iudicem putat[159], antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. V. c. 11. a) vel b) infidelis c) qui frequent. litigat d) est facilis — c. 13. a) Pelagius b) invas. et mactatores c) Et infra: Horum d) ergo e) persequuntur — c. 14. a) prohibeantur — c. 15 a) Nicolaus Papa b) Quod c) Et infra: §. 2. d) Veniamus ergo e) Paraenorum f) evocatus ad synodum g) inimicus suus h) convincatur i) Quod si k) ipsius l) tamen suae m) propria n) Et paulo post: §. 3. o) inquit, tamen p) ab his iudicium q) et testes r) negotia s) sibi: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * In uno pervetusto exemplari Gratiani, a quo pleraeque Paleae absunt, caput hoc habetur non hic, sed sup. 2. q. 7. post c. *B. Petrus et Paulus*, ubi etiam citatur ex Paschali II.

** Quos ante, quam: In eodem codice legitur: *quos et ante, quam ab eis impeterentur, a sua communi familiaritate neglexerunt separare.* In aliis vero nonnullis, in quibus haec Palea habetur hoc loco, legitur: *quos ante, quam ab eis se impetendos cognoscerent, a sua, etc.* In decretalibus autem non multo secus: *ante, quam se ab eis impetendum cognosceret, a sua etc.*

C. XV. * Sexto: Hic canon est sextus concilii Constantinopolitani I. apud Graecos, qui in conciliis in quatuor volumina coniectis (nam in aliis editionibus abest) tomo I. bis affertur, primum in concilio ipso Constantinopolitano, deinde in libello synodicarum constitutionum. De quo capitulo et aliis canonibus huius concilii supra dist. 22. est notatum, et infra 4. quaest. 1. c. *Quod autem*, aliquid dicitur.

** Etsi manifesta: Vera lectio est: *et nisi manifesta sibi officiant crimina, suae reddi ecclesiae praecipitur.* Estque idem, quod antea retulerat ex ipso concilio: *et nisi denuo convincatur, recipere ecclesiam propriam iudicatur.* Verum non est emendatum ob glossam, et quia Gratianus in verbis sequentibus manifeste ostendit, falsa lectione se usum esse, qui etiam quod hic dicitur de inimicitia iudicis ad accusatoris inimicitiam transtulit. Nec vero (quod ex tota illa actione 14. facile constat) Athanasius in ea causa erat actor, qui restitutionem peteret, (quippe quum, licet in concilio Antiocheno depositus, postea tamen per Dioscorum episcopatum recuperasset, tuncque possideret), sed Savinianus, qui post Athanasii depositionem in eius locum a metropolitano et comprovincialibus episcopis suffectus, ab eodem Dioscoro eiectus fuerat, ideoque restitui sibi episcopatum petebat. In ipso autem concilio Chalcedonensi statutum fuit, ut (quando Athanasius diceret, se ad concilium Antiochenum ter vocatum ideo non venisse, quod Domnus eo tempore patriarcha Antiochenus sibi inimicus esset) Savinianus quidem maneret in episcopatu, interim vero causa Athanasii apud Maximum tunc Antiochiae patriarcham ageretur, atque inter octo menses cognosceretur, an Athanasius crimen depositione dignum commisisset, ac, nisi commisisse constaret, suus illi episcopatus redderetur. Ex quo toto facto Nicolaus partem illam accepit, quae ad rem suam optime faciebat.

Causa III. Quest. V. can. 11. 100) *Codd. coll. o. pr. E* 101) *Caput Pseudois., cf. conc. Carth.* VII. *c.* 1. 2. — *ap. Hinschius c.* 15. *p.* 487. — *Jaffé no.* CLVIII. — *Ans.* III, 62. (66. *can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 33, 4. (*can. contin.*) 102) *BCEGH orig. Ans.* 103) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 104) causandum: *orig. Coll. tr. P.*; accus.: *Codd. orig.* 105) *ABCDFH* 106) causanda: *Coll. tr. P.* || can. 12. 107) eadem domo: *AB* 108) *Caput Pseudois., confect. ex Pauli Sent. l.* 5. *t.* 15. §. 1. *iuncta interpret. et Ambros. ep.* 44. *ap. Hinschius c.* 17. *p.* 141. — *Jaffé no.* LXX. — *Burch.* I, 171. (*can.:* omnes ergo); *Ans.* III, 57. (55.); *cf. Ivo Decr.* V, 289. *cuius tamen verba cum Grat. minime consonant.* — *cf. supra eadem c.* 1. 109) accus. consanguinei adversus extran. testim. non dicant nec famil.: *Ans.* 110) nec. . . . quia: *deest: Burch.* 111) *inde ab hac voce usque ad* quia *Gratianus neque cum originalis neque cum Anselmi verbis consonat.* 112) et: *GH* 113) *finis canonis: Burch. Ivo Decr.* 114) *add.:* carnalis: *AEGH* || can. 13. 115) inimici hereticorum patrum et qui suspecti habentur aut ab accus. vel testimonio repellantur: *C* 116) *Codd. coll. o. Ans.* — *Caput Pseudois. Ep. Pelagii ad omnes epp., confectum ex Procli ep. ad Domnum Antioch. in act.* 14. *conc. Chalc.* — *ap. Hinschius p.* 724. — *Jaffé no.* CCXXIX. — *Ans.* III, 6. (*can.:* sanct. pat. statuta; *cont.*) 117) *Codd. et Edd. coll. o.* 118) *Codd. coll. o. Ans.* 119) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 120) accusationem: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 121) sed . . . repell.: *deest: AB* 122) expellendi: *EG* 123) *Codd. coll. o. Ans.*; insequuntur: *orig.* || can. 14. 124) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu posterioris saeculi in marg. scr. exstat. Iam Hugucc. paleam esse notavit* (*cf. Schulte p.* 15.) 125) *Caput incertum.* — *cf. c.* 3. *Comp.* I. *de acc. c.* 5. X. *h. t.* 126) impetretur: *Edd. Ven.* I. II.; anteq. ab eis se impetrandos cognoscerent: *F Ed. Bas.* 127) *Codd. coll. o.* || can. 15. 128) *ACDF* — *scr. ao.* 865. — *Jaffé no.* 2111. 129) *ACDF Ed. Bas. orig.* — *Corr.* 130) *Codd. coll. o.* — *Ivo Decr.* V, 55. (*can.:* placuit s. synodo) 131) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo.* 132) *add.:* ipso: *D Edd. coll. o.* 133) Anastasio: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 134) *Codd. coll. o. pr. B* (Terrenorum); — *Ivo* 135) *Codd. et Edd. coll. o.; in ABEGH add.:* est 136) can.: *deest: AB* 137) *Codd. coll. o. Ivo;* enim eius: *Edd. coll. o.* 138) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 139) *Codd. et Edd. coll. o.* 140) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (sua); — *Ivo* 141) quia non occurrit: *AB* 142) renov.: *deest: ib.* 143) et nisi: *Ivo* 144) *ABDF Ivo* 145) a: *deest: AB* 146) *Codd. et Edd. coll. o.* 147) *Codd. coll. o.* 148) ep.: *deest: orig.* 149) et: *ABE* 150) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo;* — *in comminotorio ad Faustum;* 151) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (ab eis iud.) 152) ubi non: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II.; ibi non: *Ed. Ven.* I.; ubi: *Ivo* 153) *BCEFGH orig. Ivo.*; *add.:* rei: *C Edd. Bas. Lugd.* I. 154) Sed et: *orig.* 155) *ABFGH orig.* 156) prius: *Edd. Lugdd.* II. III.; piis: *Ivo* 157) *l.* 16. *Cod. de iudic.* (3, 1.) 158) *Codd. et Edd. coll. o.* 159) habet: *Ivo*

recurratur."[160] Nam quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare et inimicorum iudicium uelle[161 t] refugere[162]. §. 5. Hinc[163 u] S. Iohannes, os aureum, concilii contra se congregati renuit intrare collegium.

Gratian. *Patet*[164 v] *quod, etsi manifesta sunt*[165 w] *crimina alicuius, non tamen accusatione inimici condempnandus est.*

QUESTIO VI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Extra prouinciam autem reus nullatenus est producendus.*

Unde Fabianus Papa scribit Ylario Episcopo, [ep. III. cap. 4.][1]

C. I. *Ubi crimen admittitur, ibi causa uentiletur*[2].

Ibi[3] semper causa agatur, ubi crimen admittitur, et[4] qui non probauerit quod obicit[5 a], penam, quam intulerit, ipse[6] patiatur.

C. II. *Accusatus nonnisi in foro suo audiatur.*

Idem [eadem epist. c. 2.][7]

Si quis[8] episcoporum super certis accusatur[9 a] criminibus, ab omnibus audiatur, qui sunt in prouincia sua[10], episcopis, quia non oportet accusatum alibi[11] quam in foro suo audiri.

Gratian. *Exceptio fori dilatoria est, atque ideo in inicio litis debet opponi et probari. Peremptorias autem exceptiones (ut sunt prescriptiones longi temporis) sufficit in inicio litis contestari.*

C. III. *De eodem.*

Idem [Fabianus ibidem][12].

Pulsatus ante suum iudicem causam[13] dicat, non[14 a] ante suum iudicem pulsatus, si uoluerit, taceat. Pulsatis[15] uero, quociens appellauerint[16], induciae dentur[17].

Gratian. *Hoc autem, quod de loco dictum est, tunc intelligendum est, cum ueritas causae nonnisi in loco admissi criminis deprehendi potest, aut nisi altera pars iudicium maioris personae interpellauerit, siue declinando iudicium, siue releuando sententiam.*

Unde Stephanus, sanctae et apostolicae[18] *atque uniuersalis ecclesiae Romanae Episcopus, scribit omnibus Episcopis,* [epist. II. cap. 7.][19]:

C. IV. *Intra prouinciam, et a conprouincialibus tantum causa est audienda*[20].

Ultra prouinciarum[21] terminos accusandi licentia[22] non progrediatur, sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur, et a conprouincialibus[23] terminetur, nisi[24] tantum ad apostolicam sedem fuerit appellatum.

C. V. *A conprouincialibus accusatus uel iudicatus*[25] *apostolicam sedem appellet.*

Item Sixtus Papa [II. ep. I. ad Gratum Episcopum][26].

Accusatus uel iudicatus a conprouincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet, et adeat[27] apostolicae sedis Pontificem, qui aut per se, aut per[28] uicarios suos retractare[29 a] eius[30 b] negotium procuret[31]. Et dum iterato iudicio Pontifex causam suam agit[32], alius in eius loco non[33 c] ponatur[34] aut ordinetur episcopus, quoniam, quamquam conprouincialibus episcopis accusati causam episcopi[35 d] scrutari liceat, non tamen diffinire[36] inconsulto Romano Pontifice permissum est.

[PALEA[37].

C. VI. De eodem.

Item Damasus Papa Stephano Archiepiscopo, epist. II. c. 2.[38]*

Discutere[39] episcopos et summas[40] ecclesiasticorum negotiorum[41] causas metropolitano una cum omnibus suis conprouincialibus, ita ut nemo ex eis desit, et omnes in singulorum concordent[42] negotiis, licet; sed diffinire eorum atque ecclesiasticarum[43] summas querelas causarum, uel dampnare episcopos absque huius sanctae sedis[44] auctoritate minime licet, quam[45] omnes appellare, si necesse fuerit, et eius fulciri auxilio oportet.]

C. VII. *Conprouinciales et metropolitani episcoporum causam*[46] *audire, sed diffinire non possunt.*

Item Eleuterius Papa [scribens ad Galliae prouincias, cap. 2.][47]

Quamuis liceat apud prouinciales[48 a], et metropolitanos, atque primates episcoporum[49] uentilare accusationes uel[50 b] criminationes[51], tamen non licet[52] diffinire* sine huius sanctae sedis auctoritate, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam diffinitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut preponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuste terminentur negotia. Reliquorum uero clericorum causas apud conprouinciales[53 c], et metropolitanos, et[54 d] primates et[55] uentilare, et iuste finire[56] licet[57].

C. VIII. *Ante apostolicam censuram in causis episcoporum non est diffinitiua sententia ferenda.*

Item Leo Episcopus urbis Romae Anastasio Episc. Tessalonicensi, [ep. LXXXII. al. LXXXIV. c. 1.][58]

Multum stupeo, frater karrissime, sed[59 a] plurimum

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. V. c. 15. t) semper velle u) §. 5. Hinc S. Athanasius inimicorum saepe declinavit insidias. Hinc v) Patet ergo w) sint — Quest. 6. c. 1. a) obiecit — c. 2. a) accusetur — c. 3. a) et ante non — c. 5. a) retractari b) eiusdem c) nullus alius in eius loco pon. d) pontificis — c. 7. a) comprovinciales b) et c) provinciales d) ac — c. 8. a) sed et

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VI. C. VI. * Caput hoc in aliquot vetustis exemplaribus non habetur, neque in ipsum adest glossa.

C. VII. * Diffinire: In epistola ipsa [et in Ivon. Decr. et Pan.] sequitur: *secus quam praedictum est, reliquorum vero etc.* Superius vero haec praedicta fuerant: *finitiva episcoporum tantum iudicia huc deferantur, ut huius sanctae sedis auctoritate finiantur, sicuti ab apostolis etc.* usque ad verbum: *Reliquorum.*

Causa III. Quest. V. can. 15. 160) recurrat: *AB* 161) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 162) fugere: *Ivo* 163) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 164) *Codd. coll. o.* 165) *ib.*

Causa III. Quest. VI. can. 1. 1) Ianuario; *EGH — Caput Pseudois., cf. Lex Rom. Wisig. Cod. Theod.* IX, 1, 5. *et* 6. *interpr. Ed. Haenel. cf. c.* 3. *C.* II. *qu.* 3.; *c.* 4. *C.* II. *qu.* 8. *et infra c. fin. — apud Hinschius c.* 28. *p.* 168. — *Jaffé no.* LXXVII. — *Ans.* XI, 81.; *Ivo Decr.* VI, 324. (*can.:* si quis ergo iratus) 2) *rubr. deest: AB* 3) *add.:* enim: *DF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; *deest: orig;* ibi: *Codd. orig.* 4) omnis qui crimen obicit scribat se probaturum re vera et: *Ans.* 5) *AB Cod. orig. Ans.;* obiecerit: *DGH* 6) in se: *Ivo;* ipse intul. ipse: *AB* || can. 2. 7) *Caput Pseudois., ex Greg. M. ep.* 8. *lib.* III. *Ed. Maur. — ap. Hinschius c.* 26. *p.* 167. — *Burch.* I, 147. (ex C. Spalensi; *can.:* peregrina vero iudicia); *Ans.* III, 77. (76. Sixtus; *can.:* statuentes decernim. *contin.*); *Ivo Decr.* V, 260. (*can.:* peregrina vero iud.); *Polyc.* V, 1, 17. (*ut ap. Ans.*) 8) aliquis: *orig. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 9) *Codd. et Edd. coll. o.* 10) sua: *deest: orig. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 11) alicubi: *orig. Burch. Polyc.* || can. 3. 12) *Caput Pseudois.; cf. Theod. Cod. l.* 9. *t.* 1. *c.* 10.; *l.* 9. *t.* 10. *c.* 3.; *synod.* III. *sub Symmacho; — ap. Hinschius c.* 28. *p.* 168. — *Ans.* II, 11. (*can.:* iudicem adversum sibi; *cont.*); III. *in fine c.* 3.; *Ivo Decr.* VI, 323.; *Ivo Pan.* IV, 123. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* I, 22, 10.; *Polyc.* I, 7, 5. (*can. contin.*) 13) causas: *Polyc.* 14) *Codd. coll. o.* 15) pulsatus: *EGH;* et ut pulsatis: *orig. Ans.* 3. *Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.;* et pulsatis: *Ans.* 11. *Ivo Pan.* 16) appellaverit: *EGH* 17) cedantur: *orig.;* dentur: *Codd. orig.* || can. 4. 18) *add.:* sedis: *GH* 19) *Caput Pseudois. — cf. Theod. Cod. l.* 9. *t.* 1. *c.* 10. *et* 16. — *ap. Hinschius c.* 10. *p.* 185. — *Jaffé no.* XCV. — *Ans.* III. *in fine c.* 9.; *Ivo Pan.* IV, 33.: *Coll. tr. P.* I, 21, 7. (*can. contin.*) 20) causa audiatur: *AB* 21) vero provinciae: *orig. Ans. Coll. tr. P.;* provinciarum: *Codd. orig.* 22) licentiam: *orig.;* licentia: *Codd. orig.* 23) provincialib.: *Ivo Pan.* 24) nisi . . . apell.: *deest: Ans., ubi alia exstant.* || can. 5. 25) *add.:* episcopus: *AB* 26) *Caput Pseudois., cf. conc. Sard. c.* 4. 5. 7. — *ap. Hinschius c.* 2. *p.* 190. — *Jaffé no.* XCVI. — *Ans. ded.* I, 15. (Victor; *can.:* placuit ut accus.; *contin.*); *Burch.* I, 144. (Iulius; *can.:* ut omnes episcopi; *contin.*); *ib.* 176. (*ut in Ans. ded.*); *Ivo Decr.* V, 4. (*can.:* placuit ut: *cont.*); *ib.* 257. (*ut ap. Burch.*); *Ivo Pan.* IV, 125. (*can.:* placuit ut); *Coll. tr. P.* I, 12, 3. (*ut in Pan.*); *Coll. tredec. P.* IX, 69. 27) audeat adire: *Burch.* 144. 28) per: *deest: CE* 29) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. orig. Coll. tr. P.;* tractari: *orig.* 30) *Codd. coll. o. pr. C (deest); — Burch.* 144. 176. *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 31) *finis canonis: Ivo Pan.* 32) agat: *AB* 33) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 34) subrogetur pon.: *Burch.* 144.; *Ivo Decr.* 257. 35) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* eius: *orig. Ans. ded. Ivo Decr.* 4. 257. 36) definiri: *orig. Burch.* 144. 176. || can. 6. 37) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est — Hugucc. commentat. est. (Schulte p. 15.)* 38) *Caput Pseudoisid., cf. Innoc.* I. *ep.* 2. *et Greg. M. l.* 3. *ep.* 8. — *ap. Hinschius c.* 8. *p.* 502. — *Jaffé no.* CLXII. — *Ans.* II, 61. (59.) 39) *add.:* namque: *orig.* 40) summorum: *ib.* 41) negot.: *deest: ib.* 42) concorditer conveniant: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 43) ecclesiasticorum: *Ans.* 44) sanct.: *deest: F Edd. coll. o. —* sedis: *deest: F Ed. Bas.* 45) quoniam: *Edd. Ven.* I. *Lugdd. — Ans.* || can. 7. 46) causas: *AC* 47) *Caput Pseudoisid., confectum ad conc. Sard. c.* 4. — *ap. Hinschius c.* 2. *p.* 125. — *Jaffé no.* LXI. — *Ivo Decr.* VI, 316. (*can.:* de accusationibus ergo; *cont.*) — *Ivo Pan.* IV, 134. 136. (*ut in Decr.*) 48) *Codd. coll. o. pr. ABC; — orig. Ivo Decr. — Corr.* 39) eorum: *orig. Ivo Decr.* 50) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 51) terminationes: *Ivo Pan.* 52) liceat: *AB* 53) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 54) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 55) et: *deest: Ivo Decr.* 56) diffinire: *F Ed. Bas.* 57) liceat: *Ivo Pan.* || can. 8. 58) *Ep.* 14. *Ed. Baller. scr. ao.* 446. (?) — *Jaffé no.* 189. — *Coll. tr. P.* I, 43, 20. 59) *Codd. coll. o. Ed. Bas.*

doleo, quod in eum, de quo nichil amplius iudicaueras, quam quod euocatus adesse differret et excusationem[60] infirmitatis obtenderet[61], tam atrociter et tam uehementer potueris[62] conmoueri, presertim cum[63], etiam si[64b] tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat quid ad tua consulta rescriberemus[65c]. Sed[66d] etiam si quid graue intolerandumque committeret[67e], nostra erat expectanda censura, ut nichil prius[68] ipse decerneres quam quid nobis placeret agnosceres. Vices enim nostras ita tuae credidimus[69] karitati, ut in partem sis uocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde, sicut multum nos ea, que a te pie sunt curata, letificant, ita nimium[70f] ea, que perperam sunt gesta, contristant.

C. IX. *Preter conscientiam*[71a] *Romani Pontificis nec concilia celebrari, nec episcopum dampnari*[72] *oportet.*

Item Iulius Papa orientalibus Episcopis, [ep. I.][73]

Dudum[74] a sanctis apostolis successoribusque eorum[75] in antiquis[76] decretum est[77b] statutis, que hactenus sancta et uniuersalis apostolica[78] tenet ecclesia, non oportere[79c] preter sententiam[80] Romani Pontificis concilia celebrari uel[81d] episcopum dampnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatum[82e] omnium ecclesiarum esse uoluerunt; et sicut B. Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita et hec ecclesia suo nomine consecrata (Domino instituente) prima[83] sit et caput ceterarum, et ad eam quasi ad matrem atque[84] apicem omnes maiores ecclesiae causae et iudicia episcoporum recurrant, et iuxta eius[85] sententiam terminum sumant, nec extra Romanum quicquam ex his decerni Pontificem debere.

II. Pars. Gratian. *Aliquando inconsulto Romano Pontifice plerique episcoporum dampnati inueniuntur, et alii in eorum subrogati locum, quorum dampnationem et subrogationem pro bono pacis ex dispensatione tollerasse legitur ecclessia.*

Unde Nicolaus[86a] *Papa Salomoni Regi*[87b] *Brittorum*[88c]:

C. X. *Quorumdam*[89d] *depositionem, extra conscientiam Romani Pontificis factam, pro pace tollerauit ecclesia.*

Hec quippe est ordinatio Dei[90] patris tui, et hec est lex ecclesiae matris tuae, uidelicet ut omnes episcopos regni tui ad Turonensem archiepiscopum mittere non detrectes, ipsiusque iudicium postulare non dedigneris. Ipse enim est metropolitanus[91], omnesque[92e] episcopi tui regni eius suffraganei[93] sunt, sicut conscriptiones predecessorum meorum euidenter ostendunt, qui predecessores tuos, quia illos ab ipsius cura[94] subtraxerant, forti[95f] inuectione corripere[96] studuerunt, quamuis nec nostra scripta super hac re missa deesse[97] uideantur. Cumque coram designato Turonicae[98] ecclesiae presule et integro numero collegarum, id est duodecim episcoporum[99], celebrato conuentu fuerint eiecti episcopi regulariter examinati, apparueritque quod canonice fuerint eiecti, ipsis[100] in sua deiectione manentibus, qui[101] in locis eorum consecrati sunt poterunt[102g] utique episcopatus honore potiri. Quod si eiecti[103] episcopi insontes fuerint declarati[104], his amotis[105], qui illis subrogati sunt, ecclesias suas ipsi[106] recipiant. Nam cum antecessores mei presules eiectiones[107h] eorum[108] episcoporum, qui ab ecclesiis suis[109] expulsi sunt, nec admiserunt[110], nec approbauerunt, nec ipsos, qui eis[111] subrogati sunt[112i*], uiuentibus illis legitimos episcopos dixerunt. Sane si ad Turonensem forte archiepiscopum mittere prefatos[113] episcopos dedignaris, stude duos episcopos de expulsis et duos de subrogatis una cum ecclesiae[114] tuae legato ad apostolicam B. Petri sedem transmittere, ubi, digna examinatione premissa, qui legitimi episcopi sunt[115] appareat[116k], et suas ecclesias inregulariter non amittant. Nichil enim[117] queo[118] aliud in presenti negotio diffinire. Quia uero magna quis[119] sit metropolitanus apud Brittannos est contentio, licet nullius[120] memoria teneat[121] uos in uestra regione ullam habuisse metropolitanam[122] ecclesiam, tamen si libet (postquam Deus omnipotens[123] pacem inter uos et dilectum filium nostrum, Karolum regem[124] gloriosum, constituet)[125l] facile hoc poteritis aduertere. Quod si adeo contentiosius[126m] agere[127] creditis, ad nostrum apostolatum destinare contendite, quatinus nostro libramine que fuerit apud uos antiquitus[128] archiepiscopalis ecclesia[129] luce clarius innotescat, et deinceps omni ambiguitate recisa quem[130n] sequi episcopi uestri debeant incunctanter agnoscant. Neque enim ecclesias Domini[131o] per discordias[132] regum diuisionis[133] aliqua pati dampna necesse est, cum (quantum ex se est) pacem, quam predicant, seruare studeant inuicem et in omnes.

III. Pars. Gratian. *Alias autem irrita erit episcoporum sententia et a sinodo retractanda.*

Unde Felix Papa [I. epist. I. ad Paternum][134]:

C. XI. *Dampnatio iniusta inrita est et in*[135a] *sinodo retractanda.*

Inritam esse episcoporum dampnationem et iniustam* censemus et[136] idcirco a sinodo retractandam, ita ut oppressis ab[137] omnibus in cunctis subueniatur causis.

Gratian. *Quod autem metropolitanum suum*[138] *contempnere, et aliorum iudicium alicui expetere non liceat, Sixtus Papa* [III.][139] *testatur* [in epist. ad orientales Episcopos, c. 3.] *dicens:*

C. XII. *Peregrina iudicia sunt submouenda.*

Peregrina[140] iudicia, salua in omnibus apostolica[141] auctoritate, generali sanctione prohibemus, quia indignum

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. VI. c. 8. b) etsi c) rescriberem d) Et infra: Sed e) gessisset f) nimirum — c. 9. a) sententiam b) fuerat c) oporteret d) nec e) primatem — c. 10. a) Ioannes b) tertio et ultimo Regi c) Britonum d) Quorund. episcoporum e) et omnes f) forte g) potuerunt h) eiectionem i) post sunt* k) appareant l) constituerit m) contentiose n) quam o) Dei c. 11. a) a

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * Subrogati post sunt: Sic restitutum est ex aliquot vetustis et valde emendatis codicibus. Antea legebatur: *subrogari possunt.*

C. XI. * Et iniustam: Sic in originali, et antecedit vox: *aliter*, sed in decretis Iulii, et in concilio Carthaginensi IV. (unde citatur infra 11. q. 3. c. *Irritam*) et in capitulis Hadriani, et apud Anselmum est: *irritam esse iniustam episcoporum damnationem etc.* quae lectio videtur magis convenire cum rubrica huius capitis.

Causa III. Quest. VI. can. 8. 60) executionem: *Coll. tr. P.* 61) ostenderet: *ABF* 62) poteris: *Coll. tr. P.* 63) cum: *deest: AB* 64) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 65) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 66) *ib.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 68) prius: *deest: AB* 69) credebamus: *ABF;* credimus: *Coll. tr. P.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ven.* II. (minimum); — *orig. Coll. tr. P.* ‖ can. 9. 71) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 72) deponi: *AB* 73) *Caput Pseudois., cf. hist. trip. l. 4. c. 9., donationem Const. M. et Innoc.* I. *ep.* 2. — *ap. Hinschius c.* 6. *p.* 459. — *Jaffé no.* CXXXIX. — *Ans.* II, 41. (*can. contin.*) 74) porro dudum: *orig. Ans.* 75) eorumque successoribus: *GH* 76) *add.:* praefatis: *orig. Ans.* 77) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 78) ap.: *deest: ABG* 79) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 80) conscientiam: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 81) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 82) *ib. orig. Ans.* 83) primatum (?): *Ans.;* pr. sitet cap. sit: *AB* 84) et: *ib.* 85) eiusque iuxta: *orig. Ans.;* eiusque iniusta sent.: *Corr.* ‖ can. 10. 86) *Codd. et Edd. coll. o.* 87) *Codd. coll. o.* 88) *Codd. coll. o. pr. EG* (Brittanorum) — *Ep. scr. ao.* 865. — *Jaffé no.* 2110. — *Coll. tr. P.* I, 62, 58. 89) *Codd. coll. o. pr. D* 90) quippe sunt Dei: *AB;* sunt praecepta: *orig. Coll. tr. P.* 91) *add.:* episcopus: *AB* 92) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 93) eiusque: *EH* 94) eius iure: *EGH* 95) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 96) corrigere: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 97) deesse: *deest: AB* 98) praesignato Turonensis: *orig.* 99) colleg. LXXII. ep.: *AB* 100) et ipsis: *EGH* 101) quicunque: *orig.* 102) *Codd. coll. o. pr. H* (potuerint) 103) eiecti: *deest: orig.* 104) declar.: *deest: AB* 105) amonitis: *Coll. tr. P.* 106) episcopi: *C;* illi: *EG* 107) *ABEGH* 108) suorum: *AB* 109) sacris: *ib.* 110) admiserint . . . approbaverint: *Coll. tr. P.* 111) ei: *EG Coll. tr. P.* 112) *ABC Ed. Bas. orig. Coll. tr. P.;* subrogari possunt: *Codd. et Edd. rel.* 113) pref. ep.: *deest: orig.* 114) gloriae: *ib.* 115) sint: *ib.* 116) *ABCDF orig. Coll. tr. P.* 117) ergo: *AB* 118) quaero: *ABH Edd. coll. o.;* peto: *G;* quaeso: *E;* nihil enim aliud est, quod in praesenti negotio penitus definiri possit: *orig.* 119) qui: *EGH Coll. tr. P.* 120) nulla: *orig. Coll. tr. P.* 121) sit: *orig.* 122) metropolim: *CDEFGH Coll. tr. P.* 123) omnip.: *deest: orig.* 124) reg.: *deest: Coll. tr. P.* 125) *ABC orig. Coll. tr. P.;* statuerit: *G* 126) *A orig.;* contentius: *BD;* contemptiosius: *EH:* contemptiose: *F;* contentiones (?): *Coll. tr. P.* 127) agentibus: *orig.* 128) antiquitas: *Coll. tr. P.* 129) eccl.: *deest: ib.* 130) *ABDF Edd. Bas. Ven.* I. *Lugdd. orig. Coll. tr. P.* 131) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 132) discordiam: *orig. Coll. tr. P.* 133) divisiones aliquas pati vel: *orig.* ‖ can. 11. 134) *Caput Pseudois., cf. Statutt. eccl. ant. c.* 51. — *ap. Hinschius c.* 4. *p.* 198. — *Jaffé no. C* — *Ans. in fine lib.* III. *inter cap. Hadriani; Coll. tr. P.* I, 24, 3. 135) *Codd. coll. o. pr. C* 136) cens. et: *deest: orig. Ans. Coll. tr. P.;* et: *Codd. orig.* 137) ab: *deest: AB; inde a voce* retract. *seqq. ap. Ans. desunt, ubi alia exstant.* 138) suum: *deest: ABC* ‖ can. 12. 139) *Caput Pseudois., cf. Theod. Cod. lib.* 9. *tit.* 1. *c.* 10. — *ap. Hinschius p.* 562. — *Jaffé no.* CXCII. — *Ans. ded.* III, 173. (178. Hyginus; *can.:* nec non et peregr.; *can. contin.*); *Burch.* I, 147. (ex C. Spalensi; *can.:* peregrina iudicia; *contin.*); *Ans.* III, 77. (76. *can.:* statuentes decernimus; *contin.*) *in fine lib.* III. *inter cap. Hadriani; Ivo Decr.* V, 260. (*can. contin.*); *ib.* VI. 331. (*can.:* infamis enim persona); *Coll. tr. P.* I, 42, 2. (*can. contin.*); *Polyc.* V, 1, 17. (Fabian.; *can.:* statuentes decernimus); *Coll. tredec. P.* IX, 59. *Caes.* V, 25. 140) *add.:* vero: *orig. Burch. Ans. Ivo* V. VI. *Coll. tr. P. Polyc.* 141) apostoli: *Polyc.;* salv. . . . sanct.: *deest: Ans. ded.;* salv. auct.: *deest: Ivo* VI.

est ut ab extraneis[142] iudicentur[143] qui conprouinciales[144] et a se electos[145] debent[146] habere iudices[147 a].

C. XIII. *De eodem.*

Item Anacletus [Papa, epist. I. c. 3.][148]

Leges ecclesiae apostolica auctoritate firmamus, et peregrina iudicia submouemus. Unde et[149] Dominus[150], mentionem faciens Loth[151], per Moisen loquitur, dicens: „Ingressus es quidem[152] ut[153 a] aduena, numquid ut iudices?"

C. XIV. *Nulli liceat aliarum prouinciarum iudicium expetere.*

Item Innocentius [Papa ad Victricium Rothomagensem Episcopum, epist. II. c. 3.][154]

Non liceat cuiquam[155], sine preiudicio tamen[156] Romanae ecclesiae, cui* in omnibus causis reuerentia[157 a] debetur, relictis his sacerdotibus, qui in eadem[158] prouincia Dei ecclesias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias uel[159] aliarum[160] prouinciarum episcoporum iudicia expeti[161 b] uel pati. Quod[162] si quis[163] presumpserit[164 c], ab offitio cleri submotus et iniuriae[165 d] reus ab omnibus iudicetur.

Gratian. *Reuerentia autem, que apostolicae debetur ecclesiae, et eius auctoritas intelligenda est, cum uel ad ipsam appellatum fuerit, uel ab ea iudices electi conceduntur*[166]. *Unde Sixtus Papa, cum diceret:* „*Conprouinciales et a se electos debent*[167] *habere iudices,*" *statim subiungit*[168]: „*nisi fuerit appellatum.*"

C. XV. *Absque apostolicae sedis decreto extraneos iudices adire non possumus*[169].

Item[170] *Anacletus* [Papa, epist. I. c. 3.][171]

Unaqueque[172] prouincia tam iuxta ecclesiasticas[173 a] quam iuxta seculi leges suos debet iustos et non iniquos habere iudices, et non extraneos[174], nisi apostolicae huius sedis decreuerit auctoritas.

C. XVI. *Super*[175 a] *appellationem alterius prouinciae iudices adire non oportet.*

Item ex Romana Sinodo[176].

Neminem exhiberi[177] de prouincia ad prouinciam uel de comitatu[178 b] ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis[179 c*], ita[180] ut actor[181] rei forum sequatur. *Et infra*[182]: §. 1. Illa, que** sunt per unamquamque prouinciam, ipsius prouinciae sinodus dispenset, sicut in[183] Niceno constat esse decretum concilio. §. 2. Ultra[184] prouinciae terminos accusandi licentia non progrediatur. Omnis accusatio intra prouinciam audiatur et a conprouincialibus terminetur[185 d***].

[C. XVII.][186 a]

Item[187 b*].

Si quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus[188] fuerit, in[189] prouincia, in qua consistit ille, qui pulsatur[190 c], suas exerat[191 d] actiones, nec estimet[192 e] eum accutor suus alibi aut longius ad iudicium pertrahendum[193].

C. XVIII. *Ubi crimen admittitur, ibi causa uentiletur.*

Item ex decreto Adriani Papae[194].

Qui[195] crimen obicit sciat[196] se probaturum. Reuera ibi[197] causa agatur[198] ubi crimen admittitur[199].

QUESTIO VII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod iudex esse non possit quem cum reo par aut maior macula inficit*[1 a], *multis auctoritatibus probatur.*

Dicit enim sancta Romana Sinodus[2*]:

C. I. *Infames iudices esse non possunt.*

Infamis[3] persona nec procurator potest esse, nec cognitor.

Gratian. *Tria sunt*[4], *quibus aliqui inpediuntur ne*[5 a] *iudices fiant*[6]: *Natura, ut*[7] *surdus, mutus*[8 b] *et perpetuo furiosus*[9 c], *et inpubes, quia iudicio carent*[10]. *Lege, qui senatu motus*[11 d] *est. Moribus, feminae et serui, non quia non habent*[12 e] *iudicium, sed quia receptum est ut ciuilibus non fungantur offitiis. Verum*[13 f], *si seruus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixit, quamuis postea in seruitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta rei iudicatae firmitatem*[14] *tenet.*

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. VI. c. 12. a) iudices, nisi fuerit appellatum — c. 13. a) inquiunt ut — c. 14. a) reverentia et auctoritas b) expetere c) praesumserit et d) iniuriarum — c. 15. a) ecclesiae — c. 16. a) Nisi per b) de comitatu: *deest* c) iudicis, ad quem fuerit appellatum* d) terminetur, nisi praelatus sit qui accusatur*** — c. 17. a) C. XVII. De eodem b) Item Sixtus* c) accusatur d) exercent e) existimet — Quest. VII. a) inficiat — c. 1. a) non b) et mutus c) et qui perp. fur. est d) amotus e) habeant f) Verumtamen

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * Cui: In epistola et Marcelli et Innocentii [in Hisp. et ap. Ans.] legitur: *sine praeiudicio tamen Romanae ecclesiae, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri;* quamvis a postrema conciliorum in quatuor tomis editione absint illae duae voces: *sine praeiudicio,* quemadmodum et paulo inferius istae: *vel aliarum provinciarum episcoporum iudicia expetere vel pati,* quae tamen habentur in aliis locis indicatis.

C. XVI. * Ad quem fuerit appellatum: Haec sunt addita ex Hadriano, epistola synodica Felicis et Ivone.

** Illa, quae: Hinc usque ad finem in capitulis tantum Hadriani sunt inuenta.

*** Nisi praelatus sit qui accusatur: Verba haec neque in capitulis Hadriani, neque in antiquioribus Gratiani exemplaribus leguntur; in aliis vero loco ipsorum sunt haec: *nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum.*

C. XVII. * Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epistola Pontificum huius nominis est inventum. In aliquot vetustis exemplaribus est tantum: *Item,* ut videatur citari eadem synodus Romana, quae in superiori capite, id est quae continetur in capitulis Hadriani. Ivo autem part. 6. cap. 318. citat ex Eleutherio, cap. autem 329. citat ex Felice I.

Quest. VII. C. I. * Prior pars huius capituli usque ad vers. *cognitor,* habetur in epistola 2. Felicis I., in qua refert synodum a se habitam, quod in principio epistolae commemorat his verbis: *Nos vero ad supplementum uestrum fratres et coepiscopos nostros vocavimus amplius quam septuaginta, cum quibus haec, quae subtus habentur inserta, regulariter tractanda decrevimus.* Eadem pars habetur in capitulis Hadriani, quae (ut superius ead. q. 5. c. *Accusationes* adnotatum est) nomine Romanae synodi interdum citantur. Reliqua vero huius capitis videntur esse Gratiani, sumta tamen fere ad verbum ex l. *Quum praetor.* versic. *Quidam enim ff. de iudiciis,* quemadmodum et in sequenti capite multa colliguntur ex variis legibus Digestorum et Codicis. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia haec usque ad c. *Qui sine peccato,* coniuncte habentur.

Causa III. Quest. VI. can. 12. 142) externis: *orig. Ans. ded. Ivo Decr.* VI. *Polyc.;* exteris: *Burch. Ivo Decr.* V. 143) iudicetur: *orig. Ans. ded. Ans. Ivo* V. VI. *Coll. tr. P.* 144) provinciales: *orig. Ans. ded. Ans. Ivo* V. *Coll. tr. P. Polyc.* 145) lectos: *Ivo Decr.* V. 146) debet: *orig. Ans. Ivo* V. VI. *Coll. tr. P. Polyc.* 147) *Codd. coll. o. Ans. ded.; Ivo Decr.* VI. || can. 13. 148) *Caput Pseudois., ap. Hinschius c.* 15. *p.* 73. — *Jaffé no.* II.: *Coll. tr. P.* I, 2, 6. 149) et: *deest: AB* 150) *Gen. c.* 19. *v.* 9. 151) de Loth: *Edd. coll. o.* 152) quid.: *deest: CEGH;* quidam: *orig.* 153) *ABCDF;* inquit ut: *EGH Coll. tr. P.* || can. 14. 154) *scr. ao.* 404. — *Jaffé no.* 85. — *Ans.* II, 52. (*can.:* si quae causae — *cont.*) 155) nec alicui liceat: *orig. Ans.* 156) tam.: *deest: CEFGH Ed. Bas.* 157) *Codd. coll. o.;* reverentiam debemus: *AB* 158) iisdem provinciis: *Hisp.* 159) aut: *Ans.;* vel . . . vel pati: *deest: orig. Hisp.* 160) al. prius: *Ans.* 161) *ABDF Ans.; add.:* liceat: *AB;* experiri: *Corr.* 162) et: *C;* vel pati: *deest: AB* 163) *add.:* forte: *orig. Ans.* 164) *Codd. et Edd. coll. o.* 165) *Codd. et Edd. coll. o.* 166) concedantur: *EGH* 167) debet: *ib.* 168) subiunxit: *AB* || can. 15. 169) audire non oportet: *EGH* 170) et item: *AEFGH* 171) *Caput Pseudois., cf. conc. Sardic. c.* 3. — *ap. Hinschius c.* 15. *p.* 73. — *Jaffé no.* II. *Ans.* III, 21. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* I, 2, 7. 172) *add.:* enim: *Coll. tr. P.* 173) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 174) externos: *orig.* || can. 16. 175) *ABDEGH* 176) *c.* 5. *Cap. Angilr., sumtum ex ep.* I. *Felicis* (*Pseudois.*) — *cf. Nov.* 1. *l.* 3. *t.* 1. *iuncta interpret.* — *ap. Hinschius p.* 760.; *Ivo Decr.* V, 248. (Felix; *can.:* si suis fuerit ep.); *ib.* VI, 331. (Felix; *can.:* infamis vero); — *Ans.* III, 123. *a R. citatur, sed in Cod. coll. nihil invenimus.* — 177) exire: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 178) *Codd. coll. o.;* vel: *deest: AB* 179) *Codd. et Edd. coll. o.* 180) id est: *orig. Ivo* V. VI. 181) *add.:* semper: *ib.* 182) *c.* 9. *Cap. Angilr.* — *ap. Hinschius l. c. Ans. in fine lib.* III. *c.* 8. (*can.:* salvo rom. eccl.) 183) in: *deest: Ans.* 184) *cap.* 10. *Cap. Angilr.* — *cf. Bened. Levita.* II, 381. 185) *Codd. coll. o. orig.; add.:* nisi ad sedem ap. fuerit appellatum: *Edd. Bas. Lugd.* 1. || can. 17. 186) *Codd. coll. o.* 187) *ib. pr. D;* — *Cap. Angilr.* 8. *ap. Hinschius p.* 760. — *cf. ep. Eleutherii ad. Gall. prov. et Felicis* I. *ep.* I. *ap. Pseudois.* — *Lex. Rom. Wisig. Nov. Mart. tit.* I. *Ed. Haenel.* — *Ans.* III, 27. (Eleuther.; *contin.*) *ib. in fine lib.* 3. *c.* 7. *Ivo Decr.* VI, 318. (Felix; *can.:* de accusatoribus vero; *contin.*); *ib.* 329. (Felix; *can.:* in re dubia) 188) pulsatus: *orig. Ans.* 7.; clericum pulsandum crediderit: *Ans.* 27. *Ivo* 318. 329. 189) in: *deest: D;* in qua prov. consist.: *AB* 190) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Collat. citt.* 191) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo* 329. — *Corr.* 192) *AB orig. Collat. citt.* — *Corr.* 193) protrahendum: *Edd. coll. o. Ivo* 318. — *Corr.* || can. 18. 194) *c.* 52. *Capit. Angilr.* — *ap. Hinschius p.* 766. *cf. Lex Rom. Wisig. Cod. Theod.* IX, 1, 5. *Ed. Haenel.* — *Burch.* XVI, 3. (ex C. Arausico; *contin.*) *Ivo Decr.* VI, 324. (Fabianus; *can.:* si quis ergo iratus; *cont.*); *Ivo Pan.* IV, 75. (*cont.*); *Coll. tr. P.* I, 42, 4. (Sixtus; *can.:* pulsatus ante; *cont.*); *Coll. tredec. P.* IX, 149. — *cf. Ans.* III, 87. (Fabianus; *can.:* si quis crimen; *cont.*) 195) omnis ergo qui: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 196) scribat: *Ivo Decr. Pan.* 197) ut ibi: *Burch.* 198) terminetur: *ib.* 199) committitur: *Ivo Pan.*

Causa III. Quest. VII. 1) *Codd. coll. o.* || can. 1. 2) *Cap.* 5. *Capit. Angilr.* — *ap. Hinschius p.* 759. — *depromptum ex. Ep.* II. *Pseudois. Felicis* I. — *cf. interpret. ad Pauli Sent. l.* 2. *t.* 2. *Ans.* III, 7. (123. Felix; *can.:* haec sunt duo); *Ivo Decr.* V, 248. (*can.:* filia si suis fuerit); *ib.* VI, 331. (Felix); *Ivo Pan.* IV, 78.; *Coll. tr. P.* II, 24, 7. (*can. contin.*); *Polyc.* V, 1, 24. (Felix: *can. contin.*) 3) *add.:* enim: *Ivo Decr. Pan.* 4) *ex l.* 12. *Dig.* (5. 1.) 5) *ABCEGH* 6) sint: *CEGH orig.* 7) ut: *deest: CDEFG* 8) *ABDE orig.* 9) *Codd. coll. o. orig.* 10) caret: *EFGH* 11) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 12) *Codd. coll. o. pr. D;* — *Turrecrem.* 13) *Codd. coll. o.* 14) infirmitatem: *AB;* habet: *CEGH*

[C. II.][15]

In Digestis tit. de postulando.*

Infames[16] *non possunt esse procuratores uel patroni causarum. Sunt autem tres*[17] *ordines eorum, qui postulare prohibentur.* §. 1. *Est autem postulare desiderium suum uel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni preest, exponere, uel alterius desiderio contradicere.* §. 2. *Non postulantium*[18a], *ut premisimus, tres ordines sunt. Quidam prohibentur omnino postulare uel propter etatem, ut minores decem et septem*[19] *annis, uel propter casum, ut surdus, qui prorsus non audit. Alii prohibentur ne pro aliis postulent uel propter sexum, ut feminae, uel propter casum, ut utroque lumine orbati, uel propter notam turpitudinis, ut hii, qui corpore suo muliebria passi sunt, nisi forte ui predonum uel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine uel calumpniae*[20b] *publici iudicii*[21c] *sunt dampnati, uel qui operas suas locauerunt ut cum bestiis depugnarent in arena, pro aliis postulare prohibentur. His personis pro se allegare*[22] *permittitur, pro alio*[23d] *prohibetur*[24e], *nisi forte tutelam inpuberum uel curam adolescentium non affectatam, sed necessariam administrent. Pro his enim, quorum curam gerunt, eis postulare conceditur. Alii enim omnes, qui ut*[25] *infames notantur, nisi pro se et pro*[26] *certis personis postulare non possunt, nisi in integrum restitutionem acceperint.* §. 3. *Permittitur autem eis postulare pro parente, pro*[27] *patrono*[28], *patrona*[29f], *liberis et*[30g] *parentibus patroni*[31] *et patronae*[32h]; *pro liberis etiam*[33] *suis*[34], *fratre, sorore*[35i], *socero*[36k], *socru, genero, nuru, uitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo*[37], *fatua, surdo*[38l], *prodigo, et adolescente.* §. 4. *Item*[39] *pro his*[40m], *quibus propter infirmitatem curatores dari solent, et*[41] *qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt.* §. 5. *Omnes*[42] *autem, qui non sponte, sed necessario funguntur offitio, sine offensa*[43n] *postulare possunt, etiamsi hii sunt, quibus non nisi pro se*[44o] *postulare permittitur.* §. 6. *Affinitates*[45] *uero non eas accipere debemus, que quondam fuerunt, sed presentes.* §. 7. *Nurus et generi appellatione et soceri, et socrus, et ulteriores, quibus pro*[46] *prepositio solet accedere, continentur.*

II. Pars. §. 8. *Arceantur etiam a professione aduocatorum (sicut in secundo libro Codicis, titulo de postulando inuenitur) qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis, que tuenda susceperint*[47], *emolumentum sibi certae partis cum graui dampno litigatoris et depredatione poscentes inueniuntur.* §. 9. *Item*[48], *si quis adeo procax fuerit, ut non ratione, sed probris*[49] *putet esse certandum, opinionis suae inminutionem patietur*[50p]. §. 10. *Preterea*[51] *non licet aduocato ullum contractum inire, ullam pactionem conferre cum eo litigatore, quem in propriam recepit*[52] *fidem, nec ex industria iurgium protrahere.* §. 11. *Apud urbem Romam etiam honoratis*[53], *qui hoc*[54] *putauerint eligendum, eousque liceat*[55] *orare, quousque maluerint, uidelicet ut non ad turpe conpendium et*[56q] *stipem*[57] *deformem hec arripiatur occasio. Nam si lucro pecuniaque capiantur, ueluti abiecti atque*[58r] *degeneres inter uilissimos numerabuntur.* §. 12. *Si*[59] *uero in uno auditorio duo tantum uel plures pre ceteris fuerint, quorum fama sit hilarior, in iudicantis offitio sit ut par causidicorum distributio fiat, et*[60] *exequetur pro*[61s] *partibus auxilium singulorum.* §. 13. *Si quis uero monitus a iudice ea excusatione*[62], *que nequeat conprobari, cuicumque parti patrocinium denegauerit, careat foro; sciat etiam sibi numquam agendi*[63t] *copiam posse restitui.* §. 14. *Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum pluribus*[64u], *et aduersario suo*[65v] *subtraxisse paris defensionis copiam, ostendet*[66] *proculdubio iniquam a se litem foueri, et auctoritatem iudiciariam a se elusam*[67] *experietur.* §. 15. *Item*[68], *quamuis illi, qui causam fisci egissent, prohibeantur aduersus fiscum patrocinium prestare, tamen hodie etiam*[69] *aduersus fiscum patrocinium possunt exhibere priuatis, dum eam causam declinent suscipere, quam tractauerant, dum fisci aduocati fuerunt*[70]. §. 16. *Item, si*[71] *contra patrem pupilli causam egisti, tutor uel curator*[72] *datus eandem causam defendere non prohiberis.* §. 17. *Cognitores*[73] *uero ex offitio intelliguntur, non ex arbitrio. Nichil*[74] *enim refert**, eum*[75w], *qui arbitrium suscipit, an sit integrae famae, an ignominiosus.* §. 18. *Filius*[76] *etiam in re patris arbiter esse potest. Nam et iudicem eum esse posse plerisque placet.* §. 19. *Si*[77] *quis uero iudex sit, arbitrium recipere eiusdem*[78x] *rei, de qua iudex est, et in se conpromitti iubere prohibetur*[79y], *et si sententiam dixerit, non est danda penae persecutio. Seruus*[80] *arbiter esse non ualet, libertinus potest.* §. 20. *Porro infamia multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti declarati per sententiam, ueluti cum iudex pronunciat: iniuriam*[81] *fecisti, hereditatem expilasti, calumpniatus es. Aliquando genere penae, sicut illi, qui*[82] *dampnantur in opus publicum, qui pristinum quidem statum obtinent, sed dampno infamiae etiam post inpletum tempus subiciuntur. Aliquando genere penae, et delicti declarati per sententiam, ueluti dum fustibus*[83] *ceso per preconem dicitur: sicophantis, id est: „calumpniator."*[84z] *Aliquando ipso genere facti, ut exercentes inprobum*[85] *fenus et illicite exigentes usuras usurarum, et que*[86aa] *intra tempus, quo moris est lugere maritum, matrimonium contrahit, et qui sciens eam uxorem*[87] *duxit*[88bb].

[Gratian.] *Idem testatur Felix Papa, et eisdem*[89] *uerbis.* §. 1. *Item in euangelio*[90] *ille*[91cc] *qui trabem gestat in oculo probatur non posse educere festucam de oculo fratris sui*[92]. §. 2. *Item Dauid in lib. Psalmorum*[93]: *„Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iusticias meas? etc."*[94dd] §. 3. *Item Gregorius*[95]: *„Cuius uita despicitur, restat, ut eius predicatio contempnatur."*

C. III. *Qui aliorum uicia puniunt sua prius*[96] *corrigere studeant.*

Idem in Moralibus[97] [lib. XIV., in Iob. cap. 15.]

III. Pars. „Qui[98] sine peccato est uestrum, primus[99] in illam lapidem mittat." Ad aliena quippe[100] peccata punienda ibant, et sua reliquerant. Reuocentur[101a] itaque intus ad conscientiam, ut prius propria corrigant, et tunc aliena reprehendant. Hinc est, quod cum tribus[102] Beniamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israel

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. VII. c. 2. a) Nam, ut praemis., non postul. b) calum. causa c) publico iudicio d) aliis e) postulare prohib. f) patronave g) (et: *deest*) parentibusque h) patronaeque i) fratribus et sororibus k) uxore, socero l) muto, surdo m) iis n) offensa edicti o) se ipsis p) patiatur q) comp. stipemque r) abiecti atque: *deest* s) pro: *deest* t) ad agendum u) plurimis v) suo tali fraude w) is x) eius y) proh. lege Iulia z) : ἐσυκοφάντησας, id est calumniatus es aa) mulier quae bb) duxerit cc) ille: *deest* dd) et assumis testamentum meum? etc. — c. 3. a) Revocantur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. * Caput hoc (quemadmodum in superiori notatione significatum est) in vetustioribus exemplaribus non est seiunctum a superiori, et est collectio variarum legum facta a Gratiano. Sed quoniam pleraque verba sunt ipsorummet auctorum, et in vulgatis est distinctum caput, ideo iisdem caracteribus impressum est, quibus cetera auctorum capita.

** Nihil enim refert: Verba legis, ex quibus hunc et versiculum: *Servus arbiter*, Gratianus accepit, sunt haec: *Paedius libro nono, et Pomponius libro trigesimo tertio scribunt, parvi referre, ingenuus quis an libertinus sit, integrae famae quis sit arbiter an ignominiosus. In servum Labeo compromitti non posse libro undecimo scribit, et est verum.*

Causa III. Quest. VII. can. 2. 15) *in Codd. coll. o. hoc caput cum anterioribus Gratiani verbis coniunctum est.* 16) *ex l. 1. Dig.* (3, 1.) *verbis alio modo aptatis.* 17) et tres: *AB* 18) *ABCDH* 19) octo: *DEFH* 20) *Codd. coll. o. Ed. Arg.;* calumnia: *EGH Corr.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 22) alligare: *AB* 23) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 24) *Codd. coll. o. pr. ABD* (prohibentur) 25) ut: *deest: AB* 26) pro: *deest: CEGH* 27) pro: *deest: ABC* 28) *add.:* pro: *DEFGH* 29) *Codd. coll. o. pr. AB* (patr.: *deest*) 30) *Codd. coll. o. pr. D; add.:* suis: *C;* etiam suis: *D Edd. coll. o.* 31) *add.:* vel: *EGH* 32) *Codd. coll. o.* 33) autem: *EG* 34) *add.:* fratribus et parentibus patroni et patronae: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 35) *Codd. coll. o. pr. D; — Ed. Bas.* 36) *Codd. et Edd. coll. o.;* socero socru: *deest: EG* 37) *l. 2. 3. Dig. ib.* 38) *Codd. coll. o.* 39) *l. 4. 5. Dig. ib.* 40) *Codd. coll. o.* 41) ut: *ABCDF* 42) *l. 6. Dig. ib.* 43) *Codd. et Edd. coll. o.* 44) *ib. orig.* 45) *l. 3. Dig. ib.* 46) pro: *deest: ABD* 47) susceperunt: *ABEGH; — l. 5. Cod.* (2, 6.) 48) *l. 6. §. 1. ib.* 49) *add.:* verbis: *D Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 50) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB; — orig.* 51) *l. 6. §. 2. ib.* 52) recipit: *F;* receperit: *CEGH* 53) et. honor.: *deest: AB; — l. 6. §. 5. ib.* 54) haec: *H;* hic: *EG* 55) licet: *AB* 56) *Codd. coll. o.* 57) stipendium: *ABCD Edd. Bas. Ven.* I. 58) *Codd. coll. o. pr. AB* (deiecti atque); *— Ed. Bas. orig.* 59) *l. 7. Cod. eod.* 60) etenim aequetur: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II. exaequatur: *CF* 61) *ABCDFG Edd. coll. o.* 62) accusatione: *AB* 63) *ABCDFH Edd. coll. o.;* ad agenda: *G* 64) *Codd. coll. o. orig.* 65) *Codd. et Edd. coll. o.;* adversarios suos: *EGH* 66) ostenderet: *BD;* ostendit: *H Ed. Bas.* 67) elisam: *EH* 68) *l. 1. Cod.* (2, 9.) 69) etiam: *deest: AB;* et: *D* 70) fuerint: *CE;* fuerant: *GH* 71) *l. 10. Dig.* (3, 1.) 72) procurator: *ABDG* 73) *cf. l. 3. Dig.* (4, 8.) 74) *l. 7. ib.* 75) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 76) *l. 6. ib.;* filius enim: *EGH* 77) *l. 9. §. 2. ib.* 78) *Codd. coll. o.* 79) *Codd. et Edd. coll. o.* 80) *l. 9. pr. ib.* 81) *cf. l. 5. 12. Cod.* (2, 12.) 82) *l. 6. Cod. eod.* 83) *l. 16. 17. Cod. eod.* 84) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (συκοφαντεῖς i. e. calumniaris) 85) *l. 20. Cod. eod.* 86) *Codd. coll. o. — l. 15. Cod. eod.* 87) *add.:* in: *ABCD* 88) *ABEFG;* ducit: *CD* 89) *supra qu. 5. c. 11.* 90) *Matth. c. 7. v. 5.* 91) *Codd. coll. o.* 92) sui: *deest: EH* 93) *Ps. 49. v. 16.* 94) *Codd. coll. o.* 95) *Hom. 12. in evang.* ‖ can. 3. 96) prius: *deest: AB* 97) item: *AB;* in libro moralium: *EGH — lib.* XIV. c. 29. *— Ed. Maur. — in Iob. c. 19. v. 5.* 98) *Ioan. c. 8. v. 7.* 99) prius: *D Ed. Bas.* 100) quidem: *ABG* 101) *Codd. et Edd. coll. o.* 102) *Iud. c. 20.*

ulcisci iniquitatem uoluit, sed tamen semel et iterum in belli[103] certamine ipse prostratus est. Consulto enim[104] Domino, si ad ulciscendum ire debuissent[105b], iussum est ut[106] irent[107c], qui iuxta diuinae uocis inperium perrexit, et semel et secundo perdidit[108], et tunc demum peccatricem tribum ualde feriens pene funditus extinxit. Quid est[109], quod in ultione[110d] sceleris inflammatur, et tamen ipse prius prosternitur, nisi quod prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpae feriuntur[111e], ut ipsi iam mundi per ultionem ueniant, qui[112] aliorum uicia corrigere festinant?

C. IV. *Ille de uita alterius iudicet, qui non habet in se ipso quod puniat.*

Item Ambrosius super: „*Beati inmaculati*,“ [sermone XX. ad uers. Miserationes tuae, Domine][113].

Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in se ipso condempnet. Iudicet ille, qui non agat[114a] eadem, que in alio putauerit punienda, ne, cum de alio iudicat, in se ferat[115b] sententiam. Iudicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate[116] ducatur. *Et post pauca:* §. 1. Bonus iudex nichil ex arbitrio suo facit et domesticae proposito[117] uoluntatis, sed iuxta leges et iura pronunciat, scitis[118c] iuris[119] obtemperat, non indulget propriae uoluntati, nichil paratum et[120] meditatum de[121d] domo defert[122], sed sicut audit, ita iudicat, et sicut se habet natura[123e], decernit; obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causae merita, non mutat. Discite iudices seculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. *Et paulo post*[124]: §. 2. Qui iudicat, non uoluntati suae obtemperare debet, sed tenere quod legum est. *Et post pauca:* §. 3. In iudicando cordi magis est[125f] custodia ueritatis, quam obedientia uoluntatis.

C. V. *Grauatus criminibus aliena*[126a] *iudicare non ualet*[127].

Item Gregorius [praefationis in Iob c. 3. al. 6.][128]

In grauibus peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit. §. 1. Cunctis[129b] enim liquet[130c], quia[131], cum is[132] displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio[133] ad deteriora prouocatur. §. 2. Scriptum[134] quippe[135] est: „Victimae inpiorum abhominabiles sunt[136] Deo, uota iustorum placabilia[137]. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid[138], sed a quo datur[139], inspicitur. §. 3. Hinc est enim quod scriptum est[140]: „Respexit Deus[141d] ad Abel et ad munera eius, ad Cain uero[142e] et ad munera eius non respexit.“ Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera, premisit sollicite, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. §. 4. „Dona* quippe[143] iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus[144f] eorum, nec in multitudine sacrificiorum[145g] eorum[146] propitiabitur peccatis. §. 5. Item: Longe[147] est Dominus ab inpiis, et orationes iustorum exaudiet.“

C. VI. *Primum nosmetipsos*[148], *deinde proximos debemus corrigere*[149].

Idem[150a].

Postulatus Dominus de peccatrice iudicare non statim dat iudicium, sed prius se inclinans deorsum digito scribebat in terra, ac sic demum quod[151b] obnixe[152] rogatur iudicat[153], nos uidelicet typice instituens, ut, cum quelibet proximorum errata conspicimus, non hec antea[154c] errata[155d] reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi digito eam discretionis solerter exculpemus[156e], et quid in ea conditori placeat, quidue displiceat, examinatione[157f] dirimemus[158g], iuxta illud Apostoli[159]: „Fratres, etsi[160h] preoccupatus[161] fuerit homo in aliquo delicto etc.“ §. 1.[162i] „Qui sine peccato est uestrum:“[163] id est, primo uos ipsi iustitiam[164] legis inplete, et sic innocentes manibus ad[165k] lapidandam ream concurrite.

C. VII. *Sacerdos prius*[166a] *sua peccata*[167], *deinde aliena detergat*[168].

Item Augustinus ad quemdam Comitem[169]*.

Sacerdos ut sapiens medicus et perfectus primum sua peccata diluere[170b] sciat, et postea[171] aliena[172c] detergere[173] et sanare[174], et non[175] publicare.

Gratian. *Item, in euangelio*[176] *sal infatuatum ad nichilum utile esse dicitur, nisi ut proiciatur foras et ab hominibus*[177] *conculcetur. Ex quibus omnibus datur intelligi, quod criminosus alterius criminis iudex esse non potest, et se ipsum condempnat, dum*[178] *in alterius crimen sententiam profert.* §. 1. *Sed obicitur: Saul*[179] *cum a Domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat, et eius iudicium uniuersus populus expetebat*[180]. *Item, Dauid, cum esset adulter et homicida interrogatus a propheta, sententiam in diuitem dedit, qui ouem pauperis*[181] *rapuit, dicens*[182]: „*Iudicium mortis est uiro huic.*“ *Item, Salomon*[183], *cum amore mulierularum deos gentium coleret, tamen uniuersa plebs Israelitica ad eius iudicium confluebat. Sic*[184] *et Achab, quamuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat. Multi etiam alii tam in ueteri testamento quam in nouo*[185] *inueniuntur, quorum uita cum esset blasphemabilis, tamen eorum*[186] *sententia, quia*[187] *ex offitio suo seruata iudiciarii ordinis integritate processit, inuenitur seruata. Unde et*[188] *Dominus ait in euangelio*[189]. „*Super cathedram Moysi*[190d] *sederunt scribae et Pharisei*[191] *etc.*“ *Hinc liquido constat, quod mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibi ipsis nocent, dum sine exemplo suae emendationis aliorum uicia corrigere curant; subditis uero prosunt, si, eorum increpatione correcti uel sententia coherciti, uitam suam in melius commutare didicerint. Ac per hoc, dum ab ecclesia tollerati*[192] *fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet*[193].

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. VII. c. 3. b) debuisset c) iret d) ultionem e) feriantur — c. 4. a) agit b) ferat ipse c) statutis d) de: *deest* e) negotii natura f) sit — c. 5. a) aliena: *deest* b) cuncti c) liquido nouimus d) Dominus e) autem f) oblationes g) sacrificium — c. 6. a) Item Beda in c. 8. Ioannis de iudicio adulterae. b) quam c) ante d) errata: *deest* e) exculpamus f) sedula exam. g) dirimamus h) si i) Et infra: §. 1. k) et mundo corde ad — c. 7. a) primum b) curare c) aliena vulnera d) Moysis

NOTATIOENS CORRECTORUM.

C. V. * Dona: Haec non leguntur ibi apud B. Gregorium, sunt tamen Eccles. c. 34. et repetuntur infra 14. quaest. 5. cap. *Scriptum.*

C. VII. * In vetusta impressione epistolarum B. Augustini exstat epistola longissima ad Iulianum comitem, in recentioribus autem omnium operum editionibns habetur quarto tomo sub titulo De salutaribus documentis, in cuius libelli cap. 52. hoc est caput.

Causa III. Quest. VII. can. 3. 103) belli: *deest: AB* 104) autem: *orig.* 105) *Codd. coll. o. pr. G. — orig.* — voluissent consultum est ut: *G* 106) ut ir.: *deest: orig.* 107) *Codd. coll. o.* 108) cecidit: *orig.* 109) *add.:* hoc: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 110) *Codd. et Edd. coll. o.* 111) *Codd. coll. o. orig.* 112) qui et: *EGH Ed. Bas.* || can. 4. 113) *Comment. in Psalm.* 118. *vers* 156. *no.* 31. *Ed. Migne — Ans.* III, 34. 114) *CDF orig. Ans.* 115) *Codd. coll. o.;* ferat ipso: *Ans.* 116) novitate: *orig.* 117) proprietate: *ABCDF;* propriae: *Ed. Bas.* 118) *Codd. coll. o. pr. B; — orig. Ans.;* si quis iuri obtemp.: *B;* si quis scitis: *Ed. Bas.* 119) iure: *A;* quia si quis iuri: *C* 120) vel: *AB;* vel etiam: *F* 121) *Codd. et Edd. coll. o.* 122) deferat: *AH* 123) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 124) *ibid. no.* 39. 125) *Codd. et Edd. coll.* o. *Ans.* || can. 5. 126) *Codd. coll. o.* 127) debet: *AB* 128) *praef. in moral. c.* 3. *Ed. Maur. — Coll. tr. P.* I, 55, 41—43. 129) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* (enim: *deest*); — *ex Past. p.* I. *c.* 10. *cf. Dist.* XLIX. *pr.* 130) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 131) quia: *deest: Coll. tr. P.* 132) is qui displic. ad: *orig.* 133) proc.: *deest: ib.* 134) *ex ep. ad Reccared. ep.* 122. (*Ed. Maur.*) *lib.* IX. *scr. ao.* 599. — *Jaffé no.* 1279. — *cf. C.* XIV. *qu.* 5. *c.* 11. 135) quippe: *deest: Coll. tr. P.* 136) sunt: *deest: CF Coll. tr. P.* 137) *Prov. c.* 15. *v.* 8. 138) *add.:* datur: *orig.* 139) detur: *Coll. tr. P.* 140) *Gen. c.* 4. *v.* 4. 5. 141) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 142) *ABCD; deest: E* 143) *Eccl. c.* 34. *v.* 23. 144) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. — Coll. tr. P.* 145) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 146) suorum: *AB* 147) *Prov. c.* 15. *v.* 8. || can. 6. 148) nosipsos: *AB;* 149) Non ante iudicemus quam propriam conscientiam diligenter discutiamus: *C* 150) *Codd. coll. o. — imo Beda in c.* 8. *Ioann.* 151) *ABCDF Edd. coll. o.;* cum: *orig.* 152) obnoxie: *GH* 153) iudic.: *deest: EGH* 154) *Codd. coll. o.* 155) *ABF Ed. Bas.* 156) *ABDEFG Edd. coll. o. pr. Arg.* (exsculpemus: — *Lugdd.* II. III. 157) *Codd. et Edd. coll. o.* 158) *Codd. coll. o. pr. CH;* in manib. ad: *AB* 159) *Gal. c.* 6. *v.* 1. 160) *Codd. coll. o. orig.* 161) occupatus: *AB* 162) *Codd. coll. o.* 163) *Ioan. c.* 8. *v.* 7. 164) *add.:* et: *AB* 165) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 7. 166) *DEGH; deest: ABF* 167) *add.:* defleat: *EGH* 168) detegat: *ib.* — sua scire debet peccata diluere, qui aliena uult sanare: *C* 169) *Ex libro de salutaribus documentis, quem Paulini Foroiuliensis esse censent VV. DD. Exstat tamen in Maur. Ed. August. — cf. Regul. Bened. c.* 46. — *Ans.* VII, 101. (*in Cod. Vatic. deest.*) 170) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. pr. Arg. Ven.* I. *Nor.* (delere); — *Corr.* 171) postmodum: *AB* 172) *Codd. coll. o.;* aliena peccata: *Ans.* 173) detegere: *EGH Ans.* 174) iurare(?): *Ans.* 175) non: *deest: EH* 176) *Matth. c.* 5. *v.* 14. 177) omnibus: *ABF* 178) cum: *AB* 179) *add.:* enim: *EGH; —* I. *Reg. c.* 15. 180) expectabat: *CH* 181) pauperi: *EGH* 182) II. *Reg. c.* 12. 183) III. *Reg. c.* 11. 184) sed: *AB;* III. *Reg. c.* 16. 185) *add.:* iudices: *AB; add.:* testamento: *C* 186) tam. eor.: *deest: AB* 187) quae: *ib.* 188) et: *deest: EGH* 189) *Matth. c.* 23. *v.* 2. 190) *Codd. coll. o.* 191) *add.:* dicentes: *AB* 192) tolerandi: *EG* 193) liceat: *AE*

QUESTIO VIII.

GRATIANUS.

Quod autem episcopus ab uno tantum audiri uel iudicari[1] *non debeat*[2], *Zepherinus Papa testatur*, [epistola I. ad Episcopos Siciliae,] *dicens*[3]:

C. I. *Episcopus non nisi a pluribus audiatur et iudicetur.*

Accusatores episcoporum[4] omni careant suspicione, quia columpnas suas Dominus firmiter stare uoluit, non a quibuslibet[5] agitari. §. 1.[6] Nullum namque eorum sententia a suo iudice non dicta constringat, quia et leges seculi idipsum fieri precipiunt[7a]*. §. 3. Iudices[8] duodecim quilibet episcopus accusatus (si necesse fuerit) eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur uel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, et regulariter uocato[9] ad suorum primo[10] conuentum episcoporum, per eos eius causa iuste audiatur et rationabiliter discernatur[11]. Finis uero causae eius ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur[12]. §. 4.[13b] Absens uero nemo iudicetur[14c]**, „quia et[15] diuinae et humanae leges hoc prohibent.“

Item Felix Episcopus dixit in Conc. Cartaginensi III.[16a] [cap. 10.]:

C. II. *A quot episcopis audiatur episcopus, qui in reatum inciderit*[17].

Suggero[18] secundum statuta ueterum conciliorum, ut, si quis episcopus (quod non optamus[19]) in[20] reatum aliquem inciderit[21b] si[22c] fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare[23], ne in crimine remaneat[24], a duodecim audiatur episcopis*.

QUESTIO IX.

GRATIANUS.

I. Pars. *De accusatoribus uero uel testibus, quod in absentem uocem accusationis uel testificationis exhibere non ualeant, multorum auctoritatibus liquet.*

Ait enim Telesforus Papa, [epistola unica][1]:

C. I. *Nisi reo presente accusator non audiatur.*

Accusatori omnino non credi decernimus[2], qui absente aduersario causam suggerit[3], ante utriusque partis iustam discussionem.

C. II. *Absente aduersario sententiam ferri*[4a] *non licet*[5].

Item Eleuterius Papa [in epistola ad Episcopos Galliae][6].

Caueant[7] iudices ecclesiae, ne absente eo, cuius[8] causa uentilatur, sententiam proferant, quia irrita erit; imo[9] et[10b] causam in sinodo[11] pro facto[12] dabunt[13]. Proditoris uero nec calumpnia, nec uox audiatur.

C. III. *Absente reo accusator non audiatur.*

Item Calixtus Papa, [epist. II. ad Episcopos Galliae][14].

Absente eo, quem accusare uoluerit, quicquam[15a] accusatori non credatur, qui[16b] sine scripto difficile[17], per scriptum autem numquam recipiatur[18]; quia per scripturam nullus[19c] accusari potest, sed propria uoce, et presente eo, quem accusare uoluerit, suam quisque agat accusationem.

C. IV. *Que in absentes geruntur omnino*[20] *euacuentur.*

Item Cornelius Papa [ad Rufum, ep. II. c. 2.][21]

Omnia, que aduersus[22] absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur, omnino uacuentur[23a], quoniam absentem nullus addicit nec ulla lex dampnat.

C. V. *Non iudicetur qui presentialiter non accusatur uel conuincitur.*

Item Marcellus Papa [ad Maxentium, epist. II.][24]

Non oportet quemquam iudicari[25] uel dampnari prius, quam legitimos habeat presentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

C. VI. *De eodem.*

Item Damasus Papa[26a] [ad Stephanum Archiepiscopum, ep. III. cap. 8.]

Habetur quoque in decretis sanctorum[27] Patrum sancitum, non fore canonicum quemquam sacerdotum iudicare[28] uel dampnare ante, quam accusatores canonice examinatos presentes habeat locumque defendendi accipiat, id est inducias[29] ecclesiasticas ad abluenda crimina etc.[30b]

[PALEA.

C. VII. Idem Damasus ibidem continenter[31].

Nec[32] extra propriam* fiat prouinciam primo[33] discus-

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. VIII. c. 1. a) praecipiunt, ut Codice* libro septimo, titulo de sententiis et interlocutionibus omnium iudicum, lege penultima: §. 2. Cuius in agendo quis observat arbitrium, eum habere etiam contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur. b) Nec antea finiatur (sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est) quam eius auctoritate fulciatur. Et paulo superius: §. 4. c) iudicetur, nisi ex contumacia absens fuerit,** — c. 2. a) Carthag. II. b) incurrerit c) et — Quest. IX. c. 2. a) ferre b) imo etiam et — c. 3. a) quispiam b) quia c) nullus accusare vel — c. 4. a) evacuentur — c. 6. a) Papa: *deest* b) etc.: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VIII. C. I. * Ut Codice: Hinc usque ad vers. *Iudices*, non sunt in epistola Zephyrini, neque in vetustis Gratiani codicibus.

** Nisi ex contumacia absens fuerit: Haec absunt a plerisque manuscriptis, et epistola ipsa, et Anselmo et Ivone. Infra vero ead. q. 9. c. *Absens*, habentur tanquam Gratiani verba.

C. II. * Episcopis: Quae hoc loco in capite decimo concilii Carthaginensis II. adduntur, referuntur infra 15. q. 7. c. *Felix.* et ibi notabitur varietas.

Quest. IX. C. VII. * Propriam: Sic emendatum ex epistola ipsa, Anselmo et Ivone. Antea legebatur: *Nec extra patriam fiat provinciam.* Addita autem et nonnulla sunt ex epistola.

Causa III. Quest. VIII. 1) vel iudic.: *deest: AB* 2) debet: *EH;* potest: *G* || can. 1. 3) *Caput Pseudoisid. — cf. Statt. eccl. ant. c.* 53. *Conc. Paris. hab. ao.* 829. *Cod. Theod. l.* IV. *t.* 1.; *Lex Rom. Wisigoth. C. Theod.* IV, 15, 1. *ed. Haenel. — c.* 5. *ap. Hinschius p.* 131. — *Jaffé no.* LXVII. — *Ans. ded.* III, 98.; *Ivo Decr.* V, 245. (*can.:* patriarchae vel primates); *Coll. tr. P.* I, 13, 1. (*ut in Ivon. Decr.*); *Coll. tredec. P.* IX, 65. 4) eorum: *orig. Ivo Coll. tr. P.; add.:* autem: *orig. Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.* 5) quolibet: *ABC* 6) *Ans.* III, 38. (41.) 7) *CDF; verba omissa in F manu posterioris aetatis in marg. scripta sunt; in AB ad finem canonis reiecta.* 8) Idem: Iudic.: *EG;* — Christi enim iudic. (XII.: *deest*): *Ans. ded.;* Duodecim enim: *Ivo — cf. C.* V. *qu.* 4. *c.* 2. *cf. Greg. M. ep.* 53. 54. *l.* V. *Ed. Maur.* 9) vocatus: *D Edd. coll. o. orig. Ans.; Corr.* vocati: *EG;* vocatis: *H* 10) primum: *Coll. tr. P.* 11) finis canonis: *Ans. ded. Coll. tr. P.* 12) determinetur: *DEGH; finis canonis: Ivo.* 13) *Codd coll. o.;* nec antea finiatur quam eius auctoritate fulciatur. §. 4. *Edd. coll. o. Ans., ubi hic est finis canonis;* termin. nisi ex contumacia absens fuerit. Absens vero nemo iudicetur, quia etc.: *Edd. Arg. Ven.* II. 14) *CDEF* 15) et: *deest: AB* || can. 2. 16) *Codd. coll. o. pr. CG;* Cart. IV.: *C; Conc. Carth.* II. *c.* 10. *hab. ao.* 390. (*in Dionys. c.* 12.) — *ap. Bruns* I, 121. — *Burch.* I, 149. (*can. contin.*); *Ans.* III, 46. (121. *can. contin.*); *Ivo Decr.* V, 262. (*can. contin.*) 17) incidit: *CDEFG* 18) adiicio: *orig. Hisp.* 19) opinamur: *orig.* 20) in: *deest: Hisp.* 21) *Codd. et Edd. coll. o.* 22) *ib.;* et si: *Ans.* 23) *add.:* episcopos: *DF Edd. coll. o.;* congregari: *Hisp.* 24) maneat: *EGH Edd. coll. o. Ivo*

Causa III. Quest. IX. can. 1. 1) *Caput Pseudoisid., sumtum ex interpr. Cod. Theod. l.* XI. *tit.* 39. *c.* 9. — *c.* 4. *ap. Hinschius p.* 111. — *Jaffé no.* XXXI. — *Ans.* III, 12. (*can.:* ipsi enim qui; *can. contin.*) 2) decrevimus: *AB* 3) suggesserit: *Ans.* || can. 2. 4) *Codd. coll. o.* 5) valet: *EGH* 6) *Caput Pseudoisid., cf. Statt. eccl. ant. c.* 53. — *c.* 5. *ap. Hinschius p.* 126. — *Jaffé no.* LXI. *Capit. Angilram.* 53. *ap. Hinschius p.* 766.; *Bened. Leuita* III, 219.; *Ans. ded.* III, 184. (*can. contin.*); *Burch.* XVI, 14. (ex decr. Hadriani P.); *Ans.* III, 27. (*can.:* de accusationib.; *can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 319. (ex C. Carthag. IV.; *can. contin.*) *Coll. tr. P.* I, 11, 4. (*can. contin.*) 7) cav. etiam: *orig. Ans. ded.; Ans. Ivo Coll. tr. P.* 8) cuius . . . quia: *deest: orig., sed exstat in Cod. orig. Dst* 9) imo . . . synod.: *deest: orig., sed exstat in Cod. orig. Dst;* — quippe: *Ans. ded.;* quin: *Ans.* 10) *ABD Angilr. Ben. Lev. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.;* imo etiam: *Codd. coll. rel. Edd. coll. o.* 11) in sin.: *deest: Ans.* 12) perfectam: *A;* profecto: *orig.;* pro facto: *Cod. Dst orig.* 13) *finis canonis: Angilr. Bened. Burch.* || can. 3. 14) *Caput Pseudoisid., cf. interpr. ad Cod. Theod. l.* 9. *t.* 1. *c.* 15. *et Statt. eccl. ant. c.* 53. — *c.* 17. *ap. Hinschius p.* 141. — *Jaffé no.* LXX. — *Burch.* I, 171. (*can.:* omnes ergo qui; *can. contin.*); *Ans.* III, 55. (*can.:* rimandae sunt; *can. contin.*); *Ivo Decr.* V, 289. (*can.:* omnes ergo qui; *can. contin.*) — *cf. C.* II. *qu.* 8. *c.* 1. 15) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (quisquam); cuicunque accusatori: *Corr.* 16) *Codd. coll. o. pr. AB* (qui: *deest*); — *Edd. Arg. Bas.;* rimandae vero (vero: *deest: Ans. Ivo*) accusatorum personae qui (quae: *Burch. Ivo*): *orig. Burch. Ans. Ivo* 17) *add.:* est: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 18) recipiantur: *orig. Burch. Ans.* 19) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ans.* || can. 4. 20) omnia: *AB* 21) *Caput Pseudois., sumtum ex Conc. Chalced. act.* 10. — *c.* 6. *ap. Hinschius p.* 174. — *Jaffé no.* LXXXIX. — *Ans. ded.* III, 186. (*can. contin.*); *Ans.* III, 62. (61.); *Coll. tr. P.* I, 19, 3. 22) in: *EGH Ed. Bas.* 23) *ACDEFG orig. Ans. ded. Coll. tr. P.* || can. 5. 24) *Caput Pseudoisid., petitum ex Act. ap. c.* 25. *v.* 16. — *c.* 9. *ap. Hinschius p.* 227. — *Coll. tr. P.* I, 29. *unic.* (*can. contin.*) 25) iudicare: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II.; iudicare . . . damnare: *orig.* || can. 6. 26) *Codd. coll. o. — Caput Pseudoisid., sumtum ex Act. ap. c.* 25. *v.* 16. — *c.* 19. *ap. Hinschius p.* 505. — *Jaffé no.* CLXII. — *Ans.* II, 39. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 347. 27) sanct.: *deest: orig. Ans.* 28) iudicare . . . damnare: *Ans.* 29) acc. et ind.: *AB;* id . . . eccl.: *deest: C* 30) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo* || can. 7. 31) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. — in F manu posterioris aetatis in marg. scripta est. — Ans. Ivo ib. — cf. Lex Rom. Wisigoth. C. Theod.* IX, 1, 5. *interpret. ed. Haenel.* 32) ne: *F Edd. Bas. Ven.* I. 33) prima: *Ivo; Corr. — cf. Innoc.* I. *Ep.* 2.

sionis accusatio, sine apostolica preceptione, cui in omnibus causis debet[34] reuerentia custodiri, quoniam et antiqua docet hoc Patrum regula, in qua et[35] inperialiter[36] pariter statuta concinunt[37]. „Criminum,“[38] inquiunt, „discussio ibi agenda[39] est, ubi crimen admissum est. Nam alibi[40] criminum reus prohibetur audiri.“ Et[41] alibi in canonibus precipitur[42]: „Quecumque negotia in suis locis, ubi orta[43] sunt, finienda sunt,“[44] et reliqua talia, et his similia[45], salua tamen in omnibus apostolica auctoritate[46], ut nichil in his diffiniatur prius, quam ei placere cognoscatur, qua omnes suffultos esse oportet.]

C. VIII. *De eodem.*[47]

Idem [ad Episcopos Italiae, epist. VI.][48a]

Qui accusare alium elegerit, presens per se, et non per alium accuset, inscriptione uidelicet premissa. Neque ullus umquam iudicetur ante, quam legitimos accusatores[49] presentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

C. IX. *De eodem.*

Item ex Concilio Tolletano[50] *VI.* [c. 11.]

Dignum est, ut uita innocentis[51] nulla[52] maculetur pernicie accusatoris[53a]; ideo[54] quisquis[55b] a quolibet criminatur, non ante[56] accusatus suplicio detur, quam accusator presentetur, atque legum[57] et[58] canonum sententia[59] exquiratur. Quod[60] si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur[61c*].

C. X. *Sententia feriatur qui causae suae*[62] *negligit adesse.*

Item Bonifacius Papa ad Gallos [epist. II.][63]

Decreuimus[64a] uestram[65] debere intra prouinciam esse iudicium, et congregare[66b] sinodum ante kalendarum diem nouembrium, ut, si adesse uoluerit, presens[67], si confidit, ad obiecta respondeat; si uero adesse neglexerit, dilationem sententiae de absentia non lucretur. Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto et totiens delegato iudicio purgandi se occasione non utitur[68]. Nichil enim interest, utrum in presenti examine non[69] omnia[70*], que dicta sunt, conprobentur, cum ipsa quoque professio[71c] ex[72d] procurata[73] totiens constet absentia[74].

C. XI. *Absens nec accusari, nec iudicari potest*[75a].

Item Felix Papa [ad Episcopos Galliae, epist. II.][76]

Absente aduersario non audiatur accusator, nec sententia absente parte alia a iudice dicta ullam obtinebit[77b] firmitatem.

C. XII. *Altera parte absente diffinitiua sententia non feratur*[78].

Item Nicolaus Papa Gallinoni Senensi Archiepiscopo[79a].

Reuera iustus mediator non est, qui uno litigante et altero absente amborum emergentes lites decidere non formidat. His ita[80] premissis, uolumus[81] et auctoritate apostolica monemus, ut, si presbiter, de quo agitur, post excommunicationem suam apostolicam sedem adire uoluerit, nullus iter eius inpedire presumat.

C. XIII. *In absentem non est ferenda sententia.*

Item Zepherinus Papa [ad Episcopos Siciliae, epist. I.][82]

Absens[83a] nemo iudicetur, quia et diuinae et humanae leges hoc prohibent.

Gratian.[84] *Nisi fuerit absens ex*[85] *contumacia. Pro presenti namque contumacia eum haberi facit.*

C. XIV. *De eodem.*

Item Nicolaus Papa Gallinoni[86a] *Senensi Archiepiscopo.*

Indicas[87] Hermannum episcopum super quibusdam[88] frequenter fuisse accusatum, pro quibus (quia ex parte ipsius persona deest) nos uni parti ad discrimen alterius credere proculdubio non possumus, quamuis nec usque adhuc qui fuerint illi excessus dixeris, nec utrum sanae mentis[89] erat idem antistes, nec ne, cum ipsos[90] excessus perpetrabat, euidenter ostenderis, satiusque arbitramur[91], quamlibet interim infirmitatem ad penam peccati, quam ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum et conpatiendum sit, quam puniendum uel etiam[92b] aliquo modo feriendum.

C. XV. *Testes non dicant testimonium, nisi de his, que presentialiter*[93a] *nouerunt.*

Item Calixtus [Papa ad Episcopos Galliae, ep. II.][94]

Testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant[95], sed presentes de his[96], que[97] uiderunt et nouerunt[98], ueraciter testimonium dicant. Nec[99] de aliis causis uel negotiis testimonium dicant, nisi de his, que sub eorum presentia acta[100] esse noscuntur.

II. Pars. Gratian. *De his etiam, que*[101b] *audierunt, si ad hoc conuocati*[102] *sunt, in ciuili causa testimonium dicere possunt, unde in coll.*[103c] *VII. tit. de testibus, legitur:* §. 1. „*Si debitum scriptum sit, et probatio solutionis proferatur a litigantibus per testes sine scriptura, tunc susceptibilem eam apud iudicem*[104] *esse uolumus, dum ad hoc ipsum*[105] *testes assumantur, ut perhibeant testimonium pro facienda solutione, aut pro memoria facta*[106d] *alicui iam solutionis factae, et pro confessione eius, qui pecunias accepit. Hec autem testimonia inania et ex transitu*

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. IX. c. 8. a) Item idem — c. 9. a) accusatorum b) si quis c) iudic., nisi* ubi pro capite regiae maiestatis causa versatur — c. 10. a) Decernimus b) congregari c) pro confessione d) ex: *deest* — c. 11. a) Absentes .. possunt b) obtineat — c. 12. a) Gallioni — c. 13. a) Absens vero — c. 14. a) Gallioni b) etiam: *deest* — c. 15. a) praes. et veraciter b) qui c) ut in Authenticis coll. d) facta: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Nisi: Haec sunt addita ex originali.
C. X. * Non omnia: In originali, et apud ceteros collectores, et in uno pervetusto Gratiani codice est: *omnia;* sed quia idem sensus elicitur, et adest glossa, non est mutatum.

Causa III. Quest. IX. can. 7. 34) debetur: *Ans.* 35) et: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 36) imperialia: *orig. Ans. Ivo* 37) *finis canonis: Ivo* 38) *ex interpr. ad Theod. Cod. l.* IX. *t.* 1. *c. ult.* 39) agitanda: *F Edd. coll. o. Ans.* 40) alicubi: *orig.;* alibi: *Cod. Dst origin.* 41) Et . . . precip.: *deest: F Edd. coll. o.;* et alicubi: *orig.;* et alibi: *Cod. Dst origin.* 42) *ex ep. Africanorum ad Coelestinum P.* 43) absorpta: *Edd. Nor. Lugd. Lugd.* I.; — absorta: *F Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III.; oborta: *Edd. Lugdd.* II. III. 44) sunt: *deest: Ans.* 45) et .. similia: *deest: F Edd. coll. o.* 46) *finis canonis: F Edd. coll. o.* || can. 8. 47) de eodem: *deest: ACEG; in F canon deest et manu posterioris saeculi in marg. scriptus est* 48) *Codd. coll. o. — Caput Pseudois., confectum ad Act. ap. c.* 25. *v.* 16. — *ap. Hinschius p.* 520. — *Jaffé no.* CLXIV. — *Ivo Decr.* VI, 348. 49) *add.:* vel tutores: *EH* || can. 9. 50) *Tol.* VII.: *ABFH;* IV.: *CD; hab. ao.* 638. — *ap. Bruns* I, 255. — *Regino Appdx.* I, 58. (*can. contin.*); *Burch.* XVI, 5. (ex decr. Felicis P.); *Coll. tredec. P.* IX, 156. 51) innocentum: *Hisp. Reg.* 52) non: *Hisp. Reg. Burch.* 53) *Codd. coll. o. pr. C;* accusationis: *C;* accusantium: *Hisp. Reg. Burch.* 54) adeo: *Reg. Burch.* 55) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Hisp. Reg.;* ut quisquis: *Burch.* 56) antea: *orig. Hisp.* 57) leg.: *deest: Burch.* 58) ut et: *ib.* 59) sententiae exquirantur ut si: *orig. Hisp. Reg.* 60) ut: *Burch.* 61) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.* || can. 10. 62) suae: *deest: ABH* 63) *scr. ao.* 419. — *Jaffé no.* 141. — *Ans. ded.* III, 33. (*can.:* Valentinae nos; *contin.*); *Burch.* I, 161. (*ut in coll. Ans. ded.*); *Ivo Decr.* V, 271. (*ut ap. Burch.*); *ib.* VI, 338.; *Ivo Pan.* IV, 105. 64) *Codd. coll. o. orig. Coll. citt.* 65) vestrum: *orig. Ivo Decr.* 5.; et vestrum: *Ivo Pan.* 66) *Codd. coll. o. Ans. ded. Burch.* 67) *add.:* Maximus: *Ivo Decr.* 6. 68) *finis canonis: ib.* 69) non: *deest: C* 70) omniaque: *Ans. ded.* 71) *Codd. et Edd. coll. o.;* professione: *Ivo Decr.* 5. *Ivo Pan.; add.:* rei: *EGH* 72) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II.; est procurata: *Ed. Lugd.* II.; procurato: *Burch.; deest: H* 73) *add.:* vel (*deest: H*) expectata: *EGH* 74) *in C hoc loco inseritur:* „In lege Theodosii: probat illa vera esse, que adversus se dicta sunt, qui ad ea confutanda, minime vult adesse. Unde in secularibus legibus invenitur scriptum: iniuste victus que adversus eum collata fuerit sententia perseveret, si infra tres menses causam reparare neglexerit.“ || can. 11. 75) *Codd. coll. o. pr. D* 76) *Caput Pseudois., cf. Paul. Sent. l.* 5. *t.* 5. §. 6. *iuncta interpret. — c.* 11. *ap. Hinschius p.* 202. — *Jaffé no.* CI. — *Capit. Angilr.* 4. *ap. Hinschius p.* 759. *Ans. in fine l.* 3. (*can.:* haec sunt quae; *contin.*); *Ivo Decr.* V, 248. (*can.:* si suis fuerit; *contin.*); *ib.* VI, 331. (*can.:* infamis enim; *contin.*) *Ivo Pan.* IV, 54. (*can. contin.*); *Polyc.* V, 1, 24. (*can.:* infamis persona) 77) *ABCDF orig. Coll. citt.* || can. 12. 78) *inscr. deest: A;* diffinitiuam non ferat sententiam: *EG* 79) *A;* Guallinoni: *DF;* Guaniloni: *C;* Senens.: *deest: AF;* Senonensi: *EGH Turrecrem. Corr.; Caput incertum; similia parti priori habentur in ep. Nicolai* (858—62.) 32. *ap. Mansi t.* XV. — *Jaffé no.* 2096. — *Coll. tr. P.* I, 62, 46. 80) itaque: *EG Coll. tr. P.* 81) volum.: *deest: AB* || can. 13. 82) *Caput Pseudoisid., cf. Statutt. eccl. ant. c.* 53. — *cf. supra Qu.* VI. *c.* 1. — *c.* 4. *ap. Hinschius p.* 131. — *Jaffé no.* LXVII. — *Reg.* II, 306. (*can. contin.*) 83) *Codd. coll. o. Reg.* 84) *in H hoc dictum sequitur post c.* 14. 85) a: *AB* || can. 14. 86) *ABDF;* Guaniloni: *Coll. tr. P.;* Senonensi: *EH;* Sen.: *deest: AB — ex ep. ad Wenilonem* (*Gaunilonem*) *Senens. ep. scr. ao.* 858—59. *ap. Mansi* XV, 397. — *Jaffé no.* 2016. — *Coll. tr. P.* I, 62, 49. 87) tu dicis: *Coll. tr. P.* 88) *add.:* excessibus: *ib.* 89) sana mente: *orig. Coll. tr.* P. 90) illos: *AB* 91) arbitremur: *AB Coll. tr. P.* 92) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 15. 93) *Codd. coll. o. pr. DF* 94) *Caput Pseudoisid. c.* 17. *ap. Hinschius p.* 141. — *Jaffé no.* LXX. — *Burch.* I, 171. (*can.:* omnis ergo; *contin.*) *Ans.* III, 55. (*can.:* rimandae sunt; *contin.*); *Ivo Decr.* V, 289.; *Ivo Pan.* IV, 93. 95) ferant.: *D Edd. coll. o. pr. Bas.;* dicant: *Burch. Ivo Decr.* 96) de his: *deest: orig.;* ex his: *Ivo Pan.* 97) quam: *orig.;* quae: *Codd. orig.* 98) cognoverunt: *Ivo Decr.* 99) proferant: *D Edd. coll. o.* 100) facta: *Ivo Pan.* 101) *Codd. coll. o.* 102) uocati: *AB* 103) *Codd. coll. o.; add.:* Cod.: *ABDF*; conc.: *GH;* collat.: *E; — Novella* 90. *c.* 2. *mutatis verbis.* 104) iudices: *EGH* 105) ips.: *deest: AB* 106) *Codd. coll. o.*

perhibita (*aut ab eo qui*[107 e] *propter aliud opus adueniens audiuit aliquo dicente*[108 f], *se accepisse ab aliquo aurum, aut debere alicui*) *nulla ratione ualere censemus.*"

III. Pars. §. 2. *Simul autem necesse est, ut uideant. Quod si alius uno tempore et*[109 g] *alius alio uiderit, diuersitas temporum eorum testimonium non admittit.*

Unde Leo Papa[110]:

C. XVI. *Non admittuntur*[111 a] *ad testimonium quos non eidem negotio*[112 b] *adfuisse*[113 c] *constiterit.*

Nichilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumpniam aliquid testificantur, nec eorum uoces tamquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse[114] prohibuit.

C. XVII. *Ad seriem gestorum testis ex suo nichil adiciat*[115].

Item Ambrosius in libro de Paradyso, [c. 12.][116]

Pura et simplex* testimonii series intimanda est. Plerumque testis, dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adicit, totam testimonii fidem partis mendacio decolorat. Nichil igitur, quod[117 a] bonum uidetur, addendum est.

C. XVIII. *Absens*[118 a] *nec accusare, nec accusari potest.*

Item Felix Papa [ad Episcopos Galliae, epist. II.][119]

Absens per alium accusare aut accusari non[120] potest, nec affinis testis admittatur[121 b].

IV. Pars. Gratian[122]. *Nisi in crimine iniuriarum, in quo illustris persona etiam*[123] *per procuratorem intendere et excipere potest, seruatis ceteris solempnibus*[124 c], *ut Cod. tit. de iniuriis, l. ult.*

C. XIX. *Reo absente libellus accusationis frustra offertur.*

Item Pelagius Papa Sinduae[125 a*] *Magistro militum*[126].

Cartae[127], quas dedit nobis Lucidius[128], si illo tempore aduersarius ipsius[129] illic presens fuisset, ualidae erant. Sed quia aduersario absente gesta, que nobis recensuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

C. XX. *Testes corporaliter prestito sacramento*[130 a] *testimonium dicant.*

Idem[131] *Decorato Patricio.*

Hortamur, ut, sub timore Domini consuetam conscientiae uestrae sinceritatem in hoc quoque negotio conseruantes, omnem personis[132], que ueritatem causae istius scire possunt, faciatis amputari[133] formidinem, et uestris presentati[134 b] conspectibus, tactis[135] sacrosanctis euangeliis, prebito etiam legaliter[136] sacramento, que[137] in rerum ueritate norunt professione suae testificationis aperiant, ut, patefactis omnibus, que secundum leges et iustitiam[138] censenda sint[139 c] cognoscatis, et conuenientem[140 d] legibus et ueritati terminum detis.

C. XXI. *Accusator et accusatus simul debent adesse.*

Item Nicolaus Papa[141] *Igmaro*[142 a] *Remorum Archiepiscopo.*

Necesse est secundum sacrarum scripturarum documenta[143] ac secundum iustitiae trutinam[144 b], et accusatum et accusatorem simul adesse, et[145] unam partem, quantacumque et qualicumque predita sit auctoritate, sic prorsus audiri, ut alteri parti nullum preiudicium inrogetur.

QUESTIO X.

GRATIANUS.

Quod uero deficientes[1*] *in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia, ex Concilio Cartaginensi VII.*[2] *confirmatur, in quo sic* [cap. 3.] *statutum legitur:*

C. I. *Qui in primo capitulo deficit ad cetera non admittatur*[3].

Placuit, ut[4] quotiescumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur, et unum ex his[5], de quo prius egerint[6], probare non ualuerint[7], ad cetera iam non admittantur.

Gratian. *Probatur illud idem auctoritate Arelatensis Concilii III.*[8 a], *in quo sic* [c. 24.] *diffinitum est.*

C. II. *Qui falsa fratribus obiciunt usque ad exitum non communicent.*

Eos, qui falsa[9] fratribus[10] capitula[11] obiecisse conuicti fuerint, placuit[12] usque ad exitum non communicare (sicut[13] magna sinodus[14] ante constituit), nisi digna satisfactione penituerint.

C. III. *Qui quod obicit probare non ualet, de cetero ad arguendum non admittitur, nisi propriam causam ciuilem dumtaxat asserere uoluerit.*

Item Felix[15 a] *in secundo*[16 b] *decretali, Episcopis Galliae*[17].

Si accusatorum[18] personae in iudicio episcoporum culpabiles aparuerint, ad arguendum[19 c] de cetero[20*] non admittantur, nisi[21] proprias causas asserere (non[22] tamen criminales uel ecclesiasticas) uoluerint[23].

Gratian. *Cum ergo qui falsa fratribus obiciunt usque ad exitum uitae a communione prohibeantur; cum illi, qui in episcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendum de cetero admitti prohibeantur*[24]*: aparet, quod in primo capitulo deficientes tamquam falsorum obiectores ad sequentia*[25] *procedere non ualent*[26].

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. IX. c. 15. e) perhibita testomonia ut si f) aliquem dicentem g) uno alius alio tempore — c. 16. a) admittantur b) eodem tempore negot. c) interfuisse — c. 17. a) vel quod — c. 18. a) Absens per alium b) admittitur c) solemnitatibus — c. 19. a) Sindulae — c. 20. a) iuramento b) praesentari c) sunt d) competentem — c. 21. a) Hincmaro b) tramitem — Quest. X. c. 2. a) Conc. II. — c. 3. a) Fel. Papa b) secunda c) arguend. episcopos*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Simplex: Integer locus B. Ambrosii est: *Pura* [enim] *et simplex mandati forma servanda, vel testimonii series intimanda est.*

C. XIX. * Sindulae: Ivo p. 8. c. 67 refert aliud quoddam caput epistolae a Pelagio ad Sindulam magistrum militiae scriptae.

Quest. X. * Deficientes: In vulgatis codicibus[1] legebatur: *testes deficientes*, sed expuncta est vox: *testes*, quae abest a plerisque vetustis codicibus. Quae enim in hac quaestione afferuntur, non ad testes, sed ad accusatores pertinent. Et superius initio causae in propositione huius quaestionis 10. nulla est mentio testium.

C. III. * Episcopos de cetero: Voces istae absunt ab omnibus vetustis codicibus, et ceteris locis indicatis. Auctor tamen casus eos habuit et ponderavit.

Causa III. Quest. IX. can. 15. 107) *Codd. coll. o.* 108) *ib.* 109) *ib.* || can. 16. 110) *Caput incertum, referendum fortassis ad Leonem* III. (795—816.) 111) *Codd. coll. o.* 112) *ABC* 113) *Codd. coll. o. pr. AB;* adesse: *AB* 114) interesse: *CEGH* || can. 17. 115) testes . . . adiciant: *EGH;* de suo: *AB* 116) It.: *deest: ABC; c.* 12. *no.* 56. *Ed. Migne. — Ans.* III, 58. 117) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 18. 118) *ABCF* 119) *Caput Pseudoisid. c.* 11. *ap. Hinschius p.* 202. *— Jaffé no.* CI. *— Capit. Angilr. c.* 4. *ap. Hinschius p.* 759. *— Ivo Decr.* V, 248.; *ib.* VI, 331. (*can.:* infamis enim: *contin.*); *Polyc.* V, 1, 24. (*can.:* infamis persona). 120) nec: *EH orig. Angilr. IvoDecr.* 5. 6. *Polyc.;* nemo: *Ed. Bas.* 121) *BDEH orig. Angilr. Ivo Decr.* 5. 6. *Polyc.;* nec aff. . . . adm. *in AB exstant post dictum Gratiani.* 122) *Sequentia verba tamquam canonis pars, nec a Gratiano dicta reperiuntur in ABH; in F desunt et manu posterioris saeculi in marg. scripta sunt* 123) etiam: *deest: ABC* 124) *BCDEFH* || can. 19. 125) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 126) *Ep. Pelagii* I. (555—60), *ut videtur. — Jaffé no.* 671. *— Coll. tr. P.* I, 54, 9. 127) cartas: *C Coll. tr. P.* 128) Lucidus: *Coll. tr. P.* 129) illius: *EGH* || can. 20. 130) *Codd. coll. o.* 131) item: *ABDEGH; Ep. Pelagii* I. (555—560.); *— Jaffé no.* 639. *— Coll. tr. P.* I, 54, 8. 132) a pers.: *Edd. Bas. Lugdd.* 133) amputare: *EFGH* 134) *ABCDF Coll. tr. P.;* presentare: *EGH* 135) tacto: *AB* 136) legitimo: *ib.* 137) ut quae: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; quae ut: *Ed. Lugd.* I. 138) *add.:* iura: *AB.* 139) *ABF Coll. tr. P.* 140) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P. — Corr.* || can. 21. 141) *fragm. Ep. Nicolai* I. (858—67); *— Jaffé no.* 2146. *— Coll. tr. P.* I, 62, 33. 142) *Codd. coll. o.;* Ismaro: *Edd. coll. o.* 143) *add.:* omnia: *Coll. tr. P.* 144) *ABCFG Coll. tr. P.* 145) oportet etiam: *Coll. tr. P.*

Causa III. Quest. X. 1) testes defic.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 1. 2) *hab. ao.* 419. *— Raban. poenit. c.* 10. (*ap. Canisius*); *Burch.* II, 198. (199. *in Cod. Frib.;* Ex Conc. Africano); *Ivo Decr.* VI, 271.; *Ivo Pan.* IV, 64.; *Coll. tr. P.* II, 21, 3. 3) est admittendus: *AB* 4) ut: *deest: Hisp. Burch. Coll. tr. P.* 5) ipsis: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 6) primo eg.: *ABC;* egerit . . . ualuerit . . . admittatur: *Raban. Coll. tr. P.* 7) uoluerint: *D Ed. Bas.* || can. 2. 8) *Codd. coll. o. pr. AH — c.* 24. *C.Arelat.* II. *hab. a.* 492. *et* 506. (*cf. tamen ad Dist.* XVIII. *c.* 12.) *ap. Bruns* II, 133. *— Regino* II, 344. (ex C. Agath.); *Burch.* XVI, 34. (*ut ap. Regin.*); *Coll. tr. P.* II, 24, 8.; *Coll. tredec. Part.* IX, 134. 9) falso: *orig. Hisp.;* false: *Reg.; deest: Burch.* 10) *add.:* suis: *orig. Hisp. Reg. Burch.* 11) capitalia: *ib.* 12) *add.:* eos: *Reg.* 13) sicut . . . constit.: *deest: Reg. Burch.* 14) *Conc. Arelat.* I. *c.* 14. || can. 3. 15) *ABCDF* 16) *Codd. coll. o.* 17) *Caput Pseudoisid., cf. conc. Carth. h. ao.* 409. *c.* 24. *— c* 11. *ap. Hinschius p.* 202. *— Cap. Angilr.* 4. *ap. Hinschius p.* 759. *— Ben. Levita* I, 395.; *Ans.* III. *in fine;* (*can.:* haec sunt quae; *cont.*); *Ivo Decr.* VI, 418.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 49. 18) accusatoris: *et sic deinceps numerus singularis: Ben. Lev.* 19) *Codd. coll. o. orig. Angilr. Ben. Lev. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 20) de cet.: *deest: Ed. Bas. orig. Collat. citt.* 21) nisi de propriis causis: *Ben. Lev.* 22) et non: *Ans. Coll. tr. P.* 23) vol.: *deest: Ans.* 24) cetero non admittuntur: *AB* 25) subsequentia: *CDEFH* 26) valeant: *AB*

QUESTIO XI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Ab accusato uero accusationem in accusatorem uerti, multorum auctoritate*[1a] *prohibetur*[2].

Ait enim Stephanus Papa, [epist. II. c. 7.][3]

C. I. *Accusati, nisi prius se purgauerint, alios accusare non possunt.*

Neganda[4] est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, quia non[5] est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus inplicantur[6a], nisi se prius probauerint innocentes, quoniam periculosa est et non[7] debet admitti rei[8] aduersus quemcumque professio.

[C. II.][9a]

Lib. IX. Cod., tit. I., [l. 19.] *Inppp. Valentinus, Valerius et Gratianus*[10b].

Neganda est accusatis nisi[11c] suas suorumque iniurias persecuntur[12] licentia criminandi in pari uel minori crimine, priusquam[13] se crimine, quo premuntur, exuerint[14d]: ita tamen, ut et ipsi inscriptionem[15e] contra eos etiam pendente accusatione deponere possint.

C. III. *De eodem.*

Item ex decreto Adriani Papae, [c. 33.][16]

Non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus inplicantur, nisi se prius probauerint innocentes, quia periculosa est et admitti non debet rei professio aduersus quemcumque.

Gratian. *Hoc autem intelligendum est in pari uel minori crimine. Ceterum si de maiori crimine eum accusare uoluerit (ueluti, si accusatus de fornicatione, de periurio, uel*[17a] *homicidio, uel symonia, uel alio quolibet huiusmodi crimine accusatorem suum inpetere uoluerit), his auctoritatibus non prohibetur.* §. 1. *Aliquando enim criminalis questio preiudicat ciuili, aliquando criminali*. Unde in III. lib. Cod. tit. de ordine iudiciorum,* [lege, 4.], *legitur: „Ciuili questione*[18] *intermissa sepe fit, ut prius de crimine iudicetur, quod, utpote maius, merito minori prefertur.“*

[C. IV.]

Item lib. IX. [Cod. tit. de his, qui accus. non possunt.] *l.* 1.[19]

„*Prius est, ut tu respondeas*[20a] *criminibus cedis atque uulnerum que tibi ut grauiora ab aduersario tuo obiciuntur, et tunc ex euentu causae iudex estimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tamen etsi*[21b] *prior inscriptionem deposuisti.*“

II. Pars. [Gratian.] *Aliquando ciuilis preiudicat ciuili, aliquando criminali. Sicut enim in septimo lib. Codicis, tit. de ordine cognitionum, legitur*[22c]: „*Si de hereditate et libertate controuersia est*[23], *prius debet agi causa libertatis.*“ *Item*[24d]: §. 1. „*Si crimen aliquod inferatur ei, qui ingenuus esse dicitur*, liberalis causa suo ordine ante debet agi cognitionem suam preside prebente, quoniam si delictum probatum fuerit, ante sciri, necesse est, utrum ut in liberum et ingenuum*[25e], *an ut in seruum constitui oportet*[26f].“

III. Pars. *Item:* §. 2. „*Qui*[27] *confitetur se pati controuersiam status, frustra postulat dari sibi potestatem accusandi eum, qui se suum dominum esse fatetur*[28]. *Causa uero liberali terminata, si seruus pronunciatus fuerit, dominum suum accusare non poterit.*“ §. 3. „*Si*[29g] *quis enim*[30h] *ex familiaribus uel seruis*[31i] *cuiuslibet domus cuiuscumque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimationem, caput atque*[32] *fortunas petiturus, cuius familiaritati*[33] *inheserit uel dominio, ante exhibitionem*[34] *testium, ante*[35k] *examinationem iudicii in ipsa expositione criminum atque accusationis*[36] *exordio ultore gladio feriatur*[37]. *Vocem enim funestam intercidi*[38] *oportet potius quam audiri. Maiestatis autem crimen excipimus.*“ *Similiter*[39l]*:* §. 4. „*Si liberti accusatores manumissorum heredumue esse presumpserint, eodem quo serui suplicio tenebuntur, luituri penas ante prohibitae delationis*[40] *exordium.*“

CAUSA IV.

GRATIANUS.

Quidam in excommunicatione constitutus episcopum accusare disponit; adolescentem infra decimum et quartum etatis suae[1a] *annum ad assertionem suae causae adducit; prohibitus ab accusatione adolescentem accusatorem et se testem facit; adolescens personam accusatoris et testis gerere cupit; die statuta ad electorum iudicum iudicium episcopus minime occurrit; a communione suspenditur; tandem renouato*[2b] *iudicio accusator culpabilis in accusatione inuenitur; demum ad assertionem propriae causae procedit*[3]. (Qu. I.) *Hic primum queritur, an in excommunicatione constitutus alium accusare ualeat?* (Qu. II.) *Secundo, an infra decimum quartum annum in criminali causa testari quis possit?* (Qu. III.) *Tertio, utrum*[4c] *ab accusatione prohibitus personam testificantis possit assumere?* (Qu. IV.) *Quarto, an idem possit esse accusator et testis?* (Qu. V.) *Quinto, an die constituta non occurrens a communione sit remouendus?* (Qu. VI.) *Sexto, si in episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, an ad assertionem propriae causae de cetero sit admittenda?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

De prima questione sic statutum legitur in Concilio Carthaginensi[5a] *VII., cui interfuit Faustinus Romanae ecclesiae legatus:*

C. I. *Ad accusandum non admittitur*[6b] *qui in excommunicatione perseuerat.*

Diffinimus, eum rite[7c] ad accusationem non admitti, qui posteaquam[8d] excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc ex-

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. XI. a) auctoritatibus — c. 1. a) implicati sunt — c. 2. a) C. II. De eodem b) Valentinianus, Valens et Grat. AAA. c) qui non d) exuerint secundum scita veterum iuris conditorum: e) inscriptiones — c. 3. a) de — c. 4. a) tu respond.: *deest* b) tametsi c) l. Si de hereditate legitur d) Item lege sequenti e) et ingen.: *deest* f) oporteat iudicium g) Codicis lib. IX. tit. 1. l. penultima: §. 3. Si h) enim: *deest* i) ex servis k) atque l) Similiter l. ultima: — Causa IV. a) suae: *deest* b) revocato c) an — Quest. I. c. 1. a) in primo et secundo capite Concilii Carthaginensis b) accusationem non admittatur c) recte d) postquam

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. XI. C. III. * Aliquando criminali: Antea legebatur: *aliquando civilis criminali;* expuncta est dictio *civilis* auctoritate veterum codicum. Nam hic tantum agitur, quando causa criminalis civili aut criminali praeiudicet. In sequenti autem c. §. *Aliquando civilis*, exponitur, quando civilis et civili et criminali praeferatur.

C. IV. * Ei, qui ingenuus esse dicitur: In lege ipsa est: *quam ingenuam esse dicis.* Mulierem enim alloquitur. Quare paulo etiam inferius, ubi apud Gratianum legitur: *utrum ut in liberum et ingenuum, an ut in servum*, in lege est: *utrum ut in liberam et ingenuam, an ut in ancillam.* Duas etiam, quas proxime recitat leges, Gratianus suo modo in summam redegit.

Causa III. Quest. XI. 1) *Codd. coll. o.* 2) probetur: *AB* || can. 1. 3) *Caput Pseudoisid., petitum ex Cod. Theod. l.* IX. *t.* 1. *c.* 12. *cum interpret. cf. Lex Rom. Wisig. Cod. Theod.* IX, 1, 7. *interpr. ed. Haenel. — c.* 11. *ap. Hinschius p.* 186. — *Jaffé no.* XCV. — *Ans. ded.* III, 58. *Burch.* I, 164.; *Ans.* III, 74.; *Ivo Decr.* V, 274.; *Ivo Pan.* IV, 67. *Caesaug.* V, 50.; *apud omnes can. contin.* 4) et neg.: *Ans. ded. Burch.;* quod neg.: *Ivo Decr. Pan.* 5) *cf. infra c.* 3. 6) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (multiplicati sunt); incriminati sunt: *Ivo Pan.* 7) nec: *BCEGH* 8) ei: *Ans. ded.* || can. 2. 9) *ABCDG; in F deest canon, et manu poster. saec. in marg. scripta est.* 10) *Codd. coll. o.* 11) *Codd. et Edd. coll. o.* 12) prosequantur: *G Edd. coll. o.;* persequantur: *C;* persequentur: *D;* exequantur: *orig.;* exequuntur: *Corr.* 13) nisi prius: *H Ed. Bas.;* priusq. . . . crim.: *deest: G* 14) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ven.* I. *Lugdd.* 15) *Codd. coll. o.* || can. 3. 16) *ap. Hinschius p.* 764. — *cf. ad c.* 1. *supra. — Ans. in fine lib.* III. 17) *Codd. coll. o. pr. DF; deest: F* 18) questioni: *A;* disceptatione: *orig.* || can. 4. 19) *l.* 1. *Cod.* (9, 1.)*; canon in Codd. coll. o. ad antecedens Gratiani dictum pertinet.* 20) *Codd. coll. o.* 21) *ABEFG* 22) *Codd. coll. o.;* leg.: *deest: A — tit.* 19. *l.* 2. 23) *add.:* habita: *AB* 24) *Codd. coll. o. — ib. l.* 3. 25) *Codd. coll. o.* 26) *ib. orig.* 27) *ex l.* 1. *et* 4. *verbis alio modo aptatis.* 28) confitetur: *B;* fateatur: *EGH* 29) *Codd. coll. o. pr. AD — l. penult. Cod.* (9, 1.) *Ivo Decr.* XVI, 61. 30) *Codd. coll. o.* 31) *ib.* 32) uel: *Ivo* 33) familiaritate: *ABEGH* 34) exh. . . . atque: *deest: Ivo* 35) *Codd. coll. o. orig.* 36) excusationis: *EGH* 37) finis canonis: *Ivo* 38) interdici: *ABDG* 39) *Codd. coll. o. — ib. l. ultim. — Ivo Decr.* XVI, 62. 40) dilationis: *ABDH*

Causa IV. 1) *Codd. coll. o.* 2) *ib. pr. C* 3) proceditur: *E;* producitur: *GH* 4) *Codd. coll. o.*

Causa IV. Quest. 1. can. 1. 5) *c.* 1. 2. *C. Carthag. hab. ao.* 419. — *Ivo Decr.* XIV, 69.; *Ivo Pan.* IV, 72.; *Coll. tr. P.* II, 21, 1. (*can.:* placuit omnibus) 6) *Codd. coll. o.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 8) *BCDFG Hisp. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.*

communicatione constitutus, siue sit clericus siue laicus, accusare uoluerit[9]. §. 1. Omnes[10] etiam infamiae maculis[11] aspersi, id est histriones aut[12e] turpitudinibus subiectae personae, heretici etiam, siue pagani siue Iudei, ab accusatione prohibentur*.

C. II. *Heretici probantur qui scismate uel excommunicatione ab ecclesia sunt separati*[13].

Item Nicolaus Papa [in epistola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est: „Proposueramus[14].“]

Quod autem hi[15], qui iam[16] a fato[17] fratre et[18] conministro nostro[19] Ignatio depositi uel[20a] excommunicati uel[21] anathematizati fuerant, nullam aduersus eum intorquere dampnationem potuerunt[22b], ex prolato[23]* secundae uniuersalis sinodi capitulo declaratur, cum dicitur: „Si uero[24] ecclesiasticum fuerit crimen, quod episcopo illatum fuerit[25c], tunc probari oportet accusantium personas, ut primo quidem hereticis[26] non liceat accusationes contra orthodoxos facere episcopos pro ecclesiasticis[27] negotiis. Sed ne hos hereticos esse denegemus[28d], audite sequentia: „Hereticos autem[29] (inquiunt)[30] dicimus tam eos, qui olim ab ecclesia** proiecti sunt, quam qui post hec[31] a nobis anathematizati sunt.“ Porro, si adhuc nec sic creditis, audite quod subditur[32]: „Preter hos autem (aiunt) et eos, qui fidem[33] simulant sanam[34] confiteri, scismaticos esse[35e] etiam[36]*** eos[37f] qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt. Deinde uero, et si quidam ab ecclesia super causis quibusdam reprehensi sunt[38g], et proiecti aut excommunicati, siue ex clero siue ex laicali ordine, nec his licere accusare episcopum ante, quam crimine proprio exuantur primitus. Similiter autem et eos, qui sub accusatione priori existunt[39h], non ante esse acceptabiles in episcopi accusatione[40] aut aliorum clericorum, quam innoxios semetipsos illatorum sibi ostenderint[41] criminum.“ Quid[42] autem periculi regulae huius contemptoribus inmineat, non ignoratis.

QUESTIO II. et III.

GRATIANUS.

I. Pars. *Secunda autem et tertia questio eodem Concilio* [Cartaginensi VII.], *uno eodemque capitulo*[1a] *terminatur. Illud uero est huiusmodi*[2]:

C. I. *Qui ab accusatione repelluntur, aut*[3] *ad annum XIV. nondum peruenerunt, testes esse non possunt.*

Testes autem[4] ad testimonium non admittendos esse[5] censemus, qui nec ad accusationem admitti iussi[6a] sunt, uel etiam[7] quos ipse[8] accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem intra[9b] annos quatuordecim etatis suae constituti[10c] non[11] admittantur.

[PALEA[12].

C. II. De eodem.

Item ex Concilio Maticensi, c. 6.[13]

Placuit sancto[14] conuentui, ut testes ad testimonium dicendum precio[15] non conducantur, et[16] ut quique optimi et fideliores in testimonium assumantur, ut is, contra quem testimonium[17] ferre debent, nullam eis possit afferre[18] calumpniam, et ut nullus testimonium dicat[19] nisi ieiunus.]

II. Pars. Gratian. *Item in criminali causa:* „*Produci testis non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit,*“ *sicut in 22. lib. Dig. tit. de testibus,* [lege 23.] *inuenitur. Item tit. eod.* [l. Ob. carmen. §. Si testes:]

[C. III.][20]*

Si[21] *testes omnes eiusdem honestatis et existimationis*[22] *sint, et negotii qualitas, ac iudicis motus cum his*[23] *concurrit*[24a], *sequenda sunt omnia*[25b] *testimonia. Si uero ex his quidam eorum aliud*[26] *dixerunt, licet inpari*[27c] *numero, credendum*[28d] *est, quod*[29e] *naturae negotii conuenit, et quod inimicitiae*[30] *aut gratiae suspicione caret, confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis et testimoniis, que rei aptiora esse*[31f] *conpererit. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, et testimonia, quibus potius lux ueritatis assistit. Item* [lege 2., ff. eod.]: §. 1. *In testibus*[32] *fides, dignitas, mores, grauitas moderanda*[33g] *est, et ideo testes, qui aduersus fidem suae testationis uacillant, audiendi non sunt. Item* [lege 3.]: §. 2. *Testium fides diligenter examinanda est, ideoque in persona eorum exploranda erunt inprimis conditio cuiusque, utrum quis decurio, an plebeius sit, et an honestae et inculpatae uitae, an uero notatus quis et reprehensibilis, an locuples, an*[34h] *egenus*[35i] *sit, ut*[36] *lucri causa quid facile admittat, uel an ei*[37] *inimicus sit, aduersus quem testimonium fert, uel amicus ei*[38] *sit*[39k], *pro quo testimonium dat. Nam si careat suspicione testimonium, uel propter personam, a qua profertur*[40l], *quod honesta sit, uel propter causam, quod*

EDITIO ROMANA.

Causa IV. Quest. I. c. 1. e) ac — c. 2. a) vel: *deest* b) potuerint c) exstiterit d) denegetis e) esse: *deest* f) et eos g) fuerunt h) consistunt — Quest. II. et III. a) cap. quarto terminantur. — c. 1. a) praecepti b) infra c) constit.: *deest* — c. 3. a) concurrat b) omnino c) in pari d) credendum quidem e) sed quod f) et vero proximiora esse g) examinanda h) vel i) egens k) sit: *deest* l) fertur

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa IV. Quest. I. C. I. * Ab accusatione prohibentur: A concilio absunt haec verba; subintelliguntur enim illa ex principio capitis: *ad accusationem non admittantur.*

C. II. * Ex prolato: Nicolaus hic citat canonem, qui apud Graecos est 6. concilii I. Constantinopolitani, cuius canonis priorem partem paulo superius in eadem epistola recitarat, et significatur supra 3. q. 5. cap. fin. Eo autem loco Nicolaus de isto capitulo haec verba addiderat: *Quod tamen non apud nos invenitur, sed apud vos haberi perhibetur.* Nam non modo hic canon, neque in versione Dionysii, neque in prisca habetur, sed de omnibus illius concilii canonibus haec scribit B. Gregorius ad Eulogium, lib. 6. epist. 31.: *Romana autem ecclesia eosdem canones uel gesta synodi illius hactenus non habet, nec accipit. In hoc autem eandem synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum.*

** Olim ab ecclesia: Statuitur in hac parte canonis perinde pro haereticis habendos esse Macedonianos et Eudoxianos, qui in isto primo Constantinopolitano concilio damnabantur, atque habendi erant Pauliani-stae et Ariani, quos olim Nicaena synodos a catholica ecclesia absciderat. Quamobrem non de quolibet excommunicato haec sententia pronunciatur, quod putavit auctor glossae.

*** Schismaticos etiam: Ita in epistola Nicolai et apud Ivonem. Graece autem est: *πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς τὴν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, ἀποσχήσαντας δὲ καὶ ἀντισυνάγοντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις;* Id est: *Praeterea vero et illos, qui fidem quidem sanam simulant confiteri, schisma autem faciunt, et adversus regulares nostros episcopos conventum habent,* ut nihil mirandum sit, istos etiam pro haereticis censeri, quemadmodum et Balsamon interpretatur. Simulant enim illam tueri fidem, quam oppugnant.

Quest. II. et III. C. III. * In hoc capite varias leges Digestorum et Codicis ita refert Gratianus, ut interdum eadem prorsus afferat verba, interdum vero mutet, ac transponat, et in summam redigat. Ac plura quidem sunt ex originali emendata, nisi ubi Gratianus de industria mutaverat.

Causa IV. Quest. I. can. 1. 9) finis canonis: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 10) *Ivo Decr.* XVI, 64. (*can.:* omnes servi; *contin.*) 11) macula: *Hisp.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* || can. 2. 13) separantur: *ABC* 14) *scr. ao.* 865. — *Jaffé no.* 2111. — *Ans.* I, 75.; *Ivo Decr.* XIV, 70. 15) hi: *deest: Ans.;* aut.: *deest: Ivo* 16) iam: *deest: Edd. Arg. Ven. I. Nor. Ivo* 17) praefato: *ABEG Edd. coll. o. deest: Ivo* 18) et . . . nost.: *deest: Ivo* 19) nost.: *deest: EGH* 20) *Codd. et Edd. coll. o.* 21) uel anath.: *deest: Ivo* 22) *Codd. coll. o.* 23) praelato: *Ed. Bas.;* praefato: *D Edd. rell.;* ex secunda universali synodo: *Ivo* 24) vero: *deest: Ivo* 25) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo;* fuit: *Turrecrem.* 26) hereticos: *AB* 27) catholicis: *AB* 28) *Codd. et Edd. coll. o.* 29) aut.: *deest: Ivo* 30) *add.:* esse: *H Ivo* 31) hoc: *AB Edd. coll. o.; deest: F* 32) subicitur: *EGH* 33) *add.:* quidem: *EH Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo* 34) *add.:* similiter: *CEH; add.:* negant uel: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 35) *ABDEGH Edd. coll. o.* 36) et: *EGH* 37) *ABDEFGH* 38) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* fuerint: *C Ivo* 39) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo* 40) accusationem: *Ans. Ivo* 41) ostendunt: *AB* 42) quod: *EFGH Ed. Bas.;* aut.: *deest: Ed. Bas.*

Causa IV. Quest. II. et III. can. 1. 1) *Codd. coll. o. — hab. ao.* 419. — *Bened. Levita* III, 101.; *Burch.* XVI, 20. (ex eod. concil.: *Antecedit can. C. Tribur.*); *Ivo Decr.* VI, 364.; *Ivo Pan.* IV, 83.; *Coll. tr. P.* II, 21, 4. 2) *Codd. coll. o.* 3) *add.:* qui: *CDEG* 4) aut.: *deest: Ben. Lev. Burch.* 5) esse: *deest: ACF;* esse cens.: *deest: Hisp. Ben. Lev. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 6) *Codd. et Edd. coll. o.* 7) et.: *deest: Bened. Lev. Burch. Ivo Pan.* 8) ipse: *deest: Ivo Decr.* 9) *Codd. coll. o. pr. AB; Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Hisp. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 10) *Codd. coll. o.;* constitutus: *Edd. coll. o.* 11) nullus admittatur: *Ben. Lev. Burch.* || can. 2. 12) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu posterior. saec. in marg. scripta est.* — 13) *Imo ex Capit. Aquisgran. ao.* 809. *c.* 6. *in Mon. Germ. LL.* II, 156. — *Regino* II, 342. (*can. contin.*); *Burch.* XVI. 35.; *Coll. tredec. P.* X, 48. 14) sacro: *Burch.;* plac. s. conv.: *deest: orig. Reg.* 15) praemio: *orig. Reg.* 16) et . . . calumpn.: *deest: orig. Reg.* 17) testimoniare: *Burch.* 18) auferre: *Ed. Bas.;* infamiam inferre: *Burch.* 19) *add.:* aut sacramentum iuret: *orig.* || can. 3. 20) *Hic canon in Codd. coll. o. est pars antecedentis Gratiani dicti.* 21) *l.* 21. *Dig.* (22, 5.) 22) estimationis: *ABH* 23) omnibus: *AB* 24) *ABCDFG orig.* 25) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 26) aliud: *deest: AB* 27) *ABDF Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. *orig.* 28) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 29) *Codd. et Edd. coll. o.;* id quod: *orig.* 30) inimicitiis: *AB* 31) *ABCDF;* apt. et ueritati proximiora esse: *EGH Edd. coll. o.* 32) testimoniis autem: *orig.* 33) *ABCDF* 34) *ABC;* et an: *D;* vel an: *H;* an etiam: *Edd. Ven. II. Par. Lugdd.* 35) *Codd. coll. o.* 36) ut: *deest: DF;* uel: *Ed. Bas.;* aut: *Edd. Arg. Nor. Ven. I.* 37) eius: *AB* 38) eius: *ib.* 39) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig.* 40) *Codd. et Edd. coll. o.*

neque lucri, neque gratiae, neque inimicitiae causa sit[41 m], admittendum[42] est. Item [eadem lege paulo inferius:]

quibuslibet tumultibus perturbare[27b], nullus[28c] etiam uanis fabulis uel risibus agi, et[29] (quod est deterius) obstinatis disceptationibus[30] tumultuosas uoces effundere. „Si quis enim (ut Apostolus[31] ait) putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio.“ Cultum enim suum[32] iustitia perdit, quando silentia[33] iudicii obstrepentium turbo[34d] confundit, dicente Propheta[35]: „Erit cultus iustitiae silentium.“ Debet ergo quicquid aut considentium consultationibus[36] agitur, aut ab[37] accusantium parte proponitur, sic mitissima[38] uerborum relatione proferri, ut nec contentiosis uocibus sensus[39] audientium[40] turbent, nec iudicii[41] uigorem de[42] tumultu eneruent. Quicumque ergo[43] in conuentu concilii hec, que premissa sunt, uiolanda crediderit, et contra hec interdicta aut tumultu, aut contumeliis uel risibus[44] concilium perturbauerit[45e], iuxta diuinae legis edictum, que[46f] precipit[47g]: „Eice derisorem[48], et exibit cum eo iurgium,“ cum[49h] omni dedecore[50] de consessione[51] abstractus a communi cetu secedat, et trium dierum excommunicationis sententiam ferat[52i].

QUESTIO V.

GRATIANUS.

Nunc autem queritur, an sit aliquis iudicandus maliuolus, quia crimen alterius indicat. De hoc ita[1a] *scribit* ***Augustinus*** [serm. III. de communi uita clericorum, seu regula 3., dicens]:

C. I. *Magis nocet qui crimen celat quam qui amicabiliter indicat.*

Non uos iudicetis[2a] maliuolos, quoniam[3b] crimen alterius indicatis. Magis quippe nocentes[4c] estis, quam[5d] si fratres uestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus uulnus habet[6] in corpore, quod uelit occultari, cum[7e] timet secari, nonne crudeliter a te siletur et[8f] misericorditer indicatur? quanto ergo potius debes manifestare[9g], ne deterius putrescat in corde?

C. II. *Nec qui parcit est amicus, nec qui uerberat inimicus.*

Idem ad Vincentium Donatistam et Rogatistam, [epist. XLVIII.][10]

Non omnis, qui parcit, amicus est, nec omnis, qui uerberat, inimicus. „Meliora sunt[11] uulnera amici quam uoluntaria oscula inimici.“ Melius est[12] cum seueritate diligere quam cum lenitate decipere. §. 1. Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligebat, quam esurienti panis frangitur[13], ut iniustitiae seductus acquiescat. §. 2. Et qui freneticum ligat, et qui lethargicum excitat, ambobus molestus ambos amat. §. 3. Quis nos potest amplius amare quam Deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, uerum etiam salubriter terrere non cessat. Fomentis lenibus, quibus[14] consolatur, sepe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungit[15a], exercet fame patriarchas[16], etiam pios et religiosos; populum contumacem penis grauioribus agitat; non aufert ab Apostolo[17] stimulum carnis tertio rogatus, ut uirtutem in infirmitate perficiat. *Et infra*[18]: §. 4. Noueris* aliquando[19] furem auertendis pecoribus pabulum spargere, et pastorem aliquando flagello ad gregem pecora errantia reuocare.

C. III. *Non odio habetur, sed diligitur, qui castigatur et corripitur*[20].

Item ex sermone [LXXXIV.] ***Ambrosii***[21a], *„Amarior fortasse.“*

Non osculatur pater filium semper, sed aliquando[22b] castigat. Ergo quando castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim et amor plagas suas, que dulciores sunt, cum amarius[23c] inferuntur. Dulcior est enim[24] castigatio religiosa quam blanda remissio. Unde ait Propheta[25]: „Dulciora sunt uulnera[26] amici quam uoluntaria oscula inimici.“

Gratian. *Ex his uerbis datur intelligi, quod magis contulerit*[27d] *utilitati fraternae, qui crimen accusando uel indicando persequitur, quam qui celando fouere nititur.* ***Eusebius*** *autem*[28e] *contra statuere uidetur, dum aliorum crimina sponte confitentes in episcoporum accusatione recipi prohibet dicens* [epist. I. ad Episcopos Galliae][29]:

C. IV. *Ad accusationem non admittantur aliorum crimina sponte confitentes.*

Illi, qui aut in fide catholica, aut inimicitia[30a] suspecti sunt, ad pulsationem episcoporum[31] non admittantur[32b]. Nec illi[35c], qui aliorum sponte crimina confitentur. Et ideo replicanda sollicite[37] est ueritas, quam sponte prolata[38] in illis[39] habere uox[40] non potest. Hanc diuersis cruciatibus e latebris suis religiosus tortor exigere debet, ut dum penis corpora subiciuntur[41], que gesta sunt fideliter et ueraciter exquirantur.

C. V. *De eodem.*

Item in ***Prouerbiis***[42], [c. 11.]

Qui ambulat fraudulenter, reuelat archana; qui autem fidelis est, celat animi[43a] commissum. *Et*[44b] *infra* [c. 25.]: §. 1. Que uiderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum.

Gratian. *Sed aliud est ex karitate aliorum crimina deferre, ut quos secreta ammonitione corrigere non possumus conuictos iudicis sententia corripiat, atque aliud insidiando falsa obicere, uel insultando uera facile exprobrare. Illud autem karitatis, hoc uero*[45c] *inpietatis est offitium.* §. 1. *Unde in eisdem Prouerbiis* [cap. 12.] *dicitur*[46]: *„Verba inpiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit*[47] *eos.“ Et infra: „Qui*[48] *quod nouit loquitur,*

EDITIO ROMANA.

Causa V. Quest. IV. c. 3. b) perturbari c) nullis d) turba e) conturbaverit f) quo g) praecipitur h) et cum i) perferat — Quest. V. a) ita: *deest;* B. August. — c. 1. a) iudicetis esse b) quando c) innocentes non estis d) si e) dum f) ac g) manifestare crimen — c. 2. a) adiungens — c. 3. a) Ambrosii, qui sic incipit: b) et aliq. c) amarissime d) confert e) autem Papa — c. 4. a) in inimicitia b) admittantur, quia veritatem professionis[33] infidelitas et inimicitia impedire[34] solet c) illi credendi sunt[36] aut admittendi — c. 5. a) amici b) Item infra c) Illud vero caritatis, hoc autem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. V. C. II. * Noveris: Apud B. Augustinum legitur: *et noveris,* pendetque haec pars ex superiore periodi parte: *et putas nullam vim adhibendam esse homini etc.*

Causa V. Quest. IV. can. 3. 27) *ABCDF Edd. coll. o. Corr.;* proturbari: *Hisp.* 28) *CDF Ans. ded.;* nulli: *AB* 92) et: *deest: AB* 30) deceptationibus: *A;* deceptionibus: *B;* concertationibus: *Hisp. Ans. ded.* 31) *Iac. c. 1. v. 26.* 32) suum: *deest: Ans. ded.* 33) silentium: *AB;* silentium perdit iudicium: *Ans. ded.* 34) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Coll. tr. P.* 35) *Esa. c. 32. v. 17.* 36) collationibus: *orig. Hisp.* 37) ab: *deest: orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 38) ponitur mit.: *Ans. ded.* 39) sensus: *deest: orig. Hisp. Ivo;* aures: *Ans. ded. Ans.* 40) audientiam: *orig. Hisp.;* audientium: *Ans.* 41) iusti iudicii: *Ed. Arg.;* iudiciorum: *Edd. rell.;* iudicantium: *orig. Hisp. Ans. ded. Ans.;* iudicum: *Ivo Coll. tr. P.* 42) de tum.: *deest: Ans. ded.* 43) ergo: *deest: ib.* 44) rebus (?): *ib.* 45) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F — Turrecrem.; orig. Hisp. Ans. ded. Coll. tr. P.* 46) *ABCD Ed. Bas.;* quod: *EG Ans. ded.* 47) *ABCD Ed. Bas.;* precepit: *EG; — Prov. c. 22. v. 10.* 48) risionem: *AB* 49) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 50) *add.:* confusionis: *Hisp.;* cum omni confusione et dedecore: *Ans. ded. Ans.* 51) confessione: *AB Edd. Bas. Lugd. I.;* de cons.: *deest: orig. Hisp. Ans. ded.;* 52) *Codd. et Edd. coll. o.*

Causa V. Quest. V. can. 1. 1) *ABCDF;* hoc scrib. B. Aug. ita dic.: *EGH; ex Regula ad servos Dei no. 7. quae ab incerto auctore ex Aug. Ep. ad sanctimoniales (Ep. 221. Ed. Maur.), — non ut R. Berardum secutus censuit Ep. ad Seleucianam — confecta est.* 2) *Codd. coll. o.* 3) *ABCDF* 4) *Codd. et Edd. coll. o. pr. ABF;* noc. non estis: *ABF; — add.:* indicando crimen: *ABD;* non indicando crimen: *EGH* 5) *Codd. coll. o. pr. C* 6) haberet ... timeret ... indicaretur: *orig.* 7) *Codd. et Edd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o. orig.* 9) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* eum: *orig.; —* indicare vel manif.: *AB* || can. 2. 10) *Ep. 93. Ed. Maur. no. 4. scr. ao. 408. — cf. c. 37. C. XXIII. qu. 4.* 11) *add.:* enim: *DEFGH Edd. coll. o — cf. Prov. c. 27. v. 6.* 12) *add.:* enim: *CFG* 13) frangatur: *ABEG* 14) *add.:* Deus: *DH Edd. coll. o.; add.:* omnes: *Edd. Lugdd. Ven. I. II. Nor. Par.* 15) *Codd. et Edd. coll. o.* 16) *Gen. c. 42.* 17) *II. Cor. c. 12.* 18) *ib. no. 5.* 19) aliquem: *CD Ed. Arg.* || can. 3. 20) et corrip.: *deest: AB* 21) *ABC;* Item Ambrosius: *EG; — Sermo 44. no. 2. Ed. Migne.* 22) *Codd. coll. o.* 23) *CF orig.;* amaris: *ABC;* amatis amarissime: *Edd. Bas. Lugdd.;* amaris amarissime: *Turrecrem.* 24) en.: *deest: EGH* 25) *Prov. c. 27. v. 6.* 26) verbera: *EGH Ed. Bas.* 27) *Codd. coll. o. pr. CD* 28) *Codd. coll. o.* || can. 4. 29) *Caput Pseudois., confectum ex c. Carthag. hab. ao. 421. c. 6., Ambros. ep. 64.; Anian. ad Paul. l. 5. t. 15. §. 2., Cod. Theod. l. IX. tit. 1. c. 18., Ennodii apologet. — c. 3. ap. Hinschius p. 231. — Jaffé no.* CXXI. — *Ans.* III, 25. (*can.:* de accusationibus clericor.) 30) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 31) praedictorum: *Ans.* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) veritatis professiones: *orig.* 34) impediri: *orig. Ans.* 35) *Codd. et Edd. coll. o.* 36) aut: *deest: Ans.* 37) *add.:* illorum: *EG* 38) prolatam: *BD Edd. coll. o.* 39) eorum: *EGH;* in ill.: *deest: C* 40) *add.:* ullius: *CDFH Ed. Bas.* 41) soluuntur: *orig. Ans.* || can. 5. 42) ex Prov.: *EGH; — Prov. c. 11. v. 13.; c. 25. v. 8.* 43) *Codd. coll. o.* 44) *Codd. coll. o. pr. F* 45) *Codd. coll. o.* 46) *c. 12. v. 6.* 47) liberat: *AB;* liberavit: *EG* 48) *ib. v. 17.*

iudex iustitiae est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus.*" *Item*[49]: „*Labium ueritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.*" *Item* [c. 13.][50]: „*Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum*[51 d], *sentiet mala. Verbum*[52 e] *mendax iustus detestabitur: inpius autem confundit et confundetur.*" §. 2. *Item Augustinus in Psal.* 34.[53 f]: „*Si aliquando** humana infirmitate pedes nostri in aliquod peccatum mouentur, insurgunt linguae iniquissimae*[54 g] *inimicorum*[55]; *cum fuisset miserendum, irrident inpii, unde dolent pii.*

QUESTIO VI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Qui autem quod intulit*[1 a] *probare non ualet, puniendus est.*

Unde Adrianus Papa ait [in capitulis, c. 41.][2]:

C. I. *Puniatur qui aliis falsa intulerit.*

Omnis, qui aliis[3] falsa intulerit, puniatur, et pro falsitate ferat infamiam.

C. II. *De eodem*[4].

Item Gregorius[5 a*].

Qui calumpniam illatam non probat, penam debet incurrere, quam, si probasset, reus utique sustineret.

C. III. *Qua pena feriatur qui crimen illatum non probat.*

Idem[6 a] *in Registro*[7 b*].

Quia iuxta canonicas Patrum sententias qui calumpniam illatam non probat penam debet incurrere[8 c], ac per hoc, quia subdiaconus crimen diacono probare non potuit, quoniam inpositionem manus (qua carere potuisset)[9 d] non habuit, non solum[10**] sacerdotio, sed offitio caruit, et[11 e] tamquam reuera infamis meruit uerberibus castigari. Nam cui cum tribus testibus ueluti laico crimen quodlibet approbatur, non est mirum, quod obiecit[12] dum probare non sufficit, si corporali infamiae quemadmodum laicus ex iuris similitudine subiugatur. Quod enim esset[13] diacono gradum amittere, hoc fuit subdiacono famae plenitudine caruisse.

Codice[14 f] *libro I., titulo de episcopis et clericis*, [l. 8.] *Inperator Theodosius:*

II. Pars. §. 1. Presbiteri citra iniuriam questionum[15 g] testimonium dicant, ita tamen, ut falsa non simulent. Ceteri uero clerici, qui eorundem[16 h] gradum[17 i] uel ordinem secuntur, si ad testimonium dicendum[18] petiti fuerint, prout leges precipiunt, audiantur. Salua[19 k] tamen sit litigatoribus falsi actio, si forte presbiteri, qui suo nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam sunt precepti, hoc ipso, quod[20] nichil metuunt[21 l], uera suppresserint. Multo magis etenim[22 m] pena sunt digni, quibus cum[23 n] plurimum honoris per nostram iussionem delatum est[24 o] occulto[25 p] inueniuntur[26 q] in crimine. *Eadem IX. in coll. IX.*[27 r]: §. 2. Presbiteri, diaconi[28 s], si falsum testimonium dixerint, si quidem in re pecuniaria, diuino ministerio duntaxat per XII.[29 t] annos separati monasterio tradantur: si in criminali, clericatus honore nudati legitimis penis subiciantur. Ceteri[30] clerici[31 u] sine[32 v***] delectu causae[33] legitime coherceantur.

C. IV. *Ad sanctae communionis ministerium non accedat*[34] *qui crimen illatum non probat.*

Idem Ianuario Episcopo, [lib. III. ep. 24.][35 a].

III. Pars. Epiphanium* presbiterum quorumdam sacerdotum[36] litteris criminaliter accusatum, cuius nos, ut ualuimus, causam discutientes, nichilque in eo obiectorum[37] reperientes, ut ad locum suum reuerteretur absoluimus. Criminis ergo eius[38] auctores[39] uolumus te perscrutari, et nisi qui eandem transmisit epistolam[40 b] paratus fuerit hoc, quod obiecit[41], canonicis atque districtissimis probationibus edocere, nullatenus ad sanctae communionis ministerium[42] accedat.

C. V. *Qua pena feriendus sit delator.*

Item ex decreto Adriani Papae, [cap. 49.][43*].

Delatori autem lingua capuletur[44], aut conuicto caput amputetur. §. 1. Delatores autem sunt qui inuidia[45] produnt alios.

[PALEA[46].

C. VI. De eodem.

Item ex Concilio Eliberitano[47].

Delator[48] si quis extiterit fidelis, et per delationem eius aliquis[49] fuerit proscriptus[50] uel interfectus, placuit, non[51] nisi* in fine accipere communionem[52]. Si leuior[53]

EDITIO ROMANA.

Causa V. Quest. V. c. 5. d) inconsiderate loquitur e) Et infra: Verbum f) 37. g) iniquissimorum — Quest. VI. a) intendit — c. 2. a) Greg. Papa — c. 3. a) Item b) Regesto* c) incurrere, quam si probasset, reus utique sustineret d) non potuisset e) et: *deest* f) Gratian. Codice g) quaestionis h) eorum i) deinde gradum k) audiantur, ut salva l) metuant m) enim n) quam o) est si p) occulte q) inveniantur r) Item constitutione tertia s) seu diaconi t) tres u) ceteri vero clerici v) communi*** iure ab officio ecclesiastico pulsi sine — c. 4. a) Item Gregorius b) easdem . . . epistolas

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Iudex: Sic in Bibliis etiam Compluti et Antverpiae impressis. Sed in nonnullis manuscriptis habetur: *index.* Graece autem: *ἐπιδεικνυμένην πίστιν ἀναγγέλλει δίκαιος, ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος;* id est: *clarum testimonium dat iustus, testis autem iniustorum dolosus.*

** Si aliquando: Hic versiculis videtur sumtus partim ex verbis B. Augustini, partim ex glossa marginali et interlineari in eundem locum ex eod. B. Augustino et Cassiodoro.

Quest. VI. C. II. * Hic Gratianus partem sequentis capituli quasi quandam per se sententiam, quod non raro solet, proponit.

C. III. * In regesto B. Gregorii haec non sunt inventa, sed habentur omnia in vita ipsius a Ioanne Diacono scripta l. 4. c. 31. Is enim, postquam citavit epistolam 66. l. IX., Anthemio subdiacono scriptam, inde ista colligit: *Idcirco Gregorius non probantem quod obiecerat subdiaconum officio iubet privari, quia iuxta canonicas Patrum sententias qui calumniam etc.* usque ad finem. Sicut autem caput hoc ex Ioan. Diacono sumtum est, ita in Decretalibus caput 1. tit. de calumniat. ex ipsa Gregorii ad Anthemium epistola est acceptum.

** Solum: Vox ista abest ab originali, sed ob glossam non est inducta.

*** Communi: Haec omnia verba: *communi iure ab officio ecclesiastico pulsi*, absunt a manuscriptis, sunt tamen in translatione, quae habetur in codice. Nec vero Gratianus ipsa omnino verba aut veteris interpretationis, aut Iuliani, aut Irnerii retulit. Quare operae pretium fuerit Novellam ipsam graecam et vulgatas interpretationes consulere, exstant enim aliquae varietates non contemnendae.

C. IV. * Epiphanium: In epistola haec antecedunt: *Praeterea nosli latorem praesentium Epiphanium presbyterum quorundam etc.*

C. V. * Habetur inter capitula Hadriani c. 49., allatum, quantum coniicere licet, ex legibus saecularibus. Nam in Codice Theod. lib. X. tit. 10. l. 2. fere idem, in libro autem 7. Capitul. c. 360. prorsus idem habetur.

C. VI. * Non nisi: In concilio ipso et capitularibus legitur: *nec in fine,* quod in multis eiusdem concilii decretis repetitur. Quomodo autem hic, et apud Burchardum atque Ivonem legitur, convenit canoni 13. Nicaeni concilii, in quo sic statutum est: *De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisque servabitur, ita ut, si quis egreditur e corpore, ultimo et necessario viatico minime privetur.* Hanc controversiam copiose explicat Innoc. I. epist. 3. c. 2. Exsuperio episcopo Tolosano.

Causa V. Quest. V. can. 5. 49) *ib. v.* 19. 50) *ib. c.* 13. *v.* 3. 51) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Vulg.* 52) *Codd. coll. o. — ib. v.* 5. 53) *Codd. coll. o. pr G* (33.) — *imo in Psalm.* 37. 54) *ABCH Edd. Arg. Bas.* 55) inim.: *deest: FG*

Causa V. Quest. VI. 1) *ABCDF;* intulerit: *EGH* || can. 1. 2) ait: *deest: FGH. — Capit. Angilr. ap. Hinschius p.* 764. — *Bened. Levita* III, 348. — *Ans. in fine l.* III. *c.* 39. 3) alii: *EGH* || can. 2. 4) de eod.: *deest, et canon cum anteced. coniunct. est: GH* 5) *Codd. coll. o.; — Ioannes Diaconus in vita Greg. M. l.* 4. *c.* 31. || can. 3. 6) *ABCDGH* 7) *Codd. coll. o. — Io. Diacon. l. l.* 8) *Codd. et Edd. coll. o.* 9) *Codd. coll. o. orig.* 10) sol.: *deest: FG orig.* 11) *Codd. coll. o. orig.* — 12) obicit: *ABD* 13) esset: *deest: AB* 14) *non est, ut Corr. voluerunt Grat. dictum, imo continuatio canonis. — l.* 8. *Cod.* (1, 3.) 15) *Codd. et Edd. coll. o.* 16) *Codd. coll. o.* 17) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 18) dictum: *AB* 19) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 20) qui: *GH* 21) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (metuerint) 22) *Codd. coll. o. orig.* 23) *ib.* 24) *ib. Edd. Arg. Nor. Ven.* II. 25) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 26) *Codd. coll. o. orig.* 27) *Codd. coll. o. — Nov.* 123. *c.* 20. *Auth. Presbyteri ib. cf. Iuliani Epitome no.* 459. *ed. Haenel.* 28) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ven.* I. *Nor.* 29) *Codd. coll. o. pr. A; — Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* II. 30) ceteri *et sqq.: deest: AB* 31) *CDEFGH Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* II. 32) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ven.* I. *Lugdd.* 33) cler. delicti causa: *CD* || can. 4. 34) accedant . . . probant: *EGH* 35) *Codd. coll. o.;* item: *AB — Ep.* 27. *scr. ao.* 594. *lib.* IV. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 931. — 36) Sardorum: *orig.* 37) *add.:* criminum: *Edd. Bas. Lugd.* I. 38) huius: *Ed. Bas.; deest in rell.* 39) auctorem: *EGH* 40) *Codd. et Edd. coll. o.* 41) obiicit: *Edd. Lugdd.* II. III.; obiecerit: *Ed. Bas.* 42) mysterium: *orig.* || can. 5. 43) It. Adrianus Papa: *EGH — Cap. Angilr. ap. Hinschius p.* 765. — *Bened. Levita* III, 360.; *Ans. in fine lib.* III. *c.* 45. 44) expiletur: *AB;* amputetur: *Ed. Arg.* 45) iudicio: *AB;* ex sua invid.: *Ed. Bas.* || can. 6. 46) *Haec Palea deest in Codd. coll. o. et ap. Turrecrem. — in F manu posterioris saec. in marg. scripta est. — Stephanus Tornac. comment. est; Paleam esse tradit Hugucc.* (*Schulte l. c. p.* 14. 15.) 47) *c.* 73. *hab. ao.* 305. *aut* 306. *ap. Bruns.* II, 11.; *Bened. Levita* III, 205. (*cf.* II, 317.); *Burch.* VI, 27.; *Ivo Decr.* X, 156. 48) Delatorum: *Ed. Bas.* 49) *add.:* fidelium: *Edd. coll. o. Burch. Ivo* 50) prescriptus: *Ben. Lev.* 51) eum nec in finem: *orig. Hisp.*; eum nec in fine: *Ben. Lev.;* eum nisi in fine: *Burch. Ivo* 52) *finis canonis: Ben. Lev.* 53) lenior: *Ed. Nor.*

causa fuerit[54], infra[55] quinquennium accipere poterit communionem. Si catecuminus fuerit, post quinquennii[56] tempora admittatur[57] ad baptismum.]

C. VII. *De eodem*[58a].

Item ex VIII. Sinodo[59*].

Si quis falsum dixerit, uel personam innocentis falso crimine maculauerit, iuxta sacerdotis[60] arbitrium diuturna penitentia expurgetur.

C. VIII. *A communione coherceatur secularis*[61a], *uel laicus qui ecclesiam uel clericum per calumpniam fatigauerit.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 32.][62].

Si quis uero[63] secularium per calumpniam[64] ecclesiam aut clericum fatigare presumpserit[65b], et conuictus[66] fuerit, ab[67] ecclesiae[68] liminibus et catholicorum[69c] communione, nisi digne penituerit, coherceatur[70].

CAUSA VI.

GRATIANUS.

Duo fornicatores et infamia notati quendam religiosum episcopum de symonia accusare nituntur; reus alterius prouinciae archiepiscopi iudicium expetit; tandem in probatione deficit accusator; reus cogitur ad innocentiae suae assertionem. (Qu. I.) *Primo*[1a] *queritur, an crimine irretiti uel infamia notati ad huiusmodi accusationem sint admittendi?* (Qu. II.) *Secundo, si episcopus in eos accusationem uertere uoluerit, an simplici assertioni suae sit fides habenda*[2]*?* (Qu. III.) *Tertio, si liceat sibi expetere iudicium archiepiscopi alterius prouinciae?* (Qu. IV.) *Quarto, cuius iudicium sibi sit expetendum*[3]*, si circa suam sententiam episcopos suae prouinciae discordare contigerit?* (Qu. V.) *Quinto, si in probatione deficit accusator, an reus sit cogendus ad probationem innocentiae suae?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem crimine irretiti alios accusare non possunt*[4], *Anacletus Papa testatur*, [epistola II., Episcopis Italiae] *dicens*[5]:

C. I. *A criminosis sacerdos accusari non permittitur*[6].

Si sacerdos sine crimine eligi precipitur, nullatenus a criminosis[7a] accusari aut calumpniari permittitur, nec ab aliis, quam ab his[8b], qui sine crimine sunt, et iusta electione[9c*] sacerdotes ordinari possunt, et tales per omnia inueniuntur, quales eligi sacerdotes iubentur.

C. II. *Infames et qui culpis exigentibus ad sacerdotium proueh non possunt, sacerdotes non accusent.*

Item Adrianus Papa [in capitulis, cap. 21.][10].

Omnes uero infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant, et omnes, qui culpis exigentibus ad sacerdotium non possunt prouehi. Indignum enim[11] est, ut illi eos accusent, qui esse non possunt quod ipsi sunt, quoniam sicut maiores a minoribus non iudicantur, ita nec criminari possunt.

C. III. *Infames sunt qui regnum Dei consequi non ualent.*

Item Fabianus Papa, [epist II. Episcopis orientalibus][12].

Illi, qui illa peccata perpetrant, de[13] quibus Apostolus[14] ait: „Quoniam qui talia agunt regnum Dei non consecuntur,"[15a] ualde cauendi sunt, et ad emendationem[16], si uoluntarie noluerint, conpellendi[17], quia infamiae maculis sunt aspersi, et in barathrum dilabuntur[18b], nisi eis sacerdotali auctoritate subuentum fuerit. §. 1. Similiter et illi, de quibus ipse ait[19]: „Cum huiusmodi[20c] nec[21d] cibum sumere," quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate sanentur[22], et gremio[23e] sanctae matris[24] ecclesiae redintegrentur, quia qui extra nos sunt nobiscum communicare non possunt.

C. IV. *Ante satisfactionem excommunicati ad accusationem non admittantur.*

Item Fabianus Papa, [epist. II.][25a].

Omnes illi sunt ab accusatione repellendi, quos Apostolus conmemorat, dicens[26]: „Cum his[27b] nec cibum sumere," et ante satisfactionem ecclesiae non sunt suscipiendi[28].

C. V. *Sacerdotes non nisi a coequalibus accusari debent*[29].

Item Clemens[30a] *Iacobo, Ierosolimorum* Episcopo*, [epist. I.][31].

Beatus Petrus homicidas et adulteros, ac[32b] cunctos criminalibus nexibus obligatos[33c], et qui eis[34] coequales non erant, ab episcoporum uexatione et accusatione, docente[35d] Domino, prohibebat, et non nisi a[36e] coequalibus aliquid sibi[37f] inferre[38g] debere docebat. §. 1.[39h] Infames etiam[40] omnes, et quos primates et leges seculi non suscipiunt[41], sed et[42] laicos ab eorum accusatione et uexatione semper repellere[43i] debere rogabat, et cunctos sibi[44k] subditos esse precipiebat, cunctorum[45] sacerdotum uitam superiorem sanctioremque, ac discretam a secularibus et[46] laicis hominibus esse, et spirituales[47l] atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituere et fore debere[48m] docebat[49], quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus argua-

EDITIO ROMANA.

Causa V. Quest. VI. c. 7. a) Qui innocentem falso crimine maculaverit, sacerdotis arbitrio poena diuturna purgetur. — c. 8. a) vel saecularis b) tentaverit c) a catholicorum — Causa VI. a) Hic primum — Quest. I. c. 1. a) ab hominibus criminibus irretitis b) iis c) iuxta electionem — c. 3. a) consequentur b) delabuntur c) huiuscemodi d) hominibus nec e) in gremio — c. 4. a) Papa: *deest* b) eis — c. 5. a) Clemens Papa b) et c) alligatos d) dicente e) a: *deest* f) eis g) inferri h) Et paulo post: §. 1. i) repelli k) illis l) spirituales quosque m) semp. constituendos docebat

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Capiti huic in vulgatis erat propositum nomen Paleae, quod sublatum est auctoritate omnium vetustorum exemplarium, quotquot collata sunt. Exstat autem in regula monachorum B. Isidori, c. 17.

Causa VI. Quest. I. C. I. * Iuxta electionem: Sic im omnibus collatis manuscriptis codicibus, praeterquam in uno, in quo est: *iusta electione.* In vulgatis erat: *iuxta electionem canonicam.* In epistola autem ipsa legitur: *et iuxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino servire elegerint, sacerdotesque sine crimine fieri et ordinari possint, et tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes iubentur.*

C. V. * Hierosolymorum: Antea erat: *Metropolitano* [exc. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven. I. II.]. Emendatum est ex plerisque manuscriptis codicibus. Nam et Clemens in epistola sic ipsum Iacobum vocat.

Causa V. Quest. VI. can. 6. 54) est: *Burch.* 55) intra: *Ed. Bas. orig. Hisp. Burch.* 56) quinquenium: *Edd. coll. o.* 57) admittitur: *caed. pr. Bas.;* admittetur: *orig. Hisp.* || can. 7. 58) *ABF;* infames sacerdotes non accusant: *GH; in C repetitur rubrica capitis seq.* 59) *imo ex Isidori regula monachorum c. 17. no. 3.; Coll. tr. P.* II, 14. (de sentent. graecor. doctor.), 26. 60) patris: *Coll. tr. P.* || can. 8. 61) *CDF; in ABEG legitur:* de eodem; *in H rubr. deest* 62) Cartagin.: *EGH — hab. ao.* 506. *ap. Bruns.* II, 152.; *— Burch.* XV, 5.; *Ivo Decr.* VI, 367. (*can.:* clericus nec quemquam); *ib.* XVI, 6. *Coll. tr. P.* II, 28, 31. — *Ans.* III, 116. *a Corr. et R. citat., sed in Cod. coll. hoc loco canon non invenitur.* 63) vero: *deest: EGH Ed. Bas. Burch.* 64) pro calumnia: *Ivo* 16. 65) *Codd. et Edd. coll. o.* 66) victus: *orig. Ivo* 6. *Coll. tr. P.;* evictus: *Hisp. Burch. Ivo* 16. 67) ab: *deest: Hisp.* 68) *add.:* suae: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 69) *ABDEGH Burch. Ivo* 6. 16. 70) arceatur: *orig. Hisp. Burch. Ivo* 6. 16.; *— in C hoc loco sequuntur infra C. VI. qu. 1. c. 3. et 4.*

Causa VI. 1) *Codd. coll. o. pr. D* 2) adhibenda: *EGH* 3) habendum: *AB*

Quest. I. 4) possint: *EGH* 5) dic.: *deest: EH; — Caput Pseudoisid., cf. conc. Carth.* II. *c.* 6. — *c.* 21. *ap. Hinschius p.* 78. — *Jaffé no.* III. || can. 1. 6) debet: *AB* 7) *Codd. et Edd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o.* 9) *ABH Codd. orig.;* qui iusta: *H;* et quod iusta: *Ed. Bas.;* iuste electione: *orig.* || can. 2. 10) *Cap. Angilr. ap. Hinschius p.* 762. — *Ans. in fine lib.* III. *c.* 19. (*can.:* placuit ut nullus); *Polyc.* V, 1, 34. (*can. cont.*); *cf. Ben. Levita* III, 437. 11) en.: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. || can. 3. 12) *Caput Pseudoisid., c.* 18. *ap. Hinschius p.* 164. — *Jaffé no.* LXXVI. — *Ans. ded.* III, 58. (*can. cont.*); *Ans.* XI, 33. 13) de: *deest: Ans. ded.* 14) *Gal. c.* 5. *v.* 21. 15) *ABF orig. Ans. ded.* 16) *add.:* sui: *EGH Ed. Bas.* 17) *add.:* sunt: *ABF* 18) *Codd. coll. o. pr. F; Ans.* — damnabuntur al. dilabuntur: *Ed. Arg.* 19) I. *Cor. c.* 5. *v.* 11. 20) *Codd. coll. o. Ans.;* his: *Ed. Arg.* 21) *Codd. et Edd. coll. o.* 22) curentur: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 23) *Codd et Edd. coll. o. Ans. ded. Ans.* 24) mat.: *deest: AB* || can. 4. 25) *ABCD;* Idem: *EGH; — Caput Pseudoisid.; c.* 18. *ap. Hinschius p.* 164. — *Jaffé no.* LXXVI. — *Gratiani canon non cum orig. consonat.* 26) I. *Cor. c.* 5. *v.* 11. 27) *Codd. coll. o.* 28) recipiendi: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 5. 29) possunt: *EGH* 30) *Codd. coll. o.* 31) *Caput Pseudois., cf. cap. Aquisgran. ao.* 789. *c.* 34. *Constit. Silvestri c.* 3., *conc. Carthag.* VII. *c.* 2., *cap. Pipini A.* 755. *c.* 9., *vitam Silvestri c.* 3. — *c.* 31. *ap. Hinschius p.* 40. *Jaffé no.* IX. — *Ans.* III, 1. (*can.:* notum tibi facio) 32) *Codd. coll. o. orig. Ans.;* ac ceteros: *ABF* 33) *AB Ans.* 34) eius: *AB* 35) *ABCDFH Codd. Dst Bb. orig. Ans.* 36) *Codd. coll. o. orig.* (ab); *Ans.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans.* 38) *ABD Turrecrem. orig. Ans.* 39) *Codd. coll. o.* 40) namque: *orig. Ans.* 41) recipiunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 42) etiam: *AB* 43) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 44) *DH Ed. Bas. orig. Ans.;* deest: *ABEFG;* eis: *C* 45) *add.:* etiam: *AB* 46) ac: *Ans.* 47) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 48) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 49) dicebat: *Edd. Lugd.* I. *Ven.* I.

mur et iudicemur uel ab humano die. Maiores uero a minoribus nec accusari, uel[50n] iudicari nullatenus[51o] posse dicebat, quoniam non solum hoc[52] diuinas[53], sed et leges seculi inhibere docebat[54].

C. VI. *Qui criminosus fuerit sacerdotes accusare non potest*[55].

Item *Adrianus* *Papa* [in capitulis, c. 68.][56].

Qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse ante[57] non fuit[58a] criminosus, quia periculosum[59b] est et admitti non debet rei aduersus quemcumque professio. [c. 72.][60c]: §. 1. Testes autem sine aliqua sint infamia, uxores habentes et filios, omnino[61d] Christum predicantes.

Gratian. *Non solum autem criminosi, sed etiam quilibet alii ab accusatione episcoporum repelluntur.*

Unde *Anacletus* *Papa*, [epist. I.] *ait*[62]:

C. VII. *Deo non placet qui suos seruos accusat.*

Si omnia in hoc seculo uindicata[63] essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis[64a] laborat inpendiis, qui solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat se[65] Deo in hoc placere, quod seruos suos[66] accusat, et ut meliores fiant dicit se hoc agere, in uanum laborat, et plus inuidiae stimulis agitatur quam karitatis, quoniam gratiae plenitudo adiectione non indiget, nec ulla[67] requirit commendationis augmenta.

C. VIII. *Populus sacerdotes arguere*[68] *uel increpare non ualet.*

Item *Telesphorus* *Papa* [epistola unica, c. 3.][69a].

Sacerdotes, qui[70] proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt obediendi et[71b] timendi, non[72] dilacerandi aut detrahendi, quia a[73] quibus se Domini populus benedici, saluari[74] et instrui[75] cupit, nullatenus eos debet arguere, nec uulgus in eorum accusatione[76] suscipi. Populus enim ab eis docendus est et corripiendus, non ipsi ab eo, quia non[77] est discipulus super magistrum. §. 1.[78c] Dei ergo ordinationem accusat, qui eos, qui ab eo constituuntur[79] sacerdotes, accusat[80] uel dampnare[81d] cupit. *Idem*[82e]: §. 2. Hi[83], qui* non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem; et[84f] omnes, qui aduersus Patres i. e. sacerdotes[85g] armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes[86h] i. e. sacerdotes uenerandi sunt, non respuendi aut accusandi uel[87i] insidiandi.

C. IX. *De eodem.*

Item *Pius* *Papa*, [epist. I.][88].

Oues pastorem suum non reprehendant; plebs[89] episcopum non accuset, nec[90] uulgus eum arguat[91], quia[92a] non est discipulus super magistrum[93b]. Episcopi enim[94c] a Deo[95] sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam[96] a subditis aut prauae uitae hominibus non sunt[97] accusandi aut[98d] arguendi aut lacerandi[99]. *Et infra*[100]: §. 1. Nemo bonum faciens alteri uerbo[101] aut facto nocere uult; quanto minus[102] in suspicionem[103] debet uenire fidelis homo, ut dicat aut faciat ea, que pati non uult? quia omnis suspicio potius est repellenda quam approbanda uel recipienda.

Gratian. *Ipsa autem*[104] *detractio, licet ex uicio detrahentium, tamen iusto Dei iudicio nonnumquam aduersus bonos excitatur, ut quos uel domestica presumptio, uel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.*

Unde *Ambrosius* [ad c. 22. Lucae][105]:

C. X. *Ne quis* de se presumat, linguae malorum ex Dei precepto contra eum excitantur*[106].

Imitare Petrum tertio dicentem[107a]: „Domine, tu scis, quia amo[108b] te.“ Etenim, quia tertio negauerat, tertio confitetur; sed negauit in nocte, confitetur in die. Hec autem ideo dicta[109] sunt, ut sciamus[110c], neminem iactare se debere. Nam et[111d] si Petrus lapsus est, quia dixit[112]: „Et si alii[113] scandalizati fuerint[114e], sed[115] non ego,“ quis alius iure de se presumat? Denique et Dauid, quia dixerat[116]: „Ego dixi in habundantia mea, non mouebor in eternum,“ eam sibi iactantiam obfuisse confitetur[117f], dicens: „Auertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.“

C. XI. *Ut boni salubriter humilientur, linguae*[118] *malorum contra eos insurgunt.*

Item *Gregorius* [lib. IX. epist. 39. ad Theoctistam Patriciam][119].

Sunt plurimi, qui uitam bonorum fortasse[120a] amplius quam debent laudant, et ne qua elatio de laude subripiat[121b] permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem[122] et obiurgationem prorumpere, ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore uituperantium suffocetur. Hinc est[123c], quod doctor gentium se in predicatione currere testatur inter[124d] infamiam et bonam famam, qui etiam dicit[125]: „Ut seductores et ueraces.“

Gratian. *Verum hac auctoritate prohibentur spirituales a carnalibus accusari, non carnales a spiritualibus. Quod ex uerbis eiusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo* subiunxit, dicens*[126]*: „Capite languescente facilius reliqua corporis membra inficiuntur, sicut scriptum est*[127]*: Omne caput languidum, et omne cor merens; a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas.“ Quapropter manifestum est, diabolum (qui*[128] *sicut leo*[129] *rugiens circuit, querens quem deuoret)*[130e] *cordibus plebium suadere, ut doctoribus atque pastoribus suis detractiones irrogent, uel accusent*[131f]*, ut plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciuiant, atque in ima ruant, ut saltim sic periclitari possint. Multum uero*[132] *distant dampna morum a dam-*

EDITIO ROMANA.

Causa VI. Quest. I. c. 5. n) nec o) ullatenus — c. 6. a) fiat b) periculosa c) Et infra c. 72.: d) et Chr. omn. — c. 7. a) Supervacuis enim ad beneficia — c. 8. a) Papa: *deest* b) audiendi atque c) Et infra: §. 1. d) damnari e) Idem infra: f) et: *deest* g) et h) i. e. sacerdot.: *deest* i) respuendi aut insid. — c. 9. a) quoniam b) magistrum, neque servus supra dominum c) autem d) vel — c. 10. a) tertio alibi b) diligo c) sciatis d) et: *deest* e) fuerint in te f) profitetur — c. 11. a) fort.: *deest* b) surrepat c) est ergo d) per e) possit devorare f) eos accusent

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * Hi, qui: In aliquot vetustis codicibus est caput distinctum a superiore.
C. X. * Ne quis: Rubrica haec non valde convenit subiecto capiti, et pie est interpretanda; nam simili locutione utitur David 2. Regum 16., loquens de Semei.
C. XI. * Capitulo: Quae subiungit Gratianus: *capite languescente etc.* sunt in epist. 3. Anacleti et apud Isidorum de summo bono, lib. 3. c. 38.

Causa VI. Quest. I. can. 5. 50) *Codd. coll. o.* 51) *ib. pr. C* 52) hec: *H; deest: Ans.* 53) divina: *AB* 54) dicebat: *orig.; sed:* docebat: *Cod. Bb. origin.* || can. 6. 55) valet: *GH* 56) *Cap. Angilr. ap. Hinschius p.* 767. — *Ans. in fine lib.* III. — *cf. supra c.* 1. 3. *C.* III. *qu.* 11. 57) ante: *deest: AB;* antea: *orig.;* ante: *Codd. orig.* 58) *DEFG orig. Ans.;* fuerit: *ABCH Edd. coll. o.* 59) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 60) *Codd. coll. o. — ap. Hinschius p.* 768. 61) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 7. 62) *Caput Pseudoisid., sumtum ex Ennodii l.* 2. *ep.* 19. 22. — *c.* 6. *ap. Hinschius p.* 69. — *Jaffé no.* II. *Ans.* III, 38. *a R. (nec tamen a Corr.) hoc loco citatur, sed codicem a R. quoque collatum inspicientibus nobis nihil obvenit.* 63) vindicanda: *orig.;* vindicata: *Codd. orig.* 64) *Codd. et Edd. coll. o.* 65) se: *deest: orig.* 66) Domini: *EGH* 67) ullae: *orig.;* ulla: *Codd. orig.* || can. 8. 68) accusare: *EGH* 69) *Codd. coll. o.; — Caput Pseudoisid., cf. Hieron. ep.* 1., *Isid. Sent. l.* 3. *c.* 39. *et interpr. ad Cod. Theod. l.* IX. *t.* 39. *c.* 9. — *c.* 3. *ap. Hinschius p.* 111. — *Jaffé no.* XXXI. — *Ans.* III, 12. *(can. cont.); Ivo Decr.* VI, 314. 315. *Coll. tr. P.* I, 6, 5. 70) ipsi enim qui: *Ans.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 72) et non: *Ans.* 73) a: *deest: ib.* 74) *add.:* et: *ib.* 75) institui: *orig.* 76) accusationem: *CFH Ivo Coll. tr. P.* 77) *Matth. c.* 10. *v.* 24. 78) *Codd. coll. o.* 79) constituti sunt: *Coll. tr. P.;* qua constituuntur qui: *orig. Ans.; sed in Cod. orig. Dst ut ap. Grat.* 80) accusare: *EH Ed. Bas.* 81) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans. Ivo Coll. tr. P.;* accusant et damnare cupiunt: *Cod. Dst orig. — finis canonis: Coll. tr. P.* 82) *Codd. coll. o.;* item: *EGH — ib. c.* 4. 83) *add.:* quidem: *EGH* 84) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 85) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 86) *ib.* 87) *CDFG Edd. coll. o. pr. Bas. Ivo Coll. tr. P.; in AB:* non ... insid.: *deest, sed in A postea adiectum est;* non respuendi non accus.: *H;* non accus. vel insidiandi: *Ed. Bas.* || can. 9. 88) *Caput Pseudoisid., cf. Isid. Sent. l.* 3. *c.* 39 — *c.* 4. *ap. Hinschius p.* 117. — *Jaffé no.* XL. — *Ans.* III, 32.; *Ivo Decr.* V, 243. *(can. contin.); Ivo Pan.* IV, 36. *Coll. tr. P.* I, 8, 3. *Polyc.* V, 1, 9.; *Coll. tredec. P.* IX, 89. 89) *add.:* vero: *orig. Ans. Polyc.* 90) non: *EGH* 91) arguet: *orig.;* arguat: *Cod. Dst origin.* 92) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc. — Matth. c.* 10. *v.* 24. 93) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 94) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (vero); en.: *deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 95) domino: *ABEGH* 96) non: *Ans.* 97) sunt: *deest: Polyc.* 98) *ABCDF Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 99) *finis canonis: Ivo Pan. Coll. tr. P.; sqq. desunt et alia exstant: Ans. Polyc.* 100) *ib. c.* 6. 101) aut verbo: *EGH* 102) vult quia nec: *orig.; sed lect. Grat. est in varietate lectionis.* 103) suspicione: *BDEH orig.;* suspicionem: *Cod. Dst orig.* 104) aut: *deest: EGH* || can. 10. 105) *lib.* X. *no.* 90. 106) excitatur: *EH* 107) *Codd. et Edd. coll. o. — Ioann. c.* 21. *v.* 15. 108) *Codd. coll. o.* 109) scripta: *orig.* 110) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 112) *Marc. c.* 14. *v.* 29. 113) omnes: *AB* 114) *ABCD* 115) scandalizabor: *orig.* 116) *Psalm.* 29. *v.* 7. 117) *Codd. coll. o.* || can. 11. 118) lingua contra eos insurgit: *EGH* 119) *Ep.* 45. *scr. ao.* 601. *l.* XI. — *Jaffé no.* 1395. — 120) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 121) *ABDF orig.* 122) obtrectatione et obiurgatione: *EGH* 123) *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas.;* est etiam: *EFGH Ed. Bas.* 124) *Codd. et Edd. coll. o.* 125) II. *Cor. c.* 6. *v.* 8. 126) *infra c.* 13. 127) *Esa. c.* 1. 128) quia: *EGH* 129) I. *Petr. c.* 5. 130) *Codd. coll. o.* 131) *ib.* 132) enim: *EGH*

*pnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa uero in nobis. Et infra: „Peius** malum fore non existimo, quam Christianos suis inuidere sacerdotibus.“*

Hinc etiam[133] *Felix II. ait* [Episcopis in Alexandrina Sinodo congregatis][134]:

C. XII. *Deo recte famulantes*[135] *persequi non licet.*

Quiescite, inquit sancta[136a] sinodus Nicena, et nolite persequi eos, qui recte[137] Deo famulantur, et sincera uoluntate superna[138b] Dei mandata custodiunt, et nostris legibus subiugantur; quia non decet[139c], ut[140d] carnales spirituales persequantur.

C. XIII. *Subditi prelatos suos accusare non debent*[141].

Item Anterius Papa*, [epistola unica][142a].

Ex merito plebis nonnumquam episcopi deprauantur, quatinus procliuius cadant qui secuntur. Capite languescente cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores[143] sunt, qui uitam moresque bonorum corrumpunt, his[144], qui substantias aliorum prediaque[145] diripiunt. Caueat[146] unusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios detrahentes audiat. „Sedens,“[147] inquit[148], „aduersus fratrem tuum loquebaris“ detrahendo[149], „et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum,“ etc. Parcant singuli detractioni[150] linguae, custodiantque sermones suos, et sciant[151], quia cuncta[152], que de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Offitium[153b] singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos seruare, sed et linguam, nec[154] quid in cuiusquam domo agatur alia domus umquam per eos nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbae, ne[155c] cuiquam machinentur dolos et serpentis astutiam, ne aliorum subplantentur insidiis.

Item Lucius Papa [epist. unica, Episcopis Galliae et Hispaniae scribens][156]:

C. XIV. *Bonus*[157a] *nocere non cupit.*

Sapiens non est omnis qui nocet[158].

C. XV. *Raptoribus deteriores episcoporum sunt detractores.*

Item Anacletus Papa, [epist. III.][159].

Deteriores[160] sunt, qui doctorum[161] uitam moresque corrumpunt, his, qui substantias aliorum prediaque diripiunt[162]. Ipsi enim[163] ea, que extra nos, licet nostra sint, auferunt; nostri quoque[164a] detractores[165], et morum corruptores nostrorum[166], siue qui[167] aduersus nos armantur, proprie nos ipsos[168] decipiunt[169b*], et ideo iuste infames sunt, et merito ab ecclesia extorres fiunt[170]. Pro meritis ergo plebis sepe pastores deprauantur[171] ecclesiae, ut procliuius corruant qui secuntur.

C. XVI. *De eodem.*

Item Alexander, [epist. III.][172a].

Summa iniquitas est fratres[173] detrahere et accusare. Unde scriptum est[174]: „Omnis[175], qui detrahit fratri suo[176], homicida est, et omnis homicida non habet partem[177] in regno Dei.“

Gratian. *Patet ergo, ut premissum est, quod carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium.*

II. Pars. §. 1. *Cum itaque criminosi et infames ab accusationibus prohibeantur, uidendum est, quos canonum sacra auctoritas infames appellet*[178].

De his Stephanus[179] *Romanae Ecclesiae Episcopus scribit Ylario*, [ep. I. c. 1.] *dicens:*

C. XVII. *Que personae infames habeantur.*

Infames[180] esse[181] eas[182] personas dicimus, que[183] pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes[184], qui Christianae legis[185] normam abiciunt, et statuta ecclesiastica contempnunt; similiter fures, sacrilegos et omnibus[186a] capitalibus criminibus irretitos; sepulcrorum quoque uiolatores[187b], et[188] omnes, qui aduersus Patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur; similiter[189] et[190] incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, ueneficos, adulteros, de bellis publicis[191] fugientes, et qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates ecclesiae auferunt[192c] iniuste, et qui fratres calumpniantur, aut accusant[193] et non probant, et[194d] qui[195] contra innocentes principum animum[196e] ad iracundiam[197] prouocant, et omnes anathematizatos uel pro suis sceleribus ab ecclesia repulsos[198f], et omnes, quos ecclesiasticae uel seculi leges infames pronunciant. Hii[199] nimirum omnes, nec serui[200] ante legitimam libertatem, nec penitentes, nec bigami[201], nec illi[202], qui curiae deseruiunt, uel[203] non sunt[204] integri corpore, aut sanam non habent mentem uel intellectum, aut inobedientes sanctorum[205] decretis existunt, aut[206] furiosi manifestantur, hi omnes, inquam[207], nec ad sacros gradus debent prouehi[208], nec[209] isti, nec liberti[210] neque suspecti, neque rectam fidem uel dignam[211] conuersationem non[212] habentes, summos sacerdotes possunt[213] accusare, nec ad accusationem seu ad testimonium ullatenus iuste recipi possunt[214g*].

EDITIO ROMANA.

Causa VI. Quest. I. c. 12. a) sancta et magna b) superni c) nec decet, nec ordo patitur d) ut iniqui et — c. 13. a) Anterus b) Officii c) nec — c. 14. a) Sapiens — c. 15. a) autem b) diripiunt* — c. 16. a) Alex. Papa — c. 17. a) omnes b) violatores, apostolorum atque successorum reliquorumque Patrum statuta libenter violantes, c) abstrahunt d) vel e) animos f) pulsos g) nec . . . possunt: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Peius: Sunt in prima epist. Alexandri I.

C. XIII. * Anterus: Sic restitutum est ex plerisque vetustis. Nam antea [in Edd. coll. o. pr. Bas. Nor.] erat: *Gregorius.* Confectum autem caput hoc est magnam partem ex Anacleti sententiis, in epist. 3.

C. XV. * Diripiunt: Antea legebatur: *non ipsos decipiunt.* Emendatum est ex Isidoro, libro 3. de summo bono, cap. 38., Anacleti verba, quantum coniici potest, referente, et optime convenit cum iis, quae antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epistolarum Anacleti, altero Vaticanae, altero Florentinae bibliothecae, habetur: *non nos, sed proprie se ipsos decipiunt.*

C. XVII. * Accusare: In vulgatis codicibus sequebatur: *nec ad accusationem, seu ad testimonium nullatenus iuste possunt recipi,* quae sunt expuncta, quoniam absunt a manuscriptis (uno excepto), et originali, et Burchardo et Ivone. In Panormia tamen haec postrema pars post verbum: *manifestantur,* sic habet: *Hi omnes nusquam nec ad sacros gradus debent provehi, nec ad accusationem, seu ad testimonium ullatenus iuste possunt recipi.*

Causa VI. Quest. I. can. 12. 133) et.: *deest: EGH* 134) *add.:* Papa: *ABEGH; — Caput Pseudoisid., c.* 15. *ap. Hinschius p.* 489. — *Jaffé no.* CLVIII. — 135) *add.:* nullos: *AB* 136) *Codd. et Edd. coll. o.;* inquiunt (s. synod.: *deest): orig.* 137) perfecte . . . ministrant: *orig. — sqq. in orig. non exstant.* 138) *Codd. et Edd. coll. o. — Corr.* 139) *ib.* 140) *ib.* || can. 13. 141) possunt: *EGH* 142) *Codd. coll. o. — Caput Pseudoisid., cf. Isid. Sent. l.* 3. *c.* 38., *Hieron. ep.* 2. *ad Nepot., ep.* 13. *ad. Paulinum — c.* 5. *ap. Hinschius p.* 154. — *Jaffé no.* LXXIV. 143) deterioresque: *ABF; — infra c.* 15. *et c.* 15. *C.* IX. *qu.* 3. 144) his . . . diripiunt: *deest: AB;* quam hii: *EGH* 145) aliorumque praedia: *ib.* 146) caveatque: *ABDEGH* 147) *Psalm.* 49. *v.* 20. 148) *add.:* propheta: *Edd. Bas. Ven.* I. *Lugdd.* 149) detrah.: *deest: AB* 150) detrahendo: *orig.;* detractioni: *Codd. orig.* 151) suos sciantque: *EGH* 152) cuncti qui: *Edd. Lugdd.* II. III. 153) *Codd. coll. o.* 154) ne: *AH* 155) *ABCDFH orig.* || can. 14. 156) *Caput Pseudoisid., cf. Sixti Pythag. sentent.* 292. — *c.* 6. *ap. Hinschius p.* 178. — *Jaffé no.* XCIII. — *Ivo Decr.* III, 140. (*can. cont.); Coll. tr. P.* I, 20, 1. (*can.:* constitui placuit) 157) *Codd. coll. o.* 158) nocens est: *EGH* || can. 15. 159) *Caput Pseudoisid. cf. supra c.* 13. — *c.* 36. *ap. Hinschius p.* 85. — *Jaffé no.* IV. — *Burch.* I, 138. (Eusebius; *can.:* necesse enim est); *Ans.* III, 11. (10.) *Ivo Decr.* V, 239. (*can.:* accusat. et testes) *Coll. tr. P.* I, 2, 23. (*can.:* inoffensus ergo); — *cf. Deusded.* IV, 156. 160) *add.:* quippe: *orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 161) praepositorum: *Ivo Coll. tr. P.* 162) corrumpunt: *Ivo Coll. tr. P.; in his seqq. desunt, et alia sequuntur.* 163) autem: *orig. Ans.;* quidem: *Burch.;* enim: *Cod. Par.* 3852. *origin.* 164) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ans.* 165) *add.:* sunt: *AB* 166) nostr.: *deest: ib.; add.:* vel contemtores: *C* 167) qui: *deest: AB* 168) ipsi: *Burch.* 169) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ans.* 170) *finis canonis: Burch.* 171) deviantur: *orig.;* depravant.: *Codd. Dst Par.* 3852. *origin.* || can. 16. 172) *Codd. coll. o.; — Caput Pseudoisid., c.* 17. *ap. Hinschius p.* 104. — *Jaffé no.* XXV. — *Ans.* XI, 43. 173) confratres: *AB* 174) I. *Ioann. c.* 3. *v.* 15. 175) omnes: *orig.* 176) fratrem suum: *orig.;* fratri suo: *Codd. Sg Dst origin.* 177) *add.:* aut hereditatem: *orig.* 178) prohibentur: *AB;* . . . appellat: *ABC* || can. 17. 179) Unde Steph.: *EGH; — Caput Pseudoisid., c.* 2. *ap. Hinschius p.* 182. — *Jaffé no.* XCIV. — *Burch.* I, 173.; *Ans.* III, 5.; *Ivo Decr.* V, 291.; *Ivo Pan.* IV, 66.; *Coll. tr. P.* I, 21, 1.; *Polyc.* V, 1, 20.; *cf. Deusded.* IV, 156. 180) *add.:* autem: *orig. Burch.; — cf. interpret. ad Pauli Sent. l.* 1. *t.* 2. 181) esse: *deest: Ans. Deusded.* 182) illas: *Ivo Pan.* 183) qui: *orig.;* quae: *Cod. Mut. orig.* 184) inf. et omnes: *Ivo Pan.* 185) religionis: *EGH; add.:* religionis: *Ivo Pan.* 186) *Codd. coll. o. pr. G; — Ans.* 187) *Codd. et Edd. coll. o.* 188) *cf. ep. Procli ad Domnum Antiochen.* 189) *cf. Cod. Theod. l.* IX. *tit.* 38. *c.* 8. *cum interpret.* 190) et: *deest: orig.* 191) publ.: *deest: orig. Burch. Coll. tr. P.; — cf. conc. Arel.* I. *c.* 3. 192) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan. Polyc.* 193) *cf. c.* 75. *Conc. Eliber.* 194) *Codd. coll. o. — cf. interpret. ad Cod. Theod. lib.* IX. *tit.* 39. *c.* 3. 195) qui: *deest: Polyc.* 196) *Codd. et Edd. coll. o.* 197) *add.:* concitando: *Ivo Pan.* 198) *CEGH Edd. coll. o.;* depulsos: *AB;* expulsos: *Burch. Ivo Decr.* 199) Hos vero non ordines: *orig. Coll. tr. P.;* hos vero non ad sacros ordinos licet promovere: *Ivo Decr.;* Hii . . . omnes: *deest: Burch.; — cf. Gelasii ep.* 9. 200) servos: *orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 201) digamos: *orig. Burch. Coll. tr. P.;* bigamos: *Ivo Decr.* 202) illos: *orig.;* eos: *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 203) vel qui: *orig. Burch.* 204) sunt: *deest: AB* 205) *add.:* Patrum: *EGH Edd. coll. o. Ivo Pan.* 206) aut . . . manif.: *deest: Burch.* 207) inq.: *deest: Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* nusquam: *Ivo Pan.* 208) provehere: *orig.;* provehi: *Codd. Bb. Dst origin.* 209) nec . . . accusare: *deest: F Ans. Ivo Pan. Polyc.* 210) *cf. conc. Carth.* VII. *c.* 2. 211) condignam: *Coll. tr. P.* 212) non: *deest: Burch.* 213) *add.:* non: *ib.* 214) *ABEFGH Edd. coll. o. pr. Bas. — Ans. Ivo Pan. Polyc.*

C. XVIII. *Infamis efficitur qui sciens*[215] *deierare*[216a] *presumit.*
Item Fabianus Papa[217].

III. Pars. Quicumque sciens se[218] periurauerit[219b], quadraginta[220] dies in pane et aqua, et septem sequentes[221] annos peniteat[222], et[223] numquam sit sine penitentia, et numquam in testimonium recipiatur; communionem[224] tamen[225] post hec[226] percipiat.

C. XIX. *Accusatores et personas, quas leges seculi non admittunt, ecclesiasticae quoque repellunt*[227].

Item Eusebius Papa, [epist. I. ad Episcopos Galliae][228].

Nos sequentes Patrum uestigia pro saluatione seruorum Dei, quascumque ad accusationem personas leges publicae non admittunt[229], his inpugnandi alterum nos[230a] licentiam submouemus, et[231] nullae accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis, que legibus seculi prohibentur.

Gratian. *Sed licet infames ab accusatione episcoporum prohibeantur*[232], *non tamen isti ab huius*[233b] *accusatione prohibendi sunt. Hereticos namque accusare infamibus non prohibetur, ut supra patuit in ea*[234] *causa, ubi de accusatione minorum aduersus maiores disputatum est.*

[C. XX.]
Item.*

Cum maiores scientia et moribus a minoribus accusari prohibeantur, non equales ab equalibus, uel minores a maioribus, ab huius[235a**] *accusationibus*[236b] *non sunt hii prohibendi, cum hereticus catholico minor sit.*

Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non diffinit[237a], [lib. IV. de Baptismo contra Donatistas, c. 5.] *dicens*[238]:

C. XXI. *Dubium est, an sciens auarus, an nesciens hereticus grauius peccet.*

Quero ergo, quis peccet grauius, qui[239b] nesciens heresim[240c] incurrerit, an qui sciens ab auaritia, id est ab ydolatria[241d] non recesserit? Secundum[242e] illam regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantiae[243f] preponuntur, auarum conscientia[244g] uincit in scelere. Sed si[245h], forte hoc faciat[246i] in heresi ipsius sceleris magnitudo, quod facit in auaritia scientis admissio, hereticus[247k] nesciens[248] auaro scienti coequatur[249l]. *Item* [c. 20. eiusdem libri]: §. 1. Utrum[250m] catholicum pessimis moribus alicui heretico, in cuius uita, preter id, quod hereticus est, non inueniunt homines quod reprehendant, preponere debeamus[251], non audeo precipitare sententiam.

IV. Pars. Gratian. *Verum hoc Augustini, et illud de infamium accusatione, de his intelligendum est, quos constat esse hereticos, non de his, qui se negant in heresim lapsos. Hic autem in omnibus religiosus*[252] *aparens, dum se negat hereticae communionis aliquando macula infectum, infames atque alios huiusmodi a sua accusatione ipse repellit.* §. 1. *Hec licet ratione niti uideantur, exemplo tamen lesae maiestatis uana intelliguntur, ad cuius accusationem dum socius initae factionis admittitur, non queritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem ledere, sed an aliquis de nece eius tractauerit.*

Unde Inpp. Honorius[253a] *et Arcadius in nono libro Codicis, titul. ad legem Iuliam maiestatis*, [leg. 5.,] *scripsisse leguntur*[254*].

[XXII.]

„*Si quis*[255] *cum militibus uel priuatis, barbaris*[256b] *etiam, scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum uel dederit, de nece etiam uirorum illustrium, qui consiliis et consistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam et ipsi pars nostri corporis sunt) uel*[257] *cuiuslibet postremo, qui nobis militat, cogitauerit, (eadem enim seueritate uoluntatem sceleris, qua effectum*[258], *puniri iura uoluerunt)*[259], *ipse quidem, utpote maiestatis reus, gladio feriatur*[260], *bonis eius omnibus fisco nostro addictis. Filii uero eius, quibus uitam inperatoria specialiter*[261] *lenitate concedimus, (paterno enim deberent*[262] *perire suplicio, in quibus paterni, hoc est hereditarii, criminis exempla metuuntur)*[263], *a successione omnium proximorum*[264c] *habeantur alieni, testamentis extraneorum nichil capiant, sint perpetuo egentes et pauperes, infamia eos semper paterna comitetur, ad*[265] *nullos umquam honores, nulla*[266d] *prorsus*[267e] *sacramenta perueniant, sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus et sit mors solatium*[268] *et uita suplicium. Denique iubemus etiam notabiles*[269f] *esse infamia*[270g] *sine uenia, qui pro talibus umquam apud nos interuenire temptauerint.* §. 1. *Sane*[271h], *si quis ex his in exordio initae factionis, studio uerae laudis accensus, ipse*[272i] *prodiderit*[273k] *factionem, et*[274l] *premio a nobis et honore donabitur*[275]. *Is uero, qui usus fuerit factione, si sero*[276m], *tamen incognita adhuc consiliorum*[277] *archana patefecerit, absolutione tantum ac*[278] *uenia dignus habebitur*"[279].

[Gratian.] *Porro symoniae accusatio ad instar lesae*[280n] *maiestatis procedere*[281] *debet, sicut Leo inperator in* 1. *lib. Codicis decreuisse legitur, tit. de episcopis et clericis, l. Si quenquam procedere debet*[282o]. *Quod de accusatione, non de pena intelligi oportet.*

Unde Inppp. Valentinianus, Valens et Gratianus lib. IX. Cod. tit. ad l. Iul. maiest. [l. Nullus][283a]:

[C. XXIII.]

„*Nullus omnino, cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum tormenta offeruntur*[284b], *militiae, uel*[285] *generis, aut dignitatis defensione uti prohibeatur, excepta tantum maiestatis causa, in qua sola equa omnibus conditio est.*"

Gratian. *Sed cum omnes illi assumuntur*[286c] *in accusatione*[287d] *symoniae, qui possunt accussare de crimine maiestatis, constat*[288], *quod sicut ibi non dubitatur de crimine maiestatis, sed an reus commiserit illud, sic et hic non negatur heresis, sed inpetitur accusatus, an conmiserit heresim.*

EDITIO ROMANA.

Causa VI. Quest. I. c. 18. a) peierare b) peieraverit — c. 19. a) et nos b) huiusmodi — c. 20. a) huius ergo** b) accusatione — c. 21. a) definivit b) an qui c) in haeresim d) idololatria e) Secundum quidem f) ignorantium g) avarus eum scientia h) ne i) fiat, facit k) ut haereticus l) coaequetur m) Utrum autem — c. 22. a) Arcad. et Honorius AA. b) vel barbaris c) a materna vel avita, omnium etiam proximorum hereditate ac successione habeantur d) ad nulla e) prorsus: *deest* f) eos notabiles g) infam.: *deest* h) Et infra: §. 1. Sane i) ipse: *deest* k) initam perdiderit l) et: *deest* m) vel sero n) publici criminis laesae o) procedere debet: *deest* — c. 23. a) Grat. AAA. b) inferuntur c) assumantur d) hac accusatione

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XX. * Caput hoc in plerisque vetustis exemplaribus [in Codd. coll. o.] coniunctum est superiori. Quare coniicere licet haec esse verba Gratiani.

** Ab huius ergo: Locus hic emendatus est ex manuscriptis. In impressis legebatur: *ab accusatione huiusmodi sunt prohibendi.* Ex qua lectione vix apta sententia elici poterit.

C. XXII. * Hoc et sequens caput in vetustis exemplaribus [in Codd. coll. o.] sunt coniuncta antecedenti, quare nec rubricas habent.

Causa VI. Quest. I. can. 18. 215) scienter: *AB* 216) *ABCDF;* deierat: *GH* 217) *Jaffé no.* LXXIX. — *imo ex poenit. Halitgar.* IV, 28.; *cf. Raban. Ep. ad Herib. c.* 18. — *Reg.* II, 330. (ex poenitentiali); *Burch.* XII, 8.; *Ivo Decr.* XII, 65.; *Coll. tredec. part.* X, 77. 218) se: *deest*: *Reg. Halitg.* 219) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Ivo;* periurium perpetraverit: *Halitg.* 220) quadr. . . . et: *deest: Reg. Halitg.* 221) seq.: *deest: ib.* 222) se poenitentiae subdat: *Halitg.* 223) et . . . recip.: *deest: Reg. Halitg.* 224) et ita deinceps ad communionem revertatur: *Halitg.* 225) tam.: *deest: Reg.;* et: *Burch. Ivo* 226) hoc: *ABGH Edd. coll. o.* || can. 19. 227) non admittunt: *AB* 228) *Caput Pseudoisid., cf. c.* 5. *C.* III. *qu.* 5. — *c.* 3. *ap. Hinschius p.* 231. — *Ans.* III, 25. (*can.:* de accusationib.: *contin.*) 229) admittant: *orig.;* admittunt: *Codd. orig.* 230) *ABCDF* 231) ut: *AB* 232) *add.:* removeantur vel: *EGH* 233) *Codd. coll. o. Corr.* 234) eadem: *Edd. coll. o. pr. Bas.* — *Corr.;* — *cf. C.* II. *qu.* 7. || can. 20. 235) *Codd. coll. o. pr. F* (huius igitur); *Ed. Bas.;* huiusmodi: *AB Ed. Bas.* 236) *Codd. coll. o. pr. CF;* — *Ed. Bas.* || can. 21. 237) *Codd. coll. o. Corr.* 238) *lib.* IV. *no.* 7. *et* 27. 239) *ABCDF orig.* 240) *Codd. et Edd. coll. o.;* incurrit: *ABEFGH* 241) *Codd. coll. o.* 242) *Codd. et Edd. coll. o.* 243) *Codd. coll. o. pr. C* 244) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H;* (auarorum consc.) 245) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (si: *deest*) 246) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *orig.* 247) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 248) nescius: *ABC* 249) *Codd. et Edd. coll. o.* 250) *ib.* 251) debemus: *ABE* 252) aut. moribus rel.: *ABH* || can. 22. 253) *Codd. coll. o.* 254) *l.* 8. *Cod.* (9, 8.) *scr. ao.* 397. 255) quisquis: *orig.* 256) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 257) vel: *deest: orig.* 258) seuer. scelerisque effect.: *AB* 259) voluerint: *ib.* 260) ferietur: *BCD Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. 261) spiritualiter: *EH* 262) debent: *EGH;* debent punire: *Ed. Bas.* 263) metiuntur: *CDEG;* metientur: *H;* metuentur: *orig.* 264) *Codd. coll. o.;* a succ. omn. hab. al.: *Edd. Arg. Bas.;* a materna et a succ. omn. prox. hab. al.: *Edd. rell. exc. Lugdd.* II. III. 265) ad . . . perv.: *deest: ABE* 266) *Codd. coll. o. orig.* 267) *ib. Ed. Bas. orig.* 268) solatio . . . supplicio: *orig.* 269) *Codd. coll. o.* 270) *Codd. et Edd. coll. o.* 271) *Codd. coll. o.; add.:* etiam: *EGH* 272) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (ipsam); — *orig.* 273) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 274) *ib.* 275) decorabitur: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 276) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd. Par.;* si vera sero: *Corr.* 277) conciliorum: *EGH Edd. Bas. Ven.* I. II. *Nor. Lugdd.* I. II. 278) hac: *EGH* 279) habeatur: *AB;* habetur: *C* 280) *Codd. coll. o.* 281) proced. debet: *deest: AB* 282) *Codd. coll. o.;* vel in hac urbe proc. deb.: *AB* || can. 23. 283) *Codd. coll. o.* — Impp.: *deest: EGH;* Valerius et Grat.: *Codd. coll. o.* — *l.* 4. *Cod.* (9, 8.) *ao.* 369. 284) *Codd. coll. o.;* offerantur: *Edd. coll. o.;* offerentur: *orig.* 285) aut: *EGH* 286) *Codd. coll. o.* 287) *ABCF* 288) const.: *deest: AB*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

Quod autem queritur, si episcopus accusationem in accusatorem uertere uoluerit, an suae simplici assertioni fides sit habenda[1a]*? facile soluitur, si sanctorum Patrum auctoritas diligenter inspiciatur. Ut enim sancti Patres diffiniunt, nullius personae, quantumlibet exercitatae, confessioni fides est adhibenda, nisi conpetentes probationes adhibeat.*

Unde in IV. Cartaginensi Concilio [c. 29.] *legitur*[2]:

C. I. *Episcopus crimen alicui obiciens, in sinodo probet quod obicit.*

Episcopus, si clerico uel laico crimen inposuerit[3a], deducatur ad probationem in sinodum.

Gratian. *Sed obicitur*[4]*: Si se solum alieni sceleris conscium nouerit, probare illud testibus non ualet; quid ergo tunc sibi faciendum sit, ex Concilio Vasensi* [I. c. 8.][5] *sic diffinitur:*

C. II. *Episcopus non*[6] *proferat quod probare non potest.*

Si tantum episcopus alieni sceleris se conscium nouit[7], quamdiu probare non potest, nichil proferat, sed cum ipso ad conpunctionem eius secretis correctionibus[8a] elaboret. Quod si forte[9] correptus[10] pertinacior fuerit, et se communioni publicae[11] ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illum[12b], quem reum iudicat[13], probatione[14] deficiat, indempnatus* (licet[15c] his[16d], qui nichil sciunt[17], secedere ad tempus pro personae[18] maioris auctoritate[19] iubeatur) ille[20] tamen, quamdiu nichil probare[21e] potest, in communione[22] omnium, preterquam eius, qui eum reum iudicat, permanebit[23].

C. III. *De episcopo, qui sibi soli dicit aliquem suum crimen fuisse confessum.*

Placuit[24a], ut si quando episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget[25], non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli[26] non creditur. Et si scrupulo[27] propriae conscientiae se dicit neganti nolle communicare*, quamdiu excommunicato non communicauerit suus[28] episcopus[29], eidem[30] episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caueat episcopus, ne dicat in quemquam[31] quod aliis documentis conuincere non potest.

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Iudicium uero archiepiscopi alterius prouinciae alicui expetere non licet.

Unde Gregorius ait [respons. IX. ad Augustinum Anglorum Episcopum][1]:

C. I. *Alterius parrochianum alicui iudicare non licet.*

Scriptum est in lege[2]: „Per alienam messem transiens falcem mittere non debes[3a], sed manu spicas conterere et manducare.“ Falcem enim[4b] iudicii mittere non debes[5c] in ea segete[6d], que alteri uidetur esse conmissa, sed per affectum[7e] boni operis frumenta dominica uiciorum suorum paleis expolia[8], et in ecclesiae corpus admonendo[9f] et[10] persuadendo, quasi mandendo[11], conuertere[12g].

C. II. *Quot ciuitates unaqueque prouincia habeat*[13a].

Item Pelagius Papa [II. ep. VIII.] *omnibus Episcopis*[14].

Scitote certam esse prouinciam, que habet X. aut[15] XI. ciuitates, et unum regem, et totidem[16] minores potestates sub se, et unum metropolitanum[17], aliosque suffraganeos[18] X. uel XI. episcopos iudices, ad quorum iudicium omnes causae episcoporum[19], et[20] reliquorum sacerdotum, ac ciuitatum[21] referantur, ut[22] ab his omnibus iuste[23] consona uoce discernatur[24b], nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his[25c], qui iudicandi sunt, appellatum. Unde non oportet, ut[26] degradetur uel dehonoretur unaqueque prouincia; sed apud semetipsam habeat iudices, sacerdotes[27] et episcopos, singulos[28] uidelicet secundum[29] ordines suos, et quicumque causam habuerit a suis iudicibus[30] iudicetur, et non ab alienis, id[31] est a suae iustis[32] iudicibus prouinciae, et non ab extraneis[33], nisi (ut iam est prelibatum) a iudicandis fuerit appellatum.

C. III. *Non aliorum, sed primatis sui*[34a] *iudicio quisque se subiciat episcopus.*

Item Nicolaus Papa[35].

Denique si Suffredus, tale in se crimen nouerat, quo recte posset episcopatu priuari, uel infirmitate se sentiebat forsitan pregrauari, qua inpeditus nullis[36] posset[37] proximis[38] sua prelatione prodesse, primatis sui debuerat et non aliorum[39] dioceseon[40b] antistitum prestolari[41] iudicium. Quod si quelibet ambiguitas, uel aliqua fortasse super eius[42] examinatione, uel[43] episcopatus abrenunciatione[44] oborta fuisset[45] contentio, ex more ad apostolicam sedem referri conuenerat, et nostra in his[46] omnibus debuerant[47] cuncti[48] decreta penitus expectare[49]. Quod quia omissum[50]* hactenus dolemus, dilectissimam[51] mihi gloriam uestram uehementer efflagito, ut[52] iam dictus Suffredus episcopus proprio restituatur episcopio, et[53] si quid reprehensione dignum gessit, postea uel correctione, uel digna animaduersione[54] diffinietur[55].

EDITIO ROMANA.

Causa VI. Quest. II. a) adhibenda — c. 1. a) impegerit — c. 2. a) correptionibus b) illo c) licet ab d) iis e) probari — c. 3. a) *inscr.:* Item ex Concilio Africano c. 99. et 100. — Quest. 3. c. 1. a) debet b) ergo c) potes d) eam segetem e) effectum f) monendo g) converte — c. 2. a) habet b) discernantur c) iis — c. 3. a) sui: *deest* b) dioeceseos

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. II. * Indemnatus: In originali legitur: *indemnatus licet ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona maioris auctoritatis iubeatur, illo, quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, praeterquam eius, qui eum reum iudicat, permanente.*

C. III. * Communicare: Sic in Carthaginensi VII. cap. 5., cui ad verbum respondet hoc caput. In Africano autem hic sequitur: *secrete tamen interdicat ei communionem, donec obtemperet,* quemadmodum et apud Burchardum. Sequentia autem verba: *Quamdiu etc.* sunt initium capitis centesimi.

Quest. III. C. III. * Omissum: Locus hic emendatus est ex plerisque vetustis Gratiani codicibus.

Causa VI. Quest. II. 1) *Codd. coll. o. pr. DG* || can. 1. 2) *c.* 89. *Statt. eccl. ant. — cf. ad Dist.* XVIII, *c.* 9. — *ap. Bruns* I, 144. — *Caes.* IV, 90. 3) *Codd. et Edd. coll. o.;* infigerit: *Hisp.* 4) *add.:* illud: *EGH* || can. 2. 5) Varensi: *Codd. coll. o. — hab. ao.* 442. *ap. Bruns* II, 129.; — *Ivo Decr.* V, 364.; *Coll. tr. P.* II, 27, 3. 6) nil: *EGH* 7) noverit: *EGH Edd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o.* 9) forte: *deest: A orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 10) correctus: *DEGH Edd. coll. o. pr. Arg.* 11) publice: *Hisp.; sed advertendum est in Mss.* publice *et* publicae *non posse distingui.* 12) *ABCDF Edd. coll. o.* 13) indicat: *ABD Edd. coll. o. pr. Bas.* 14) in prob.: *Edd. coll. o. pr. Arg.;* probationibus: *orig.* 15) *Codd. et Edd. coll. o.;* licet de: *Hisp. Coll. tr. P.* 16) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 17) sciverint: *Ed. Arg.;* is sciverit: *Edd. Ven.* II. *Nor.;* sciverunt: *Edd. Ven.* I. *Lugdd. Par.* 18) persona: *Hisp. Coll. tr. P.* 19) auctoritatis: *Hisp. Ivo.* 20) illo (tamen: *deest*)*: Hisp. Ivo. Coll. tr. P.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F; — Hisp.* 22) commune: *Coll. tr. P.* 23) permanente: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* || can. 3. 24) *inscr. deest; Codd. coll. o. pr. CD; — c.* 5. *Conc. Carthag.* VII. *hab. ao.* 419. — *Burch.* XIX, 127.; *Ivo Decr.* V, 363.; *Coll. tr. P.* II, 21, 5. 25) postea negat: *Burch.* 26) soli: *deest: ib.* 27) scripulo: *Hisp.* 28) suus ep.: *deest: ib.;* suus: *deest: A* 29) *add.:* tam diu: *CFGH* 30) ei: *Hisp.;* idem episcopus: *Coll. tr. P.* 31) aliquem: *EGH Ed. Bas.*

Causa VI. Quest. III. can. 1. 1) ait: *deest: DEGH — Ep.* 64. *scr. ao.* 601. *l.* XI. *Ed. Maur. — (cf. ad Dist.* V. *c.* 1.)*; Jaffé no.* 1414. 2) *Deut. c.* 23. *v.* 25. 3) *Codd. et Edd. coll. o.* 4) *Codd. coll. o.* 5) *ABCD Ed. Bas.;* potes nec debes: *Edd. rell.* 6) *Codd. coll. o. pr. CH; — Ed. Arg.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd. — orig.* 8) exspoliare: *ABC Edd. Bas. Ven.* I. *Par. Lugdd.;* — exspoliata: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II. 9) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* convertere: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II. 10) et: *deest: AB;* et persuad.: *deest: C* 11) manducando: *F Edd. Arg. Nor. Ven.* II.; mandando: *Edd. Bas. Lugd.* I. 12) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EF Edd. Arg. Nor. Ven.* II.; conterere: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II. || can. 2. 13) *Codd. coll. o.* 14) *Caput Pseudoisid.* (*cf. Greg. M. ep.* 65. *l.* 11.; *conc. Carth.* III. *c.* 10.; *Cod. Theod. l.* 9. *t.* 1. *c.* 10. 16.) — *ap. Hinschius p.* 724. — *Jaffé no.* CCXXX. — *Ans.* VI, 107. (112.)*; Ivo Pan.* IV, 24.; *Polyc.* V, 1, *post c.* 34. 15) vel: *orig. Ivo Polyc.* 16) quotidie: *AB* 17) et. . . . metr.: *deest: ib.;* episcopum: *orig.* 18) suffragatores: *orig.* 19) epp. . . . civit.: *deest: Ivo* 20) vel: *Ans.* 21) *add.:* causae: *orig. Ans. Polyc.* 22) et ut: *Ivo* 23) *add.:* et: *Polyc.* 24) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.; —* decernatur: *Edd. Arg. Bas. Lugd.* I. *Par. Corr.;* decernantur: *Edd. Lugdd.* II. III. *Ivo* 25) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Polyc.* 26) unde oport. ut non: *EGH* 27) *add.:* et: *AB* 28) sing.: *deest: orig.; sed exstat in Cod. origin. Par.* 3852. 29) iuxta: *orig. Ans. Ivo Polyc.* 30) *add.:* provinciae: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II.; a suae provinciae: *Ivo Pan.;* iudicib.: *deest: Polyc.* 31) id. . . . extran.; *deest: Ivo* 32) iust.: *deest: AB* 33) externis: *orig.;* alienis: *Polyc.* || can. 3. 34) *Codd. coll. o.* 35) *Non reperitur inter epistolas Nicolai* I, *quare immerito ut Berard. quidem censet* (II, 2, 279.) *ad Conc. Rom.* VII. *retulit Mansius. — Coll. tr. P.* I, 62, 30. 36) nullus: *FH Ed. Bas.* 37) possit: *Coll. tr. P.* 38) prox.: *deest: ib.* 39) aliarum: *EGH Coll. tr. P.* 40) *ABEGH Coll. tr. P.;* dioeceseorum: *C* 41) postulari: *BEGH Edd. Arg. Nor. Ven.* II.; postulare: *A* 42) eius: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* II. 43) vel: *deest: AB* 44) renuntiat.: *ib.* 45) aborto: *BD Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Lugd.* I. 46) his: *deest: AB* 47) deb.: *deest: ib.* 48) cuncta: *ib.* 49) operiri: *Coll. tr. P.* 50) *add.:* est: *H Edd. coll. o.; —* dolendo: *Ed. Bas.* 51) dilectissimi: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Lugdd.; add.:* igitur: *Edd. coll. o.* 52) *add.:* paulo remotus: *Coll. tr. P.* 53) et hic si: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 54) animi adversione: *AB* 55) diffiniatur: *EGH Ed. Bas.*

Gratian. *Est tamen casus, in quo episcopus alterius parrochianum excommunicare ualet.*

Unde in Concilio apud Conpendium, [c. 5.][56]:

C. IV. *Quando episcopus parrochianum alterius excommunicare ualet.*

Placuit[57] pro communi utilitate[58a], ut nullus episcoporum grauiter ferat, si eius parrochianum pro[59] depredationis causa alter episcopus excommunicauerit.

[PALEA[60].

C. V. De eodem.

Item ex Concilio Meldensi, c. 2.[61].

De illis autem[62], qui intra[63] parrochiam beneficium aut[64] hereditatem habent, et alterius episcopi parrochiani sunt, et[65] de loco ad locum iter faciunt, et[66] rapinam[67] et depredationes[68] peragunt, placuit[69], ut excommunicentur, nec[70] ante ex parecia exeant, quam que perpetrarunt[71] digne[72] emendent. Quorum excommunicatio seniori eorum[73] et proprio episcopo[74] significanda est, ne[75] eos recipiat[76] ante, quam illuc redeant, ubi rapinam fecerunt[77], et ibi[78] omnia pleniter emendent][79].

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

Porro cuius iudicium sibi[1] expetendum sit, si iudices electi inter se discordare ceperint, in Laudicensi[2a] Concilio [c. 14.], *sic inuenitur diffinitum*:*

C. I. *A quo sit ferenda sententia, quando[3] conprouinciales episcopi discordant.*

Si quis episcopus criminaliter[4] in[5] iudicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem episcopos[6] prouinciae, qui conuenerint[7], diuersas habere sententias, et alios quidem innocentem eum pronunciare, alios[8] reum, propter huiusmodi[9] controuersiam amputandam placuit sanctae sinodo metropolitanum** episcopum alterius uicinae prouinciae aduocari, et aliquantos cum eo episcopos alios, qui pariter residentes quecumque[10] fuerit[11b] dirimant questionem[12c], propter hoc, ut sit firmum iudicium, quod ab unius prouinciae episcopis fuerit promulgatum.

C. II. *Quando electi[13] iudices inter se de sententia discordes extiterint[14], de uicina prouincia archiepiscopus aduocetur.*

Item ex Concilio Martini Papae[15a].

Si quis episcopus in aliquibus[16b] iudicatur, et uiderit ipsos episcopos, qui in prouincia sua[17] sunt, inter se iudicio discrepare, ut[18c] alii uideantur eum, qui iudicatur, iustificare, alii[19] condempnare, pro diffinitione huius dissensionis hoc placuit sanctae sinodo[20d], ut de prouincia uicina alter metropolitanus conuocetur episcopus, ut per eum confirmetur quod secundum rectum placuerit canonem.

Gratian. *Nisi eadem prouincia primatem habuerit, ad quem negotia, que per metropolitanum terminari non ualent, referenda sunt[21e].*

Unde Bonifatius Papa, Episcopis[22] Galliae:*

C. III. *Primati deferantur negotia, que metropolitanus explicare non ualet.*

Si inter episcopos eiusdem concilii[23] dubitatio emerserit de ecclesiastico iure uel de aliis negotiis, primum[24] metropolitanus eorum cum aliis quibusdam[25a] in concilio considerans[26] rem[27] diiudicet[28], et si non adquiescat[29] utraque pars iudicatis[30], tunc primas[31] regionis inter[32] ipsos audiat[33], et quod ecclesiasticis canonibus et legibus nostris[34b] consentaneum sit, hoc diffiniat[35], et nulla pars calculo eius ualeat contradicere.

[PALEA[36].

C. IV. De eodem.

Item Alexander Papa[37].

Si metropolitanus a quocumque conprouinciali episcopo* in causa propria appellatus eum[38] audire distulerit, in[39] proxima sinodo negotii[40] sui habeat[41] licentiam exercendi, et quicquid per[42] iustitiam a conprouincialibus suis[43] fuerit statutum debet[44] custodiri][45].

Gratian. *Sed[46] si[47] omnium conprouincialium concordi sententia fuerit dampnatus, manebit erga eum inmobilis censura.*

Unde in Laudicensi[48a] Concilio, [cap. 15.] *legitur:*

C. V. *Episcopus, qui ab episcopis suae prouinciae consonam sententiam reportauerit, ab aliis iudicari non poterit[49].*

Si quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra prouinciam, episcopis exceperit[50b] unam con-

EDITIO ROMANA.

Causa VI. Quest. III. c. 4. a) utilitate et instante necessitate — Quest. IV. c. 1. a) Antiocheno b) fuerint c) quaestiones — c. 2. a) Papae id est Episcopi Bracarensis, c. 13. b) aliquibus causationibus c) ita ut d) sancto concilio e) sint — c. 3. a) quibusd.: *deest* b) vestris — c. 5. a) Antiocheno b) acceperit

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. IV. C. I. * Caput hoc in multis etiam vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In uno tamen perantiquo est ex concilio Antiocheno, in quo etiam exstat, et est antiqua versio.

** Metropolitanum: Graecum exemplar hic valde dissentit ab hac versione. Nam ex his verbis colligitur, concilium illius provinciae, in quo necesse est adesse proprium metropolitanum, posse advocare vicinae provinciae metropolitanum cum aliquot episcopis. Quod Martinus etiam Bracarensis in sequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Graece vero locus ita habet: *ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μετροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας, καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον.* Quod Dionysius, quemadmodum etiam est in Codice canonum, sic vertit: *Sanctae synodo placuit, ut metropolitanus episcopus a vicina provincia iudices alios convocet, qui controversiam tollant, ut per eos simul et per comprovinciales episcopos quod iustum visum fuerit approbetur.* Ac sane, quod metropolitanus ad alterius metropolitani vocationem deberet venire, atque in eodem concilio duo metropolitani futuri essent, vix videtur convenire.

C. III. * Episcopis: Sic est emendatum ex aliquot vetustis codicibus, Burchardo, Ivone et Polycarpo. Antea erat: *populis*. Simillima vero huic capiti leguntur Novella 123. cap. 34. apud Iulianum antecessorem.

C. IV. * Episcopo: Burchardus et Ivo [orig. Regin.] addunt: *bis fuerit in causa, etc.*

Causa VI. Quest. III. can. 4. 56) *imo ex capitulari Carolomanni, vel Conc. ao.* 884. *in Vernis palatio habito — Mon. Germ. LL.* I, 552. — *Reg.* II, 292.; *Burch.* XI, 12.; *Ivo Decr.* XIV, 82. 57) *add.:* nobis et fidelibus nostris: *orig. Reg.; add.:* etiam: *Ivo* 58) *Codd. et Edd. coll. o.* 59) pro: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; *add.:* huiusmodi: *orig. Reg.* || can. 5. 60) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu poster. saec. in marg. scripta est.* — 61) *imo ex eod. Capit. c.* 6. *Mon. Germ. LL.* I, 552. — *Reg.* II, 291.; *Burch.* XI, 45. (*sine inscr.*); *Ivo Decr.* XIV, 109.; *Coll. tr. P.* X, 167. — *cf. Comp.* I. *et* X. *de rapt. c.* 1. 62) aut.: *deest: Burch.* 63) infra: *F orig. Reg. Burch. Ivo.* 64) et alodum non (hered.: *deest*): *orig.* 65) *add.:* dum ad curtem pergunt aut: *orig.; add.:* dum: *Reg.* 66) et: *deest: orig. Reg. Burch. Ivo* 67) rapinas: *ib.* 68) *add.:* nobis infra parochiam: *orig.; add.:* nobis et fidelibus nostris: *Reg.* 69) *hoc loco multa originalis verba desiderantur.* 70) ne extra parochiam exeant antequam superius statuta adimpleant: *orig.;* ne: *Reg.* 71) patrarunt: *F Edd. coll. o.* 72) dicere: *F* 73) illorum: *orig.* 74) *add.:* eorum: *ib.* 75) nec: *Edd. Lugdd.* 76) recipiant: *Ed. Bas. orig. Reg. Burch. Ivo* 77) fecerint: *Ed. Bas.* 78) ibique: *orig.; deest: Burch. Ivo* 79) emendentur: *orig.*

Causa VI. Quest. IV. 1) sit: *deest:* || can. 1. 2) *Codd. coll. o. — imo c.* 14. *Concil. Antiocheni hab. ao.* 332.; *Versio Hispana. — Coll. tr. P.* II, 6, 9. — *cf. Burch.* I, 150. (ex decr. eiusd. [Silvestri] ad Hilarium ep.; *sed in ed. impr.:* ex C. Antioch.) *Ivo Decr.* V, 263. 3) in quem: *A;* in quam: *BCD;* in qua: *F* 4) de aliquibus causis criminalibus: *Hisp. Coll. tr. P.* 5) in: *deest: AB* 6) de ipsis episcopis: *Hisp. Coll. tr. P.* 7) convenerunt: *ib.* 8) et alios: *AB* 9) *add.:* itaque: *Hisp. Coll. tr. P.* 10) quicumque: *H Edd. coll. o.* 11) *ABDEGH Hisp.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 2. 13) electi: *deest: EGH* 14) discordant: *AB* 15) *Codd. coll. o. — c.* 14. *ex capit. Martini Braccarens. ap. Bruns* II, 46.; *Coll. tr. P.* II, 47, 13. — *est idem caput Antiochen. ex interpret. Martini* 16) *Codd. et Edd. coll. o. orig. ap. Mansi* 17) sua: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P., exstat in orig. ed. Mansi* 18) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 19) aliisque: *orig. Hisp.;* alii: *orig. ed. Mansi* 20) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 21) *ABCDF;* referantur: *G* || can. 3. 22) populis: *CDF — imo ex Nov.* 123. *c.* 22. *non tamen ad verbum consonans. — Jaffé no.* LXXXII. — *Burch.* I, 57.; *Ivo Decr.* V, 167.; *Ivo Pan.* IV, 22.; *Polyc.* V, 4, (5,) 9.; *Caes.* V, 21. 23) consilii: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II. 24) primus: *EGH* 25) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 26) consideratis: *BEG;* considerantis: *F* 27) *add.:* videlicet: *Ivo Decr.* 28) iudicet: *Ivo Pan.; Polyc.* 29) acquiescet: *Ivo Pan.* 30) iudicantium: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.;* iudicanti: *Ivo Pan.* 31) *add.:* alius: *Polyc.* 32) *add.:* vel: *ib.* 33) audiatur: *Ivo Decr. Pan.* 34) *Codd. coll. o. pr. FH; — Ed. Bas. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 35) fiat: *Ivo Pan.* || can. 4. 36) *Haec Palea deest in Codd. coll. o.; manu posterioris saec. in marg. scripta est in F* — 37) *imo c.* 17. *Conc. Aurel.* V. *hab. ao.* 549. — *ap. Bruns* II, 213. — *errorem iam Burchardo Regino praebuit. Reg. Appdx.* III, 47.; *Burch.* I, 59.; *Ivo Decr.* V, 169.; *Coll. tredec. P.* IX, 64. 38) *add.:* et: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr.* 39) ad proximam synodum (: *Reg.*), quae constituetur: *orig.* 40) negotium suum: *orig. Reg.* 41) habebit: *Ivo Decr.* 42) propter: *Ed. Bas. Corr. Burch. Ivo Decr.;* pro iustitia: *orig.; deest: Reg.* 43) suis: *deest: F;* episcopis: *Reg.* 44) studeat observare: *orig.;* observetur: *Reg.* 45) *hoc loco in D inseritur c.* 2. *qu.* 5. *infra.* 46) sed: *deest: EG* 47) si omn.: *deest: AB* || can. 5. 48) *Codd. coll. o. — imo c.* 15. *Concilii Antioch. hab. ao.* 332. — *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 6, 10. 49) *in AB hoc loco exstat rubrica quae infra c.* 6. *anteposita est;* potest: *E;* valet: *G* 50) *ABCD Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Lugd.* I. *Par. Corr. — Hisp. Coll. tr. P. Corr.*

sonamque sententiam, ab aliis ulterius iudicari non poterit[51], sed manere circa eum oportet tamquam conuenientem, que ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam.

Gratian. *Subintelligendum uero est, nisi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet.*

Unde Nicolaus Papa ait [in epist. ad Carolum Regem, cuius initium: „Numquam dolorem generat.“][52]:

C. VI. *Semel diffinitum retractari non licet, nisi ubi maior auctoritas fuerit*[53].

Quod[54] bene semel diffinitum est et interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione[55], nisi fortassis ubi fuerit[56] maior auctoritas, retractari.

C. VII. *In renouatione iudicii memoria B. Petri est habenda. Item ex Concilio Sardicensi*, [c. 4.][57].

Osius episcopus dixit: „Quod[58] si aliquis episcopus adiudicatus[59] fuerit in aliqua causa, et putat[60] se bonam causam habere[61a], alterum[62b] iudicium renouetur, si uobis placet, S.[63] Petri apostoli[64] memoriam honoremus, ut[65] scribatur uel ab his, qui examinauerunt[66], uel etiam[67] ab aliis episcopis, qui in prouincia proxima morantur, Romano episcopo. Et si iudicauerit[68] renouandum esse iudicium, renouetur et det iudices. Si[69] autem probauerit talem causam[70], ut ea non refricentur[71], que acta sunt, que decreuerit[72] Romanus episcopus confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuatur.“ Sinodus[73] respondit: Placet.

Codicis lib. IV. tit. de probationibus[74c]: Actor[75d], quod asseuerat[76] profitendo se probare non posse, reum necessitate monstrandi contrarium non astringit, cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit.

QUESTIO V.

GRATIANUS.

Quod autem deficiente accusatore reus non sit cogendus ad probationem, auctoritate Gregorii probatur, qui [lib. V. epist. 25.] *scribens Maximo ait*[1]:

C. I. *Onus probationis reo non incumbit.*

Quod autem[2] postulas, ut illuc personam dirigere debeamus, qua[3] de his, que dicuntur, possit esse probatio, esset utcumque excusabile[4], si umquam ratio ei, qui accusatur, necessitatem probationis inponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus[5] hoc onus incumbit, ad nos, sicut prefati sumus, dilatione cessante uenire non desinas.

Gratian. *Accusatus*[6a] *non negationem*[7], *sed exceptionem probare debet:*

[C. II.][8a].

[Gratian.] *Hoc autem seruandum*[9] *est, quando reum publica fama non uexat. Tunc enim auctoritate eiusdem*[10] *Gregorii propter scandalum remouendum, famam suam reum purgare oportet.*

CAUSA VII.

GRATIANUS.

Quidam longa inualetudine[1a] *grauatus episcopus alium sibi substitui rogauit, cuius precibus summus Pontifex annuit, et quod rogauerat ei concessit*[2]. *Postea uero conualuit idem episcopus, et quod prius fecerat cupit rescindi; aduersus eum, qui sibi accesserat*[3b], *questionem mouet, suam*[4c] *cathedram tamquam sibi debitam reposcit.* (Qu. I.) *Hic primum queritur, utrum uiuente episcopo alius possit in ecclesia eadem ordinari?* (Qu. II.) *Secundo, an iste ualeat reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod*[5a] *uiuente episcopo alius superponi aut superordinari non possit, ex concilio apud Aluerniam*[6b]* *celebrato diffinitum est, in quo legitur: „ut nullus uiuente episcopo alius superponatur aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit.“*

C. I. *Pro molestia corporis suo honore non priuetur episcopus.*

Item ex Registro Gregorii Papae, [lib. IX. epist. 41.] *ad Anatolium Constantinopolitanum Diaconem*[7a]*.

Scripsit mihi dilectio tua[8b], me[9c] reuerentissimo fratri meo[10] Iohanni primae Iustinianae[11d] episcopo pro egritudine capitis, quam patitur, episcopum[12e] precipere succedi[13], ne fortasse[14f], dum episcopi iura eadem ciuitas non habeat, (quod absit) ab hoste depereat[15g]. Et quod[16h] nusquam canones precipiunt, ut pro egritudine episcopi episcopus succedat[17i], et ideo[18k] iniustum est, ut, si molestia corporis irruit[19], honore suo priuetur egrotus[20l]. Sed suggerendum est, ut si quis[21m], in regimine[22], egrotat[23], dispensator illi talis requiratur[24], qui possit eius curam[25] omnem agere, et locum illius in regimine ecclesiae (ipso non deposito)[26n] conseruare[27o], ut neque[28p] Deus omnipotens offendatur, neque ciuitas neglecta esse inueniatur.

C. II. *Flagellatis a Domino afflictio addi non debet.*

Idem[29a] [lib. II.] *in*[30b] *epist.* [5.] *ad Candidum*[31c]*.

Cum percussio corporalis inminet[32], utrum pro purga-

EDITIO ROMANA.

Causa VI. Quest. IV. c. 7. a) habere ut b) iterum c) Codic. lib. IV. *etc. positum est infra post c.* I. *Quest.* V. — Quest. V. c. I. a) Item accusat. — c. 2. a) *hoc loco exstat posterior pars can.* 7. *qu.* 4. *supra* — Causa VII. a) aegritudine b) successerat c) suamque — Quest. I. a) Quod autem b) Arverniam* — c. I. a) ex Regesto b) tua dilectio piissimum domnum nostrum c) me: *deest* d) Iustinianeae e) episcopum: *deest* f) forte g) hostibus depereat h) quidem i) episcopo (episcopus: *deest*) succedatur k) omnino l) aegrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, nec peccatum in mea anima ex eius depositione veniat m) is, qui est n) deposito) ac in custodia civitatis o) implere p) nec — c. 2. a) Item b) in: *deest* c) Cand. Episcopum*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa VII. Quest. I. Pars I. * Arverniam: Burchardus etiam et Ivo citant ex Arvernensi, c. 13.; exstat autem in Aurelianensi V. cap. 12.

C. I. * Caput hoc emendatum et locupletatum est ex originali.

C. II. * In Decretalibus tit. de cler. aegrotant. c. 1. affertur initium tantummodo huius capitis, et ex ipso quid agendum sit definitur.

Causa VI. Quest. V. can. 5. 51) potest: *AB*; possit: *D* || can. 6. 52) *scr. ao.* 867. *ap. Mansi* XV, 315. — *Jaffé no.* 2174.; *Burch.* IX, 49. (*can.*: scribit nobis Thietberga) 53) *rubrica deest et legit.*: de eodem: *AB* 54) *add.*: quia: *Burch.* 55) reiteratione: *EGH* 56) sit: *ib. Ed. Bas.* || can. 7. 57) *hab. ao.* 343. — *versio Hisp.* — *Ans.* II, 77.; *Coll. tr. P.* II, 5, 4. 58) ait: et: *EGH* 59) iudicatus: *AB* 60) putaverit: *Ans.* 61) *Codd. coll. o.* — *add.*: et petierit: *Ans.*; *add.*: et: *Hisp.* 62) *Codd. et Edd. coll. o.* 63) *add.*: et: *Ans.* 64) ap.: *deest*: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II. 65) et: *AB* 66) examinaverint: *ib.* 67) et.: *deest*: *ABE* 68) adiudicaverit: *EGH Ed. Bas.* 69) Si approbaverit: *AB* 70) *add.*: esse: *Ans.* 71) reficiantur: *AB*; refringantur: *CH*; replicentur: *Hisp.*; refricentur: *Codd. Hisp.* 72) decrevit: *H Ed. Bas. Ans.*; decernit: *Edd. Arg. Nor. Ven.* II. 73) *add.*: tota: *EGH Ed. Bas.* 74) *Hic canon qui in Ed. Rom. est* II. *Quaest.* V. *in Codd. coll. o. pr. D* (*videas supra not.* 45.) *hoc loco invenitur. Bickel. paleam esse immerito censuit.* — *l.* 23. *Cod.* (4, 19.) *ao.* 304. 75) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* — *cf. Schulte Beitr.* III, 16. 76) observaverat: *AB*

Causa VI. Quest. V. can. 1. 1) Ait enim Max.: *EGH* — *Ep.* 25. *scr. ao.* 601. *lib.* XIX. *Ed. Maur.*; — *Jaffé no.* 1397. — 2) nam quod: *orig.* 3) quo: *ABH*; quas: *E*; quae praesente: *orig.* 4) accusabile: *AB* 5) accusantibus: *AB*; accusatoribus: *G orig.* 6) *Codd. coll. o.*; *in CF totum Gratiani dictum deest, et postea additum est.* 7) negationes . . . exceptiones: *ABEGH*; exc. negare: *AB* || can. 2. 8) *Codd. coll. o.* — *can.* 2. *videas supra post c.* 7. 9) observand.: *EGH* 10) ipsius: *ib.*

Causa VII. 1) *CDEGH Corr.*; infirmitate: *AB* 2) rogavit concess.: *AB* 3) *ABCDF* — *Corr.* 4) *Codd. coll. o.*

Causa VII. Quest. I. 5) *Codd. coll. o.* 6) *Codd. coll. o.* — *ap. Bruns* II, 211. — || can. 1. 7) *ABCDF*; ex Registro Gregorius Papa: *EGH* — *Ep.* 47. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1397. — *Ans. ded.* II, 246. (*can. contin.*); *Reg. Appdx.* III, 78. (*can. cont.*); *Burch.* I, 188.; *Ivo Decr.* V, 304.; *Coll. tredec. P.* III, 85. 86. 8) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 9) *Codd. coll. o. Burch.* 10) tuo: *AB* 11) *Codd. coll. o. Turrecrem.* — *add.*: civitatis: *AB* 12) *Codd. coll. o. Burch. Ivo.* 13) succedere: *ACFG Edd. coll. o. pr. Arg.* 14) *ABCGH Ans. ded. Reg. Burch. Ivo* 15) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo.* 16) *Codd. coll. o. pr. AB*; vel quidem et quod: *AB* 17) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 18) *Codd. et Edd. coll. o.* 19) irruat: *EGH Edd. coll. o.*; irruerit: *C* 20) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo.* — *Bickel. immerito verba a Corr. inserta Paleam esse censuit.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo* 22) *add.*: positus: *EGH* 23) aegrotet: *Reg.* 24) acquiratur: *DEFGH* 25) causam: *AEGH* 26) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 27) *ib.* 28) *ib. Reg.* || can. 2. 29) *ACEFGH* 30) *Codd. coll. o.* 31) *ib.* — *Ep.* 8. *scr. ao.* 591. *lib.* II. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 797. — 32) immin.: *deest*: *orig.*

tione, an pro uindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur, et ideo non debet a nobis flagellatis addi afflictio, ne nos culpae (quod absit) offensa respiciat.

C. III. *Infirmitatis causa loco suo quis priuari non debet.*

Item[33a] *Gregorius Clementio*[34b]* *Episcopo Primati Vizanzeno*[35c].

Presentium latoris Adeodati[36] querelam, qui se[37d] sui presbiteratus loco incongrue dicit expulsum, licet subditae tibi textus explanet petitionis, tamen paulo[38e] iudicauimus apertius[39f] retexendam. Asserit namque a Quinciano fratre et coepiscopo nostro in loco suo quibusdam[40g] se suis ordinandis negotiis relaxatum, egritudinisque causa per duorum mensium spatium suae se ecclesiae defuisse; cuius rei occasionem captantem predictum fratrem nostrum alium loco eius presbiterum illic ordinasse[41]. Hortamur itaque[42] fraternitatem tuam, ut causam eius sollicite districteque perquiras, et[43h], si manifestae egritudinis causa, sicut dicitur, ecclesiae suae eum defuisse repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbiteri permittas preiudicium generari, sed in loco suo[44i] eum fac sine aliqua dubietate[45] restitui. *Et infra:* §. 1. Illud autem karitatem tuam specialiter ammonemus, ut, si uera fuerit huius suggestio, atque in suo ordine[46k] fuerit restitutus, de presbitero, qui in loco eius ordinatus est, subtiliter districteque esse sollicitus debeas. Et si quidem sine datione aliqua ad eundem ordinem uenit[47l], ut in symoniacam heresim non potuisset incidere, in aliam quamcumque ecclesiam uacantem[48m] eum uolumus ordinari. Sin autem in eum[49n] quippiam (quod auertat Dominus) tale fuerit repertum, ipso etiam presbiteratus priuetur ordine[50], quem non causa[51] replendae necessitatis ecclesiae, sed sola conprobatur ambitione suscepisse.

C. IV. *Pro infirmitate uel*[52] *egritudine pontifices non sunt abiciendi, nec in eorum loco*[53a] *alii substituendi.*

Item Nicolaus[54b] *Aluino*[55] *Iouauiensi*[56c] *Archiepiscopo.*

Pontifices, qui aliqua occupantur infirmitate uel egritudine, abiciendi non sunt, nec alios in eorum loco consecari oportet, nisi ex hac fuerint luce subtracti. Quod si de ministerio sibi concesso conqueruntur, que licita sunt sacerdotes expleant. In his uero, que his[57] presumere non licet, uicinorum usque ad recipiendam[58] sanitatem episcoporum auxilia subrogentur, et hoc cum cautelae studio peragant[59d], ne per necessitatis occasionem presumptionis pullulet ambicio. Episcopos[60] uero, qui dominici gregis suscipiunt[61e] curam atque sollicitudinem, ab amministratione eorum discedere non oportet, ut accepti talenti pulcritudo non deleatur, sed certamine[62] eorum salubriter augeatur et triplicetur[63f].

C. V. *Viuente episcopo alius sibi*[64] *succedere non ualet.*

Item ex epist. Cipriani Episcopi et Martiris[65a].

Factus est[66] Cornelius episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis[67], que[68] tunc affuit, suffragio, de[69b] sacerdotum antiquorum et bonorum uirorum consensu[70c]*, cum nemo ante[71] se factus esset, cum Fabiani[72] locus, id est cum[73] locus Petri et gradus cathedrae sacerdotalis[74] uacaret, quo occupato et[75d] de[76] Dei uoluntate, atque omnium nostrum[77] consensione[78] firmato, quisquis[79] iam[80] episcopus fieri uoluerit, foris fiat[81] necesse est, nec[82] habeat[83] ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiae non tenet[84] unitatem. Quisquis[85] ille fuerit, licet de se multum iactans et plurimum sibi uendicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum[86] esse[87e] non possit[88], quisquis[89] post unum, qui[90] solus esse debet[91f], factus est, iam non secundus ille, sed nullus est.

C. VI. *Non est episcopus qui in locum*[92] *irrepserit uiuentis.*

Item eiusdem[93a].

Nouatianus* episcopus non est, qui Cornelio episcopo in ecclesia a sedecim coepiscopis facto, adulter atque extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur, et cum sit a Christo una ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa, item episcopatus unus[94], multorum episcoporum concordi numerositate diffusus, ille[95] post Dei traditionem, post connexam et ubique coniunctam[96] catholicae ecclesiae unitatem, humanam conatur[97] ecclesiam facere, et per plurimas ciuitates nouos suos apostolos mittit, ut quedam recentia institutionis[98] suae fundamenta constituat; cumque iampridem per omnes prouincias et per[99] urbes singulas ordinati sint episcopi in etate antiqui, in fide integri in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudoepiscopos audet[100], quasi possit aut totum orbem noui conatus obstinatione peragrare, aut ecclesiastici[101] ordinis[102b] conpaginem[103]** discordiae suae seminatione rescindere, nesciens scismaticos semper inter initia[104] feruere, incrementa uero habere non posse, nec augere quod illicite ceperint, sed statim cum praua sua emulatione deficere. *Et infra:* §. 1. Qui ergo nec unitatem Spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, et se ab ecclesiae uinculo atque a sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui episcopatus nec unitatem uoluit habere[105c], nec pacem.

C. VII. *Non est in ecclesia qui cum episcopo pacem non habet.*

Idem[106] *ad*[107a] *Pappianum*[108b], [eodem lib. IV. epist. 6.]

Scire debes episcopum in ecclesia esse, et ecclesiam in episcopo, et si quis[109] cum episcopo non sit, in ecclesia non

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. I. c. 3. a) Idem b) lib. III. epist. 13. Maximiano* Ep. Syracusano c) Primati Viz.: *deest* d) se a e) paulo latius f) apertiusque g) pro quibusdam h) discutias et i) locum suum k) suum fuerit ordinem l) pervenerit m) in alia quacunque vacante ecclesia n) eo — c. 4. a) locum b) Nic. Papa c) Ianuensi d) peragatur e) susceperunt f) triplicetur fructus. — c. 5. a) ex lib. IV. epist. 2. . . . Martyr. ad Antonianum b) et de c) collegio* d) et: *deest* e) primum secundus esse f) debeat — c. 6. a) It. in eadem epistola inferius. b) corporis c) tenere — c. 7. a) ad Florentium b) Puppianum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * Maximiano: Sic est emendatum ex originali tam impresso quam manuscripto; nam antea erat: *Clementino episcopo, Primati Byzanceno.*

C. V. * Collegio: Sic legitur in codicibus Cypriani impressis et manuscriptis, et Polycarpo. Ac similis fere locutio est in sequenti capite, et 23. q. 8. *Si quis membrorum.* Antea erat: *consensu.*

C. VI. * Novatianus: Recte aptatum est a collectoribus hoc initium, ne superiora etiam afferenda essent. Nam apud Cyprianum sic legitur post multa: *nisi si episcopus tibi videtur, qui episcopo in ecclesia, etc.*

** Corporis compaginem: Sic emendatum est ex aliquot vetustis et Anselmo et originali; antea enim legebatur: *ordinis compagem.*

Causa VII. Quest. I. can. 3. 33) *Codd. coll. o.* 34) *CDH Ans.;* Clementi: *AB;* Clementino: *EG Edd. coll. o.* 35) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — Ans.; — add.:* in: *AB; — Ep.* 13. *scr. ao.* 593. *lib.* IV. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 917. — *Ans.* VII, 124.; *Coll. tredec. P.* IV, 158. 36) Deodati: *AB* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.; —* se: *deest: AB* 38) *ib. orig.* 39) *ib.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 41) ordinare: *Ans.* 42) igitur: *orig.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 45) dubitatione: *ABG* 46) *Codd. et Edd. coll. o.;* suam ordinationem: *Turrecr.* 46) *Codd. coll. o. pr. DF — Ans.;* pervenit: *F* 48) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 49) *ib.* 50) honore: *AB;* hon. vel ordine: *Ed. Bas.* 51) cura: *AB* ‖ can. 4. 52) et: *AB* 53) *Codd. coll. o.* 54) *ib.* 55) Iohanni: *EGH* 56) Iouaniensi: *ABCDF Ed. Bas. Ivo, quod errore scribae pro* Io (Iu) vaviensi *positum esse videtur; nam fragm. epistolae est Nicolai ad Adalvinum Iuvaviens. aep. (scr. ao.* 858—67.) — *cf. ad Dist.* XXXIV. *c.* 8. — Viennensi: *H Corr. — Jaffé no.* 2154. — *Ivo Decr.* V, 352. 57) eis: *Ivo* 58) recuperandam: *ib.* 59) *Codd. et Edd. coll. o.* 60) episcopi: *BFH Ivo* 61) *Codd. et Edd. coll. o.* 62) in certamine: *Ed. Bas.;* certamen: *Edd. rell. Corr.* 63) *Codd. coll. o. Turrecrem. Corr. Ivo* ‖ can. 5. 64) sibi: *deest: AB* 65) *Codd. coll. o. pr. AB;* item exempla: *AB — Ep.* 55. *c.* 8. *in Corp. SS. eccl. scr. ao.* 252. — *Ans.* VI, 58, (62.) *Ivo Decr.* V, 359.; *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 16. *Polyc.* VII, 4, (3,) 8.; *Caes.* III, 24. 66) *add.:* autem: *Ans. Polyc.; add.:* enim: *Ivo Coll. tr. P.* 67) plebeio: *Ivo Coll. tr. P.* 68) quae . . . aff.: *deest: ib.* 69) *Codd. coll. o. orig. Collatt. citt.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 71) episcopus ibi (ubi: *Coll. tr. P.*) (ante se: *deest*): *Ivo Coll. tr. P.* 72) Fab. . . . et: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 73) cum: *deest: AB* 74) sac.: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 75) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 76) de . . . atque: *deest; Coll. tr. P.* 77) nostrorum: *EGH;* vestrum: *Ivo Coll. tr. P.* 78) concessione: *AB* 79) quisque: *orig. Ans.* 80) iamiam: *Ans.* 81) omnimodis (for. fiat: *deest*): *Ivo Coll. tr. P.* 82) ut non: *ib.* 83) *Codd. coll. o. pr. ABF Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 84) quisque: *orig.; add.:* per consensum: *Ivo Coll. tr. P.* 85) Quisq. . . . Et: *deest: ib.* 86) cum primus: *AB* 87) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 88) potest: *Ivo Coll. tr. P.* 89) quisque: *orig. Ans.* 90) qui per electionem consecratus est esse voluerit iam non secundus: *Ivo Coll. tr. P.* 91) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* ‖ can. 6. 92) loco: *EGH; —* irrepsit: *AB* 93) *ABCDF;* eisdem: *EGH — l. c. c.* 24.; *Ans.* VI, 59, (63.) 94) un.: *deest: AB* 95) iste: *EGH* 96) commixtam: *AB* 97) conetur: *orig.* 98) institutioni: *ABD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 99) per: *deest: Ans.* 100) audeat: *Ans.* 101) eccl.: *deest: AB* 102) *Codd. et Edd. coll. o. exc. AB Arg. — Turrecrem.;* corporis aut ordinis: *AB* 103) compagem: *Codd. coll. o. pr. Arg.* 104) in vicia: *ABEGH* 105) *Codd. et Edd. coll. o.* ‖ can. 7. 106) *Ep.* 66. *c.* 8. *in Corp. SS. eccl. — Ivo Decr.* V, 360.; *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 17. 107) *Codd. coll. o.* 108) *B Ivo;* Papinianum: *DEGH Edd. coll. o.;* Pomponianum: *A;* Pompinianum: *C;* Pompianum: *F;* Puppianum: *orig.* 109) qui: *orig.*

esse, et frustra sibi blandiri eos, qui pacem sacerdotibus[110c] Dei non habentes obrepunt, et latenter[111d] apud quosdam communicare se credunt, quando ecclesia, que catholica una est, scissa non sit neque diuisa.

C. VIII. *Suo iure quis cedere non debet.*

Idem [ad Iubaianum][112].

Quam periculosum sit in diuinis rebus ut quis cedat iure[113] suo et potestate[114], scriptura sancta[115] declarat, cum Esau[116a] primatus[117] suos inde[118] perdidit[119b], nec recipere[120c] postmodum potuit[121d], quod semel cessit.

C. IX. *Perditionem sibi adquirunt qui ab episcopis recedentes unitatem ecclesiae scindunt.*

Idem [lib. I. epist. 6. ad Magnum][122].

Denique quam sit inseparabile unitatis sacramentum, et quam sine spe sint, et perditionem sibi maximam de indignatione Dei adquirant qui scisma faciunt et relicto episcopo alium sibi foris pseudoepiscopum constituunt, declarat scriptura diuina in libris Regnorum[123], ubi a tribu Iuda et Beniamin decem tribus scissae sunt, et relicto rege suo[124] alterum sibi foris constituerunt[125]. „Et indignatus est," inquit, „Dominus semini[126a] omni Israel, et demoliuit[127b] eos, et dedit eos in direptionem[128], donec abiceret eos a facie sua, quia dissipatus est Israel a domo Dauid, et constituerunt sibi regem Ieroboam, filium Nabath."[129] Indignatum esse Deum dixit[130c], et eos in perditionem dedisse, quia[131d] ab unitate dissipati[132e] alterum sibi regem constituissent. Et tanta indignatio Domini extitit aduersus illos, qui scisma fecerunt[133f], ut etiam cum[134] homo Dei ad Ieroboam missus esset[135g], qui ei peccata sua exprobraret atque ultionem futuram prediceret, panem[136h] apud illos edere et aquam bibere uetaretur. Quod cum non custodisset et contra preceptum Domini[137i] prandisset[138], statim diuina censura[139k] percussus est, ut inde[140] regrediens inpetu ac morsu leonis in itinere necaretur. §. 1.[141l] Sed[142m]* adhuc in euangelio suo Dominus[143n], maiorem[144] suae[145o] intelligentiae lucem manifestat, quod idem[146p], qui tunc se a tribu Iuda[147] et Beniamin sciderant, et Ierosolimis relictis[148q] Samariam secesserant, inter pseudoprophetas[149r] et gentiles conputarentur. Nam cum primum discipulos[150s] in ministerium salutis mitteret, mandauit et dixit: „In[151] uiam gentium[152t] ne abieritis[153u], et in[154] ciuitates[155v] Samaritanorum ne introieritis."[156w] Ad Iudeos prius mittens gentiles adhuc preteriri iubet. Addendo autem et[157] ciuitatem Samaritanorum debere omitti[158], ubi erant scismatici, ostendit scismaticos gentibus[159x] adequari. *Et post pauca*[160]: §. 2. Quod uero eundem, quem[161y] nos Deum[162] Patrem, eundem Filium[163z], eundem Spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. Nam[164] et Chore, et Dathan, et Abiron cum sacerdote Aaron et Moyse eundem Deum nouerant, pari lege et religione uiuentes unum et uerum Deum, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci sui ministerium transgressi et[165aa] contra Aaron sacerdotem, qui sacerdotium legitimum dignatione Dei atque ordinatione perceperat[166], sacrificandi sibi licentiam uendicauerunt, diuinitus percussi penas statim pro illicitis conatibus penderunt[167bb], nec potuerunt rata esse et proficere sacrificia irreligiose et illicite contra ius diuinae[168] dispositionis[169] oblata. Thuribula quoque ipsa, in quibus incensum illicite fuerat oblatum, ne in usu[170] de cetero essent sacerdotibus, sed potius indignationis et ultionis diuinae memoriam corrigendi[171cc] posteris exhiberent, iussu Domini[172] conflata atque igne[173] purgata, in laminas ductiles producuntur, et affiguntur altari, secundum quod loquitur diuina[174] scriptura: „Memoriale," inquit, „filiis[175] Israel, ut[176] non accedat quisquam alienigena, qui non est ex semine Aaron, inponere incensum ante Dominum[177], ut non sit[178] sicut Chore." Et tamen illi scisma[179] non fecerant, nec foras egressi contra Domini[180dd] sacerdotes inpudenter atque hostiliter rebellauerant[181], quod nunc hi ecclesiam scindentes, et contra pacem atque unitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, et primatum assumere, et baptizandi atque offerendi licentiam uendicare conantur etc.[182ee]

C. X. *Non est defendendus qui uiuentis locum inuadit.*

Item Leo IV. Nomenio[183a], *Duci*[184] *Britanniae*[185].

Non furem, et[186b] latronem, qualem Gislardum[187c] esse sentimus in Nannetica[188] sede, qui uiuentis (quod non licuit) non timuit locum usurpare, pro cuiuscumque muneris donis[189] ultra debes defensare.

C. XI. *Non licet episcopo ecclesiam suam dimittere*[190].

Item Euaristus Papa, [epist. II.] *omnibus Episcopis*[191].

Sicut uir non debet adulterare uxorem[192] suam, ita nec episcopus ecclesiam suam, id est ut illam dimittat, ad quam consecratus[193a] est[194b]. Et[195] sicut uxori non licet dimittere uirum suum, ut alteri se uiuente eo matrimonio societ ut[196c] eum adulteret, licet fornicatus sit eius uir, sed iuxta Apostolum[197] aut uiro suo debet reconciliari, aut manere innupta, ita ecclesiae non licet dimittere episcopum suum, aut se ab eo[198] segregare[199], ut alterum uiuente eo accipiat; sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est alterum episcopum suo uiuente non[200] accipiat, ne aut[201d] fornicationis aut adulterii crimen incurrat. Si uero[202] adulterata fuerit, id est

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. I. c. 7. c) cum sacerdotibus d) latentes — c. 8. a) in Genesi Esau b) perdiderit c) recipere id d) potuerit — c. 9. a) in omne semen b) dimovit c) Dominum dicit d) quod e) dissipati essent atque f) fecerant g) erat h) panem quoque i) Dei k) divinae censurae maiestate l) Et paucis interiectis: §. 1. m) Satiat* n) Domin. et o) suae: *deest* p) iidem q) derelictis r) profanos s) discip. suos t) nationum u) ieritis v) civitatem w) introieritis x) gentilibus y) et nos z) Filium Christum aa) et: *deest* bb) rependerunt cc) corrigendis dd) Dei ee) etc.: *deest* — c. 10. a) Vernoni b) nec c) Gillandum — c. 11. a) sacratus b) est, absque inevitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, et alteri se ambitus causa coniungat c) aut d) aut: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Satiat adhuc: Antea legebatur: *Sed adhuc.* Emendatum est ex vetustis codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco secuta est. Hoc verbo utitur etiam in libro de opere et eleemosynis, sic scribens: *deprecationes solas parum valere, nisi factorum et operum accessiones satientur.* Ita enim habent vetusti codices, et ceterae editiones praeter Romanam, in qua operarum culpa eius verbi loco positum est: *adiuventur.*

Causa VII. Quest. I. can. 7. 110) *Codd. coll. o.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* || can. 8. 112) *add.:* de eodem: *EGH — Ep.* 73. *c.* 5. *in Corp. SS. eccl. scr. ao.* 256. — *Caes.* V, 27. 113) iuri: *EGH Edd. coll. o. Turrecrem.* 114) potestati: *ib. F* 115) sacra: *Edd. coll. o.* 116) *Codd. et Edd. coll. o.* 117) primates: *AB* 118) iure: *EGH* 119) *Codd. et Edd. coll. o.* 120) *ib.* 121) *ib. Turrecrem.* || can. 9. 122) Id.: *deest: AB; — Ep.* 69. *c.* 6. *in Corp. SS. eccl. scr. ao.* 255. 123) Regum: *Edd. coll. o.* 124) constituunt: *orig.* 125) IV. *Reg. c.* 17. *v.* 19. 126) *Codd. et Edd. coll. o.;* in omni semine: *orig.* 127) *Codd. et Edd. coll. o.* 128) derisionem: *EGH* 129) Naboth: *ib.* 130) Deum: *Codd. coll. o.;* dixit: *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 131) *ABCDF;* qui: *EGH* 132) *Codd. et Edd. coll. o.* 133) *ib.* 134) III. *Reg. c.* 13. *v.* 9. 135) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 136) *Codd. et Edd. coll. o.* 137) *Codd. coll. o. pr. G* 138) pransus fuisset: *AB* 139) *Codd. et Edd. coll. o.* 140) est unde: *orig.* 141) *Codd. coll. o.* 142) *Codd. et Edd. coll. o.* 143) *ib.* 144) maiore ... luce declarat: *AB* 145) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D* 146) *Codd. coll. o. orig.* 147) Iudae: *AB* 148) *Codd. coll. o.* 149) *Codd. et Edd. coll. o.* 150) *ib.* 151) *Matth. c.* 10. 152) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* 153) *ib.; orig.* 154) in: *deest: AB* 155) *ABCEGH* 156) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 157) et: *deest: AB* 158) obmitti: *EGH* 159) *Codd. coll. o. pr. F* 160) Et ... pauca: *deest: AB: — c.* 8. *ib. — cf. c.* 31. *qu.* 1. *C.* XXIV. 161) *Codd. et Edd. coll. o.* 162) Deum: *deest: AB* 163) *Codd. et Edd. coll. o.* 164) *Num. c.* 16. 165) *Codd. coll. o.* 166) perfecerat: *CDF Edd. coll. o.*; pererat: *H;* preerat: *G* 167) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; pependerunt: *Edd. Lugdd.* II. III. *orig.* 168) dominicae: *AB* 169) dispensationis: *F;* dispositionis vel dispensationis: *Ed. Bas.* 170) usum: *Edd. coll. o. orig.* 171) *Codd. coll. o. pr. DF;* corrigendae: *D* 172) dominico: *EGH* 173) Domini igne: *AB;* indigne: *EGH;* in igne: *C Edd. coll. o.* 174) *Num. c.* 16. *v.* 40. 175) fil. Isr.: *deest: AB* 176) et: *AB;* quod: *G* 177) Deum: *CDFG Edd. coll. o.* 178) sint: *F;* fiat: *EGH* 179) schismata: *EH* 180) *Codd. coll. o. Edd. Ven.* I. *Lugdd. Par.;* Deum: *Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* II. 181) repugnaverant: *EGH* 182) *Codd. coll. o.* || can. 10. 183) *AB;* Nonnoni: *C Ed. Bas.; deest: EGH* 184) ducibus: *EGH* 185) *fragment. epist. deperd. scr. c. a.* 850. *ad Nomenoium ducem Britanniae — Jaffé no.* 1978. — *Coll. tr. P.* I, 60, 20. (Vomino duci Brit.) 186) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 187) *ACF Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Coll. tr. P.;* Giselandum: *B;* Gislandum: *D* 188) Ametica: *AB;* Mannetica: *EGH;* Annetica: *C;* Arneticam sedem: *D* 189) dono: *AB* || can. 11. 190) *add.:* et ad aliam transire (transcendere: *C*): *ACE* 191) *Caput Pseudoisid., c.* 4. *ap. Hinschius p.* 90. — *Jaffé no.* XX. — *Burch.* I, 76. (*can.:* sacerdotis vero vicem); *Ans.* VI, 102. (107.); *Ivo Decr.* V, 182. (*ut ap. Burch.*) 192) ux. suam: *deest: orig., sed exstat in Cod. origin. Bb* 193) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Burch. Ivo* 194) *Codd. coll. o.* 195) *antecedit:* ut uxor uiro suo reconciliet: *orig., sed deest in Codd. origin.* 196) *ABEGH Codd. origin. Burch.;* et: *Ivo* 197) I. *Cor. c.* 7. 198) ea: *orig.* 199) segregari (se: *deest*): *Ivo* 200) ne: *orig. Burch. Ans. Ivo* 201) *Codd. coll. o.;* ut: *Burch.* 202) Nam si: *orig. Burch. Ans. Ivo*

si se alteri[203 e] iunxerit[204], aut super se alterum[205] episcopum adduxerit[206], aut esse fecerit uel[207] desiderauerit, per acerrimam penitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat[208]. §. 1.[209 f] Episcopum uero oportet oportune et inportune, atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque[210] prudenter regere et amare, ut a uiciis se abstineat et salutem consequi possit eternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare et diligere ut legatum Dei et preconem ueritatis.

Gratian. *Ecce his auctoritatibus patenter ostenditur, quod episcopo uiuente alius superordinari non*[211] *potest, nec etiam pro eius egritudine. Sed illud Gregorii intelligendum est, quando ille, qui egrotat, alium sibi substitui non rogat. Ceterum, quando aliquis uel senectute, uel infirmitate grauatus susceptum offitium amministrare non ualet, si alium sibi substitui petierit, rationabiliter fieri potest. Unde in eodem capitulo*[212] *sequitur: „Si uero idem Iohannes* fortasse pro molestia sua petierit, ut ab episcopi*[213] *honore debeat uacare, eo petitionem dante scripto*[214]*, concedendum est; aliter id facere*[215 g] *non ualemus*[216 h]. *Hinc etiam B. Augustinus episcopo suo nondum defuncto, sed senectute grauato, cathedram episcopalem suscepit.*

Unde in ep. Paulini [unica] *ad Romanum legitur*[217 a]:

C. XII. *Augustinus non tam successit quam accessit.*

Non autem hoc tantum scripsimus[218 b] gratulandum, quod episcopatum Augustinus acceperit[219], sed quod hanc curam Dei gratia[220] meruerit[221 c] Affricanae[222] ecclesiae, ut uerba celestia Augustini ore perciperet[223 d], qui ad maiorem dominici muneris gratiam nouo more prouectus ita consecratus est, ut non succederet in cathedra episcopo, sed accederet. Nam incolumi Valerio Ipponensis ecclesiae episcopo coepiscopus Augustinus est.

Gratian. *Hoc idem probatur auctoritate B. Gregorii, qui Ariminensi episcopo, dolore capitis laboranti, alterum subrogauit, ita scribens in* [VII. libr.] *Registro suo*[224 a], [*Indict.* 2., ep. 49.] *capitulo* 238.[225]:

C. XIII. *Episcopo grauato infirmitate alius subrogari potest*[226].

Qualiter ordinati a nobis sacerdotis, corporis[227], quia[228 b] notum est[229 c], inpediente molestia, Ariminensis ecclesia pastorali hactenus ac sacerdotali[230 d] sit regimine destituta, dudum fraternitas uestra cognouit. Quem dudum[231 e] habitatorum illius loci precibus permoti sepius hortati sumus[232 f], ut si de eadem capitis, qua detinebatur[233], molestia, melioratum esse se sentiret, ad suam auxiliante Deo[234 g] reuerteretur ecclesiam. Qui[235 h] datis induciis in hoc quadriennio expectatur[236 i]. Quem, dum[237 k] cleri[238], uel ciuium[239 l] huc[240 m] uenientium, nosque[241] precibus arguentium[242 n] instantius hortaremur, ut, si ualeret, cum eis auxiliante Domino[243] remearet, datis scriptis[244 o] suplicatione nos petit[245 p], ut quia ad eiusdem ecclesiae regimen uel susceptum offitium pro eadem, qua detinetur[246], molestia assurgere nullatenus posset[247], ecclesiae Christi[248 q] episcopum ordinare deberemus. Unde, quia cunctarum ecclesiarum iniuncta cura sollicitudinis nos constringit, ne diutius gregi fidelium desit pastoralis custodia, illorum precibus[249], huius[250 r] ex sui inpossibilitate[251] renunciatione conpulsi, uisum[252] est nobis eidem Ariminensi ecclesiae debere[253] episcopum ordinari, et datis ex more preceptis, clerum plebemque eiusdem ecclesiae non destitimus[254] ammonere, quatinus ad eligendum sibi antistitem concordi prouisione concurrant. Hortamur ergo[255 s], ut fraternitas uestra eum[256], quem uno consensu omnes[257] elegerint, sicut et ipsi a nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat euocari, quem cauta ex omnibus examinatione discutite, et si[258 t], in eo, que in textu Eptatici[259 u] * continentur[260 v], minime Domino opitulante fuerint reperta, atque fidelium personarum relatione eius quoque[261] uita uobis placuerit, ad nos eum cum decreti uestri[262 w] pagina, addita quoque testificationis epistola destinate, quatinus eiusdem a nobis ecclesiae Domino disponente consecretur antistes.

C. XIV. *De eodem.*

Item ex eodem capitulo 233. *ad Eleutherium Episcopum*[263 a].

Quamuis triste nobis sit ualde quod loquimur, atque fraterna nos conpassione[264 b] potius[265 c] arguat[266 d], quam aliquid de auditis diffinire permittat, suscepti tamen sollicitudo regiminis cor nostrum instanti pulsat aculeo, magna nos ecclesiis cura prospicere[267], ne[268 e] qua earum possit utilitas deperire[269 f]. Peruenit igitur[270] ad nos quibusdam referentibus, quemdam episcopum ita passionem capitis incurrisse, ut quod[271] mente alienata agere soleat gemitus et fletus audire sit. Ne ergo languente[272] pastore grex (quod absit) insidiatoris laniandus dentibus exponatur, uel ecclesiae ipsius utilitates depereant, cauta nos necesse est prouisione tractare. Et ideo, quia uiuentem[273] episcopum ab offitio suo necessitas infirmitatis, non crimen abducit[274], alium loco eius (nisi recusante eo) nulla sinit ratio ordinari; sed[275] si interualla egritudinis habere est solitus, ipse data petitione non se ulterius ad hoc ministerium[276 g] subuertente infirmitate posse fateatur assurgere, et alium loco suo expetat[278] ordinandum. Quo facto omnium solempniter electione alter, qui dignus fuerit, episcopus[279 h] ordinetur, sic tamen, ut quousque eundem episcopum in hoc seculo uita tenuerit[280], sumptus ei debiti de eadem ecclesia ministrentur. Enimuero si nullo tempore ad sanae mentis redit offitium, persona fidelis ac uitae probabilis est eligenda, que ad regimen ecclesiae idonea possit existere, atque de animarum utilitate cogitare, inquietos sub disciplinae uinculo constringere[281 i], ecclesiasticarum[282] rerum curam gerere, et maturum atque efficacem

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. I. c. 11. e) alteri episcopo f) Et paulo post: §. 1. g) autem facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo h) audemus — c. 12. a) ad Romanianum b) scribimus c) meruerint d) perciperent — c. 13. a) Regesti sui ... ad Marinianum, Episcopum Ravennae b) qua c) nostis d) ac sacerd.: *deest* e) dum f) hortaremur g) Domino h) Qui: *deest* i) exspectatus est k) dum monitu l) civiumque m) illinc n) urgentium o) data in scriptis p) petiit q) ipsi r) huiusque s) igitur t) si ea u) Heptateuchi* v) morte mulctata sunt w) decr. pagina, vestrae — c. 14. a) ex eodem Regesto lib. XI. epist. 7. ad Etherium b) compassio c) flere potius d) urgeat e) et ne f) deperire, quod fieri debeat Deo auctore disponere g) ministerium intellectum[277] habere, nec ad alia officia h) ep. solenniter i) restringere

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * Si vero idem Ioannes: Haec sunt in regesto B. Gregorii, lib. IX. epist. 41. et sequuntur post c. *Scripsit.* sup. ead.

C. XIII. * Heptateuchi: Apud B. Gregorium in hac epistola, et in multis aliis locis legitur: *Eptatici,* sicut est etiam in Burchardo et Ivone, et aliquot vetustis Gratiani exemplaribus. Et de hac voce notatum est supra distinct. 15. c. *Sancta Romana.* in versic. *Pentateuchum.*

Causa VII. Quest. I. can. 11. 203) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* altero: *orig. sed* alteri ep. *est in varietate lectionis.* 204) coniunxerit: *Ed. Bas, orig.;* iunxerit: *Cod. Dst origin.* 205) altero episcopo: *orig.;* alterum episcopum: *Cod. Dst origin.* 206) duxerit: *AB;* addiderit: *Ivo* 207) aut: *AB* 208) *finis canonis: Burch. Ivo* 209) *Codd. coll. o. Ans.* 210) atque: *AB* 211) vivente nullus sup. potest: *EGH* 212) *ex ep. Greg. M. ex qua desumtum est c.* 1. *supra.* 213) episcopii: *CF;* episcopali: *A;* episcopatus: *orig.* 214) scriptura: *H;* scriptam: *EG;* scripto cedendum: *ACCD* 215) *Codd. et Edd. coll. o.* 216) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* ‖ can. 12. 217) *Codd. coll. o. — Ep.* 7. *Paulini Nolani — Ed. Muratori — scr. ao.* 396. — 218) *Codd. et Edd. coll. o.* 219) susceperit: *AB;* accepit: *Edd. coll. o.* 220) Grat.: *deest: orig.* 221) *Codd. et Edd. coll. o.* 222) Africana ecclesia: *ABF Edd. coll. o. pr. Arg.* 223) *Codd. coll. o.* ‖ can. 13. 224) *Codd. coll. o.; add.:* episcopo: *AB* 225) *Codd. coll. o. pr. A* (138.) — *Ep.* 19. *scr. ao.* 597. *lib.* VII. — *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1097. — *Burch.* I, 189.; *Ivo Decr.* V, 305.; *Coll. tredec. P.* III, 88. 226) al. substituatur: *F;* alius subrogari vel substitui: *EGH* 227) corporali: *Ivo* 228) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB — Ivo; add.:* id: *Edd. Bas. Lugdd.;* qua not. est: *deest: AB* 229) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 230) *ib. — Turrecrem.* 231) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 232) *ib.* 233) tenebatur: *Edd. coll. o.* 234) *ABCDF Burch. Ivo* 235) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 236) *ib.* 237) *ib.; add.:* vos: *Ivo* 238) clerici: *ABF Ivo* 239) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.;* vel cives ... venientes: *Ivo* 240) *Codd. et Edd. coll. o.;* illuc: *Burch.;* illic: *Ivo* 241) nos quoque: *Ivo* 242) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* II. *Corr. Burch.;* arguentes: *Ivo* 243) Deo: *Edd. coll. o.* 244) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo;* data scriptis: *orig.* 245) *Codd. coll. o. Burch.* 246) detinebatur: *FG Edd. coll. o.* 247) possit: *EH Ivo;* potest: *G* 248) *Codd. coll. o. pr. F — Ed. Bas.* 249) *add.:* et: *EGH Ivo* 250) *Codd. coll. o. Ivo* 251) suae inpossibilitatis: *Ivo* 252) iussum a nobis: *ib.* 253) deberi: *ABCGH Burch.* 254) desistimus: *Burch.* 255) *Codd. coll. o. Turrecrem. Burch. Iro* 256) fraternitatem vestram ut eum: *EGH* 257) omn.: *deest: AB* 258) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 259) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo;* Eptatico: *Burch.* 260) *Codd. et Edd. coll. o.* 261) quidem: *orig.* 262) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG; — Burch. Ivo;* nostri: *EG* ‖ can. 14. 263) *Codd. coll. o. — Ep.* 5. *scr. ao.* 602. *lib.* XIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1489. *ad Etherium; — Burch.* I, 191.; *Ivo Decr.* V, 307.; *Coll. tredec. P.* III, 99. 264) *CDF orig. Burch.* 265) *Codd. coll. o. Turrecrem. Burch. Ivo* 266) *Codd. coll. o. Ivo* 267) *Codd. et Edd. coll. o.;* prosp. et antequam earum: *orig. Burch.* 268) neque ear.: *ABF* 269) *Codd. et Edd. coll. o.* 270) ergo: *Ivo* 271) quid: *orig.* 272) languescente: *AB Burch.* 273) vivente episcopo quem: *orig.* 274) adducit: *EGH* 275) sed: *deest: orig.* 276) *Codd. et Edd. coll. o.* 277) intellectualia nempe officia subvert. infirm.: *orig.* 278) expectat: *ABDEGH* 279) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo* 280) retinuerit: *CDF;* detinuerit: *Ivo* 281) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 282) ecclesiasticarumque: *AB*

in omnibus se exhibere, qui etiam[283k] episcopo, qui nunc egrotat, superstes[284l], loco eius debeat consecrari.

II. Pars. Gratian. *Ne autem huiuscemodi[285] passionibus sacerdotibus subito occupatis ceptum offitium inexpletum remaneat, institutum est, ut sacerdos, siue psallens siue sacrificans, alios secum habeat, qui, si[286] huiusmodi casus interuenerit[287m], inchoata misteria[288n] perficere ualeant.*

Unde in Tolletano Concilio XI. [c. 14.][289]:

C. XV. *Quisque sacrificans sacerdotem sibi uicinum habeat, qui cepta sacramenta expleat, si ei aliqua necessitas ingruerit.*

Illud[290]* diuini oraculi mente[291a] singuli precauentes[292], quo scribitur[293]: „Vae soli, quia, cum ceciderit, non habet subleuantem," summopere nobis uerendum[294] est et cauendum, ne horis illis atque temporibus, quibus[295] Domino[296] psallitur uel sacrificatur, unicuique diuinis offitiis singulariter insistenti perniciosa passio uel quelibet corporis ualitudo[297b] occurrat, que aut corpus subito obrui[298c] faciat, aut mentem alienatione uel terrore confundat. Huiusmodi[299d] ergo casibus[300] precauentes[301] necessarium duximus[302] instituere, ut[303] ubi temporis, uel loci, siue clerici[304e] copia suffragatur, habeat[305] quisquis[306] ille[307f] canens Deo atque sacrificans post se uicini solaminis adiutorem, ut si aliquo casu ille, qui offitia inpleturus accedit, turbatus fuerit uel ad terram elisus, a tergo semper habeat qui eius uicem exequatur intrepidus[308g]**.

C. XVI. *Si sacerdos necessitate preoccupatus fuerit, cepta sacramenta per alium expleantur.*

Item ex Concilio Tolletano VIII. [c. 2.][309a].

Nichil contra ordinis[310] statutum[311] temeritatis ausu presumatur[312], neque illa, que summa ueneratione censentur, ulla presumptione[313b]* soluantur[314], cum ad hoc[315] tantum[316]** fieri iussa sunt, ne[317] interrupta noscantur[318], ne[319c] languoris prouentu robore salutis natura priuetur. Non ergo solum fragilitati consulitur humanae, sed sacris[320d]*** etiam ministeriorum[321e] Dei prouidetur[322f] sollicitudine[323]. Censuimus[324] ergo[325] conuenire[326], ut cum a sacerdotibus missarum tempore sancta misteria consecrantur, si egritudinis accidat[327g] cuiuslibet[328h] euentus, quo ceptum nequeat consecrationis explere[329i] ministerium[330k], sit liberum episcopo uel presbitero alteri[331] consecrationem exequi cepti offitii. Non enim aliud ad supplementum[332] initiatis misteriis[333] conpetit, quam aut incipientis aut subsequentis[334] benedictione[335l]† conpleta sint[336m] sacerdotis, quia nec perfecta uideri possunt, nisi perfectionis ordine conpleantur. Cum enim simus[337] omnes in Christo unum, nichil contrarium diuersitas[338n] format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei representat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici indiuiduum[339]†† sibi esse non ambigant, sed, ut premissum est, precedentibus alii libenter[340] pro conplemento[341] succedant. Nec[342o] tamen quod naturae languoris causa consulitur in presumptionis perniciem conuertatur, nullus post cibum potumque[343] quemlibet[344p] minimum sumptum missas facere[345], nullus[346] absque patenti[347q] prouentu molestiae minister uel[348] sacerdos, cum[349] ceperit, inperfecta offitia presumat relinquere omnino. Si quis[350] hoc[351r] temerarie[352s] presumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

III. Pars. Gratian. *Ecce, quod episcopo petente, precibus etiam populi, infirmitate grauato alius possit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem grauato[353] non successor, sed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis succedat. Sic Augustinus dicitur[354] accessisse, non successisse Ypponensium episcopo.*

Hinc etiam Zacharias Papa scribit Bonifatio, Maguntino Archiepiscopo[355a*]:

C. XVII. *Senectute grauato coadiutor est dandus, qui morienti succedat.*

Petisti, ut cum nostro consultu[356b] pro superueniente tibi senectute[357] atque corporis inbecillitate, si[358] inuenire poteris[359] alium in eandem sedem[360c], in qua prees, pro tua[361d] persona debeas collocare. Nos uero adiutore Deo consilium prebemus tuae sanctitati[362], ut pro salute animarum rationabilium fautore Christo sedem, quam obtines, Maguntinae[363] ecclesiae nequaquam relinquas. Sin uero Dominus dederit iuxta tuam petitionem hominem perfectum, qui possit sollicitudinem habere, et curam pro salute anima-

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. I. c. 14. k) etiam si l) superst. exstiterit m) interveniat n) ministeria — c. 15. a) monentis b) invaletudo c) subrui d) Pro huiusmodi e) cleri f) illic g) intrepidus. Sed si hoc** sacrificandi frequens acciderit, tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur. — c. 16. a) Tol. VII. b) vel minimo praesumtionis actu* c) vel d) sacro honori*** e) mysteriorum f) provida cavetur g) acciderit h) quilibet i) expleri k) mysterium l) benedictio† m) sint: *deest* n) personarum diversitas o) Ne p) quamlibet q) patentis r) haec s) temerare — c. 17. a) Moguntino b) consulto c) eadem sede d) tui

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XV. * Illud: In conciliis impressis legitur: *Et illud.* In codice vero Lucensi regio: *Vae illud.* In duobus autem Vaticanis: *Ut illud,* et sic est infra de consecr. dist. 1. c. *Ut illud.* et apud Burchard. et Ivonem.

** Sed si hoc: Haec sunt impressa aliis characteribus, quia non sunt in concilio Toletano, neque in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus. In codice perantiquo sunt glossae ad verbum: *vicem,* et post verbum: *prohibeatur,* additur ut infra ead. q. 2. c. *In literis tuis.* Apud Burchardum vero et Ivonem, qui citant decreta Soteris Papae, et infra de cons. loco citato horum verborum loco leguntur haec: *et officium incoeptum adimpleat.*

C. XVI. * Actu: Sic est emendatum ex codice regio; nam in impressis conciliorum codicibus, et apud Burchardum et Ivonem [et Regin.] est: *tactu.*

** Quum ad hoc tantum: Magna est hoc loco varietas. In codice regio legitur: *quum ad hoc tantum quaqua fieri iussa sunt interrupta noscuntur, ne languoris etc.* Apud Burchardum: *quum adhuc tantum fieri iussa sunt, nec interrupta noscuntur, ne languoris etc.* Apud Ivonem: *quum ad hoc,* et *nec languoris,* cetera eodem modo.

*** Sed etiam sacro: Hic quoque magna varietas. In codice regio [in Hisp. ap. Reg.] plenior est oratio: *sed etiam honori mysteriorum* [ministeriorum: Hisp. Reg.] *Dei providetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam caveri solicite.*

† Completa benedictio: Sic restitutum est ex codice regio, cum quo aliquot editiones conveniunt, multaque etiam alia in hoc capite emendata.

†† Individuum: In codice regio est: *indultum.*

C. XVII. * Prior pars huius capituli usque ad versic. *Idem si eundem,* sumta est ex epistola Zachariae Papae, cuius initium est: *Sacris liminibus,* quae exstat Romae manuscripta in bibliotheca Dominicana, quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacii, sed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epistola ultima in tomis conciliorum.

Causa VII. Quest. I. can. 14. 283) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 284) *ib.* 285) ab huiusmodi: *EGH* 286) ubi: *AB* 287) *Codd. coll. o. pr. DF* (intervenerint) 288) *Codd. coll. o.* ‖ can. 15. 289) *hab. ao.* 675. *ap. Bruns* I, 315.; *Burch.* III, 73. (ex decr. Soteris P.); *Ivo Decr.* II, 126. (*ut ap. Burch.*); *Coll. tr. P.* II, 42, 6. — *cf. Dist.* I. *de consecr. c.* 58. 290) ut illud: *orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 291) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* momentis singulis: *orig. Hisp.* 292) precaveant: *Burch. Ivo* 293) *Eccl. c.* 4. *v.* 10. 294) curandum: *orig. Hisp.* 295) quibus ... unicuique: *deest: AB* 296) Deo: *Ivo* 297) *AB orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 298) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Coll. tr. P.* 299) *Codd. et Edd. coll. o.;* — ergo: *deest: AB* 300) casus: *AB* 301) praecavendis: *orig. Hisp.* 302) diximus: *ABE* 303) ut: *deest: Coll. tr. P.* 304) clerici: *Codd. coll. o. pr. C;* — *Edd. Bas. Lugdd.* 305) *add.:* semper: *orig. Hisp.* 306) quisque: *ABH Burch.* 307) *Codd. coll. o. pr. AB;* — *Corr. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.;* ill.: *deest: AB* 308) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.* ‖ can. 16. 309) *Codd. coll. o. Burch.* — *imo ex C. Tolet.* VII. *c.* 2. *hab. ao.* 646. *ap. Bruns* I, 262. — *Regino Appdx.* III, 2.; *Burch.* III, 70.; *Ivo Decr.* II, 124. 310) ordines: *Burch.;* ordinem statutum: *Ivo* 311) statum: *Hisp.;* statutum: *Codd. Hisp.* 312) presumitur: *orig.* 313) *Codd. et Edd. coll. o.; Turrecrem.* 314) soluuntur: *Hisp.* 315) adhuc: *Burch.; deest: Ivo* 316) *add.:* quae: *Hisp.* 317) ne ... nosc.: *deest: orig.;* ne: *deest: Hisp. Reg.;* nec: *Burch.* 318) noscuntur: *Hisp. Reg. Burch. Ivo* 319) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* — *orig. Hisp. Burch.;* nec: *AB Ivo* 320) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo;* sac.: *deest: Reg.* 321) *Codd. et Edd. coll. o.;* sacris myster.: *Burch.* 322) *Codd. et Edd. coll. o.;* providetur abunde dum ab offensionis casu procuratur etiam caveri sollicite: *Reg.;* providentur habere sollicitudinem: *Burch.;* providetur hab. soll.: *Ivo* 323) sollicitudini: *AB* 324) censemus: *orig. Hisp. Ivo.* 325) igitur: *CD Hisp. Reg. Burch.* 326) *add.:* debere: *Edd. coll. o.* 327) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EFG* — *Turrecrem. orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo;* accedat: *EG* 328) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Hisp.* 329) *Codd. coll. o.* 330) *ABDEGH orig. Hisp.* 331) ut alter expleat: *Reg. Burch. Ivo* 332) *add.:* sui: *orig. Hisp.* 333) ministeriis: *EGH* 334) consequentis: *Ivo* 335) *Codd. et Edd. coll. o. Reg.;* complenda benedictione: *Burch. Ivo* 336) *ABEFGH Edd. coll. o.* 337) sumus: *ABF* 338) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo* 339) indultum: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo; add.:* indictum et: *Reg.;* indictum vel: *Burch. Ivo* 340) statim: *Burch.* 341) pro conp.: *deest: AB* 342) *ABCDF Turrecrem. Ivo;* non: *EGH Edd. coll. o.* 343) cibi potusue: *orig. Hisp.* 344) *Codd. et Edd. coll. o. orig.;* quodlibet: *Burch. Ivo;* sive quodlibet: *Reg.* 345) *add.:* presumat: *EGH* 346) nullusque: *Burch.* 347) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Reg.* 348) et: *Reg.* 349) cum: *deest: AB* 350) *add.:* autem: *Edd. coll. o.* 351) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 352) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.* 353) praegravato: *GH* 354) *supra c.* 12. ‖ can. 17. 355) *Codd. coll. o.* — *Prior canonis pars* (*cf. not. Corr.*) *desumta est ex Ep.* 66. *ed. Jaffé in Mon. Mogunt. p.* 192. *scr. ao.* 748. — *Jaffé Reg. no.* 1754. — *posterior ex Ep.* 43. *ib. p.* 120. *scr. ao.* 743. — *Jaffé no.* 1741. 356) *EFGH orig.* 357) *add.:* et plena dierum aetate: *orig.* 358) ut si: *orig.* 359) potueris: *ib.* 360) *ABCDF* 361) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 362) *add.:* reverendae: *orig.* 363) *add.:* sanctae: *ib.*

rum pro tui persona ordinabis illum episcopum, eritque in euangelio tibi credito et ministerio[364] Christi portando in omni loco requirens et confortans ecclesiam Dei. *Item*[365e]: §. 1. Si eundem uoluerit diuina[366] clementia post diem tui transitus superesse, si eum aptum cognoueris, et in tua uoluntate fuerit diffinitum, ea hora, qua te de presenti seculo migraturum cognoueris, presentibus cunctis tibi successorem designa, ut huc ueniat ordinandus. Hoc nulli alii[367] concedi patimur, quod tibi karitate cogente largiri censuimus. *Item*[368f]: §. 2. De eo autem, quem[369g] tibi successorem constituere dixisti, ut[370] te iubente[371h] in tuo loco eligatur episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem ecclesiasticam regulam uel instituta[372] Patrum esse monstratur; sed uolumus, ut tibi ministret, et sit in euangelio[373i] Christi adiutor[374]. §. 3.[375k] Nimis enim reprehensibile[376] esse manifestum est, ut te uiuente alium tibi substituamus; sed hoc conmonemus, ut[377l] orare non cesses, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, et populum irreprehensibiliter regere ualeat.

C. XVIII. *Non successor, sed coadiutor*[378] *uiuenti episcopo datur.*

Item Pelagius Papa Clero Narniensi[379].

Quia frater et coepiscopus noster Iohannes, ecclesiasticae utilitatis studio suadente, et naturae suae simplicitate laudabili consideratione tractata, ob hoc, quod se in gerenda patrimonii gubernandi cura uel in disciplina ecclesiastica[380] conseruanda[381] minime fatetur idoneum, Constituti presbiteri ad hec explenda[382] sibi poposcit[383a] adhiberi personam, ut ea, que sunt necessaria, conpetenti disponente[384] sollicitudine[385b], nichil indecens uel inutile fieri permittatur. Ideoque presenti[386] uobis iussione precipimus, ut seruata primo in[387] loco memorato episcopo reuerentia[388], quam nos[389c] conuenit[390] inculpabiliter exhibere, in omnibus, que ad diuini cultus obsequium pertinent, uel[391d] ecclesiasticae utilitatis[392] cura peragere suaserit, prebeatis obedientiam conpetentem[393e], ut in[394f] nullo dispositionibus eius spiritu contumaci resultantes, imo conpetenti uigilantiae uestrae studio, que pro ecclesiastica utilitate gerenda monuerit[395g], adinplentes[396], ut his ita dispositis et consueta uobis[397] stipendia ministrentur, et quecumque in prefato[398h] ecclesiae patrimonio uel de rebus ad eam pertinentibus repetendis sunt necessaria, conpleantur.

Gratian. *Illud uero*[399] *Cipriani de hereticis intelligendum est, qui catholicorum ecclesias sibi usurpare contendunt.* §. 1. *Illud uero*[400] *Euaristi Papae tunc intelligendum est, quando nec ineuitabilis necessitas (persecutorum uidelicet) nec apostolica aut regularis mutacio, sed sola ambicio episcopum de ecclesia ad ecclesiam transire cogit.* §. 2. *Unde cum in principio sui capituli diceret: „Episcopus non debet dimittere ecclesiam suam," subsequenter adiunxit: „Absque*[401] *ineuitabili necessitate, aut apostolica uel regulari mutacione, et alteri se ambitus causa coniungere."*

IV. Pars. §. 3. *Ambicionis enim causa quicumque ecclesiae*[402] *suae mediocritate despecta ad maiorem ecclesiam transire uoluerit, debet reuocari ad propriam. Quod si redire contempserit, careat aliena et propria.*

Unde in Niceno Concilio [cap. 15.] *legitur*[403]*.

XIX. *Episcopus uel quilibet clericus relicta sua ecclesia non debet ad aliam transire.*

Non oportet episcopum uel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare; non episcopus, non presbiter, non diaconus transeat. Si[404] quis autem post diffinitionem sancti et magni concilii tale quid[405] agere temptauerit, et se huiusmodi negotio mancipauerit, hoc factum prorsus in[406] irritum ducatur, et restituatur ecclesiae, cuius fuit[407] episcopus, aut[408] presbiter, aut diaconus ordinatus.

C. XX. *In monasterio deputetur episcopus, qui in ecclesia sua residere contempnit.*

Item Gregorius Anthemio Subdiacono [lib. V. epist. 23.][409].

Peruenit ad nos, Pimenium[410a] Amalfitanae ciuitatis episcopum in ecclesia[411b] residere non esse contentum, sed foris per diuersa loca uagari. Idcirco[412c] hac tibi auctoritate precipimus[413d], quatinus hoc de cetero facere non presumat, sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendare[414e] post tuam interminationem cognoueris, in monasterium[415f] eum[416g] deputare, et nobis curabis modis omnibus indicare[417], ut quid facere debeas nostra iterum preceptione cognoscas[418].

C. XXI. *Episcoporum*[419a] *nulli conceditur principalem cathedram relinquere, et ad aliam ecclesiam se conferre*[420b].

Item ex Concilio Cartaginensi V. [c. c.][421].

Placuit[422], ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra ad aliquam ecclesiam in diocesi[423] constitutam[424] se conferre, uel in re propria diucius, quam oportet[425c], constitutum curam uel frequentationem propriae cathedrae negligere.

C. XXII. *Intercessori cathedram, cui datus est, tenere non licet.*

Item ex eodem [Cartaginensi V. c. 8.][426].

Constitutum est, ut nulli intercessori sit licitum, cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis[427] uel seditionibus retinere, sed dare operam, ut intra annum eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno exempto[428a] interuentor alius tribuatur.

C. XXIII. *Excommunicentur clerici, qui relicta sua ecclesia ad eam redire noluerint*[429].

Item ex eodem[430a].

Si qui uero sine respectu Dei[431b] agentes, et timorem Dei[432] ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. I. c. 17. e) Item ad eundem epist. ultima: f) Item ibidem paulo superius: g) quod h) vivente i) evangelium k) Et infra: §. 3. l) ut, quamdiu te divina iusserit clementia superesse, sine intermissione — c. 18. a) exposcit b) solicit. fiant c) vos d) vel quae e) conpet.: *deest* f) Constituto competentem in g) Constitutus monuerit h) praefatae — c. 20. a) Pigmenium b) eccl. sua c) Et infra: Idcirco d) praecip., ut supradicto episcopo interminari non desinas e) emendari f) monasterio g) eum: *deest* — c. 21. a) Episcopo b) transferre c) oporteat — c. 22. a) expleto — c. 23. a) ex Concilio Nicaeno c. 16. b) Dei: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIX. * Ex duobus codicibus collectionum Anselmi in uno emendatiore caput hoc ita habet, ut verba haec: *Quod non oporteat episcopum vel reliquos ordines demigrare,* sint rubrica, et capitulum hoc modo incipiat: *Ut de civitate ad civitatem non episcopus, non presbyter, non diaconus transeat.* In altero vero eadem rubrica est nigris literis scripta, et est initium capituli, unde videtur caput hoc esse concinnatum, quemadmodum est apud Gratianum, salva sententia ipsius canonis.

Causa VII. Quest. I. can. 17. 364) *add.:* in: *AB* 365) *Codd. coll. o.; in AB incipit novus canon c. rubr.:* De eodem. 366) dominica: *AB* 367) alio: *orig.* 368) *Codd. coll. o. pr. AB* (item de eodem); *l. c. pag.* 119. 369) *Codd. et Edd. coll. o.* 370) et: *orig.;* ut: *Codd. orig.* 371) *ABCDF* 372) statuta: *Edd. coll. o.* 373) *Codd. coll. o.* 374) minister tuus: *AB* 375) *Codd. coll. o.* 376) *add.:* ac detestabile: *orig.* 377) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* || can. 18. 378) adiutor: *AB* 379) Narcuensi: *AB;* Narviensi: *DF;* Narinensi: *EH Corr.;* Nauariensi: *Corr.; — fragm. ep. deperditae Pelagii* I. (555—60.) *Jaffé no.* 657. — *Coll. tr. P.* I, 54, 5. 380) eccl.: *deest: AB* 381) observanda: *ib.* 382) complenda: *EGH* 383) *Codd. coll. o. pr. A* (poscit); — *Coll. tr. P.* 384) *add.:* eo: *Edd. Bas. Ven.* I. *Lugdd.* 385) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 386) praesentibus: *EGH* 387) in: *deest: Edd. coll. o.;* ita: *ut R. immerito a Corr. interpolatum esse censuerit.* 388) rever.: *deest: AB* 389) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 390) convenerit: *F Ed. Bas.* 391) *Codd. coll. o. pr. D; — Coll. tr. P.* 392) dignitatis: *AB* 393) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 394) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *et Ven.* I., *in quibus leg.:* ei in nullo. 395) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* ille constitutus mon.: *Edd. coll. o.* 396) implentes: *EGH* 397) nobis: *GH* 398) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 399) autem: *EGH* 400) vero: *deest: AB* 401) sine: *AB* 402) ecclesiis: *GH* || can. 19. 403) *hab. ao.* 325. — *interpretatio Dionysiana. — Burch.* II, 97.; *Ans.* VI, 112. (109.) *Ivo Decr.* VI, 174.; *versio Hisp.: Coll. tr. P.* II, 1, 15. 404) *Inde ab hac voce Gratian. consonat cum orig. Burch. Ans. Iv.* 405) aliquid: *EGH Burch.* 406) in: *deest: Ivo* 407) fuerit: *EGH Turrecrem. Burch. Ivo* 408) vel: *EGH* || can. 20. 409) *Ep.* 29. *scr. ao.* 596. *lib.* VI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1034. — *Ans.* VI, 178. (187.); *Caes.* IV, 69. 410) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 411) *Codd. et Edd. coll. o.* 412) *Codd. coll. o.* 413) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 414) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ans.* 415) *Codd. et Edd. coll. o.* 416) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 417) *add.:* causam: *EGH* 418) noscas: *AB* || can. 21. 419) *Codd. coll. o.* 420) *ABCDF;* transire (se: *deest*): *EGH* 421) *hab. ao.* 401. — *Ans.* VI, 176. (185.); *Coll. tr. P.* II, 19, 5. 422) *add.:* rursum: *Hisp. Ans.* 423) *add.:* aliena: *EGH* 424) constituta: *AB* 425) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ans. Coll. tr. P.* || can. 22. 426) *Coll. tr. P.* II, 19, 8. 427) *add.:* insidiis vel: *EGH* 428) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Corr. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 23. 429) nolunt: *ABF* 430) *Codd. coll. o. — imo c.* 16. *Conc. Nicaeni hab. ao.* 325. *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 1, 16.; *versio Dionys.: Ans. ded.* IV, 32.; *Reg.* I, 251.; *Burch.* II, 98.; *Ans.* VII, 107.; *Ivo Decr.* VI, 175. 431) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 432) domini: *ABF*

custodientes, recesserint[433] ab ecclesia sua, siue presbiter[434], siue diaconus, uel[435] in quocumque ecclesiastico ordine positi fuerint, non[436c] debent suscipi in ecclesia[437d], sed omni[438e] necessitate cogantur, ut redeant ad ecclesiam[439] suam. Quod si permanserint, excommunicare[440f] eos[441] oportet.

C. XXIV. *De eodem.*

Item ex Concilio Antioceno, [c. 3.][442]

Si quis presbiter, uel diaconus, uel quilibet clericus, deserta sua ecclesia, ad aliam transeundum esse[443] crediderit, et ibi paullatim temptet, quo migrauit[444], perpetuo permanere[445a], ulterius ministrare non debet, presertim si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod si[446] post euocationem sui episcopi non obedierit, sed inobediens[447] perseuerauerit, omnimodis[448b] ab offitio suo[449] deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere[450]. Si[451] uero propter hanc culpam depositum alius episcopus susceperit, et ipse a communi sinodo penam merebitur increpationis* tamquam ecclesiastica iura dissoluens.

C. XXV. *Non licet[452] episcopo ecclesiam suam relinquere et ad aliam transire.*

Item ex eodem [Antioceno, c. 21.][453]

Episcopum de diocesi ad diocesim[454a] non debere tansire, neque si se ipsum ingesserit, neque si a populis fuerit uiolenter attractus, neque si etiam hoc ei[455] ab episcopis suadeatur[456]; manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, et non ab ea alibi demigrare, secundum regulam super[457] hoc olim a Patribus constitutam[458].

C. XXVI. *De eodem.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 5.][459]

Propter eos episcopos siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit diffinitiones datas a sanctis Patribus[460] habere propriam firmitatem.

C. XXVII. *Alienae plebes ab episcopo non usurpentur.*

Item ex Concilio Cartaginensi III. [c. 20.][461]

Placuit, ut a nullo episcopo usurpentur plebes alienae, nec aliquis[462] episcoporum[463] supergrediatur in diocesim[464a] collegam suum.

C. XXVIII. *Alienos clericos ordinare uel[465a] altaria consecrare episcopo[466] non licet.*

Item Anacletus[467].

Episcopus in diocesi[468b] aliena ad alienos clericos ordinandos uel altaria consecranda inruere non debet. Quod si fecerit, amotis his, quos ordinauit, altaris tantum[469c] consecratione manente, transgressor canonum[470d] anno[471] a[472] missarum celebritate[473e] cessabit.

C. XXIX. *Diebus solempnibus clericus ecclesiae suae deesse non debet.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 64.][474]

Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solempnibus defuerit, id est Natiuitate Domini, Epiphania[475], Pasca, uel Pentecoste[476], dum potius secularibus[477] lucris studet[478] quam seruitio Dei[479] parere, conuenit, ut triennio a[480] communione suspendatur. §. 1. Similiter diaconus uel presbiter, si per[481] tres ebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic dampnationi succumbant[482a].

C. XXX. *Remouendus est episcopus ab ecclesia, cui inrepserit[483], et ad suam redire cogendus[484a].*

Item Ylarius Papa [Episcopis Tarracon. c. 3.][485]

Remoto[486] ab ecclesia Barchinonensi atque ad suam[487] remisso Yreneo episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam uoluntatibus[488], que per ecclesiasticarum legum ignorantiam desiderant quod non licet obtinere, talis protinus de clero proprio[489] Barchinonensibus ordinetur episcopus, qualem te precipue, frater Ascani[490], oporteat[491b] eligere et deceat[492c] consecrare, ne si aliter forte[493] factum sit[494], non sine obiurgatione maxime tui[495] nominis[496] retundat nostra preceptio, quod in[497d] iniuriam Dei (a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum)[498] didicerimus admissum.

C. XXXI. *Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsus etiam propria[499] careat.*

Item Leo Episcopus urbis Romae Anastasio, Thessalonicensi Episcopo, [ep. LXXXII. al. LXXXIV. c. 8.][500]

Si quis[501] episcopus suae[502] ciuitatis mediocritate despecta amministrationem celebrioris loci ambierit, et ad maiorem se plebem quacumque ratione transtulerit, a[503a] cathedra quidem pellatur aliena, carebit etiam[504b] propria, ut nec illis presideat, quos per auariciam concupiuit[505], nec illis, quos per superbiam spreuit[506]. Suis igitur[507] terminis quisque contentus sit, nec[508] supra mensuras[509c] iuris sui affectet augeri.

C. XXXII. *Qui contemptu minoris ad[510a] maiorem aspirat utraque careat ecclesia.*

Item ex Concilio Meldensi, [c. 30.][511]

Si quis de ordine sacerdotali contemptu minoris ecclesiae ambitiose et inprobe ad potiorem aspiraverit, canonica erga eum diffinitio conseruetur, hoc[512] est ut utraque[513] careat*.

Gratian. *Qui uero[514] precio ecclesiam uacantem ingressus fuerit, ab offitio suo deponendus est, sicut[515] in Rotomagensi Concilio legitur[516]:*

C. XXXIII. *Deiciatur a clero qui muneribus ecclesiam adquirere temptat[517].*

Sancitum est atque omnibus[518] modis prohibitum, ut

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. I. c. 23. c) hi non d) alia ecclesia e) cum omni f) excommunicari — c. 24. a) manere b) omnimodo — c. 25. a) dioecesim alteram — c. 27. a) dioecesi — c. 28. a) et b) dioecesim alienam c) tamen d) canonum uno e) celebratione — c. 29. a) succumbat — c. 30. a) cogendus est b) oportet c) decet d) ad — c. 31. a) non solum a b) sed carebit et c) mensuram — c. 32. a) ecclesiae ad

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIV. * Increpationis: Graece est: ἐπιτιμίας τυγχάνειν, quod in aliis versionibus est: *arguatur*, vel *coerceatur*, vel *puniatur*.

C. XXXII. * Hoc est ut utraque careat: Haec non sunt in Meldensi impresso, habentur tamen apud ceteros quoque collectores.

se ipsos murum[837] *obponant pro domo Domini, animas*[838 l] *suas ponant pro ouibus suis, ut exemplo suae passionis accendant quos sermone doctrinae diutius confirmare non ualent. Et hoc*[839] *quidem de manifestis persecutionibus.* §. 1. *Est et aliud genus persecutionis, quo*[840 m] *Apostolus laborabat*[841], *dicens*[842]: „*Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? etc.*“[843] *Hinc etiam*[844 n] *August.*[845] *in Psal.* 101.: „*Ossa, id est*[846] *fortes, quorum frixorium sunt qui scandalizantur; tantum frigitur*[847 o] *bonus quantum amat.*“ *Hinc idem*[848] *in Psal.* 30.: „*Irascitur iustus peccatis*[849 p] *palearum, non tamen odit, in quo exstingueretur oculus; et*[850 q] *uenter pro interioribus, que turbantur, quando nec corripi possunt inpii, quibus non clamat, quia deficit*[851] *in dolore uita, uidens non proficere quod predicat.*“ §. 2. *Hinc idem in*[852 r] *Psal.* 69. *utrumque*[853 s] *genus persecutionis distinguens*[854]: „*Vox contribulatorum*[855 t] *Christo, id est martirum, inter passiones periclitantium, sed de capite presumentium. Cum illis*[856] *uox omnis iusti, cui ex karitate habundans iniquitas*[857 u] *Christianorum est passio, ut Loth corporalem persecutionem a nullo in Sodomis sustinuit, sed a malis eorum*[858 v], *cum quibus habitabat. Est ergo persecutio iusti, uel a leone in inpetu, uel a dracone in insidiis, unde omnes clament*[859]: *Deus in adiutorium meum intende.*“ §. 3. *Cum autem a*[860 w] *uiciis subditorum prelatus affligitur, aliquando omnium est una et insanabilis*[861 x] *obstinatio, aliquando inueniuntur mali bonis*[862] *admixti. Quando boni simul cum malis habitant, non sunt deserendi boni propter malos, ne peruerse malos euitando uincamus*[863] *quos fugimus ad gehennam, sed potius mali tollerentur propter bonos. Unde Gregorius*[864]: „*Abel esse rennuit quem Cain malicia non exercet;*“ *ferrum quippe nostrae mentis ad acumen non potest peruenire*[865] *ueritatis, nisi hoc alterius eraserit lima prauitatis. Hinc etiam Augustinus*[866]: „*Tu bonus tollera malum etc.*“ *infra*[867], *de tollerandis malis, in prima causa*** *hereticorum. Hinc*[868 y] *idem ait*[869]: „*Maius malum in separatione bonorum conmittimus, quam in coniunctione malorum fugimus.* §. 4.[870 z] *Tali non inputat Deus peccata sua, quia non fecit; aliena*[871 aa], *quia non approbauit; negligentiam*[872 bb], *quia non tacuit; superbiam*[873 cc], *quia in unitate permansit.*“ *Hinc idem in Psal.* 54.[874]: „*Quis dabit michi pennas sicut columbae? non*[875 dd] *sicut coruo. Columba a molestiis*[876] *querit auolare, sed non dilectionem amittit, et*[877] *semper gemit. Sic*[878] *bonus uult se separare corpore, non amore, ab his, quibus non potest prodesse.* §. 5.[879 ee] *Sed aliquando ligatur non uisco cupiditatis, sed cura et offitio, ut deserere non possit*[880 ff]. *Tunc dicat:* „ „*Cupio*[881] *dissolui, et esse cum Christo: Sed manere*[882 gg] *necesse est propter uos:*“ “ *et sic est meritum ex desiderio.* §. 6. „ „*Ecce*[883] *elongaui fugiens,*“ “ *non loco*[884], *ne rumpatur karitas bonorum, ne perdat*[885 hh] *exercitium malorum, quos Deus admiscet, ut Iudam apostolis,*“ *quem*[886] *quamuis sciret furem*[887] *esse, tamen ad predicandum misit, et ei eucharistiam dedit, docens, in ecclesia*[888] *tollerari malos, nec obesse bonis consortia malorum. Quando uero omnium subditorum est obstinata malicia, nec prodest eis prelatorum presentia, tunc etiam corpore licet ab eis recedere, ne et illorum nequicia semper in deterius proficiat, et isti quidem*[889] *fructum amittant*[890], *quem de aliorum profectu possent inuenire. Sic B. Benedictus deseruisse legitur quos in necem suam unanimiter uiderat conspirasse.*

Hinc etiam B. Gregorius Petro Diacono interroganti, an liceat prelato gregem semel susceptum deserere? in[891 a] *l. II. Dial. c.* 3. *respondit, dicens:*

C. XLIX. *Quando*[892] *liceat prelatis subditos deserere, uel non.*

Ibi adunati equanimiter portandi sunt mali, ubi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur boni. Nam ubi omnimodo[893] fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor superuacuus, maxime si e uicino causae suppetant[894], que fructum Deo ualeant ferre meliorem. §. 1.[895 b] Sepe agitur in animo perfectorum quod silentio pretereundum non est, quia, cum laborem suum sine fructu esse considerant[896 c], in loco[897 d] alio cum fructu ad laborem migrant. Unde ille quoque[898] egregius predicator[899], qui dissolui cupit[900] et esse cum Christo, cui Christus est uiuere et mori lucrum, qui certamina passionum non solum ipse appetiit, sed ad tolleranda hec etiam[901 e] alios accendit, Damasci[902] persecutionem passus[903], ut potuisset[904 f] euadere, murum, funem sportamque quesiuit, seque latenter deponi uoluit. Num quidnam[905 g] Paulum mortem timuisse dicimus, quam se[906] ipse[907] pro Iesu amore testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, grauem ad laborem se alibi cum fructu seruauit; fortis enim[908] Dei preliator teneri intra claustra noluit, certaminis[909] campum quesiuit.

Gratian. *Multorum*[910] *auctoritatibus apparet, quando uiuentibus episcopis alii possint*[911] *substitui, et quando non.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

Quod autem iste ualetudine recepta suam repetit[1 a] *cathedram, nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem uero sacrificiorum, si causa infirmitatis dimiserit, ualitudine recuperata exequi non prohibetur.*

Unde Alexander II. scribit Gebonardo Iuuauiensi Archiepiscopo[2 a]:

C. I. *De quodam presbitero, qui caduco morbo laborabat.*

In litteris tuis continebatur sic: Hic clericus ordinem habet presbiteri[3 b]; sed quia caduco morbo laborat, et ipsi hoc in presentiarum agnouimus, non ausi fuimus sibi concedere[4] ut offerret[5] uel missam celebraret. Quia uero languor non in[6] culpa est, super hac re auctoritatis nostrae decreto consulendum[7 c] deliberauimus. Consulimus[8] itaque, ut, si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione et missarum celebratione omnimodis[9 d] prohibeatur. Indecens enim est et periculosum, ut in[10] consecratione eucharistiae morbo uictus[11] epilentico[12 e] cadat. Si uero Dei misericordia conualuerit, quandoquidem[13] non culpa, sed infirmitas est in causa, eum sacrificare iam non interdicimus.

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. I. c. 48. l) et animas m) in quo n) et.: *deest* o) enim frigit. p) pro peccatis q) et: *deest* r) ait in s) utrumque hoc t) tribulatorum u) iniq. etiam v) factis eor. w) a: *deest* x) insatiabilis y) Hinc: *deest* z) Et infra: §. 4. aa) non aliena bb) non neglig. cc) non superb. dd) non ait ee) Et infra: §. 5. ff) possit nisi solvatur. Quod si non solvitur gg) manere in carne hh) perdatur — c. 49. a) in: *deest* b) Et paulo post: Saepe c) considerent d) locum alium e) et f) posset g) Numquid — Quest. II. a) possit repetere — c. 1. a) Vivariensi b) presbyterii c) consulendo d) modis omnibus e) epileptico

NOTATIONES CORRECTORUM.

** In prima causa: Indicat causam 23., in qua primum de haereticis ex proposito agitur, qui mos citandi habetur etiam 1. q. 7. *Necessaria* et alibi.

Causa VII. Quest. I. can. 48. 837) *add.:* ut: *ABEGH; — Ezech. c.* 13. 838) *Codd. coll. o. — Ioann. c.* 10. 839) hec: *BC* 840) *ABCDFH* 841) laborat: *ABC* 842) II. *Cor. c.* 11. *v.* 29. 843) etc.: *deest: ABD* 844) *Codd. coll. o.* 845) *Glossa ord. ex August. ad l. c. v.* 4. 846) id est: *deest: CD* 847) *Codd. coll. o.* 848) *Ead. ex eodem in Ps.* 30. *v.* 10. 849) *Codd. coll. o.* 850) *ABCG;* ut: *EH* 851) deficit: *AB* 852) *Codd. coll. o.* 853) *ib.* 854) *add.:* ait: *EGH; — Ead. ex eod. in praefat. Psal.* 855) *Codd. coll. o.* 856) *add.:* etiam: *EG; add.:* etiam est: *H* 857) *Codd. coll. o. pr. AB* 858) *Codd. coll. o.* 859) clamemus: *AB;* clamant: *CEGH* 860) *Codd. coll. o. pr. F* 861) *Codd. coll. o.* 862) malis . . . boni: *AB* 863) quos fug. veniamus: *ib. Corr.* 864) *Moral. l.* II. *c.* 29. 865) venire: *AB* 866) *cf. C.* XXIII. *qu.* 4. *c.* 2. 867) *add.:* et: *EGH* 868 *Codd. coll. o.* 869) *Gloss. ord. in c.* 6. II. *ad Cor. in fine ex Aug. serm.* 18. *de verbis Domini.* 870) *Codd. coll. o.* 871) *ib.* 872) *ib.* 873) *ib.* 874) *Glossa ord. ex August.* 875) *Codd. coll. o.;* non sic. corv.: *deest: E* 876) molestia: *AB* 877) sed: *ABD; deest: C* (semp. gemens) 878) si: *EGH* 879) *Codd. coll. o.* 880) *ib.* 881) *Philipp. c.* 1. *v.* 23. 882) *ABCDF* 883) *Glossa interlinearis ex Aug. in Psalm.* 54. 884) et non: *EGH;* non loco: *deest: AB* 885) *Codd. coll. o.* 886) *cf. C.* XXIII. *qu.* 4. *c.* 2. 887) *add.:* iniquum et: *AB* 888) ecclesiam: *EGH* 889) quid.: *deest: ABC* 890) amittunt: *EGH* || can. 49. 891) *Codd. coll. o.* 892) *add.:* non: *AB* 893) omnino: *CEGH Edd. coll. o.* 894) causa suppetat: *EGH* 895) *Codd. coll. o.* 896) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 897) *Codd. et Edd. coll. o.* 898) quoq.: *deest: AB* 899) *cf. Philipp. c.* 1. *v.* 23. 900) cupiebat: *D Edd. coll. o.* 901) *Codd. coll. o.* 902) *Act. c.* 9. — II. *Cor. c.* 11. *v.* 22. 903) *add.:* est: *AB* 904) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (posset . . . funemque); — *orig.* 905) *ABCDF;* vero: *EGH;* num nam: *Corr.* 906) sepe: *AB* 907) ipsum: *EGH Edd. coll. o.* 908) etenim: *ABEGH* 909) sed cert.: *Edd. Bas. Lugdd. Par. Ven.* I. 910) *add.:* vero: *EGH* 911) possunt: *ABG*

Causa VII. Quest. II. 1) *Codd. coll. o. pr. C* || can. 1. 2) *in Codd. plerumque legit.:* Iunaniensi, *quod errore scribarum factum esse videtur* (Viennensi: *Corr.*), *nam ep. est Alex.* II. (1061—73.) *ad Archiep. dictum, ap. Mansi* XIX, 965. — *Jaffé no.* 3511. — *Ivo Decr.* VI, 405. (Genobardo Iuvanensi); Gerobonardo: *AB* 3) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 4) ei: *Ivo* 5) sibi offerre: *F;* ut offerat: *EGH* 6) in: *deest: A;* non: *deest: B* 7) *AB orig. Ivo* 8) consuluimus: *EGH* 9) *ABDEFH Ivo* 10) in: *deest: AB;* ut hoc ei accidat, quatenus in: *Ivo* 11) convictus: *AB* 12) *Codd. coll. o. pr. AB:* empilentico: *AB* 13) quidem: *deest: EH*

C. II. *A regimine ecclesiae suspendatur qui in terram*[14] *frequenter eliditur.*

Item Gelasius Papa Rustico et Fortunato Episc.[15]

Nuper[16] Foropopulensis[17] ecclesiae clerici una cum Sabino[18 a] et Pelagio laicis[19 b], propria suggestione reserarunt[20], presulem suum graui quadam necessitate uexari, cuius eum dicerent incursione frequenter elisum. Quod ne scandalum fidelibus uideretur ingerere, et ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare, precipue cum[21] eodem ipso[22] uolente huc se perrexisse firmarent, ad dilectionem uestram scripta direximus, ut ecclesiae, cuius rector tali casu tenetur astrictus, uisitationem congruam redderetis[23 c]. Verum, quia nunc idem ipse uenit huc[24] pontifex, falsaque[25] omnia de se iactata disseminat, sub diuini contemplatione iudicii, uestraeque conscientiae estimationisque[26 d] respectu, rerum fide sollertissime perquisita, scilicet[27] si aliquando, uel in domo, uel in processione, uel in alio quocumque loco probatur repente collapsus, uocesque dedisse confusas, et spumas ore iactasse, quanta fieri potest examinatione queratur. Quod tamen[28] siue non[29] possit aliquorum factum[30] testificatione firmari[31] siue numquam contigisse dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum manifestumque documentum, quia[32] de tanta re non segnius agendum est. Faciat rem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, et aptam magno pontifici, ut eum uel[33 e] triginta* diebus tecum esse constituas, eumque carnibus indifferenter uti necessaria probatione conpellas.

CAUSA VIII.

GRATIANUS.

In extremis[1] *agens quidam episcopus successorem sibi ex testamento*[2] *instituit; inde suorum amicorum patrocinio in eundem episcopatum eligitur; post electionem pro indempnitate ecclesiae canonicis iuramentum prebuit; accusatur de symonia, tamquam munus ab obsequio prestiterit; ante tempus sententiae a clericis suis derelinquitur; sine litteris apostolici*[3 a] *ad ecclesiam suam episcopus reuertitur.* (Qu. I.) *Hic primo*[4 b] *queritur, an liceat episcopo successorem sibi*[5] *instituere?* (Qu. II.) *Secundo, an amicorum patrocinia in electione debeant conualescere?* (Qu. III.) *Tertio, an habendus sit symoniacus qui post electionem huiuscemodi*[6 c] *iuramentum canonicis prestat?* (Qu. IV.) *Quarto, an liceat clericis ante sententiae tempus ab episcopo suo discedere?* (Qu. V.) *Quinto, an sine litteris apostolici*[7 d] *debeat redire ad propriam ecclesiam?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem episcopo successorem sibi instituere liceat, ex uerbis Zachariae Papae*[8] *conicitur, quibus Maguntino archiepiscopo permisit adiutorem sibi statuere, qui ei defuncto in plenitudinem*[9] *succederet potestatis.* §. 1. *Item ex uerbis Symachi Papae dicentis: „Si*[10] *transitus Papae inopinatus euenerit, ut de sui electione successoris non possit ante decernere“*[11 a] *apparet, quod episcopi successores*[12] *sibi instituere possunt.* §. 2. *Item exemplo B. Petri illud idem probatur, qui B. Clementem sibi successorem instituit.*

Unde Iohannes III. scribit Episcopis Germaniae et Galliae, [epistola unica, c. 2.][13]:

C. I. *Quod Petrus sibi adiutores asciuit Linum et Cletum*[14 a].

Si[15] Petrus princeps apostolorum adiutores sibi asciuit Linum et Cletum, non tamen potestatem pontificii, aut[16] ligandi aut soluendi normam eis tradidit, sed successori suo Clementi[17 b], qui sedem apostolicam post eum et potestatem pontificalem tradente sibi B. Petro tenere promeruit. Linus uero et Cletus ministrabant exteriora; princeps autem[18] apostolorum Petrus uerbo et orationi instabat[19 c].

[PALEA.[20] C. II.

Unde ipse Clemens in epistola ad Iacobum Ierosolomitanum missa inter cetera scribit, quod Petrus adhuc uiuens Clementem in episcopum elegit[21]:

„Simon Petrus in ipsis diebus, quibus uitae finem sibi presensit[22], apprehensa manu mea repente consurgens[23], in auribus totius ecclesiae hec protulit uerba: Clementem hunc episcopum uobis ordino, cui soli meae predicationis et doctrinae cathedram trado, quem pre ceteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum[24], discendi[25] studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, et[26] scientem ferre nonnullorum etiam ex his, qui[27] in uerbo Dei instituuntur, iniurias.]

Gratian. *Sed in Antioceno Concilio hoc omnino*[28] *fieri prohibetur*[29], *in quo* [c. 23.] *sic statutum legitur*[30]*:*

C. III. *Episcopus successorem sibi constituere non debet*[31 a].

Episcopo non licere decernimus[32 b] pro[33] se alterum[34] sibi successorem constituere, licet ad exitum uitae[35] perueniat. Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum sit[36] huiusmodi[37] constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticum, id continens, non aliter oportere fieri, nisi cum sinodo et iudicio episcoporum* et electione clericorum[38 c], qui post obitum quiescentis potestatem habent eum[39], qui dignus extiterit, eligere et[40 d] promouere.

C. IV. *De eodem*[41].

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 8.][42]

Episcopo[43] non liceat[44] ante finem uitae alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc[45] usurpare temptauerit, talis[46] constitutio irrita erit. Non ergo aliter

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. II. c. 2. a) Sabino episcopo b) et laicis c) reddatis d) existimationisque e) vel: *deest* — Causa VIII. a) apostolicis b) primum c) huiusmodi d) apostolicis — Quest. I. a) decernere etc. — c. 1. a) ascivit, sed Clementem successorem b) sancto Clem. c) insistebat — c. 3. a) Episcopo ... licet b) decern.: *deest* c) et elect. cler.: *deest* d) elig. et: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. II. * Triginta: In duobus vetustis codicibus legitur: *octuaginta*[33].

Causa VIII. Quest. I. C. III. * Episcoporum: In codicibus Gratiani etiam manuscriptis sequebatur: *et electione clericorum*, quae sunt expuncta, quia neque in originali, neque apud ceteros collectores leguntur.

Causa VII. Quest. II. can. 2. 14) terra: *EGH* 15) Papa: *deest: ABCD; — Ep. Gelasii* (492—96) *incerto temp. directa ut Berard. quidem suspicatur Minturnensi et Rustico Fortunato Fulginat., aut Fortunato Suessan., ut Thiel p.* 62. *censet. — ap. Thiel p.* 487. — *Jaffé no.* 425. — *Coll. tr. P.* I, 46, 43. 16) Super: *BCDF* 17) Foropopuliensis: *EGH;* Foropopiliensis: *orig.; quae urbs (ut Thiel vult) Campaniae est inter Capuam et Trebulam sita.* 18) *CEFGH orig. Ed. Bas. Coll. tr. P.* 19) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Coll. tr. P.* 20) reseratur: *C;* reseratum: *H;* reseraverint: *G* 21) cum: *deest: AB* 22) episcopo: *EGH* 23) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Coll. tr. P.* 24) huc: *deest: AB* 25) falsa quoque: *EGH* 26) *Codd. coll. o. Edd. Nor. Ven.* I. II. *Lugdd. Par. Coll. tr. P.* 27) scil.: *deest: ABEGH* 28) Quod quam non: *Edd. Arg. Bas.* 29) non: *deest: orig. Coll. tr. P.; sed exstat in Codd. origin.* 30) fact.: *deest: orig., sed est in varietate lectionis* 31) firmare: *AB* 32) quod: *EGH* 33) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P. Correctores erraverunt, annotantes in duobus vetustis codicibus* octuaginta *legi; cum* 1. XXX *quod invenerunt legendum est* vel XXX.

Causa VIII. 1) *add.:* languens: *EGH* 2) ex test.: *deest: AB* 3) *Codd. coll. o. — Corr.* 4) *ABEGH;* hic: *deest: EGH;* hic primo: *deest: CF* 5) *add.:* ex testamento: *EGH* 6) *Codd. coll. o.* 7) *ib. pr. D; — Corr.*

Causa VIII. Quest. I. 8) *C.* VII. *qu.* 1. *c.* 17. 9) substituere .. plenitudine: *AB* 10) *Dist.* LXXIX. *c.* 10. 11) *Codd. coll. o.* 12) successorem: *EGH* || can. 1. 13) *Caput Pseudoisid., cf. Rufini ep. ad Gaudentium — ap. Hinschius p.* 716. — *Jaffé no.* CCXXIV. — *Ans.* I, 55, (56.); *Coll. tr. P.* I, 53, 1.; *Polyc.* I, 1, 5. (*can. cont.*) 14) *Codd. coll. o.* 15) si: *deest: Polyc.* 16) vel: *orig. Ans. Coll. tr. P.* 17) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 18) vero: *AB* 19) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 2. 20) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.* 21) *Caput apocryphum ex I. parte ep. Clementis a Rufino editae petitum. — c.* 1. *ap. Hinschius p.* 31. — *Jaffé* IX. — *Ans.* I, 3. *a Corr. et R. citatur, sed in Cod. coll. canonem hoc loco non invenimus.* 22) *add.:* in conventu fratrum positus: *Pseudois.* 23) rep. cons.: *deest: Edd. coll. o.* 24) cast.: *deest: Edd. coll. o.* 25) discendis: *Edd. Arg. Bas.* 26) et: *deest: Edd. coll. o. orig.* 27) quae: *Edd. coll. o.;* 28) omni modo: *EGH* 29) hec ... prohibentur: *AB* || can. 3. 30) *hab. ao.* 332. — *interpret. Dionys. — Burch.* I, 185.; *Ans.* VI, 57, (61.); *Ivo Decr.* V, 301.; *Polyc.* II, 18, 1.; *Caes.* III, 37.; *interpret. Hisp.: Coll. tr. P.* I, 6, 17. 31) *Codd. coll. o.;* eligere non deb.: *AB* 32) *ABCD Ed. Bas.;* decrevimus: *EGH Turrecrem.:* liceat: *Edd. coll. rel.* 33) per: *Ans. Ivo* 34) alt.: *deest: Ivo* 35) *add.:* suae: *EGH* 36) esse: *orig. Burch. Ivo Polyc.* 37) huiuscemodi: *orig. Ans.* 38) *Codd. et Edd. coll. o.* 39) eum: *deest: Ans.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* || can. 4. 41) de eod.: *deest, et can. cum super. coniunctus est: C* 42) *idem canon ex interpret. Martini Bracar. ap. Bruns* II, 45.; — *Burch.* I, 187. (ex C. Spalensi); *Ivo Decr.* V, 303. (*ut ap. Burch.*); *Coll. tr. P.* II, 47, 8.; *Polyc.* II, 18, 2. (*ut ap. Burch.*) 43) episcopum: *orig. Hisp. Burch. Coll. tr. P.* 44) licet: *GH* 45) hoc: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 46) illa: *Ivo*

fieri oportet, nisi cum consilio[47] et iudicatu[48] episcoporum, qui post exitum predecessoris[49] potestatem habent[50] dignum eligere.

C. V. *De eodem.*

Item Ylarius Papa [in Synodo Romana, c. 5.][51]

Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in[52] locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, scilicet ut non[53] legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio[54] pro[55] populi habeatur assensu. Quod quam graue sit estimate[56a*]. Ab[58] uniuersis acclamatum est: Hec presumptio numquam fiat. Que Dei sunt ab homine dari non possunt.

C. VI. *De eodem.*

Item Ieronimus [ad Titum, c. 1.][59]

Moises amicus Dei, cui[60] facie ad faciem locutus est Deus, potuit utique successores[61] principatus[62] filios suos facere, et posteris propriam relinquere dignitatem; sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus[63], ut sciremus, principatum in populos[64] non sanguini deferendum esse, sed uitae. Ac[65a] nunc cernimus plurimos[66b] hanc rem beneficium[67] facere, ut non querant eos[68] in ecclesia columpnas erigere[69], quos plus cognoscant[70] ecclesiae prodesse, sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti[71], uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, et (ut deteriora taceam) qui[72] ut clerici fierent muneribus inpetrarunt[73].

C. VII. *De eodem*[74].

Item Innocentius Papa[75] *II.* [in Concilio Romano, c. 16.[76].

Apostolica auctoritate prohibemus, ne quis ecclesias et[77] prebendas, preposituras, capellanias[78], aut aliqua ecclesiastica offitia hereditario iure ualeat[79] uendicare aut expostulare presumat. Quod si quis inprobus aut ambitionis reus attemptare presumpserit[80], debita pena mulctabitur et postulatis carebit.

Gratian. *His omnibus auctoritatibus prohibentur episcopi successores sibi instituere. Sed aliud est de sui successoris electione cum fratribus*[81] *deliberare, et*[82a] *aliud est*[83] *ex testamento tamquam suae dignitatis heredem sibi querere. Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autem B. Petri*[84b] *ab illis ualet in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorem B. Petrus quesiuit. Verum, quia offitium non uitae, sed sanguini cepit deferri, atque ad episcopatum tales quisque*[85] *successores sibi querere cepit, qui uel odiosi populis*[86], *uel a plebe docendi inuenirentur, sacris*[87c] *canonibus constitutum*[88d] *est, ne quisquam sibi sui offitii querat successorem, sed populi electione queratur qui eorum utilitati digne deseruiat, qui illorum*[89] *utilitatem, non sua lucra querat, qui Christo semen uelit suscitare, non sibi diuitias congregare. Quod qui facere contempserit iure ab ecclesia repudiatur*[90].

Unde Augustinus in libro contra Manicheos[91a], [lib. XXXII. c. 10.][92*]:

C. VIII. *Qui sibi et ecclesiae*[93] *prodest utroque pede calciatus intelligitur.*

II. Pars. Olim iussus[94] est frater premortui[95] fratris uxorem ducere, ut non sibi, sed illi suscitaret sobolem, eiusque nomine uocaret quod inde nasceretur. Quod si recusaret, discalciatus uno pede conspui solebat in facie[96b]. Nunc euangelii quisque predicator ita debet in ecclesia laborare[97], ut defuncto fratri, id est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, et quod suscitatum fuerit eius nomen accipiat. At uero qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi[98**] rennuerit, ab ipsa ecclesia digne meritoque[99c] contempnitur. Qui enim et sibi prodest, et ecclesiae, bene intelligitur utroque pede calciatus. Unde illud[100]: „Quam[101] speciosi pedes euangelizantium bona.“[102d] Qui autem[103] lucrandorum curam refugit aliorum, discalciati[104] illius non[105] figuratum[106] significauit[107e], sed in se inpletum portauit[108f] obprobrium.

C. IX. *Locus regiminis sicut desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus.*

Item Gregorius in Registro, [lib. VI. epist. 5. Cyriaco Episcopo.[109]

In scriptis[110b] uestris uos magnopere requiem quesisse narratis, sed per[111] hoc ad pastoralem sollicitudinem uos[112] congrue uenisse ostenditis, quia, sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus. Et sicut scriptum est: „Nec[113] quisquam sumit[114] sibi honorem, sed qui uocatur[115] a Domino[116c] tamquam Aaron,“ et rursus idem egregius predicator dicit: „Si unus[117] pro omnibus mortuus est, ergo[118] omnes mortui sunt: et pro omnibus Christus mortuus est, superest[119d] ut[120e] qui uiuunt non iam sibi uiuant[121], sed ei, qui pro ipsis[122] mortuus est et resurrexit,“ et pastori sanctae dicitur[123] ecclesiae: „Simon Iohannis amas me? Pasce oues meas.“ Ex quibus uerbis colligitur, quia si[124] is, qui ualet, omnipotentis Dei oues pascere rennuit[125], ostendit se pastorem summum minime amare. Si enim unigenitus Patris pro explenda utilitate[126] omnium de secreto Patris ad publicum nostrum egressus est, nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum[127] preponimus utilitati proximorum? §. 1. Quies itaque nobis et[128f] ex corde appetenda est, et tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam, sicut toto desiderio debemus occupationem fugere, ita si desit qui predicet[129], occupationis onus libenti necesse est humero[130] subire[131]. Quod ex duorum prophetarum opere docemur, quorum unus predicationis offitium uitare conatus est, et alter appetiit. Nam mittenti se Domino

EDITIO ROMANA.

Causa II. Quest. I. c. 5. a) aestimate. Atque ideo*, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus[57], ne, quod turpe dictu est, homini quisquam putet deberi quod Dei est. — c. 6. a) At b) plures — c. 7. a) et: *deest* b) Petri apostoli c) idcirco sacris d) statutum — c. 8. a) Aug. contra Faustum Manichaeum b) faciem c) merito digneque d) pacem evangelizantium bona e) significabit f) portabit — c. 9. a) Greg. Papa in Regesto b) scripturis c) Deo d) superest: *deest* e) ut et f) et: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Atque ideo: Haec usque ad versic.: *Ab universis*, addita sunt ex ipso concilio, Anselmo, Polycarpo et Ivone.
C. VIII. * Hic verba B. Augustini et in summam redacta, et interdum mutata sunt, quod aliis etiam locis est adnotatum.
** Evangelizandi: Sequebatur in vulgatis: *et baptizandi*, quae sunt expuncta, quia in manuscriptis non leguntur, sicut neque in originali.

Causa VIII. Quest. I. can. 4. 47) concilio: *AB Edd. Bas. Ven.* I. *Lugd.* I. *Par.* 48) iudicio: *CDEFGH Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 49) praecessoris: *orig. Hisp. Burch. Polyc.* 50) hab. ordinare quem dignum elegerint: *orig. Hisp.* || can. 5. 51) *hab. ao.* 465. *ap. Thiel p.* 162. *no.* 4. — *Jaffé post no.* 334. — *Reg. Appdx.* III, 15. (*can.:* praeterea nova: *can. contin.*); *Ans.* VI, 56. (60. *can.:* denique nonnulli episcopatum); *Ivo Decr.* V, 104. (*can.:* praeterea frater); *Polyc.* II, 18, 3. 52) in: *deest: Ivo* 53) non: *deest: AB* 54) gratificati populi: *Hisp.* 55) pro: *deest: Ans.* 56) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 57) *finis canonis: Ivo* 58) *ib. no.* 6.; *haec in Coll. Hisp., ap. Reg. et Ans. desiderantur* || can. 6. 59) *ad Tit. c.* 1. *v.* 5. *no.* 694. *ed. Migne.* 60) *Exod. c.* 33. 61) successorem: *AB* 62) *add.:* sui: *EGH* 63) *add.:* scilicet: Iosuae: *Ed. Bas.;* i. e. Iosuae: *Edd. rell.* 64) populum: *AB;* populo: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 65) *ABCDF* 66) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 67) beneficio: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 68) *add.:* qui possunt ecclesiae plus prodesse et: *orig.* 69) eligere: *BEGH* 70) cognoscunt: *AB* 71) obseq. et editi deliniti: *EGH* 72) quod: *AB* 73) impetrant: *Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* || can. 7. 74) *in F can. deest, et manu poster. aetat in marg. scripta est;* nullus clericorum ecclesiastica iura hereditario iure presumat expetere: *AB;* ecclesias, prebendas et ecclesiastica officia hereditario iure non vendicari: *C;* De eod.: *deest, et can. cum superiori coniunct. est: EGH* 75) Papa: *deest: ABC* 76) *hab. ao.* 1139. *ap. Mansi* XXI, 530. — *Jaffé post no.* 5681. — *Eadem ab Innocentio iam pridem edita fuerant in Conc. Remensi c.* 15.; — *Ivo Pan.* VIII, 152. 77) aut: *EGH; deest: orig. Ivo* 78) capellas: *C Corr. Ivo; add.:* et: *AB* 79) val.: *deest: Ivo* 80) praesumat: *ib.* 81) confratribus suis: *AB* 82) *Codd. coll. o.* 83) est: *deest: ABEGH* 84) *Codd. coll. o.* 85) quisquam: *EGH* 86) *add.:* a: *AB* 87) *ABCDF* 88) *Codd. coll. o. pr. DF* (institutum) 89) eorum: *AB* 90) repudietur: *ib.* || can. 8. 91) *Codd. coll. o. pr. AB* (monachos) 92) *lib.* 32. *c.* 10. *Ed. Maur.* 93) *add.:* dei: *EGH* 94) *Deuter. c.* 25. 95) post mortem: *EGH* 96) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 97) *add.:* praedicare sive: *EGH* 98) *add.:* et baptizandi: *Edd. coll. o. exc. Arg. Bas.* 99) *Codd. coll. o.* 100) *add.:* et: *AB* 101) *Esa. c.* 52. *v.* 7. 102) *ABCDF Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 103) enim: *EGH* 104) decalciati: *ABD* 105) *add.:* solum: *EGH* 106) figuram: *ABEGH* 107) *Codd. coll. o. pr. C* (signatum figuravit); — *Turrecrem.* 108) *Codd. coll. o.* || can. 9. 109) *Codd. coll. o.* — *Ep.* 4. *scr. ao.* 597. *l.* VII. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1082. — *Ivo Decr.* V, 350. *Coll. tr. P.* I, 55, 44. 110) *ABCDF Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.* 111) propter: *AB* 112) vos: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 113) *Heb. c.* 5. *v.* 4.; — ne: *BEGH* 114) sumat: *ABEGH Edd. coll. o.* 115) vocatus: *EGH* 116) *ABDEGH* 117) II. *Cor. c.* 5. *v.* 14. 15. 118) *add.:* et: *Edd. coll. o.* 119) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.;* et si hoc est superest: *Edd. rell. Turrecrem.* 120) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.;* ut hi: *EGH* 121) vivunt: *EGH* 122) eis: *orig.* 123) *Ioan. c.* 21. *v.* 17. 124) si: *deest: AB* 125) renuerit: *EGH* 126) unigenitus pro... humilitate: *AB* 127) nost.: *deest: Coll. tr. P.* 128) *Codd. coll. o. pr. C* — *Coll. tr. P.* 129) praesidet: *EGH* 130) animo: *Ivo Coll. tr. P.* 131) *finis canonis: ib.*

Ieremias respondit[132], dicens: „A, a, a, Domine Deus[133], nescio loqui, quia puer ego sum.“ Et cum omnipotens Deus personam ad predicandum[134] quereret, dicens[135]: „Quem mittam, et quis ibit nobis[136]?“ ultro se Ysaias obtulit, dicens: „Ecce ego, mitte me.“ En ab utrisque exterius diuersa uox prodiit, sed non a diuerso fonte dilectionis[137] emanauit[138g]. Duo quippe sunt[139] precepta karitatis, amor Dei[140h] et proximi. Per actiuam igitur uitam prodesse proximis cupiens Ysaias offitium predicationis appetit[141i]. Per contemplatiuam uero Ieremias amori conditoris[142k] sedule[143l] inherere desiderans, ne mitti ad predicandum debeat, contradicit. Quod laudabiliter ergo unus appetiit[144], hoc laudabiliter alter[145] expauit; iste, ne tacitae contemplationis lucra loquendo perderet, ille, ne dampna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in utrisque est subtiliter intuendum, quia et is, qui recusauit, plene non restitit, et is, qui mitti uoluit, ante se per altaris calculum purgatum uidit, ne aut non purgatus adire quisque[146m] sacra misteria[147n] audeat, aut quem superna gratia eligit[148o] sub humilitatis specie superbe contradicat.

C. X. *Locus deiectionis*[149] *in uoto, dignitatis semper fit in necessitate.*

Idem in Moralibus [lib. XXXV. c. 13. ad c. 42. Iob.][150]

Sciendum est summopere, quod obedientia aliquando, si de suo aliquid habuerit[151a], nulla[152] est; aliquando[153b], si de suo aliquid non habuerit[154], minima[155]. Nam cum huius mundi[156] successus precipitur[157], cum locus superior inperatur, is, qui ad percipienda hec obedit, obedientiae sibi uirtutem euacuat, si ad hec[158] ex[159c] proprio[160d] anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit qui ad percipienda[161e] huius uitae prospera libidini propriae ambicionis seruit. Rursum, cum mundi despectus precipitur, cum probra adipisci et contumeliae[162] iubentur, nisi ex semet[163f] ipso animus[164] appetat[165g], obedientia sibi meritum minuit, qui[166h] ad ea, que in hac uita sunt despecta, inuitus nolensque descendit. *Et paulo superius*[167]: §. 1. Obedientia[168i] uictimis iure preponitur, quia per uictimas aliena caro, per obedientiam uero uoluntas propria mactatur[169k]. Quo[170] contra ariolandi peccatum inobedientia[171l] esse monstratur[172m]. Ex aduerso ergo[173n] melius ostenditur quid de eius laude sentiatur. Si enim „quasi peccatum ariolandi[174] est repugnare, et quasi scelus ydolatriae[175o], nolle adquiescere,“ sola est, que fidei meritum possidet obedientia[176] sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiamsi fidelis esse uideatur.

C. XI. *Qui preesse, non*[177a] *prodesse desiderat*[178], *non debet episcopari.*

Item Augustinus [lib. XIX. de ciuit. Dei, c. 19.][179]

„Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.“ Exponere uoluit quid sit episcopatus, quia nomen est operis, non honoris. Grecum est enim, atque inde[180] ductum[181] uocabulum, quod[182] ille, qui preficitur, illis[183b], quibus preficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerens[184c]; *σκοπός* quippe[185d] intentio est. Ergo episcopos[186*], si uelimus, latine superintendentes[187] possumus dicere, ut intelligat non se esse[188] episcopum qui preesse dilexerit, non prodesse. Itaque[189] a studio cognoscendae ueritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus uero superior, sine quo regi populus non potest, etsi[190] ita teneatur atque administretur, ut decet, tamen indecenter[191e] appetitur. Quamobrem otium sanctum querit karitas ueritatis, negotium iustum suscipit necessitas karitatis, quam sarcinam si nullus inponit, percipiendae atque intuendae uacandum est ueritati; si autem inponitur, suscipienda est propter necessitatem karitatis. Sed nec sic omnimodo[192] ueritatis delectatio[193] deserenda[194] est, ne subtrahatur illa suauitas, et obprimatur** iusta necessitas.

C. XII. *Pro ingenio discentium doctor moderetur uerba doctrinae.*

Item Petrus[195].

III. Pars. Oportet eum, qui docet et instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semet ipsum possit aptare, et uerbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo[196a] adprime esse eruditus et doctus, inreprehensibilis, maturus[197], pauidus, sicut ipsi probastis fore Clementem hunc[198] post me.

C. XIII. *Qui omnibus preest singulos releuare contendat.*

Item eiusdem[199].

Clemens tamquam[200] omnibus[201a] preesse[202] uolueris[203b] singulos, prout potueris[204], iuua, et singulos releua, qui et singulorum onus ac[205c] sollicitudinem portas.

C. XIV. *Contra Christum faciunt qui gratiae*[206d], *non meritis gradum ecclesiasticum tribuunt.*

Item Ieronimus [ad Titum, c. 1.][207]

Qui uos spernit me spernit. Ex quo manifestum est, quod[208b], qui Apostoli lege contempta ecclesiasticum gradum non meritis[209c] uoluerint[210] alicuius[211d] deferre, sed gratiae[212e], contra Christum facere[213], qui qualis in ecclesia presbiter constituendus sit per Apostolum suum in sequentibus executus est.

C. XV. *Ad sacerdotium non eligatur, nisi qui ceteris et sanctior et doctior*[214] *habeatur*[215a].

Item Ieronimus in libro Leuitici[216*].

Licet ergo Dominus de constituendo principe[217] precepisset, et Dominus[218] elegisset, tamen conuocatur et[219b] sinagoga. Requiritur enim[220] in ordinando sacerdote et[221]

EDITIO ROMANA.

Causa VIII. Quest. I. c. 9. g) manavit h) Dei videlicet i) appetiit k) condit. sui l) sedulo m) quisquam n) ministeria o) elegit — c. 10. a) habeat b) aliq. autem c) etiam ex d) prop. desiderio e) accipienda f) se g) haec appetat h) quia i) Obed. quippe k) mact. Tanto igitur quisque Deum citius placeat, quanto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia gladio praecepti se immolat. l) inobedientia dicitur, ut quanta sit virtus obedientiae m) demonstretur (esse: *deest* n) igitur o) idololatriae — c. 11. a) et non b) eis c) gerens; *ἐπὶ* quippe super d) vero e) non decenter — c. 12. a) ergo ipse praecipue — c. 13. a) qui omnibus b) te noveris c) et — c. 14. a) gratia b) eos c) merito d) alicui e) gratia — c. 15. a) habetur b) etiam

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * Episcopos: Apud sanctum Augustinum et Anselmum legitur: *ἐπισκοπεῖν, si velimus, latine superintendere possumus dicere.*
** Opprimatur: In originali est: *et opprimat ista necessitas,* sed ob glossam non est emendatum.

C. XV. * In hoc et duobus sequentibus capitibus pro Origene citatur B. Hieronymus, harum homiliarum interpres. Quod cur fieri potuerit, supra dist. 36. c. *Si quis,* est adnotatum.

Causa VIII. Quest. I. can. 9. 132) *Hier. c. 1. v. 6.* 133) *add.:* ecce: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 134) *add.:* sibi: *EGH Edd. coll. o.* 135) *Es. c. 6. v. 8.* 136) ex vobis: *Edd. coll. o.* 137) dulcoris: *AB* 138) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 139) sunt: *deest: AB* 140) *Codd. et Edd. coll. o.* 141) *ABCDF Ed. Arg. orig.* 142) *Codd. coll. o.* 143) *ABDEFGH* 144) appetit: *CF* 145) alius: *Edd. coll. o.* 146) *ABCDF;* quisquis: *Ed. Bas.; add.:* superbe: *EGH* 147) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H* 148) *CEFGH Edd. Arg. Ven. II. orig.* || can. 10. 149) religionis: *EGH* 150) *lib. 35. c. 14. no. 30. Ed. Maur.* — 151) *Codd. coll. o. pr. H Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.;* habuit: *H Edd. Arg. Bas.* 152) nichil: *AB* 153) *Codd. et Edd. coll. o.* 154) habeat: *orig.* 155) *add.:* est: *ABCD* 156) huius modi: *ABCD;* huiuscemodi: *F* 157) *add.:* id est: *EGH* 158) hoc: *ABEGH* 159) *Codd. et Edd. coll. o.* 160) *ib.* 161) *Codd. coll. o.* 162) contumelias: *H;* contumelia: *EG* 163) *Codd. coll. o.* 164) anim.: *deest: AB* 165) *Codd. et Edd. coll. o.* 166) *Codd. coll. o.* 167) *ib. no. 28.* 168) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 169) *ib., exc. Turrecrem.* 170) Quod: *EGH Edd. coll. o. pr. Nor.* 171) *Codd. et Edd. coll. o.;* (obedientia: *AB*) 172) *ib.* 173) *Codd. coll. o.* 174) *I. Reg. c. 15. v. 23.* 175) *Codd. coll. o.* 176) obed.: *deest: orig.* || can. 11. 177) *Codd. coll. o.;* non prod.: *deest: D* 178) desiderant: *DEFGH* 179) *Aus. VI, 33.* 180) inde: *deest: DEFGH* 181) dictum: *DEGH; add.:* est: *EH* 182) *add.:* est: *EG* 183) *Codd. coll. o. Ans.* 184) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 185) *ib.* 186) *ἐπισκοπεῖν: orig.;* episcopi: *Ans.* 187) superintendere: *orig. Ans.* 188) esse: *deest: ABCD* 189) Ideo: *EGH* 190) sed: *EG;* si: *H* 191) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 192) omnino: *CEGH* 193) dilectio: *EGH* 194) desideranda: *Edd. Lugdd.;* deferenda (?): *Ans.* || can. 12. 195) *ex ep. apocrypha Clementis, edita a Rufino; exstat etiam ap. Pseudois.; — ap. Hinschius c. 13. p. 34. — Jaffé no. IX.* — 196) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 197) et mat.: *CD;* mat. impavidus: *Corr.* 198) *add.:* esse: *Pseudois.; sed deest in Codd. Pseudois.* || can. 13. 199) item ex verbis eiusd.: *C;* it. ex eiusd.: *F;* Idem ex eodem: *EGH — ex eadem. — ap. Hinschius c. 16. p. 35. — Jaffé IX.* — 200) si tamq.: *CF Edd. coll. o. pr. Arg.* 201) *Codd. et Edd. coll. o. Pseudois.* 202) prodesse: *Pseudois.;* preesse: *Cod. Dst Pseudois.* 203) *BCDEFG Edd. coll. o. pr. Arg.;* volens: *AH Ed. Arg.* 204) poteris: *BEGH Edd. coll. o.* 205) *ABCD;* ad: *EG* || can. 14. 206) *BCDEGH* 207) *ad Tit. c. 1. v. 5. no. 694. Ed. Migne.* 208) *Codd. coll. o. pr. D;* quia: *D Edd. coll. o. pr. Lugdd. II. III.* 209) *Codd. et Edd. coll. o.* 210) voluerit: *AB;* voluerunt: *EFGH* 211) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven. I. II.* 212) *Codd. coll. o.* 213) faciunt: *C; add.:* videntur: *Edd. coll. o. pr. Lugdd. II. III.* || can. 15. 214) iustior: *AB* 215) *Codd. coll. o. pr. F* 216) *ex hom. 6. Origenis ad c. 8. Levitici interprete Rufino no. 3. Ed. Migne.* 217) pontifice: *orig.* 218) et Dom.: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insert. esse censuerit.* 219) *ABCDF orig.* 220) ergo: *DEFGH Edd. coll. o.* 221) etiam: *Codd. coll. o. pr. AB*

populi presentia, ut sciant omnes et certi sint, quia qui prestantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, et hoc astante[222] populo, ne qua postmodum retractatio[223c] cuiquam, ne quis scrupulus resideret[224]. Hoc autem est, quod et[225] Apostolus precipit[226d] in ordinatione sacerdotis, dicens[227]: „Oportet autem illum et[228] testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt.“ Ego tamen et amplius aliquid uideo in eo, quod dicit: „quia conuocauit Moyses omnem sinagogam,“[229e] hoc sit, colligere omnes animi uires[230f] et in unum congregare uirtutes, ut cum sermo de sacerdotalibus habetur sacramentis, uigilent omnes animi uirtutes, et intentae sint, nichil[231g] in eis sapientiae, nichil scientiae[232h], nichil desit industriae, sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit[233] omnis congregatio sanctarum cogitationum, ut quid sit pontifex, quid unctio, quid[234] indumenta eius, conferens[235] intra sacrarium cordis sui possit aduertere.

C. XVI. *Populi gubernatio diuina electione prestetur*[236].

Item ex libro Numerorum[237a].

Si ergo tantus ille ac talis Moyses non permittit[238] iudicio[239] suo de eligendo populi principe, de constituendo successore, quis erit qui audeat, uel ex plebe, que sepe clamoribus ad gratiam[240] aut ad precium[241] fortasse excitata[242b] moueri solet, uel ex ipsis etiam[243] sacerdotibus quis erit, qui se ydoneum ad hoc iudicet, nisi si[244] cui oranti et petenti a Domino reueletur[245]? Sicut et Deus dicit ad Moysen[246]: „Assume ad temetipsum Iesum[247] filium Naue, hominem qui habet Spiritum Dei in semetipso, et inpones manus tuas[248] super eum[249], et statues eum coram Eleazaro sacerdote et precepta dato ei in conspectu totius sinagogae, et precipe de ipso coram eis, et dabis claritatem tuam super illum[250], ut audiant illum filii Israel.“ Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeste descriptam, ut pene expositione[251] non egeat. Nulla hic populi adclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio[252] est. Propinquis agrorum et prediorum relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit[253], homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audistis) in semetipso spiritum Dei, et precepta Dei in conspectu eius sunt, et qui Moysi ualde notus et familiaris sit, id est in quo sit claritas legis[254] et scientia[255], ut possint eum audire filii Israel.

C. XVII. *Non ex fauore, sed ex iudicio debet uenire electio.*

Item Gregorius ciuibus Neapolim[256a], [lib. VIII. ep. 40.][257]

Nec nouum, nec reprehensibile est in eligendo episcopo populi se uota in duas partes diuidere, sed graue est quando in huiusmodi causis non ex iudicio, sed ex[258] solo fauore uenit electio.

Gratian. *Cum*[259] *autem*[260] *gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus eligit*[261b], *datur intelligi, quod aliquando quibusdam traditur, quos Deus non elegit*[262c].

Unde Ieronimus[263]:

C. XVIII. *Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps ecclesiae.*

IV. Pars. Audacter fortasse aliquid dicimus, tamen quod scriptum est dicimus. Non semper princeps populi et iudex ecclesiae per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri et operamur maligna[264a] in conspectu Dei[265b], dantur nobis principes secundum cor nostrum. Et hoc[266] tibi de scripturis[267] probabo. Audi namque quid[268c] dicat[269d] Dominus: „Fecerunt sibi regem, et non per me; principem[270], et non per consilium meum.“ Et hoc dictum uidetur de Saule[271e] illo, quem utique ipse Dominus elegerat, et regem[272] fieri iusserat. Sed quoniam non secundum Dei uoluntatem, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum[273f] sua uoluntate uel[274] consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesiis fieri, quod[275] pro meritis[276g], aut in uerbo aut in[277h] opere potens a Deo tribuitur rector ecclesiae, aut si malignum faciat populus in conspectu Domini[278*], talis ecclesiae iudex datur, sub quo famem[279] et sitim populus patiatur, non famem panis, neque sitim aquae, sed[280] famem audiendi uerbum Dei[281i].

C. XIX. *Non sunt filii, sed mercenarii, qui honores*[282a] *ab hominibus appetunt*[283].

Item Augustinus [tractatu XLVI. ad c. 10. Ioannis][284].

Sunt quidam in ecclesia prepositi, de quibus apostolus Paulus dicit[285]: „Sua querentes, non que Iesu Christi.“ Quid est: „sua querentes?“ non[286] Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum querentes, temporalia commoda[287] consequentes[288b], lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hec quando amantur a preposito, et propter hoc[289c] seruitur Deo, quisque talis est, mercenarius est, inter[290] filios[291] se non conputet.

Gratian. *Non ergo qui preficiuntur semper ceteris meliores intelliguntur.*

Unde[292] *Ieronimus* [ad Titum, c. 1.]:

C. XX. *Ex electione non preficiuntur episcopi, sed conprobantur.*

Illud inferendum est aduersus eos, qui de episcopatu intumescunt[293], et putant, se non dispensationem Christi, sed inperium consecutos, quia non statim omnibus his meliores sint, quicumque episcopi non fuerint ordinati, et ex eo, quod ipsi[294] electi sunt, se[295] magis existiment[296] conprobatos[297a]; si autem peccata filiorum ab episcopatu iustum prohibent quanto magis se unusquisque considerans, et sciens, quia potentes[298] potenter tormenta patientur, retrahet[299] se ab hoc, non tam honore quam onere, et aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiget[300b] occupare.

EDITIO ROMANA.

Causa VIII. Quest. I. c. 15. c) retractio d) praecepit e) synag., et puto, quod convocare synagogam f) uir.: *deest* g) ut nihil h) nichil scientiae: *deest* — c. 16. a) Idem b) excitatis — c. 17. a) clero et civibus Neapolitanis b) *et* c) elegerit — c. 18. a) malignum b) Domini c) quod d) dixit e) Saul f) cum: *deest* g) meritis populi h) et (in: *deest*) i) Domini — c. 19. a) honorem b) sectantes c) haec — c. 20. a) probatos, sed intelligant propterea quosdam a sacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impedierint b) ambiet

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVIII. * Domini: In vulgatis sequebatur: *et tales perseverent,* quae sunt inducta auctoritate manuscriptorum, homiliae ipsius et glossae ordinariae. In uno autem manuscripto sunt glossa interlinearis.

Causa VIII. Quest. I. can. 15. 222) attestante: *CDEGH Edd. coll. o. Turrecrem. Corr.* 223) *CD orig.* 224) resideat: *AEGH Turrecrem.* 225) etiam: *ib. pr. A* 226) *ABCDF Edd. coll. o.* 227) I. *Tim. c.* 3. *v.* 9. 228) et: *deest: AB Ed. Bas.* 229) *Codd. et Edd. coll. o.;* synag. ut hoc: *EGH* 230) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 231) *Codd. coll. o. orig.* 232) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 233) et adsit: *EGH* 234) quae: *orig.* 235) conferant et: *EGH* || can. 16. 236) elect. dominica prestatur: *AB* 237) *ABCDF;* in lib.: *EGH; — ex Orig. hom.* 22. *ad c.* 27. *Numer. no.* 4. *Ed. Migne* 238) permittitur: *F Edd. coll. o. Corr.;* permittatur: *E* 239) *add.:* in: *EGH* 240) aut gratia: *Edd. coll. o. Corr.* 241) aut pretio: *orig.* (aut ad pretium: *Codd. orig.*) *C Edd. coll. o. Turrecrem.;* aut premio: *G;* aut pretium: *EH* 242) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig.* 243) et: *AB* 244) *add.:* hoc: *C Edd. coll. o.;* si: *deest: EFGH* 245) revelatur: *EGH* 246) *Num. c.* 27. *v.* 18. 247) ass. autem ad tem. et Ies.: *EGH* 248) impone manum tuam: *C;* manum super: *G* 249) ipsum: *AB;* illum: *G* 250) ipsum: *AB* 251) exponere: *EH* 252) contemplatione (est: *deest*) *per errorem legit.: CDEFGH* 253) eligit: *GH Edd. Arg. Bas.;* elegit: *CDE Edd. rell.;* eliget: *F* 254) *add.:* eius: *DEGH Edd. coll. o.;* eius et legis scient.: *C* 255) scientiae: *EGH* || can. 17. 256) *Codd. coll. o.* 257) *Ep.* 62. *scr. ao.* 600. *l.* X. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1325. — *Ans. ded.* II, 229. (240. *can. contin.*); *Ans.* VI, 9. (13.); *Polyc.* II, 1, 24. (*can. contin.*) — 258) de: *Polyc.* 259) *hoc Grat. dict. deest: F et manu post. aetat. in marg. scriptum est.* 260) ergo: *EGH* 261) *ABCD* 262) *ABD;* eligit: *CEGH* || can. 18. 263) *ex Origene hom.* 4. *in l. Iudicum c.* 4. — *no.* 3. *Ed. Migne* 264) *Codd. et Edd. coll. o.* 265) *BCDEFG* 266) haec: *CH* 267) *add.:* sanctis: *Edd. coll. o.* 268) *Codd. et Edd. coll. o.* 269) *ib. — Osea c.* 8. *v.* 4. 270) *add.:* et: *orig.* 271) *Codd. coll. o.* 272) *add.:* sibi: *EGH Edd. coll. o.* 273) *BCD orig.* 274) et: *EGH* 275) quia: *orig.* 276) *Codd. et Edd. coll. o.* 277) *Codd. coll. o. pr. G;* aut op.: *G Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 278) *add.:* et tales ecclesiae perseverent: *D;* et tales perseverent: *Edd. coll. o. pr. Bas.* (tales ecclesiae perseverent) 279) *Amos c.* 8. 280) *add.:* tantum: *GH* 281) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 19. 282) *Codd. coll. o. pr. E; add.:* sibi: *H;* vel: *G* 283) expetunt: *AB* 284) *tract.* 46. *c.* 10. *no.* 5. *Ed. Maur. — Ans.* VII, 146. (156.) 285) *Phil. c.* 2. *v.* 21. 286) non ... Deum: *deest: Ans.* 287) bona: *AB* 288) *ABDFH Ans.;* sequentes: *CG Edd. coll. o.;* consectantes: *orig.* 289) *CDFGH Ans.* 290) inter ... conput.: *deest: A* 291) *add.:* Dei: *GH;* Dei eius: *B;* eius: *Edd. coll. o.* || can. 20. 292) Unde: *deest: F;* item: *C; —* 293) tumescunt: *AB* 294) episcopi: *D Edd. coll. o.* 295) ipsi se: *Edd. Lugdd.* II. III. 296) estiment: *ABD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 297) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 298) potens ... patietur: *ABFGH Edd. coll. o. pr. Ven.* I. *Par. Lugdd.* 299) retrahit: *CDG Edd. coll. o.* 300) *ABDFGH;* ambit: *C Edd. Nor. Ven.* II. *Lugdd.* II. III.; ambigit: *Edd. Arg. Bas. Ven.* I. *Lugd.* I. *Par.*

C. XXI. *Pro gradu sui offitii quemque meliorem esse oportet.*

Item eiusdem [ad Titum, c. 2.][301]

Qualis enim edificatio erit[302] discipuli, si intelligat se esse maiorem magistro? Unde non solum episcopi, presbiteri et[303] diacones magnopere debent prouidere, ut cunctum populum, cui president, conuersatione et[304 a] sermone[305 b] preeant[306 c], uerum etiam[307] inferior[308 d] gradus, exorcistae, lectores, editui[309], acoliti[310]*, et omnes omnino, qui domui Dei deseruiunt[311 e], quia uehementer ecclesiam Christi[312] destruit[313] meliores laicos esse quam clericos.

C. XXII. *Populus iudicabit episcopum sua offitia*[314] *non agentem.*

Idem [ad Titum, c. 1.][315]

Vereor, quomodo[316 a] regina austri, ueniens a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, iudicatura est homines sui temporis, et uiri Niniuitae acta penitentia ad[317] predicationem Ionae condempnabunt eos, qui maiorem etiam[318 b] Iona salvatorem contempserunt[319 c], sic plurimi in populis episcopos iudicent subtrahentes se ab[320] ecclesiastico gradu, et ea, que episcopo[321] conueniunt, non exercentes[322 d].

C. XXIII. *Qui clericos suos non corrigit populum corrigere non ualet.*

Item Ambrosius in[323] *increpatione ad populum,* [serm. 83.][324]

Quid autem ego uos arguo, cum possitis uno sermone me conuincere? conuincor enim[325], cum in hac parte clericos uobis magis uideo negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres emendare non possim? aut qua fiducia succenseam laicis, cum a consortibus pudoris uerecundia conticescam? Ego autem, fratres, non de omnibus loquor, sunt certe qui[326 a] deuoti sunt[327 b], sunt et alii negligentes. Ego autem[328 c] neminem nomino: conscientia sua unumquemque conueniat.

C. XXIV. *Episcopo ad salutem non sufficit moribus*[329] *et uita populo adequari.*

Item Beda super Mattheum[330].

Nec sufficere ad salutem nobis arbitremur, si turbis[331] negligentium uel quorumlibet indoctorum fide uel[332] actibus adequemur, quibus[333] sacris litteris unica[334] est credendi pariter et uiuendi regula prescripta.

Gratian. *Ne ergo, ut supra*[335] *dictum est, tales sui offitii successores sibi aliquis quereret, prohibentur episcopi alterum pro se successorem sibi statuere, ac designatis nominibus in locum suum alium subrogare.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

Quod autem amicorum patrocinia in aliquorum[1] *electione conualescere non debeant, auctoritate B. Gregorii Papae probatur, qui in tertio libro Registri*[2 a], [Indict. 11. ep. 22.] *scribit Antonio*[3] *Subdiacono, dicens*[4]:

C. I. *In*[5] *electione episcopi nec*[6 a] *munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualescant.*

Illud quidem pre omnibus curae tibi sit, ut in hac electione nec datio quibuscumque[7] modis interueniat premiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia conualescant. Nam si quorumdam patrocinio quisquam fuerit electus, uoluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, reuerentia exigente obedire conpellitur, sicque fit, ut[8 b] res illius minuantur[9] ecclesiae, et ordo ecclesiasticus non seruetur[10]. Talem ergo te admonente[11] debent personam eligere[12 c] que nullius incongruae uoluntati deseruiat, sed[13] uita et[14 d] moribus decorata tanto ordine ualeat digna inueniri.

C. II. *In electione antistitis communi utilitati, non suo lucro quisque prospiciat*[15].

Idem ad Clerum Mediolanensem, [lib. II. Indict. 11. ep. 29.][16]

Dilectissimi[17] filii, offitii nostri[18] censura conmoniti suademus, ut in[19 a] suscipiendi[20] antistitis causa nullus uestrum neglecta utilitate conmuni suo lucro prospiciat[21], ne, si quisquam[22] propria commoda appetit, friuola[23] estimatione fallatur, quia nec libero[24] iudicio preferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat. Pensantes ergo[25 b] que cunctis expediunt, ei, quem uobis diuina gratia pretulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam prebete. Iudicari namque a uobis ultra non debet semel[26] prelatus, sed tanto nunc subtiliter iudicandus[27] est, quanto postmodum[28] iudicandus non est.

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Quod autem symoniacus habendus non sit qui post electionem pro indempnitate ecclesiae iuramentum prestitit, facile probatur. Aliud est enim ante electionem iuramentum facere, uel se facturum pacisci ad hoc, ut eligatur: aliud est nulla precedenti[1] *conuentione post electionem huiuscemodi*[2 a] *iuramentum offerre. Illud ab offitio tamquam munus inpensum deicit: hoc autem*[3] *consecrando nullum inpedimentum generat. De priori casu*[4] *scribit Pelagius*[5 b] *Clero Catinensi*[6]:

C. I. *Qui in episcopum*[7] *eligitur de rebus ecclesiasticis aliquam*[8] *securitatem nulli facit.*

Talia quidem iamdudum ad fratrem et coepiscopum nostrum Eucarpum de uisitatione Catinensis ecclesiae scripta direximus, ut in eis iudicium[9] nostrum potuissetis agnoscere. Verumtamen, quia quosdam ibi non sana intentione, sed prauis studiis dissensiones suscitare uestra etiam relatione cognouimus, qui scientes se ad episcopatum nec etate, nec scientia[10], nec uitae meritis posse perduci, ad[11] hoc tantummodo inquietare ecclesiam uolunt[12], ut sibi de his, que ex[13] ipsa presumpta[14] sunt, inpunitatem[15] futurus promittat episcopus, et fiat rapinae securitas, episcopatus ambicio: hec[16 a] etiam uos duximus conmonendos[17], ut decretum in Elpidium[18] diaconum[19] factum[20], et subscriptum ab omnibus, quos uestra[21] relatio designauit, ad nos cum predicti uisitatoris

EDITIO ROMANA.

Causa VIII. Quest. I. c. 21. a) et: *deest* b) sermone et scientia c) praecedant d) et inferior e) serviunt — c. 22. a) Vereor, ne b) et.: *deest* c) audire contem. d) non conveniunt, exercentes — c. 23. a) quidam b) sunt: *deest* c) aut.: *deest* — Quest. II. a) secundo libro Regesti — c. 1. a) non b) ut et c) sibi eligere d) ac — c. 2. a) in hac b) igitur — Quest. III. a) huiusmodi b) Pelagius Papa? — c. 1. a) hoc

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXI. * **Acolythi**: Est haec dictio in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, quae tamen apud B. Hieronymum non legitur.

Causa VIII. Quest. I. can. 21. 301) Idem: *BG;* eiusd.: *deest: BGH; — ad Tit. c. 2. v. 15. no. 728. Ed. Migne* — 302) erit: *deest: ABGH* 303) et: *deest: GH* 304) *Codd. coll. o. orig.* 305) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par.; — orig.* 306) *ABCDFG* 307) et.: *deest: orig.* 308) *Codd. coll. o.* 309) ed.: *deest: D; add.:* id est custodes edium: *C; add.:* custodes edium: *Edd. coll. o.* 310) *add.:* ceroferarii: *GH* 311) *Codd. et Edd. coll. o.* 312) Dei: *Edd. coll. o.* 313) destruunt: *GH* || can. 22. 314) suum offitium: *AB* 315) *ad Tit. c. 1. v. 8. no. 701. Ed. Migne* 316) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Lugdd. — cf. Matth. c. 10.* 317) a praedicatione: *GH* 318) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 319) *Codd. coll. o.* 320) ep. plures iudic. subtr. ab: *GH* 321) *add.:* ipsi: *ib.* 322) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 23. 323) in: *deest: ABD* 324) *Sermo 43. no. 4. Ed. Migne. Non desunt qui hunc sermonem ab Ambrosio abiudicent.* 325) autem: *AB* 326) *Codd. coll. o.* 327) *ABCG* 328) *ABCD* || can. 24. 329) *add.:* in: *AB* 330) *ad c. 16. — Coll. tr. P. II, 50, 18.* 331) turbae: *AB;* turpis: *Coll. tr. P.* (?) 332) et: *GH* 333) *add.:* in: *Coll. tr. P.* 334) una: *AB* 335) *cf. supra c. 7.*

Causa VIII. Quest. II. 1) aliq.: *deest: ABGH* 2) *Codd. coll. o.* 3) Antonino: *ABDF;* scripsit: *GH* || can. 1. 4) *Ep. 22. scr. ao. 593. lib. III. Ed. Maur. — Jaffé no. 862. — Ivo Decr. V, 129.; Coll. tr. P. I, 55, 99.; Polyc. II, 3, 2.* 5) *rubr. deest et canon pars est antecedentis Gratiani dicti: AB* 6) *DFGH* 7) quibusque: *Polyc.* 8) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 9) diminuantur: *Edd. coll. o.* 10) *finis canonis: Polyc.* 11) imminente: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 12) *ABG Ivo Coll. tr. P.* 13) si: *Edd. Arg. Bas.* 14) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* || can. 2. 15) communis utilitas non suum lucrum a quolibet prospiciatur: *AB* 16) Item: *AB; — Ep. 29. scr. ao. 593. lib. III. Ed. Maur. — Jaffé no. 869. — Ivo Decr. V, 130.; Coll. tr. P. I, 55, 100.; Polyc. II, 3, 3.* 17) dil. fil.: *deest: Polyc.:* carissimi: *orig.* 18) vestri: *AB Coll. tr. P.* 19) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 20) suscipienda: *CGH* 21) proficiat: *Ivo Coll. tr. P.* 22) quispiam: *A* 23) existimatione: *GH* 24) in libro de iud.: *AB* 25) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 26) sem. qui praelatus est et tanto: *GH* 27) indagandus: *Polyc.* 28) deinceps: *GH*

Causa VIII. Quest. III. 1) precedentium: *GH* 2) *Codd. coll. o. pr. F* 3) aut.: *deest: AB* || can. 1. 4) Unde de priore causa: *GH* 5) *Codd. coll. o.* 6) *Fragm. Ep. Pelagii* II. (555—60.); — *Jaffé no. 647. — cf. Dist. LXI. c. 21. — Ans. VI, 40, (45.); Polyc. II, 3, 1.; Caes. III, 45.* 7) qui episcopus: *AB* 8) aliq.: *deest: ib.* 9) iudicio: *Polyc.* 10) coniunctione: *Ans. Polyc.* 11) ab: *Polyc.* 12) voluerunt: *Edd. coll. o.* 13) ab ipsis: *GH;* ex: *deest: Ans.* 14) sumta: *AB;* promissa: *Polyc.* 15) immunitatem: *Polyc.* 16) *ABCD* 17) ammonendos: *AB* 18) Elpedium: *AB* 19) episcopum: *Ans.* (*male*) 20) *add.:* est: *ib.* 21) nostra: *GH*

epistola, et cum eodem diacono maturetis Deo propitiante perducere. *Et post pauca:* Cum[22b] hic[23c] filius noster, uir magnificus, Leo[24] pretor uenisset, retulit nobis de singulis, que illic[25d] mota sunt, et quomodo prope uota totius ciuitatis in Elpidio diacone concordarent. Unde, quia de memorati uiri testimonio dubitare omnino non possumus, idcirco, Elpidium sicut dictum est[26], diaconem ad nos facite properare, nec expectetis ulterius, ut ammonitio ad eum debeat nostra destinari. Quem tamen[27e] per uestram dilectionem presenti[28f] iussione specialiter ammonemus, ne cui[29] se aliquid dare uel daturum esse promittat, sed neque de ecclesiasticis preteritis[30] causis aliquam securitatem cuiquam facere audeat siue promittere[31], aut[32] quasi factus episcopus ea, que direpta sunt[33g], permanere libere patiatur, sciens, quod si tale aliquid fecerit uel fecit[34], nec a nobis omnino[35] permittitur[36] ipsa ualere promissio, et cum iudicii nostri, quod de ipso[37] habuimus, dampno pastoralis consecrationis ordinem promereri non poterit.

Gratian. *De secundo uero casu in gestis Urbani II. legitur*[38]*:*

C. II. *Post electionem pro indempnitate ecclesiae licet electo iuramentum prestare.*

Artaldus[39] Arelatensis[40*] episcopus, Narbonensis ecclesiae suffraganeus, Romam consecrandus ad dominum Papam Urbanum uenit; suus quippe archiepiscopus eum consecrare nolebat, quoniam post electionem suam propter bona ecclesiae conseruanda[41] canonicis iurauit[42]. Consecratus itaque est a domino Papa Urbano, ante purgatus huiusmodi iuramento: „De iuramento, quod canonicis feci nostrae ecclesiae post electionem, nullam conuentionem ante ut eligerer feci. Narbonensis uero[43] archiepiscopus nullius preter id criminis causa consecrationem nostram[44] omisit[45], me sciente, neque michi criminis conscius sum, propter quod a sacerdotio[46a] me repellat."

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

Quod autem ante clericis tempus sententiae ab episcopo suo discedere non liceat, probatur auctoritate Simaci[1] Papae, dicentis:*

C. I. *Ante tempus sententiae non licet clericis ab episcopo suo discedere.*

Nonne directa sunt uerba canonum[2**]: „Qui[3a] clericorum ab episcopo suo ante tempus sententiae pro dubia suspicione discesserit, manifestam in[4b] eum manere censuram?" §. 1.[5c] Lex enim[6d] ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum prius, quam sub luce[7] obiecta constiterint[8] exigit non relinqui.

QUESTIO V.

GRATIANUS.

Sine litteris apostolici[1a] episcopus accusatus, et a sancta sede uocatus ad suam non reuertatur ecclesiam.

Unde Sixtus Papa [I.] *ait* [epist. II. c. 2.][2]:

C. I. *A sede sancta[3a] apostolica uocatus episcopus ad domum[4] non reuertatur, nisi purgatus et apostolicis litteris instructus.*

Quilibet fratrum pulsatus, atque ab hac sancta[5] sede uocatus, cum se nobis representauerit[6b] non prius reuertatur, quam hinc[7c] litteris apostolicis uel formatis pleniter instructus atque purgatus sit, si fuerit unde, et[8d], postquam domum[9] reuersus fuerit, cognoscant[10] uicini sui qualiter suam aliorumque causam hic[11] finierit, quatinus illam[12d] absque ulla ambiguitate[13] nunciare et predicare omnibus possit[14]. Ab hac enim sancta sede a[15] sanctis apostolis tueri, defendi[16] et liberari episcopi iussi sunt, sicut[17e] eorum dispositione ordinante Domino primitus constituti sunt, sic huius sanctae sedis (cuius dispositioni[18] eorum causas et iudicia seruauerunt[19]) protectione futuris temporibus sint ab omnibus peruersitatibus[20] semper liberi. Unde culpantur hii[21], qui circa fratres aliter egerint, quam huius sedis rectoribus placere cognouerint.

CAUSA IX.

GRATIANUS.

Sententia excommunicationis notatus quidam archiepiscopus aliquot[1] clericos alterius metropolitani ordinauit; quendam capellanum sui suffraganei illo inconsulto[2] deposuit, atque[3] alium in loco eius ordinauit. (Qu. I.) *Queritur[4a], an ordinatio, que ab excommunicatis facta est, aliquo modo possit rata haberi?* (Qu. II.) *Secundo, an liceat episcopo, archiepiscopo, primati uel patriarchae clericos alterius sine litteris propriis ordinare?* (Qu. III.) *Tertio, an archiepiscopus clericos suffraganei sui illo inconsulto dampnare ualeat, uel dampnatos absoluere?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

Quod ordinatio, que ab excommunicatis celebratur, nullas

EDITIO ROMANA.

Causa VIII. Quest. III. c. 1. b) Quum igitur c) huc d) ibi e) tamen hoc f) in praesenti g) sunt, non repetat, sed apud eos, a quibus direpta sunt — c. 2. a) sacra me unctione — Quest. IV. c. 1. a) Quicunque b) in: *deest* c) Et infra: §. 1. d) enim: *deest* — Quest. V. a) apostolicis — c. 1. a) sancta: *deest* b) repr., ad ecclesiam tamen suam c) hinc: *deest* d) eam e) ut, sicut — Causa IX. a) Hic primum quaeritur

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. C. II. * Arelatensis: In manuscriptis etiam sic habetur. Sed visum est subesse mendum, quia hic episcopus vocatur suffraganeus archiepiscopi Narbonensis, in concilio autem secundo Arelatensi Arelate refertur ad provinciam Viennensem. Et quamvis Gulielmus Durandi in speculo de auctor. et usu pallii hoc citet, ut ostendat, Arelatensem archiepiscopum subesse Narbonensi: tamen Ioannes Andreae in notis ad illum locum expresse scribit, in hoc capitulo non agi de Arelatensi archiepiscopo. Et valde probabile est pro *Electensi* seu *Elatensi,* qui vere est suffraganeus archiepiscopi Narbonensis, corrupte scriptum fuisse: *Arelatensis.*

Quest. IV. C. I. * Symmachi: Citatur libellus Ennodii nomine Symmachi Papae, cuius rei reddita est ratio supr. dist. 31. c. *Omnino.* et 40. c. *Non nos.*

** Canonum: Sic emendatum est ex vetustis codicibus, Ennodio ipso, et Ivone, quum prius legeretur: *decreti.* Citare autem Ennodius voluit canones, qui ante Symmachum de hac re editi erant. Qui vero in glossa citantur, sunt ex epistolis Pontificum Symmacho posteriorum. In Carthaginensi quidem concilio inserto in codice canonum est undecimus canon, qui citatur infra, 11. q. 3. c. *Si quis presbyter.* et decimus nonus relatus sup. 4. q. 5. c. *Quisquis episcoporum.* et vigesimus quartus, citatus ibidem c. *Placuit.*, ad quos, et praecipue ad primum videtur spectasse Ennodius.

Causa VIII. Quest. III. can. 1. 22) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* Cum . . . Quem: *deest: Ans. Polyc. — Coll. tr. P.* I, 54, 4. 23) *ABDFGH Coll. tr. P.* 24) ut magn. Leo: *GH* 25) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 26) diximus: *AB* 27) *ABEG Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* II.; tamen ac: *DF Edd. Arg. Nor. Ven.* II.; hac: *C* 28) *Codd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.;* hac pres.: *Edd. coll. o. Arg. Nor. Ven.* II. 29) cuiquam: *AB* 30) pret.: *deest: Ans. Polyc.* 31) permittere: *Ans.* 32) ut: *Ans. Polyc.* 33) *Codd. coll. o.* 34) *add.:* vel: *Ans. Polyc.* 35) omnibus: *Edd. Lugdd.* II. III. 36) permittatur: *AB;* permittetur: *Polyc.* 37) se ipso: *D Edd. coll. o.;* se de ipso: *F* || can. 2. 38) *add.:* post electionem: *AB; — Urban.* II. (1088—99.); *Coll. tr. P.* II, 50, 22. 39) Ortaldus: *DF;* Nortaldus: *AB* 40) *add.:* ecclesiae: *GH;* Alanensis: *Coll. tr. P.; imo legendum erit:* Helenensis: *etenim Helena (vulgo Elne) civitas est Galliae Narbonensis, a qua sedes episcopalis, nomine tamen manente, Perpinianum per Clem.* VIII. *est translata.* 41) observanda: *Coll. tr. P.* 42) iuraverit: *AB;* iuraverat: *Coll. tr. P.* 43) *add.:* ecclesiae: *AB* 44) nostr.: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.;* meam: *Coll. tr. P.* 45) obmisit: *GH* 46) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Coll. tr.* P.

Causa VIII. Quest. IV. can. 1. 1) *Petita sunt ex Ennodii apologetico pro Syn. Rom.* IV. — *ap. Hinschius p.* 669. — *Ivo Decr.* VI, 340. 341. (in V. synod. Symmachi Pap.); *Coll. tr. P.* I, 48, 1. 2. 2) decreti: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 3) *ABD;* quod qui: *F;* ut si quis: *C;* si quis: *Edd. coll. o.* 4) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 5) *Codd. coll. o.* 6) *Codd. et Edd. coll. o.* 7) lucem: *orig.* 8) substiterint: *GH*

Causa VIII. Quest. V. 1) *Codd. coll. o. pr. D — Corr.* || can. 1. 2) *Cap. Pseudoisid.; Ep.* II. *c.* 5. *ap. Hinschius p.* 108.; — *Jaffé no.* XXIX. — *Ans.* II, 8. (*can.:* si quis vestrum); *inde a voce* repraes. *Grat. neque cum origin. neque cum Anselmi. verbis concordat.* 3) *Codd. coll. o. pr. D;* apost.: *deest: ABF* 4) ad causam: *AB;* ad suam: *F* 5) sanct.: *deest: CF* 6) *Codd. et Edd. coll. o.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (hic); *orig. Ans.* 8) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *orig. Ans.* 9) domi: *orig.* 10) recognoscant: *Edd. coll. o.* 11) hic: *deest: C;* huc: *orig.;* hic: *Codd. orig.* 12) *Codd. et Edd. coll. o.;* ea: *Ans.* 13) aliqua: *orig.* 14) *inde ab hoc loco ap. Ans. alia sequuntur, et canonis nostri verba desiderantur.* 15) *add.:* et: *GH Edd. Lugdd.* II. III. — *Böhm.* 16) et def.: *GH* 17) *Codd. coll. o. pr. C* (atque sicut); et sicut: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 18) *add.:* ordinante domino primitus: *AB* 19) reservaverunt: *GH* 20) adversitatibus: *ABC* 21) hii: *deest: AB*

Causa IX. 1) aliquos: *AB* 2) illo incons.: *deest: ib.* 3) atque: *deest: ib.* 4) *ABCDF;* primum quaer.: *GH*

omnino uires obtineat, nec etiam consecratio appellanda sit, testatur Gregorius [lib. III. epist. 20.] *dicens*[5]:

C. I. *Non potest appellari consecratio, que fit ab excommunicatis.*

Nos consecrationem nullo modo dicere possumus, que[6] ab excommunicatis hominibus est celebrata[7].

[PALEA[8]*. C. II.

Excommunicati illicite manus inponunt, quia potestatem ordinandi non habent. Ubi autem illicita est manus inpositio, uulnus infigitur. Unde reiterari necesse est quod minime probatur esse collatum.]

[PALEA[9] C. III.

Unde Damasus Papa epist. IV. ait[10]:

Per illicitam manus inpositionem uulneratum[11] caput illi, qui uidebantur aliquid accepisse, habebant, et ubi uulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari necesse est quod legitime actum aut collatum minime probatur[12], si[13] perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit[14], inuenire non possum.]

Gratian. *Sed excommunicati hic intelligendi sunt, qui in ipsa sua ordinatione penam excommunicationis contraxerunt, qui numquam in numero*[15] *catholicorum fuerunt. Ceterum, qui inter catholicos prius deputati sunt, si postea excommunicationis sententia notati fuerint, ordinationes tamen eorum ab ecclesia misericorditer tollerantur.*

Unde Urbanus[16a] *II. scribit, dicens*[17]:

C. IV. *Ordinationes ab excommunicatis*[18] *non symoniace factae ex misericordia tollerantur.*

Ab[19] excommunicatis quondam tamen catholicis episcopis ordinatos, si quidem non symoniace ordines ipsos[20] acceperunt[21], et si ipsos episcopos symoniacos non fuisse[22] constiterit, ad hoc[23b], si eorum religiosior[24] uita et doctrinae prerogatiua uisa fuerit promereri[25], penitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipsis, quos acceperunt, ordinibus permanere[26] permittas. Ad superiores autem conscendere[27] non concedimus, nisi necessitas et[28c] utilitas maxima flagitauerit, et ipsorum sancta conuersatio promeruerit.

Gratian. *Sed et illud Gregorii de nominatim excommunicatis intelligitur, quorum ordinationes sunt irritae, si eorum dampnatio non erat ordinandis incognita.*

Unde idem[29] *Urbanus ait* [in Sinodo Placentina, cap. 9. et sequentibus]:

C. V. *Qui nominatim excommunicati sunt, et qui*[30] *aliorum sedes inuadunt, alios ordinare non possunt.*

Ordinationes, que ab heresiarchis[31] factae sunt nominatim excommunicatis, et ab eis, qui catholicorum adhuc uiuentium episcoporum sedes inuaserunt, irritas[32] esse iudicamus, nisi probare ualuerint[33a], se, cum ordinarentur, eos nescisse dampnatos. §. 1. Qui[34] uero ab episcopis quondam quidem[35b] catholice ordinatis, sed in scismate a Romana ecclesia separatis consecrati sunt, eos, nimirum cum ad ecclesiae unitatem redierint, seruatis propriis ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si[36c] uita et scientia eos conmendat[37]. §. 2. Amodo[38] uero quicumque a predictis scismaticis sanctae[39d] Romanae ecclesiae aduersariis se ordinari[40] permiserit, nullatenus hac uenia dignus habeatur. §. 3. Quamuis[41] autem misericordiae intuitu magnaque necessitate cogente hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen preiudicium sacris canonibus fieri uolumus, sed obtineant[42] proprium robur, et cessante necessitate illud quoque cesset, quod factum est pro necessitate. Ubi enim multorum strages iacet, subtrahendum[43e] est aliquid seueritati[44f]*.

Gratian. *Electio quoque*[46], *nisi a catholicis facta fuerit, irrita esse probatur.*

Unde Gregorius scribit Mediolanensibus, [lib. VIII. epist. 65.][47]:

C. VI. *Irrita sit electio, quae non a catholicis facta probatur.*

Nos in hominem[48], qui non a catholicis[49] eligitur, nulla prebemus ratione consensum, nec, si alicuius[50a] usurpatione factum[51b] fuerit, in locum uel ordinem illum sacerdotis suscipimus.

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem episcopus uel quilibet superiorum clericos alterius sine propriis litteris ordinare non debeat, Calixtus Papa scribit*, [ep. II. ad Episcopos Galliae,] *dicens*[1]:

C. I. *Alterius ecclesiae parrochianum*[2] *nullus iudicare presumat uel excommunicare*[3a].

Nullus[4] alterius terminos usurpet, nec alterius parrochianum iudicare, uel ordinare[5] aut excommunicare presumat, quia talis iudicatio[6], uel[7] ordinatio, aut excommunicatio uel[8] dampnatio nec rata erit, nec uires ullas habebit, quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui, sententia tenebitur aut dampnabitur[9]. Unde et[10] Dominus in Euangelio[11b], loquitur[12] dicens: „Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.

[PALEA[13]. C. II.

Unde* Urbanus Papa[14]:

Placuit, ut deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet conmissum alteri sacerdoti[15] recipere ad penitentiam sine

EDITIO ROMANA.

Causa IX. Quest. I. c. 4. a) Urb. Papa b) haec c) vel — c. 5. a) voluerint b) quid.: *deest* c) si tamen d) sanctaeque e) ibi subtrah. f) severitati ut addatur[45]* amplius caritati — c. 6. a) alicuius praesumtionis b) factus — Quest. II. c. 1. a) vel excommunicare: *deest* b) in Evangelio: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa IX. Quest. I. C. II. * Haec et sequens Palea absunt a plerisque vetustis exemplaribus; habentur tamen in uno valde emendato, in quo paucae haberi solent. Prior autem haec videtur esse summa quaedam sequentis.

C. V. * Ut addatur, etc.: Haec sunt addita ex concilio ipso.

Quest. II. C. II. * Unde: Antea erat: *Idem*, hoc est Calixtus, quia, quum Palea haec nondum esset inserta, sequebatur c. *Nullus primas*, quod est Calixti. Hanc autem Paleam citat Gratianus ex Urbano II. infra de poenit, dist. 6. c. fin.

Causa IX. Quest. I. can. 1. 5) Greg. Papa: *GH; — Ep.* 20. *scr. ao.* 594. *lib.* IV. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 927. — *Ivo Decr.* V, 134. (*can.*: cognoscimus itaque); *Coll. tr. P.* I, 55, 93.; *Polyc.* II, 37, 6. (*can.*: Licet cetera; *contin.*) 6) quia: *orig.* 7) illicite celeb.: *DGH Edd. coll. o.* || can. 2. 8) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. — Hugucc. paleam esse notavit (Schulte p.* 15.); *— est summa capitis sequ.* || can. 3. 9) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. Hugucc. paleam esse notavit (Schulte p.* 15.); — 10) *Caput Pseudois. ap. Hinschius p.* 514. — *Jaffé no.* CLXIV. — *Ans.* VII, 128.; *cf. ad c.* 25. *C.* I. *qu.* 7. 11) *add.*: ut paulo superius praelibavimus: *orig.* 12) adprobatur: *orig.* 13) si . . . deb.: *deest: Edd. coll. o.* 14) habuerit: *orig.* 15) *add.*: vel ordinatione: *AB* || can. 4. 16) *ABDGH* 17) ait (scrib.: *deest*): *AB; Ep. ad Guichardum Constant. Ep. scr. ao.* 1089. *ap. Mansi* XX, 667. — *Jaffé no.* 4031. — *Ans.* XII, 14. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* VI, 406. (*can. contin.*). — 18) exc. misericorditer in eisdem ordinibus recipi possunt: *ABF* 19) Ut ab: *Ans. Ivo* 20) ips.: *deest: Ans.* 21) acceperint: *orig. Ans. Ivo* 22) esse: *orig.* 23) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo* 24) religio: *Ans.* 25) promiseri: *Ed. Rom. operarum vitio.* 26) manere: *orig.* 27) ascendere: *Ans. Ivo*; gradus consc.: *AB* 28) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo* || can. 5. 29) id.: *deest: GH; — hab. ao.* 1095. *ap. Mansi* XX, 806. — *Jaffé post no.* 4147. — *Polyc.* VII, 16, (15,) 2.; *a Corr. et R. citatur Polyc.* II, 38, *ubi in Cod. coll. canonem non invenimus.* 30) et: *deest: DFGH*; qui: *deest: ABC* 31) similiter etiam et eas qua a ceteris heres.: *orig.* 32) irr. . . . iud.: *deest: ib.* 33) *ABCDF orig.*; valuerunt: *H* 34) *c.* 10. 35) *ABCDF Edd. coll. o. orig. Polyc.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 37) commendent: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor.* 38) *c.* 11. 39) *ABDGH* 40) ordinare: *GH* 41) *c.* 12. 42) obtineat: *F Ed. Bas.* 43) *ABCDFH orig. Polyc.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. origin. Polyc.* 45) demus: *orig.*; addatur: *Codd. origin.* 46) episcopi: *AB* || can. 6. 47) Inde: *AB; — Ep.* 4. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1376. — *Coll. tr. P.* I, 57, 7. (Gregor. VII.); *Polyc.* II, 1, 19. 48) homine: *CDFH* 49) non catholice: *AB; add.*: et maxime a Longobardis: *orig.* 50) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 51) *ib. Polyc.*

Causa IX. Quest. II. can. 1. 1) *Caput Pseudois.; Ep.* II. *c.* 12. *ap. Hinschius p.* 138. — *Jaffé no.* LXX. — *Reg.* I, 104.; *Ans.* VI, 120. (126.); *Ivo Decr.* V, 236.; *ib.* XIV, 72. 2) nullus alterius terminos usurpare, nullus alterius parroch.: *AB* 3) *Codd. coll. o.* 4) nemo: *orig. Reg. Ans. Ivo* V. XIV. 5) vel ordin.: *deest: ib.* 6) tale iudicium: *GH*; diiudicatio: *Reg. Ans. Ivo* V. XIV. 7) vel ordin.: *deest: orig. Reg. Ans. Ivo* V. XIV. 8) aut: *CGH*; vel damn.: *deest: Reg.* 9) *finis canonis: Ivo* XIV.; *seqq. desunt et alia exstant ap. Regin.* 10) etiam: *C*; et: *deest: Ivo* 11) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Edd. Lugdd.* (in Deuteronomio) 12) locutus est: *AB; — cf. Deuter. c.* 19. *v.* 14. || can. 2. 13) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu poster. saeculi in marg. scripta est.* 14) *Ans. in fine lib.* VIII. *citat ex Hibernensi, et videtur error ex eo venisse, quod apud eundem Ans. caput quoddam Urbani* (*C.* XVI. *qu.* 2. *c.* 6.); *praemittatur — cf. Dist.* IV. *de poen. c. fin.* — 15) sacerdotum: *Ans.*

eius consensu, cui[16] prius se conmisit, nisi per ignorantiam illius, cui penitens prius confessus est. Qui uero contra hec statuta[17] facere presumpserit, gradus sui periculo subiacebit.]

C. III. *In alterius ecclesia*[18a], *nisi eo uocante, nulli aliquid agere licet.*

Idem[19b] [Calixtus epist. II.]

Nullus primas, nullus metropolitanus[20], nullusque reliquorum episcoporum alterius adeat ciuitatem, aut ad[21] possessionem accedat[22], que ad eum non pertinet, et alterius episcopi[23c] parrochiam[24d], super eius[25e] dispositionem[26f], nisi uocatus ab eo, cuius iuris esse cognoscitur[27g], ut[28h] quicquam[29] ibi disponat[30], uel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri uoluerit. Sin aliter presumpserit, dampnabitur, et non solum ille, sed[31] cooperantes[32i] et[33k] consentientes ei[34l], quia sicut ordinatio, ita eis et[35] iudicatio et aliarum rerum dispositio prohibetur[36]. Nam qui ordinare non poterit quo modo[37m] iudicabit? nullatenus proculdubio iudicabit aut iudicare poterit.

[PALEA[38].

C. IV. De eodem.

Item ex Concilio Nannetensi, c. 1.[39]*

In[40] dominicis uel festis diebus presbiteri ante, quam missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parrochianus in ecclesia sit, qui proprio contempto presbitero ibi missam uelit audire. Quem si inuenerint, statim ab ecclesia abiciant[41], et ad suam parrochiam redire conpellant.]

[PALEA[42].

C. V. De eodem.

Item ex eodem Concilio Nannetensi, c. 2.[43]

Nullus presbiter aut diaconus[44]* alterius plebanum[45] (nisi in itinere fuerit, uel placitum ibi[46] habuerit) ad missam recipere[47] audeat.]

C. VI. *Ad ordinationem clericorum uel ecclesiarum alterius*[48] *episcopi, nisi ab eodem inuitatus*[49], *non accedat episcopus.*

Item ex Concilio Antioceno, [c. 13.][50]*

Nullum episcopum[51a] audere debere ex alia prouincia ad aliam[52] transitum facere, et[53] ordinare aliquos in ecclesiis aut proferre[54] ad sacrum ministerium. Nec[55] ab aliis[56] illuc trahatur episcopus[57b], nisi forte per litteras rogatus abierit non solum a metropolitano, sed ab[58c] his, qui cum eo sunt, omnibus[59] ipsius prouinciae episcopis. Quod[60] si nullo inuitante inordinate superueniat, et aliquos uel[61] ordinare presumpserit, uel quoslibet[62d] illi ecclesiae conpetentes, qui ad se minime pertinent, usurpare temptauerit, uacua quidem et inania erunt omnia, que gesserit, ipse uero huius[63] indisciplinati ausus et irrationabilis cepti dignas causas expendat, tamquam depositus a sancta sinodo et propter huiuscemodi[64e] presumptionem iam dampnatus[65f].

C. VII. *Ad ordinationem ecclesiae, que sibi conmissa non fuerit*[66], *minime accedat episcopus*[67].

Item ex eodem, [c. 22.][68a]

Episcopum non debere irruere in alienam ciuitatem, que illi probatur non esse subiecta[69], neque in regionem, que ad eius curam minime noscitur[70] pertinere, ad aliquid* ordinandum, neque presbiteros aut diaconos constituere ad alios[71] episcopos** pertinentes, nisi forte cum uoluntate et testimonio[72]*** propriae regionis episcopi. Quod si quispiam[73] horum tale[74b] facere uoluerit, irrita quidem erit huiusmodi[75] ordinatio, et[76] que male† usurpauerit a sinodo arguantur. Nam si†† ordinare non potuerit, nullatenus ad alios pertinentem[77c] iudicare presumat.

C. VIII. *Non accedant episcopi ad ecclesias, que sunt extra eorum diocesim.*

Item ex Sinodo Constantinopolitana [I., c. 2.][78]

Episcopi, qui extra diocesim[79] sunt, ad ecclesias, que extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant

EDITIO ROMANA.

Causa IX. Quest. II. c. 3. a) parochia b) Item c) episcopi est d) parochiae e) cuiusquam f) dispositione g) dignoscitur h) aut i) cooperatores k) et: *deest* l) eique m) qualiter — c. 6. a) episcoporum b) episcopis c) et ab d) quosl. actus e) huiusmodi f) praedamnatus — c. 7. a) eod. Antiocheno b) quid tale c) pertinentes

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Hoc et sequens caput absunt a sex vetustioribus et emendatioribus Gratiani exemplaribus. In ceteris autem habentur sine nomine Paleae, quemadmodum et in excusis. Exstat autem utrumque in concilio Nannetensi, et ex eo citatur hoc primum in Decretalibus tit. de paroch. c. 2., et a Burchardo et Ivone; sicque emendatum est, quum antea citaretur ex concilio Meldensi.

C. V. * Aut diaconus: Istae duae voces neque in concilio, neque in Capitularibus, neque apud Burch. leguntur.

C. VI. * Haec est prisca versio [imo ex Hisp.]. Dionysii autem interpretatio, quae et conciliorum tomis est inserta, et a Burchardo et Ivone affertur, aptius exprimit sententiam canonis graeci. Tamen, quoniam neque ipsa omnibus locis omnino respondet, visum est verba graeca nova cum versione apponere: *Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ᾽ ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν, καὶ χειροτονεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰς εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μηδὲ εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ ἑτέρους, εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφήκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦ τε μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, ὧν εἰς τὴν χώραν παρέρχοιτο. εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνειν, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ, καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως τὴν προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου. Nullus episcopus audeat ab una provincia in aliam transire, et in ecclesia aliquos ordinare ad promotionem liturgiae, nec si alios una secum adducat, nisi accitus venerit per literas metropolitani et eorum, qui cum illo, episcoporum, in quorum regionem accedat. Quod si nemine vocante inordinate advenerit, ut aliquos ordinet, ac negotia ecclesiastica ad se minime pertinentia conficiat, irrita quidem sunto quae ab eo gesta fuerint, verum et ipse suae impudentiae et iniqui incoepti iustam poenam subeat, hinc iam a sancta synodo depositus.*

C. VII. * Ad aliquid: In hoc etiam canone Dionysii versio purior est; hic autem habet: *super ordinatione cuiusquam*, quod graece est: *ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός*, id est: *ut quempiam ordinet.*

** Ad alios episcopos: Eodem fere modo Dionysius. Graece legitur: *εἰς τόπους ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ὑποκειμένους;* id est: *in locis alteri episcopo subiectis.*

*** Et testimonio: Graece tantum est: *μετὰ γνώμης*, quod Dionysius vertit: *cum consilio et voluntate.*

† Et quae male: Sic est emendatum ex vetustis exemplaribus, et ex ceteris editionibus conciliorum, praeter hanc postremam quatuor tomorum. Dionysius habet: *et ipse coërceatur a synodo*, quod graece est: *καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίας ὑπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν*, id est: *et ipse puniatur a synodo.*

†† Nam si: Tota haec clausula in graeco canone [et in Hisp.], cuius tria exemplaria manuscripta collata sunt, minime habetur, sed et prisca versio et Dionysiana habent. Similis sententia legitur supra c. *Nullus primas.*

Causa IX. Quest. II. can. 2. 16) cui saepius confessus est: *Ed. Arg. missis reliquis.* 17) stat. tentaverit grad. sui ordini: *Ans.* || can. 3. 18) *Codd. coll. o.* 19) *ABFG;* item: *D Edd. Arg. Bas.;* item Coelestinus papa: *C; — Caput Pseudoisid.; c. 13. ap. Hinschius p. 139. — Jaffé no.* LXX. — *Burch.* I, 66. (nullus autem primus); *Ans.* VI, 119. (125. Coelestinus); *Ivo Decr.* V, 101. (*can.:* si quis vero; *contin.*); *Ivo Pan.* IV, 28. 20) *add.:* episcopus; *Ivo Pan.* 21) ad: *deest: ib.* 22) audeat . . . accedere: *H;* adeat . . . accedere: *G* 23) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.;* parrochia: *Ans. Böhm.* 25) *CDGH Edd. coll. o. Ivo Pan.;* cuius: *AB;* cuiuslibet: *F* 26) *Codd. coll. o. pr. F; — Ivo Pan.* 27) *Codd. et Edd. coll. o.* 28) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.* 29) quisquam: *GH Ivo Pan.;* quicquid: *F;* quiddam: *orig. Burch. Ans.* 30) vel disp.: *Ivo Pan.* 31) *add.:* et: *CH Ivo Decr. Pan.* 32) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 33) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 34) *ABCDEF Ivo Pan.;* ei: *deest: GH;* illi: *Ivo Decr.* 35) etiam: *C;* et: *deest: Ans.* 36) *finis canonis: Burch. Ivo Pan.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* || can. 4. 38) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu posterioris saeculi addita est.* 39) *cf. ad Dist.* XXIV. *c.* 5.; *Reg.* II, 421. (ex Nannet. CCCCXIX.; *can. contin.*); *Burch.* II, 93. (*in Cod. Frib.:* 92; ex eod. *c.* 419. (*in Cod. Frib. c.* 319.; *can. contin.*); *Ivo Decr.* II, 122. (*can. cont.*); — *cf. Comp.* I. *et* X. *de paroch. c.* 2. 40) ut in: *Reg. Ivo* 41) eiiciant: *ib.* || can. 5. 42) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; posterioris saeculi manu in marg. scripta est: F* 43) *Ex Capitul. ao.* 809. *c.* 8. *in Mon. LL.* I, 161.; — *Reg.* I, 62. (ex capit.); 258. (*eod. modo*); *Burch.* II, 91. 44) aut diac: *deest: Cap. Reg.* 62. 258. *Burch.* 45) parochianum: *Cap. Reg.;* plebesanum eo nolente: *Burch.* 46) ibi: *deest: Edd. coll. o.* 47) recipiat: *Reg.* 62. 258. *Burch.* || can. 6. 48) ordinandam ecclesiam vel clericum alter.: *AB* 49) vocatus: *EGH* 50) *hab. ao.* 332. — *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 6, 8.; — *versio Dionys.: Burch.* I, 108.; *Ivo Decr.* V, 210. 51) *ABCDFG Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 52) alium: *AB* 53) et: *deest: ib.* 54) provehere: *Hisp.* 55) nec alios (*Coll. tr. P.*) illuc secum attrahat episcopus: *ib.* 56) attrahatur: *CD Edd. Bas. Par. Lugd.* 57) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 58) *AB Hisp. Coll. tr. P.:* etiam ab: *DEGH* 59) cum omnib.: *AB;* omn. ipsius: *deest: Hisp.* 60) Qui: *AB* 61) illic: *B; deest: A* 62) *Codd. et Edd. coll. o.* 63) huiusmodi: *AB* 64) *CD Hisp. Coll. tr. P.* 65) *ABF Coll. tr. P.* || can. 7. 66) est: *EGH* 67) *rubr.: deest: A, ubi legitur:* de eodem 68) *Codd. coll. o. pr. AB* (de eod.); — *hab. ao.* 332. *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 6, 16.; *versio Dionys.: Burch.* I, 71.; *Ivo Decr.* V, 178. 69) *add.:* decernimus: *GH;* decrevimus: *E;* — subiectam: *Hisp.* 70) dignoscitur: *Hisp.* 71) aliquos: *AB* 72) consilio (et test.: *deest*): *ib.* 73) quisquam: *AB* 74) *ABDEFGH Coll. tr. P.;* aliquid tale adire: *Hisp.* 75) talis: *Edd. coll. o.* 76) et super his etiam, quae . . . arguatur: *ib.;* et is qui . . . arguatur: *Hisp.* 77) *ABEFG Coll. tr. P.* || can. 8. 78) *hab. ao.* 381. *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 8, 1. 79) *add.:* suam: *EGH Edd. coll. o.*

et permisceant ecclesias. Secundum[80]* regulas constitutas[81 a] Alexandriae quidem episcopi ea, que sunt in Egipto, tantum[82 b] gubernent; orientis[83 c] autem episcopi solius orientis curam gerant, seruatis[84 d] honoribus primatus ecclesiae Antiocenae, qui in regulis Nicenae sinodi continentur. Sed et[85] Asianae diocesis episcopi ea[86], que sunt in Asia et[87] que ad Asianam tantummodo diocesim pertinent, gubernent. Ponti autem episcopi Pontiae[88 e] tantum[89] diocesis habeant curam. Traciae uero[90] ipsius tantummodo Traciae.

C. IX. *De eodem*[91].

Item[92 a].

Non inuitati episcopi ultra diocesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, uel quibuscumque disponendis ecclesiasticis causis, seruata regula*, que supra scripta de unaquaque diocesi est. Manifestum est namque, quod per singulas quasque prouincias prouincialis sinodus amministrare et gubernare omnia debeat, secundum ea, que sunt in Nicena sinodo[93 b] diffinita.

II. Pars. Gratian. *His auctoritatibus prohibentur quilibet episcopi clericos*[94] *alterius ordinare. Sed queritur, si contingat eos aliquibus sacros ordines distribuere, an ordinati ab episcopis suis in propriis ordinibus recipi possint*[95]?

De his[96] *ita scribit Urbanus Papa*[97] *Hugoni, Lugdunensi Archiepiscopo*[98]:

C. X. *Clerici ab episcopo alterius parrochiae ordinati a proprio in suis ordinibus recipi possunt.*

Lugdunensis parrochiae[99] clericos, quos contra statuta canonum ab alterius parrochiae episcopis ordinatos litterarum tuarum significatione monstrasti, cum graduum suorum honore recipere prudentia religionis tuae poterit, si eos alias canonice et sine prauitate aliqua ordinatos constiterit, si tamen eorum uitam probabilem id indulgentiae perspexeris[100] promereri. Legimus[101] quippe[102], S. Epiphanium episcopum ex diocesi[103] S. Iohannis Crisostomi quosdam clericos ordinasse, quod sanctus uir omnino non fecisset, si eis[104 a] detrimentum fore perpenderet. Quos igitur[105] recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit, iniuncta satisfactionis gratia propter ecclesiam, quam offenderunt, cognita[106 b] penitentia, miserationis intuitu in suo quoque[107 c] honore recipies, salua[108] in omnibus sanctorum canonum disciplina.

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Quod archiepiscopus[1 a] *clericos sui suffraganei illo inconsulto dampnare ualeat uel absoluere, sic uidetur posse probari. Sicut totius episcopatus ecclesiae in potestate sunt episcopi, sic et ecclesiae totius archiepiscopatus ad diocesim pertinent archiepiscopi. Vocantur enim episcopi a metropolitano in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Sic quippe uices suas*[2 b] *eis inpertit, ut potestatem suam sibi non adimat. Unde et sine eius consilio nichil eis agere licet, sicut in Concilio Martini Papae legitur* [c. 4.][3]:

C. I. *Nec*[4 a] *episcopi sine metropolitani consensu*[5], *nec ille*[6] *sine eorum consensu aliquid agere debet.*

Per singulas prouincias oportet episcopos[7] cognoscere metropolitanum[8] suum[9], et ipsum primatus[10] curam suscipere[11], nichil autem agere[12] reliquos[13] episcopos preter eum, secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum continetur in canone[14]. Propter quod et[15 b] metropolitanus nichil[16 c] presumptiue[17] assumat absque consilio ceterorum[18].

C. II. *Sine metropolitani conscientia extra suam*[19] *diocesim nichil agat episcopus.*

Item ex Concilio Antioceno, [c. 9.][20]

Per singulas prouincias episcopos singulos scire oportet, episcopum[21 a] metropolitanum, qui[22] preest, curam et sollicitudinem totius prouinciae suscepisse. Propter quod ad metropolitanam ciuitatem ab his, qui causas habent, concurratur[23]. Quapropter placuit eum et honore precellere[24], et nichil ultra sine ipso reliquos episcopos agere secundum antiquum Patrum nostrorum[25] canonem, nisi hoc[26] tantum, quod uniuscuiusque[27 b] ecclesiae per suam diocesim conpetit. Unumquemque enim episcopum oportet habere suae[28] diocesis potestatem, ut[29] regat et gubernet secundum conpetentem singulis reuerentiam, et prouidentiam gerat omnis regionis[30], que sub ipsius est ciuitate, ita ut etiam[31] ordinare ei presbiteros et diaconos probabili iudicio liceat, et de singulis ipsius[32] regionis causis cum[33] moderatione et pondere disceptare. Ultra autem nichil agere[34] permittitur[35] citra metropolitani episcopi[36] conscientiam*, nec metropolitanus sine ceterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

EDITIO ROMANA.

Causa IX. Quest. II. c. 8. a) statutas b) tantummodo c) orientales d) serv. tamen e) Ponticae — c. 9. a) Item ex eodem, c. 3. b) in Nicaea definita — c. 10. a) ei b) congrua c) quemque — Quest. III. a) autem archiep. b) suas: *deest* — c. 1. a) Non b) et: *deest* c) episcopus nihil — c. 2. a) episcoporum b) unicuique

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * **Secundum**: Mutata est interpunctio, ut magis respondeat graeco canoni: *ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας etc.* quod Dionysius vertit: *sed iuxta canones Alexandrinus antistes etc.* In editione autem conciliorum in tribus tomis deerant haec verba: *ea, quae sunt in Aegypto, tantummodo gubernent. Orientales autem episcopi.*

C. IX. * **Servata regula**: Ita in omnibus editionibus huius priscae [imo Hisp.] versionis; sed in graeco canone hic est initium periodi, et quae sequuntur ex ipso pendent, quemadmodum Dionysius vertit: *servata vero quae scripta est de gubernationibus regula, manifestum est, quod illa, quae sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciae synodus dispenset etc.*

Quest. III. C. II. * **Conscientiam**: Graece est: *δίχα τοῦ μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.* Itaque eadem voce *γνώμης* utitur canon, tam in consensu metropolitani quam suffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba graeca cum versione nova: *Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτόν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις, ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης. Episcopos, qui in unaquaque provincia sunt, nosse oportet eum, qui metropoli praeest, universae quoque provinciae curam suscipere, eo quod in metropoli undique conveniunt omnes, quicunque negotia habent. Quapropter placuit et honore ipsum praecellere, et reliquos episcopos nihil aliud sine ipso facere (secundum veterem, qui viguit, Patrum nostrorum canonem), quam ea sola, quaecunque ad cuiusque parochiam subiectasque parochiae regiones pertinent. In cuiusque enim episcopi potestate esse propriam ipsius parochiam, ut eam administret, pro ea, quae cuique convenit, integritate, et universae regioni, quae suae civitati subiecta est, prospiciat consulatque, ita ut et presbyteros diaconosque ordinet, et singula quaeque cum iudicio explicet. Praeterea vero nihil quicquam facere aggrediantur sine metropolitani episcopi, neque ipse sine reliquorum sententia.*

Causa IX. Quest. II. can. 8. 80) Sed sec.: *Hisp.* 81) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Coll. tr. P.; — deest: Hisp.; add.:* id est: *AB* 82) *Codd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 83) *CDEFGH orig. Coll. tr. P.; deest: B* 84) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 85) et: *deest: ABC* 86) et ea: *Edd. coll. o.* 87) et: *deest: AB* 88) *ABF Coll. tr. P.;* Pontinae: *CDEG* 89) tantummodo: *Coll. tr. P.* 90) vero episcopi: *CEH* || can. 9. 91) De eod.: *deest, et canon cum superiori coniunctus est: CEH* 92) *ABCF;* idem de eodem: *EGH; — c. 3. ib. — Coll. tr. P.* II, 8, 2. 93) *Codd. et Edd. coll. o.* 94) cleros; *AB* 95) possunt: *DFGH* || can. 10. 96) Unde ita scr.: *EGH;* de his: *deest: F* 97) Papa: *deest: AB* 98) *fragm. Ep. scr. inter a.* 1088—99. — *Jaffé no.* 4290. — *Ivo Decr.* VI, 412.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 44. 99) ecclesiae: *Ivo* 100) prospexerit: *EG;* perspexerit: *FH;* prospexeris: *D* 101) *cf. Socrat. hist. eccl.* VI, 12. 13.; *Hist. trip.* X, 11. 102) quoque: *AB* 103) ep. diocesis: *AB;* e dioc.: *Ivo* 104) *Codd. coll. o. pr. DF; — Coll. tr. P.* 105) ergo: *EGH* 106) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* eorum: *EGH* 107) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 108) *add.:* tamen: *Edd. coll. o.*

Causa IX. Quest. III. 1) *Codd. coll. o.* 2) *ib.* || can. 1. 3) *c. 9. Conc. Antioch. ex interpr. Mart. Brac. — ap. Bruns.* II, 44. — *Coll. tr. P.* II, 47, 4. — 4) *Codd. coll. o. pr. G* 5) conscientia: *CD* 6) illi . . . licet: *CEGH* 7) episcopum: *orig. Hisp.* 8) primatum metropolitani episcopi: *ib.* 9) episcopum: *Coll. tr. P.* 10) *add.:* sui: *Edd. coll. o.;* prim.: *deest: orig. Hisp.* 11) gerere: *AB* 12) *add.:* oportet: *CEFG Edd. coll. o.* 13) ceteros: *AB* 14) *can. Ap.* 34. 15) *Codd. et Edd. coll. o. pr. ABD; — Coll. tr. P.* 16) *Codd. coll. o.;* nihil sibi: *orig. Hisp.* 17) praesumtione: *Coll. tr. P.* 18) *add.:* episcoporum: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. || can. 2. 19) suam: *deest: EGH* 20) *hab. ao.* 332. — *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 6, 6. 21) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 22) qui preest: *deest: AB; add.:* eis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 23) sine dubio conc.: *Hisp.* 24) praeire: *ib.* 25) qui obtinuit: *ib.* 26) haec . . . quae . . . competunt: *ib.* 27) *Codd. coll. o. pr. E; — Coll. tr. P.* 28) *add.:* et: *Hisp.* 29) ad hanc gubernandam sec. comp. sibi rev., ad providendum regioni, quae sub etc.: *ib.* 30) omni regioni: *H;* omnium regionum: *E* 31) et: *H;* et.: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* 32) ips. reg. caus.: *deest: Hisp.* 33) cum: *deest: Coll. tr. P.* 34) agendum: *Hisp.* 35) permittetur: *Edd. coll. o.* 36) ep.: *deest: AB*

Gratian. *Nisi forte episcopi*[37c] *yconomos in ecclesia sua ordinare contempserint.*

Unde in VII. Sinodo [c. 11.] *legitur*[38]:

C. III. *Metropolitanus constituat yconomos, quos episcopus habere neglexerit.*

Cum simus[39] debitores omnes sacras regulas[40] custodire, et[41] eam, que dicit in unaquaque ecclesia yconomos esse debere[42], modis omnibus inuiolabilem conseruare[43a] debemus. Et si quidem unusquisque metropolitanus in sua ecclesia constituerit[44] yconomum, bene utique[45b]. Sin autem, ex auctoritate[46] propria Constantinopoleos episcopis[47] licentia est preponendi yconomos[48] in eius ecclesia. Similiter et metropolitanis, si episcopi, qui sub eis[49] sunt, non sategerint[50] yconomos statuere in suis ecclesiis. Id ipsum autem[51] seruandum est etiam[52] in monasteriis.

Gratian. *Probatur*[53] *illud idem exemplo Apostoli, qui fornicatorem Corinthium*[54] *satanae inpenitentem tradidit, postea penitentem ecclesiae reconciliauit, hoc tantum scribens Corinthiis in prima et secunda epistola, ut excommunicato non communicarent, et reconciliato socia karitate copularentur. Sed contra*[55] *probatur auctoritate multorum.*

Ait enim Iginus Papa, [epist. I. c. 2.][56]:

C. IV. *Metropolitanus sine episcoporum presentia*[57a] *alicuius eorum non audiat causas.*

Saluo in omnibus Romanae ecclesiae priuilegio nullus metropolitanus absque ceterorum omnium conprouincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum[58b], quia irritae erunt aliter actae, quam in conspectu omnium eorum uentilatae[59], et ipse[60], si fecerit, coherceatur a fratribus.

C. V. *De eodem.*

Item Anicius Papa [Episcopis Galliae, c. 1.][61a]

Archiepiscopus nichil de episcoporum[62] causis aut[63b] aliis communibus causis[64c] iuxta statuta apostolorum absque cunctorum[65] illorum agat consilio, nec illi assumant[66d], nisi quantum ad suas[67] pertinet parrochias, sine suo consensu[68e], quoniam tali gaudet concordia Altissimus, et gloriatur in membris suis.

C. VI. *De eodem.*

Idem [in eadem epist. c. 3.][69a]

Si autem aliquis metropolitanorum[70] inflatus fuerit, et sine omnium conprouincialium[71] presentia uel[72] consilio[73] episcoporum aut causas[74b] eorum[75], aut alias causas (nisi eas[76] tantum, que ad propriam suam pertinent parrochiam) agere, aut eos[77] grauare uoluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia[78] deinceps presumere audeat. Si[79] uero incorrigibilis eisque[80] inobediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem, cui omnia[81] episcoporum iudicia referri[82] precepta sunt, eius contumacia referatur, ut uindicta de eo fiat, et[83] ceteri[84] timorem[85] habeant.

C. VII. *De eodem.*

Item Calixtus Papa [Episcopis Galliae, epist. II. c. 3.][86]

Gratian. *Premissis auctoritatibus ecclesiae cum omnibus rebus suis ad episcopi ordinationem pertinere monstrantur, et tam ecclesiae quam oblationes et facultates earum a laicorum dispositione probantur esse inmunes.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Sed cum in episcoporum potestate facultates ecclesiae constitutae esse dicantur, potestas dispensandi intelligenda est, non distrahendi uel dilapidandi*[1].

Unde in Agatensi Concilio [c. 7.] *legitur*[2]:

C. I. *Res ecclesiae aliquo modo alienare episcopis non licet.*

Casellas uel mancipiola ecclesiae episcopi, sicut prisca[3] canonum precepit auctoritas, uel uasa monasterii[4a] quasi conmendata fideli preposito[5], integro[6] ecclesiae iure possideant, id est ut neque[7] uendere, neque per quoscumque contractus res[8], unde pauperes uiuunt, alienare presumant*. Quod[9] si necessitas conpulerit, ut pro ecclesiae necessitate[10] aut[11] utilitate uel in[12] usufructu, uel indirecta[13b] uenditione aliquid distrahatur, apud duos uel tres conprouinciales aut[14c] uicinos episcopos causa, que[15d] necesse sit uendendi[16e], primitus conprobetur, ut[17], habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione que facta fuerit uenditio uel[18] transactio roboretur[19f]. Aliter facta uenditio uel transactio non ualebit. Minus[20g] uero[21] utiles possessiones peregrinis uel clericis saluo iure ecclesiae in usum prestare[22h] permittimus.

[Gratian.] *Codicis lib. I.*[23] *de*[24i] *sacrosanctis ecclesiis*[25k], *Inp. Iustinianus:* excepta uidelicet causa captiuitatis.

[C. II.][26a]

Inp. Leo[27b].

Ea enim, que ad beatissimae ecclesiae iura pertinent[28c], tamquam ipsam sacrosanctam et religiosam ecclesiam intacta uenerabiliter[29] conuenit custodiri.

Constitutio noua[30].

Hoc ius porrectum est ad omnem locum uenerabilem, omneque[31] collegium, quod actio pia constituit, ut nec pignorentur[32d], et[33e] perpetuo seruentur[34f] in his[35g] inmobilibus, que ab inperiali domo predictis locis applicantur. In ceteris[36] eatenus excipitur, si debitum urget. §. 1. Et[37h] habet[38i] superflua uasa[39k], nec aliunde soluere ualet[40], ne quid inmobile alienetur uel distrahatur, ea, gestis habitis coram eo, cuius est loci ordinatio[41l], aliis scilicet[43m] locis uenerabilibus[44n], uel conflata cuilibet[45o] uendantur[46]. Qui autem hec[47] accipit[48p] citra[49q] hanc obseruationem, hisdem penis subiaceat[50], que in rebus inmobilibus proditae sunt. Si[51] autem debitum ex mobilibus solui non ualet, primo[52] res inmobiles speciali[53r] dentur[54] pignori, cuius[55s] fructus creditor sibi reputet tam in sortem quam in usuras usque ad quartam centesimae. Quod si nolit[56t], tunc ordinator domus apud eum, a quo ordinatur, habitis absque dispendio gestis iuret, maiore parte ibidem seruientium consentiente, et debitum urgere[57], nec ex mobilibus solui posse. Quo subsecuto, per uiginti dies rem ecclesiae[58] esse uenalem sit publice notum, ut plus offerenti detur, precio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emptori non conceditur, et hoc inscribatur nil esse factum in ea[59] re ad dampnum diuinae domus. Emptore[60u] non inuento, res estimata districte creditori detur in solutum, addita in precio decima parte uniuersae estimationis et accedente consensu ordinatoris et maioris partis ibidem seruientium. Sit tamen ea res mediocris inter[61] ceteras, inspecta ipsius qualitate, et quantitate, et onere. Et is creditor hic intelligatur, qui quod credidit[62] probat in utilitates[63v] religiosae[64w] domus processisse. §. 2. Sicut[65] autem[66] alienatio rerum ecclesiae interdicitur, ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio aut alias[67x] onerosa, ueluti nomine fiscalium[68y]. §. 3. Item[69] predium propter onus fiscalium[70z] inutile alienatur gestis ut supra conficiendis, et[71aa] eodem iuramento prestito, id est quod alia de causa[72] non alienatur, nisi ut inmunitas eiusdem uenerandae domus seruetur. §. 4. Sed et[73] permutare[74] principi[75] possunt[76bb] pro re maiori[77cc], uel equali, si respublica hoc exposcit, pragmatica[78dd] forma super hoc precedente[79]. §. 5. Item[80] sibi inuicem recte permutant cum utriusque indempnitate, eorum scilicet consensu[81ee], qui et[82ff] supra referuntur.

EDITIO ROMANA.

Causa X. Quest. I. c. 15. e) et detrim. f) CCCXVIII. g) de cetero — Quest. II. c. 1. a) ministerii b) in directa c) vel d) qua e) vendi f) corroboretur g) Et infra: §. 3. Minus h) praestari i) titulo de k) eccl. lege Sancimus nemini — c. 2. a) C. II. De eodem b) Impp. Leo et Anthemius c) pert. vel posthac forte pervenerint d) res eorum pignor. e) Et hoc f) servetur g) his rebus h) Praetera si i) habeat k) vasa, quum debitrix sit l) ordinatio integra[42] vel m) scil.: *deest* n) vener. oblata dentur o) cuil. alii p) acceperit q) contra r) specialiter s) quarum t) nolit creditor ita accipere u) Emtore vero v) utilitatem w) divinae x) alioquin y) fisc. nom. vel onere z) fiscale aa) et: *deest* bb) licet cc) maiori, meliori dd) et pragm. ee) sensu interveniente ff) et: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. I. * Praesumant: In aliquot melioribus Gratiani codicibus[9] post hoc verbum sequitur §. *Quod si necessitas,* usque in finem (qui nunc habetur infra ead. ad finem Paleae *Huiusmodi*), et sic legit qui casum scripsit.

Causa X. Quest. I. can. 15. 189) divinum: *AB* 190) *CEGH Polyc.* 191) *add.:* omnes: *AB Ed. Bas.* 192) eodem: *AB* 193) quod: *deest: Polyc.* 194) est: *deest: ib.* 195) regul.: *deest: DH;* nostram . . . regul.: *deest: C* 196) *ABCDF;* preceptorum: *Polyc.* (*quod errore pro* trecentorum *scriptum esse videtur*) 197) statuerunt: *EG* 198) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 199) damnatus: *ABEG* 200) Resp. . . . fiat: *deest: Polyc.*

Causa X. Quest. II. 1) dissipandi: *AB* || can. 1. 2) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 147.; *Coll. tr. P.* II, 28, 6. (*can. contin.*); *Coll. tredec. P.* I, 235. 3) *add.:* sancta: *CDGH;* sanctorum: *Edd. coll. o.* 4) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (ecclesiae) 5) proposito: *orig. Hisp.* 6) *add.:* in: *CEGH Coll. tr. P.* 7) *add.:* episcopi: *Edd. coll. o.* 8) res: *deest: AB* 9) *in DFH Edd. Arg. Bas. hoc loco exstant sequentia usque ad finem canonis; in EF immissa sunt in c. 2. infra ante verba:* constitutio nova; *in ABC inveniuntur loco a Corr. indicato.* 10) *add.:* aut: *orig. Hisp.* 11) vel: *EG* 12) in: *deest: ADEFGH* 13) *Codd. coll. o. pr. AB* (indirectam venditionem); — *Hisp. Coll. tr. P.* 14) *Codd. coll. o.* 15) *F Hisp. Coll. tr. P.;* quam: *CEG* 16) *DFG Hisp. Coll. tr. P.* 17) et: *orig. Hisp.* 18) vel transact.: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.* 19) *C orig. Hisp. Coll. tr. P.;* robor. . . . transact.: *deest* (*errore scribae ut videtur*): *BF* 20) *Codd. coll. o.* — minusculas vero res aut ecclesiae minus utiles peregr.: *orig. Hisp.* 21) vero: *deest: Coll. tr. P.* 22) *Codd. coll. o. pr. G;* — *Coll. tr. P.;* perstare: *G Hisp.* 23) *signum quo Gratiani dicta distingui solent deest in Codd. coll. o.* 24) *Codd. coll. o.* 25) *ib.* — *l.* 21. *Cod.* (1, 2.) || can. 2. 26) *Codd. coll. o.* 27) *ib.* — *l.* 14. *Cod. de sacros. eccl.* (1, 2.) 28) *Codd. coll. o. Ed. Arg.* 29) inviolabiliter: *Edd. coll. o.* 30) *Auth. Hoc ius Cod. l.* 14. (1, 2.); — *Nov.* 7. 31) et omne: *ABF* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 34) *BCF Edd. coll. o.:* servantur: *D* 35) *Codd. coll. o. pr. C;* — *Edd. Arg. Bas. Ven. Lugd.* I.; servent. nisi in mobil.: *C* 36) ceterisque: *C;* cet. quidem: *EH;* cunctis: *H* 37) *Codd. coll. o.* — *Auth. Praeterea ib. c.* 21. — *Nov.* 120. *c. fin.* 38) *Codd. coll. o.* — *add.:* ecclesia: *orig.* 39) *Codd. et Edd. coll. o.* 40) possit: *orig.* 41) *Codd. coll. o.* 42) integr.: *deest: orig.* 43) *ABCF;* sanctisque: *DH;* sanctis: *EG* 44) *Codd. coll. o.;* ordinatio vel conflata cuilib.: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 45) *Codd. et Edd. coll. o.* 46) *add.:* quo magis debitum persolvatur: *orig.* 47) hoc: *DH orig.* 48) *ABCDF;* accepit: *H;* emerit: *EG* 49) *Codd. et Edd. coll. o. pr. GH* — *Corr.* 50) subiacet: *EG* 51) *Auth. Hoc ius Cod. l.* 14. (1, 2.); quod si: *orig.* 52) prius: *AB* 53) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG* 54) inmobilis . . . detur: *AB;* dantur: *G* 55) *Codd. et Edd. coll. o.* 56) *ib.* 57) existere: *orig.* 58) eccl.: *deest: CDEFH* 59) ex ea: *AB;* eadem: *Edd. coll. o.* 60) *Codd. coll. o. pr. AB* 61) int. cet.: *deest: AB* 62) crediderit: *CF;* crediderat: *DH* 63) *ABCF;* utilitate: *H* 64) *Codd. et Edd. coll. o.* 65) *Auth. Sicut Cod. ib.* — *Nov.* 7. *c.* 12. 66) aut.: *deest: orig.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Codd. orig.* 68) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 69) *Auth. Idem praedium ib.* — *Nov.* 120. *c.* 7.; *in AF hoc loco signum exstat, quo Gratiani dicta distingui solent; in C novus incipit can. cum rubr.:* de eodem. 70) *Codd. coll. o.* 71) *Codd. coll. o. orig.* 72) id . . . causa: *deest: AB, ubi legit.:* pro re maiori 73) *Auth. Sed et permutare: Cod. ib.* — *Nov.* 7. *c.* 2. 74) permutari: *AB* 75) principes: *CDF Edd. coll. o. pr. Arg.* 76) *Codd. et Edd. coll. o.* 77) *ib.* 78) *Codd. coll. o.* 79) procedente: *Codd. coll. o. pr. AB* 80) *Auth. Item sibi: Cod. ib. Nov.* 54. *c.* 2. 81) *Codd. coll. o.* 82) *ib. Edd. coll. o.*

II. Pars. §. 6. Perpetua[83] quoque emphiteosis in his rebus permittitur, si res in eorum geritur[84gg] presentia, quibus hoc assignatur lege, iurantibus his, quorum interest, ex eo contractu nichil ad lesionem diuinae domus effici, solito redditu ipsius rei, qui[85] fuit, cum[86] diuino iuri dedicaretur, non inminuendo[87hh] nisi in sextam partem, aut si ob cladem diminuta fuerit, tunc constante[88ii] nunc pensione in emphiteosim detur. Quod si res preciosa quidem est, parum tamen aut nichil prestet[89kk] pensionis[90ll], res subtiliter estimanda est, ut ex hoc[91mm] iusta pensio constituatur. Ea tamen sola dantur[92nn] in emphiteosim, que ad hoc congrua uidentur yconomo et aliis gubernatoribus. §. 7. Qui[93] rem huiusmodi conductam uel in emphiteosim acceptam fecerit deteriorem, aut[94oo] canonem per biennium non soluerit, repelli[95pp] potest, ut tamen soluat totius temporis pensionem, et id, in quo rem lesit, resarciat[96], non repetiturus si quid inpendit[97] nomine meliorationis. §. 8. Si[98] quas uero ruinas habent memoratae[99qq] domus, quas reedificare non ualent[100rr] in emphiteosim dentur perpetuam, emphiteota usuro[101] materia depositae habitationis domus[102], ut pensio minuatur[103ss] in tertiam partem ab ea, que stantibus adhuc habitationibus[104tt] colligebatur[105], aut, prius eo edificante[106uu], ex additis[107] illic[108vv] per estimationem pensionibus medietas detur religiosae domui[109ww]. §. 9. Qui[110] uero res iam dictas non gratuito alienationis titulo citra[111] formam legis accipit[112xx], rem quidem cum omni incremento medii temporis restituat: eius autem, quod dedit, nullam aduersus[113yy] uenerabilem locum[114], sed aduersus eum, qui alienauit, actionem habeat[115zz]. Donatarius autem et rem cum omni causa[116aaa] restituat, et aliud tantum[117bbb]. Creditor quoque, restituta re pignorata, crediti actionem[118ccc] non habet[119ddd]. Emphiteosis acceptor ab[120eee] ea cadat, nec quod dedit repetat, imo statim soluat quod soluturus esset[121fff], si iure contraxisset. §. 10. Sed melius dicitur omnino denegandas esse[122] actiones huiusmodi acceptori. *Cod. lib. I. de sacros. eccl.*[123ggg] *Inp. Leo:* §. 11. Si yconomus ecclesiae prospexerit[124] expedire, ut cuiquam desideranti certarum[125] possessionum atque prediorum (urbanorum[126hhh] uel[127iii] rusticorum) ad ius ecclesiasticum pertinentium temporalis[128] ususfructus possessio[129kkk] prestetur, eius[130lll] tempus[131mmm], quod[132] inter utrosque conuenerit, siue in diem uitae suae ab[133] eo, qui desiderat, postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat yconomus, atque conscribat, per que et tempus, intra quod hoc prestari placuerit[134], statuatur, et manifestum sit quod[135] quisque acceperit adinuicem.

[PALEA[136*]. C. III.

Huiusmodi[137] beneficii gratia prestando quidem[138] ecclesiastici predii pro tempore usumfructum[139], post statutum autem tempus et placitum ipsorum[140] redditum proprietate ad dominium et ius ecclesiasticum recurrente[141] firmiter.]

Conpleto[142a] uero[143b] spatio, quod inter eos fuerit constitutum, seu mortis suae tempore (si hoc quoque conuenerit) is, qui possessionem ecclesiasticam et ceterorum[144c] reddituum usumfructum habendi gratia pacto interueniente susceperit[145], non minus quam alterius tantae quantitatis, quantae[146d] acceperat, redditus[147], cum ipsorum prediorum dominio, et rebus inmobilibus, eorumque colonis et mancipiis ecclesiae derelinquat. Nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque non decernimus[148] ualere. §. 1. *N. C.*[149e**] Hec usus prestatio locum habet in omni domo religiosa. Quo finito[150] res utraque pleno iure perueniat in domum iam dictam, nec[151] tributis quidem sit grauata maioribus ea res, que datur inuicem[152f]. §. 2. Quibuscumque[153] modis[154g] aliis permittitur, interdicitur certis[155] personis rem[156h] huiusmodi[157] accipere, ut yconomo eiusque cognatis[158i].

C. IV. *Ecclesiasticarum rerum precariae qualiter fieri debeant.*

Item ex Concilio Mediomatricis[159*].

Precariae a nemine de rebus ecclesiasticis fieri presumantur, nisi[160] quantum de qualitate conuenienti[161] datur ex proprio, duplum accipiant[162a] ex[163] rebus ecclesiae, in suo tantum, qui dederunt[164b], nomine[165], si res proprias et ecclesiasticas fructuario usu tenere uoluerint[166c]. Si autem res proprias[167] ad presens dimiserint[168d], ex rebus ecclesiasticis triplum[169] fructuario usu in[170] suo tantum quis nomine sumat, quia sic eas quemque tractare[171], ut[172e] alienarum[173f] dispensatorem conuenit[174g], non propriarum[175h]

EDITIO ROMANA.

Causa X. Quest. II. c. 2. gg) geratur hh) minuendo ii) pro constante kk) praestat ll) pensionum mm) hac nn) dentur oo) aut emphyteuticum pp) hac lege repelli qq) memoratae divinae rr) val., et hae ss) deminuatur tt) aedificiis uu) reaedificante vv) illis ww) domui. Nam priore casu ab initio emphyteusis praestanda est pensio xx) accepit yy) contra zz) habet aaa) causa et fructum bbb) tantumdem ccc) act. contra solum pignoris datorem ddd) habeat (non: *deest*) eee) et ab fff) esset unoquoque anno ggg) Cod. ... eccl.: *deest* hhh) urb. scilicet iii) sive kkk) poss. pro ipsius petitione lll) tunc eius mmm) temporis — c. 3. a) Ita scilicet ut sive completo b) vero: *deest* c) certorum d) quantam e) Nam haec f) inv., et eiusdem reditus sit g) modis hoc ius h) res i) *hoc loco sequuntur quae supra exstant in c.* 1. *inde a voce:* Quod — c. 4. a) accipiatur b) dederit c) voluerit d) dimiserit e) tract. oportet ut f) rerum ecclesiasticarum g) convenit: *deest* h) ut prop.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * In aliquot vetustis exemplaribus, in quibus paucae sunt Paleae, continenter post ultima verba superioris capitis sequuntur sine ulla distinctione verba huius, quemadmodum et in ipsa lege Codicis. In duobus autem vetustissimis, in quibus fere nullae sunt Paleae, deest prior pars huius capitis, usque ad vers. *Completo spatio,* cetera vero leguntur coniuncte cum superioribus, usque ad vers. *Quod si necessitas.* Nam hic versiculus in iisdem exemplaribus non hoc loco, sed supra ead. cap. *Casellas.* habetur, ut ibi est notatum.

** Nam: Haec vox non est in authentica, et in vetustis Gratiani codicibus pro ista voce est: *N. C.,* et significatur: *novella constitutio.*

C. IV. * Citatur hic canon ex concilio Mediomatricis, a Burchardo autem et Ivone ex concilio Bellvacensi, praeter ultimum versiculum: *Nec commutationes,* quem citant ex Maticensi. In concilio etiam Meldensi, c. 22., refertur ex eodem concilio Bellvacensi. Exstat in Capitularibus editis anno IV. regni Caroli regis et Ludovici imperatoris filii in villa Colonia, c. 37., non est autem mutatus titulus, quia potuit idem in omnibus illis conciliis repeti, quod in Germanicis et Gallicis, quae exstant, saepe factum cognoscitur. Aliquid etiam de precariis habetur in concilio Remensi c. 36. et 37., et in concilio Moguntino sub Arnulpho c. 20.

Causa X. Quest. II. can. 2. 83) *Auth. Perpetua Cod. l.* I. *t.* 2. *c.* 14. — *Nov.* 120. *c.* 6. 84) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* II. 85) quae: *BC* 86) dum: *AB* 87) *Codd. et Edd. coll. o.* 88) *ib. pr. Lugdd.* II. III. 89) *Codd. coll. o.* 90) *Codd. et Edd. coll. o.* 91) *ABCEG* 92) *Codd. coll. o.* 93) *Auth. Qui rem: Cod. ib. — Nov.* 120. *c.* 3.; Qui rem eiusmodi: *AB* 94) *Codd. et Edd. coll. o. Edd. origin.* 95) *Codd. et Edd. coll. o.* 96) resarciet: *CDFH* 97) impenderit: *Edd. coll. o.* 98) *Auth. Si quas. Cod. ib. Nov.* 120. *c.* 1. 99) *Codd. et Edd. coll. o.* 100) *ib.* 101) usura: *CH;* usurae: *Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. 102) dom.: *deest: AB* 103) *Codd. et Edd. coll. o.* 104) *ib. orig.* 105) colligebantur: *ABCDF;* colligebant: *H* 106) *Codd. coll. o.* 107) adiectis: *orig.* 108) *Codd. coll. o.;* illi: *orig.* 109) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 110) *Auth. Qui res: Cod. ib. — Nov.* 120. *c.* 11. *Ivo Decr.* III, 185. 111) circa: *Edd. Bas. Ven.* II. 112) *Codd. et Edd. coll. o.* 113) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (adv. ... act.: *deest*) 114) domum: *CDF Edd. coll. o.* 115) *Codd. et Edd. coll. o.* 116) *ib. orig.* 117) *Codd. coll. o.;* ad aliud tant.: *AB* 118) *Codd. coll. o. Ed. Nor. Edd. orig.* 119) *Codd. coll. o. pr. F* (habeat); non ecclesiam habeat: *Edd. coll. o. pr. Nor.* 120) *Codd. et Edd. coll. o.* 121) *ib. Edd. origin.* 122) esse: *deest: AB* 123) *Codd. coll. o.; add.:* item: *DH — l.* 14. §. 5. *Cod.* (1, 2.) 124) huius regiae urbis eccl. perspexerit: *orig.* 125) cunctarum: *ABCDH* 126) *Codd. et Edd. coll. o.* 127) *ABCDH;* et: *F Edd. coll. o. pr. Bas.; deest: EG* 128) temporaria: *orig.* 129) *ABCDH* 130) *ib.* 131) *ib.; add.:* postuletur: *AB* 132) quod ... utrosque: *deest; AB* 133) si ab: *Edd. coll. o.* 134) placuit: *EG* 135) quid: *AB;* quid quacumque acceperit ad uicem: *orig.* ‖ can. 3. 136) *haec Palea deest: ABCDFH; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est. — constit. cit. continenter.* 137) huius: *orig. EFG* 138) quid.: *deest: EG* 139) usufructu: *orig.* 140) temporum: *ib.* 141) redeunte: *EG* 142) *ABCDFH;* Ita ut sive conpl.: *EG Edd. coll. o.* 143) *ABCDF Ed. Arg. Bas.* 144) *ABEFGH Edd. coll. o. pr. Arg.;* cunctorum: *CD* 145) susceperat: *D Ed. Bas.* 146) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 147) redditurus: *EG* 148) decrevimus: *EGH* 149) *Codd. coll. o. — Auth. Haec usus Cod. ib. — Nov.* 120. *c.* 2. 150) infinita: *AB* 151) nunc: *EG* 152) *Codd. et Edd. coll. o.;* ad invicem: *EFG Edd. coll. o.* 153) *Auth. Quibuscunque Cod. ib. — Nov.* 120. *c.* 5. 154) *Codd. et Edd. coll. o.* 155) ceteris: *ABC;* cunctis: *H* 156) *ABCDFH* 157) eiusmodi: *ABDH* 158) *Quae in Ed. Rom. hoc loco ex Conc. Agath. c.* 7. *exstant, videas supra in fine canonis* 1. ‖ can. 4. 159) *c.* 22. *Conc. Meldensis hab. ao.* 845. *ap. Mansi* XIV, 823.; *canon repetitus est in conventu Karoli* II. *in villa Sparnaco ao.* 846. *hab. c.* 6. (*in M. LL. non exstat*); — *Abbo Floriac. c.* 7. (in lib. Concilior. III.); *Reg.* I, 375. 376. (ex Cap. ad Belvacum c. 20.); *Burch.* III, 167. *sq.* (ex C. ap. Belv.); *Ivo Decr.* IX, 228. *sq.* 233. (ex C. Belvac.); *Polyc.* III, 14, 2. 3.; *Coll. tredec. P.* IV, 237. 160) nisi in: *AB;* nisi tantum quant.: *DF Edd. coll. o.* 161) conventi: *Abbo* 162) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I. (accipient) 163) et: *Polyc.* 164) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 165) nomina: *orig.* 166) *ABCDFH Edd. coll. o. Ivo* 167) prop.: *deest: Abbo Reg. Burch. Ivo Polyc.* 168) *ABCDF Edd. coll. o.;* dimisit: *Ivo* 169) trip.: *deest: Abbo* 170) in: *deest: B* (usui) *CDH* 171) tueatur: *Abbo* 172) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Polyc.* 173) *Codd. coll. o. pr. CH; — Abbo Ivo Polyc.;* alien. rerum: *CH Reg. Burch.;* ut ecclesiasticarum: *orig.* 174) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Polyc.* 175) *CDFH orig. Abbo Reg. Burch. Ivo*

largitorem**. §. 1. Decreuit[176] etiam sancta sinodus, et inperialis auctoritas denunciat[177 i], ut[178] a nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus[179 k] Deo et Sanctis eius dicatis[180], cum ratio et usus obtineat neminem cui[181] non uult contra utilitatem et rationem cogi*** de proprio facere beneficium. §. 2. Nec[182] conmutationes rerum uel mancipiorum ecclesiasticorum quelibet persona sine licentia et regio[183] consensu facere presumat.

[P A L E A[184].

C. V. De eodem.

Item ex Concilio Belluacensi[185].

Precariae[186] de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem et auctoritatem[187] renouentur.]

[P A L E A[188].

C. VI. De eodem.

Item ex Concilio Cartaginensi[189]*.

De precariis, que a rectoribus ecclesiarum inrationabiliter fiebant, et se[190] suosque successores pena graui obligabant, ut facta ipsorum nequiuissent[191] dissoluere, precipimus, ut nemo successor in antecessoris sui pena[192] sit obligatus, sed suae prouidentiae sit concessum, ut, si antecessor eius res ecclesiae inrationabiliter distribuit, ab eo ad ius ecclesiae eiusdem[193] reuocentur.]

C. VII. *Res ecclesiae dispensandi potestatem habeat episcopus*[194].

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 16.][195]

III. Pars. Episcopus habeat potestatem in rebus ecclesiae, ut dispenset necessitatem habentibus cum omni reuerentia et timore Dei. Participare etiam[196] eum oportet que necessaria sunt. Si tamen[197] ipse aut qui cum eo sunt fratres indiguerint[198] aliquo, ut necessitatem nullo modo patiantur, secundum Apostolum sanctum[199] dicentem[200]: „Victu[201] et tegumento, his contenti sumus.“[202] Si autem res ecclesiasticas episcopus in suas uoluntates usurpare uoluerit[203 a], aut fratribus uel filiis, uel quibuscumque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter res ledantur ecclesiae, hunc[208 b] oportet obnoxium esse concilio; sin aliter[209 c]*, episcopus uel qui cum eo sunt presbiteri aut[210] diaconi accusentur, quia ea[211], que ex[212 d] redditu, uel ex quolibet actu** ecclesiae ueniunt[213], in suos usus[214 e] colligunt, et pauperes[215] fraudant et fame conficiunt[216], hos[217] corripi oportet secundum quod ordinatum fuerit a sancto concilio.

IV. Pars. Gratian. *Si uero contra hanc prohibitionem aliquam*[218] *de rebus ecclesiae episcopum*[219] *uendere contigerit, et res ipsa*[220] *ecclesiae restauranda, et ipse a*[221 f] *gradu suo eiciendus*[222 g] *decernitur.*

Unde in eodem Concilio Martini Papae, [c. 14.], *legitur*[223]:

C. VIII. *De episcopo, qui nulla necessitate res ecclesiae uendit*[224].

Si quis episcopus nulla ecclesiasticae rationis necessitate conpulsus in suo clero[225]*, aut ubi forte presbiter non est, de rebus ecclesiasticis presumpserit aliquid uendere, res[226 a] ipsas ecclesiae propriae[227] restaurare[228] cogatur, et in iudicio episcoporum deiciatur auditus et conuictus[229]**, et[230] tamquam furti aut[231] latrocinii reus suo[232] priuetur honore.

Q U E S T I O III.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quid uero nomine cathedratici episcopus exigere debeat, in secundo Concilio Bracarensi* [c. 2.] *legitur*[1]:

C. I. *Preter honorem cathedratici nichil per dioceses exigat episcopus.*

Placuit, ut nullus episcoporum, per[2] suas[3] dioceses ambulans, preter honorem cathedrae suae, id est duos solidos, aliud aliquid per ecclesias tollat, neque tertiam[4] partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis parrochialibus facta sibi usurpet[5 a]; sed[6 b] ecclesiae reparationi[8 c] seruetur, et[9] singulis annis episcopo[10 d] ratio fiat. Nam si tertiam partem illam episcopus tollit[11 e], lumen et sacra[12 f] tecta ecclesiae[13] abstulit. Similiter etiam[14 g] parrochiales clerici seruili more in aliquibus operibus episcopo[15] seruire[16] non cogantur, quia scriptum[17] est: „Neque ut[18] dominantes in clero.“

C. II. *Basilicarum reparationi*[19] *proficiat tertia pars*[20 a], *quam accipere consueuerat episcopus.*

Item ex Concilio apud Marech[21 b]*.

Priscis[22] quidem canonibus erat decretum, ut episcopus

EDITIO ROMANA.

Causa X. Quest. II. c. 4. i) denunciavit k) rebus proprie — c. 7. a) voluerit, et loca[204] ecclesiae et[205] fructus agrorum non cum presbyterorum[206] vel diaconorum consilio contaminaverit[207], b) tunc c) autem* d) vel ex e) sinus f) a: *deest* g) deiiciendus — c. 8. a) et res — Quest. III. c. 1. a) paroch. requirat; sed b) sed illa tertia pars pro luminaribus[7], ecclesiae vel c) reparatione d) episcopo inde e) tollat f) sarta g) et — c. 2. a) pars: *deest* b) Emeritensi c. 16.*

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Largitorem: In concilio Meldensi et Capitularibus post hoc verbum sequitur continenter: *et a nulla potestate quis cogatur etc.* sine verbis illis hic interiectis, quorum tamen similia afferuntur a Burchardo et Ivone ad vers. *Nec commutationes.*

*** Cogi: Sic in omnibus vetustis codicibus Gratiani, et adest glossa; sed in concilio Meldensi, et Capitulari, et apud Burchardum et Ivonem est: *praestitum.*

C. VI. * Carthaginensi: Etiam in Decretalibus, tit. de precariis, citatur ex concilio Carthaginensi; sed in nullo ipsorum est inventum. Potuit esse alicuius illarum provinciarum concilii, exstat autem in legibus Longobardicis. lib. 3. tit. 8. l. 2.

C. VII. * Sin autem: In capitulis habetur: *similiter;* sed melior videtur lectio duorum vetustiorum Gratiani codicum: *sin aliter;* propius enim accedit ad graecam concilii Antiocheni cap. 25., unde hoc sumtum est: *εἰ δὲ καὶ ἄλλως*, id est: *si autem et aliter*, ut infr. 12. q. 2. c. *Episcopus.*

** Actu: Haec vox in simili re habetur infr. 12. q. 2. *Vulteranae: Vulteranae ecclesiae actus vel patrimonium.* Graece est: *ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς*; id est: *vel etiam ex qualibet alia causa et occasione ecclesiastica.*

C. VIII. * In clero suo: In codice Lucensi regio legitur: *inscio clero.*

** Et convictus: Hae duae voces non sunt in capitulo Martini, neque apud Burchardum, neque apud Ivonem parte 3. Parte autem quinta abest praeterea vox: *auditus;* vetustis tamen omnibus Gratiani codicibus convenit cum vulgatis.

Quest. III. C. II. * Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manuscriptis corrupte citabatur ex concilio Merech. Est autem in Emeritensi

---

Causa X. Quest. II. can. 4. 176) decrev. . . . denunc.: *deest: orig. Abbo Reg. Burch. Ivo* 177) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Turrecrem.* 178) et: *orig. Abbo; deest: Reg. Burch. Ivo* 179) *Codd. et Edd. coll. o. Abbo Reg. Burch. Ivo Polyc.* 180) dedicatis: *H Edd. Arg. Nor. Ven.* II. 181) qui: *orig. Abbo* 182) *hoc loco verba c. 23. Concilii summatim referuntur; cf. Burch.* III, 172.; *Ivo Decr.* III, 233. 183) religionis: *Ivo* || can. 5. 184) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu poster. saec. in marg. scripta est.* 185) *c. 22. Conc. Meldens. (cf. ad c. antecedens); — ap. Mansi* XIV, 824.; — *Reg.* I, 378. (Conc. ap. Belvac. c. 6.); *Burch.* III, 163.; *Ivo Decr.* III, 233.: — *cf. comp.* I. *et* X. *de precariis.* 186) ut prec.: *Reg. Burch. Ivo* 187) et auct.: *deest: F Edd. coll. o.* || can. 6. 188) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu poster. saec. in marg. scripta est.* 189) *Cap.* 10. *Const. Hlotharii Olonnens. ao.* 825.; *in Mon. Germ. LL.* I, 249. — *Comp.* I. *et* X. *tit. cit.* 190) et se: *deest: orig.* 191) ipsius nequiret: *ib.* 192) *add.:* statuta: *ib.* 193) tenendae: *ib.* || can. 7. 194) aliquo modo: *EGH* 195) *c. 25. Conc. Antioch. ex interpret. Martini Bracar. ap. Bruns.* II, 47.; *Coll. tr. P.* II, 47, 16. 196) et.: *deest: orig. Hisp.;* et: *Coll. tr. P.* 197) tantum: *CDFH* 198) indigeant: *ABH* 199) sanct.: *deest: EFGH Ed. Bas.* 200) I. *Tim. c.* 6. *v.* 8. 201) *add.:* tantum: *CH Edd. coll. o.* 202) simus: *CH Coll. tr. P.* 203) *Codd. et Edd. coll. o.* 204) lucra: *orig. Hisp.* 205) vel: *ib. Coll. tr. P.* 206) et: *Coll. tr. P.* 207) intaminaverit: *orig. Hisp.;* ita minaverit; *Cod. regius ap. Corr.* 208) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp.* 209) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. pr. Lugdd.* II. III.; — similiter id si: *orig. Hisp.* 210) vel: *EGH* 211) ea: *deest: ABF Coll. tr. P.* 212) *AB orig. Hisp. Coll. tr. P.* 213) venerunt: *F Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (obveniunt) 214) *Codd. et Edd. coll. o.* 215) pauperibus: *CDFH Edd. Arg. Nor. Ven.* II. *Coll. tr. P.* 216) constituunt: *AB* 217) *add.:* enim: *CDF Edd. Arg. Bas. Nor. Coll. tr. P.;* hos quidem: *EG;* hoc enim: *Edd. rell.* 218) aliqua: *EGH* 219) ep.: *deest: AB* 220) res ipsas . . . restaurandas: *ABFH* 221) *Codd. coll. o. pr. AB* 222) *Codd. coll. o.* || can. 8. 223) *ap. Bruns.* II, 46. (*cf. Conc. Carth.* IV. *c.* 32.; *V. c.* 4.) — *Reg.* I, 361.; *Burch.* I, 215.; III, 181.; *Ivo Decr.* III, 172. 242.: *ib.* V, 329.; *Coll. tr. P.* II, 47, 13. 224) vendidit: *EH;* vendicat: *G* 225) inscio clero: *orig. Hisp. Reg.* 226) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Reg. Burch.* I. III. *Ivo* III. V. *Coll. tr. P.* 227) prop.: *deest: Burch.* I.; *add.:* cuius sunt: *orig. Hisp.* 228) *CDFH Edd. Arg. Bas. Coll. tr. P.* 229) et conv.: *deest: orig. Hisp. Reg. Burch.* I. III. *Ivo* III. V. *Coll. tr. P.;* et conv.: *orig. ap. Mansi* 230) atque (tamq.: *deest*) *Ivo* III, 242. 231) vel: *H;* et: *G Ivo* III. 232) a suo: *Hisp. Reg. Coll. tr. P.*

Causa X. Quest. III. can. 1. 1) *hab. ao.* 572. — *ap. Bruns* II, 40.; *Abbo Floriac. c.* 31.; *Reg.* I, 11.: *Coll. tr. P.* II, 46, 2. 2) cum per . . . ambulat: *orig. Hisp.;* per: *deest: Abbo* (perambulans); cum suas . . . visitat: *Reg.* 3) suam dioecesim: *Edd. Bas. Lugdd.* 4) suam: *Coll. tr. P.* 5) *Codd. et Edd. coll. o.* 6) *ib.* 7) luminariis: *orig.* 8) *Codd. et Edd. coll. o.; Codd. orig.;* recuperationi: *orig. Hisp. Abbo Reg. Coll. tr. P.* 9) ut: *orig. Hisp.* 10) *Codd. et Edd. coll. o.;* ep. exinde: *Abbo Reg.* 11) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 12) *ABCDH orig. Hisp. Coll. tr. P.* 13) *finis canonis: Reg.* 14) *ABCDH:* ut et: *orig. Hisp. Abbo Coll. tr. P.* 15) episcopi: *orig. Hisp.;* episcopis: *Codd. origin. Abbo* 16) serv.: *deest: orig. Hisp.* 17) I. *Petr. c.* 5. *v.* 3. 18) ut: *deest: C;* vi: *orig. Hisp. Abbo* || can. 2. 19) reparationibus: *EGH* 20) *Codd. coll. o.* 21) *Codd. coll. o. pr. B* (Merech); *in C deest:* apud; — *c.* 16. *Conc. Emeritens. hab. ao.* 666. *ap. Bruns* II, 91. 22) perpriscis quippe: *orig. Hisp.*

de parrochianis[23] ecclesiis tertiam[24] sequeretur[25c], cui sua plenissime sufficere possunt[26**]. Placuit huic sancto concilio, ut nullus prouinciae Lusitaniae[27d] episcopus[28e] a qualibet parrochiana[29] ecclesia tertiam auferre presumat, sed que exinde*** consequi potuerat[30f] reparationi[31g] basilicarum proficiant[32h].

C. III. *Non accipiant episcopi tertiam*[33a], *nisi dirutas*[34] *ecclesias reparare uoluerint.*

Item ex Concilio Tolletano [XVI., c. 5.][35*]

Unio nostrae congregationis[36] decernit[37] atque instituit, ut tertias, quas antiqui canones de parrochiis suis habere episcopos[38b] censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis dirutae ecclesiae reparentur. Si[39c] uero eas maluerint cedere[40], ab earundem[41] ecclesiarum[42] cultoribus sub cura et sollicitudine sui pontificis[43] reparatio eisdem est adhibenda basilicis. Quod si omnes ecclesiae aut incolumes fuerint, aut que dirutae erant reparatae extiterint, secundum antiquorum canonum instituta, si tertias sibi debitas unusquisque episcopus assequi uoluerit, facultas illi omnimoda erit, ita uidelicet, ut citra ipsas tertias nullus episcoporum quippiam pro regiis inquisitionibus a parrochitanis[44d] ecclesiis exigat, nichilque de prediis ipsarum ecclesiarum cuiquam causa[45] stipendii dare presumat. §. 1. Sed et[46] hoc necessarium instituere[47e] duximus[48f], ut plures ecclesiae uni nequaquam conmittantur presbitero, quia solus per totas ecclesias nec offitium ualet persoluere[49g], nec rebus earum necessariam curam inpendere, ea[50] scilicet[51] ratione precipimus[52h], ut ecclesia, que usque ad decem habuerit[53] mancipia, super se habeat sacerdotem, que uero minus[54i] aliis coniungatur ecclesiis. Si quis sane episcoporum[55] hanc nostram institutionem[56k] paruipenderit[57], duorum mensium spatio[58l] se nouerit excommunicatione mulctari**.

C. IV. *De eodem.*

Item Pelagius Cresconio Illustri[59].

Illud te modis omnibus uolumus custodire, ne quis[60a] episcoporum Siciliae de parrochiis ad se pertinentibus nomine cathedratici amplius quam duos solidos presumat[61b] accipere, neque conpellere presbiteros aut[62] clerum parrochiarum suarum supra uires suas eis conuiuia preparare.

C. V. *Baptizandis numerus non inponatur, nec cathedraticum ultra morem uetustum exigatur*[63].

Item Gelasius Papa Fabiano Episcopo[64].

Nec[65] numerus baptizandis iuste creditur inponendus, cum quanti petierint uel ad regenerationem festinauerint non sint pro alterius uoluntate repellendi[66]. Et ideo, frater[67a], huiusmodi[68] superfluam constitutionem modis omnibus remouebis, ut unusquisque aut in uicina sibi[69] ecclesia, aut in electa pro suae mentis baptizetur arbitrio. Cathedraticum etiam non amplius, quam uetusti moris esse[70] constiterit[71], ab eius loci presbitero noueris[72] exigendum, et de his, que die dedicationis fuerint offerentium deuotione collata[73], consuetudinem, que generaliter omnibus ecclesiis est prescripta, seruabis.

II. Pars. Gratian. *Cathedraticum, quod his auctoritatibus episcopis*[74] *permittitur exigere, preter medietatem uel tertiam partem oblationum, que*[75b] *pro uaria ecclesiarum consuetudine ex premissis auctoritatibus episcopo debetur, intelligendum est, nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligenda est, sed uel*[76] *anniuersariae dedicationis, uel quorumdam etiam solempnium dierum, prout inter episcopum et sacerdotem tempore dedicationis conuenerit. De his*[77] *uero episcopis, qui per parrochias suas crudeliter deseuiunt, sic statutum est in tertio Concilio Tolletano*, [c. 20.][78]:

C. VI. *Ultra morem antiquum a parrochianis presbiteris nichil episcopi exigant.*

Quia[79] cognouimus episcopos per parrochias suas non sacerdotaliter, sed[80] crudeliter deseuire, et dum scriptum sit[81]: „Forma estote gregi[82], non[83a] ut[84] dominantes in clerum“[85b] qui[86c] exactiones diocesi[87] suae uel dampna infligunt[88d], ideo censemus[89], (excepto, quod ueterum constitutiones a parrochiis habere iubent episcopos), ut[90] alia illis[91], que hucusque presumpta sunt, denegentur, hoc est, neque[92] in[93] angariis presbiteri[94] aut diacones, neque aliquibus[95e] fatigentur[96] indictionibus, ne uideamur[97] in ecclesia Dei exactores potius quam Dei pontifices nominari. Hii uero clerici, tam locales quam diocesiani, qui se ab episcopo grauari cognouerint[98], querelas suas ad metropolitanum non differant deferre, et[99] metropolitanus non moretur eiusmodi[100] presumptiones auertere[101f].

C. VII. *A parrochianis stipendia non nisi cum karitate episcopi exigant.*

Item ex Concilio Cabillonensi [II. c. 14.][102]

Cauendum sane[103a] est, ne, cum episcopi per[104b] parrochias suas peragrant, quandam non solum erga subditos

EDITIO ROMANA.

Causa X. Quest. III. c. 2. c) consequeretur d) Lusitanae e) ep. sententiae huius terminum excedat, nec f) poterat totum in g) reparatione h) proficiat — c. 3. a) tertiam partem b) habendas episcopis c) Sin d) parochianis e) necessarium instituere f) deligimus g) pers., nec populis sacerdotali iure occurrere sed h) prec.: *deest* i) minus decem mancipia habuerit k) constitutionem l) spatiis — c. 4. a) qui b) praesumant — c. 5. a) frat. carissime b) quae etiam — c. 6. a) neque b) clero c) qui: *deest* d) infligant e) in aliquib. f) coërcere — c. 7. a) sane: *deest* b) per: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

c. 16., cuius concilii duo exemplaria ad S. D. N. Gregorium XIII. missa sunt. Huius concilii et capitis meminit Innocentius III. in epistolis Romae impressis lib. 2., epistola Petro Compostellano scripta, his verbis: *Emeritense vero concilium authenticum esse multis rationibus adstruebas, tum quia cum aliis conciliis continetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutorem authenticum comprobavit, tum quia de ipso concilio sumtum est cap.* Priscis quidem canonibus, *quod continetur in corpore decretorum.*

** Sufficere possunt: Sublata est negatio, quae erat in vulgatis, quoniam et ab utroque exemplari concilii, et a vetustis Gratiani codicibus abest et hoc modo magis convenit cum ratione legis

*** Sed quae exinde: In exemplaribus concilii legitur: *Sed quaeque* [*quidquid:* orig. Hisp.] *exinde consequi potuerat totum in reparatione* [*reparationem:* orig. Hisp.] *ipsarum basilicarum proficiat.*

C. III. * Caput hoc est pars quarti canonis conc. XVI. Toletani, cuius duo exemplaria missa sunt ex Hispania, ex quibus nonnulla sunt in hoc capite emendata et addita. Habitum vero est concilium hoc aera DCCXXXI., quum illud Emeritense habitum fuerit aera DCCIV.

** Mulctari: In concilio sequitur: *ita nempe, ut postquam ab excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeaverit locum, cunctas huius canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere* [*implere:* orig.].

Causa X. Quest. III. can. 3. 23) parochitanis: *orig. Hisp.* 24) *add.:* partem: *BC* 25) *Codd. coll. o. pr. CE; — orig. Hisp.* 26) non possunt: *AB* 27) *ABCDF orig. Hisp.* 28) *Codd. et Edd. coll. o.* 29) parochitana: *orig. Hisp.* 30) *CDFH;* potuerit: *AB;* poterunt: *EG* 31) *Codd. et Edd. coll. o.;* reparationi: *ABEFG Edd. coll. o.;* ad reparationem; *C;* reparationem: *DE* 32) *ABCEG Edd. coll. o.;* perficiat: *D;* perficiant: *H* || can. 3. 33) *ABCDF* 34) diruptas: *ABEH* 35) *hab. ao.* 693. *ap. Bruns* I, 370. 36) adunationis: *orig. Hisp.* 37) decrevit: *ABEG Edd. coll. o.* 38) *Codd. et Edd. coll. o.* 39) *Codd. coll. o. pr. AB* 40) *add.:* ecclesiae: *Edd. Bas. Lugdd.;* credere: *orig.* 41) earum: *AB Edd. coll. o. pr. B;* eisdem: *F* 42) eccl.: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* 43) episcopi: *AB* 44) *ABC Ed. Bas. orig. Hisp.* 45) causae: *Ed. Bas.;* aliquid causa: *orig. Hisp.* 46) et: *deest: ABF;* etiam: *EGH* 47) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 48) *ABCGH Turrecrem.;* diximus: *DEF* 49) *Codd. et Edd. coll. o.* 50) eadem: *F Edd. coll. o. exc. Arg.* 51) scil.: *deest: AB* 52) *Codd. et Edd. coll. o.* 53) habuit: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 54) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 55) episcopus: *orig. Hisp.* 56) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Hisp.* 57) *add.:* et quispiam exinde temerandum crediderit: *orig. Hisp.* 58) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 4. 59) *add.:* Papa: *AEG; — fragm. ep. Pelagii* II. (578—90.) *cf. Gregor. M. ep.* 18. *l.* XIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 700. — *cf. Thiel p.* 613. — *Ivo Decr.* III, 136.; *Coll. tr. P.* I, 54, 11. 60) *A Ivo Coll. tr. P.;* quisquam: *Codd. coll. rel. pr. B; — Ed. Bas.* 61) *Codd. coll. o. pr. B — Ed. Bas. — Ivo Coll. tr. P.* 62) atque: *ABEFG;* vel: *H* || can. 5. 63) exig.: *deest: EGH;* non exigat.: *AB* 64) *Ep. scr. incerto tempore quae Gelasio* (492—96.) *commode tribui nequit, cuius quippe temporibus nondum vetusti moris esset ut cathedraticum exigeretur. — ap. Thiel p.* 494. — *Jaffé no.* 457. — *Coll. tr. P.* I, 46, 33.; *Caes.* XII, 8. 65) ne: *H; add.:* enim: *Coll. tr. P.* 66) pellendi: *CDEGH Coll. tr. P.* 67) *Codd. coll. o. pr. C* 68) huiusm.: *deest: Coll. tr. P.* 69) sua: *DH Ed. Bas.* 70) esse: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* 71) mores. . . . constituunt: *AB;* extiterit: *Edd. coll. o.* 72) *add.:* esse: *CDFH* 73) collecta: *Coll. tr. P.* 74) episcopo: *AB* 75) *Codd. coll. o. pr. DF;* quae et; *D* 76) vel: *deest: AB* 77) his: *deest: ib.* || can. 6. 78) *hab. ao.* 589. *ap. Bruns* I, 218.; *Abbo Flor. c.* 37. (*can.:* multorum querela); *Ivo Decr.* III, 137.; *Coll. tr. P.* II, 36, 9. 79) qua: *Abbo* 80) *add.:* et: *orig. Hisp.* 81) I. *Petr. c.* 5. *v.* 3. 82) gregis: *orig. Abbo* 83) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 84) ut: *deest: orig. Hisp.;* vi quasi: *Abbo* 85) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 86) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 87) diocesis: *Coll. tr. P.* 88) *Codd. coll. o. orig. Hisp.* 89) cens.: *deest: orig. Hisp.* 90) ut: *deest: ib.* 91) ill.: *deest: ib.* 92) quod nec: *AB* 93) in: *deest: Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 94) presbyteros . . . diaconos: *Abbo* 95) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 96) fatigent: *orig. Hisp. Abbo* 97) videantur: *Abbo* 98) noverint: *AB* 99) ut: *A Coll. tr. P.;* qui: *orig. Hisp. Abbo* 100) huiusmodi: *ABGH Coll. tr. P.* 101) *Codd. et Edd. coll. o. orig. ed. Mansi Coll. tr. P.;* districte coercere: *orig. Hisp.* || can. 7. 102) *hab. ao.* 813.; *ap. Mansi* XIV, 96. 103) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 104) *Codd. et Edd. coll. o.*

sed[105c] erga socios tyrannidem exerceant, ne[106d] (quod absit) cum[107] karitate, sed cum quadam[108e] iactantiae temeritate, nec cum gratiarum actione, sed cum quadam iudiciaria inuentione stipendia ab eis exigant. Obseruandum[109f] modis omnibus est[110g], ut, si quando eis peragrandae parrochiae necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in predicatione uerbi Dei, in lucris animarum potius quam in depredandis et spoliandis hominibus et scandalizandis fratribus operam dent. Et[111] si quando eis ad peragendum ministerium suum a subditis aut a[112h] fratribus aliquid accipiendum est, hoc summopere obseruare debent, ne quem scandalizent aut grauent. Tanta ergo discretio in hac re tenenda est, ut[113i] uerbi Dei predicator[114], ubi[115] proprii sumptus desunt, a fratribus accipiat, et idem[116k] fratres illius potentia non grauentur, exemplo apostoli[117] Pauli, qui, ne quem grauaret, arte et manibus uictum querebat.

C. VIII. *Ultra duos solidos a parrochianis ecclesiis episcopus non presumat accipere*[118].

Item ex Concilio Tolletano VIII. [c. 4.][119a]

Inter cetera denique, que communi consensu nos conferre conpetenter oportuit, querimonias etiam parrochialium presbiterorum Gallitiae[120b] * prouinciae sollertissime discernere[121] decuit[122], quas contra pontificum suorum rapacitates necessitas, ut conperimus, tandem conpulit in publicum examen deferri[123]. Hii enim pontifices, ut euidens[124] inquisitio patefecit, indiscreto moderamine parrochitanas[125c] ecclesias pregrauantes, dum in exactionibus superfluis[126d] frequenter[127] existunt[128], pene usque ad exinanitionem extremae uirtutis quasdam basilicas perduxisse probantur. Ne ergo fiat de cetero quod constat hactenus inordinate presumptum, non amplius quam duos solidos unusquisque episcoporum prefatae[129] prouinciae per singulas dioceses uel[130e] basilicas iuxta sinodum Bracarensem[131] annua illatione sibi expetet[132f] inferri, monasteriorum tamen basilicis ab hac solutionis expensione[133g] seiunctis. §. 1. Cum[134] uero episcopus diocesim[135] uisitat, nulli pre multitudine onerosus existat, nec umquam quinquagenarium** numerum euectionis[136] excedat, aut amplius quam una die per unamquamque basilicam remorandi[137] licentiam habeat. §. 2. Quicumque uero pontificum eorundem aliter quam decreuimus[138h] agendum presumpserit, correctioni[139i] proculdubio canonum subiacebit tamquam[140] constitutionum[141k] sinodalium transgressor[142] et priscorum Patrum edictorum[143] corruptor.

C. IX. *Sacerdotes ab episcopis suis*[144] *ultra modum non grauentur.*

Item Gregorius Episcopis Siciliae, [lib. XI. ep. 20.][145]

Relatum est nobis, sanctae memoriae decessoris mei temporibus per Seruum dei diaconem, qui tunc[146] ecclesiastici patrimonii curam gessit, fuisse dispositum[147], ut sacerdotes per uniuersas[148] uestras dioceses constituti, quociens ad consignandos infantes egredimini, ultra modum grauari minime debuissent. Summa enim prefixa fuerat[149], uobis, ut audio, consentientibus, que ab eis[150a] sacerdotibus pro labore clericorum dari debuisset. Atque hoc, quod[151] tunc placuit, sicut nunc dicitur, minime custoditur. Unde fraternitatem uestram admoneo, ut subiectis uestris graues non studeatis existere.

C. X. *Secundum loci mediocritatem episcopis conuiuia parentur.*

Item Pelagius Papa Cresconio Illustri[152a].

Illud magnitudinem tuam minime uolumus ignorare, quod Siracusanae ciuitatis episcopus inter alia, que in cautionum suarum pagina spopondit, hoc etiam specialiter sub interpositione penae legitime promisisse legitur[153], numquam se a quolibet diocesis suae presbitero ultra duos solidos cathedratici nomine petiturum, nec per[154] quamlibet aliam occasionem quicquam in eius dispendio se esse gesturum. Quod magnitudo tua non solum a predicto episcopo, sed de omnium episcoporum Siciliae personis conpetenti sollicitudine custodire non desinat, nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundum mediocritatem loci uniuscuiusque episcopo ad consignationem[155] uenienti susceptionis parare[156b] conuiuium, quia nec eo pretextu[157] pauperibus incuti dampna uolumus aut qualibet ratione permittimus.

CAUSA XI.

GRATIANUS.

Clericus aduersus clericum questionem de prediis agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere uoluit reus non nisi ante iudicem ęcclesiasticum stare uolebat; actor uero potentia ciuilis iudicis illum a possessione sua deiecit. Quo audito episcopus eum ab offitio[1] *suspendit; ille contempta episcopi sui*[2a] *sententia offitium suum administrauit. Hoc conperto episcopus*[3] *sine spe restitutionis in eum sententiam dedit.* (Qu. I.) *Hic primum queritur, utrum clericus ante*[4] *ciuilem iudicem sit producendus?* (Qu. II.) *Secundo, si producendus non est, an hec culpa sit digna suspensione?* (Qu. III.) *Tertio, si digna non fuerit, an contemptorem sententiae sui episcopi inreparabiliter oporteat deponi?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod clericus apud seculares iudices accusandus non sit, Gaius Papa,* [epistola ad Felicem Episcopum cap. 2.], *scribit, dicens*[5]:

EDITIO ROMANA.

Causa X. Quest. III. c. 7. c) damnosam erga subd. seu d) nec e) (quad. ... sed cum: *deest;*) sed cum quad. iudic. stipend. invectione f) Observ. etiam g) est: *deest* h) a: *deest* i) ut et k) item — c. 8. a) Tol. VII. b) Galliae* c) parrochianas d) superflui e) suae f) expetat g) pensione h) decernimus i) correptioni k) constitutorum — c. 9. a) eisdem — c. 10. a) Papa: *deest* b) praeparari — Causa XI. a) sui: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * Galliae: In conciliis impressis et aliquot Gratiani exemplaribus legitur: *Galliciae*. In aliis autem et emendatioribus, atque in codice conciliorum Lucensi regio habetur: *Gallicanae provinciae*. Nam eo tempore archiepiscopus Narbonensis et eius provinciae episcopi ad synodos Toletanas conveniebant, quod ex subscriptionibus Toletani III. apparet. In eo enim Nigetius Narbonensis metropolitanus, Sergius episcopus Carcassonensis, et Nebridius episcopus Agathensis, et procuratores Magalonensis et Nemausensis episcoporum subscribunt. Eiusdem quoque metropolitani, et ipsius provinciae episcoporum subscriptiones in IV. et VI. Toletanis conciliis impressis leguntur, ut illae, quae in manuscriptis habentur, omittantur.

** Quinquagenarium: In variis editionibus huius concilii legitur: *quinarium*. Verum in codice Lucensi regio, uno Vaticano, et altero bibliothecae Dominicanae manuscriptis, et vetustis exemplaribus Gratiani, et Burchardo, et Ivone est: *quinquagenarium*. Et hanc lectionem secutus est Innocentius III. in concilio Lateranensi, c. *Quum apostolus*. X. de cens. et exact.

Certum[472] est, pro his tribus criminibus aliquem excommunicari[473] debere, cum ad sinodum canonice uocatus[474] uenire contempnit[475], aut si[476] postquam illuc[477] uenerit, sacerdotalibus respuit obedire preceptis aut si[478] ante finitam suae causae examinationem a sinodo abire[479] presumit[480].

IV. Pars. Gratian. *De his, inquam*[481], *et huiusmodi premissae auctoritates locuntur, non de iniuste suspensis. Quod autem iniustae sententiae parendum non sit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima est illa Ieronimi super Matheum* [libro III.][482]*.

C. XLIV* *Sententia pastoris reum uel innocentem non constituit uel facit.*

Quomodo[483] sacerdos mundum[484] leprosum non facit, sic[485] episcopus uel[486] presbiter non alligat[487] eos, qui insontes sunt[488], nec[489], soluit noxios, sed pro offitio suo cum peccatorum uarietates audierit, scit qui ligandus sit, qui[490] soluendus.

[P A L E A[491].

C. XLV. De eodem.

Item Augustinus super Mattheum[492].

Ridiculum est, ut eum mundum[493] esse dicamus, qui uinculis peccatorum suorum ligatus est, propter hoc solum, quod episcopus[494] dicitur habere huiusmodi potestatem, ut soluti ab eo soluti sint in celo, et ligati in terris ligati sint in celo. Sit ergo inreprehensibilis qui alterum ligat aut soluit.][495]

C. XLVI. *Non est petenda solutio*[496a], *cum iniqua fertur*[497] *sententia.*

Item Gelasius Papa Episcopis orientalibus de dampnatione Dioscori[498]*.

Cui est illata sententia deponat errorem, et uacua est; si[499a] iniusta est, tanto curare eam non debet, quanto apud[500] Deum et eius ecclesiam neminem potest grauare iniqua sententia. Ita ergo ea se non absolui desideret, qua se nullatenus perspicit[501] obligatum.

C. XLVII. *Deus non nocet, nec noceri*[502a] *patitur aliquem iniuste.*

Item Augustinus de summo bono[503].

Secundum catholicam fidem[504b], nec Dei naturae quisquam nocere potest, nec natura Dei nocere iniuste cuiquam potest[505c] nec[506d] noceri[507e] iniuste[508] patitur quemquam.

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 39. a) qualicunque b) contumaciae — c. 40. a) sicut — c. 41. a) aeternae b) illi c) potuerit — c. 42. a) paucis — c. 46. a) sed si — c. 47. a) nocere b) fidem et sanam doctrinam et intelligentibus perspicuam veritatem c) potest: *deest* d) vel e) nocere

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLI. * Sub anathemate: In concilio Meldensi, et adiectis Capitularibus Caroli filii Ludovici [ap. Abbon. et Regin.] legitur: *Anathema autem sine consensu archiepiscopi aut coepiscoporum, praelata etiam evangelica admonitione, nulli imponat* [*nullum ponat.:* Rg.]. Ceteri autem collectores parum a Gratiano discrepant.

C. XLII. * In concilio Arvernensi, quod exstat, non habetur, sed in Aurelianensi V., c. 2., et in Vormaciensi, c. 13.

C. XLIV. * Varie hic locus legitur apud collectores. Apud B. Hieronymum sic habet: *Legimus in Levitico de leprosis, ubi iubentur ut ostendant se sacerdotibus, et si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, non quo sacerdotes leprosos faciunt et immundos, sed quo habeant notitiam leprosi et non leprosi, et possint discernere qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum vel immundum facit, sic et hic alligat vel solvit episcopus et presbyter non eos, qui insontes sunt vel noxii, sed pro officio suo, quum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus.*

C. XLVI. * Damnatione Dioscori: Sic etiam in manuscriptis. Apud Ivonem est: *de communione Achatii vitanda.* Et Dioscorus quidem in Chalcedonensi synodo et a sancto Leone I. damnatus est, Achatius autem a Felice III. et Gelasio ipso.

Causa XI. Quest. III. can. 39. 447) *hab. ao.* 546. *ap. Bruns* II, 23. — *Coll. tr. P.* II, 34, 8. *Coll. tredec. P.* X, 230. 448) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Hisp. Coll. tr. P.* 449) contemserint . . recipiantur: *orig. Hisp.;* contemserit . . . recipiat.: *orig. ap. Mansi* 450) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Codd. orig.* || can. 40. 451) *hab. ao.* 517. — *in Hisp. est. c.* 20. — *Burch.* XI, 50.; *Ivo Decr.* XIV, 114.; *Ivo Pan.* V, 121.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 22.; *Coll. tredec. P.* X, 225. 452) solvantur . . . remanent ligati: *EGH* 453) rapitur: *Ivo Pan.* 454) correptum: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 455) successorem: *Burch. Coll. tr. P.* 456) observand.: *EGH* 457) *Codd. coll. o.* || can. 41. 458) *add.:* legitur: *BC;* — *hab. ao.* 845. *ap. Mansi* XIV, 832. — *Reg.* II, 310.; *Burch.* XI, 10.; *Ivo Decr.* XIV, 80.; *Ivo Pan.* V, 93.; *Abbo Floriac. c.* 36. (ex C. Coloniensi c. 56.) 459) ut nemo: *orig. Abbo Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 460) quamlibet: *orig.* 461) anathema: *BCF Burch.* 462) et episcopor.: *Abbo* 463) episcopus ponat.: *orig.;* nullus ponat.: *Ivo Decr.* 464) doceat: *Abbo* 465) *ADF orig. Burch. Ivo* 466) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 467) quia: *B;* quem: *A* . . . corrigere: *AB* 468) *CDF Ed. Arg.;* potuerunt: *BEGH Edd. rell.;* poterit: *A Burch. Ivo Decr. Pan* || can. 42. 469) *Codd. coll. o.* 470) *hab. ca.* 550. *cf. Coll. conc. Gall. ed. Labat. p.* 1067 *sqq.* — *omnino concordat cum c.* 2. *Concil. Aurel.* V. *hab. ao.* 549. *ap. Bruns* I, 209. || can. 43. 471) *hab. ao.* 895. *non exstat in Tribur. impresso.* — *cf. Phillips Synode v. Tribur. p.* 41. — *Burch.* XI, 74. (*can.:* Quesitum est in eadem synodo); *Ivo Decr.* XIV, 122. (*ut ap. Burch.*); *Ivo Pan.* V, 112. (*ut ap. Burch.*); *Polyc.* VII, 1, 36 ; *Caes.* XIV, 33. 472) decretum: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 473) fieri: *ib.;* excommunicare: *Polyc.* 474) iussus: *Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 475) contempserit: *EGH Ed. Bas. Ivo Pan.* 476) si: *deest: Ivo Decr. Pan.;* et ut: *Polyc.* 477) illic: *AB* 478) si: *deest: Burch. Ivo Decr. Pan.* 479) *add.:* profugus: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 480) presumserit: *EGH* 481) inq.: *deest: EGH* || can. 44. 482) *lib.* 3. *ad c.* 16. *v.* 19. *no.* 125. *Ed. Migne;* — *Ans.* VII, 130.; *Ivo Decr.* XIV, 7. (*can.:* tibi dabo claves); *Ivo Pan.* V, 86. 483) *add.:* ergo ibi: *Ivo Decr.;* ergo: *Ivo Pan.* 484) *add.:* vel immundum: *Ivo Decr.* 485) *add.:* et hic: *ib.* 486) et: *ib.* 487) allig.: *deest: Ivo Pan.* 488) *add.:* vel noxii (nec . . . nox.: *deest*): *Ivo Decr.* 489) non: *EGH* 490) quis: *Ivo Pan.* || can. 45. 491) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu poster. saeculi in marg. scripta est.* — 492) *Caput incertum.* — 493) mund.: *deest: F Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 494) ep.: *deest: F;* episcopum: *Ed. Bas.* 495) absolvit: *F Ed. Bas. Turrecrem.* || can. 46. 496) *Codd. coll. o.* 497) profertur: *AEGH* 498) *Imo Felix* III. *in tract. contra Acacii sectatores.* — *Ivo Decr.* IV, 8.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 5.; *Caes.* XIV, 37. 499) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo Coll. tr. P.* 500) *add.:* et: *Coll. tr. P.* 501) prospicit: *EFH* || can. 47. 502) *BCDFGH;* nec nocet, nec noc.: *ABCD* 503) *ex lib.* 3. *c.* 39. *de natura boni* — *Ivo Decr.* XIV, 9.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 6.; *Caes.* XIV, 38. 504) *Codd. et Edd. coll. o.;* fidem sanamque doctrinam: *Ivo Coll. tr. P.* 505) *Codd. coll. o. pr. A* (nec . . . potest: *deest*) 506) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 507) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.* 508) impune: *orig.*

„Qui enim nocet (ut[509f] ait Apostolus) recipiet hoc[510g] quod nocuit.“

C. XLVIII. *Iniusta uincula disrumpit iustitia.*

Idem [sermone 16.] *de uerbis Domini*[511].

Cepisti habere fratrem tuum tamquam publicanum: ligas illum[512] in terra, sed ut iuste alliges uide. Nam iniusta uincula disrumpit iustitia[513a*]. Quem solueris, inquit[514b], in terra, solutus erit[515] in[516c] celo.

C. XLIX. *Temeritas iudicandi non ei, qui iudicatur, sed iudici nocet.*

Idem de sermone Domini in monte, [l. II. c. 29.][517]

Temerarium iudicium plerumque nichil nocet ei, de quo temere iudicatur. Ei autem, qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat.

C. L. *Non obest homini iniusta sententia.*

Idem ad Clerum Yponiensem [epist. CXXXVII.][518]

Quid[519] obest homini, quod ex illa tabula uult eum delere[520a] humana ignorantia, si de libro uiuentium[521b] non eum[522] deleat[523c] iniqua conscientia?

[C. LI.][524a]

Idem ad[525b] *Secundinum Manicheum*, [c. 1.]

Senti de Augustino quicquid libet: sola me in oculis Dei conscientia non accuset.

C. LII. *Quos conscientia iustificat, aliorum maledicta non timeant.*

Item Gregorius Constantino, Episcopo Mediolanensi, [lib. VI. epist. 14.][526]

In cunctis, que in hac uita aduersa proueniunt[527], sola est, sicut nostis, omnipotentis Dei districtio pensanda, atque ad cor proprium semper recurrendum, ut nullius[528a] ibi lingua inplicet, ubi conscientia non accusat[529]. Quem enim conscientia defendit liber est inter[530b] accusationes[531], et liber[532c] sine accusatione esse non potest, si sola, que interius addicit[533], conscientia accuset[534]. De uestra igitur sanctitate absit a Christianorum iudicio ea, que maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo suspicionis adduci, quia et sacri eloquii testimonium[535d] tenemus, ut mala* maiora cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant, sed citius probata ulcisci. §. 1.[536e] Hec[537] igitur dixi, ut nimiae leuitatis esse ostenderem, si quis[538] mala grauia credere studeat, que probari non possunt. Unde sanctitas uestra debet mentem suam a[539] maledicorum hominum rumoribus atque obtrectatione[540] disiungere, et sola quae internae[541f] uitae sunt atque ad utilitatem subditorum proficiunt cogitare.

C. LIII. *Frustra aspernatur*[542a] *ab homine quem Deus iustificat*[543].

Item Augustinus in Psal. XXXVI. [concione 3. ad uers. Nec dampnabit eum][544]:

Et si dampnaris[545] ad tempus* ab homine, et si dixeris[546b] sententiam proconsulis[547c] in Ciprianum, aliud[548d] est sella terrena, aliud est[549e] tribunal celeste[550f]. Ab inferiori accipit[551g] sententiam, a superiori coronam.

[C. LIV.]

Idem in Psal. XXXVII. [ad uers. Quoniam in te speraui.][552]

Custodi intus[553] innocentiam tuam, ubi nemo obprimit causam tuam. Preualebit[554] in te falsum testimonium, sed apud homines. Numquid apud Deum ualebit, ubi causa tua dicenda est? Quando Deus erit iudex, alius testis quam conscientia tua non erit. Inter iudicem iustum et conscientiam tuam noli timere nisi causam tuam.

C. LV. *Non hominum linguas, sed conscientias curare debemus.*

Item Gregorius Papa [Palladio Presbitero, lib. VIII. epist. 45.][555]

Inter uerba laudantium siue uituperantium ad mentem semper recurrendum est, et si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam[556] tristitiam generare debet; et rursum si in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines locuntur, in magnam debemus letitiam prosilire. Quid enim*, si non[557a] omnes[558b] laudant[559c] et[560d] conscientia liberos nos[561e] demonstret[562]? Habemus Paulum dicentem[563]: „Gloria nostra hec est, testimonium conscientiae nostrae.“ Iob[564] quoque dicit: „Ecce in celo testis meus.“ Si ergo nobis est testis in celo, testis in corde, dimittamus[565] stultos foris loqui quod uolunt. §. 1. Quid enim[566f] aliud[567] detrahentes faciunt, nisi[568] in puluerem sufflant, et[569g] in oculos suos terram excitant, ut unde plus[570] detractionis perflant, inde magis ueritatis nichil uideant? Vocandi tamen sunt etiam ipsi et[571] tranquille admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet, scientes quod[572h] de Iudeis[573] ueritas dicit[574]: „Ne forte scandalizemus eos.“ Si autem satisfieri sibi ex ueritate noluerint, habes consolationem, quam in euangelio[575i] aspicias[576k]. Cum[577] enim Domino dictum fuisset: „Scis[578], quia audito hoc uerbo scandalizati sunt

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 47. f) ut: *deest* g) illud — c. 48. a) iustitia. Quum autem* correxeris et concordaveris cum fratre tuo, solvisti illum in terra; quum b) inquit: *deest* c) erit et in — c. 50. a) non vult eum recitari b) vivorum c) delet — c. 51. a) C. LI. De eodem b) in libro contra — c. 52. a) nullius nos b) et inter c) liber vel d) ex ... testimonio e) Et infra: §. 1. Haec f) aeternae — c. 53. a) damnatur b) dixit c) proconsul d) alia e) est: *deest* f) coelorum g) accepit — c. 55. a) non: *deest* b) homines c) laudent d) et conscientia nos accuset? aut quae debet esse tristitia si omnes accusent et sola conscientia e) esse demonstr. f) enim: *deest* g) atque h) quid i) sancto evangelio k) conspicias

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLVIII. * Quum autem: Emendatus et locupletatus est hic locus ex originali, Ivone et Panormia.

C. LII. * Maiora mala: Sic emendatum est ex originali et Nicolao, [Ep. II. ad Michael. Imp.] et saepe in hac epistola repetitur: *mala gravia.* Antea legebatur: *mala maiorum.*

C. LIII. * Et si ad tempus: Apud B. Augustinum, de divino iudicio agentem, sic legitur: *Quando ergo ventum fuerit ad illud iudicium, non eum damnabit, et si ad tempus videtur damnari ab homine, et si dixit sententiam, etc.*

C. LV. * Quid enim: Addita sunt nonnulla ex epistola B. Gregorii, et partim etiam Sixti III., in qua idem fere repetitur.

Causa XI. Quest. III. can. 47. 509) *Codd. et Edd. coll. o. — cf. Coloss. c. 3. v. 25.* 510) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (id); hic: *Ivo Coll. tr. P.* || can. 48. 511) *Sermo* 82. *Ed. Maur. no.* 7. *Ivo Decr.* XIV, 5. (*can.:* scriptura sacra); *Ivo Pan.* V, 83.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 2.; *Caes.* XIV, 35. 512) eam: *Ivo Pan.* 513) *Codd. et Edd. coll. o.* 514) *Codd. et Edd. coll. o. — in Coll. tr. P. haec et sqq. desunt;* quem ... terra: *deest: Ivo Pan.* 515) est: *A;* soluta erunt: *CG* 516) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 49. 517) *lib.* II. *no.* 62. *Ed. Maur.* (*in antiqua ed. c.* 18., *ita ut erraverint Corr.*) — *Ivo Decr.* XIV, 10.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 7.; *Caes.* V, 15. || can. 50. 518) *Ep.* 78. *no.* 4. *Ed. Maur. scr. ao.* 404. — *Ivo Decr.* IV, 11. (*can.:* nunc si vobis placet); *Polyc.* VII, 1, 14. (*can.:* in episcopor. concilio) 519) non: *C; add.:* enim: *Ivo* 520) *Codd. et Edd. coll. o.* 521) *ABCDF Ivo Decr.;* vitae: *G;* vitae vel viventium: *EH* 522) eum: *deest: AB* 523) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* || can. 51. 524) *ABCDF* 525) *Codd. coll. o. — c.* 1. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* XIV, 12.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 3.; *Caes.* V, 16. || can. 52. 526) *Ep.* 14. *scr. ao.* 597. *lib.* VII. *Ed. Maur. — Coll. tr. P.* I, 55, 108. 527) pervenerint: *CF;* pervenerunt: *EGH* 528) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* nullus: *A;* 529) accuset: *CD Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 530) *Codd. et Edd. coll. o.* 531) accusationem: *orig.* 532) *Codd. et Edd. coll. o.;* et liber est inter accusationes et liber sine accusatione: *Coll. tr. P.* 533) adicit: *BF Edd. Ven.* I. II. *Nor.;* adiacet: *AEGH;* audit: *Corr.* 534) accusat: *orig.* 535) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 536) *Codd. coll. o.* 537) hoc: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 538) qui ... studeant: *EH Ed. Bas.* 539) a: *deest: Coll. tr. P.* 540) obtrectationibus: *DEGH Edd. coll. o.* 541) *Codd. coll. o. pr. A; — Coll. tr. P.* || can. 53. 542) *ABDF;* spernitur: *C;* spernatur: *EH* 543) sanctificat: *E;* sanctif. vel iustif.: *H* 544) Psalm. XXXVII.: *Codd. coll. o. pr. C* (XXXVIII.); — *concio* 3. *no.* 13. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* XIV, 13.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 10.; *Caes.* V, 16. 535) videatur damnari: *orig.* 546) *ABCDEGH Ivo Coll. tr. P.;* addidixerit: *Ed. Arg.;* dixerit: *F Edd. rell.* 547) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Ven.* I. II. *Nor. Ivo Coll. tr. P.* 548) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Coll. tr. P.* 549) *Codd. coll. o.* 550) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 551) *DEFGH Ivo Coll. tr. P.;* suscipit: *C* || can. 54. 552) *canon in ABCDEF coniunctus est cum antecedente;* in Psalm. XXVIII.: *Codd. coll. o. — in Ed. Maur. no.* 21. — *Ivo Decr.* XIV, 14. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 11.; *Caes.* V, 16. 65. 553) intus: *deest: EGH* 554) praevaluit: *orig. Ivo* || can. 55. 555) *Ep.* 2. *scr. ao.* 600. *lib.* XI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1351. — 556) magna tristitia generari: *orig.* 557) *Codd. et Edd. coll. o.* 558) *ib. pr. Ed. Arg. — Corr.* 559) *Codd. coll. o.* 560) *Codd. et Edd. coll. o.;* et: *deest: Edd. coll. o.* 561) *ABCD orig.* 562) demonstrat: *EFGH* 563) II. *Cor. c.* 1. *v.* 12. 564) *Iob. c.* 16. *v.* 20. 565) dimitte: *orig.* 566) *Codd. et Edd. coll. o.* 567) alium: *GH* 568) *add.:* quod: *EGH Edd. coll. o. — Böhm.* 569) *Codd. coll. o.* 570) pulverem (*add.:* in: *H*): *EGH Ed. Bas.* 571) et: *deest: EGH* 572) *Codd. coll. o. pr. A* 573) eis: *orig.* 574) *Matth. c.* 17. *v.* 26. 575) *Codd. et Edd. coll. o.* 576) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas.;* accipias: *EGH Ed. Bas.* 577) quia cum: *orig.* 578) *Matth. c.* 15. *v.* 12.

Iudei?“[579l] Respondit[580]: „Sinite illos, ceci sunt[581m] duces cecorum.“ Paulus quoque apostolus ammonet, dicens[582]: „Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.“ Dicturus[583n], „cum[584] omnibus pacem habeamus,“[585o] hoc[586p] difficile esse perspiciens[587q], premisit: „si fieri potest.“ Et[588r] subiunxit[589s]: „quod fieri potest,“[590t] cum dicit[591u], „quod ex uobis est:“ quia si nos[592] in mente karitatem erga odientes seruare cupimus, etsi illi nobiscum pacem non habent[593], nos tamen cum illis sine dubio habemus[594].

Gratian. *Hoc inter eos obseruandum est*[595], *qui parati sunt suspicari quod non uident, parati semper reprehendere, numquam imitari. Apud alios autem conscientia est necessaria nobis, fama illis.*

Unde Augustinus [lib. de bono uiduit. c. 22.][596]:

C. LVI. *Conscientia nobis, fama*[597a] *proximis necessaria est.*

Non[598] sunt audiendi, siue uiri sancti siue feminae, qui[599b] quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit ut in malam ueniant suspicionem, unde suam uitam longe abesse sciunt, dicunt coram Deo sufficere sibi conscientiam, existimationem[600] hominum non solum inpudenter, uerum etiam crudeliter contempnentes, cum occidant[601] animas aliorum, siue blasphemantium uiam Dei, (quibus secundum suam suspicionem quasi turpis, que casta est, displicet[602] uita sanctorum), uel[603c] etiam cum excusatione imitantium non quod uident, sed quod putant. Proinde quisquis a criminibus flagiciorum atque facinorum uitam suam custodit, sibi benefacit; quisquis autem etiam famam, et[604] in aliis[605d] est misericors. Nobis enim necessaria uita nostra est, aliis fama nostra.

C. LVII. *Apud Deum maledicitur qui moribus dissonam profert sententiam.*

Item Ieronimus super epist. Pauli ad Philemonem[606].

Si quis[607] dixerit iustum iniustum, et[608] iniustum iustum, abhominabilis est uterque apud Deum. Similiter qui sanctum, dicit[609a] non sanctum, et rursus[610b] non sanctum asserit sanctum, abhominabilis apud Deum est.

C. LVIII. *Christum uiolat qui sanctum non sanctum, uel non sanctum sanctum esse*[611] *crediderit.*

Idem [ibidem paulo superius.][612]

Si quis hominem, qui sanctus non est, sanctum esse crediderit, et Dei eum iunxerit[613] societati, Christum uiolat, cuius[614a] membra sumus. *Et infra:* §. 1. Omnes credentes secundum Apostolum Christi corpus efficimur[615b]. Qui in corpore Christi errat[616] et labitur, asserens membrum eius[617c] sanctum esse, cum non sit, uel non esse sanctum, cum sit[618], uide quali crimine[619d] obnoxius fiat: Ysaias ait[620]: „Vae his[621e] qui dicunt dulce amarum, et amarum dulce, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras.“ Dulce puto esse sanctimoniam; amarum quod sanctimoniae contrarium est.

C. LIX. *Eternae dampnationis*[622a] *inueniet*[623] *penam*[624b] *qui bonos malos, et malos bonos dixerit*[625].

Item Ysaias, [c. 5.][626]

Vae, qui dicitis bonum malum, et malum bonum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras. §. 1.[627c] Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, et nobiles eius interierunt fame, et multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino, et descenderunt[628] fortes eius, et populus eius, et sublimes gloriosique eius ad eum, et incuruabitur homo, et humiliabitur uir, et oculi sublimium deprimentur, et exaltabitur Dominus[629d] in iudicio, et Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

C. LX. *Ligandi*[630] *uel soluendi*[631a] *potestate se priuat qui hanc iniuste exercet.*

Item Gregorius in omel. XXVI. [in Euang.][632b]

Ipse[633] ligandi atque soluendi se potestate priuat qui hanc pro[634] suis uoluntatibus, et non pro[635] subditorum[636c] moribus exercet.

C. LXI. *De eodem.*

Idem [ibidem paulo inferius][637]

Iudicare[638] digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua uel odia, uel gratiam secuntur.

C. LXII. *Non est uera presidentis absolutio, nisi sequatur arbitrium interni iudicis.*

Idem [ibidem paulo inferius][639].

Tunc[640] uera est absolutio presidentis, cum interni sequitur arbitrium iudicis. Quod bene quatriduani mortui[641] resuscitatio[642] illa significat, que uidelicet demonstrat, quia Dominus prius[643] mortuum suscitauit[644] et uiuificauit, dicens[645]: „Lazare, ueni foras,“ et postmodum is[646], qui uiuus[647a] fuerat, egressus a discipulis[648] est solutus, sicut scriptum est.

C. LXIII. *Priuilegio meretur exui qui eodem abutitur.*

Idem in Registro[649a]*.

Privilegium omnino meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate.

C. LXIV. *In*[650a] *quem canonica non fertur sententia, penam non debet ferre canonicam.*

Idem [Gregorius Antonio Subdiacono, lib. II. Indict. XI. epist. 9.][651b]

Non debet is penam sustinere canonicam, in cuius dampnatione[652] non est canonica prolata sententia.

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 38. l) Pharisaei m) sunt et n) Dicturus quippe o) habentes p) quia hoc q) prospexit r) Sed s) tamen adiunxit t) possit u) dixit — c. 56. a) et fama b) fem., quando reprehensa in aliquo negligentia sua c) sive d) alios — c. 57. a) dicit esse b) rursum — c. 58. a) cuius corporis omnes b) efficiuntur c) eius vel d) crimini e) his: *deest* — c. 59. a) Aeternum vae maledictionis b) pen.: *deest* c) Et paulo superius: §. 1. d) Dom. exercituum — c. 60. a) Lig. solvendique b) in: *deest* c) subiectorum — c. 62. a) vivens — c. 63. a) in Regesto* — c. 64. a) Is in b) Item

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXIII. * In Regesto B. Gregorii, ex quo citatur, non est inventum. Habetur autem in epist. 2. Simplicii Papae, cui etiam Nicolaus I. in epist. ad Hincmarum, cuius initium est: *Epistolam beatitudinis tuae.* et Burchardus, et Ivo, et aliquot vetusta Gratiani exemplaria tribuunt. Supra etiam dist. 74. c. *Ubi.* §. *Nam privilegium,* citatur ex eodem Simplicio. Simile est, quod B. Augustinus sermone de tempore 247. scribit: *Iudicio enim legum iure ab obtenta dignitate deiicitur, qui privilegio sibi concesso abutitur.*

Causa XI. Quest. III. can. 55. 579) *Codd. et Edd. coll. o.* 580) *Matth. c.* 15. *v.* 14. 581) *Codd. coll. o.* 582) *Rom. c.* 12. *v.* 18. 583) *Codd. et Edd. coll. o.* 584) ut cum: *orig.* 585) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 586) *Codd. et Edd. coll. o.* 587) *BCDF Edd. coll. o.*; prospiciens: *AEGH* 588) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (Et . . . fieri: *deest*) 589) *Codd. et Edd. coll. o.* 590) *ib.* 591) *ib.* 592) nos: *deest: GH* 593) habeant: *AC* 594) habeamus: *EFGH Ed. Bas.* 595) Habemus qui parati: *A;* observ. est: *deest: BEFGH* || can. 56. 596) *cf. ad c.* 2. *Dist.* XXVII. — *cf. c.* 10. *qu.* 1. *C.* XII.; — *Coll. tr. P.* I, 55, 108. 597) *ABCF* 598) nec: *orig.* 599) *Codd. et Edd. coll. o.* 600) aestimationem: *EGH* 601) occidunt: *Ed. Bas. orig.* 602) despicitur: *A;* despicitur vel displicet: *H* 603) *Codd. coll. o.* 604) et: *deest: EGH* 605) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 57. 606) *ad vers.* 4. *no.* 753. *Ed. Migne* — *Ivo Decr.* V, 84.; *Ivo Pan.* XIV, 6.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 3.; *Caes.* XIV, 37.; — *cf. Prov. c.* 17. *v.* 15. *sec.* LXX. 607) qui dixit inquit: *orig.* 608) *add.:* rursus: *Ivo Pan.* 609) *Codd. et Edd. coll. o.* 610) *Codd. coll. o. pr. A* || can. 58. 611) sanct. esse: *deest: H;* esse: *deest: G* 612) *no.* 753. 613) coniunxerit: *EGH Ed. Bas.* 614) *Codd. et Edd. coll. o.* 615) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.; Codd. orig.* — *cf. Rom. c.* 12. *v.* 5. 616) erat: *CEFG* 617) *Codd. et Edd. coll. o.* 618) sanctum sit: *orig.* 622) *Codd. coll. o. pr. G;* — *orig.* 620) *add.:* enim: *CD;* — *Esa c.* 5. *v.* 20. 621) *Codd. coll. o.* || can. 59. 622) *ABEGH;* eternam dampnationem: *CDF* 623) invenient: *AEG* 624) *AEGH;* iudicium: *B* 625) dixerint: *A;* dicunt: *EGH* 626) *Esa. c.* 5. *v.* 20. 627) *Codd. coll. o.* — *ib. v.* 12. 628) defecerunt: *A;* descendent: *orig. in vulgat.* 629) *Codd. coll. o. Turrecrem.* || can 60. 630) vel ligandi: *EGH* 631) *Codd. coll. o.* 632) *ib.* — *homel.* XXVII.: *CDEFGH* — *cf. infra c.* 88. — *Ivo Decr.* XIV, 3. (*can.:* plerumque contingit); *Ivo Pan.* V, 79. (*can. contin.*); *Polyc.* VII, 1, 10. (*can.:* sepe pastores) 633) fit, (unde fit: *Ivo Pan.*) ut ipsa (ipse: *Ivo Pan.*) . . . privet: *Ivo Decr. Pan. Polyc.* 634) pro suis: *deest: Polyc.* 635) pro: *deest: BDEFGH Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit* 636) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* || can. 61. 637) *lib.* II. *no.* 5. — *Ivo Decr. ib. Ivo Pan.* V, 80. (*can. contin.*) 638) *add.:* autem: *Ivo Pan.* || can. 62. 639) *lib.* II. *no.* 6. *Ivo Decr. ib.; Ivo Pan.* V, 81. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 55, 2. 640) illa: *Ivo Pan.; add.:* enim: *Ivo Decr.* 641) Lazari: *Ivo Pan.; add.:* Lazari: *Ivo Decr.* 642) resurrectio: *Ivo Decr. Coll. tr. P.;* res. designat: *Ivo Decr.* 643) prius: *deest: Ivo Pan.* 644) vocavit: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 645) *Ioann. c.* 11. *v.* 43. 646) is: *deest: EGH* 647) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 648) *add.:* eius: *Ivo Pan.* || can. 63. 649) *Codd. coll. o.* — *cf. ad Dist.* LXXIV. *c.* 7. — *Ans.* IV, 3.; *Caes.* VII, 14. 650) *BCDFH* 651) *Codd. coll. o.* — *Ep.* 9. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 848. — 652) damnationem: *EFH*

Gratian. *Ex his*[653] *datur intelligi, quod iniusta sententia nullum alligat apud Deum, nec apud ecclesiam eius aliquis grauatur iniqua sententia, sicut ex Gelasii capitulo*[654c] *habetur. Non ergo ab eius communione abstinendum est, nec ei*[655] *ab offitio cessandum, in quem cognoscitur iniqua sententia prolata. Cur ergo capitula Cartaginensis et Affricani, atque aliorum conciliorum prohibent iniuste dampnatum in communione*[656] *recipi ante iudicii examinationem? Cur et illud Magontiensis Concilii*[657a] *statutum est*[658]*:

C. LXV. *Qui dampnatur a sinodo quomodo in secunda innocens reparetur*[659].

Episcopus, presbiter aut diaconus a[660] gradu suo iniuste deiectus[661], si in[662] secunda[663] sinodo innocens inueniatur[664b], non potest esse quod[665] fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari[666] de manu[667c] episcoporum: si[668] episcopus est, orarium, et baculum et[669d] anulum; si presbiter, orarium et planetam[670]; si diaconus, orarium et albam; si subdiaconus, patenam et calicem. Sic et reliqui gradus in[671] reparatione sua[672] recipiant ea[673], que[674], cum ordinarentur, perceperant[675].

V. Pars. Gratian. *Si ergo iniuste deiecti nec etiam per episcopos reparari possunt, nisi de manibus eorum recipiant quod*[676e] *amiserant: quomodo sua auctoritate cuique licet iniuste ligatis communicare, et eis, non petita absolutione, sua celebrare offitia, sicut Gelasius uidetur sentire? Ad hec*[677f] *respondendum est, quod sententia aliquando est iniusta ex animo proferentis, iusta uero ex ordine et causa; aliquando est iusta ex animo et causa, sed non ex ordine*[678]*; aliquando est*[679g] *iusta ex animo et ex*[680h] *ordine, sed non ex causa. Cum autem ex causa iniusta fuerit, aliquando nullum in eo omnino*[681i] *delictum est, quod sit dampnatione dignum: aliquando non est in eo illud, super*[682k] *quod fertur sententia*[683], *sed ex alio nominandus*[684l] *est. Ex animo est iniusta*[685], *cum aliquis seruata integritate iudiciarii ordinis in adulterum*[686] *uel in*[687] *quemlibet criminosum non amore iustitiae, sed liuore odii, uel precio, aut fauore aduersariorum inductus sententiam profert. Unde Beda super epistolam Iacobi ait*[688]: *„Ira enim uiri iustitiam Dei non operatur:" quia qui iratus in aliquem sententiam profert, etsi ille quantum ad se iustam reportet sententiam, iste tamen, qui non amore iustitiae, sed liuore odii in eum sententiam dedit, iustitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.*

C. LXVI. *Sententia iustitiae non est pro premiis*[689a] *ferenda.*

Item Gregorius[690]*.

Qui recte iudicat, et premium[691b] remunerationis expectat, fraudem in Deo[692c] perpetrat, quia iustitiam, quam gratis inpertire[693d] debuit[694], acceptione pecuniae uendit. Bonis male utuntur qui pro temporali lucro iuste iudicant. Tales quippe ad ueritatem non iustitiae defensio, sed amor premii[695] prouocat; quibus si spes nummi subtrahitur, confestim a iustitiae confessione[696e] recedunt. Acceptio nummorum[697] preuaricatio ueritatis est. Unde et[698] pro iusto dicitur: „Qui excutit manus[699] suas[700] ab omni munere, iste in excelsis habitabit."[701]

C. LXVII. *In prepositorum operibus totum sibi ratio uendicet.*

Idem Mauricio inperatori[702a].

Illa prepositorum sollicitudo utilis est[703], illa est cautela laudabilis, in qua[704] totum ratio agit, et furor sibi nichil uendicat. Restringenda[705] sub ratione potestas est, nec quid[706b] agendum prius, quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam conmotionis tempore iustum putat omne[707] quod fecerit.

C. LXVIII. *Grauiter delinquit qui ex ira sententiam profert.*

Item Ambrosius de sancto Ioseph, [c. 13.][708a]

Ira etiam sepe innocentes in crimen adducit, quia, dum iusto amplius irascimur, et uolumus aliena[709b] cohercere peccata, grauiora[710c] conmittimus. Ideo Apostolus ait[711]: „Non uos[712d] uendicantes, karissimi; sed date locum irae;" hoc est declinemus eam[713], ne nos illa[714] corripiat[715]. Unde Dominus[716] Iesus, mittens[717d] ad euangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia[718], sine uirga[719f], ut et[720] incentiua[721] litis et instrumenta eriperet ultionis.

C. LXIX. *Ratio debet corrigere quod furore promulgatum est*[722].

Item ex lib. [XI.] *ecclesiast. ystoriae*[723b].

Cum apud Tessalonicam, seditione[724] exorta, quidam ex militaribus uir inpetu fuisset populi furentis exstinctus, Theodosius, repentini nuncii atrocitate succensus, ad ludos Circenses inuitari populum, eique ex inprouiso circumfundi milites, atque obtruncare[725b] passim, ut quisque occurrisset, gladio iubet, et uindictam dare[726c] non crimini, sed furori. Ob hoc cum a sacerdotibus Italiae redargueretur[727d], agnouit delictum, culpamque cum lacrimis professus, publicam penitenciam in conspectu totius ecclesiae exegit[728e], et in hoc sibi tempus ascriptum absque regali fastigio patienter inpleuit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit[729]; leges[730f] sanxit in posterum, ut sententiae principium super animaduersione prolatae in diem tricesimum[731g] ab executoribus differrentur, quo locus misericordiae, uel, si res tulisset, penitenciae non periret[732].

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 64. c) capite — c. 65. a) in Concilio Maguntinensi b) reperiatur c) manibus d) et: *deest* e) quae f) hoc g) est: *deest* h) ex: *deest* i) omn. qui accusatur k) supra l) notandus — c. 66. a) praemio b) praemium inde c) Deum d) impertiri e) defensione — c. 67. a) Item Gregorius lib. VIII. ep. 12. ad Guidiscalum b) quicquam — c. 68. a) Ambr. libro de s. Iosepho b) alienum . . . peccatum c) grauiora peccata d) vos ipsos e) dimittens f) virga, id est — c. 69. a) historiae Rufini b) obtruncari c) dari d) argueretur e) egit f) lege g) vigesimum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXV. * Hoc habetur in concilio Toletano IV. c. 27., ex quo citant Ivo p. 5. c. 367. et Polycarpus l. 2. tit. 36. Idem tamen Ivo part. 6. c. 237. et Burchardus tribuunt concilio Maguntino, auctor autem Panormiae et Maguntino, et Toletano.

C. LXVI. * Apud B. Gregorium non est inventum, sed apud Isidorum lib. 3. de summ. bon. cap. 58., quem citant Burchardus et Beda in scintillis [c. 71.].

Causa XI. Quest. III. can. 64. 653) *add.:* autem: *EGH* 654) *Codd. coll. o.* 655) eius: *EGH* 656) communionem: *BCF* 657) *Codd. coll. o.* || can. 65. 658) *imo c.* 28. *Conc. Toletani* IV. *hab. ao.* 633. — *ap. Bruns* II, 231. *Ans. ded.* II, 140. (147. ex Tolet.) *Burch.* II, 192. (ex Mogunt.) *Ans.* V, 27. (C. Tolet.); *Ivo Decr.* V, 267. *Ivo Pan.* III, 80. (C. Tol.); *Coll. tr. P.* II, 37, 8. *Polyc.* II, 36, 1. (Tolet.) 659) reperietur: *DEH;* invenietur: *G;* reperiretur: *B;* damnatur . . . innocentes reperientur: *A* 660) si (de: *Ans. ded.*) gradu . . . deiect. in: *orig. Collatt. citt. o.* 661) *add.:* est: *Polyc.* 662) et in: *ib.* 663) sancta: *Ivo Decr.* 664) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A — Corr.* 665) *add.:* id: *Coll. tr. P.* 666) altario: *Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 667) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas. orig. Hisp. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 668) ut si episc. fuerit (fuit: *Ans. ded.*) recipiat coram altario: *orig. Hisp. Ans. ded.* 669) *Codd. coll. o.* 670) platenam: *A Codd. Ivon. Decr.;* patenam: *EG Ed. Bas. Ivo Pan.* 671) iam: *Ivo Decr. Pan.* 672) sui: *Ans.;* sua: *deest: Ans. ded.;* reparationem sui: *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 673) ea: *deest: AD Burch. Ivo Decr.* 674) quam: *Ivo Decr. Pan.* 675) perceperunt: *Ivo Pan.* 676) *Codd. coll. o.* 677) *Codd. coll. o. pr. D* 678) iusta ex anim. sed non ex ordine: *A;* non ex ordine vel causa: *BC* 679) *Codd. coll. o.* 680) *ib.* 681) *ib.* 682) *Codd. coll. o.* 683) sent. (*fortasse per errorem scribae cum* sed *sequatur*): *deest: Codd. coll. o. pr. C* 684) *Codd. coll. o.* 685) *add.:* sententia: *EGH* 686) adulterium: *DEH* 687) in: *deest: EFGH* 688) *mutatis verbis, sed salva sententia. — Iac. c.* 1. *v.* 20. || can. 66. 689) *Codd. coll. o.* 690) *imo Isidor. lib. sent. l.* III. *c.* 54.; — *Burch.* XVI, 28. (Isidor.; *can. cont.*) *Coll. tredec. P.* X, 41. 691) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.* 692) *ABD Burch.* 693) *Codd. coll. o.* 694) debet: *Burch.* 695) pretii: *EGH Ed. Bas.;* pecuniae: *Corr.* 696) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.* 697) munerum: *orig.* 698) etiam: *EGH* 699) *Esa. c.* 33. *v.* 15. 700) manum suam: *EGH Ed. Bas.;* suas: *deest: Burch.* 701) habitat: *Ed. Arg. orig. Burch.* || can. 67. 702) *Codd. coll. o. — Burch. Ivo; — Ep.* 11. *scr. ao.* 600. *lib.* X. *Ed. Maur. ad Godiscalem ducem Campan. — Jaffé no.* 1294. — *Burch.* XV, 29. (*can.:* omnipotentem deo); *Ivo Decr.* XVI, 30. (*ut ap. Burch.*) 703) est: *deest: Burch. Ivo Decr.* 704) quo: *C;* quam: *F* 705) *add.:* ergo: *orig. Burch. Ivo* 706) *Codd. et Edd. coll. o.;* quidquam: *Ivo Decr.* 707) ira: *orig. Burch. Ivo* || can. 68. 708) *Codd. coll. o. — no.* 78. *Ed. Migne.* — 709) *Codd. et Edd. coll. o.* 710) *Codd. coll. o.* 711) inquit: *orig. — Rom. c.* 12. *v.* 19. 712) *Codd. et Edd. coll. o.* 713) iram: *H* 714) ira: *EGH* 715) corrumpat: *ACF Ed. Bas.* 716) *Luc. c.* 3. 717) *BCDEGH Edd. coll. o.* 718) pera: *orig.* 719) *Codd. et Edd. coll. o.* 720) et: *deest: ABC* 721) incentivae: *Edd. Nor. Ven.* I. II. || can. 69. 722) fuerit: *BEGH* 723) *Codd. coll. o. — Rufin.* XI, 18. 724) seditio exorta esset, et: *C Edd. coll. o. pr. Bas.* 725) *Codd. et Edd. coll. o.* 726) *ib.* 727) *Codd. coll. o.;* redarguerentur: *Edd. coll. o.* 728) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr.* 729) *add.:* et: *AEGH* 730) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (et leges); *Ed. Bas.* (ad leges) 731) *Codd. et Edd. coll. o.* 732) deperiret: *BDEGH Ed. Bas.*

C. LXX. *In dictandis sententiis rectores nullo furore ducantur.*

Item Gregorius[733a*].

Summopere precauendum est[734b] ut[735c] rectores ecclesiae[736d] et qui publica iudicia exercent, in[737e] dictandis sententiis nullatenus leuitate aut furore ducti sint precipites, sed causis prius diligenter uentilatis, cum res, que ignorabatur, pleniter ad notitiam uenerit, diuina tunc et humana lex[738] resoluatur[739], et[740f] secundum quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione, diffinitiua proferatur sententia. Hinc est quod Moises[741] querelas populi semper tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, et iuxta quod Dominus inperabat iudicia proponebat, nimirum nos instituens[742g], ut non ex corde nostro, sed ex precepto[743] diuino condempnationis uel iustificationis sententiam proferamus.

C. LXXI. *Iustum iudicium uendi*[744] *non potest*[745].

Item Augustinus ad Macedonium, [epist. LIV.][746*]

Non licet iudici uendere iustum iudicium, etsi liceat aduocato uendere iustum patrocinium, et iurisconsulto rectum consilium.

C. LXXII. *De eodem.*

Item Ysidorus [lib. III. de summo bono, c. 58.][747]

Pauper dum non habet quod[748] offerat, non solum audiri contempnitur, sed etiam contra ueritatem obprimitur. Cito uiolatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat.

Gratian. *Huic itaque sententiae, que non amore iustitiae, sed ex alia qualibet causa fertur in quemquam, humiliter obediendum est.*

Unde in Niceno Concilio, [c. 5.][749]

C. LXXIII. *Non recipiantur ab aliis qui suorum episcoporum contrahunt offensas*[750a].

Seruetur et[751b] ista sententia, ut hi, qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiratur sane, ne[752c] forte quis[753d] ex aliqua indignatione animi[754] aut contentione, aut qualibet tali[755] conmotione stomachi[756e] episcopi sui abstenti[757] sint[758]. Ut[759f] ita demum hi[760], qui ob culpas suas episcoporum suorum offensas merito[761] contraxerunt, digne etiam a ceteris excommunicati similiter habeantur, quousque episcopo suo* uisum fuerit humaniorem circa[762] eos ferre sententiam.

Gratian. *Item sententia est iniusta ex ordine, quando non seruato iudiciali ordine quilibet pro culpa sua dampnatur. Unde Gregorius scribit Constantino, Mediolanensi Episcopo*, [lib. VIII. epist. 30.][763]:

C. LXXIV. *Res dubia non diffiniatur certa sententia.*

Graue satis est et indecens, ut in re dubia certa detur[764] sententia.

C. LXXV. *Non credantur que certis iudiciis non demonstrantur.*

Item Augustinus in libro de penitencia, [c. 3.][765]

Quamuis[766] uera sint quedam[767], tamen iudici[768] non sunt[769] credenda, nisi[770] certis indiciis demonstrentur[771].

C. LXXVI. *Ante, quam examinentur, aliqui non iudicentur.*

Item Damasus Papa, [epist. VI.][772]

Eorum, qui accusantur, causas[773] discutere non[774] licet prius, quam[775] canonice uocati ad sinodum ueniant, et presens per presentem agnoscat ueraciter et intelligat que ei obiciuntur. Quod[776a] et per sapientiam Salomonis* dicitur[777]: „Ante, quam scruteris, ne[778] reprehendas. Intellige prius, et tunc increpa. Ante, quam audias[779b], non[780c] reprehendas.“[781d] Et licet apertissima[782] sit contrariorum reprehensio, uerumtamen oportet ab his, qui dati[783] sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari.

C. LXXVII. *Qui falsum de alio profert, et*[784a] *qui crimina credit, uterque reus est.*

Item ex VIII. Sinodo[785*].

Non solum ille reus est[786], qui falsum de alio[787] profert, sed et[788] is, qui aurem cito criminibus prebet.

VI. Pars. Gratian. *Cum ergo sententia ex ordine iniusta est, nec tunc ab ea recedendum est, quia*[789b] *etiam ante, quam sententia daretur in eum, pro qualitate sui reatus ligatus apud Deum tenebatur. Contingit*[790] *aliquando, ut adulter sententiam pro sacrilegio reportet, cuius reatum in conscientia non habet. Hec sententia, etsi iniusta sit, quia non est in eo crimen, super quod*[791] *lata*[792] *est sententia*[793], *tamen ab eo iuste reportata est, qui*[794c] *ex reatu adulterii iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc casu intelligenda est auctoritas illa Gregorii*[795]: *„Sententia pastoris etc.“* §. 1. *Iustam sententiam uocat, quando crimen subest, super quod fertur: iniustam*[796], *quando illud non subest, que tamen timenda uel seruanda est, quia ex alio*[797] *iam dudum dampnandus erat. Unde, cum premisisset Gregorius*[798]: *„Utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia timenda est gregi,“ subsecutus adiecit: „Ne is, qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo uel absoluere indiscrete timeat, uel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est ligari timeat uel*

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 70. a) ex dictis Gregorii* b) praecavere debent c) ut: *deest* d) ecclesiarum e) ut in f) et tunc g) instruens — c. 73. a) offensam b) et: *deest* c) si d) quis: *deest* e) stom.: *deest* f) Et infra: Ut — c. 76. a) Quod bene b) audieris c) ne d) respondeas — c. 77. a) et is b) quin c) quia

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXX. * De non praecipitanda sententia leguntur nonnulla apud B. Gregorium lib. 19. Mor. c. 23., ad ea verba Iob.: *Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam*, et lib. 12. Regesti epist. 26. et alibi.

C. LXXI. * Propria verba B. Augustini referuntur infra 14. q. 5. c. fin. vers. *Sed non ideo.*

C. LXXIII. * Episcopo suo: In prisca versione, quae est in collectione Isidori, et huic valde similis est, legitur: *quousque in communi vel ipsi* [*communione vel ipso:* Hisp. Deusd. Coll. tr. P. Polyc.] *episcopo suo*, nec multo aliter in altera vulgata versione. Graece est: *μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ*, id est: *quousque communi episcoporum videatur.*

C. LXXVI. * Salomonis: Citat librum sapientiae Sirach, id est Ecclesiasticum, nomine Salomonis. Et sic citatur etiam a B. Gregorio I. q. 1. *Non est putanda.* et a Clemente Alexandrino Stromatum l. 7., et ab Origene hom. 18. in Numeros, et ab Hilario in Ps. 67., et ab aliis Patribus, cuius rei rationem reddidit B. Augustinus l. 2. de doct. Christiana c. 8. et alibi.

LXXVII. * De hac inscriptione VIII. synodi notatum est sup. eadem, q. 3. *Si quis frater.*

Causa XI. Quest. III. can. 70. 733) *Codd. coll. o. Corr. Reg.* II, 312. (beat. Iob. dicit); *Burch.* XVI, 1.; *Ans.* XIII. 26.; *Coll. tredec. P.* IX, 45. 734) *Codd. et Edd. coll. o.* 735) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Edd. Nor. Ven.* I. II. (ne) 736) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 737) *Codd. coll. o.*; et in: *Ans.* 738) lex ut: *Edd. Arg. Ven.* I. II. 739) solvatur: *A*; revolvatur: *Reg. Ans.* 740) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Ans.* 741) *Exod. c.* 33. 742) *BCDF Reg.* 743) oraculo: *Reg.* || can. 71. 744) vendere: *BC* 745) licet: *GH* 746) *Ep.* 153. *Ed. Maur. — cf. infra c. fin. qu.* 5. *C.* XIV. || can. 72. 747) c. 54. *Ed. Areval.*; *Burch.* XVI, 28. *can.*: qui recte iudicat); — *contin.* 748) quid: *GH* || can. 73. 749) *hab. ao.* 325. *versio Hisp. — Deusded.* I, 2. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* II, 1, 5. (*can. contin.*); *Polyc.* VII, 1, 26.; — *Dionys.*: *Burch.* XI, 36.; *Ivo Decr.* XIV, 100. 750) *Codd. coll. o. pr. B* 751) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Hisp. Deusded. Coll. tr. P. Polyc.* 752) *Codd. coll. o. Hisp. Polyc.* 753) *ABCDF Polyc.*; qui: *Hisp.* 754) animi: *deest: Deusded. Coll. tr. P.* 755) tali: *deest: Coll. tr. P.*; aliqua: *Deusded.* 756) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG — Hisp. Polyc.* 757) excommunicati: *Deusded. Coll. tr. P.*; obstenti: *Polyc.*; *add.*: excommunicatione: *Hisp.* 758) sunt: *Hisp.* 759) *Codd. coll. o.* 760) hi: *deest: Coll. tr. P.* 761) mer.: *deest: Deusd.* 762) contra: *Polyc.* || can. 74. 763) Constantio: *AC*; — *Ep.* 29. *scr. ao.* 600. *lib.* X. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1314. — *Ans.* III, 72. (*can.*: relectis epistolis) 764) dicatur: *orig. Ans.* || can. 75. 765) de poenitentiae medicina: *Corr.*; — *Sermo* 351. *no.* 10. *Ed. Maur. — cf. ad c.* 18. *qu.* 1. *C.* II. — *Ans.* III, 70. (*can.*: multi corriguntur); *Ivo Decr.* V, 247. (Sixtus.; *can.*: fratres quos timore; *contin.*); *Ivo Pan.* IV, 114. (Sixtus.; *can.*: incerta nemo; *contin.*) 766) *add.*: enim: *orig. Ans.* 767) qued.: *deest: Ivo Decr. Pan.* 768) iud.: *deest: ib.* 769) *add.*: facile: *orig. Ans.* 770) *add.*: quae: *Ivo Decr.* 771) comprobantur: *Ivo Decr. Pan.* || can. 76. 772) *Cap. Pseudoisid. — ap. Hinschius p.* 519. — *Jaffé no.* CLXIV. — *Ans.* III, 51. (48. *can.*: relatum est ut sedem; *contin.*) 773) *add.*: nos: *A*; causam: *orig.* 774) nec (licet: *deest*): *Ans.* 775) nisi: (*deest: Ans.*) per querelantium institutiones vocati convenire: *orig. Ans.* 776) *Codd. et Edd. coll. o.*; et: *deest: A* 777) *Eccles. c.* 11. *v.* 7. *seqq. sec.* LXX. 778) non: *ACD Edd. coll. o. Ans.* 779) *Codd. et Edd. coll. o.* (*sed in H:* intellige . . . repreh.: *deest*) 780) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 781) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (reprehendes) 782) aptissima: *orig.* 783) clari: *orig. Ans.*; deputati: *Corr.* || can. 77. 784) *ACDFH*; qui: *deest: DH*; De eodem: *B* 785) *imo ex Isidor. Hisp. lib. sentent.* III. *c.* 55. *no.* 6. — *Coll. tr. P.* II, 14, 25. 786) est: *deest: Coll. tr. P.* 787) aliquo: *ABCD* 788) et: *deest: EGH Ed. Bas.*; etiam: *D* 789) *Codd. coll. o.* 79) *add.*: etiam: *AEFGH* 791) quo: *AEGH* 792) prolata: *DEFGH* 793) sent.: *deest: ACF* 794) *ABCDFH* 795) *supra eadem c.* 1. 796) *add.*: vero: *BC* 797) aliquo: *ABD*; *add.*: aliquo: *EGH* 798) *hom.* 26. *in evang.*

iniuste, nec pastoris sui iudicium temere reprehendat: ne, etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia culpa, que non erat, fiat." §. 2. *Aliquando nullum subest crimen, et tamen uel odio iudicis, uel factione inimicorum obpositam sibi sententiam dampnationis in se excipit.*

Unde Gregorius ait[799*]:

C. LXXVIII. *Quot modis humanum iudicium peruertitur.*

Quatuor modis humanum iudicium peruertitur[800]: timore, dum metu potestatis alicuius ueritatem loqui pertimescimus[801]; cupiditate, dum premio animum[802] alicuius corrumpimus; odio, dum contra quemlibet aduersarium[803] molimur[804]; amore, dum amico uel propinquo[805] prestare[806 a] contendimus.

Gratian. *Quam graue uero sit uel odio, uel amicitia, uel munere, uel metu, uel quolibet modo iudicium peruertere Augustinus*[807 a] *testatur dicens:*

C. LXXIX. *De his*[808 b], *qui aliquo modo iudicium peruertunt.*

Quicumque aut[809] consanguinitate, aut amicitia[810 c], uel hostili odio, uel inimicitiis in iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi, qui est iustitia, et fructum illius uertit in amaritudinem[811].

C. LXXX. *De his*[812], *qui metu potestatis ueritatem occultant.*

Idem ad Casulanum[813 a*].

Quisquis metu cuiuslibet potestatis ueritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem quam Deum. *Et post pauca*[814]: §. 1. Uterque[815] reus est, et qui ueritatem occultat, et qui mendacium dicit, quia et ille prodesse non uult, et iste nocere desiderat.

C. LXXXI. *De eodem. Item*[816].

Nemo peritorum aut prudentium putet, quod minus sit periculum in uerbis lingua mentiendo, quam manibus sanguinem fundendo. Melius[817] est autem[818] pro ueritate pati[819] supplicium, quam pro adulatione[820 a] beneficium.

[C. LXXXII.][821 a]

Item Pelagius Benigno Archiepiscopo[822 b].

Unicuique prouidendum[823] est, ne aliquem iniuste persequatur, iudicet et[824 c] puniat[825], ne Iesum persequatur, iudicet[826] et[827 d] puniat.

Gratian. *Hic*[828] *quoque, qui ueritatem pro pecunia negat, uel falsum testimonium contra aliquem dicit, Deum negare uel uendere probatur.*

Unde Beda super Marcum[829 a]:

C. LXXXIII. *Qui falsum testimonium dicunt, et ueritatem pro*[830] *pecunia negant, sceleris Iudae participes fiunt.*

Abiit Iudas ad summos sacerdotes, et constituerunt[831] ei pecuniam se daturos. Multi hodie scelus Iudae, quia Dominum ac[832] magistrum suum, deumque[833] pecunia[834] uendiderit[835], uelut inmane et nefarium exhorrent, nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profecto[836], quia ueritatem pro pecunia negant, Deum pecunia[837] uendunt. Ipse enim dixit[838]: „Ego sum ueritas." Cum societatem fraternitatis aliqua discordiae[839] peste conmaculant, Deum produnt, quia Deus[840] karitas est. Qui ergo karitatis et ueritatis iussa spernunt, Deum utique, qui karitas est et ueritas[841], produnt, maxime cum non infirmitate uel ignorantia peccant, sed in similitudinem Iudae querunt[842] oportunitatem, qualiter arbitris absentibus mendacio ueritatem, uirtutem[843] crimine mutent.

C. LXXXIV. *Christum negat qui peruersis socium se facit.*

Item Ieronimus [in epistolam ad Titum, c. 1. in extremo.][844]

Existimant quidam in eo tantum negari Deum[845 a], si in persecutione quis a gentibus[846 b] conprehensus se confiteri[847 c] rennuerit esse[848] Christianum. Ecce[849 d] Apostolus omnibus, que peruersa sunt, factis Deum asserit negari[850 e]. Christus sapientia est, iustitia, ueritas[851], sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendacium ueritas, per turpitudinem sanctitas, per inbecillitatem animi fortitudo. Quocienscumque[852 f] uincimur uiciis[853 g] atque peccatis, tociens Deum negamus, et[854] e contrario, quociens bene[855] quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandum est in die[856] iudicii illos tantum a Dei filio[857] denegandos[858], qui in martirio Christum negauerunt[859 h], sed[860] et[861] illos omnes, quorum opere, uel sermone, uel cogitatione Christus negatur[862 i], negat uel confessus confitetur. De hac puto confessione quod[863 k] discipulis precepit[864], dicens: „Eritis michi testes in Ierusalem, et in omni Iudea, et Samaria, et usque ad ultimum[865 l] terrae."

C. LXXXV. *Qui Christianum se negat Christum negare conuincitur.*

Item Augustinus [tractatu CXIII. ad cap. 18. Ioannis.][866]

Non[867] solum abnegat Christum qui dicit eum non esse Christum, sed ille etiam qui, cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non[868] ait Petro, discipulum meum te esse[869 a] negabis[870 b]. Negauit ergo ipsum, cum se negauit eius esse discipulum. Quid autem aliud isto modo, quam se negauit esse Christianum? *Idem*[871 c*] [tractatu LXVI.]: §. 1. Timendo carnis tuae mortem mortem dabis animae tuae.

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 78. a) complacere — c. 79. a) testat. Hieronymus in Amos cap. 6. b) iis c) amicitia, et e contrario — c. 80. a) Item Augustino — c. 81. a) adulatione recipere — c. 82. a) C. LXXXII. De eodem b) Pelag. Papa II. epist. II. c) *et* d) vel — c. 83. a) ad c. 14. Marci — c. 84. a) Christum b) gentilibus c) confiteri: *deest* d) Sed ecce e) denegari f) Et quotiescunque g) a vitiis h) denegarunt i) negatus k) et l) extremum — c. 85. a) esse: *deest* b) negabis, sed: „me negabis" c) Item*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXVIII. * Apud Gregorium non est inventum, sed apud Isidorum (quem citat Burchardus) et paulo etiam plenius: et sequitur nonnullis interiectis post caput: *Qui recte.* sup. ead.

C. LXXX. * Caput hoc non est inventum apud B. Augustinum, cuius posteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Augustini. Simillima leguntur in eodem libro 3. Isidori, cap. 59.

C. LXXXV. * Item: In duobus vetustis Gratiani exemplaribus hoc est aliud caput, et rubricam habet: *De eodem.* Est enim ex tractatu 66. in Ioannem.

Causa XI. Quest. III. can. 78. 799) *ex Isidor. Hispal. lib. sentent.* III. *c.* 54. *no.* 7. — *Jaffé no.* CCXLVIII. — *Burch.* XVI, 28. (Isid.; *can.:* qui recte iudicat; *contin.*) 800) convertitur: *Burch.* 801) pavescimus: *orig. Burch.* 802) muneris alicuius corrumpimus: *orig. Burch.* 803) adversari: *orig.;* adversa: *Corr.* 804) *add.:* cuius odio corrumpimur: *Burch.* 805) propinquis: *orig.* 806) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch.; add.:* auxilium: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 79. 807) *Codd. coll. o. Turrecrem. — imo Hieronym. in Amos c.* 6. *v.* 23. — *lib.* III. *c.* 27. *no.* 321. *Ed. Migne* 808) *Codd. coll. o.* 809) autem: *F; add.:* autem: *EGH* 810) *Codd. et Edd. coll. o.* 811) *add.:* damnationis: *BCEGH Edd. coll. o.* || can. 80. 812) *Codd. coll. o.* 813) *Codd. coll. o. — imo Isidor. Hispal. lib.* III. *c.* 55. *sed non ad verbum consentit.* — *Burch.* XVI, 12. (ex dictis Augustini; *can.:* falsus testis; *contin.*) — *Coll. tr. P.* II, 50, 27. — *Deusded. p.* I. *a Corr. citatur, sed in Ed. coll. hoc loco canonem non invenimus* 814) *imo paullo superius* 815) *cf. c.* 1. X. *de crim. falsi* || can. 81. 816) *caput incertum; — Coll. tr. P.* II, 50, 27. — *in BCF hic canon cum anteced. cohaeret.* — 817) item mel.: *Coll. tr. P.* 818) enim: *EGH Ed. Bas.: deest: Coll. tr. P.* 819) pati: *deest: AB Coll. tr. P.* 820) *ABCDF Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* adulat. recipere: *EGH, ita ut R. qui* recipere *a Corr. insertum esse putabat, erraverit.* || can. 82. 821) *Codd. coll. o.* 822) *Codd. coll. o.;* episcopo: *AB; — Caput Pseudois. ap. Hinschius p.* 727. — *Jaffé no.* CCXXVIII. — 823) previdendum: *orig.* 824) *BCDF Ed. Bas.* 825) *finis canonis: C* 826) iudic. . . . pun.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 827) *ABDFGH orig.* 828) Sic: *AB* || can. 83. 829) *Codd. coll. o.* (Matthaeum: *A*) *Coll. tr. P. — ad c.* 14. *Marci. — Coll. tr. P.* II, 50, 19. 830) pro: *deest: ABC* 831) ipsi promiserunt: *Coll. tr. P.* 832) et: *EGH* 833) deumque: *deest: H;* suam, deumque: *deest: A* 834) per pecuniam: *EGH;* pro pecunia: *F Ed. Bas.* 835) vendidit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 836) *add.:* patet: *Coll. tr. P.* 837) *add.:* pro: *EGH* 838) *Ioann. c.* 14. *v.* 6. 839) discordia: *GH Ed. Bas.* 840) I. *Ioann. c.* 4. *v.* 7. 841) *add.:* est: *EH* 842) *Matth. c.* 26. 843) *add.:* et: *BDF Edd. coll. o.* || can. 84. 844) *no.* 712. *Ed. Migne* 845) *Codd. coll. o. orig.* 846) *ABCDF Edd. coll. o.;* gentilitate: *EGH* 847) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 848) esse: *deest; orig.; sed exstat in Codd. orig.* 849) *Codd. et Edd. coll. o. — Tit. c.* 1. 850) *Codd. et Edd. coll. o.* 851) et verit.: *GH* 852) *Codd. et Edd. coll. o.* 853) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 854) ut: *orig.:* et: *Codd. orig.* 855) bonum: *ABD Edd. coll. o.* 856) diem: *EGH. — Matth. c.* 10. 857) *add.:* esse: *D Edd. Bas. Ven.* II. *Lugdd. Par.* 858) negandos: *CG Ed. Bas.* 859) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (negant) 860) sed per omnia opera, sermones, cogitationes Christus vel negatus negat: *orig.* 861) etiam: *EGH* 862) *Codd. coll. o.* 863) *Codd. coll. o.;* de qua: *Edd. Lugdd.* II. III.; qua: *Edd. rell.* 864) *cf. Act. c.* 1. *v.* 8. 865) *ABCDF Edd. coll. o.;* terminum: *EGH* || can. 85. 866) *tract.* 113. *no.* 2. *Ed. Maur.* 867) advertere non solum ab eo negari Christum . . . sed ab illo etiam: *orig.* 868) non: *deest: AB; — Matth. c.* 10. *v.* 28. 869) *Codd. coll. o.* 870) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* sed ter me negabis: *C, quae verba itaque non, ut R. censuit a Corr. sunt inserta* 871) *Codd. coll. o.; — ib. no.* 1.

Quanta enim uita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum. An Apostolus Petrus (sicut eum quidam fauore peruerso excusare nituntur) Christum non negauit, quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit?

C. LXXXVI. *Veritatem prodit non solum qui pro ueritate mendacium loquitur, sed etiam qui ueritatem non libere predicat.*

Item *Iohannes Crisostomus* [id est, Auctor operis imperfecti, in Matth. hom. 25.][872]

„Nolite timere eos, qui occidunt corpus,“[873] ne forte propter timorem mortis non libere dicatis quod audistis, nec fiducialiter[874] predicetis omnibus[875] quod in aure soli audistis. Sicut[876a] ergo ex his uerbis ostenditur[877b], non solum ille proditor est ueritatis, qui transgrediens ueritatem palam pro ueritate loquitur mendacium, sed etiam ille, qui non libere pronunciat ueritatem, quam libere pronunciare[878] oportet, aut non libere ueritatem defendit, quam libere defendere conuenit[879], proditor est ueritatis. Nam sicut sacerdos debitor est, ut ueritatem, quam audiuit a Deo, libere predicet, sic laicus debitor est, ut ueritatem, quam audiuit a sacerdotibus probatam quidem in scripturis, defendat fiducialiter. Quod si non fecerit, prodidit[880c] ueritatem[881d]. „Corde[882] enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.“

Gratian. *Hec sententia potius iudicem ledit quam eum, in quem fertur*[883e].

Unde Augustinus ait[884]:

C. LXXXVII. *Iniuste aliquem anathematizans sibi, non alii*[885a] *nocet.*

Illud plane non temere dixerim[886], quod si quisquam[887] fuerit fidelium anathematizatus iniuste, ei potius oberit, qui facit[888], quam ei[889b] qui hanc patitur iniuriam. Spiritus enim sanctus habitans in sanctis, per quem quisque[890] ligatur aut soluitur, inmeritam nulli ingerit penam[891]. Per eum quippe diffunditur karitas in cordibus nostris, que non agit perperam. Pax* ecclesiae dimittit peccata, et[892] ab ecclesiae pace alienis[893c] tenet peccata non secundum arbitrium hominum, sed secundum arbitrium[894] Dei[895]. Petra[896d] tenet, petra dimittit; columba tenet, columba dimittit[897e].

[Gratian.][898] *Item Salomon*[899]: „Sicut auis in incertum uolans, et passer quolibet uadens, sic maledictum frustra prolatum uenit super eum, qui misit illud.“

C. LXXXVIII. *Cuius uita offitio non congruit, alios ligatus soluit.*

Item Gregorius in omelia XXVI.[900a]

Plerumque contingit, ut[901b] iudicis[902] locum teneat, cui[903c] ad locum uita minime concordat, ac[904d] sepe agitur, ut uel dampnet inmeritos, uel alios ipse ligatus soluat[905], sepe in soluendis ac ligandis subditis suae uoluntatis motus, non autem causarum merita sequitur[906e]. Unde fit, ut ipse[907] ligandi et[908f] soluendi potestate se priuet et cet.[909g] *Et infra:* §. 1. Sepe fit, ut erga quemlibet proximum odio uel gratia moueatur pastor. Iudicare[910] autem de subditis digne etc. *Et infra*[911h]: Unde recte per prophetam[912] dicitur: „Mortificabant animas, que non moriuntur[913i], et uiuificabant animas, que non uiuunt.“[914] Non morientem quippe mortificat qui iustum dampnat, et non uicturum uiuificare nititur qui reum a supplicio soluere[915k] conatur[916]. §. 2. Causae ergo pensandae sunt, et tunc ligandi ac[917l] soluendi potestas exercenda[918]. Videndum[919] est[920], que culpa precessit[921], et[922] que sit penitentia secuta post culpam, ut quos omnipotens Deus per conpunctionis gratiam uisitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc[923] enim[924] uera est absolutio etc.[925] *Et infra:* §. 3. Ex qua consideratione intuendum[926] est, quod illos debemus nos per pastoralem auctoritatem soluere, quos auctorem nostrum cognoscimus[927] per suscitantem gratiam uiuificare. *Et infra:* §. 4. Veniat itaque foras mortuus, id est culpam confiteatur peccator. Venientem uero[928] foras[929] discipuli soluunt[930m], quia[931n] pastores ecclesiae ei debent penam amouere, quam meruit qui non erubuit[932] confiteri quod fecit. §. 5. Hec de solutionis ordine breuiter diximus[933o], ut sub magno moderamine[934] pastores ecclesiae uel soluere debeant[935p], uel ligare.

C. LXXXIX. *Viribus caret sententia iniuste prolata.*

Item Calixtus Papa [epist. I. ad Benedictum Episcopum][936].

Iniustum[937] iudicium et diffinitio iniusta, regio[938] metu et[939a] iussu, aut cuiuscumque[940] episcopi aut potentis[941] a iudicibus ordinata uel acta[942], non ualeat. §. 1. Homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere, uel augere[943b] male loquendo, nisi etiam eas[944] extinguere bene loquendo studuerit. §. 2. Melior est in malis[945] factis humilis confessio quam in bonis superba gloriatio.

C. XC. *Premium meretur qui iniuste maledicitur.*

Item Augustinus super Psal. CII.[946a] [ad uers. Faciens misericordias Dominus.]

Qui iustus est, et iniuste maledicitur[947] premium illi redditur.

Gratian. *Hic*[948] *etsi, ut dictum est, non teneatur ligatus apud Deum, sententiae tamen parere debet, ne ex superbia ligetur qui prius ex puritate conscientiae absolutus tenebatur.*

VII. Pars. §. 1. *Item*[949b] *est quando contra equitatem sententia fertur, ueluti quando subditi non possunt cogi ad malum, scientes obedientiam non esse seruandam prelatis in rebus illicitis.*

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 86. a) Sic b) ostend., quod c) proditor est d) veritatis e) temere fertur — c. 87. a) aliis b) ei: *deest* c) alienatio d) Petra enim e) dimittit; unitas tenet, unitas dimittit. — c. 88. a) Greg. Papa homilia XXVI. in evangelia b) ut hic c) cuius d) ac proinde e) sequatur f) aut g) et cet.: *deest* h) Et infra: *deest* i) moriebantur k) absolvere l) atque m) solvant n) ut o) dixerim p) studeant — c. 89. a) aut b) non augere — c. 90. a) Psalm. CXI. b) Idem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXXVII. * Pax: Haec pars (nam superior non est inventa apud B. Augustinum) ex ipso est emendata, et nonnihil aucta.

Causa XI. Quest. III. can. 86. 872) *ad c.* 10. *Matth. v.* 28. 873) *Matth. c.* 10. *v.* 28. 874) *add.:* non: *BCD Ed. Bas.* 875) aliis omnib.: *EGH Ed. Bas.;* in omnib.: *orig.* 876) *Codd. et Edd. coll. o.;* sicut enim: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 877) *Codd. et Edd. coll. o.* 878) annuntiare: *EGH* 879) oportet: *orig.* 880) *BDEFGH Edd. Arg. Bas.;* prodit: *AC Edd. rell.* 881) *Codd. et Edd. coll. o.* 882) *Rom. c.* 10. *v.* 10. 883) *ABCDF* || can. 87. 884) *Priorem capitis partem Alger* I, 67. *recte laudat ex Aug. ad Classicianum; altera sumta est ex l.* 3. *de baptismo no.* 23. *Ed. Maur. Ans.* XII, 67. (66.); *Polyc.* VII, 1, 13.; *Caes.* XIV, 26. 885) *Codd. coll. o. pr. G* 886) diximus: *Ans.* 887) quispiam: *orig.;* aliquis: *Alger.* 888) faciet iniuriam: *Alger., ubi hic est finis canonis* 889) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Polyc.* 890) quisquis: *EGH* 891) *finis canonis: Ans. Polyc.* 892) et: *deest: H Ed. Bas.* 893) *Codd. coll. o. pr. G;* alienatis: *Ed. Bas.;* alienus: *G;* alienatus: *Edd. rell.* 894) voluntatem: *EFGH; deest: Ed. Bas.* 895) *add.:* et orationes sanct. spiritualium qui omnia iudicant, ipsi autem a nemine iudicantur: *orig.* 896) *Codd. et Edd. coll. o.* 897) *ib.* 898) *in Codd. coll. o. signum hoc loco deest, quo Gratiani dicta distingui solent* 899) *Prov. c.* 20. *v.* 2. || can. 88. 900) *Codd. coll. o. — hom.* XXVII.: *EGH — lib.* II. *no.* 5.; *Ivo Decr.* XIV, 3.; *Ivo Pan.* V, 78—80.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 1. 901) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 902) iudicii: *orig.* 903) *ABCDEGH Ed. Bas. orig.* 904) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 905) absolvat: *EGH* 906) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.; add.:* pastor: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 907) ipsa hac: *orig.;* ipsa: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 908) *ABCD orig.;* atque: *EFGH;* ac: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 909) *Codd. coll. o.* 910) *supra c.* 60. 911) *Codd. coll. o.* 912) *Ezech. c.* 13. *v.* 19. 913) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 914) vivebant: *EGH* 915) *Codd. et Edd. coll. o.* 916) nititur: *Ivo Pan.* 917) *Codd. coll. o. pr. G;* et: *G Ivo Pan.* 918) *add.:* est: *EGH Ivo Pan.* 919) unde vidend.: *BDEGH Edd. coll. o.* 920) est: *deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 921) prec.: *deest: AC Ivo Decr. Coll. tr. P.* 922) aut: *orig. Ivo Decr.; deest: Ivo Pan. Coll. tr. P.* 923) *Coll. tr. P.* I, 55, 2. — *supra ead. c.* 62. 924) illa: *Ivo Pan.* 925) *finis canonis: Coll. tr. P.* I. III. 926) *add.:* nobis: *Ivo Decr. Pan.* 927) intelligimus: *Ivo Decr.;* scimus: *Ivo Pan.* 928) autem: *EGH* 929) for.: *deest: Ivo Decr. Pan.* 930) *Codd. coll. o.; add.:* ita: *Ivo Pan.* 931) *Codd. et Edd. coll. o.* 932) erubescit: *Ivo Pan.* 933) *Codd. et Edd. coll. o.* 934) magna moderatione: *EGH Ed. Bas.* 935) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 89. 936) *Caput Pseudoisid., c.* 6. *ap. Hinschius p.* 137. — *Jaffé no.* LXIX. — *cf. Cap. Angilr. c.* 78. *ap. Hinschius p.* 768. *Bened. Lev.* I, 405. — *Ans.* III, 84.; *Ivo Decr.* V, 235.; *Coll. tr. P.* I, 14, 3.; *Capit. Angilr. invenitur: Reg. Appdx.* III, 36. (ex C. Carthag.); *Burch.* XV, 8. (*can:* non licet ergo imperatori); *Ivo Decr.* XVI, 9. (*ut ap. Burch.*); — *cf. c.* 8. *qu.* 1. *C.* XXV. 927) *add.:* enim: *Ivo Decr.* V. *Coll. tr. P.* 938) regis: *Ans.* 939) *Codd. et Edd. coll. o.* 940) quibuscunque episcopis: *orig.;* cuiusc. episcopi: *Codd. orig.* 941) potestatis: *orig.;* potentis: *Codd. orig.* 942) facta: *Ed. Bas. Lugdd.; finis canonis: Ans.* 943) *Codd. et Edd. coll o. orig. Ivo Decr.* V. *Coll. tr. P.* 944) eos: *orig.* 945) malefactis: *BEFGH* || can. 90. 946) *Codd. coll. o. — ad Psalm.* 102. *no.* 14. *Ed. Maur. Ivo Decr.* XIV, 14. (*can.:* custodi istud); *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 12.; *Caes.* V, 16. 947) maledictus et si iniuste maledicitur: *orig.* 948) Sic: *CEH* 949) *Codd. coll. o. pr. C*

Unde Euticianus Papa ait*[950]:

C. XCI. *Non est obediendum episcopo, qui pro hereticis missam canere iubet.*

Si quis[951] episcopus aut abbas presbitero[952] aut monacho suo iusserit[953] missas pro hereticis[954]** cantare, non[955] licet. Non enim[956a] expedit obedire eis[957].

C. XCII. *Preceptis non obedire multociens expedit*[958].
Item Augustinus[959]*.

Non[960] semper malum est non obedire precepto[961]; cum enim Dominus iubet ea[962], que Deo sunt contraria, tunc ei obediendum non est.

C. XCIII. *De eodem*[963].
Item Ieronimus in epist. ad Ephesios[964a].

Si dominus iubet ea[965], que non sunt contraria[966b] sacris[967c] scripturis, subiciatur domino seruus. Sin uero contraria precipit, magis obediat spiritus quam corporis domino. *Et infra* [c. 3.][968]: §. 1. Si bonum est quod precipit inperator[969d], iubentis exsequere uoluntatem[970e]; si[971f] malum[972], responde[973g]: „Oportet Deo magis quam hominibus obedire.“[974] Hoc ipsum et de seruis[975h] apud dominos, et de uxoribus apud uiros, et de filiis apud patres[976i], quod in illis tantum debeant[977] dominis, uiris[978], parentibus esse subiecti, que contra Dei mandata non sunt[979k].

C. XCIV. *Non sunt audiendi qui contra Deum aliquid iubent.*
Item Ambrosius[980]*.

Iulianus inperator, quamuis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicae, obediebatur[981a] ei. Cum autem diceret eis, producite arma in Christianos, tunc cognoscebant inperatorem celi.

C. XCV. *Non iubet aliquid iniustum qui Deum timere probatur.*
Item Fabianus Papa, [epist. II. omnibus Episcopis][982].

Qui omnipotentem Deum metuit, nec contra euangelium nec[983a] contra apostolos, nec contra prophetas uel sanctorum Patrum instituta agere aliquid ullomodo[984] consentit.

C. XCVI. *Et qui peccat, et qui peccanti consentit uterque dampnatur*[985a].
Item Nicolaus Papa Lothario Regi[986].

Ita corporis tui cedere motibus consensisti, et relaxatis uoluptatum habenis temetipsum in lacum miseriae et in lutum fecis prohibitum[987] deiecisti, ut qui positus fueras ad gubernacionem populorum effectus sis ruina multorum. Probat hoc Teugaldi[988b] et Guntarii dudum episcoporum legitimus casus, qui pro eo, quod te minime conpetenter erudierunt[989], quinimo quia preuaricationem tuam tegere argumentis suis, et sub quadam iustitiae specie, fucatis quibusdam exquisitis[990] adinuentionibus, equitatem obruere[991] studuerunt[992c], nostra sunt apostolica auctoritate depositi, et ab omni episcopatus[993] regimine regulariter sequestrati.

C. XCVII. *De eodem.*
Item Augustinus [sermone VI. de uerbis Domini][994]*.

Qui[995] resistit potestati Dei ordinationi resistit. Sed quid[996], si illud iubeat, quod non debeas[997] facere? Hic sane contempne potestatem[998a]. Ipsos humanarum legum gradus aduerte[999b]. Si aliquid iusserit curator, non[1000c] faciendum est? Tamen[1001], si contra proconsulem[1002d] iubeat, non utique contempnis potestatem, sed eligis maiori seruire. Nec hinc[1003] debet minor irasci, si maior prelatus[1004e] est. Rursum si aliquid ipse consul[1005f] iubeat[1006], et aliud iubeat inperator[1007g], si uel aliud[1008] inperator et[1009] aliud Deus, quid iudicatis[1010h]? Maior potestas Deus[1011i]. Da ueniam, o inperator[1012k]: tu carcerem, ille gehennam minatur. Hinc[1013l] iam tibi assumenda est fides tua tamquam scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere.

[C. XCVIII.][1014a]
Idem Donatistis [epist. CLXVI.][1015]

Inperatores[1016], si in errore essent (quod absit), pro errore suo contra ueritatem leges[1017] darent, per quas iusti et[1018] probarentur, et coronarentur, non tamen[1019b] faciendo[1020] quod illi iuberent, quia Deus prohibet[1021c]. Sicut iusserat Nabuchodonosor, ut aurea statua adoraretur, quod qui facere noluerunt Deo talia prohibenti placuerunt. Quando[1022] autem inperatores ueritatem tenent pro[1023] ipsa[1024] contra errorem iubent. Quod quisquis contempserit ipse sibi iudicium acquirit. Nam[1025d] inter homines penas luit, et apud Deum frontem[1026e] non habebit, quia[1027] hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipsa ueritas iussit. Sicut ipse[1028] Nabuchodonosor, post miracula[1029f] salutis trium puerorum conmotus atque mutatus, pro ueritate contra errorem edictum proposuit, ut quicumque blasphemarent deum Sidrac, Misac et Abdenago, in interitum irent, et

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 91. a) et non expedit — c. 93. a) ad Titum* c. 2. vers. Servi dominis suis subditi b) aduersa c) sanctis d) imperator et praeses e) obsequere voluntati f) si vero g) responde ei illud de Actibus apostolorum: h) servis intelligamus i) parentes k) veniunt — c. 94. a) obediebant — c. 95. a) vel — c. 96. a) reus est b) Thiegualdi c) studerunt — c. 97. a) potest., timendo potestatem b) advertite c) nonne d) proconsul e) praelata f) proconsul g) imperator, numquid dubitatur, illo contemto illi esse serviendum? Ergo (vel: *deest*) h) iudicatis? Solve tributum, esto mihi in obsequium. Recte, sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? i) Deus: *deest* k) o imperat.: *deest* l) Hic — c. 98. a) C. XCVIII. De eodem b) tamen: *deest* c) prohiberet d) Nam et e) sortem f) postea miraculo

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XCI. * **Eutychianus**: Burchardus et Ivo referunt et Eutychiano simul caput hoc, et c. *Si quis*. 24. q. 1., quod tamen Gratianus citat ex Iulio.
** **Haereticis**: Ceteri collectores addunt: *mortuis*, quam vocem hic auctor glossae supplevit.
C. XCII. * Huius capitis partim verba ipsa, partim sententia habentur apud beatum Ambrosium, lib. de paradiso cap. 6.
C. XCIII. * **Titum**: Sic est emendatum ex Polycarpo, quum antea citaretur: *ad Ephesinos*, emendato etiam et nonnihil locupletato ipso capite ex originali.
C. XCIV. * Infra eadem c. *Imperatores*. §. *Iulianus*. habetur haec sententia, fortasseque ex eo loco mutatis verbis confectum est hoc capitulum.
C. XCVII. * Emendatum et locupletatum est caput hoc ex ipso originali.

Causa XI. Quest. III. can. 91. 950) *ex c. 2. poenitentialis Hieronymo adscripti — cf. c. 41. qu. 1. C. XXIV.; — Burch.* XIX, 105. (*can.:* si quis dederit; *cont.*); *Ans.* XI, 135, (*ut ap. B.*); *Ivo Decr.* XV, 117. (*ut ap. B.*) 951) quis: *deest: orig. Ans. Ivo* 952) presb. aut: *deest: ib. Burch.* 953) iubet: *Burch. Ans. Ivo* 954) *add.:* mortuis: *orig. Burch. Ans. Ivo* 955) non licet et: *deest: orig.* 956) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 957) obed.: *deest: Burch.*; ei: *orig.* || can. 92. 958) convenit: *EG*; expectet: *B* 959) *Ex Ambrosio (vide Corr.) recte citat Alger.* I, 33. 960) *add.:* enim: *EGH Ed. Bas.* 961) *inde ab hac voce neque cum orig. neque cum Algero consentit Grat.* 962) ea: *deest: DEFGH Ed. Bas.* || can. 93. 963) de eod.: *deest: CDF, et canon cum anteced. coniunctus est.* 964) *Codd. coll. o. — imo in ep. ad Titum c. 2. v. 9. no. 721. Ed. Migne — Ans.* XIII, 26 (27.) 965) ea: *deest: Ans.* 966) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* vel adversa: *BCDEGH Edd. coll. o.* 967) *ABEGH* 968) *ib. no. 730. — Polyc.* I. 28, 8. 969) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 970) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Turrecrem. Ans.* 971) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ans.* 972) *add.:* et contra Deum sapit: *orig. Polyc.* 973) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.; — Act. c. 5. v. 29.* 974) *finis canonis: Ans.* 975) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Polyc.* 976) *ib.* 977) debent: *E Ed. Bas.* 978) et: *EH*; et viris: *BC*; verum etiam: *F*; *deest: Ed. Bas.*; viris et: *AG* 979) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Polyc.* || can. 94. 980) *cf. infra c. 98.* 981) *Codd. coll. o. pr. AB* || can. 95. 982) *Caput Pseudoisid., c. 23. ap. Hinschius p. 166. — Jaffé no.* LXXXI.; — *Ivo Decr.* VI, 322.; *Coll. tr. P.* I, 18, 7. 983) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 984) nullom.: *ABC* || can. 96. 985) *Codd. coll. o.* 986) *fragm. ep. scr. no. 863 — Jaffé no. 2078. — Ivo Decr.* VIII, 227. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 62, 40. — *cf. supra c. 10.* 987) pro libitu: *Ivo* 988) *ABEF; Ivo Coll. tr. P.*; Teugualdi: *CDFGH*; Theutgaudi: *Böhm.* 989) erudierant: *EFGH Ed. Bas.*; erudierint: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 990) *add.:* et: *CF Ivo* 991) obstruere: *EGH* 992) *ABCDF Ivo Coll. tr. P.* 993) *add.:* et presbyteratus: *EGH* || can. 97. 994) *Sermo 62. Ed. Maur. no. 13. — Polyc.* I, 27, (29,) 3. (*can. contin.*) 995) *add.:* autem: *orig.*; *Rom. c. 13. v. 2.* 996) quid est: *Polyc.* 997) debes: *orig.* 998) *Codd. et Edd. coll. o.* 999) *ib.* 1000) *ACDEFG Polyc.*; num: *B*; *deest: H* 1001) non tamen: *Edd. Bas. Lugdd.* 1002) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Lugd. I. Corr. Turrecrem. orig. Polyc.* 1003) huic: *CF Ed. Bas.* 1004) *ACFGH Turrecrem. orig.*; sit: *A* 1005) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Polyc.* 1006) iubet: *orig.* 1007) *Codd. et Edd. coll. o.* 1008) aliquid (aliud: *D*) iubeat: *AD* 1009) et: *deest: EGH* 1010) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 1011) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (est Dei) 1012) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 1013) *AD: orig.* || can. 98. 1014) *Codd. coll. o.* 1015) item: *ABEG; — Ep. 105. no. 7. Ed. Maur. scr. ao. 409.* 1016) *add.:* enim: *orig.* 1017) legem: *BCDF* 1018) et: *deest: DEFGH Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit; in B Ed. Bas. legit.:* iusti comprobarentur, *quod per errorem pro* et prob. *scriptum fuisse videtur.* 1019) *Codd. coll. o.* 1020) faciendum est: *Codd. coll. o. pr. AC; — Turrecrem.*; — faciendum: *Edd. coll. o.* 1021) *Codd. et Edd. coll. o.* 1022) quoniam: *ABD* 1023) et pro: *Edd. Ven. II. Lugdd. Par.* 1024) *add.:* veritate: *orig.* 1025) *Codd. et Edd. coll. o.* 1026) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 1027) qui: *C Ed. Bas.* 1028) et ipse: *EGH Edd. Bas. Ven. II. Lugdd. Par.* 1029) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.*

domus eorum in dispersionem. Et non uultis, ut[1030] aliquid tale contra uos iubeant inperatores Christiani, cum sciant a uobis[1031g], quos rebaptizatis, Christum exsufflari? *Idem in Psalmis*[1032]: §. 1. Iulianus extitit infidelis inperator. Nonne[1033] extitit apostata, iniquus, ydolatra[1034h]? Milites Christiani seruierunt inperatori infideli. Ubi ueniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum, qui in celo erat. Quando[1035] uolebat, ut ydola colerent, ut[1036] turificarent, preponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant et[1037i] distinguebant deum[1038k] eternum a domino[1039] temporali[1040l].

C. XCIX. *Per obedientiam bonum deserere, numquam*[1041a] *malum facere licet.*

Item Gregorius [c. 12. lib. XXXV. in Iob.][1042]

Quid ergo mirum, si peccator homo obedientiae in presentis uitae breuitate se subicit, quando hanc mediator Dei et hominum[1043b*], et cum obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum tamen[1044c] est[1045d], numquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debet per obedientiam bonum, quod agitur, intermitti. Neque enim mala arbor in paradiso extitit, quam Deus homini ne contingeret interdixit; sed ut melius[1046] per obedientiae meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuerat, ut[1047e] etiam a bono prohiberetur[1048f] quatinus tanto uerius hoc, quod ageret, uirtus esset, quanto et a bono cessans auctori suo se subditum humilius[1049] exhiberet.

C. C. *Apud Deum maledicitur qui peccantibus consentit.*

Item Ysidorus[1050*].

Qui consentit peccantibus, et defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum et homines[1051], et corripietur increpatione[1052] seuerissima[1053]. Hinc et[1054a] quidam sanctissimus Pater ait: Si[1055] quis peccantem defendit, acrius quam ille, qui peccauit, coherceatur. Hinc etiam[1056b] alius Pater ait: Si quis alterius errori consentit[1057c], sciat[1058d] se cum illo simili modo culpabilem iudicandum[1059].

C. CI. *Non est obediendum quod*[1060] *contra Deum precipitur.*

Item Ysidorus[1061*].

Si is, qui preest, fecerit, aut cuiquam[1062] quod a Domino[1063] prohibitum est facere iusserit, uel quod preceptum est preterierit aut preterire mandauerit, S. Pauli apostoli sententia ingerenda[1064a] est, dicentis[1065]: „Etiamsi nos aut angelus de celo euangelizauerit uobis anathema sit, preterquam quod uobis euangelizauimus.“ *Idem*[1066]: §. 1. Si quis prohibet[1067**] nobis[1068b] quod a Domino preceptum est, uel rursum inperat fieri quod Dominus fieri[1069c] prohibet, execrabilis sit omnibus[1070], qui diligunt Deum. *Idem*[1071]: §. 2. Is, qui preest, si preter uoluntatem Dei, uel preter quod in scripturis sanctis euidenter precipitur, uel dicit aliquid, uel inperat tamquam falsus Dei testis aut sacrilegus habeatur.

Gratian. *Cum ergo subditi excommunicantur*[1072d], *quia ad malum cogi non possunt, tunc sententiae non est obediendum, quia iuxta illud Gelasii*[1073]. „*Nec apud Deum, nec apud ecclesiam eius, quemquam grauat iniqua sententia.*“

VIII. Pars. §. 1. *Quod autem supra communicantes excommunicatis de ecclesia abici iubentur, non de quolibet modo communicantibus intelligendum est.*

Unde Nicolaus Papa Igmaro, Remorum Archiepiscopo[1074]:

C. CII. *De his, qui cum*[1075] *excommunicatis communicant.*

Excellentissimus rex Karolus apostolatum nostrum consuluit, quid sit agendum de his, qui communicant cum his, qui cum Engiltruda[1076a] sepe dampnata communicant femina, quoniam eam[1077] cum communicatoribus suis et fautoribus pari uinculo anathematis[1078] constat esse[1079] astrictam. Quapropter nunc beatitudini tuae iniungimus, ut, super hoc nostra auctoritate fretus[1080], curam de his sumere studeas[1081], et quia docta diuinitus sanctitas tua ualde nouit, aliud esse[1082] ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud, quod studio[1083b] delinquitur, istudque posterius duobus prioribus strictius[1084c] esse puniendum, idcirco sollerter inuigilet, et cauta districtione[1085d] singulorum[1086] modos diiudicet, quatinus hi[1087e] qui ex necessitate uel[1088f] ignorantia delinquunt auctoritate nostra per te absoluantur: si tamen ipsa eorum ignorantia, uel necessitas uera, et non simulata, uel non[1089] ex uoluntate processerit, quia, ut bene nosti[1090], sunt plerique qui possunt quidem, sed nolunt[1091] recta nosse. Unde Psalmista[1092] de huiusmodi[1093]: „Noluit,“[1094] inquit, „intelligere, ut bene ageret.“ Illos autem, qui studio suo obligantur, et contemptu interdicta nostra postponunt, non nisi digna satisfactione preueniente uolumus a te prorsus absolui.

C. CIII. *De his, qui sine culpa excommunicatis communicant*[1095a].

Item Gregorius VII. [lib. V. Regesti, in Concilio Romae habito][1096].

Quoniam multos peccatis nostris exigentibus pro causa excommunicationis perire cottidie cernimus, partim ignorantia, partim[1097] nimia simplicitate, partim timore, partim etiam ex[1098b] necessitate, deuicti misericordia anathematis sententiam ad tempus, prout possumus, temperamus[1099c]. Apostolica itaque auctoritate ab anathematis uinculo hos subtrahimus, uidelicet uxores, filios[1100d], seruos, ancillas,

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 98. g) vobis in eis h) idololatra i) et: *deest* k) dominum l) temporali et tamen subditi erant propter dominum aeternum etiam domino temporali. — c. 99. a) vero numquam b) hominum tenuit et tenendam praecepit* c) vero d) est, quod e) ut hunc f) prohiberet — c. 100. a) etiam b) et c) consenserit, et illi consilium dederit, ut se tardius humiliet, sciat — c. 101. a) ei ingerenda b) vobis c) fieri: *deest* d) excomm. ideo — c. 102. a) Engeltrude b) ex studio c) districtius d) discretione e) hi: *deest* f) aut — c. 103. a) De iis . . . culpa cum excomm. b) ex: *deest* c) opportune temperamus d) liberos

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XCIX. * Tenuit et tenendam praecepit: Haec absunt a plerisque manuscriptis et ab originali. Simile quiddam legitur apud B. Augustinum, sermone 5. ad fratres in eremo. *Nec mirum,* inquit, *si nos peccatores obedientiae subiicimur, quando hanc mediator Dei et hominum etiam in morte non deseruit, et ei se subiecit, qui per omnia erat Patri aequalis.*

C. C. * Prima pars huius capituli usque ad vocem: *severissima,* habetur in regula B. Pachomii Romae edita. Totum vero exstat apud Smaragdum in expositione regulae B. Benedicti cap. 69. Citat autem Basilium, quemadmodum et Burchardus et Ivo [et Ans.], et sensus est in regulis ipsius Basilii brevioribus, regula 7.

C. CI. * In regulis brevioribus B. Basilii, c. 114. et 303., simillima leguntur hisce omnibus, quae in hoc capite continentur.

** Si quis prohibet: In lib. B. Basilii de institutis monachorum, Rufino interprete, fere eadem habentur c. 14., quemadmodum ultimus vers. *Is, qui praeest.* ibid. c. 16.

Causa XI. Quest. III. can. 98. 1030) ut: *deest: Ed. Bas.;* quod: *Edd. rell.* 1031) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 1032) *Psalm.* 124. *no.* 7. *Ed. Maur. Ivo Decr.* V, 7. 1033) nonne: *deest: orig.* 1034) *Codd. coll. o.* 1035) si quando: *orig.* 1036) et: *CD Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.* 1037) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AF* 1038) *BCDEFG* 1039) deo: *EGH* 1040) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 99. 1041) *Codd. coll. o.* 1042) *lib.* 35. *no.* 28. 1043) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 1044) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 1045) *ib.* 1046) in melius: *EGH* 1047) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 1048) *ib.* 1049) et humilem: *DEGH Edd. coll. o.;* humilem: *B* || can. 100. 1050) *Burch.* XI, 46.; *Ans.* XII, 5.; *Ivo Decr.* XIV, 110.; *Coll. tr. P.* II, 14, 21. 1051) apud hom.: *Ivo* 1052) correctione: *Ans.* 1053) *finis canonis: ib.* 1054) *AD Burch. Ivo Coll. tr. P.* 1055) si . . . ait: *deest: Burch.* 1056) *Codd. coll. o. pr. A (deest)* 1057) *Codd. et Edd. coll. o.* 1058) *ib. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 1059) *add.:* et excommunicandum: *Burch. Ivo* || can. 101. 1060) dum: *A;* qui: *B* 1061) idem: *EGH; Coll. tr. P. ib.* 18—20. 1062) cuidam: *Coll. tr. P.* 1063) Deo: *EGH Ed. Bas.* 1064) *ABCDF* 1065) *Gal. c.* 1. *v.* 8. 1066) *add.:* de eodem: *BCEGH* 1067) prohibeat: *BC* 1068) *Codd. coll. o. pr. D;* — nos facere: *Coll. tr. P.* 1069) *Codd. coll. o. pr. B;* — *Turrecrem.;* — *Coll tr. P.* 1070) ab omnib.: *Coll. tr. P.* 1071) *add.:* de eodem: *AB* 1072) *ABCDF* 1073) *supra c.* 46. || can. 102. 1074) *add.:* scribit: *ABEGH;* Episcopo: *AEGH;* — *Ep. scr. inter a.* 864. *et* 867. *ap. Mansi* XV, 389. — *Jaffé no.* 2171. — *Ivo Decr.* XIV, 46.; *Ivo Pan.* V, 106.; *Coll. tr. P.* I, 62, 34. 1075) cum: *deest: AEGH* 1076) *Codd. coll. o.* 1077) eos cum excommunicatis et fautor. simul prius vinculo . . . adstrictos: *orig.* 1078) excommunicationis: *A;* anathemati: *orig.;* anathemate: *Coll. tr. P.* 1079) esse: *deest: AB Ivo Pan.;* retineri: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 1080) freti: *A Ivo Pan.;* freta: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 1081) studeat: *AF Ivo Decr. Coll. tr. P.;* audeat: *orig.;* studeatis: *Ivo Pan.* 1082) esse: *deest: Ivo Pan.* 1083) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.;* de studio: *Edd. coll. rell.* 1084) *AEFGH Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 1085) *Codd. et Edd. coll. o.* 1086) sing.: *deest: Ivo Pan.;* singul. mores: *orig.* 1087) *Codd. coll. o. orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* qui: *deest: Ivo Pan.* 1088) *Codd. coll. o. pr. CD;* — *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 1089) non: *deest: Coll. tr. P.* 1090) nostis: *EGH Ed. Bas.;* qualiter bene nosti: *orig.* 1091) non volunt: *Ivo Decr.* 1092) *Psalm.* 35. *v.* 3. 1093) *add.:* ait: *EGH* 1094) noluerunt quidem . . . agerent: *orig. Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 103. 1095) *Codd. coll. o.* 1096) *in conc. Romano hab. ao.* 1078. *ap. Jaffé Monum. Gregor. p.* 308. — *Jaffé post no.* 3802. — *Ivo Decr.* XIV, 43.; *Ivo Pan.* V, 125. 1097) *add.:* etiam: *orig.* 1098) *Codd. et Edd. coll. o.* 1099) *ib. Ivo Decr. Pan.* 1100) *Codd. et Edd. coll. o.;* liberos filios: *Ivo Decr. Pan.*

seu mancipia, nec non rusticos et[1101 e] seruientes, nec non[1102 f] et[1103] omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, et eos[1104], qui ignoranter excommunicatis communicant, siue[1105] illos, qui communicant cum illis[1106 g], qui[1107] excommunicatis communicant. Quicumque autem aut[1108 h] orator, siue[1109] peregrinus, aut[1110] uiator in terram excommunicatorum deuenerit, ubi non possit emere uel non habeat[1111] unde[1112] emat, ab excommunicatis accipiendi damus licentiam. Et si quis excommunicatis non[1113] in sustentatione[1114 i] superbiae, sed humanitatis[1115] causa dare aliquid[1116] uoluerit, non[1117] prohibemus.

C. CIV. *De Bonifatio, qui excommunicatis et*[1118] *pseudoepiscopis* se non communicaturum iurauit.*

Item Bonifatius Martir Zachariae Papae [in epist., quae incipit: „Paternae."][1119]**

Antecessor[1120] predecessoris[1121] uestri[1122] uenerandae memoriae Gregorius, dum me indignum ordinauit et ad predicandum uerbum Dei[1123] Germanicis gentibus misit, sacramento[1124] me astrinxit[1125 a], ut canonicis et iustis episcopis et presbiteris in uerbo et[1126 b] facto et[1127 c] consensu astipulator et adiutor fierem. Hoc autem[1128 d] cum diuina gratia inplere[1129 e] studui; falsos autem sacerdotes ypocritas et seductores populorum uel corrigerem ad uiam salutis, uel declinarem et abstinerem a communione ipsorum; quod ex parte seruaui, et ex parte custodire et inplere[1130] non potui; sed[1131] spiritualiter[1132 f] inpleui sacramentum, quia in[1133] consensum et in consilium eorum[1134] non uenit anima mea, corporaliter autem ab eis omnino abstinere non potui. Dum enim[1135] uenissem ad principem Francorum cogente ecclesiarum necessitate, non[1136] tales ibi reperi quales uolui[1137], sed tamen in sancta communione corporis Christi illis[1138] non[1139] communicaui.

C. CV. *Excommunicatis non communicat qui eis animo non consentit.*

Item Zacharias Papa Bonifatio Martiri [in epistola, cuius initium est: „Benedictus Deus."][1140]*

Quod[1141] predecessor noster[1142] beatae memoriae Gregorius, huius[1143 a] sedis apostolicae presul, dum ad predicandum uerbum euangelii[1144] tuam misisset fraternitatem in Germaniae partibus et gentibus illis paganis, et[1145 b] uerbo pollicitationis illam[1146] uoluit esse ante[1147] munitam, ita ut orthodoxos episcopos, presbiteros, uel quoscumque[1148] reperire potuisses in uerbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, et eis communicares (quod et factum est); si quos uero seductores episcopos aut pseudopresbiteros[1149 c] a recto fidei tramite deuiantes reperisses, nulla tibi cum eis esset[1150] communio, quod te, Deo solatiante[1151], usque ad presens spiritualiter seruasse confessus es, uel, si omnino propter principalem et humanum fauorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses, corporaliter abstinere[1152] non ualuisti cogente ecclesiarum Dei necessitate, et tamen[1153] in eorum consilio et communionis consensu anima tua non est coinquinata: itaque propter hoc, quod cum eis conuersatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum coram Deo.

IX. Pars. Gratian. *Excommunicationis autem forma et modus, atque reconciliationis hic est.*

C. CVI. *Modus et forma excommunicationis*[1154]*.

Debent[1155] duodecim sacerdotes episcopum circumstare, et lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis uel excommunicationis proicere debent in terram et conculare pedibus; deinde epistola[1156] per parrochias mittatur, continens[1157] excommunicatorum nomina et causam excommunicationis.

C. CVII. *De eodem.*

Item ex Concilio Aurasico[1158 a].

Canonica iustituta et sanctorum Patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei uiolatores N.[1159 b]* auctoritate Dei et iudicio sancti Spiritus a[1160] gremio sanctae matris ecclesiae et a consortio totius Christianitis eliminamus, quoadusque[1161] resipiscant et ecclesiae Dei[1162] satisfaciant.

C. CVIII. *Modus reconciliationis excommunicatorum.*

Item ex eodem[1163].

Cum aliquis uel[1164] excommunicatus, uel anathematizatus, penitencia ductus ueniam postulat et emendationem promittit, episcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas ecclesiae uenire debet, et duodecim presbiteri cum eo, qui eum hinc et[1165 a] inde circumstare debent*. Et si ille terrae prostratus ueniam postulat[1166], et[1167] de futuris cautelam spondet, tunc episcopus apprehensa manu eius dextera, in ecclesiam[1168] illum[1169] introducat, et communioni[1170] Christianae reddat[1171], et[1172] septem psalmos penitenciales decantet[1173] cum istis precibus: Kyrie eleison, Pater noster, saluum fac seruum tuum[1174]. Oratio[1175]: Presta, quesumus Domine, huic famulo tuo dignum penitenciae fructum, ut ecclesiae tuae sanctae, a cuius integritate deuiauerat peccando, admissorum ueniam consequendo reddatur innoxius. Per Dominum[1176 b].

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 103. e) et: *deest* f) nec non: *deest* g) eis h) aut: *deest* i) sustentationem — c. 104. a) constrinxit b) *et* c) et: *deest* d) quod e) adimplere f) spiritaliter — c. 105. a) huius sanctae b) et: *deest* c) pseudopresb., vel quosque — c. 107. a) Arausico b) N.: *deest* — c. 108. a) et: *deest* b) etc.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. CIV. * **Et pseudoepiscopis**: Hic in aliquot vetustis antea legebatur: *excommunicatis a pseudoepiscopis.*

** Epistola, in qua habetur capitulum hoc, edita est per Laurentium Surium in vita S. Bonifacii, legati Germaniae et martyris. Emendatior autem exstat manuscripta Romae in bibliotheca monasterii Dominicani.

C. CV. * In epistola praecedunt haec verba: *Suggessit itaque sancta fraternitas tua in suis apicibus, quod praedecessor noster, etc.*

C. CVI. * Apud Burchardum et Ivonem ea, quae in hoc capite continentur, et multa alia eodem pertinentia citantur ex concilio Rothomagensi[1155]. In collectione vero canonum incerti auctoris manuscripta iisdem verbis, quibus hic, refertur ex Zacharia Papa.

C. CVII. * **Violatores**: In eadem collectione, et apud Burchardum, et in duobus vetustis Gratiani codicibus sequitur N. Ab aliis tamen Gratiani exemplaribus, et ab Ivone abest nota ista.

C. CVIII. * **Debent**: Apud Burchardum [et Regin.], qui etiam ex concilio Arausico citat, haec sequuntur: *Ubi etiam adesse debent illi, quibus iniuria vel damnum illatum est,* et multa alia, quae omnino perlegenda sunt.

Causa XI. Quest. III. can. 103. 1101) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr.* 1102) *Codd. et Edd. coll. o.* 1103) et: *deest: Edd. Arg. Par.* 1104) illos: *orig.* 1105) sive . . . commun.: *deest: Ivo Pan.* 1106) *Codd. coll. o. pr. C* 1107) qui cum: *BEGH* 1108) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr.* 1109) aut: *Ivo Decr. Pan.* 1110) sive: *Ivo Pan.* 1111) habet: *EGH orig.* 1112) unde possit: *EGH* 1113) in sust. non sup.: *CDEFGH Edd. coll. o.* 1114) *A* (in: *deest*); — *BF orig. Ivo Decr.* 1115) humilitatis: *C Ed. Bas.* 1116) aliq.: *deest: Ivo Decr. Pan.* 1117) fieri non: *orig.* ‖ can. 104. 1118) a: *ABF;* vel: *EGH* 1119) *Ep. scr. ao.* 751. *ap. Jaffé Mon. Mogunt. p.* 218. — *Ivo Decr.* II, 95.; *Coll. tr. P.* I, 58, 2.; *ib.* III, 2, 11. 1120) *add.:* etenim: *orig. Coll. tr. P.* I.; enim: *Ivo Coll. tr. P.* III.; intercessor: *Coll. tr. P.* I. 1121) praecessoris: *orig.* 1122) nostri: *AF Coll. tr. P.* III. 1123) fidei: *Coll. tr. P.* I. 1124) *add.:* fidei: *Ivo* 1125) *Codd. coll. o.* 1126) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* I. III.; in: *orig.* 1127) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Lugdd.* II. III. *Ivo;* in: *Ed. Arg. orig. Coll. tr. P.* I. III.; et in: *Edd. rell.* 1128) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* I. III. 1129) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. orig. Ivo Coll. tr. P.* I. III. 1130) adimplere: *EGH* 1131) et: *C;* sed: *deest: orig.;* sed . . . dum: *deest: AB, sed in A, postea in marg. script. est* 1132) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 1133) et in: *EGH Ed. Bas.* 1134) illorum: *orig. Ivo* 1135) en.: *deest: ib. Coll. tr. P.* III. 1136) cum: *orig.* 1137) nolui: *ib.* 1138) eis: *EGH Ed. Bas.* 1139) non: *deest: Coll. tr. P.* I. II. ‖ can. 105. 1140) *scr. ao.* 751. *ap. Jaffé Mon. Mogunt.* 221.; — *Jaffé no.* 1757. — *Ivo Decr.* II, 96.; *Coll. tr. P.* I, 59, 1. *cf. ib.* III, 2, 12. 1141) Idem: *A;* refers quod: *C* 1142) nost.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 1143) *Codd. et Edd. coll. o. pr. CD;* — *orig. Ivo Coll. tr. P.* 1144) Dei: *EFGH Ed. Bas.* 1145) *Codd. et Edd. coll. o.* 1146) ill.: *deest: Ed. Bas.;* ill. vol.: *deest: orig. Coll. tr. P.* 1147) a te: *orig.* 1148) quosque: *ib.* 1149) *Codd. et Edd. coll. o.;* presb. alios: *Ivo* 1150) esse: *Coll. tr. P.* 1151) adiuvante: *EH Ed. Bas.;* annuente: *G* 1152) abstineri: *orig.; sed* abstinere *est in varietate lectionis.* 1153) attamen: *Edd. Lugdd.* II. III. *Böhmer.* ‖ can. 106. 1154) *Caput incerti auctoris fortassis ipsius Reginonis* II, 12. (*can.:* igitur quia monita; *contin.*) — *Burch.* XI, 3. (*ut ap. Reg.: can. cont.*); *Ivo Decr.* XIV, 76.; (*ut ap. Reg.*) — ex C. Rothomagensi: *Ed. Bas. F* (*manu poster. saeculi additum*) 1155) *add.:* autem: *Reg.:* enim: *Burch. Ivo* 1156) epistolae presbyteris mittantur: *Reg. Ivo;* epistolae proculdubio similiter per. par. mittantur: *Burch.* 1157) continentes modum excommunicationis: *Reg. Burch. Ivo* ‖ can. 107. 1158) *Codd. coll. o.* — *cf. ad caput antecedens.* — *Reg.* II, 417.; *Burch.* XI, 7.; *Ivo Decr.* II, 126. *Coll. tredec. Part.* X, 236. 1159) *ABCD:* illos: *Reg. Burch.* 1160) a: *deest: Reg.* 1161) quousque: *EGH Reg. Burch.* 1162) Dei: *deest: F Ivo* ‖ can. 108. 1163) *cf. ad c.* 106. — ex C. Aurelian.: *Turrecrem.:* — *Reg.* II, 418.; *Burch.* XI, 8.; *Coll. tredec. P.* X, 237. 1164) vel: *deest: Reg.;* vel excom.: *deest: Burch.* 1165) *Codd. coll. o.* 1166) *add.:* culpam confitetur poenitentiam implorat: *Reg. Burch.* 1167) et: *deest: ib.* 1168) ecclesia: *BDF* 1169) eum: *Reg. Burch.* 1170) communionem Christianam: *A;* et ei communionem et societatem Christianam: *Reg. Burch.;* communicationi: *BD* 1171) reddatur: *BCDF* 1172) *sqq. desunt ap. Regin., ubi alia exstant* 1173) decantent: *CD;* dicant.: *B* 1174) serv. tu.: *deest: Burch., ubi alia exstant* 1175) oremus: *Burch.* 1176) *ACD* (*add.:* nostrum Jesum Christum); — *EGH,* per deum: *A*

X. Pars. Gratian. *Presbiteris uero, qui excommunicati sacrum ministerium contingere presumunt, que penitencia sit inponenda*[1177], *Iohannes VIII. Clero et ordini Salonitano scribens diffinit, dicens*[1178]*:*

C. CIX. *Que sit penitencia sacerdotum, qui excommunicati sacrum ministerium presumunt*[1179 a].

De illis presbiteris, qui tempore sanctissimi predecessoris[1180] nostri domini Papae Nicolai excommunicati sacrum ministerium[1181] contingere presumpserunt, ipsi in se dampnationis (sicut canones[1182 b] statuunt[1183 c]) sententiam intulerunt[1184]. Tamen, quia miseratio apostolica ueniam solet prestare correctis, ob multitudinem misericordiae illis[1185] hanc indulgentiam exhibemus, ut, sancta communione saginati, studeant tribus annis continuis per ebdomadam omni[1186] secunda[1187 d]* et sexta feria a[1188] uino** et[1189] a carne[1190] penitus ieiunare, et ultra lugenda nequaquam committere.

Gratian. *Qui autem excommunicatis communicant pro modo peccati penitenciae modum*[1191 e] *accipiant.*

Unde Urbanus II. Genebaldo Constantiensi Episc.[1192]*:*

C. CX. *Pro modo peccati puniantur qui excommunicatis communicant*[1193].

Sanctis quippe canonibus cautum constat, ut quicumque[1194 a] excommunicatis communicauerit excommunicetur. Ipsius tamen penitenciae atque absolutionis modos eo moderamine decernimus[1195], ut quicumque seu ignorantia, seu timore, seu necessitate negocii cuiusquam maximi et maxime necessarii eorum[1196] se conuictu, oratione, salutatione[1197], osculoue[1198 b] contaminauerint[1199 c], cum[1200] minoris penitenciae medicina societatis nostrae participium[1201 d] sortiantur[1202]. Eos uero, qui[1203] aut spontanee, aut negligenter inciderint, sub ea uolumus disciplinae cohercione[1204 e] suscipi, ut ceteris metus incutiatur.

CAUSA XII.

GRATIANUS.

Quidam clerici propria relinquere uolunt[1]; *de suis et ecclesiae rebus testamenta*[2 a] *conficiunt; de rebus ecclesiae nonnulla largiuntur.* (Qu. I.) *Modo primum queritur: Utrum clericis liceat proprium habere?* (Qu. II.) *Secundo, an res ecclesiae, que ab eis datae sunt, possint constare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt?* (Qu. III.) *Tertio, si ante tempus suae ordinationis, qui*[3] *nichil habere uidebantur et post ordinationem aliqua inuenisse noscuntur, an possint ea quibus uoluerint, relinquere an non?* (Qu. IV.) *Quarto, si de suis et ecclesiae rebus aliqua acquisisse noscuntur, an utrique communiter, an singulariter ecclesiae uel sacerdoti iure proueniant?* (Qu. V.) *Quinto, si testamenta eis liceat conficere?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Clericos nichil possidere*[4] *multis auctoritatibus iubetur*[5].

Ait enim Tolletanum Concilium [IV. c. 23.][6]:

C. I. *Inpuberes et adolescentes, in uno conclaui manentes, probatissimo seniori deputentur*[7].

Omnis etas ab adolescentia in malum prona est. Nichil[8 a] incertius[9] quam uita adolescentium. Ob hoc constituere[10] oportuit, ut, si qui inpuberes[11], aut adolescentes in clero existunt, omnes in uno conclaui atrii conmaneant[12] ut lubricae etatis annos non in[13] luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem et magistrum doctrinae[14 b], et testem uitae habeant. §. 1. Quod si aliqui ex his pupilli[15] existunt, sacerdotali tutela foueantur, ut et uita eorum a criminibus intacta sit, et res[16] ab iniuria inpiorum[17 c]. Qui autem his preceptis resultauerint[18], monasteriis deputentur, ut uagantes animae[19 d] et superbae seueriori regula distringantur.

C. II. *Omnibus clericis communis est uita seruanda.*

Item Clemens in epist. IV.[20 a]

Dilectissimis fatribus et condiscipulis, Ierosolimis cum karissimo[21 b] fatre Iacobo et[22 c] coepiscopo habitantibus, Clemens episcopus. Communis uita, omnibus est necessaria, fratres, et maxime his, qui Deo inreprehensibiliter militare cupiunt, et uitam apostolorum eorumque discipulorum imitari uolunt. §. 1. Communis enim usus omnium, que sunt in hoc mundo, omnibus hominibus esse debuit. Sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, et alius istud[23 d], et sic inter mortales facta est diuisio. §. 2. Denique Grecorum quidam sapientissimus, hec ita esse sciens, communia debere, ait, esse amicorum[24] omnia. In omnibus autem sunt sine dubio et coniuges*. Et sicut non potest, inquit, diuidi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua, que communiter[25 e] omnibus data sunt ad habendum, diuidi debere, sed habenda esse communia. Unde et Dominus per Prophetam[26] loquitur, dicens: „Ecce quam bonum et quam iucundum, et reliqua[27 f]. §. 3. Istius enim consuetudinis more retento etiam apostoli eorumque discipuli, ut predictum est, una nobiscum et uobiscum communem uitam duxerunt[28 g]. Ut enim[29 h] bene nostis, erat multitudinis

EDITIO ROMANA.

Causa XI. Quest. III. c. 109. a) contingere praes. b) sacri canones c) statuerunt d) secunda et quarta e) poenitentiam accip. — c. 110. a) qui b) osculatione c) contaminaverit d) participationem e) coërcitione — Causa XII. a) testamentum — Quest. I. c. 1. a) Nihil enim b) disciplinae c) improborum d) animi et superbi — c. 2. a) epist. IV. b) dilectissimo c) et: *deest* d) illud e) communiter in hoc mundo f) etc. g) duxere h) Unde, ut bene

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. CIX. * Omni secunda: Apud Ivonem, et in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur: *omni secunda et sexta feria;* in uno autem: *omni quarta et sexta feria.*

** A vino: In Panormia est: *aut a vino, aut a carne;* apud Ivonem: *a vino aut aceto.*

Causa XII. Quest. I. c. 23. a) in fratrum b) ut in c) nullo d) simus e) accusetur f) afflig. quidem g) ii h) hos i) approbante — c. 24. a) pretiosiores b) curam pecuniarum c) gerere d) Dei timore e) Papae: *deest* f) in: *deest* g) *et* h) fortasse — c. 25. a) De iis ... sunt, ut ... possint. b) sequantur — c. 27. a) deservituris — c. 28. a) sunt, sed pauperum b) et quomodo c) possint

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIII. * Occulte res: In versione Dionysii legitur: *ut per huiusmodi personas occulte ceteri laedantur fratres ecclesiae*, et concordat cum alia antiqua versione, quae et ipsa est in tomis conciliorum: *ut per eorum secretam diligentiam ecclesiastici laedi videantur.* Graece in codicibus, qui lecti sunt, habetur: *εἰς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας*; id est: *ut ex his rationes ecclesiae latenter laedantur.*

Causa XII. Quest. I. can. 23. 346) in: *deest: Ed. Bas. orig. Ans.* 347) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans.* 348) *Codd. et Edd. coll. o.* 349) *ib. orig. Ans.* 350) I. *Tim. c.* 6. *v.* 8. 351) vestitum: *E Turrecrem.*; vestit. vel tegum.: *GH* 352) *DEGH orig.* 353) eorum: *EGH;* potestate: *Ans.* 354) ceterae: *Ans.* 355) *Codd. coll. o.* 356) eo: *BC* 357) *Codd. et Edd. coll. o.* 358) criminationibus: *BC Edd. coll. o.* 359) *Codd. coll. o. orig.* 360) *ABCDF Edd. coll. o. Ans.*; ex hoc: *EGH* 361) quodcunque: *BC* 362) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* || can. 24. 363) *Ans. dedic.* II, 81. (86.) *Ans.* VI, 150. (164.): *Coll. tredec. P.* I, 220.; *Caes.* VII, 56. 364) *AB Corr. orig. Ans. ded. Ans.* 365) illis: *EGH* 366) *add.:* sibi: *ib.* 367) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans.* 368) *ib.* 369) *Codd. coll. o. orig. Ans. ded. Ans.* 370) et cum omni: *AEG;* omnique: *orig. Ans. ded. Ans.* 371) quae: *G Ans.;* quib. indigens: *Turrecrem.* 372) *supra c.* 22. 373) *Codd. coll. o.* 374) *Codd. coll. o.;* et: *deest: BCD* 375) *Codd. coll. o.* 376) *add.:* quae forte suis necessitatibus non sufficiunt: *EGH* 377) non esse: *ib.* 378) esse: *ib.* 379) in: *ib.;* etiam in: *G;* aut.: *deest: E* 380) conceditur: *EGH* 381) *Codd. coll. o.* 382) Unde quod: *EGH* || can. 25. 383) dic.: *deest: GH;* — *Imo Iulianus Pomerius* 384) *Codd. coll. o.* 385) possunt: *EH* 386) *Act. c.* 4. *v.* 32. 387) *ABEFG* 388) illis: *EGH* || can. 26. 389) *Caput Pseudoisid. c.* 4. *ap. Hinschius p.* 145.; *Ans.* V, 35. (36. *can.:* res ecclesiasticae fidelium); *Polyc.* VI, 15, (14,) 13. 390) non ut (quasi: *A*) proprias sed ut: *AC* 391) propria: *Ans.* 392) quasi: *EGH Ed. Bas.* 393) oblata: *Ans.* || can. 27. 394) licet: *ADH* 395) *hab. ao.* 826. *in Mon. Germ. LL.* II, 2, 16. — *Jaffé ante no.* 1946. — 396) res mob. aut: *deest: orig.;* res immobil. aut mobil.: *EH* 397) proprios usus: *C Edd. Bas. Lugdd. Turrecrem.* 398) innormiter: *CEH;* in enomiter: *B* 399) coartandus: *orig.* 400) alii: *BCDF* 401) *Codd. coll. o.* 402) ut: *deest: AF* || can. 28. 403) *Bonifacio: CD;* — *Ep.* 185. *no.* 35. *Ed. Maur. scr. ao.* 417. — *cf. c.* 3. *qu.* 7. *C.* XXIII. — 404) de eod.: *deest et canon pars est antecedentis Gratiani dicti: ABDG* 405) autem privatim quae nobis sufficiant possidemus: *orig.* 406) *Codd. et Edd. coll. o.* 407) vendicemus: *CEFGH* 408) *Grat. dict. deest: H* 409) *Codd. coll. o.* 410) *ib.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Nunc queritur, si sacerdotes aliqua de rebus ecclesiae dedisse noscuntur, an his, qui eas acceperunt, aliqua firmitate constabunt? Quod res ecclesiae nullo modo distrahi possunt*[1a] *et distractae possideri, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Stephanus Papa*[2*]:

C. I. *Ecclesiae pecuniam*[3a] *auferens uelut*[4] *homicida dampnatur.*

Qui Christi pecunias et[5] ecclesiae aufert[6], fraudat et[7] rapit, ut[8] homicida in conspectu iudicis deputabitur[9].

C. II. *Quicquid de sacratis uasis uel ministeriis a quolibet clero usurpatum fuerit, ecclesiae restituatur*[10].

Item Pelagius Hostilio Episcopo[11].

Augusto[12a] sedis nostrae notario suggerente didicimus, quod ei dilectio tua directis apicibus indicasset, quosdam de clero tuo, et maxime parrochiarum ad te pertinentium, non pauca sacrata uasa uel ministeria distraxisse, et[13] aliqua huiusmodi perpetrasse, que aliena a religioso sunt proposito. Karitatem uero[14] tuam, ut hec[15b] competenti sollicitudine debeat insequi uel ulcisci, nostrae preceptionis auctoritate cupis[16] conmuniri[17]. Qua de re presentibus mandamus affatibus, ut conpetenti[18c] uiuacitatis instantia quicquid de sacratis uasis uel ministeriis a quolibet clericorum usurpatum fuisse uel distractum conpereris, sine cuiusquam morae interuentu exigere non dimittas[19] et ecclesiasticis usibus reformare.

C. III. *Quicquid Domino consecratur ad ius pertinet sacerdotum.*

Item Bonifatius Papa[20].

Nulli liceat ignorare, omne[21], quod Domino[22] consecratur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, uel[23] quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino, et ad ius pertinet[24a] sacerdotum. Propter quod[25] inexcusabilis erit omnis[26], qui a[27] Domino et ecclesia[28], cui conpetunt, aufert, uastat, inuadit uel eripit[29], et[30] usque ad emendationem ecclesiaeque satisfactionem ut[31] sacrilegus iudicetur[32], et, si[33] emendare noluerit, excommunicetur.

C. IV. *Excommunicationi subiaceat qui ecclesiastica predia inuadit.*

Item Gregorius VII. [lib. VI. Regesti, in concilio c. 1.][34]

Quicumque militum, uel cuiuscumque ordinis uel professionis persona, predia ecclesiastica a quocumque rege, seu[35] seculari principe, uel ab episcopis inuitis, seu abbatibus, aut ab[36a] aliquibus ecclesiarum rectoribus susceperit[37], uel[38] inuaserit, uel eorum[39b] consensu[40c] tenuerit, nisi eadem predia ecclesiis restituerit, excommunicationi subiaceat.

C. V. *Sacrilegii crimen incurrit qui predia ecclesiastica uexat.*

Item Pius Papa, [epist. II.][41]

Predia diuinis usibus tradita quidam humanis applicant usibus, et Deo nostro[42a], cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut sibi[43] inseruiant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne predia usibus[44] secretorum celestium dicata[45] a quibusdam inruentibus uexentur. Quod si quis[46b] presumpserit, ut sacrilegus iudicetur[47c].

C. VI. *De eodem.*

Item Anacletus [Papa, epist. I.][48]

Qui abstulerit[49] patri uel[50] matri aliquid, dicetque[51a] hoc peccatum non esse, homicidae[52] particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit: mater uero nostra ecclesia est[53b], que nos in baptismo[54c] regenerauit[55]. Ergo, qui[56] Christi pecunias et ecclesiae rapit, aufert[57] et[58d] fraudat, homicida est.

C. VII. *In*[59a] *quadruplum restituat qui res inuadit ecclesiae.*

Item Iohannes Papa III. [ad Zachariam Archiepisc.][60b].

In antiquis ecclesiae statutis decretum est, ut qui aliena inuadit non exeat inpunitus, sed cum multiplicatione omnia[61] restituat. Unde in[62c] euangelio[63] scriptum est: „Quod si aliquid defraudaui, reddo quadruplum.“ Et in seculi legibus cautum habetur[64]: “Qui rem subripit alienam etc.“ *(ut infra in auctoritate Eusebii Papae).*

C. VIII. *Pro tenore secularium legum puniantur inuasores ecclesiasticarum rerum*[65].

Item Gregorius ad Constantiam Reginam Galliae, [lib. IV. epist. 33.][66*]

Cum deuotissimam[67] dominam sciam de celesti uita atque remedio animae suae sedulo cogitare, culpam me conmittere uehementer estimo[68a], si ea, que pro timore omnipotentis Dei[69b] sunt suggerenda, siluero, et te sanctissimam[70] de ecclesiastica pace sedule[71c] non conmonuero. Nimis me Iuliani fratris nostri et coepiscopi proclamatio nuper contristauit, maxime cum uillae suae, uidelicet ecclesiae, a nequissimis predonibus sint depredatae, atque nocturnis incendiis more furum conbustae, et dum idem[72d] maligni iuxta nostri predecessoris Bonifatii decreta pro emunitate[73e**] illud emendare noluerint[74], et dum seculi

EDITIO ROMANA.

Causa XII. Quest. II. a) possint — c. 1. a) pecunias — c. 2. a) Augustino b) hoc c) competentis — c. 3. pertinebit — c. 4. a) ab: *deest* b) De rectorum c) depravato seu vitioso consensu — c. 5. a) Domino (nostro: *deest*) b) quisquam c) habeatur — c. 6. a) dicitque b) est: *deest* c) bapt. spiritualiter d) vel — c. 7. a) In: *deest* b) Papa I. c. 8. a) existimo b) Domini c) sedulo d) iidem e) violata** emunitate

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. I. * In epist. Stephani I., quae exstant, caput hoc non habetur, sed in epist. 1. Anacleti, ex quo citatur a Burchardo et Ivone, et in conc. Triburiensi, et infr. ead. c. *Qui abstulerit.* Idem etiam legitur apud Lucium Papam.

C. VIII. * Initium huius capitis usque ad vers. *Siluero*, est acceptum ex epistola indicata. Reliqua non sunt inventa.

** Violata: Haec dictio abest a plerisque vetustis et hic, et in sequenti capite, ubi in vulgatis est: *emunitas violata.*

Causa XII. Quest. II. 1) *ABCD* || can. 1. 2) *Caput Pseudoisid.; est ep. Anacleti c.* 14. *ap. Hinschius p.* 73. — *Jaffé no.* 2. — *Burch.* XI, 18. (Anaclet.; *can.:* qui abstulit; *contin.); Ans.* VIII, 43. (Anacl.; *can.:* in solemnibus); *Ivo Decr.* XIV, 88. (*ut ap. Burch.; contin.*) 3) *ABCDF* 4) ut . . . damnetur: *AG* 5) et: *deest: Ans.* 6) auf.: *deest: ib.* 7) uel: *orig.;* aut: *Burch. Ivo* 8) ut: *deest: A;* — homicida est (: *Ans., ubi sqq. desunt et alia exstant*) atque homicida ante (deum deputatur: *Burch. Ivo*) conspectum iusti iudicis esse deputabitur: *orig.* 9) deputatur: *A;* tenetur: *B* || can. 2. 10) rubr.: *deest: ABDEGH* 11) *Ep. Pelagii* I. (555—60.) *incerti temporis;* — *Jaffé no.* 653. — *Coll. tr. P.* I, 52, 20. 12) *Codd. coll. o. pr. A* (Augerio); — *Ed. Bas. Coll. tr. P.* 13) et: *deest: Coll. tr. P.* 14) sed: *ib.* 15) *ABDEG Coll. tr. P.* 16) cupitis: *ABD;* cupimus: *EGH Coll. tr. P.* 17) conmoneri: *A Coll. tr. P.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A (deest)* 19) omittas: *A Coll. tr. P.* || can. 3. 20) ex decretis Bon. P.: *Corr.; — imo ex capitul. Benedicti Levitae* II, 405. — *Jaffé no.* CLXXXIV. — *Burch.* XI, 17.; *Ivo Decr.* XIV, 87.; *Ivo Pan.* V, 113.; *Polyc.* VI, 15, (14,) 8.; *Coll. tredec. P.* X, 139. 21) quod omne: *orig. Ivo Decr.* 22) Deo: *Ivo Pan.* 23) et: *EGH* 24) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 25) *add.:* quia: *Burch. Polyc.* 26) *add.:* homo: *EGH Edd. Bas.* 27) a: *deest: EGH Turrecrem.;* ea: *orig.;* qui quae a: *Ivo Decr.* 28) ecclesiae: *EGH Turrecrem. orig.* 29) diripit: *orig.* 30) et: *deest: orig. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 31) quod sit: *orig.* 32) iudic.: *deest: ib.;* diiudicetur: *Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 33) non tantum sacrilegus, sed etiam fur sacrilegus: *orig.* (si . . . excom.: *deest*) || can. 4. 34) *add.:* Papa: *EGH;* — *c.* 1. *Conc. Rom. hab. ao.* 1078. *ap. Jaffé Mon. Gregor. p.* 332. — *Jaffé post no.* 3820. — *Polyc.* VI, 15, (14,) 19. 35) vel: *EGH* 36) *CDEGH orig.* 37) suscipit uel susceperit (vel susc.: *deest: Polyc.*) vel invasit: *orig. Polyc.* 38) vel etiam: *orig.* 39) *Codd. coll. o. Polyc.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.;* consensu eorum: *orig.* || can. 5. 41) *Caput Pseudoisid. c.* 7. *ap. Hinschius p.* 118. — *Jaffé no.* XLI. — *Ans.* V, 36. (35.); *Ivo Decr.* XIII, 39. (*can.:* ad sedem apostolicam *Polyc.* VI, 15, (14,) 12. (*can. contin.*); *Caes.* VII, 39. 42) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* nostro: *deest: orig. Ivo* 43) suis usibus: *orig. Ans. Ivo Polyc.* 44) sibi: *orig.;* usui: *Ans.;* sub secretis coelestibus uindicata: *Ivo* 45) dedicata: *EGH Ed. Bas.* 46) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Polyc.* 47) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (deputetur); — *Turrecrem. orig. Ans. Ivo* || can. 6. 48) *Caput. Pseudoisid.* — *cf. ad c.* 1. — *c.* 14. *ap. Hinschius p.* 13. — *Jaffé no.* II. — *Reg.* II, 283.: *Burch.* XI, 18.; *Ivo Decr.* XIV, 88. — *ap. omnes can. contin.* 49) abstulit: *Ivo; add.:* inquit: *Reg. Burch. Ivo* 50) aut: *A;* vel . . . esse: *deest: Reg. Burch.* 51) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* et dicit: *Ivo* 52) homicidii: *Edd. Bas. Lugdd.* 53) *Codd. coll. o. pr. D* 54) *Codd. et Edd. coll. o.* 55) generavit: *Turrecrem.;* genuit: *Reg.* 56) *add.:* sibi: *Edd. coll. o* 57) auf.: *deest: A Edd. Ven.* I. II. *Lugdd. Par.* 58) *Codd. coll. o.;* aut (fraudatur: *Reg.*): *Reg. Burch. Ivo* || can. 7. 59) *Codd. coll. o.* 60) *Codd. coll. o. pr. A* (Papa IV.); — *Caput Pseudois. Ep. Ioannis* I. *ap. Hinschius p.* 694. — *Jaffé no.* CCXI. — *Ans.* II, 45. (*can.:* quibus itaque gestis) 61) omn.: *deest: Ans.* 62) *AEH orig. Ans.* 63) *Luc. c.* 19. *v.* 8. 64) *cf. infra c.* 10.; — in lege quoque cautum est: *Ans.* || can. 8. 65) ecclesiarum: *DEH* 66) *Ep. Gregorii* V. *scr. ao.* 948. — *Jaffé no.* 2979. — *Initium capitis Gregorius* V. *mutuatus est ex ep.* 41. *lib.* V. *Gregor. M. ad Constantinam Augustam, unde apparet libri et capitis numerum, a Corr. inscriptioni adiectum, delendum esse;* — *Burch.* XI, 26.; *Ivo Decr.* XIII, 36. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 55, 110. (*Gregor.* I.); *Coll. tredec. P.* X 160. 67) devot.: *deest: Ivo* 68) *Codd. coll. o. Ed. Arg.* 69) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 70) sanctissima: *Burch.* 71) *ABCF Burch.; deest: Coll. tr. P.* 72) *Codd. coll. o. Burch. Coll. tr. P.* 73) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 74) noluerunt: *Ivo*

leges hec eadem ita se[75] habere uoluerint, lege[76] uulgari teste, in qua sic scribitur[77]: „Si quis manu armata usque ad quatuor homines in uicum alterius ad malefaciendum uenerit, ille, qui prior est, pro illicita presumptione conponat[78] solidos nongentos, sequaces uero eius unusquisque solidos octoginta. Si uero[79] incendium fecerit[80f], nouies[81g] conponat[82h]: predam[83i] uero in quadruplum restituat[84k].

[C. IX.][85a*]

Si seculi leges talem iustitiam habere uoluerunt[86], lex diuina cur inferior esse debebit, cum in ipsius ueritatis presentia a Zacheo[87] collaudatum sit, ut[88], si aliquem defraudaret[89], in quadruplum restitueret[90]? Et quia summum in rebus[91] bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare, et in subiectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quod equum est custodiri (quod et uos diligere, et omnino confidimus studere): quapropter[92b] excellentiae uestrae mense nouembrio[93c] presentis anni, secunda indictione, Petrum fratrem et coepiscopum nostrum[94] a gremio sanctae Romanae ecclesiae transmittimus[95d], ut, fratribus eiusdem prouinciae in unum congregatis, emunitas[96e] et presumptio, et sacrilegium canonica auctoritate et uestra regia dignitate talem terminum accipiant, ne post hac[97] membra diaboli, filii nequam, in sancta ecclesia te etiam ibi regnante talia presumant.

C. X. *Ecclesiae rem[98a] subripiens in undecuplum[99b] restituat[100] quod abstulit[101].*

Item Eusebius Papa, [epist. II.][102]

In[103] legibus seculi[104] cautum habetur: „Qui rem subripit alienam, illi, cui[105c] res direpta est, in undecuplum[106] que sublata sunt restituat."[107] Et in lege diuina[108] legitur: „Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui."[109d] Talia ergo non presumantur absque ultione, nec exerceantur absque dampnatione[110e]. Proinde* si quis ecclesiasticas oblationes et quod Deo consecratum est[111] rapuerit, uel consenserit facientibus, ut sacrilegus diiudicetur[112], et dampnum in quadruplum restituat, et canonice peniteat.

Gratian. *Econtra[113f] Gregorius scribens* [cap. 4. responsionum] *Augustino Anglorum Episcopo[114a], de his, qui furtim auferunt aliquid de ecclesia:*

C. XI. *Sine augmento sibi ablata ecclesiam recipere oportet.*

Fraternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter ualeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia furtum perpetrant: et sunt alii, qui in hac re ex inopia delinquunt. Unde necesse est, ut quidam dampnis, quidam uero uerberibus[115b] corrigantur. Et cum paulo districtius agitur, ex karitate agendum est, et non ex furore, quia ipsi hoc prestatur, qui corrigitur, ne gehennae ignibus tradatur. §. 1.[116c] Addis etiam, quo[117] augmento ea, que furto de ecclesiis abstulerint[118d], reddere debeant. Sed[119] absit, ut[120] ecclesia cum augmento recipiat quod de terrenis rebus uidetur amittere, et lucra de[121e] dampnis querere[122f].

Gratian. *Verum illud Eusebii de legum seueritate, istud[123g] Gregorii de ecclesiastica mansuetudine dictum intelligitur.*

C. XII. *Non sunt alienanda[124] in episcopatu adquisita.*

Item Deusdedit Episcopo Mediolanensi[125a].

Res in episcopatu adquisitas sacerdotibus nulla est alienandi licentia.

C. XIII. *Vasa sacra, nisi pro redemptione captiuorum non sunt alienanda.*

Item ex VI.[126a] Sinodo uniuersali*, [c. 15.][127]

Apostolicos et paternos canones renouans hec sancta et[128] uniuersalis sinodus diffiniuit, neminem prorsus episcopum uendere uel utcumque alienare cimilia et uasa sacrata, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, uidelicet pro redemptione** captiuorum; sed nec tradere salaria ecclesiarum in emphiteotica pacta, nec alias rusticas possessiones uenundare[129], ac per hoc, ecclesiasticos redditus ledere[130], quos ad propriam utilitatem, et ob escam pauperum et peregrinorum sustentationem esse decernimus***. *Et paulo post:* §. 1. Quisquis autem post hanc diffinitionem nostram contrarium quid huic sanctae sedi[131b] ac[132] uniuersali sinodo agere temptauerit[133c], deponatur ut preuaricator diuinarum rerum[134d] et preceptorum, cassata uidelicet omnino que facta est in scriptis uel sine scriptis ab episcopo uenditione uel emphiteotica traditione, uel alia qualibet[135] alienatione, cimiliorum[136e] et salariorum locorum. Qui uero perceperit[137] aut emerit aliquid ex predictis cimiliis uel[138] salariis, et non restituerit ecclesiae iterum que ecclesiae sunt, et[139f] non reddiderit[140g] ad incidendum[141] cartam uenditionis uel emphiteoseos, sit anathema, usque dum fecerit quod ab hac sancta et uniuersali sinodo confirmatum est. §. 2. Si autem episcopus conuictus fuerit construxisse monasterium de ecclesiasticis redditibus, tradat eidem ecclesiae ipsum monasterium.

EDITIO ROMANA.

Causa XII. Quest. II. c. 8. f) fecerint g) ibi novies h) tantum componant i) si praedam k) restituant — c. 9. a) C. IX. De eodem. Item* b) ea propter c) novembri d) transmittemus e) emun. violata — c. 10. a) res b) decuplum c) cuius d) sui, et dicet omnis populus, Amen. e) sua damnat. f) Contra ... scribit — c. 11. a) ad Augustinum ... Episcopum b) verberibus, et quidam districtius, quidam vero levius c) Et infra: §. 1. d) abstulerunt e) de: *deest* f) quaerat g) illud — c. 12. a) Idem Gregorius lib. X. epist. 42. — c. 13. a) ex VIII.* Synodo b) sedi: *deest* c) apparuerit d) legum e) cimeliorum scilicet f) vel g) dederit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * In plerisque vetustis codicibus, et apud Burchardum et Ivonem caput hoc est coniunctum superiori.

C. X. * Proinde: Hinc usque ad finem non sunt in epistola Eusebii, neque apud Ioannem aut Symachum. Habentur tamen apud Burchardum et Ivonem part. 13. c. 37. et in Polycarpo, interpositis etiam aliquot verbis, quae in epistola habentur post vers. *Damnatione.*

C XIII. * Octava: Sic est emendatum ex Anselmo, quum antea legeretur: *sexta.* Est autem canon 15. synodi VIII., habitae tempore Hadriani Papae II. contra Photium, ex versione Anastasii Bibliothecarii.

** Videlicet pro redemtione: In concilio ipso et apud Anselmum legitur: *quae accipiuntur in redemtionem captivorum.*

*** Decernimus: In ipso canone sequuntur haec: *Omnem vero ecclesiasticarum rerum potestatem habentem, et has meliorare ac dilatare, prout oportuerit, ecclesiastica loca, quae per reditus fiunt, et insuper propriam rerum dispositionem distribuere, ac committere, seu conferre quibuscunque voluerit et iudicaverit, iuxta propriam potestatem ac dominatum. Quisquis autem apparuerit etc.*

Causa XII. Quest. II. can. 8. 75) se: *deest: Burch. Ivo Coll. tr. P.* 76) lege: *deest: Burch.* 77) *Edict. Rothar. c.* 19. 78) conpon.: *deest: Burch.* 79) *add.:* ibi: *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 80) *ABCDF Ed. Bas.* 81) *BCEFGH;* in: *A;* sibi: *DG Edd. coll. o. pr. Bas. — Burch.;* — VIIII: *ACD;* solidos DCCCC: *B;* nonam: *B;* nova: *Coll. tr. P.* 82) *Codd. coll. o. pr. A* (conp.: *deest*); — *Burch. Coll. tr. P.* (componant) 83) *A* (preda .. restituatur) *BCH Burch. Ivo Coll. tr. P.* 84) *BCDFH Ed. Bas.* || can. 9. 85) *Codd. coll. o. cf. Roland. ed. Thaner p.* XIX. — *ex eadem Gregorii* V. *ep. — Burch. Ivo Coll. tr. P. ll. ll.* 86) voluerint: *Ivo Coll. tr. P.* 87) *Luc. c.* 19. 88) ut: *deest: ADFGH;* quod: *C* 89) defraudavit: *EGH;* defraudaretur: *Ed. Bas.;* defraudaret: *Turrecrem.* 90) restitueretur: *D Ed. Bas. Ivo;* restauraretur: *Coll. tr. P.* 91) regibus: *orig. Burch. Ivo* 92) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Burch. Ivo;* quia propter; *Coll. tr. P.* 93) *ABCGH Burch. Ivo Coll. tr. P.* 94) nost.: *deest: Burch.* 95) *B Ed. Bas. orig. Burch.* 96) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Turrecrem. orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.;* inmunitas: *ABEGH Böhm.* 97) hanc: *EGH Edd. Arg. Bas.* || can. 10. 98) *BCDEFG* 99) *BCD;* quadruplum: *A;* quadrupl. vel decupl.: *EGH* 100) restituatur: *EGH* 101) sustulit: *ABD* 102) *Caput Pseudois. c. 14. ap. Hinschius p.* 238.; — *Jaffé no.* CXXII. — *Burch.* XI, 27.; *Ans.* V, 41. (42.); *Ivo Decr.* III, 149. (*can.:* est etiam in antiquis); *ib.* V, 249. (*can.:* in scripturis uestris); *ib.* XIII, 37.; *Ivo Pan.* IV, 47. (*can.:* unde et antiquitus); *Polyc.* VI, 15. (14,) 11. 103) Et in: *Burch. Ivo Decr.* III. V. XIII. *Polyc.* 104) saecularibus: *Ivo Pan.* 105) *Codd. coll. o.* 106) quadruplum: *A;* decuplum: *Edd. coll. o. pr. Bas. orig.;* undecuplum: *Cod. Dst origin.* 107) sibi restituat: *DEFGH;* sibi restituatur: *Ed. Bas.; finis canonis: Ivo Decr.* V. 108) *Deut. c.* 27. *v.* 17. 109) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 110) *Codd. coll. o. Burch. Ans. Ivo Decr.* XIII. *Polyc.; finis canonis: Ivo Decr.* III. *Ivo Pan.* 111) fuerit: *Burch. Ivo Decr. Polyc.* 112) iudicetur: *AD;* habeatur vel diiudic.: *EGH* 113) *Codd. coll. o. pr. D* || can. 11. 114) *Codd. coll. o. — Ep.* 64. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1414. — *cf. ad c.* 1. *Dist.* V. — *Polyc.* VI, 16, (15,) 8. 115) *Codd. et Edd. coll. o.* 116) *Codd. coll. o. Polyc.* 117) quomodo (augm.: *deest*): *orig.* 118) *Codd. coll. o. Turrecrem. Polyc.;* abstulerant: *Ed. Bas.* 119) *Ivo Decr.* XIII, 5. (*can.:* sunt quidam qui) 120) quod: *orig.* 121) *Codd. coll. o. pr. C* (luc. pretiis); — *Ed. Bas. orig.;* de pretiis: *EG;* de vanis: *Ivo* 122) *Codd. coll. o. Polyc.* 123) *Codd. coll. o. pr. F; — Corr.* || can. 12. 124) alienandae res ... acquisitae: *EGH* 125) *Codd. coll. o.; — Ep.* 38. *scr. ao.* 602. *lib.* XII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1471. || can. 13. 126) *Codd. coll. o.* 127) *c.* 15. *syn.* VIII. *hab. ao.* 869. — *Ans.* VI, 171. (177. ex VII. syn.); *Caes.* VII, 73.; Deodato: *Corr.* 128) et uniu.: *deest: A;* et: *deest: orig.* 129) venundari: *CDEGH Edd. Arg. Bas. Ven.* I. II. *Nor.* 130) ecclesiae: *EGH* 131) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 132) et: *EGH* 133) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 134) *ib.* 135) quavis: *orig.;* quamvis: *Ans.* 136) *Codd. et Edd. coll. o.* 137) ceperit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 138) et: *EGH Ed. Bas.* 139) *ABCDF Ed. Bas.; deest: Ans.* 140) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans.* 141) incidendam: *orig.*

C. XIV. *Pro redemptione captiuorum uasa sacra non prohibentur alienari.*

Item Gregorius [lib. VI. epist. 35.] *Domino Episcopo Messano*[142 a].

Et sacrorum canonum, et legalia statuta permittunt, ministeria ecclesiae pro captiuorum esse redemptione uendenda.

C. XV. *Res ecclesiae licite inpenduntur pro captiuorum redemptione*[143].

Idem Demetrio et Valeriano Clericis Firmianis, [lib. VII. Indict. 2. epist. 14.][144 a]

Sacrorum canonum statuta[145] et legalis[146] permittit auctoritas, licite res ecclesiasticas in redemptione[147 b] captiuorum inpendi. Et ideo, cum[148 c] edocti[149] a uobis simus[150 d], ante annos scilicet[151 e] XVIII.[152 f] Fauium[153 g], episcopum ecclesiae Firmianae[154 h], XI. libras argenti de[155] eadem ecclesia pro redemptione uestra, ac patris uestri Passiui, fratris et coepiscopi[156] nostri, tunc uero clerici, nec non matris[157] uestrae hostibus inpendisse, atque ex hoc quandam formidinem uos habere, ne hoc, quod datum est, a uobis quolibet tempore repetatur, precepti huius auctoritate suspicionem uestram preuidimus auferendam, constituentes, nullam uos exinde heredesque uestros quolibet tempore repetitionis molestiam sustinere, nec a quoquam uobis aliquam obici questionem.

C. XVI. *Res desolatae ecclesiae*[158] *non preponantur captiuis.*

Idem [lib. VI. epist. 35. ad Dominum Episcopum][159].

Sicut omnino graue est frustra ecclesiastica ministeria uenundare, sic iterum culpa est inminente huiusmodi necessitate res maxime desolatae ecclesiae captiuis suis preponere, et in redemptione eorum cessare.

II. Pars. Gratian. *Que uero penitencia huiusmodi*[160] *inuasoribus atque predonibus, qui uasa sacra et reliqua diuino cultui dedicata pollutis manibus*[161 a] *arripiunt et quasi profana contractant*[162 b], *sit indicenda, Nicolaus Papa diffinit scribens Frontario*[163] *Archiepiscopo Burdegalensi*[164 *].

C. XVII. *Inuasoribus rerum ecclesiasticarum que penitencia sit inponenda.*

De uiro nefando, Burgando[165] nomine, qui rabie insana conmotus diabolicis se irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera et conpita insidians, uobis[166] in uestrae ecclesiae uilla una cum clericis uestris[167] manentibus, et populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, paneque spiritualis uerbi uacua hominum corda reficientibus, atque laudabile salutis propriae desiderium habentibus sancta apostolorum Petri et Pauli limina uisitare, collectis maliciae suae sequacibus et iniquitatis[168] conplicibus, nefarias inuasiones et depredationes inferre uiolentas demoniaco ausu presumpserit[169 a], et, ut epistolae uestrae textus eloquitur[170], sacrum altare sacraque dominici corporis et sanguinis uasa, insuper et sanctum crisma pollutis arripere manibus quasi uilia et ad usum communem apta presumpsit[171], dilectio[172] nos uestra consuluit, si ipse, uel qui cum eo in tam inpio et iniquo scelere fuerunt, ad penitenciam quandoque gratia tracti[173] diuina uenire uoluerint, quo eos penitenciae uinculo constringatis, nostrae institutionis censuram exposcere curastis. De quibus (si tamen ita est) iubemus, cum ad penitenciam reuerti accelerauerint, uno anno extra ecclesiam Dei consistere, cuius sacratissima uasa extra ritum fidei Christianae diripiendo auferre non dubitauerunt[174]. Secundo uero anno ante fores ecclesiae sine communione maneant. Tertio uero anno ecclesiam Dei ingrediantur[175], et inter audientes astent[176] sine oblatione[177], non manducantes carnem[178] neque bibentes uinum, preter natalis et resurrectionis dominicae dies. Quarto preterea anno, si his prioribus tribus eorum fructuosus fuerit penitenciae labor, communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione[179] spondentes, talia se ulterius numquam facturos, corpus et sanguinem Domini suscipere mereantur, et usque ad septimum annum tribus in ebdomada diebus sine esu carnium et uini potatione maneant penitentes.

C. XVIII. *Res ecclesiae episcopus alienare uel usurpare non*[180] *presumat.*

Item in Concilio Leonis Papae IV.[181]

III. Pars. Monemus[182] et inrefragabiliter affirmamus, ut nullus episcoporum uel sacerdotum rem tituli sui usurpare presumat, sed neque salarium a Christianis sanctis locis oblatum causa amicitiae, uel timoris, aut muneris pertemptet auferre, ne ecclesia Dei ad nichilum redigatur. Quod qui facere presumpserit episcopus[183] uel sacerdos, canonicam sine dubio subeat ultionem, et quod ecclesiae iniuste ablatum est reddere conpellatur[184], ita ut deinceps nullas uires pro his[185] ad litigandum uel possidendum habere possint[186 a].

C. XIX. *Episcopo uel abbati res ecclesiae alienare non licet.*

Item ex hystoria Eusebii Episcopi Cesariensis cap. XII.[187 a *]

Quisquis[188] episcopus uel abbas[189 b] de salariis** episcopii uel[190] monasterii quicquam transferre in principum manus, uel etiam alii[191] personae conferre uoluerit[192 c], irritum sit quod datum esse constiterit, secundum canonem sanctorum Apostolorum[193], qui dicit[194]: „Omnium ecclesiasticarum rerum episcopus habeat sollicitudinem, et dispenset eas tamquam Deo contemplante. Non liceat[195] autem ei fraudare[196 †] quicquam ex illis, uel cognatis propriis donare que Dei sunt. Quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur, sed non sub horum[197] occasione que sunt

EDITIO ROMANA.

Causa XII. Quest. II. c. 14. a) Messanensi — c. 15. a) Firmanis b) redemtionem c) quia d) sumus e) fere f) XVIII. virum reverentissimum quendam g) Fabium h) Firmanae — c. 16. a) a poll. man.: *deest* b) contrectant — c. 17. a) praesumsit — c. 18. a) possit — c. 19. a) Item ex VII. Synodo c. 12.* b) abbas inventus fuerit c) vol.: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Caput hoc alibi non est inventum quam in collectione canonum incerti auctoris.

C. XIX. * Apud Gratianum, quemadmodum et apud Anselmum, citabatur *ex Hist. Eusebii episcopi Caesariensis.* Ivo verum auctorem citavit. Versio autem est Anastasii bibliothecarii, ex cuius codicibus manuscriptis nonnulla sunt emendata.

** Salariis: Graece est: ἐκ τῶν αὐτουργιῶν, pro qua voce in Parisiensi graecorum canonum editione legitur in rubrica: ἐκ τῶν προαστείων, id est: *ex suburbanis,* quasi suburbana vocentur auturgia, quod ipsius possessoris manibus colantur. Balsamon tamen eos agros interpretatur, qui per se ipsi sine magna cultura fructum ferre possunt ut silvae et alia huiusmodi.

† Fraudare: σφετερίζεσθαι, id est: *sibi vendicare, et suum facere.*

Causa XII. Quest. II. can. 14. 142) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ans.; — Ep.* 38. *scr. ao.* 597. *lib.* VII. — *Ed. Maur. ad Donatum Mess.; — Jaffé no.*1116. — *Ans.* V, 48. (52.); *Caes.* VII, 97. || can. 15. 143) *c.* XV. De eodem: *EGH* 144) *ABEG; — Ep.* 17. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1176. — *Ivo Decr.* III, 145.; *Coll. tr. P.* X, 55, 12. 145) instituta: *Ivo* 146) *cf. l.* 21. *Cod. Just.* (1, 2.) 147) *BDEGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Coll. tr. P.* 148) *Codd. coll. o.;* quae: *Coll. tr. P.* 149) docti: *Coll. tr. P.* 150) *Codd. coll. o.* 151) *ib.; deest: Coll. tr. P.* 152) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 153) *ABCF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugd.* I.; — *Coll. tr. P.;* Fanium: *EGH Edd. Bas. Lugd.* I.; Fauinum: *D* 154) *ABDG Ivo Coll. tr. P.* 155) de: *deest: Ivo* 156) episcopi: *Coll. tr. P.* 157) et matr.: *EGH Ed. Bas.* || can. 16. 158) ecclesiis: *EGH* 159) *Ep.* 38. *scr. ao.* 597. *lib.* VII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1116. — *Ivo Decr.* III, 176.; *Coll. tr. P.* I, 55, 106.; *Caes.* VII, 95. 160) huiuscemodi: *BDEFG* 161) *Codd. coll. o.* 162) *Codd. coll. o. pr. D* || can. 17. 163) Frotario: *AC Coll. tr. P.;* Fruntatio: *EG;* Frutalio: *H* 164) *fragm. ep. Nicolai P.* (858—67.) *incerti temp. — Jaffé no.* 2148. — *Coll. tr. P.* I, 62, 18. — *cf. Poenit. Rom. t.* 8. *c.* 19. 165) Purgando: *A;* Burgaudo: *Coll. tr. P.* 166) *add.:* proh dolor: *Coll. tr. P.* 167) uest.: *deest: ib.* 168) seq. iniquitatisque: *EGH* 169) *Codd. et Edd. coll. o. pr. ABD Edd. Arg. Ven.* I. 170) loquitur: *AH* 171) praesumserint: *Edd. Ven.* I. II.; praesumserit: *D Edd. rell. pr. Arg.* 172) *add.:* ut: *Coll. tr. P.* 173) attracti: *EH Ed. Bas.;* tacti: *AB Edd. rell. Corr. Coll. tr. P.* 174) dubitauerint: *ABF* 175) intrent: *EGH Ed. Bas.;* ingredi: *Coll. tr. P.* 176) assistant: *C;* astare: *Coll. tr. P.* 177) *add.:* corporis et sanguinis: *C* 178) carnes: *Coll. tr. P.* 179) devotione: *ib.* || can. 18. 180) nequaquam: *BD* 181) ex Conc.: *EGH; — Summa huius capitis legitur in fine breviarii synodi Leonis* IV., *ex incerto scriptore de vitis RR. PP., cui Liutprandi nomen falso tribuitur ap. Mansi* XIV, 1025. — *Ans.* VI, 170.; *Deusded.* III, 48.; *Polyc.* IV, 19, (20,) 2. 182) *add.:* item: *Ans. Polyc.* 183) *add.:* ille: *Ans. Deusd. Polyc.* 184) conpellantur: *C Ans. Deusd. Polyc.* 185) eis: *Deusd.;* eo: *Polyc.* 186) *ABCF Ans. Deusd. Polyc.* || can. 19. 187) *Codd. coll. o.; imo ex* VII. *synodo hab. ao.* 787.; — *Ans.* VI, 184, (191.); *Ivo Decr.* V, 375.; *Coll. tr. P.* II, 12, 10.; *Polyc.* VI, 15, (14,) 5.; *Coll. tredec. P.* V, 132.; *Caes.* VII, 72. 188) si quis: *Ivo* 189) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 190) sive: *orig. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 191) alicui: *Coll. tr. P.;* aliquid alicui: *Ivo* 192) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AD* (voluerint); — *Turrecrem.* 193) *can. ap.* 39. 194) dicunt: *Polyc.* 195) licere: *Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 196) fraudari: *Polyc.* 197) eorum: *orig.*

ecclesiae defraudentur.“ §. 1. Quod si[198] excusationem pretenderit[199] episcopus[200d] dampnum facere et nichil ad profectum[201] agrum[202] existere, nec sic[203] principibus[204e] tribuatur ager uel locus, sed clericis uel agricultoribus. §. 2. Quod si calliditate usus fuerit princeps, et uel[205f] a colono uel a[206] clero[207g] agrum emerit, sit irrita[208] uenditio, et restituatur episcopio[209] et[210h] monasterio[211i]. Episcopus uel abbas hoc faciens abiciatur[212k††], tamquam qui dispersit[213l] que non collegit[214].

C. XX. *Predia ecclesiae Papae alienare non licet*[215].

Item Simacus Papa [in Sinodo III. c. 4. et seqq. usque ad c. 9.][216*]

Non[217] liceat Papae predium[218] ecclesiae alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in usufructu[219a**] rura dare[220], nisi tantummodo[221] domus[222b], que in quibuslibet urbibus[223] non modica inpensa sustentantur[224]. Qua[225] lege omnes custodes astringantur[226], ut donator, assentator[227c], uenditor honorem perdat. Et qui subscripserit anathema sit cum eo, qui dederit uel qui receperit[228d], nisi restituatur. Liceat etiam[229] quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, et cum fructibus alienata[230] reposcere[231]. Quod non[232] modo*** in apostolica seruandum est[233] ecclesia, uerum etiam in[234e] uniuersis ecclesiis per prouincias quidem[235] dicitur[236] conuenire.

C. XXI. *Qui res ecclesiasticas uendit ad altare non audeat accedere.*

Item [in Sinodo VI.][237]

Indigne ad altare Domini[238a] properare permittitur, qui res ecclesiasticas audet inuadere aut iniuste* possidere, aut iniqua uel[239] iniusta defensione in eis perdurare[240b]. §. 1.[241c] De quibus tanta debet[242d] esse prouisio, ut uindictam ammonitio** precedat, et res usurpatas iniuste qui abstulit[243], aut[244] iniuste ablatas retinet, equitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit, et necessitas conpulerit, demum predonem sacerdotalis districtio maturata percellat. §. 2.[245e] Valde enim[246f] iniquum et ingens sacrilegium est, ut quecumque uel pro remedio peccatorum, uel pro[247g] salute ac[248h] requie animarum suarum unusquisque uenerabili ecclesiae contulerit aut certe reliquerit, ab his[249i] quibus[250k] maxime seruari[251] conuenit, id est Christianis et Deum timentibus hominibus[252l†], in aliud transferri uel conuerti[253m]. Propterea, qui hec non preuiderit, et aliter quam scriptum est predia ecclesiae[254n] tradita petierit, uel acceperit, aut possederit[255o††], nisi se cito correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur, sitque accipienti, et[256] donanti[257p], uel[258q] possidenti anathema, et institutae penae contubernium assiduum. Nec[259] aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra[260] fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

C. XXII. *Excommunicentur qui auctoritate principum res inuadunt ecclesiae.*

Item Nicolaus[261a*] *Adoni, Viennensi Archiepiscopo* [in epistola, cuius initium: “Quia sanctitatis uestrae“].

De rebus[262], que semel Deo contributae atque dicatae[263] sunt, et postea sub occasione concessionis principum a quibusdam inuaduntur atque diripiuntur, sancimus, ut prius consulatis principem[264] ad resecandam[265] tam presumptiuam factionem, et[266] cognoscendum, utrum illius sit concessio, an inuasoris presumptio. Quod si principis inordinata fuerit largitio, ipse sit princeps pro emendatione redarguendus[267]. Si autem inuasoris declaratur presumptio, usque ad emendationem excommunicationis sit uindicta cohercendus.

C. XXIII. *De rebus ecclesiae non est alienandum aliquid.*

Item Gelasius Iustino Archidiacono et Fausto Defensori[268a].

IV. Pars. Vobis enim et famae uestrae consultum duximus, ut pontificis uestri loco uobiscum ab eodem aliquis[269] subrogetur, qui eius nomine pariter uniuersa disponat, quatinus omnia predia ad uestrum reuocetis studium, nec[270] cuiquam clerico pro portione sua aliquod[271] solum ecclesiae putetis esse deputandum, ne per incuriam et negligentiam[272] minuatur, sed omnem[273b] pensionis summam ex omnibus prediis rusticis urbanisque collectam ad antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid[274] ad causas uel expensas accedentium[275c] necessitatum opus esse perspicitur[276], ut de medio sequestretur, et quatuor portiones uel de fidelium oblatione, uel[277] de hac fiant modis

EDITIO ROMANA.

Causa XII. Quest. II. c. 19. d) episcop.: *deest* e) principibus qui per loca illa sunt f) vel: *deest* g) clerico h) vel i) monast. et k) abiiciatur, episcopus quidem ab episcopio, abbas autem a monasterio†† l) dispergit — c. 20. a) usumfructum** b) domos c) accensator d) dedit . . . recepit e) in: *deest* — c. 21. a) Dei b) perdurat c) Et paulo post: §. 1. d) Debet tamen esse e) Et infra: §. 2. f) ergo g) pro: *deest* h) vel i) iis k) quibus haec l) hominibus†, et super omnia a principibus et primis regionum m) conuerti permittatur n) ecclesiis o) possederit, vel iniuste defenderit aut retinuerit†† p) danti q) et — c. 22. a) Nicol. Papa — c. 23. a) Faustino b) omnis c) accidentium

NOTATIONES CORRECTORUM.

†† Episcopus quidem ab episcopio, abbas autem a monasterio: Haec ad sententiae integritatem addita sunt ex ipso canone.

C. XX. * Caput hoc collectum est ex pluribus capitibus synodi Romanae III. sub Symmacho, in epitomen tamen redactis.

** In usumfructum: In conciliorum editionibus partim legitur: *sed nec in usufructuario iure aliquibus dare liceat,* partim: *sed nec in usumfructum iura aliquibus etc.* quemadmodum et in codice canonum impresso. Nam in vetusto manuscripto est: *sed nec usufructuario aliquibus dari liceat.* Idem vero significare usufructuarium et usumfructum scribit Smaragdus in expositione regulae B. Benedicti, cap. 59., his verbis: *Usumfructum dicit quod nos dicimus usufructuarium.*

*** Quod non modo: In ipsa synodo longe aliter habetur: *Huius autem constitutionis legem in apostolica tantum volumus sede servari, universis ecclesiis per provincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis convenire rectores earum viderint, more servato.*

C. XXI. * Aut iniuste: In synodo legitur: *aut iniuste, id est sine licentia episcopi, possidere.*

** Admonitio: In synodo additur: *manifesta.* [*manifeste:* Ed. Hinsch.]

† Hominibus: Quae sequuntur usque ad vers. *In aliud.* addita sunt ex synodo.

†† Vel iniuste defenderit, aut retinuerit: Addita sunt et ista, sicque omnia, quae in usurpatione huiusmodi rerum accidere solent, exponuntur.

C. XXII. * Exstat epistola haec in libro saepe citato bibliothecae Dominicanae, in qua respondet Nicolaus ad nonnullas quaestiones ab Adone sibi propositas.

Causa XII. Quest. II. can. 19. 198) Quod et: *orig.*; si calliditate usus: *AEGH Edd. coll. o.* 199) praetenderint: *Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 200) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* (episcopo); — *Turrecrem.* 201) perfectum: *A;* profectionem (*D*) agrorum: *C* 202) *add.:* vel locum: *A Edd. coll. o. pr. Arg.; Turrecrem.* 203) sic: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 204) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 205) *Codd. coll. o.* 206) vel a cler.: *deest: C;* a: *deest: orig. Ans. Ivo Polyc.* 207) *Codd. coll. o. pr. C* 208) etiam sic sit: *Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 209) episcopo: *ABEG Edd. coll. o.;* in episcopio: *Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 210) *Codd. coll. o.* 211) *Codd. et Edd. coll. o.;* in monast.: *Ivo Coll. tr. P.* 212) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 213) *Codd. coll. o. pr. B* (disperdit); *add.:* male: *Ivo Coll. tr. P.* 214) colligit: *H Coll. tr. P.* || can. 20. 215) *ABCD* 216) *hab. ao.* 502. *ap. Thiel p.* 690. — *Jaffé ante no.* 473. — *Coll. tr. P.* I, 48, 15—17.; *cf. Ans.* IV, 29, 30. 217) Quod Papae non: *Coll. tr. P.* 218) predia: *ACD* 219) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par. Coll. tr. P.* 220) tradere: *CD* 221) modo: *AB Coll. tr. P.* 222) *ABCDF Coll. tr. P.* 223) usibus: *C Coll. tr. P.* 224) sustententur: *Coll. tr. P.* 225) *add.:* etiam: *ib.* 226) adstringuntur: *ib.* 227) *ABCDF Coll. tr. P.;* accusator (*male*): *E;* assertor: *G;* assensator: *H;* accensitor: *Turrecrem.* 228) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* recipit: *E Ed. Ven.* II. 229) et: *Coll. tr. P.* 230) aliena: *ib.* 231) repetere: *EGH* 232) non: *deest: Coll. tr. P.* 233) est . . . . etiam: *deest: ib.* 234) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 235) quid.: *deest: AC* 236) dei: *A;* videtur: *Coll. tr. P.* || can. 21. 237) Idem: *EGH;* — *synod.* VI. *Rom. canones quae sub Symmacho habita esse dicitur, a Pseudoisidoro confecti sunt.* — *cf. Thiel p.* 90. — *ap. Hinschius p.* 680. — *Ivo Decr.* III, 182.; *Coll. tr. P.* I, 48, 10. 238) *Codd. coll. o.* 239) seu: *Ivo* 240) *Codd. et Edd. coll. o.;* perduret: *orig.* 241) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 242) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AEGH* (tamen tanta) 243) iniuste ablatas: *A;* abstulerit: *D Ed. Bas.* 244) aut qui: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 245) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 246) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (*deest*); — *Ivo Coll. tr. P.* 247) *Codd. et Edd. coll. o.* 248) *ib.;* aut: *Coll. tr. P.;* ac reg.: *deest: Ivo* 249) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 250) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 251) servare: *EH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *Lugdd.* I. 252) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.;* hom.: *deest: orig.* 253) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 254) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 255) *ib. Ivo Coll. tr. P.* 256) vel: *EGH;* et don.: *deest: G* 257) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* 258) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 259) ne: *EGH* 260) contra . . . consid.: *deest: Ivo Coll. tr. P.* || can. 22. 261) *BCDF;* — *scr. ao.* 862. *ap. Mansi* XV, 343. — *Jaffé no.* 2034. — *Ivo Decr.* III, 152.; *Coll. tr. P.* I, 62, 13. 262) *add.:* ecclesiae: *EGH* 263) dedicatae: *BEGH* 264) consueto principe: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 265) resecandum (tam: *deest*): *Ivo* 266) et: *deest: orig.* 267) *finis canonis: Ivo* || can. 23. 268) *AEG orig.;* et Fausto def.: *deest: C;* — *caput incerti temporis* (492—96); *ap. Thiel p.* 498.; — *Jaffé no.* 452. — *Coll. tr. P.* I, 46, 56.; *a Corr. et R. citatur etiam Deusded.* III, 93., *sed in Ed. coll. canonem ibi non invenimus.; legitur etiam in collectaneis Anselmi Lucensis editis a Canisio Lect. ant. t.* III. 269) aliquid (?): *Coll. tr. P.* 270) ne: *BCD Coll. tr. P.* 271) aliquid: *Coll. tr. P.* 272) negligentiamque: *ib.* 273) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D;* — *Coll. tr. P.* 274) quod: *AD* 275) *Codd. coll. o. pr. C;* — *Coll. tr. P.;* eccedentium: *Edd. coll. o.* 276) prosipicitur: *CDGH;* persipiciatur: *B;* perficitur: *Coll. tr. P.* 277) et: *AG*

omnibus pensione, ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo iudicio et electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omnium[278 d] conscientia faciat erogari, fabricis uero[279 e] que conpetit ad ordinationem pontificis, erogatione uestra decernimus esse pendendam[280 f]. Si quid[281] forte sub annua remanebit[282] expensa, electo idoneo ab utraque parte custode, condatur[283 g] enthecis, ut, si maior emerserit fabrica, sit subsidio quod[284 h] diuersi temporis diligentia potuerit custodiri, aut certe ematur possessio, que utilitates respiciat communes.

C. XXIV. *Diuini muneris participatione priuetur qui ecclesiastica priuilegia calcat.*

Idem Maiorico, Sereno et Iohanni Episcopis[285].

Qui[286 a] et humanis legibus inciuili dampnatione[287] calcatis, et reuerentia religionis abiecta, uel ecclesiastica priuilegia calcare contendunt, uel ubilibet in pauperum prosilire dispendium, nec huiusmodi saltem conmoniti conuictique nequiciam sopire consentiunt atque illata sacris rebus detrimenta sarcire[288], merito[289] diuini muneris sunt participatione priuandi[290], ut[291] huius[292] perceptione careant, quod sacrilegis[293] ausibus habuere despectui[294]. Celestinus uero presbiter fratris et coepiscopi nostri Sereni, qui contra pontificale iudicium contraque apostolicae sedis mandata prorumpens, supradictis communionem sacram ministrare presumpsit, cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis, ab offitio protinus ecclesiastico repellatur[295 b], ut nullus ecclesiae ministrorum contra pontificalia instituta[296] uenire contendat.

C. XXV. *De eodem.*

Idem eisdem[297 a *].

Volateranae[298 b] ecclesiae actus uel patrimonium, quod hactenus conperimus destitutum, post[299] dampnationem Eucharisti, quo fuerat deprauante dispersum, curae uestrae decreuimus esse delegandum, ut diligentia (qua uos pro utilitatibus ecclesiae estimamus[300 c] esse uigilantes) predia culturae restituatis antiquae[301], reuocetis[302 d] si qua sunt uendita aut donata mancipia. Possessiones etiam, quas[303] ab Eumacio[304 e] et Opilione episcopis, uel ceteris quouis iure uideritis teneri, quia contra constituta[305] sinodi ab episcopis[306] predia alienari nullo[307] potuerunt conmento, nichilominus reuocentur. Sit emptoribus ad eum recursus, qui presumpsit aliquid de[308] ecclesiae rebus illicita uenditione distrahere, ita ut pensiones annuas ad pontificem deferatis, cui priuilegia sua integra conuenit omni ratione seruari, ut eius dispensatione portiones proueniant consuetae, ita ut portionem quartam[309], que ad eos pertinet, sua pontifex ordinatione distribuat, prout cuiusque locum[310] meritumque cognoscit. Pariter etiam ex fidelium oblatione est[311] faciendum, ut quartam[312] clericis eroget pro consideratione suae electionis antistes. Fabricarum etiam portio episcopo sciente et disponente uestra erogatione pendatur, quatinus nichil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari.

C. XXVI. *Reddituum et oblationum duae portiones clericis*[313] *conmittantur.*

Idem Clero, et[314 *] *ordini, et plebi Brundusii.*

Concesso uobis quem petistis antistite, fratre iam[315] et coepiscopo meo Iuliano, necessarium fuit (eodem[316] ad ecclesiam suam mox remisso) ad uos nostra scripta pariter destinari[317], quibus[318] agnosceretis[319] eidem fuisse preceptum, ne umquam ordinationes presumat illicitas. *Et infra:* §. 1. Redditus et oblationes fidelium in[320] quatuor partes diuidat, quarum unam sibi ipse[321] retineat, alteram clericis pro offitiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam, quartam[322] pauperibus et peregrinis habeat fideliter erogandam, quarum rationem diuino est redditurus examini.

C. XXVII. *De oblationibus fidelium quot portiones fiant, et que cui*[323 a] *proueniat*[324].

Idem [in epistola ad episcopos per Lucaniam et Brutios, c. 29.][325]

Quatuor autem tam de redditu[326] quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiae facultas admittit, (sicut[327] dudum rationabiliter est decretum), conuenit fieri portiones, quarum una sit pontificis, altera clericorum[328], tertia pauperum, quarta fabricis est[329 b] applicanda[330]. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiae memoratam dependere[331] quantitatem, sic clericus[332 c] ultra delegatam[333] sibi summam nichil insolenter nouerit expetendum. Ea uero, que ecclesiasticis edificiis[334] attributa sunt, huic operi ueraciter prerogata[335] locorum doceat instauratio sanctorum manifesta, quia nefas est, si sacris edibus destitutis in lucrum suum presul inpendia his[336] deputata[337] conuertat[338]. Ipsam nichilominus ascriptam pauperibus portionem quamquam[339] diuinis rationibus se dispensasse monstraturus[340] esse uideatur, tamen iuxta quod[341] scriptum est[342]: „Ut uideant opera uestra bona, et glorificent[343] patrem uestrum, qui in celis est," oportet etiam presenti[344] testificatione predicari, et bonae famae preconiis non taceri[345]. Quapropter[346] nec clericorum quispiam[347] etc.

EDITIO ROMANA.

Causa XII. Quest. II. c. 23. d) omni e) vero quartam f) pensandam g) tradatur h) quod ex — c. 24. a) Qui et divinis b) pellatur — c. 25. a) Idem eisdem Iustino* Archidiacono et Faustino Defensori b) Vulteranae c) existimamus d) et revocetis e) Eumancio — c. 27. a) cuique b) est: *deest* c) clerus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXV. * **Iustino etc.:** Antea legebatur: *Idem eisdem.* Emendatum est, et posita istorum virorum nomina ex Ivone, ad quos etiam scriptum est superius penultimum caput *Vobis enim.* Nec vero haec, quae nunc afferentur, pertinere posse ad episcopos, quibus proxime praecedens caput scribebatur, indicant non modo quae a Gratiano hic referuntur, sed etiam apertius verba, quae apud Ivonem post ultima huius capitis sequuntur: *Si quis vero in ecclesiae vestrae damnum, aut in his, quae sunt praeceptionis nostrae prohibita, pontificem vestrum videritis admittere, etc.*

C. XXVI. * Epistola Gelasii, in qua est hoc caput, missa est cum aliis ex Hispania. Eadem vero inter epistolas Gregorii II. impressas est tertia, clero et plebi Thuringiae scripta. Talis quaedam epistola, sed brevior, refertur in libro, qui inscribitur Ordo Romanus, et formata episcopo danda nuncupatur.

Causa XII. Quest. V. 1) vero: *deest: EGH* || can. 1. 2) *Codd. coll. o. pr. D* (Lucidio); Deodato; *Corr.; Ep.* 38. *scr. ao.* 602. *lib.* XII. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1471. — *Ans.* VI, 175. 3) Quando . . . licet: *EGH* 4) nullum: *Ans.* 5) *Codd. coll. o.* 6) ita et: *Ans.* 7) *BCDF orig.* 8) habuerunt: *A Edd. coll. o.* 9) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Nor. Ven.* I. (vereantur); *finis canonis: Ans.* 10) *Codd. et Edd. coll. o.* 11) Constantinus: *AEG* 12) praedecessor: *EGH* 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) *ib. orig.* 15) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. || can. 2. 16) *Ep.* 27. *scr. ao.* 595. *lib.* V. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 977. — 17) *Codd. coll. o.* 18) suae: *deest: Edd. Arg. Bas.* 19) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 3. 20) Mariano: *CD;* Martiniano: *A;* Marciano: *EG;* — *Ep.* 1. *scr. ao.* 595. *lib.* VI. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1011. — 21) *Codd. coll. o.* 22) quae mon. illi: *C;* in mon. illi: *Ed. Bas.* 23) *ABCEGH;* huc: *Edd. coll. o.* 24) tuam: *C Ed. Bas.* 25) *Codd. coll. o. pr. C (deest)* 26) *ABCDF Edd. coll. o. orig.;* providimus: *EGH* 27) servare: *Edd. coll. o.* 28) *Codd. et Edd. coll. o.* 29) *ib. orig.* 30) confirmata: *ADEGH* 31) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (damna) 32) *Codd. coll. o.* 33) nulla: *D Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 34) *Codd. et Edd. coll. o.* 35) obtineat: *AG* || can. 4. 36) *Codd. coll. o. pr. CF* 37) relinquat: *CEGH* 38) *imo c.* 16. *Conc. Paris. hab. ao.* 829. *ap. Mansi* XIV, 550. — *Ben. Lev.* I, 327.; *Burch.* I, 214. (*can.:* quoniam multi episcoporum); *Ivo Decr.* V, 328. (*ut ap. Burch.*) 39) aut: *deest: Edd. coll. o. Ivo, ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* 40) *Codd. et Edd. coll. o.* 41) *ib.* 42) decernimus: *BCEGH* 43) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 5. 44) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* I, 156. — *can. pertinet ad Conc. Epaon. cf. Maassen Gesch.* I, 203.; — *cf. ad c.* 30. *Dist.* XXIII. — *Reg.* I, 366.; *Burch.* I, 212.; *Ivo Decr.* V, 326.; *Coll. tr. P.* II, 28, 50. 45) *Codd. coll. o.* 46) ligantur: *EGH* 47) si quis: *H Reg. Burch. Ivo* 48) *Codd. coll. o. pr. A (deest); B;* — *Hisp. Reg. Ivo Coll. tr. P.;* in tantum: *Burch.* 49) propriis: *Burch.* 50) facultatibus: *Reg. Burch.* 51) *ABD;* eccl. . . . integr.: *deest: EGH;* eccl. res eius habebit: *C* 52) et non: *C;* non: *EGH* 53) ecclesiae: *BCEGH; deest: A*

Unde in Terraconensi Concilio [c. 12.] *statutum est*[54]:

C. VI. *Episcopo intestato ecclesia succedat ex integro*[55a].

Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus, post hanc diffinitionem[56b*] a presbiteris eius[57c] et diaconibus de rebus ipsius breuis conscriptio fiat[58d] a minimo usque ad maximum, id est de utensilibus et[59e] omni supellectile, ita tamen, ut si quis exinde uel presumpsisse aliquid[60], uel occulte tulisse fuerit conuictus, secundum furti tenorem restituat uniuersa.

C. VII. *De eodem.*

Item ex Concilio Triburiensi[61*].

Quicumque[62] ex gradu ecclesiastico sine testamento et sine[63] cognatione decesserit[64], hereditas eius ad ecclesiam, ubi deseruiuit[65], euoluatur[66a]. Similiter de[67] sanctimonialibus[68].

CAUSA XIII.

GRATIANUS.

Diocesiani[1a] *cuiusdam baptismalis ecclesiae, cladibus bellorum pressi, hostili metu conpulsi, domicilia sua transtulerunt in aliam diocesim, predia tamen*[2] *antiqua non desierunt colere; ceperunt persoluere decimas illi ecclesiae, in cuius diocesim transierunt, et apud eam sibi elegerunt sepulturas. Transactis quinquaginta annis clerici, quibus quondam persoluerant*[3] *decimas, ceperunt mouere questionem in eos, qui ab istis accipiunt primicias et decimas; ueniunt ad causam.* (Qu. I.) *Modo primum queritur, si illi, quorum*[4] *domicilia sunt in diocesi*[5] *huius baptismalis ecclesiae, an*[6b] *debeant persoluere decimas*[7c], *et celebrare suas exequias apud eam ecclesiam, in qua quondam*[8] *hec fiebant a parentibus eorum?* (Qu. II.) *Secundo, an prescriptione temporis ius percipiendi decimas et funerandi tollatur?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod priori ecclesiae hec omnia iure persoluenda sint*[9], *actores his argumentis probare contendunt*[10]. *Constat unamquamque baptismalem ecclesiam habere diocesim sibi legitime assignatam, sicut et parrochiales ecclesiae habent parrochias*[11a] *distributas.*

Unde Dionisius Episcopus Seuero Episcopo, [ep. II.][12a]:

C. I. *Singuli sacerdotes proprias debent habere ecclesias.*

Ecclesias singulas[13] singulis presbiteris dedimus; parrochias[14] et cimiteria eis diuisimus, et unicuique ius proprium habere statuimus, ita uidelicet, ut nullus alterius parrochiae terminos aut ius inuadat, sed unusquisque terminis[15] suis sit contentus, et taliter ecclesiam et plebem sibi conmissam custodiat, ut ante tribunal eterni iudicis ex[16] omnibus sibi conmissis rationem reddat, et[17] non iudicium, sed gloriam pro suis actibus percipiat[18b].

Gratian. *In diocesi autem designata quecumque predia coluntur, prouentus decimationum baptismali ecclesiae assignatus debet persolui*[19c]. *Quia ergo predia hec intra terminos nostrae diocesis continentur, et*[20] *prouentus decimationum nobis legitime assignatus nostrae persoluendus est ecclesiae.*

II. Pars. §. 1. *His ita respondetur: Decimae*[21] *a Deo constitutae sunt per Moysen, ut persoluerentur a populo filiis Leui pro ministerio, in quo deseruiebant ei in tabernaculo*[22]. *Non accipiebant filii Leui decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant preces et sacrificia. Quia ergo nos seruimus Domino in tabernaculo, offerendo pro istis preces et sacrificia, et ipsi debent nobis persoluere decimas et primicias.* §. 2. *Item, cum decimae darentur filiis Leui, non electione offerentis persoluebantur, ut contempto Leuita, qui secum erat, ipse eligeret cui uellet decimas dare. Nam dictum*[23] *est; „Leuita, qui tecum moratur et intra muros urbis tuae*[24d] *habitat, comedet eas.“ Ideo etiam*[25e] *ex singulis tribubus ciuitates ad habitandum acceperunt, ut unaqueque tribus illis persolueret decimas, qui secum erant. Nam Moyses*[26] *precepit filiis Israel, (sicut legitur in Deuteronomio): „In loco, quem elegerit*[27] *dominus Deus uester, ut sit nomen eius in eo, illuc omnia, quae precipio, conferetis*[28] *holocausta, et hostias, et*[29] *decimas, et*[30f] *primicias manuum uestrarum, et quicquid precipuum est in muneribus*[31g] *que uouistis Domino. Ibi epulabimini coram Domino*[32] *Deo uestro uos et filii ac*[33h] *filiae uestrae, famuli et famulae uestrae*[34i], *atque Leuites*[35k], *qui in uestris*[36l] *urbibus conmorantur*[37m]. *Neque enim habet aliam partem atque possessionem inter uos.“ Et infra:* §. 3. *„Decimam frumenti et*[38n] *uini et olei*[39o] *primogenita armentorum et pecorum, et omnia, que uoueris, et sponte offerre uolueris, et primicias manuum tuarum coram Domino Deo tuo comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu*[40], *et filius tuus, et filia tua, seruus et ancilla*[41p], *atque Leuites*[42q], *qui manent*[43r] *in urbibus tuis.“* §. 4. *Quia ergo nos intra muros urbis istorum sedemus, et*[44] *eis habitatione iuncti sumus, rite ab eis decimas accipimus. Item ait Propheta*[45]: *„Producens fenum iumentis, et herbam seruituti hominum.“ Fenum et herba ex terra producitur: sed quibus? iumentis rigantibus*[46s] *eam, hominibus*[47t*] *colentibus eam, et in hoc seruientibus ipsi. Item Apostolus*[48]: *„Communicet autem is, qui cathezizatur uerbo, ei, qui se cathezizat.“*[49u] *Hoc Galatis. Corinthiis*[50] *autem probat specialiter sibi deberi sumptus, quia*[51v] *eis spiritualia ministrauit, dicens: „Si*[52w] *seminauimus*[53] *uobis spiritualia, magnum est si*[54x] *uestra carnalia metamus?“ Item*[55]: *„Si alii participes uestrae potestatis facti sunt, cur non magis et*[56y] *nos?“ Item: Quis plantat uineam, et de fructu eius non edit?“ Nos plantauimus uineam, et uos uultis edere fructus eius? Item precepit*[57] *Dominus Moysi*[58z], *ut nemo mittat falcem in alienam messem. Hec messis nostra est, et uos uultis in eam falcem mittere? Item*[59]: *„Non alligabis os boui trituranti.“ Nos sumus boues triturantes: queritis*[60aa] *uos alligare os nostrum, et de nostra tritura uictum uobis queritis? Item Apostolus*[61]: *„Qui*

EDITIO ROMANA.

Causa XIII. Quest. I. c. 6. a) in integrum b) post defunctionem eius* c) eius: *deest* d) inventarium fideliter conscribatur e) vel de — c. 7. a) devolvatur — Causa XIII. a) Dioecesani b) an: *deest* c) decimas illi ecclesiae — Quest. I. a) par. sibi — c. 1. a) Papa b) accipiat c) solvi d) tuos habitat e) et.: *deest* f) ac g) mun. vestris h) et i) vest.: *deest* k) Levita l) vest.: *deest* m) commoratur n) et: *deest* o) olei tui p) famula q) Levita r) manet s) irrigantibus t) id est homin. u) catechizat in omnibus bonis v) qui w) Si nos x) si nos y) participes sunt, quare non potius nos? z) per Moysen aa) vultis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * **Defunctionem eius:** Antea legebatur: *hanc diffinitionem.* Emendatum est ex variis conciliorum editionibus, et duobus codicibus Vatic., quemadmodum et nonnulla alia. In codice autem Lucensi regio legitur: *post depositionem eius.*

C. VII. * Burchardus etiam et Ivo citant capitulum hoc ex concilio Triburiensi, cui praefuit Arnulphus. Sed in eo, quod exstat, non habetur. Simillima leguntur apud Iulianum antecessorem Novella 131. cap. 18.

Causa XII. Quest. V. can. 6. 54) *hab. ao.* 516. *ap. Bruns* II, 18.; — *Ans. ded.* IV, 120.; *Coll. tr. P.* II, 31, 9.; *Coll. tredec. P.* I, 314. 55) *Codd. coll. o.* 56) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* — depositionem: *orig. Hisp. Ans. ded.* 57) *Codd. coll. o.* 58) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (brevi); brevis: *Ans. ded. Coll. tr. P.*; (breve: *orig. Hisp.*) fideliter conscribatur: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 59) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded.*; vel: *Edd. coll. o.* 60) aliq.: *deest: orig. Hisp. Ans. ded.* ‖ can. 7. 61) *ex Nov.* 131. *c.* 13. (*Iul. epit. no.* DXXIII. *ed. Haenel.*) *Burch.* I, 207. (II, 210.); *Ivo Decr.* VI, 282. 62) si quiscunque: *Burch. Ivo* 63) sine: *deest: Ivo* 64) decessit: *A*; discesserit: *Burch.* 65) serviunt: *ib.* 66) *Codd. coll. o. pr. B*; — *Edd. Arg. Bas.* 67) et de: *Ivo* 68) *add.*: assignatur: *B Edd. coll. o.*

Causa XIII. 1) *Codd. coll. o.* 2) tantum: *CG* 3) dederant: *EGH* 4) si aliquorum: *ABD* 5) diocesim: *EGH* 6) *Codd. coll. o. pr. BF* 7) *Codd. coll. o. pr. C* (*add.*: illi); *D* 8) illis quond. haec plenarie fieb.: *EGH*

Causa XIII. Quest. I. 9) sunt: *DEGH* 10) conantur: *EGH* 11) *Codd. coll. o.* ‖ can. 1. 12) *Codd. et Edd. coll. o.*; — *Caput Pseudois.*, *c.* 3. *ap. Hinschius pag.* 196. — *Jaffé no.* XCIX. — *Burch.* III, 43. (*can.*: de ecclesiis ergo: *can. contin.*); *Ans.* V, 73. (74. *contin.*); *Ivo Decr.* III, 47. (*ut ap. Burch. cont.*); *Ivo Pan.* II, 42.; *Coll. tr. P.* I, 23, 2. (*can.*: ad hoc divinae; *contin.*) 13) sing.: *deest: A Ans.* 14) par. . . . diuis.: *deest: Burch. Ivo Decr. Pan.*: parochiasque (et: *deest*): *Ans. Coll. tr. P.* 15) *add.*: tantum: *Ivo Pan.* 16) de: *ib.* 17) ut: *Ans.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. pr. CG* (recipiat) 19) *Codd. coll. o.* 20) et: *deest: AC*; ideo: *EGH* 21) *Num. c.* 18. 22) *add.*: offerendo: *EGH* 23) *Deut. c.* 14. *v.* 27.; *c.* 16. *v.* 11. 24) *Codd. coll. o.* 25) *ib.* 26) *Deut. c.* 12. *v.* 5 *sqq.*: Nam . . . §. 4.: *deest: H* 27) elegit: *EG* 28) offeretis: *ib.*; conferatis: *A* 29) ac: *ABD* 30) *ABCDFG* 31) *ib.* 32) dom.: *deest: ABCF* 33) *ABCDF* 34) *ABCDEFG* 35) *ABC*; Levitae: *DEFG* 36) *ABCDEFG* 37) *ib.* 38) *ABCF* 39) *Codd. coll. o.* 40) tu . . . tuus: *deest: AG* 41) *Codd. coll. o.* 42) *ib. pr. AD* (Levitae) 43) *Codd. coll. o. pr. F* 44) et: *deest: BDEFGH* 45) *Psalm.* 103. *v.* 14. 46) *Codd. coll. o.* 47) *ib.* 48) *Gal. c.* 6. *v.* 6. 49) *Codd. coll. o.* 50) I. *Cor. c.* 9. *v.* 11. 51) *Codd. coll. o.* 52) *ib.* 53) seminamus: *AB* 54) *Codd. coll. o.* 55) *l. c. v.* 12. 56) *Codd. coll. o.* 57) *Deut. c.* 23. *v.* 25. 58) *Codd. coll. o.* 59) *Deut. c.* 25. *v.* 4. 60) *Codd. coll. o.* 61) I. *Cor. c.* 9. *v.* 13.

altario[62] *seruiunt*[63] *de altario uiuant.*" *Sed numquid de eo, cui non seruiunt*[64]*? Item: „Qui in sacrario operantur cum sacrario participant.*" *Sed numquid cum illo, in quo non operantur? Nos seruimus altario, uos ei participare uultis, nos uero uacuos et inanes dimittere queritis? Item Apostolus*[65]: *„Laborantem agricolam prius*[66bb] *oportet suscipere*[67cc] *de fructibus*[68] *suis:*" *uos autem econtra*[69dd] *queritis? Nos sumus agricolae laborantes, uos primum uultis percipere de fructibus nostris? immo non primum, quia nec ultimum nobis relinquere uultis. A prioribus enim incipientes paullatim serpitis, et totum usurpare contenditis, ut pro uobis uideatur dictum: „frustatim lupus comedit agnum.*" *Item*[70]: *„Quis umqam suis militat stipendiis? quis pascit gregem, et de lacte eius non edit?" Nos militamus: et uos stipendia nostrae miliciae uobis queritis? Nos gregem pascimus: et uos lac eius et lanam accipere uobis uultis? Sapere*[71] *est de alieno labore uictum*[72] *querere, si sapere*[73] *est uelle quod non possis.* §. 5. *Item Dominus dixit*[74] *discipulis suis: „In quamcumque domum intraueritis, in eadem manete, edentes et bibentes que apud illos sunt. Cum autem intraueritis, primum dicite: Pax huic domui." Nos*[75] *domum hanc ingressi sumus, ei*[76ee] *pacem obtulimus: uos autem alieno cibo quasi otiosi pasci gaudetis? Videte, ne in uobis*[77ff] *uertatur illud: „Videte*[78gg] *quid faciat otium et alienus cibus.*" §. 6. *Item Propheta*[79]: *„Sumite psalmum et date tympanum.*" *Isti a nobis sumunt psalmum: et uos ab eis queritis tympanum?* §. 7. *Item Leo IV.: „De*[80] *decimis non tantum nobis, sed etiam maioribus*[81hh] *iusto ordine uisum est plebibus tantum, ubi sacrosancta baptismata dantur*[82], *debere dari."* §. 8. *Quibus autem plebibus debentur? illis, a quibus baptisma accipiunt, an aliis*[83]*? Nos eos baptizamus, et uos ab eis decimas sumitis? Honesta*[84ii] *interpretatio est: utinam inueniatis qui sic pro uobis interpretentur. Quia nos ergo rigamus populum hunc, imbrem doctrinae ei ministrantes, quia colimus eum uomere predicationis, corda eius ad fidem*[85] *aperientes, si non uultis sinere, uel patimini*[86kk] *eum nobis fructificare, et qualia uobis fieri non uultis nobis inferre cauete, ne, si pergitis dicere que uultis, audiatis que non uultis.*

III. Pars. §. 9. *Ad*[87] *hec: Callida quidem et multiplici argumentatione nostra iura auferre contenditis, ita ut, si fides uerbis adhiberetur; non uerba pro uerbis, sed res pro uerbis reportaretis. Sed Deo propicio, si uerba dedistis, uerba recipietis.* §. 10. *Arguitis*[88] *nos, quod ea, que uobis debentur, subripere querimus, quia nostra persequimur*[89]. *Sapientis*[90ll] *quidem et philosophico ore prolata sententia; suum persequi est*[91mm] *aliena rapere? Unde ad uos hec sententia manauit, nisi quia tanto ardore nostra concupiscitis, ut uestra putetis uobis auferri, cum nos nostra consequimur? Unde, cum causa nostra debitum finem sortita fuerit, exclamabitis*[92]: *„Ah miser, crucior tantum bolum*[93] *esse ereptum ex faucibus." Sed uidete, ne dampnum effusi unguenti uobis recompensare queratis. Constituistis uos plantatores uinearum, fossores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum*[94nn], *multa alia offitia huiusmodi uobis assumpsistis, et debita uobis obsequia a nobis subtrahi conquesti estis. Sed*[95oo] *non negamus quod uestrum est. Boui trituranti paleae et integumenta*[96pp] *seruantur. Sint hec uobis, et grana nobis relinquite. Pastinatores uinearum, fossores agrorum, rigatores camporum*[97qq], *diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede uestri operis in cottidianis oblationibus, et aliis obsequiis, que pro spiritualibus, que a uobis accipiunt, cottidie deferuntur prouenientes fructus decimationum et primiciarum nobis relinquite.* §. 11. *Item precepit Dominus discipulis suis, ut comederent et biberent ea, que apud auditores suos erant, sed non iussit eis, ut dominos de domibus suis eicerent, et rebus suis expoliarent*[98rr]. *Non facile inuenies*[99ss] *qui tales hospites libenter suscipiant. Mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio male suos remunerant hospites. Unde in prouerbiis dicitur: „Qui serpentem in sinu suo*[100tt] *nutrit, percutietur ab eo." Tales inueniatis uobis hospites, quales nobis esse uultis. Non sufficit uobis edere et bibere que in domo nostra sunt, dum cottidianos fructus oblationum*[101] *percipitis, ex quibus uictum et uestitum habeatis, quibus cum Apostolo*[102] *deberetis*[103uu] *esse contenti; sed non uultis, quia imitatores eius non estis; potius*[104vv] *de*[105ww] *domo nostra expellere, et rebus nostris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam horum*[106xx] *decimationes nobis relinquere uultis,* §. 12. *Ut autem uniuersaliter omnia colligantur, cuncta, que pro uobis inducta sunt, siue de laborante agricola, siue de eo, qui suis stipendiis non militat, ad hunc articulum deferimus, ut fructum uestri operis, quem adeo recipere contenditis*[107], *in oblationibus et cottidianis obsequiis istorum recipiatis, decimationes uero eorum, que nobis debentur, intactas nobis relinquite, ne, dum queritis usurpare quod uestrum non est, iusta animaduersione etiam illud cogamini amitterre, quod uobis aliquo modo uidebatur conpetere.* §. 13. *Quod autem hae decimationes nullo iure uobis debeantur, facile probabimus*[108yy]. *Dicitur enim in quodam concilio: „Si*[109] *quis laicus*[110], *uel clericus, seu*[111zz] *utriusque sexus persona proprietatis suae loca etc." sicut in eodem capitulo in causa monachorum notata inueniuntur. Si ergo laicus, uel clericus, uel quelibet persona, loca suae proprietatis uendens aut donans, prouentum decimationum ab ecclesia, cui legitime assignatus est, nullo modo potest abstrahere, nec isti de diocesi transeuntes ad diocesim decimas suorum prediorum, que intra terminos nostrae parrochiae continentur, nobis auferre possunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem est possessorem de diocesi ad diocesim transire, quod possessionem de diocesiano ad diocesianum transferre.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Ad hec: Decimationes istae, etsi uobis iure deberentur*[1a], *ut asseritis, tamen tricennalis obiectio uobis silentium inponit. Omnis enim possessio tricennaria prescriptione tollitur, uel quadragenaria (sicut possessiones religiosarum domorum) uel centenaria, sicut predia*[2b] *sanctae Romanae ecclesiae.*

Unde Gelasius Papa ait [Episcopis Siciliae. ep. II. c. 2.][3]:

C. I. *Que triginta annis ab episcopis possidentur iure ab eis uendicantur.*

Facultates ecclesiae, nec non et dioceses, que[4a] ab aliquibus[5] possidentur episcopis, iure sibi uendicent, quod tricennalis lex[6] conclusit[7], quia et filiorum[8] nostrorum principum ita emanauit[9] auctoritas, ut ultra XXX. annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit[10].

Gratian. *At illi econtra: Cuius auctoritate nobis silentium inponitis, eius*[11b] *auctoritate claudimus uestra ora. Ait enim idem Gelasius: „Nulla*[12] *presumptione statum parrochiarum etc." Si ergo temporalis obiectio diocesim semel constitutam diuellere non potest, patet, quod nec uobis patrocinabitur, ut, statum*[13c] *nostrae parrochiae mutantes, decimationes quondam nobis legitime assignatas uindicabili usurpatione uobis uendicetis. Quomodo autem distinguendae sint*[14] *hae auctoritates, in causa monachorum inuenietur*[15].

II. Pars. §. 1. *Nunc*[16d] *queritur de iure funerandi, que harum ecclesiarum habeat ius tumulandi istos? Sicut*[17] *Ieroni-*

EDITIO ROMANA.

Causa XIII. Quest. I. c. 1. bb) primum cc) accipere dd) contra ee) et ei ff) vos gg) Vide hh) maior. nostris ii) Honesta ista kk) patiamini ll) Sapienti mm) estne nn) camp. et oo) Sed nos pp) tegumenta qq) camp., trituratores arearum rr) spoliarent ss) invenietis tt) suo: *deest* uu) debetis vv) estis sed ww) potius nos de xx) eorum yy) probamus zz) sive — Quest. II. a) debentur b) praedicta — c. 1. a) dioeceses si quae b) eiusdem c) statutam d) Nunc autem

---

Causa XIII. Quest. I. can. 6. 62) altari: *ABCH* 63) deserviunt: *DEGH* 64) deserviunt: *DEGH* 65) II. *Tim. c.* 2. *v.* 6. 66) *ABCDF* 67) *ib.*; percipere: *EGH* 68) fructu (suis: *deest*): *EGH* 69) *Codd. coll. o. pr. A* 70) I. *Cor. c.* 9. *v.* 7. 71) rapere: *EGH* 72) vict. sibi: *ib.* 73) rapere: *ib.* 74) *Luc. c.* 10. *v.* 5. 75) Et nos: *EGH* 76) *Codd. coll. o.* 77) *ABCDF* 78) *Codd. coll. o.* — *Terent. Eunuch. A* 2. *sc.* 2. *v.* 34. 79) *Psalm* 80. *v.* 13. 80) *infra c.* 45. *Qu.* 1. *C.* XVI. 81) *Codd. coll. o.* 82) donantur . . . donari: *EGH* 83) ab aliis: *ib.* 84) *ABEFGH* 85) fid. predicationis aper. sed: *EGH* 86) *Codd. coll. o.* 87) responsio ad: *EG;* respondetur ad: *H* 88) arguistis: *AB* 89) prosequimur: *CEGH* 90) *ABCEFG* 91) *ABCDF;* non est: *EGH* 92) *Terent. Heaut. A.* 4. *sc.* 2. *c.* 6. 93) bonum: *DEGH* 94) *Codd. coll. o. pr. D* 95) *Codd. coll. o.* 96) *ib.* 97) *ib.* 98) *ib.* 99) *ABCDFH* 100) *ABCDF* 101) vel oblat.: *EGH* 102) I. *Tim. c.* 6. *v.* 8. 103) *Codd. coll. o.* 104) *ib.* 105) *ib. pr. C* 106) *Codd. coll. o. pr. D* 107) contempnitis: *ACDF* 108) *Codd. coll. o.* 109) *infra c.* 42. *Qu.* 1. *C.* XVI. 110) *add.:* enim: *EGH* 111) *Codd. coll. o.*

Causa XIII. Quest. II. 1) *BCEG;* debeantur: *A* 2) *Codd. coll. o. pr. A* (*deest*) ‖ can. 1. 3) *Ep. scr. ao.* 494. *ap. Thiel p.* 382. — *Jaffé no.* 392. — (*non est apocrypha ut Berard. censuit*); *Reg.* I, 18. (*can.:* illud etiam adnecti); *Burch.* III, 149. (148. *ut ap. Reg.*); *Ans.* V, 19. (20.); *Ivo Pan.* II, 65. (*can.:* illud et placuit); *Caes.* VII, 31. — *cf. c.* 2. *Qu.* 3. *C.* XVI. 4) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. orig. Ans.;* dioces. ab: *orig. Reg. Burch. Ivo* 5) aliis quibus: *Reg. Burch.* 6) *cf. l.* 4. *Cod. de praescr.* XXX. *vel* XL. *ann.* 7) constituit: *Ivo* 8) fil. . . . ut: *deest: Burch.* 9) manavit: *EGH* 10) excludit: *F Edd. coll. o. Reg. Burch.* 11) *Codd. coll. o.* 12) *infra c.* 5. *Qu.* 3. *C.* XVI. 13) *Codd. coll. o.* 14) sunt: *DEGH* 15) invenitur: *ACEGH;* — *infra Qu.* 4. *C.* XVI. 16) *Codd. coll. o.* 17) Unde: *EGH*

mus scribit[18], *coniugati in uno sepulcro uidentur esse ponendi. Ait enim*[19]:

C. II. *In sepulcro parentum*[20 a] *filii sunt collocandi.*

Ebron dicitur esse ciuitas trium[21 b]* uirorum, quia in ea sepulti sunt tres patriarchae, in spelunca duplici cum tribus uxoribus suis, id est Abraham et Sara, Ysaac et Rebecca, Iacob et Lia, preter ipsum Adam et Euam uxorem suam[22]. Tobias dicit ad filium suum[23]: „Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepelies, et honorem habebis matri tuae omnibus diebus[24 c], et cum ipsa conpleuerit tempus suum[25], sepelies[26 d] eam iuxta me in uno sepulcro.“ *Idem*[27 e]: §. 1. Quos coniunxit[28] unum coniugium coniungat unum sepulcrum, quia una caro sunt[29], et quos[30] Deus coniunxit homo non separet[31].

[C. III.]

Item *Augustinus*[32]*.

III. Pars. Unaqueque mulier sequatur[33] uirum suum, siue in uita siue in morte. *Item Gregorius*[34]: §. 1. Soror sancti[35 a] Benedicti sepulta est in sepulcro, quod ipse sibi preparauerat[36], ut quorum mens una fuit semper in Domino[37], eorum quoque corpora sepultura non[38] separaret[39].

Gratian. *Item Ioseph*[40], *moriens in Egypto, rogauit fratres suos, ut tempore suae uisitationis ossa sua secum deferrent, et in sepulcro patrum suorum ea collocarent.* §. 1. *Item, dictum est Prophetae*[41], *qui*[42] *contra preceptum Domini prohibitus*[43 b] *comederat in Bethel: „Non inferetur cadauer tuum in sepulcro*[44 c] *patrum tuorum.“* §. 2. *Item. De nonnullis legitur in libro Regum: „Obiit et appositus est ad patres suos,“ hoc est in sepulcro patrum suorum.* §. 3. *Item. In nouo*[45] *testamento legitur B. Philippus edificasse sibi sepulcrum, in quo ipse et filiae eius quieuerunt.* §. 4. *Item. B. Seuerus Rauennatum archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se, et uxorem, et filiam collocauit.* §. 5. *His omnibus exemplis colligitur, quod in sepultura*[46 d] *parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores*[47] *ecclesias sepulti sunt, et hi apud easdem*[48] *debent tumulari.* §. 6. *Econtra Adam*[49], *ut asseritis, in ciuitate Arbeae*[50] *tumulatus est. Sed numquid omnes filii eius sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo non tam facile posset includi.* §. 7. *Item Abraham*[51] *ibi sepultus est. Sed numquid Ismahel, et Madai, et alii, quos de Cethura genuit, ibi sepulti sunt?* §. 8. *Item Ysaac ibi positus*[52 e] *est. Sed numquid Esau cum eo tumulatus est?* §. 9. *Item Iacob ibi collocatus est. Sed numquid aliquis filiorum eius preter Ioseph cum eo*[53 f] *sepultus est? Rachel quoque non in Ebron, sed iuxta Bethleem tumulata legitur. Exemplo igitur istorum liquet, quod liberum est filiis sepeliri in sepulcris patrum suorum, et liberum est eis alibi pro locorum et temporum oportunitate corpori suo hospitium inuenire. Non ergo hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulcris patrum suorum.* §. 10. *Item, que legibus diffinita sunt mutare non licet. Que autem legibus expressa non sunt arbitrium secuntur humanae uoluntatis. At legibus diffinitum est, quibus decimae sint persoluendae, et ideo danti mutare non licet. Ubi autem quisque tumulandus sit, legibus expressum non est, et ideo in uoluntate tumulandi consistit.*

Unde B. Gregorius ait[54]*:

C. IV. *Ultima uoluntas defuncti*[55] *seruari debet*[56].

Ultima uoluntas defuncti modis omnibus conseruetur[57 a].

IV. Pars. Gratian. *Quod de libero et non de seruo intelligendum est. Seruus enim testamenti paginam condere non potest.*

Unde Gelasius Papa scribit Honorio Episcopo[58]:

C. V. *Seruus testamentum facere non potest.*

Illud etiam sinceritatem tuam uolumus non latere, ad nos fuisse perlatum, quod Ampliatus conductor, quem non solum seruum constat esse ecclesiae, sed ita rationibus[59 a] a multis temporibus inplicatum, ut, etiam si esset ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius[60] haberetur, ausu temerario molitus fuerit paginam condere testamenti, cuius omne peculium ecclesiastico iuri legibus non dubitetur obstrictum. Quapropter his presumptionibus uice nostra tua fraternitas contradicat, nec fieri prorsus aliqua subreptione permittat. Ac si eidem quicquam humanitus[61] forte contigerit, quia grandeuus esse memoratur[62], mox eius sine dilatione substantiam precipiat[63] unanimitas[64 b] tua filiis eius dumtaxat, quibus patrimonium probatur esse[65] conmissum, sub fideli descriptione[66] contradi[67], donec temporibus uniuersis, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes dominicas reddere cogatur[68 c] indempnes.

V. Pars. Gratian. *Quia ergo secundum Gregorium ultima uoluntas defuncti conseruanda est, pro istorum uoluntate corpora eorum sunt tumulanda, non pro arbitrio uestrae dispositionis.*

Item in Triburiensi Concilio legitur[69]*:

C. VI. *Ubi quisque eligere sepulturam sibi*[70 a] *debet*[71].

Ubicumque temporum uel locorum facultas tulerit, apud maiorem ecclesiam, ubi sedes est episcopi, sepulturae celebrentur. Si autem propter temporis uel loci asperitatem hoc difficile uisum fuerit, apud ecclesiam[72 b], quo[73 c] religiosorum canonicorum, uel monachorum, uel sanctimonialium religiosa congregatio communiter degerit, sepeliatur[74]. Si autem et[75] hoc ineptum uisum fuerit, ubi[76] quis decimas persoluebat uiuus, ibi sepeliatur mortuus[77 d].

Gratian. *Quia ergo decimam nobis persoluebat uiuus, et apud nos sepeliendus est mortuus. Item, si quis de prouincia ad prouinciam transiret*[78], *et ibi domicilium sibi collocaret, liber factus a ditione prioris iudicis, iurisdictioni illius iudicis subiceretur, in cuius prouincia sedem sibi eligeret*[79]. *Quia ergo isti a uestra diocesi in nostram transierunt, liberi a uestra*

EDITIO ROMANA.

Causa XII. Quest. II. c. 2. a) par. suorum b) quatuor* c) diebus vitae eius d) sepelias e) Ibidem — c. 3. a) B. b) prohib.: *deest* c) sepulcrum d) sepulcris e) sepultus f) Ios. ibi — c. 4. a) conservari debet — c. 5. a) eius rat. b) humanitas c) cogantur — c. 6. a) decimas persolverit, ibi b) ecclesiam, in c) qua d) et mort.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XIII. Quest. II. * Quatuor: Sic emendatum est, quum antea legeretur: *trium.* Sic enim legitur apud B. Hieronymum in questionibus Hebraicis in Genesim, de locis Hebraicis, et in epitaphio Paulae. Ac dictio Hebraica significat quatuor, et quatuor patriarchae hic numerantur, qui ibi sepulti sunt: Abraham, Isaac, Iacob, et Adam cum uxoribus suis.

C. III. * In plerisque vetustis [nec tamen in ABC] caput hoc coniunctum est superiori, nec ipsa prorsus auctorum verba afferuntur.

C. IV. * Sententia huius capituli habetur lib. 3. ep. 9. in verbis, quae referuntur infra 16. q. 1. *Admonere,* itemque lib. 9. epist. 20. *Necesse est,* inquit, *ut, si impletum hoc fuerit, defuncti dispositio conservetur.* Sic enim in manuscriptis, licet in vulgatis sit: *depositio conservetur.*

C. VI. * In Triburiensi impresso, cap. 15., habetur eadem sententia, sed non iisdem omnino verbis expressa.

Causa XIII. Quest. II. can. 2. 18) scr. quod: *ib.* || can. 2. 19) ait en.: *deest: EGH;—in Quaest. ad Genes. c. 32. v. 2.; sed Grat. cum Hieronymi verbis non concordant;—Burch.* III, 160. 161.; *Ivo Decr.* III, 223. 224.; *Polyc.* VIII, 5, 1. 2. 20) *Codd. coll. o.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 22) eius: *Ivo* 23) *Tob. c. 4. v. 3.; c. 14. v. 12.; neque haec neque quae in fine canonis leguntur ap. Hieronym. exstant.* 24) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *Burch. Ivo;* dieb. vitae: *Polyc.* 25) suum: *deest: A Burch.* 26) *Codd. coll. o. pr. ABF;—Ed. Bas. Polyc.* 27) *Codd. coll. o.* 28) coniungit: *Ivo* 29) est: *Burch. Ivo Polyc.* 30) quod: *Burch. Ivo* 31) *Matth. c. 19. v. 6.* || can. 3. 32) *add.:* de eod.: *ABC; Prima cap. pars apud Augustinum, quem citant Burch.* III, 162.; *Ivo Decr.* III, 225.; *Polyc.* VIII, 5, 2. (*can. contin.*) — *non est inventa. Altera, a Burch. l. c.* 163. *Ivone l. l. c.* 226. *Polyc. l. l. ex eodem Aug. allegata, legitur ap. Gregor. Dialog. lib.* II. *c.* 34. 33) sequitur: *ABF* 34) Idem (Greg.: *deest*): *A Polyc*; Item Greg.: *deest: EGH; add.:* in dialogo: *C* 35) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 36) paraverat: *orig. Ivo* 37) in Deo fuerat: *orig.* 38) nec: *ib.* 39) separet: *BF Edd. coll. o. pr. Nor. Lugdd.* II. III. 40) *Gen. c.* 50.; item: *deest: EGH* 41) III. *Reg. c.* 13. *v.* 22. 42) quia: *EGH* 43) *Codd. coll. o.* 44) *ib.* 45) *Rufin. hist. eccl. lib. 3. c. 31.* 46) *Codd. coll. o.* 47) priorem ecclesiam: *EGH* 48) eandem ecclesiam: *ib.* 49) *add.:* et Eua: *ib.; — Gen. c. 25.* 50) Ebron: *EGH* 51) *Gen. c.* 35. 49. 50. 52) *Codd. coll. o.* 53) *ib.* || can. 4. 54) *cf. c. 14. C. XVI. qu. 1.; — Ep. 9. scr. ao. 598. lib.* IV. *Ed. Maur.—Jaffé no. 914.—Gratianus potius sensum Gregorii verborum, quam ipsa reddidit verba.* 55) def.: *deest: ABD* 56) *add.:* omnib. modis (licet: *H*) *EH* 57) *Codd. coll. o. pr. C* (servetur); servari debet: *Edd. coll. o.* || can. 5. 58) *Caput incerti temporis* (492—96); *ap. Thiel p.* 449. — *Jaffé no.* 441. — *Ivo Decr.* XVI, 111.; *Coll. tr. P.* I, 46, 54. 59) *ACDF Ivo Coll. tr. P.* 60) obnox.: *deest: Coll. tr. P.* 61) humanitatis: *Ivo* 62) commemoratur: *Edd. coll. o.* 63) percipiat: *A; deest: Ivo* 64) *Codd. coll. o. pr. AC; — Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.* 65) esse: *deest: Ivo* 66) conscriptione: *Edd. Arg. Bas.* 67) contradat: *Ivo* 68) *C orig. Ivo Coll. tr. P.;* iubeatur: *EGH* || can 6. 69) *hab. ao. 895. ap. Hartzheim Conc.* II, 396.; *cf.: Burch.* III, 237. (235.); *Ivo Decr.* III, 278.; *Polyc.* VIII, 5, 7.; — *cf. infra c. 16. Qu. 1. C. XVI.* 70) *ABC* 71) debeat: *BC* 72) *Codd. et Edd. coll. o.* 73) *ib. pr. Ed. Bas.* 74) sepeliantur: *EGH* 75) et: *deest: ACH* 76) ut ubi; *EGH* 77) *Codd. coll. o.;* defunctus: *EGH* 78) transierit: *AG* 79) collocaret: *EGH*

ditione nostro iuri subiciuntur. Nostrum ergo est ius funerandi eos.

Sed obicitur illud Melciadis Papae[80]:

C. VII. *Propria temeritate sepulturam parentum relinquere non licet.*

Placuit per omnia magno concilio, ut nullus proprii arbitrii temeritate aliam ecclesiam, nisi cui usus antiquorum parentum canonica institutione subiacere perhibetur, sepulturae causa adire procuret[81], nisi infirmitatis causa prepeditus[82] in aliam fuerit regionem quolibet[83] negotio progressus. Ad hec, si quis prelatus contra hec[84a] agere sategerit[85], ecclesiastico uinculo se subdi cognoscat.

Gratian. *Sed aliud est ex temeritatis superbia usum antiquorum parentum non sequi, atque aliud rationabili occasione nouam sibi sepulturam eligere. Contra Melciadis Papae auctoritatem nititur qui superbia uel odio ductus, siue uanis persuasionibus aut uariis munusculis illectus, sepulturam suorum parentum sequi contempnit*. Secundum Gregorium autem liberam habet*[86] *ultimam*[87b] *uoluntatem qui certae rationis causa nouum suo corpori querit hospitium.* §. 1. *Vel, ut quidam distinguunt, libera est ultima uoluntas cuiusque, non in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Unde et testamentum appellatur, quia eo libere quisque testatur quid*[88c] *post suum decessum de propriis rebus fieri uelit.* §. 2. *Sed non uidetur libera testatoris uoluntas, cum secundum Augustinum pro*[89] *numero filiorum debeat fieri testamentaria distributio facultatum, ueluti, si quis habet unum filium, Christum putet alterum; si uero duos, Christum faciat tertium, et sic per ordinem*[90]. *Et secundum Leonem quisque medietatem*[91] *eorum, que Christo testatur, ecclesiae iubetur relinquere, apud quam fidei sacramenta suscepit*[92]. *Sed illud Augustini non est iubentis, sed dehortantis, ne quis iratus filium suum exheredaret, atque totum Christo*[93] *relinqueret.*

Ait enim[94] *in II. serm. de uita clericorum:*

C. VIII. *Pro numero filiorum pars hereditatis Deo offeratur*[95].

Si quis irascitur filio suo[96], et moriens exheredat eum, si uiueret, non[97] eum placarem[98]? non ei filium reconciliare deberem? Quomodo ergo uolo ut cum filio suo habeat pacem, cuius appeto hereditatem? Sed plane sic[99] faciat quod sepe hortatus sum. Unum[100] filium habet: putet Christum alterum; duos[101] habet: putet Christum tertium; decem habet: faciat Christum[102] undecimum, et suscipio.

Gratian. *Hac nimirum auctoritate mensura testatori prefigitur, non quam cogatur exsoluere, sed quam prohibetur transscendere.*

VI. Pars. §. 1. *Oblationes uero*[103a] *defunctorum qui reddere noluerint excommunicentur*[104b].

Unde in Cartaginensi Concilio IV. [c. 95.][105]:

C. IX. *Excommunicentur qui defunctorum oblationes*[106a] *ecclesiis*[107] *negant.*

Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut difficulter[108] reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

C. X. *Ut infideles eiciantur ab ecclesiis, qui oblationes retinent defunctorum.*

Item ex Concilio Varensi [I., c. 4.][109a]

Qui oblationes defunctorum[110] retinent[111], et ecclesiis tradere demorantur, ut infideles[112] sunt[113] ab ecclesia abiciendi[114], quia[115] usque ad exinanitionem[116b] fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinae exacerbationem, quia[117] et fideles de corpore recedentes[118] uotorum[119c] plenitudine, et pauperes consolatu[120] alimoniae et[121] necessaria sustentatione fraudantur. Hii ergo[122d] tales quasi egentium necatores, nec[123] credentes iudicium[124] Dei habendi sunt. Unde et quidam Patrum hoc[125] scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua[126] ait: „Amico quippiam rapere furtum est, ecclesiae[127e] uero[128] fraudare[129] sacrilegium est[130f].

C. XI. *Qui oblata ecclesiis aut testamento relicta retinere presumpserint*[131] *excommunicentur.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 4.][132]

Clerici[133] uel seculares, qui oblationes parentum aut donatas, aut testamento[134] relictas retinere perstiterint[135], aut id[136], quod ipsi donauerint[137] ecclesiis uel[138] monasteriis, crediderint auferendum, sicut[139] sinodus sancta constituit, uelut necatores pauperum quousque reddant[140] ab[141a] ecclesiis excludantur. §. 1. Si quis autem[142] clericus furtum ecclesiae fecerit, peregrina ei tribuatur conmunio.

VII. Pars. Gratian. *Item queritur, an pro sepultura mortuorum aliquid sit exigendum?*

De his ita scribit Gregorius in Registro, Ianuario, Episcopo Sardiniae[143a]:

C. XII. *Pro sepultura nichil muneris exigendum est.*

Questa est nobis Nereida clarissima[144] femina, quod ab ea solidos[145b]* pro filiae suae sepultura fraternitas uestra exigere uelit[146]. Hoc[147c] autem uicium et nos, postquam, Deo auctore ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino uetuimus, et per[148d] prauam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus, memores, quia dum Abraham[149] a filiis Ephron[150]**, hoc est a[151] filiis[152] Seor, sepulcrum[153e] precio ad humandum corpus coniu-

EDITIO ROMANA.

Causa XIII. Quest. II. c. 7. a) hoc b) ult.: *deest* c) quod — c. 8. a) ergo b) noluerit excommunicetur — c. 9. oblatione — c. 10. a) Vasensi b) inanitionem c) votor. suorum d) enim e) ecclesiam f) est: *deest* — c. 11. a) ab: *deest* — c. 12. a) Greg. lib. VII. Regesti, Indict. 2., epist. 55. b) centum* solidos c) Et infra: Hoc d) per: *deest* e) sepulcri terram

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Sequi contemnit: In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis [etiam in Codd. coll. EG] sequitur: *Ait Leo episcopus etc.* et ponitur integrum caput *Relatum.* X. tit. de sepult. quod etiam refertur ab Ivone p. 7. c. 150. et ab Ans. l. 5. c. 55. et in Polyc. l. 4. tit. 34. ex Leone IX. Verum in aliis duobus vetustis et valde emendatis hoc idem caput ponitur post versic. *Sacramenta suscepit.* Et certe verba ista: *et secundum Leonem, etc.* indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem a Gratiano esse relatam.

C. XII. * Centum: Dictio ista abest a nonnullis exemplaribus Gratiani et epistolarum B. Gregorii. Sed quia in aliis earundem codicibus etiam manuscriptis legitur, non est inducta.

** Ephron: Locus hic varie legitur. In epistola B. Gregorii magis recepta lectio haec est: *a filiis Emor, hoc est Ephron, filio Seor.* et Gen. 23. habetur: *intercedite pro me apud Ephron, filium Seor.*

Causa XIII. Quest. II. can. 7. 80) *Caput omnino incertum.* 81) audeat: *EGH* 82) impeditus: *ib.* 83) quocumque: *ib.* 84) *Codd. coll. o.* 85) satagerit: *ib. pr. CDF* 86) *AC* 87) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 88) *ib.* 89) *cf. cap. seq.* 90) *hoc loco in H sequitur canon:* Urbanus II. Gottefredo Magolanensi ep. „Mortuorum qui in monasteriis sepeliri desiderant . . . persoluere volumus.“ *cf. not. Corr.* *** *ad. c.* XII. *infra* 91) *cf. c.* 4. *Comp.* I. *et c.* 2. X. *de sepult.* 92) suscipit: *EGH* 93) Deo: *ib.* || can. 8. 94) enim Augustin.: *H;* idem Augustinus: *EG; — Sermo* 355. *no.* 4. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* III, 178.; *Coll. tr. P.* III, 3, 20. 95) offertur: *CH* 96) in fil. suum: *orig.* 97) nonne . . . nonne: *EGH Edd. coll. o.;* num: *Coll. tr. P.* 98) placaremus . . . deberemus: *Edd. coll. o.* 99) si: *EGH* 100) Qui unum: *A Edd. coll. o.* 101) si duos: *Edd. coll. o.* 102) et Christ.: *EG* 103) *ABEFGH* 104) *Codd. coll. o. pr. AD* || can. 9. 105) *c.* 86. *Statutt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 150. (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.); *Burch.* III, 142. (141.); *Ivo Decr.* III, 208. (*can. contin.*); *ap. utrumque* ex Conc. ap. Valentias.; *Coll. tr. P.* III, 3, 27.; II, 18, 94.; *Coll. tredec. P.* X, 151. 106) *Codd. coll. o. pr. A* (oblationem); *add.:* fidelium: *EGH* 107) eccl.: *deest: AC* 108) cum difficultate: *orig. Hisp. Burch. Ivo;* difficultate: *Coll. tr. P.* || can. 10. 109) *Codd. coll. o. — c.* 4. *C. Vasensis hab. ao.* 442. *ap. Bruns* II, 128.; *Ans. ded.* X, 71.; *Reg.* II, 387. (*can.:* hi qui oblationes); *ib. Appdx.* III, 59. (*can.:* de damnatione eorum qui oblat.); *Deusded.* III, 26. (ex C. Icasense c. 21.); *Ivo Decr.* III, 155.; *Coll. tr. P.* II, 27, 1.; *Caes.* VII. 110) *add.:* fidelium: *orig.* 111) detinent: *ib.* 112) sacrilegi: *Deusded.* 113) sunt: *deest: Hisp. Reg.* II. *Ivo* 114) eiiciantur: *Reg.* II. (*finis canonis*) 115) quia . . . tales: *deest: Deusded.* 116) *EGH Edd. coll. o. orig. Hisp. Reg.* III. *Ivo Coll. tr. P.;* examinationem: *Codd. coll. rell.* 117) qua: *orig. Hisp. Reg.* 118) reced. ne eorum plenit.: *Coll. tr. P.* 119) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Reg.* 120) collatu: *orig. Hisp.* 121) et: *deest: EG* 122) *Codd. et Edd. coll. o.; deest: Reg.* 123) nec cred.: *deest: Ivo* 124) iudicio Dei: *Ivo Deusded.; finis canonis: Deusded.* 125) in hoc: *Hisp.* 126) que: *ABDF; — c.* 71. *Qu.* 2. *C.* XII. 127) *Codd. coll. o. Hisp.; Coll. tr. P.* (*add.:* et) 128) vero: *deest: orig. Hisp. Reg. Ivo* 129) fraudari: *Coll. tr. P.* 130) *ABCDF* || can. 11. 131) praesumserit . . . excommunicetur: *AEH* 132) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 146.; *Ans. ded.* V, 135.; X, 70.; *Reg.* II, 389.; *Burch.* III, 140. (139.); *Ivo Decr.* III, 206.; *Ivo Pan.* II, 5.; *Coll. tr. P.* II, 28, 3. 133) *add.:* etiam: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* autem: *Ivo Pan.* 134) testamentis: *orig. Hisp. Burch. Ivo Decr. Pan.* 135) presumpserit: *Reg. Ivo Pan.* 136) id: *deest: Ivo Pan.* 137) donaverunt: *GH* 138) aut: *EGH Reg. Coll. tr. P.* 139) sic . . . const.: *deest: Reg.* 140) redeant: (?) *Ivo Pan.* 141) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Collatt. citt. o.; finis canonis: Collatt. citt. o.* 142) *c.* 5.; aut.: *deest: Hisp.* || can. 12. 143) *Codd. coll. o.; — Ep.* 3. *scr. ao.* 598. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1158. *— Polyc.* VIII, 5, 6. 144) fem. cl.: *deest: Polyc.* 145) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 146) non erubescat: *orig.* 147) *Codd. coll. o.; — Reg.* I, 123. (*can.:* grave nimis est); *Ivo Decr.* III, 101. (*can.:* prave nimis est) 148) *Codd. et Edd. coll. o.* 149) *Gen. c.* 23. 150) Ebron: *ABCDF* 151) a: *deest: Reg. Polyc.* 152) filio: *Reg.* 153) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (sepulturam); *— orig. Reg. Ivo*

gis[154] postularet, premium[155] accipere rennuit, ne commodum uideretur de cadauere consecutus. Si ergo tantae considerationis paganus uir fuit, quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur[156], hoc facere non debemus? Unde hoc auaritiae uicium[157] ne[158f] in alienis denuo temptari presumatur, ammoneo. §. 1. Sed si quando aliquem in ecclesia uestra sepeliri conceditis, siquidem parentes ipsius[159], proximi[160] uel heredes pro luminaribus sponte quid[161] offerre uoluerint, accipere[162g] non uetamus. Peti uero aut[163] aliquid exigi omnino[164] prohibemus, ne (quod ualde irreligiosum est) aut uenalis[165h] (quod absit) dicatur ecclesia, aut uos de humanis uideamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaueribus studetis[166i] querere quolibet modo conpendium***.

C. XIII. *Etiam coacti de sepultura precium accipere non debemus.*

Item Ieronimus super Gen.[167a]

Postquam precio uictus est Ephron[168], ut sepulcrum uenderet et acciperet argentum[169b], licet cogente Abraham, uau littera, que apud illos pro o legitur, ablata est de eius nomine, et pro Ephron appellatus est Ephran, significante scriptura, non eum fuisse consummatae perfectaeque[170] uirtutis, qui potuerit[171] uendere memoriam[172c] mortuorum. §. 1. Sciant igitur[173] qui sepulcra uendunt uoluntarie[174d], nec[175] coguntur ut accipiant precium, sed a nolentibus quicquam[176e] extorquent, mutari[177f] nomen suum, et perire quiddam[178g] de merito eorum, cum etiam ille reprehendatur occulte, qui inuitus accepit[179h].

C. XIV. *De eodem.*

Item ex Concilio Triburiensi, [c. 16.][180]

In ecclesiastico namque libro scriptum est[181]: „Mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quia[182a] omnes moriemur." Et item[183b]: Omnia, que de terra orta[184c] sunt, in terram conuertentur."[185d] Quid terra terram uendis? memento, quod[186e] terra es, et in terram reuerteris[187f]*, et quoniam mors tibi futura est, et[188g] appropiat, et si[189h] tardat. Recordare, quia[190i] non hominis terra est, sed, ut Psalmista conmemorat[191]: „Domini est terra, et plenitudo eius."[192k] Si terram uendis, inuasione[193l] rei reus teneberis. Gratis accepisti[194] a Deo, gratis da pro eo[195]. Quare interdictum sit omnibus omnino[196] Christianis terram mortuis uendere, et debitam sepulturam denegare, nisi forte proximi et amici defuncti propter nomen[197] et redemptionem animae uiri[198] gratis aliquid dare uelint[199].

C. XV. *De eodem.*

Item ex Concilio Varensi[200]*.

Precipiendum est[201] secundum canonum auctoritatem, ut de sepulcris et hominibus[202] sepeliendis nichil muneris exigant, nisi forte qui sepelitur uiuens iusserit ecclesiae, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere[203], aut etiam post mortem illius[204a], quibus conmissum est eius[205] elemosinam facere, de rebus illius aliquid[206] sponte dare uoluerint; et[207] tamen nullatenus a presbiteris[208b] illis[209c] aliquid[210] exigatur, siue ab illis, qui locis et uillis[211] presunt. §. 1. Prohibendum est[212] etiam secundum maiorum instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut in exedris[213] ecclesiae. Infra[214d] ecclesiam[215] uero, aut[216e] prope altare, ubi corpus Domini et sanguis conficitur, nullatenus sepeliantur[217].

C. XVI. *A sacris locis non iuuantur post mortem quibus peccata dimissa non sunt.*

Item Augustinus[218]*.

VIII. Pars. Quibus peccata dimissa non sunt, a sacris locis post mortem adiuuari non possunt, quia quos[219a] peccata grauiora[220] deprimunt, si in sacris locis se sepelire[221b] faciunt, restat, ut[222] de sua presumptione iudicentur, quatinus[223c] eos sacra loca non liberant[224], sed culpa temeritatis accusat.

C. XVII. *Quibus prosit in ecclesia sepeliri.*

Item Gregorius [lib. IV. Dial. c. 50.][225]

Cum[226] grauia[227] peccata non deprimunt, tunc[228a] prodest mortuis, si in ecclesiis[229b] sepeliantur, quia[230c] eorum proximi, quociens ad eadem sacra loca ueniunt, suorum[231] quoque[232d] sepulturam[233e] aspiciunt[234], recordantur[235] et preces pro eis Domino fundunt. Nam quos peccata grauia

EDITIO ROMANA.

Causa XIII. Quest. II. c. 12. f) vitium vel g) accipi h) venalis fortasse i) studeatis — c. 13. a) in Quaest. Hebr. ad c. 23. Gen. b) venderet argento c) memorias d) venditant (vol.: *deest*) e) quoque f) immutari g) quid h) acceperit — c. 14. a) quoniam b) idem c) orta: *deest* d) convertuntur e) quoniam f) ibis* g) et: *deest* h) non i) quoniam k) et qui habitant in ea l) invasione alienae — c. 15. a) ipsius illi b) presb. ecclesiae c) illius d) Intra e) et — c. 16. a) nos b) sepeliri c) quia — c. 17. a) hoc b) ecclesia c) quod d) quorum e) sepulcra

NOTATIONES CORRECTORUM.

*** **Compendium**: Post hoc caput in duobus antiquis exemplaribus [cf. supra not. 90.] recitantur duo Urbani II., quae placuit hic afferri, ne plane interirent, quod alibi non facile inveniuntur, et unum eorum citatur X. de sepult. c. *Certificari*. *Urbanus II. Gothfredo, Magalonensi episcopo. Mortuorum, qui in monasteriis sepeliri desiderant, aut omnino iuxta praedecessoris nostri Leonis decretum, partem eleemosynarum mediam, aut iuxta dispensationem nostram in Lateranensi concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus ecclesiis statuimus derelinquendam* [*relinquendam:* H.].

Idem eidem [*Item eiusdem:* H.]. *Capellanos quoque monachorum, sicut reliquos parochiae tuae clericos, debitam tibi obedientiam persolvere volumus.*

C. XIV. * **Ibis**: In codicibus vulgatis erat: *reverteris*, et sequebantur haec: *et alibi de homine dictum est: terram teris, terram geris, et in terram converteris, qui de terra sumeris*, quae sunt expuncta, quia absunt a plerisque vetustis [Ed. Arg.], et ab originali.

C. XV. * Exstat in concilio Nannetensi, c. 6., ex quo citatur a [Reg. Coll. tr. P.] Burchardo et Ivone. Sed quia potuit esse repetitum in aliquo Varensi seu Vasensi, non est mutatum. In epitome quidem conciliorum est in Vasensi, c. 3.

C. XVI. * Caput hoc a Burchardo etiam et Ivone citatur ex Augustino, et nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 1. Sed videtur confectum ex duobus locis lib. 4. dialog. B. Gregorii; uno quidem in c. 51., altero autem in c. 53., quod refertur in concil. Tribur. c. 17. Nam capite quidem 51., quum narrasset, quandam sanctimonialem, quae in ecclesia sepulta fuerat, visam fuisse ibi cremari, ex eo colligit: *Qua ex re aperte datur intelligi, quia hi, quibus peccata dimissa non fuerint, ad evitandum iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuvari.* In c. autem 53. quum memorasset, corpus cuiusdam Valentini e sepulcro per daemonas fuisse extractum, et extra ecclesiam proiectum, haec subiungit: *Ex quo, Petre, collige, quia his, quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut etiam de sua praesumtione iudicentur, quatenus eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa temeritatis accuset.*

Causa XIII. Quest. II. can. 12. 154) *add.:* suae: *EGH* 155) pretium: *orig.* 156) sumus: *EGH* 157) *add.:* hic: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 158) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG* (ut) 159) illius: *CDEGH* 160) vel prox.: *Ivo* 161) quidem: *Polyc.* 162) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Reg. Ivo Polyc.* 163) vel: *deest: orig.* 164) omnimodo: *EGH Reg.;* omnimodis: *C* 165) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Ivo Polyc.* 166) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *Reg. Polyc.* || can. 13. 167) *Codd. coll. o.; — Quaest. Hebr. ad c. 23. Genes. vers. 16.; Ivo Pan.* II, 26. 168) Ebron: *AC* 169) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 170) et perfectae: *Ivo* 171) potuit: *H Ed. Bas.* 172) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 173) ergo: *EGH* 174) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo;* — sepulcrum: *ABF* 175) et non: *orig. Ivo* 176) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 177) *ib.* 178) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (quidem); — *Ed. Arg.* (quicquam) 179) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. (accipit); — *Ivo* || can. 14. 180) *hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim Conc.* II, 396. — *cf. Phillips Synode v. Tribur p.* 21.; *Ivo Decr.* III, 215.; *Coll. tr. P.* III, 3, 29. 181) *Eccl. c.* 7. *v.* 27. 182) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Ivo Coll. tr. P.* 183) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ivo Coll. tr. P.;* et: *deest: Ivo;* — *cf. Eccl. c.* 41. *v.* 13. 184) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo* 185) *ABD Ivo Coll. tr. P.* 186) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 187) *Codd. coll. o.* 188) *ib. Edd. coll. o.;* appropinquat: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 189) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (etiamsi) 190) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 191) *Psalm.* 23. *v.* 1. 192) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 193) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. (dominicae rei) 194) accepistis . . . date: *DH Ed. Bas.* 195) Deo: *Coll. tr. P.* 196) omnimodo: *EGH* 197) *add.:* Domini: *orig.* 198) illius: *A; add.:* defuncti: *D Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 199) velit: *orig.* || can. 15. 200) *ex conc. Nannet.* — (*cf. ad c.* 5. *Dist.* XXIV.) — *Reg.* I, 127.; *Burch.* III, 159.; *Ivo Decr.* III, 222.; *Coll. tr. P.* III, 3, 30.; *Coll. tredec. P.* IV, 277. 201) est: *deest: Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 202) omnibus: *AEFGH Coll. tr. P.* 203) tribui: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 204) *EGH Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.;* ipsius illis: *CD Ed. Bas.* 205) eis: *B; deest: AEGH* 206) exigat.: *deest:* aliq. . . . presb. ill.: *deest: AB, ubi legit.:* de reb. illius a quibus exigatur: *B;* de reb. illius nullatenus aliq. exigatur: *A* 207) et: *deest: Reg.;* et tam.: *deest: Burch.* 208) *CEG Corr. orig. Reg. Burch.* 209) *CD Corr. orig. Reg. Burch.* 210) aliquibus: *Coll. tr. P.;* de rebus illius aliud exigatur: *Ivo* 211) vicis: *orig. Reg. Burch. Coll.* 212) est: *deest: Reg. Burch. Coll.* 213) extra ecclesiam: *Corr.;* exedra (in: *deest*): *Reg.* 214) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Reg. Burch. Coll. tr. P.* 215) ecclesias: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 216) *Codd. coll. o. orig. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 217) habeat licentiam sepeliendi: *ib.* || can. 16. 218) *imo Gregorius.* — *cf. Corr.* — *Burch.* III, 152.; *Ivo Decr.* III, 214.; *Polyc.* VIII, 5, 4.; *Coll. tredec. P.* IV, 271.; — *cf. Conc. Tribur. c.* 17. 219) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 220) gravia: *Burch.* 221) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG Edd. Lugdd.* II. III.; — *Burch. Ivo Polyc.* 222) ut etiam: *orig.* 223) *Codd. coll. o. pr. ABF;* — *orig. Ivo Burch. Polyc.* 224) liberent: *orig.;* . . . accuset: *ib. Ivo* || can. 17. 225) *Burch.* III, 153. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* III, 216. (*can. contin.*); *Coll. tredec. P.* IV, 272. 226) quos: *orig.* 227) graviora: *G Ivo* 228) *Codd. et Edd. coll. o.* 229) *BCD Turrecrem. Burch. Ivo* 230) *Codd. coll. o.* 231) suorumque: *Ivo Edd. coll. o.* 232) *Codd. coll. o.; deest: Edd. coll. o. Ivo* 233) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 234) conspiciunt: *orig.* 235) recordentur . . . fundant: *Ivo*

deprimunt ad maiorem cumulum dampnationis potius quam ad solutionem[236 f] eorum corpora in ecclesiis ponuntur.

C. XVIII. *Qui sepeliantur*[237] *in ecclesia.*

Item ex Concilio Magunciensi [I. c. 52.][238 a]

Nullus mortuus infra[239 b] ecclesiam[240] sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbiteri, uel fideles laici.

Gratian. *Quid uero mortuis prosit iuxta ecclesiam sepeliri, quidue ad eos perueniat*[241], *Augustinus in lib. de agenda cura pro mortuis*, [cap. ult.], *ostendit, dicens.*[242]

C. XIX. *Quare mortui iuxta ecclesiam sepeliantur.*

Non estimemus[243] ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire,[244] nisi quod pro eis siue altaris, siue orationum, siue elemosinarum sacrificiis solempniter supplicamus, quamuis[245] non omnibus prosint pro quibus fiunt, sed his[246] tantum, pro[247 a] quibus, dum uiuunt, cooperantur[248 b] ut prosint. Sed quia non discernimus, qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum pretermittatur, ad quos hec beneficia possint et debeant peruenire. Melius enim supererunt[249] ista his[250 c], quibus nec obsunt, nec prosunt, quam eis deerunt, quibus prosunt. §. 1. Diligentius tamen facit quisque[251 d] pro necessariis suis, quo[252] pro illo fiat[253] similiter a suis. §. 2. Corpori autem humando[254] quicquid inpenditur non est presidium salutis, sed humanitatis offitium, secundum affectum,[255] quo nemo umquam carnem suam odio habet[256]. Unde opportet, ut quam potest pro carne proximi curam gerat, cum ille[257 e] inde recesserit, qui gerebat. Et si hec[258] faciunt qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent facere qui credunt? ut corpori[259 f], sed tamen ut[260 g] resurrecturo et in eternitate mansuro, inpensum huiusmodi[261 h] offitium sit etiam[262] quodammodo eiusdem fidei testimonium. §. 3. Quod uero quisque[263] apud memorias[264 i] martirum sepelitur, hoc tantum michi uidetur prodesse defuncto, ut conmendans eum etiam martirum patrocinio affectus supplicationis pro illo augeatur.

Gratian. *Contra*[265 k] *Ieronimus* [in epistolam ad Galat. c. 6. ad ea uerba: Unusquisque onus suum.][266 *]

C. XX. *Post mortem orationes non prosunt uiuentium*[267 a].

In presenti seculo scimus[268] siue orationibus siue consiliis inuicem posse nos adiuuari[269 b]. Cum autem ante tribunal Christi uenerimus, nec[270 c] Iob, nec Daniel, nec Noe rogare posse pro quoquam, sed unumquemque portare onus[271] suum.

Gratian. *Verum hoc de inpenitentibus accipiendum est, de quibus Propheta*[272 d]: „*Non dabit Deo placationem suam, nec precium redemptionis animae suae, et ideo frater non redimet eum, sed laborabit in eternum, et uiuet*[273 e] *in finem.*“ *De aliis autem intelligi non potest.*

Unde Gregorius Bonifatio Archiepiscopo[274 a].

C. XXI. *In penitencia defunctis bona prosunt uiuentium.*

Pro[275] obeuntibus quippe consuluisse cognosceris[276 b], si liceat pro eis[277 c] oblationes offerri[278 d]. Sancta sic tenet ecclesia, ut quisque[279] pro mortuis[280 e] uere Christianis offerat oblationes, atque presbiter eorum faciat memoriam, et quamuis peccatis omnes subiaceamus[281], congruit, ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat et intercedat; non tamen pro inpiis (quamuis Christiani fuerint) tale quid agere licebit.

C. XXII. *Quatuor modis soluuntur animae mortuorum.*

Idem[282 a].

Animae* defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut karorum elemosinis, aut ieiunio cognatorum[283]. §. 1. Curatio[284] uero funeris, conditio sepulturae, pompa exequiarum, magis sunt uiuorum solatia quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest inpio sepultura preciosa, oberit pio uilis aut nulla. §. 2.[285 b] Nec[286] ideo tamen contempnenda sunt corpora et abicienda defunctorum, maximeque iustorum[287 c]. §. 3.[288 d] Ubi et illud salubriter discitur[289], quanta possit esse remuneratio pro elemosinis, quas uiuentibus et sentientibus exhibemus si neque hoc apud Deum perit, quod examinis[290] hominum membris offitii diligentia[291 e] persoluitur[292].

C. XXIII. *Ante diem iudicii sacrificiis et elemosinis mortui iuuantur*[293].

Item Augustinus in Enchiridion, [c. 109. et 110.][294 a]

Tempus, quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut queque[295 b] digna est uel requie, uel erumpna, pro eo quod sortita est in carne dum[296] uiueret. Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari[297], cum pro illis[298] sacrificium mediatoris[299] offertur, uel elemosinae fiunt in ecclesia. Sed eis hec prosunt, qui, cum uiuerent, hec sibi ut postea possent prodesse meruerunt. §. 1. Est enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem, nec tam malus, ut ei[300] ista post mortem non prosint. Est uero talis in bono, ut hec[301 c] non requirat, et est rursus talis in malo, ut nec his ualeat, cum hec uita transierit, adiuuari. Quocirca omne hic meritum conparatur, quo possit post[302 d] uitam releuari quispiam uel grauari. *Et post pauca:* §. 2. Cum sacrificia altaris[303] siue quarumcumque elemosinarum pro baptizatis[304 e] omnibus[305] offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro non ualde malis propiciationes sunt, pro ualde malis, etiam si[306 f] nulla sunt[307 g] adiumenta mortuorum, tamen[308 h] uiuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe, ut tollerabilior fiat[309] ipsa dampnatio.

EDITIO ROMANA.

Causa XIII. Quest. II. c. 17. f) deprimunt, non ad absolutionem potius quam ad — c. 18. a) Maguntiaco b) intra — c. 19. a) pro: *deest* b) comparatur c) eis d) hoc quisque e) inde: *deest* f) corpori mortuo g) ut: *deest* h) eiusmodi i) memoriam k) Econtra — c. 20. a) vivent. mortuis damnatis b) coadiuvari c) non ... non d) Propheta dicit e) vivet adhuc — c. 21. a) Greg. Papa II. Bonif. Episcopo, epist. ultima b) dignosceris c) pro eis: *deest* d) offerre e) suis mortuis — c. 22. a) Item b) Et infra: §. 2. c) iustorum ac fidelium d) Et infra: §. 3. e) diligentiaeque — c. 23. a) Enchiridio b) unaquaeque c) ista d) post hanc e) baptiz. defunctis f) etsi g) sint h) qualescunque

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XX. * Verba B. Hieronymi sunt haec: *Obscure licet docemur per hanc sententiolam novum dogma, quod latitat, dum in praesenti saeculo sumus, sive etc.*

C. XXII. * Animae: Horum verborum usque ad vers. *Curatio.* nullus auctor inventus est. Ea Burchardus [et Polyc.] citat ex dictis Origenis. Ivo ex dictis Gregorii.

Causa XIII. Quest. II. can. 17. 236) *Codd. et Edd. coll. o.* (absolution.: *C Ed. Bas.*) || can. 18. 237) Qui sepeliendi sunt: *EGH* 238) *Codd. coll. o. — hab. ao.* 813. *ap. Hartzheim* I, 412. — *Burch.* III, 233. (231.); *Ivo Decr.* III, 274.; *Coll. tredec. P.* IV, 284. 239) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. III.; — *orig. Burch. Ivo* 240) ecclesias: *Edd. coll. o.* 241) pervenerit: *EH;* provenerit: *G* || can. 19. 242) *no.* 22. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* II, 113. 243) exstimem.: *EGH;* existimemus: *orig.* 244) provenire: *EGH* 245) *add.:* enim: *Edd. coll. o.* 246) iis: *orig.* 247) *AB Ivo;* qui: *Codd. coll. rell.* 248) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 249) semper erunt: (?) *Ivo* 250) *Codd. coll. o. pr. A (deest); — Ivo* 251) *Codd. coll. o. pr. B* 252) quod: *Ivo; — Corr.* 253) fiant: *orig.* 254) humano: *ABH Turrecrem. Ivo* 255) effectum: *Edd. coll. o.* 256) habuit: *A Edd. coll. o. Ivo* 257) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG; — orig. Ivo* 258) hoc: *EGH* 259) *Codd. et Edd. coll. o.* 260) *Codd. et Edd. coll. o.* 261) *Codd. coll. o. Ivo* 262) et: *ABEGH* 263) quis: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Lugdd. Par.* 264) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ivo* || can. 20. 265) *ABEFGH; add.:* item: *EGH* 266) *ad vers.* 5. 267) *Codd. coll. o.* 268) dum ... sumus: *orig.* 269) *Codd. et Edd. coll. o.* 270) *ib.;* non ... nec: *orig.* 271) opus: *orig.* 272) *Codd. coll. o. pr. A* (Pro. ait); — *Psalm.* 48. *v.* 8. 273) *Codd. coll. o. pr. EG* || can. 21. 274) *Codd. coll. o.; — Ep. Gregorii* III. *scr. c. a.* 732. *ap. Jaffé Mon. Mogunt. p.* 93. — *Jaffé no.* 1724.; — *Ans.* VII, 186.; *Polyc.* VIII, 7, (6,) 4. 275) pro: *deest: Ans.* 276) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G Edd. Ven.* II. *Lugdd. Par.* (cognoveris); — *Polyc.* 277) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 278) *BCEGFH Edd. coll. o. Polyc.* 279) quisquis: *EGH* 280) *Codd. coll. o.* 281) subiacemus: *CH Edd. Arg. Bas.* || can. 22. 282) *Codd. coll. o.; Corr. — Burch.* XIX, 112.; *Ivo Decr.* XV, 124.; *Polyc.* VIII, 6, 3.; *Coll. tredec. P.* V, 183. 283) *finis canonis: Burch. Ivo Polyc.* 284) *ex August. de cura gerenda pro mortuis ad Paulinum c.* 1. 2. *no.* 4. *Ed. Maur.* 285) *Codd. coll. o.* 286) non: *Edd. coll. o.; — ib. c.* 3. *no.* 5. 287) *Codd. et Edd. coll. o.* 288) *Codd. coll. o.* 289) dicitur: *H;* decernitur: *EG* 290) exanimis: *BD;* examinatis: *CEGH* 291) *Codd. et Edd. coll. o.* 292) persoluit: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. || can. 23. 293) adiuvantur: *ABF;* relevantur: *GH; rubr. deest: E* 294) *Codd. coll. o. — no.* 29. 30. *Ed. Maur.; — Ans.* VII, 170. (188.) *Petr. Lomb. Sent.* IV, 45. 295) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 296) cum: *orig.* 297) *add.:* posse: *Ans.* 298) ille: *Edd. Lugdd.* II. III. 299) mediatori: *Edd. Bas. Lugdd.* 300) eis: *EGH* 301) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 302) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — Ans.* 303) *add.:* sive: *orig.* 304) *Codd. coll. o.* 305) hominibus: *Ans.* 306) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 307) *ABC Ans.* 308) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 309) sit: *EGH;* sit poena dam.: *Ans.; add.:* in officiis mortuorum: *Turrecrem.*

IX. Pars. Gratian. *De obseruatione autem*[310] *tertii, septimi, tricesimi uel*[311] *quadragesimi diei queritur, unde exordium sumpserit?*

Ambrosius in lib. de obitu Theodosii Inperatoris[312a]:

C. XXIV. *Quare certi dies in mortuorum conmemoratione seruentur.*

Quia alii tertium* diem, alii septimum, alii[313] tricesimum, alii[314] quadragesimum obseruare consueuerunt in offitiis mortuorum[315b], quid doceat lectio consideremus[316]. „Defuncto, inquit[317], Iacob, precepit Ioseph pueris suis sepultoribus, ut sepelirent eum, et sepelierunt[318] sepultores Israel, et repleti[319] sunt[320c] quadraginta dies. Sic enim dinumerantur[321] dies sepulturae. Et luxit eum[322d] septem** diebus.“ Hec[323] ergo sequenda sollempnitas, quam prescribit lectio. Sed[324e] etiam in Deuteronomio[325] scriptum est: „Quia planxerunt filii Israel Moysen triginta diebus, et consummati sunt dies luctus.“ Utraque ergo obseruatio habet auctoritatem, qua necessarium pietatis inpletur offitium.

X. Pars. Gratian. *Lugere autem et tristari tam pro nostra quam pro aliorum morte Ciprianus prohibet, dicens*[326a].

C. XXV. *Nec pro nostra, nec pro morte aliorum tristari debemus.*

Quam preposterum est quamque peruersum, ut cum Dei uoluntatem fieri postulemus, quando euocat[327] nos et accersit[328] de hoc mundo[329b], non statim uoluntatis eius inperio pareamus, obnitimur et reluctamur, et peruicacium[330] more seruorum ad conspectum Domini cum tristitia et merore perducimur, exeuntes istinc necessitatis uinculo, non uoluntatis obsequio, et uolumus ab eo premiis celestibus honorari, ad quem uenimus inuiti. *Idem*[331c]: §. 1. Nobis quoque ipsis minimis et extremis quociens reuelatum est, quam frequenter atque manifeste de Dei dignatione preceptum est, ut contestarer assidue, ut[332d] publice predicarem, fratres[333e] non esse lugendos accersione[334] dominica de seculo liberatos, cum sciamus non[335f] amitti, sed premitti, recedentes precedere, ut proficiscentes, ut[336g] nauigantes solent.

C. XXVI. *Ex pusillanimitate mortuos lugere contingit.*

Item Iohannes Crisostomus, in epist. ad Ebreos[337a].

Ubicumque sepeliamur, Domini est terra et plenitudo eius[338]. Scilicet[339b] quod oportet fieri efficiatur[340c]. Lugere autem et deplorare et lamentari eos, qui de[341] hac uita decedunt[342], ex pusillanimitate contingit.

Gratian. *Hoc autem ex desperatione futurae resurrectionis intelligitur. Unde et*[343] *Apostolus non simpliciter ait*[344]*: „Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contristemini,“ sed addidit: „sicut et ceteri, qui spem non habent.“ Pietatis namque affectu et humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur, sicut nonnullos sanctorum aliorum exequiis pias lacrimas inpendisse legimus.*

Hinc etiam Anastasius Papa, [ep. II. ad Nerianum][345]:

C. XXVII. *Qui spem futurae resurrectionis habent de mortuis nimium*[346a] *tristari non debent.*

Habent forsitan illi iustam longi doloris excusationem, qui uitam alteram nesciunt, qui de hoc seculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos[347] autem[348b], qui hoc credimus et docemus, contristari[349] nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit[350]. Nam diffidentiae quodammodo genus est contra hoc[351], quod quisque predicat[352], querere, iustitiam amans[353c*], dicente Apostolo[354]: „Nolumus[355] autem[356d] uos ignorare[357] de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent.“

C. XXVIII. *De eodem.*

Item ex Concilio Tolletano III. [c. 22.][358]

Qui diuina uocatione[359] ab hac uita recedunt[360], cum psalmis tantummodo et psallentium uocibus debent[361] ad sepulcrum[362a] deferri[363b*]. Sufficiat autem, quod in spe resurrectionis Christianorum corporibus famulatus diuinorum inpenditur canticorum. Prohibet[365c] nos[366] sanctus[367d] Apostolus lugere[368e] defunctos, dicens[369]: „De dormientibus autem nolo[370] uos contristari, sicut et ceteri, qui spem non habent.“ Et Dominus non fleuit mortuum Lazarum, sed ad huius uitae erumpnas plorauit resuscitandum. Si autem[371] potest hoc episcopus omnibus Christianis[372f] prohibere, non moretur agere. Religiosis tamen[373] omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

XI. Pars. Gratian. *De mortuis etiam queritur, utrum sciant ea, que hic*[374] *a uiuis geruntur? Ysaias*[375] *ex persona populi afflicti ait: „Abraham pater noster nesciuit.“ Augustinus quoque*[376] *in libro de agenda cura pro mortuis illud idem testatur, dicens* [c. 15.][377]:

C. XXIX. *Mortui ex se nesciunt que hic geruntur*[378a].

Fatendum est, nescire quidem mortuos quid hic agatur[379], sed[380] dum hic agitur; postea uero audire ab eis, qui

EDITIO ROMANA.

Causa XIII. Quest. II. c. 24. a) Imp. dicit fere in principio b) in off. mort.: *deest* c) sunt ei d) eum Israel e) Sic — c. 25. a) dicens in sermone de mortalitate b) mundo Deus c) Idem paulo inferius d) et e) fratr. nostros f) non eos g) et — c. 26. a) hom. XXVI. in c. 11. ep. b) omnino fit c) effic.: *deest* — c. 27. a) nim.: *deest* b) autem, qui novimus c) praedicat torqueri* moestitia dic. d) aut.: *deest* — c. 28. a) sepulcra b) deferri. Nam funebre* carmen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel in pectoribus[364] se aut proximos, aut familias caedere omnino prohibemus. c) Prohibet enim d) sanct.: *deest* e) nostros lugere f) omnes Christianos — c. 29. a) quid hic a vivis geratur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIV. * Alii tertium: Apud B. Ambrosium legitur: *Quia alii tertium diem et tricesimum, alii septimum et quadragesimum.* Verum in missalibus Romanis, tam antiquis quam recentioribus, et Ambrosianis nulla est mentio diei quadragesimi, neque in c. *Nullus.* sup. dist. 44. et infra de consec. dist. 5. ex concilio Nannetensi. Est tamen frequens apud Graecos.
** Israel septem: Codices B. Ambrosii habent: *et luxit eum Aegyptus septuaginta diebus,* quemadmodum habet editio LXX. et vulgata. Sed tamen visa est ferri posse lectio haec, quae est in omnibus etiam Gratiani manuscriptis, quoniam paulo post in eodem c. 50. Gen. haec adduntur de Ioseph et ceteris filiis Israel: *Veneruntque ad aream Adad, quae sita est trans Iordanem, ubi, celebrantes exsequias, planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies.*

C. XXVII. * Torqueri: Sic est emendatum ex epistola B. Gregorii, in qua hoc idem habetur. In epistola Anastasii legitur: *contra quod quisque praedicator queritur, iustitiam amans, dicente etc.* In codicibus autem Gratiani etiam manuscriptis videbatur mista esse lectio ex utraque hoc modo: *contra hoc, quod quisque praedicat quaerere, iustitiam amans, dicente etc.*

C. XXVIII. * Nam funebre: Hinc usque ad vers. *Sufficiat* addita sunt ex originali, ut intelligatur, quae illa sunt, quae in hoc canone prohibentur.

Causa XII. Quest. II. can. 23. 310) aut.: *deest: EGH* 311) et: *H; deest: EG* || can. 24. 312) *Ans.* VII, 169. (187.) 313) et: *orig.* 314) et: *ib.* 315) *Codd. coll. o. pr. A Ans.;* officio: *A Edd. coll. o. pr. Ed. Bas.* (pro off.) 316) *Gen. c.* 50. *v.* 3. 317) quidem: *CDEGH* 318) *add.:* eum: *EGH* 319) completi: *AD; Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I.; *Turrecr.;* expleti: *EGH;* impleti: *Ans.* 320) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 321) dinumerabant: *EGH;* enumerantur: *C;* dinumerabantur: *Edd. coll. o. Turrecrem.* 322) *Codd. coll. o. Ans.;* eum Aegyptus: *orig.* 323) *add.:* est: *EGH;* — illa: *Ans.* 324) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 325) *Deuter. c.* 34. *v.* 8. || can. 25. 326) *c.* 18. *ed. Goldhorn.* — 327) vocat: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 328) arcessit: *ABDF* 329) *Codd. coll. o.* 330) reluct. pertinacium: *EGH* 331) *Codd. coll. o.;* — *ib. c.* 20. 332) *Codd. et Edd. coll. o.* 333) *ib.* 334) accersitione: *orig.* 335) *Codd. et Edd. coll. o.* 336) *ABFH Ed. Bas. Corr. orig.;* aut: *G;* aut: *E* || can. 26. 337) *Codd. coll. o.;* — *hom.* XXVI. *in C.* 11. *Ep. ad Hebr. interprete Mutiano;* — *ap. Migne Patrol. graec.* LXIII, 397. 338) *Psalm.* 3. *c.* 1. 339) *ADF Ed. Bas.* (si scil.); *Ed. Arg.* (scil. et); *orig.;* sed quod: *B;* secundum quod: *CEGH Edd. rell.* 340) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 341) ab: *A Edd. coll. o.; deest: BC* 342) discedunt: *E orig.;* recedunt: *H* 343) et: *deest: AG* 344) I. *Thess. c.* 4. *v.* 13. || can. 27. 345) *Caput Pseudoisid.; ap. Hinschius p.* 526. — *Jaffé no.* CLXXVIII. — *ad verbum fere cum Greg. M. ep.* 107. *lib.* IX. *Ed. Maur. concordat.* — *Ans.* VII, 171. (189.) 346) *Codd. coll. o. pr. A* 347) *Burch.* XIX, 129. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* XV, 139. (*can. cont.*) 348) *Codd. et Edd. coll. o.* 349) tristari: *Edd. coll. o.* 350) fiat: *orig.* 351) *add.:* agere: *Ivo* 352) praedicator: *Burch. Ans. Ivo* 353) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* (quaere); querit iust. am.: *orig. Burch. Ans. Ivo* 354) I. *Thess. c.* 4. *v.* 13. 355) noluimus: *Ivo* 356) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Burch. Ans. Ivo;* aut: *orig.* 357) fratres: *Burch.;* vos fratres: *Ivo* | can. 28. 358) Tolet. IV.: *Codd. coll. o. pr. AB;* — *hab. ao.* 589. *ap. Bruns* I, 218.; — *Coll. tr. P.* II, 36, 11. 359) *add.:* penitentes: *AEGH* 360) decedunt: *AC;* discedunt: *EGH* 361) debere: *orig. Hisp.* 362) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 363) *Codd. et Edd. coll. o.* 364) peccatoribus: *Hisp.* 365) *Codd. coll. o.* 366) et nos: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 367) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 368) *ABCDF Edd. coll. o., ita ut R. immerito verbum* nostros *a Corr. insertum esse censuerit.* 369) I. *Thess. c.* 4. *v.* 13. 370) nolumus: *D Edd. Bas. Lugdd.* 371) enim: *Hisp. Coll. tr. P.* 372) *Codd. et Edd. coll. o.* 373) autem: *Edd. coll. o.;* a reliq.: *Corr.* 374) hic: *deest: ACDF* 375) *Esa. c.* 63. *v.* 16. || can. 29. 376) idem: *EGH* 377) *no.* 18. *Ed. Maur.* 378) *Codd. coll. o. pr. BF Turrecrem.* (gerantur) 379) agitur; *A Ed. Bas.* 380) sed: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.*

hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, sed que sinuntur[381b] etiam isti[382c] meminisse, et que illos, quibus hec indicant[383], oportet audire. Possunt et ab angelis, qui rebus, que hic aguntur, presto sunt, audire aliquid mortui, quod[384] unumquemque illorum[385] audire debere iudicat cui cuncta subiecta sunt. §. 1.[386d] Multi quoque* ad uiuos aliquos ex mortuis uenire credunt, sicut e contrario Paulum ex uiuis in paradisum raptum esse diuina scriptura testatur.

XII. Pars. Gratian. *De his autem, qui in patibulis suspenduntur, queritur, an iuxta ecclesiam[387e] sint sepeliendi? De quibus in Magonciensi[388a] Concilio* [II. sub Rabano, c. 27.,] *ita statutum est:*

C. XXX. *Non est deneganda communio his, qui in patibulis suspenduntur.*

Quesitum est ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadauera eorum[389] ad ecclesias deferenda[390] sint, et oblationes pro eis offerendae[391], et missae celebrandae, an non? Quibus respondemus[392b], si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus et digne penitentibus communio in fine secundum canonum precepta[393c] danda est, cur canones communionem[394] uel[395] sepulturam eis interdicunt[396], qui pro peccatis suis penam extremam persoluerunt[397] et confitentur, uel[398] confiteri desiderant[399d*]? Scriptum[400] est enim: „Non iudicat[401e] Deus[402] bis in id ipsum."

[PALEA[403]. C. XXXI.

Fures et latrones, si in furando aut depredando[404] occidantur[405], uisum est[406] pro eis non[407] orandum. Si conprehensi aut uulnerati presbitero uel diacono confessi fuerint, communionem[408*] eis non negamus.]

[PALEA[409].

C. XXXII. De eodem.

Item ex Concilio Aurelianensi[410*].

Si fur aut latro captus in preda[411] absque[412] occisione[413] potest conprehendi, et tamen[414] interficitur, quia ad imaginem Dei creati et in[415] nomine eius baptizati sunt, interfectores eorum quadraginta diebus[416] non intrent ecclesiam[417]. Lanea[418] ueste induti ab escis et potibus, qui[419] interdicti sunt[420], a[421] toro, a[422] gladio[423], ab[424] equitatu se[425] abstineant. In tertia, quinta feria et sabbato aliquo genere leguminum uel[426] olerum[427], et pomis, paruisque[428] pisciculis[429], cum mediocri cereuisia uicissim utantur et temperate. Sin autem a ueridicis conprobatur[430] testibus[431], quod sine odii meditatione se suaque liberando diaboli membra interfecerint[432], et[433] capi non poterant[434**], penitenciam pro homicidio eis non iniungimus, nisi ipsi uoluerint aliquid quod[435] humanitatis est[436] facere[437]. At[438] si presbiter est, non deponatur; cunctis tamen diebus uitae suae penitenciam agat.]

CAUSA XIV.

GRATIANUS.

Canonici cuiusdum ecclesiae questionem mouent de prediis; testes ex fratribus suis producunt; negociatoribus pecuniam crediderunt, ut ex eorum mercibus emolumenta acciperent. (Qu. I.) *Queritur[1a], an liceat eis repetere sua?* (Qu. II.) *Secundo, an illi testes sint audiendi?* (Qu. III.) *Tertio, an illud sit usuras exigere?* (Qu. IV.) *Quarto, an liceat clericis uel laicis a quolibet usuras expetere?* (Qu. V.) *Quinto, an elemosinae de usuris fieri possint?* (Qu. VI.) *Sexto, an usurarii penitenciam agere ualeant, nisi quod male acceperunt[2] restituant.*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

Quod[3a] sua repetere non possint[4], facile posse probari uidetur. Ait enim Dominus in euangelio[5]: „Si uis perfectus esse, uade, et uende omnia, que habes, et da pauperibus." Quia ergo isti iter perfectionis arripiunt, non licet eis sua habere. Multo ergo minus licet eis repetere, quia non debet repeti quod possideri[6] non licet. §. 1. *Item[7]: „Si quis uoluerit tunicam tuam tollere, et in iudicio tecum contendere, dimitte ei et pallium."* §. 2. *Item Apostolus in epist. ad Corinthios[8]: „Secularia igitur iudicia si habueritis, omnino peccatum est in uobis.* §. 3. *Item Gregorius[9] exponens: „Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate," inquit: „Cum mens concepta desideria sequitur[10b], seruire rebus conuincitur, quarum amore superatur."*

C. I. *Pro rebus transitoriis[11] episcopus prouocatus non litiget.*

Item ex[12] Concilio Cartaginensi IV. [c. 19.][13]

Episcopus nec[14] prouocatus pro rebus transitoriis litiget.

Gratian. *Quia ergo generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere, patet, quod istis non licet stare coram iudice.* §. 1. *His ita respondetur: Prohibetur perfecto in iudicio stare captando lucrum, sed non euitando dampnum. Vel aliter: Aliud est sua*

EDITIO ROMANA.

Causa XIII. Quest. I. c. 29. b) sinuntur iudicare qui sinuntur c) ista d) Et infra: §. 1. e) ecclesias — c. 30. a) Moguntinensi b) respondimus c) canonicum iussum d) danda est cur non eis* qui pro peccatis suis poenam extremam persolvunt? e) vindicat — Causa XIV. a) Hic primum quaerit. — Quest. I. a) Quod autem b) subsequitur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIX. * Multi quoque: Apud B. Augustinum sic legitur: *Mitti quoque ad vivos aliquos ex mortuis, sicut e contrario Paulus ex vivis* [add.: *in paradisum:* Ed. Maur.] *raptus est, divina scriptura testatur.* Sed ob glossam non est emendatum. Veritatem vero suae sententiae confirmat B. Augustinus aliquot aliis exemplis scripturae sacrae, quare ex textu depravato auctor glossae errandi occasionem sumsit.

C. XXX. * Cur non eis: Restitutus est hic locus ex ipso concilio Moguntino et Vormaciensi, inductis aliquot verbis, quae potius perturbabant quam illustrarent.

C. XXXI. * Communionem: Antea legebatur: *confessionem.* Emendatum vero sic est ex Burchardo, Ivone et decretali, quibus locis hoc idem citatur ex concilio Triburiensi, et in eo, quod exstat, habetur sententia c. 31. copiosius exposita, ubi etiam diaconi nulla fit mentio, sed ita dicitur: *Deoque et sacerdoti.*

C. XXXII. * Sic in omnibus codicibus, in quibus est haec Palea, et apud Burchardum, et Ivonem, et in decretali, ex quibus sunt multa emendata et magni ponderis.

** Et capi non poterant: Loco istorum verborum in codicibus Gratiani erant haec: *et pariter poeniteant*[434], quae videntur pugnare cum proxime sequentibus: *poenitentiam pro homicidio eis non iniungimus.* Restitutus autem est locus ex ceteris collectoribus.

Causa XII. Quest. II. can. 29. 381) *Codd. et Edd. coll. o.* 382) *ABCDF Edd. coll. o.* 383) indicat: *Ed. Bas.;* dicantur: *Edd. Lugdd.* II. III.; indicantur: *Edd. rell.* 384) id est quod: *C;* scilicet quod: *DF;* secundum quod: *EGH* 385) eorum: *AEGH* 386) *Codd. coll. o.* 387) *ib.* || can. 30. 388) *Codd. coll. o. pr. EGH* (Moguntiensi); *hab. ao.* 847. *ap. Hartzheim Conc.* II, 159.; — *et in Wormat. hab. ao.* 868. *c.* 80. — *Reg.* II, 92.; *Burch.* XI, 76.; *Ivo Decr.* XIV, 124.; *Ivo Pan.* V, 122. (ex C. Wormat.); *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 24. 389) eor.: *deest: A;* illorum: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 390) referenda: *Ivo Pan.* 391) deferendae: *C; add.:* Deo: *EGH; add.:* sint: *Ivo Pan.* 392) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 393) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ivo Pan.* canonum iussum: *Edd. coll. o.* 394) comm. vel sep.: *deest: Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 395) et: *Edd. coll. o.* 396) interdicunt: *Ivo Pan.* 397) persoluunt: *Edd. coll. o. Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 398) et: *Ivo Pan.* 399) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 400) *Nahum c.* 1. *v.* 12. *sec.* LXX. 401) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Ivo Decr. Pan.;* iudicabit: *Coll. tr. P.* 402) Dominus: *Burch.* || can. 31. 403) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est. — excerpt. ex c.* 31. *Conc. Tribur. hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim Conc.* II, 401. — *Reg.* II, 93.; *Burch.* XI, 59.; *Ivo Decr.* XIII, 45.; — *cf.* X. *de furtis c.* 2.; item ex C. Tribur. de eodem: *F* 404) praedando: *Reg.;* et praed.: *Ivo;* aut dep.: *deest: F* 405) occiduntur: *Reg. Burch. Ivo* 406) *add.:* quidem: *F; add.:* quod: *Edd. coll. o.* 407) *add.:* esse: *F;* est: *Edd. coll. o.* 408) confessionem: *F Edd. coll. o.* || can. 32. 409) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; manu posterioris saeculi in marg. scripta est in F, ubi ommissa inscriptione cum antecedente cohaeret;* — 410) *canon poenitentialis incertae originis; Reg. Appdx.* I, 28.; *Burch.* XI, 60.; *ib.* XIX, 5.; *Ivo Decr.* XIII, 46. — *c.* 2. X. *de homic.* 411) in preda: *deest: F Edd. coll. o.* 412) et absque: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Lugdd. Par.; deest: Ed. Arg.* 413) occasione: *F Ed. Bas. Ivo* 414) *add.:* si: *Edd. Arg. Bas.* 415) in: *deest: F Edd. coll. o.* 416) *add.:* penitentiae subiaceant: *F Edd. coll. o.* 417) ecclesia: *F;* in ecclesiam: *Reg.* 418) Lanea: *deest: F Edd. coll. o.* 419) qui: *deest: ib.* 420) sint: *Edd. Par. Lugdd.* 421) cum: *Reg.* 422) et: *Ivo; deest: Reg.* 423) gladiis: *Reg.* 424) et: *F Reg. Burch. Ivo* 425) se: *deest: F Edd. coll. o.;* sese: *Burch.* 426) et: *F Edd. coll. o.* 427) oleribus: *Reg.* 428) parvis: *ib.* 429) piscibus: *Ivo* 430) comprobantur: *F Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. 431) test.: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 432) interfecerant: *F;* interficiunt: *Reg. Burch. Ivo* 433) secundum indulgentiam XL. diebus ab ecclesia, carne, vino et coniugio eleemosynam largitur faciendo abstineant (et . . . fac.: *deest*): *Reg.* 434) *ita in F Edd. coll. o.* 435) quod: *deest: ib.* 436) est: *deest: ib.* 437) *finis canonis: Ivo* 438) At: *deest: F;* Et: *Reg. Burch.*

Causa XIV. 1) *ABF;* quer. primo: *Codd. coll. rell.* 2) acceperant: *EGH*

Causa XIV. Quest. I. 3) *Codd. coll. o. pr. G* (quod vero) 4) possent: *A;* possunt: *EGH* 5) *Matth. c.* 19. *v.* 21. 6) possidere: *EGH* 7) *Matth. c.* 5. *v.* 40. 8) I. *Cor. c.* 6. *v.* 4, 9) *Moral. l.* V. *c.* 3. 10) *Codd. coll. o.* || can. 1. 11) temporalibus et trans.: *EGH* 12) in: *EGH* 13) *c.* 8. *Statutt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 143.; — *cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII. — *Coll. tr. P.* II, 18, 18. 14) non: *orig.*

possidere, aliud est communium procuratorem esse. Canonici non possident sua, quia res Deo oblatae[15a] *non sunt alicuius. Utuntur enim rebus ecclesiae, non ut suis, sed tamquam ad dispensandum sibi creditis. Unde Prosper in lib. de uita contemplatiua: „Sacerdos*[16]*, cui dispensationis cura conmissa est, etc." require in causa eius, a quo pro ingressu monasterii pecunia exigebatur. Sicut ergo isti non sua possident, ita nec sua*[17] *repetunt, sed res ecclesiae, quarum procurationem gerunt. Similiter quod in iudicio prohibentur contendere sic*[18] *intelligendum est, uidelicet, ut non sibi stent coram iudice, sed aliis. Aliis autem coram iudice astitisse, et pro eis iudicem interpellasse nonnullos sanctorum legimus. Hi autem non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitatibus profutura repetunt, et ita non prohibentur stare coram iudice. §. 2. Illud uero euangelii: „Si quis abstulerit tibi tunicam, etc." non precipientis est, sed exhortantis.*

Unde Augustinus ait [lib. XIX. contra Faustum, c. 25.]*:

C. II. *Peccat, qui ultra debitum exigit, non qui sibi debita reposcit*[19].

Quod debetur, etsi benigne[20] remittitur[21a], non tamen inique repetitur. Peccat[22] autem[23] qui exigit ultra debitum, ideoque lex modum figens[24] penam talionis instituit. Sed tu[25] eo longe es a peccato iniusti exactoris, quo omnino non exigis debitum, ideoque bonus magister[26] ait: „Qui te percutit in maxillam[27b], prebe ei et alteram," presertim ne cogamur et ipsi reddere debitum ab eo, qui nullum habet debitum.

[Gratian.] Sic et cetera accipies[28a].

[C. III.][29a]

Idem de sermone domini in monte[30b]*.

Quisquis preceptis[31] non obtemperat, reus est et debitor penae. *Et paulo post:* §. 1. Precepto Domini[32] non obedire peccatum est; et[33c] consilio si uti nolueris[34], minus boni adipisceris[35d]. *Item Gregorius in epistola ad Iouinianum*[36e]: §. 2. Quod precipitur inperatur[37]; quod inperatur necesse est fieri; si non fiat, penam habet. §. 3.[38f] Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est; ubi preceptum, necessitas[39g] seruientis**.

QUESTIO II.

GRATIANUS.

De eo autem, quod queritur, an de suis fratribus testes possint producere, multis auctoritatibus uidetur esse prohibitum. Leges enim tam sacrorum canonum quam secularium principum prohibent aduersus alium[1a] *testem*[2] *de sua domo produci. Contra se enim quisque testari potest, pro se uero minime. Quia ergo isti producuntur, ut pro se ipsis testimonium ferant, (non enim suae utilitatis ecclesiae se penitus inmunes arbitrantur futuros,) patet, quod eorum uox in talibus non est audienda. Sed distinctio*[3] *hec et testium examinatio in criminalibus causis seruanda est; in ciuilibus autem non usquequaque. In criminali enim*[4] *causa non licet testem de domo propria produci, in ciuili autem prelatis ecclesiae licet.*

Unde Pascalis II. Guidoni, Archiepiscopo Viennensi, apostolicae sedis Legato scribit, dicens[5]:

C. 1. *Clerici pro sua ecclesia testimonium ferre possunt.*

Super prudentia[6] tua plurimum admiramur, quod in negocio B. Stephani clericorum ipsorum acceptare nolueris testimonium. Diuersae sunt namque species causarum, nec in omnibus causis crimina agitantur. In criminibus[7] siquidem accusatorum et testium illa districtio[8] obseruanda est, que in canonibus continetur, ne qui ad probationem domestici assumantur. Ceterum in possessionum uel huiusmodi negociis hi potissimum assumendi sunt, qui eadem negocia tractauerunt, de quorum auditu et uisu hesitatio esse non debeat. Si ergo idem[9a] clerici idonei sunt ad assertionem causae illius, nullatenus remoueantur[10], sed, sicut aliis litteris deliberatum est, inter S. Iohannis et S. Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

Gratian. *Potest etiam intelligi aliter. Domestici*[11] *ad probationem non admittantur*[12]*, ut pro his uidelicet, quorum sunt domestici, testimonium ferant. Hii autem (sicut supra de actoribus dictum est) non pro domesticis, sed pro ecclesia, que mater est omnium pauperum, testimonium dicant*[13]*. In conficiendis autem instrumentis secularium negociorum presbiteri non uocentur ad testimonium, sed, si casu contractui eos interfuisse acciderit*[14b]*, iubente episcopo testimonium dicant.*

Unde in Sinodo[15] *habita Romae ab Eugenio Papa* [II.] *statutum est* [cap. 13.][16]:

C. II. *In conficiendis instrumentis sacerdotes ad testimonium non uocentur.*

Quamquam sacerdotum testimonium credibile[17a] habeatur, tamen in ipsis[18b]* secularibus negociis pro conficiendis[19c] instrumentis ad testimonium[20d] non rogentur, quia eos talibus rebus interesse non conuenit. Si autem[21e] euentu** aliquo causae interfuerint, et aliquid uiderint uel[22] audierint, ubi nullae idoneae secularium[23] personae inueniantur, ne ueritas occultetur, et malus ut bonus estimetur, in prouidentia proprii[24] sit episcopi, ut aut coram se et conpetentibus iudicibus, aut aliter ueritatem honorifice testificentur[25f].

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Quod autem preter summam emolumenta sectari[1] *sit usuras exigere, auctoritate Augustini probatur, qui in Psalmo XXXVI.* [ad. uers. „Tota die"] *scribit dicens*[2a]:

EDITIO ROMANA.

Causa XIV. Quest. I. c. 1. a) ablatae — c. 2. a) dimittitur b) unam maxillam c) accipias — c. 3. a) C. III. De eodem b) Item in lib. de sancta virginitate* c. 14. et 15. c) et: *deest* d) adip., non mali aliquid perpetrabis e) Item Hieronymus lib. I. contra Iovinianum f) Et infra: §. 3. g) nec. est — Quest. II. a) aliquem — c. 1. a) iidem b) contigerit — c. 2. a) credibilius b) tamen ipsi in c) testimonio* aut conficiend. d) ad test.: *deest* e) in talibus rebus esse f) attollant — Quest. III. c. 1. a) Psalmum

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XIV. Quest. I. C. II. * In aliquot vetustis exemplaribus capitulum hoc coniunctum est superiori, et confectum est ex verbis B. Augustini, lib. 19. contra Faustum c. 25., hinc inde acceptis, et interdum etiam immutatis. Quare praestat integrum illud caput perlegere.

C. III. * Virginitate: Restituta est citatio ex Polycarpo. Antea citabatur: *ex sermone Domini in monte.* Sic etiam §. *Quod praecipitur,* restitutus est B. Hieronymo.

** Servientis: Sequebantur [in Edd. coll. o. pr. Bas.] haec verba: *ut obediat, vel imperantis, ut ei obediatur,* quae sunt expuncta auctoritate codicum vetustorum et originalis.

Quest. II. C. II. * Pro testimonio: Sic est emendatum ex conciliis Eugenii II. et Leonis IV. et Polycarpo. Antea enim legebatur: *pro conficiendis instrumentis ad testimonium non rogentur.*

** Si autem: In conciliis ipsis et Polycarpo legitur: *Si enim eventae* [*eunte:* orig.] *causae aliquid viderint.*

Causa XIV. Quest. I. can. 1. 15) *ABCEG;* datae: *D* 16) *cf. c. 9. Qu. 2. C. I.* 17) sua: *deest: AH* 18) sibi: *CDF;* subintellig.: *B* || can. 2. 19) debitum poscit: *EGH* 20) bene: *A;* digne: *H* 21) *Codd. et Edd. coll. o.* 22) peccant . . . exigunt: *CDF* 23) enim: *orig.* 24) fingens: *Edd. Ven. I. Lugdd.* II. III. 25) tutior longe est . . . exigit: *orig.* 26) *Matth. c. 5. v. 39.* 27) *Codd. coll. o.* 28) *Codd. coll. o.; haec verba ap. Augustinum non exstant: sed in Codd. coll. o. signum, quo Gratiani dicta distingui solent, haud invenitur.* || can. 3. 29) *Codd. coll. o. pr. B* (*c. 3. deest*) 30) *ib. pr. A* (item); — *in lib. de sanct. virginit. c.* 14. *et* 15. *Ed. Migne no.* 14.; *ap. Gratianum non ipsa sunt Augustini verba;* — *Polyc.* I, 24, (26,) 2. 1. 31) praecepto: *Polyc.* 32) Dom.: *deest: ib.* 33) *Codd. coll. o.* 34) volueris: *CD* 35) *Codd. coll. o.* 36) *Codd. et Edd. coll. o.; imo ex lib.* I. *Hieronym. contra Iovinian.* 37) et inperat.: *GH* 38) *Codd. coll. o.;* et inferius: §. 1.: *Polyc.* 39) *Codd. coll. o. Polyc.* 40) cooperantis: *F;* serv. vel cooperantis: *Ed. Bas.;* serv. vel temperantis: *C*

Causa XIV. Quest. II. 1) *ABCEGH;* extraneum: *DF Corr.* 2) testes: *ADF* 3) districtio: *DEGH Corr.* 4) autem: *AG* || can. 1. 5) *Legitur haec ep.* (*data Troiae* VI. *cal. Sept. Ind.* VIII.) *inter acta Conc. Trenorciensis hab. ao.* 1115. *ap. Mansi* XXI, 142. — *Jaffé ante no.* 4781. — 6) prudentiam tuam: *BC* 7) criminalibus: *EGH Corr.* 8) distinctio: *ABCF Edd. coll. o.* 9) *Codd. coll. o.* 10) repellantur: *orig.* 11) *add.:* autem: *EGH* 12) admittuntur: *ib.* 13) dicunt: *EG; deest: H* 14) *Codd. coll. o. pr. H* (accedit) || can. 2. 15) Quod potest intelligi ex syn.: *EGH* 16) *hab. ao.* 826. *in Mon. Germ. LL.* II, 2, 16. — *Jaffé ante no.* 1946. — 17) *Codd. et Edd. coll. o.* 18) *ib.* 19) *ib.* 20) *ib.* 21) *ib.* 22) et: *A orig.* 23) saeculariae: *orig.* 24) propria: *orig.* 25) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.;* attollat: *orig.*

Causa XIV. Quest. III. 1) emolumentum: *EH;* sectaris: *GH* || can. 1. 2) *Codd. coll. o.* — *ad vers.* 26. — *sermo* 3. *no.* 6. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* XIII, 17.; *Coll. tr. P.* III, 24, (25,) 3.; *Caes.* VIII, 72.; — *Petr. Lomb. Sent. l.* III. *Dist.* 37.

C. I. *Qui plus quam dederit expetit*[3b], *usuras*[4] *accipit*[5c].

Si feneraueris hominem[6d], id est si[7e] tu[8f] mutuum[9g] dederis pecuniam tuam, a quo[10h] plus quam dedisti expectes[11i], non pecuniam solam, sed aliquid plus quam dedisti, siue illud triticum sit, siue uinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plus quam dedisti expectes[12k] accipere, fenerator es, et in[13] hoc inprobandus, non laudandus.

C. II. *Quicquid supra datum exigitur, usura est.*

Item Ieronimus super Ezechielem, lib. VI. [ad. c. 18.][14]

Putant quidam usuras[15a] tantum esse in pecunia. Quod prouidens[16b] diuina scriptura omnis rei superhabundantiam aufert, ut plus non recipias[17] quam dedisti. *Item*[18c]: §. 1. Alii pro pecunia fenerata solent munuscula diuersi generis accipere, et non intelligunt scripturam usuram appellare[19d] et superhabundantiam quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint[20].

C. III. *Quicquid sorti accidit*[21a] *usura est.*

Item Ambrosius de Nabuthe[22b].

Plerique refugientes precepta legis cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum tamquam usurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex[23] dicat: „Neque, inquit, usuram[24], escarum accipies, neque omnium rerum.“ *Item*[25c]: §. 1. Esca[26d] usura est, et uestis usura est, et quodcumque sorti accidit[27e] usura est; et[28f] quodcumque[29g] uelis ei nomen inponas, usura est. *Item*[30h]: §. 2. Si quis instaurandum conuiuium putet[31i], ad negociatorem mittit, ut absinthiati[32k*] cupellam sibi gratis deferat, ad cauponem dirigit[33], ut Picenum uinum aut Tiriacum[34] requirat; ad lanium[35], ut uuluam[36l] sibi procuret; ad alium, ut sibi poma adornet.

C. IV. *Quando amplius exigitur quam detur*[37a], *usura accipitur*[38b].

Item ex Concilio Agatensi[39].

Usura est, ubi amplius[40] requiritur quam quod[41c] datur[42]. Verbi gratia, si solidos decem dederis, et amplius quesieris[43], uel[44] dederis frumenti[45] modium unum[46], et[47] super aliquid[48] exegeris.

Gratian. *Ecce euidenter ostenditur, quod quicquid ultra sortem exigitur usura est.*

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

Quod uero nec clericis, nec laicis liceat usuras exigere, probatur auctoritate Gelasii[1] *et aliorum.*

Ait enim Gelasius Papa, scribens clericis[2a] *per Lucaniam et Siciliam,* [c. 17.][3]:

C. I. *A questibus negociationis clerici abstineant.*

Clerici[4b] ab indignis[5] questibus nouerint abstinendum, et ab omni cuiuslibet negociationis ingenio uel cupiditate cessandum. In quocumque uero[6c] gradu sint[7d], si cessare noluerint*, mox a[8] clericalibus offitiis abstinere cogantur.

C. II. *Excommunicentur ministri, qui fenerantur.*

Item ex Concilio Arelatensi I., quod confirmauit Siluester Papa, [c. 12.][9]

Ministri[10], qui fenerantur[11], placuit iuxta formam diuinitus datam eos a communione abstinere[12].

C. III. *Qui uolunt esse in clero a studio negociationis abstineant.*

Item ex Concilio Terraconensi, [c. 2.][13]

Canonum[14] statuis firmatum est, ut[15] quicumque[16] in clero esse uoluerit emendi uilius et[17a] uendendi karius studio non utatur[18]. Quod[19] si[20b] exercere uoluerit, cohibeatur a clero.

C. IV. *Alienetur a clero usuras aut superhabundantiam*[21] *exigens.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 62.][22]

Si quis oblitus timorem Domini, et sacrarum scripturarum[23a], que dicunt[24b]: „Pecuniam[25] suam non dedit ad usuram, post hanc cognicionem magni concilii* fenerauerit uel[26c] centesimam[27d] exegerit, aut ex quolibet negocio turpis lucri[28e] quesierit, aut per diuersas species uini, uel frugis, uel cuiuslibet rei, emendo uel uendendo aliqua incrementa susceperit, de gradu suo deiectus[29] alienus habeatur a clero.

C. V. *Pro pecunia, quam dedit mutuo clericus, iusto precio species*[30] *recipiat*[31a].

Item ex eodem[32b].

Si quis clericus in necessitate solidum prestiterit, hoc de[33] uino uel[34] frumento accipiat, quod mercandi causa tem-

EDITIO ROMANA.

Causa XIV. Quest. III. c. 1. b) accipit c) expetit d) homini e) si: *deest* f) tu: *deest* g) mutuam h) quo aliquid i) exspectes accipere k) exspectas — c. 2. a) usuram b) praevidens c) Item ibidem d) intellig. usuram appellari — c. 3. a) accedit b) in lib. de Tobia c. 14. c) Item paulo post d) Et esca e) accedit f) et: *deest* g) quod h) Item paucis interiectis i) putat k) absynthiaci* l) hilam — c. 4. a) debetur b) est c) quod: *deest* — Quest. IV. c. 1. a) episcopis b) Cler. aut c) cessand. aut (vero: *deest*) d) sint positi — c. 3. a) vel b) Quod certe — c. 4. a) sanctam scripturam b) dicit c) et d) centesimas e) turpe lucrum — c. 5. a) accipere potest b) ex Conc. Tarraconensi c. 3.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. C. III. * Absynthiaci: De hoc vino, quod tardam coctionem accelerat, ideoque instaurandis conviviis aptum est, meminit Dioscorides, lib. 5. c. 49. Lampridius de Heliogabalo inquit: *et rosato atque absynthio vulgus ad bibendum invitavit.* De hoc Alciatus parer. lib. 7. cap. ult.

Quest. IV. C. I. * Si cessare noluerint: Haec non sunt in epistola, [neque ap. Ivon., neque in Coll. tr. P.] neque referuntur supr. distinct. 88. c. *Consequens.*, sed non sunt expuncta ob glossam.

C. IV. * Magni concilii: Sic loquitur Martinus Bracarensis, quoniam hanc sententiam accepit ex capite 17. concilii Nicaeni, quod citatur infra ead. c. *Quoniam,* et in duobus vetustis Gratiani exemplaribus post hoc continuo illud subiungitur.

Causa XIV. Quest. III. can. 1. 3) *Codd. coll. o.* 4) usuram: *EGH* 5) *Codd. coll. o.* 6) *BCDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.: *Coll. tr. P.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG Ivo Coll. tr. P.* 8) *ABDEFH Coll. tr. P.* 9) *C Ivo Coll. tr. P.;* mutuo: *D Edd. coll. o.* 10) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 11) *ib.* 12) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 13) ob: *Ivo* || can. 2. 14) *ad v.* 5. 6. *sq. no.* 210. *Ed. Migne;* — *Ivo Decr.* XIII, 18.; *Ivo Pan.* III, 160.; *Coll. tr. P.* III, 24, (25,) 3.; *Caes.* VIII, 73.; *Petr. Lomb. l. c.* 15) *Codd. coll. o.* 16) *ib. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 17) recipiatis . . . dedistis: *EGH* 18) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* it. aliquando post: *Ivo Decr.* 19) *Codd. et Edd. coll. o.* 20) reacceperint: *BD Edd. coll. o. Ivo Decr.;* receperint: *A* || can. 3. 21) *Codd. coll. o.* 22) *Codd. coll. o.;* — *no.* 49. *de Tobia c.* 14. *Ed. Migne;* — *Ivo Decr.* XIII, 26. (*can.:* sanct. David); *Coll. tr. P.* III, 24, (25,) 5.; *Caes.* VIII, 75. 23) *Deuter. c.* 23. *v.* 19. 24) usuras: *EGH* 25) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* it. ibidem paulo inferius: *Ivo* 26) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 27) *Codd. coll. o. pr. B;* — *Ed. Arg. Coll. tr. P.* 28) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (et . . . est: *deest*) 29) *BCEGH* 30) *Codd. coll. o.:* it. ibidem post aliquot versus: *Ivo;* §. 2. *deest: Coll. tr. P.; ubi hoc loco exstat c.* 12. *Qu.* 4. *C.* XIV. *infra.* 31) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 32) *ABCDEFG Corr. orig.* 33) dirigat: *EGH* 34) Cyriacum: *EH;* theriacum: *Corr.* 35) alium: *EGH* 36) *D Ed. Bas. Corr. orig. Ivo;* ubera: *C;* ubera vera: *F;* illa: *EH;* hilam: *G;* villam: *B* || can. 4. 37) *Codd. coll. o.* 38) *ib.* 39) *imo c.* 1. *Capitular.* II. *ad Niumag. ao.* 806. *in Mon. Germ. LL.* I, 144.; *Reg.* I, 288.; *Burch.* II, 126.; *Ivo Decr.* VI, 200. (ex C. Carthag. c. 13.); *Ivo Pan.* III, 161. 40) plus: *Ivo Decr.* 41) *Codd. et Edd. coll. o.* 42) detur: *orig.* 43) requisieris: *Reg. Burch. Ivo* 44) quam: *EGH; add.:* si: *C Reg. Burch.* 45) vel frum.: *EGH* 46) vini: *orig.* 47) et: *deest: Reg.* 48) et clerum aliud: *orig.*

[Gratian.] *Ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur: „Quamdiu scilicet rationis eorum etas capax esse non potest," euidenter datur intelligi, nulli post baptismum peccata*[78] *inputari, siue sit adultus siue inpubes, nisi rationis sit capax. Unde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Augustino in eodem lib.* [c. 3.][79] *redditur, quare sua facta eis non inputentur: „Animalia, inquit, enim*[80b] *seculi presentis cursum aut*[81c] *ornatum secundum creatoris incomprehensibilem uoluntatem peragunt, que de suis factis nullam rationem redditura sunt, quia rationabilia non sunt. Numquid*[82] *enim de bubus cura est Deo? Homines uero, quia rationales sunt facti, et de se, et de omnibus rebus, quas in usum uitae presentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo, et pro suorum actuum qualitate recipient aut penam aut gloriam." Sacrae tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non propter conscientiam peccati, sed quia refricant memoriam facti.*

Unde Augustinus super Leuiticum [ad. c. 20. quaest. 74.][83]:

C. IV. *Non propter culpam, sed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier accedit*[84a].

Mulier[85] que accesserit ad omne pecus[86] ascendi ab eo, interficietis mulierem et pecus; morte moriatur[87b]. Rei enim[88c] sunt. §. 1. Queritur, quomodo sit reum pecus, cum sit irrationabile[89d], nec ullo modo capax legis est[90e]? *Item*[91f]: Pecora inde credendum est iussa interfici, quia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam.

II. Pars. Gratian. *De furiosis autem euidentissime scribit Augustinus*[92] *in lib. questionum ueteris et noui testamenti,* [qu. 2. in fine] *ita dicens*[93]:

C. V. *Culpa non necessitate, sed uoluntate reum constringit.*

Aliquos scimus subito dementes factos ferro, fuste, lapidibus, morsibus, multos[94a] nocuisse, quosdam et[95b] occidisse, captos autem industria et iudiciis oblatos minime reos factos, eo quod non uoluntate, sed inpellente ui nescio qua hec gesserint[96] nescientes. Quomodo enim reus constituitur[97c] qui nescit quod[98d] fecerit[99e]?

C. VI. *Reus uoluntate, non necessitate*[100] *constringitur.*

Item Ambrosius in Exameron, in tractatu primi diei[101].

Illa cauenda sunt, que ex nostra uoluntate prodeunt delicta iuuentutis et irrationabiles corporis passiones. Quorum igitur nos sumus domini, eorum[102a] principia extrinsecus non requiramus, nec deriuemus in alios, sed agnoscamus ea, que proprie[103] nostra sunt. Quod[104] possumus[105b] non facere, si uolumus[106], huius electionem mali potius nobis debemus ascribere quam aliis. Ideo etiam in iudiciis istiusmodi[107c] uoluntarios reos, non necessitate[108d] conpulsos, culpa constringit[109e], pena condempnat. Neque enim, si per furorem aliquis innocentem perimat[110f], obnoxius morti est, quin etiam ipsius legis diuinae[111] oraculo, si quis per inprudentiam intulerit necem, accipit inpunitatis spem[112], refugii facultatem, ut possit euadere. Hoc igitur de eo, quod proprie malum uidetur, dictum sit[113]. Mala enim non sunt, que nec crimine mentem inplicant, nec[114g] conscientiam ligant. Unde[115h] paupertatem et[116i] ignobilitatem, egritudinem, mortem, nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauerit[117k]*.

C. VII. *Veniam habent que*[118] *ignorantes*[119] *ebrii conmittunt.*

Idem in libro de patriarchis, [c. 6. libro de Abraham.][120]

Sane discimus[121] uitandam ebrietatem, per quam crimina cauere non possumus. Nam que sobrii cauemus per ebrietatem ignorantes conmittimus. §. 1.[122a] Nesciunt quid loquantur qui nimio uino indulgent, iacent sepulti, ideoque, si qua per uinum[123] deliquerint, apud sapientes iudices uenia quidem facta donantur, sed leuitatis dampnantur[124] auctores.

C. VIII. *Inobedientia uel*[125] *concupiscentia non habet culpam in corpore non consentientis*[126].

Item Augustinus I. lib. de ciuitate Dei, [c. 25.][127]

Si concupiscentia[128] uel* inobedientia, que adhuc in membris moribundis habitat, preter nostrae uoluntatis legem quasi lege sua mouetur, si[129a] absque culpa est in corpore dormientis[130b], quanto magis[131c] absque culpa est in corpore non consentientis[132d].

C. IX. *Loth non de incestu*[133a], *sed de ebrietate culpatur.*

Idem contra Faustum[134b], *lib. II.*

Inebriauerunt Loth filiae eius, et se nescienti[135] miscuerunt. Quapropter culpandus est quidem, non tamen[136] quantum ille[137] incestus, sed quantum ebrietas illa meretur.

C. X. *Nemo trahitur*[138] *ad culpam, nisi ductus propria uoluntate.*

Item Ambrosius de beata uita[139a].

Non est quod cuiquam nostram ascribamus erumpnam*, nisi nostrae uoluntati. Nemo nostrum[140b] tenetur ad culpam, nisi uoluntate propria deflexerit[141]. Non habent crimen que inferuntur reluctantibus. Voluntaria tantum conmissa sequitur delictorum inuidia, quam[142] in alios deriuamus. Voluntarium sibi militem elegit[143c] Christus, uoluntarium sibi seruum diabolus actionatur[144d]**. Neminem

EDITIO ROMANA.

Causa XV. Quest. I. c. 3. c. 3. a) nec b) igitur c) atque — c. 4. a) accesserit b) moriantur e) enim: *deest* d) irrationale e) est: *deest* f) Et infra: — c. 5. a) multis b) etiam c) constitueretur d) quid e) faciat — c. 6. a) horum b) Quod enim poss. c) istis d) ex necessitate e) stringit f) peremerit g) nisi quae ... et h) Ceterum i) pauperiem k) numeraverit, quia nec contraria istis* in bonis habentur maximis, quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur. — c. 7. a) Et paulo post: §. 1. — c. 8. a) quanto magis b) non consentientis c) si absque d) dormientis — c. 9. a) incestis b) lib. XXII. — c. 10. a) lib. I. de Iacob et vita beata c. 3. b) nost.: *deest* c) legit d) auctionatur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Nec contraria istis: Emendatum est ex originali. Nam antea legebatur: *quis necessaria ista in bonis etc.* In multis tamen antiquis finis huius capituli est in verbo: *numeraverit.*

C. VIII. * Concupiscentia vel: In originali legitur: *Quod si illa concupiscentialis inobedientia.*

C. X. * Aerumnam: Apud B. Ambrosium legitur: *culpam;* sed ob glossam non est mutatum.

** Auctionatur: In vulgatis codicibus sequebatur: *et acquirit iuri suo,* quae sunt expuncta, quoniam absunt a manuscriptis et originali.

Causa XV. Quest. I. can. 3. 74) est: *Ivo* 75) vero: *EGH* 76) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H* (nec: *deest*) 77) *add.:* et poenitentiae: *orig.* 78) peccatum: *EGH* 79) *no.* 42. *Ed. Maur.* 80) *Codd. coll. o.* 81) *ib.* 82) I. *Cor. c.* 9. *v.* 9. || can. 4. 83) *ad c.* 20. *v.* 16, *Ed. Maur. Ivo Decr.* IX, 108.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 32. 84) *Codd. coll. o.* 85) *Levit. c.* 20. *v.* 15. 16. 86) *add.:* et vult: *Edd. coll. o.* 87) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 88) *ib.* 89) *Codd. coll. o. pr. G; Ivo Coll. tr. P.* 90) *Codd. et Edd. coll. o.;* et nullo modo: *EGH* 91) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* item ibidem post aliquot versus: *Ivo* || can. 5. 92) *add.:* idem: *EGH* 93) in lib. . . . dicens: *deest: ib.; hunc librum apocryphum esse supra monuimus. — Ivo Decr.* XIII, 92.; *Coll. tr. P.* III, 26, (27,) 7.; *Caes.* VIII, 99. 94) *Codd. coll. o. Ed. Arg.* 95) *AB Ivo Coll. tr. P.* 96) gesserunt: *EGH* 97) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 98) *Codd. coll. o.* 99) *ib. Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* || can. 6. 100) non necess. sed volunt.: *EGH* 101) *lib.* 1. *c.* 8. *no.* 31. 102) *Codd. coll. o. pr. BF* (*deest*) 103) propria: *AC Edd. coll. o.* 104) Quae: *EGH* 105) *Codd. coll. o. pr. C* (quidem possum.) 106) nolumus: *B orig.* 107) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (huiusmodi); istius mundi (?): *orig.* 108) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 109) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 110) *Codd. coll. o.* 111) *Deut. c.* 19. 112) *add.:* et: *CDEGH* 113) est: *EGH;* Hoc igitur ... est: *deest: A* 114) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 115) *Codd. et Edd. coll. o.* 116) *Codd, coll. o.* 117) *Codd. coll. o.;* numeravit: *Edd. Arg. Bas.; — Edd. Nor. Ven.* I. II. || can. 7. 118) qui: *EGH* 119) ignorantur: *CEGH* 120) *lib.* 1. *c.* 6. *no.* 57. *Ed. Migne* 121) dicimus: *A;* diximus: *EFGH Edd. coll. o.* 122) *Codd. coll. o.* 123) vina: *EGH* 124) notantur: *orig.;* levitati donantur: *C* || can. 8. 125) vel: *deest: DF;* et: *A;* vel non: *B* 126) sentientis: *BDEH* 127) *Ivo Decr.* IX, 123.; *Coll. tr. P.* III, 18, (19,) 4. 128) concupiscentialis inobedientia: *Ivo Coll. tr. P.* 129) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 130) *ib.* 131) *ib.* 132) *ib.* || can. 9. 133) *Codd. coll. o.* 134) *Codd. coll. o. pr. F* (lib. III.); — *imo lib.* XXII. *c.* 44. *Ed. Maur. Ivo Decr.* IX, 116.; *Coll. tr. P.* III, 19, (20,) 1. — *cf. Genes. c.* 19. — 135) nesciente (?): *Coll. tr. P.* 136) tantum: *AEGH* 137) ille: *deest: Coll. tr. P.* || can. 10. 138) traditur: *ABD;* tradatur: *F* 139) *Codd. coll. o. — de Iacob. lib.* I. *c.* 3. *no.* 10. *Ed. Maur. —* 140) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* enim: *EGH* 141) *add.:* se: *Edd. Bas. Lugdd.* 142) quod . . . derivemus: *orig.* 143) *Codd. coll. o. pr. AEG; — Ed. Bas. Nor. orig.;* eligit: *AEG Edd. rell.* 144) *ABEFGH;* concionatur: *D*

iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se ei prius peccatorum ere uendiderit.

C. XI. *Minister Dei est qui inuitus homicidium facit*[145].
Idem[146] *de paradiso*[147a] *in lib.*

Nec is, qui inuitus fecerit aliquod homicidium, extra ministerium est. Siquidem lex ait[148] de eo: „Quia Deus dedit eum in manus eius.“ Manus ergo eius instrumenti modo diuinae ultioni ministerium prebuerunt. Leuita[149b] igitur[150] minister remissionis[151] est. Percussor autem, qui[152c] non ex dispositione, sed preter uoluntatem fecerit homicidium, diuinae minister est ultionis. §. 1. Illud quoque specta, quia, cum interficitur inpius, Christus infunditur, et, ubi abhominatio aboletur, sanctificatio consecratur*, quia Dominus dixit[153]: „In ea die, qua interfecero[154] omne primogenitum Egypti, sanctificabo michi omne primogenitum Israel.“ Quod non refertur[155d] ad unum[156] diem afflictionis Egypti, sed ad omne tempus**.

Gratian. *Cum itaque qui inuitus hominem interfecerit minister Dei sit, cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius sit, cum subito dementes eorum, que faciunt, reatum minime gestent, patet hunc sacerdotem homicidii reum non*[157] *esse, unde nec sacerdotio priuari debet.*

§. 1. *Obicitur autem illud, quod inuenitur*[158a] *in penitenciali Theodori*[159]*:

C. XII. *In se reuersus penitenciam agat qui insaniens*[160] *aliquem occiderit*[161b].

Si quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei penitencia inponenda est.

Gratian. *Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorem perduxit.* §. 1. *Item obicitur: Sunt quedam, que, etsi non inputentur ad penam, tamen inpediunt sacramenti signaculum. Ambicio namque parentum filio non inputatur ad penam, cui tamen obest ad ecclesiae munus accipiendum. Sic que mente alienata fiunt, etsi non inputentur ad penam, tamen sacri muneris executionem inpediunt.*

Unde Ieronimus ait[162]*:

C. XIII. *Innocens est qui non iratus, sed propter disciplinam aliquem casu perimit*[163a].

Si quis non iratus, sed propter disciplinam[164] palmam alicui dederit, et casu[165b] occiderit, sicut fieri solet, quantum ad gratiam, innocens est, quia uoluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem, reus est, quia opera[166] querit[167c]. §. 1. Item si in persecutione uirgo fuerit oppressa[168], repellitur[169] lege, quia opus inspicit[170], non uoluntatem; in gratia autem quasi uirgo suscipitur, quia non opera querit, sed uoluntatem.

Gratian. *Sicut ergo qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem, reus est, quantum ad gratiam, innocens, sic iste sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam, innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem, reus probatur.* §. 1. *His ita respondetur: Non omnia, que ordinandum inpediunt, ordinatum deiciunt; non enim potest ad sacerdotium prouehi qui aliquando insaniuit. Verumtamen, si post*[171] *sacerdotium furere ceperit*[172], *non ideo sacerdotio carebit, nisi forte numquam ad sanae mentis offitium illum redire contingat. Sicut de quodam*[173] *episcopo Gregorius*[174] *scribit in registro*[175d] *ad Eleuterium Episcopum; „Quamuis triste sit nobis etc.“ ut supra*[176e]: „*Longa inualetudine grauatus episcopus*“[177f].

QUESTIO II.
GRATIANUS.

Pro inpensis uero patrociniis Terraconensi[1] *Concilio clerici munera exigere prohibentur, in quo sic statutum legitur* [c. 10.][2]*:

C. I. *Pro patrociniis inpensis clericus munera exigere non debet.*

Obseruandum quoque decernimus[3a], ne quis sacerdotum uel clericorum more secularium iudicum pro inpensis patrociniis munera audeat accipere, nisi[4b] in ecclesia[5c] gratuito[6] oblata, que non fauore muneris uideantur[7] accepta, sed collatione deuotionis illata[8]. Quod[9] si quesita[10d] probatur[11] accipere, ueluti exactor fenoris aut usurarum possessor[12] secundum statuta Patrum se nouerit degradandum.

Gratian. *Hoc autem de illis intelligendum est, qui canonicam uitam professi regulariter se uicturos proposuerunt. Generali namque ecclesiae consuetudine receptum est et moribus approbatum, ut clerici more aduocatorum patrocinia inpendant, et pro inpendendis munera exigant, et pro inpensis suscipiant.*

QUESTIO III.
GRATIANUS.

Tertio queritur, an ex mulieris confessione iste sit condempnandus? In quo primum[1a] *uidendum est, an mulier sacerdotem accusare ualeat? Quod sacris canonibus omnino uidetur esse prohibitum. Generaliter enim statutum est ex decretis Fabiani Papae*[2], *ut sacerdotes Domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis non sunt, nec esse possunt. Mulieres autem non solum ad sacerdotium, sed nec etiam ad diaconatum prouehi possunt, unde nec sacerdotes accusare, nec in eos testificari ualent. Legibus*[3] *quoque cautum est, ut ob uerecundiam sui sexus mulier apud pretorem pro alio non intercedat, nisi forte suas uel suorum iniurias persequi*[4] *malueril*[5b]. *Hec autem, que nec suas, nec suorum iniurias persequitur, ad hanc accusationem admitti non debet.* §. 1. *Econtra qui iudicis personam gerere ualet ab accusatoris offitio non remouetur. Mulieres autem in ueteri testamento populum iudicasse, quicumque librum Iudicum*[6] *legerit ignorare non poterit*[7c]. *Non itaque ab accusatione remoueri possunt quas etiam*[8] *iudicis personam frequenter gessisse constat, nec ulla serie diuinarum scripturarum ab accusatione prohibentur.* §. 2. *His ita respondetur: In ueteri lege multa permittebantur, que hodie perfectione gratiae abolita sunt. Cum enim mulieribus permitteretur populum iudicare, hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apostolo*[9] *eis indicitur uerecundari, uiro subditas esse, in signum subiectionis uelatum caput habere. Que ergo his omnibus uiro subiecta*[10d] *ostenditur, cui pro alio postulare non conceditur, ad accusationem admittenda non uide-*

EDITIO ROMANA.

Causa XV. Quest. I. c. 11. a) in lib. II. de Cain et Abel, c. 4. b) Levites c) qui tamen d) referes — c. 12. a) est b) occidit — c. 13. a) interfecit b) eventu c) requirit d) regesto e) supra in causa f) ep.: *deest* — Quest II. c. 1. a) decrevimus b) nisi forte c) ecclesiis d) quis ista — Quest. III. a) primo b) voluerit c) potest d) sub. esse

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * Consecratur: Apud B. Ambrosium legitur: *congregatur.* ** Omne tempus: Post haec in originali sequitur c. *Quum renunciatur.* infra 32. q. 1.

C. XII. * In concilio Vormaciensi, et apud Burchardum et Ivonem haec sequuntur: *quam ei, qui sana mente tale quid commiserit.*

C. XIII. * Verba huius capitis usque ad versic. *Item si persecutione,* leguntur in homil. 28. operis imperfecti, ad c. 11. Matthaei. Reliqua autem et fere eadem ibi leguntur, et simillima in comment. B. Hieronymi in idem 11. c. Matth. Ipsa autem prorsus B. Hieronymi verba referuntur infra 32. q. 5. *De pudicitia,* vers. *Finge.*

Causa XV. Quest. I. can. 11. 145) fecerit: *C;* committit: *G* 146) item: *ABCD* 147) *Codd. et Edd. coll. o. — imo de Cain et Abel lib.* II. *c.* 4. *no.* 15. *Ed. Migne.* 148) *Exod. c.* 21. *v.* 13. 149) *Codd. coll. o.* 150) ergo: *BF* 151) religionis: *A;* ultionis: *G;* ultimus: *E* 152) *Codd. et Edd. coll. o.* 153) *Num. c.* 13. *v.* 13. 154) interfeci: *orig.* 155) *BCD Edd. coll. o. pr. Nor.* (referre); *Ven.* I. (referetur) 156) un. tantum: *EGH* 157) minime: *GH* || can. 12. 158) *Codd. coll. o.* 159) *imo c.* 28. *Conc. Wormat. hab. ao.* 867. *ap. Hartzheim* II, 314.; — *Reg.* II, 95. (ex eod. — C. Mogunt.; *can. contin.*); *Burch.* VI, 25. (ex eod. c. 6. = C. Turonens.; *can. contin.*); *Ivo Decr.* X, 154. (ex C. Wormat.; *can. contin.*) 160) insaniendo: *EH* 161) *ABCDF* || can. 13. 162) ait: *deest: EGH; — imo auctor operis imperfecti in Matth., hom.* 28. *in opp. Chrysostomi* (*Par.* 1633.) *t.* II. 163) *BDF;* occiderit: *CH;* occidit: *AEG* 164) *add.:* aliquem verberaverit vel: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 165) *Codd. et Edd. coll. o.* 166) *add.:* lex: *Edd. coll. o.* 167) *Codd. et Edd. coll. o. pr. DH Ed. Bas. — orig.* 168) prostituta: *orig.* 169) in lege quasi non virgo iam repellitur: *ib.* 170) requirit: *ib.* 171) *add.:* susceptum ordinem vel: *EGH* 172) incipit: *ABF;* coepit: *C* 173) quod.: *deest: CH* 174) *cf. c.* 14. *Qu.* 1. *C.* VII. 175) *Codd. coll. o.* 176) *ABCDF;* ut supra: *deest: C* 177) *Codd. coll. o.; add.:* etc.: *EGH*

Causa XV. Quest. II. 1) *ABCDF* || can. 1. 2) *hab. ao.* 516. *ap. Bruns* II, 17.; *Ans. ded.* IV, 119.; *Coll. tr. P.* II. 31, 7.; *Caes.* V, 76. 3) *Codd. coll. o.* 4) *Codd. et Edd. coll. o.* 5) *Codd. coll. o. orig. Ans. ded. Coll. tr. P.* 6) gratuita: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 7) videntur: *ABEFH* 8) oblata: *EGH* 9) quia si qua: *orig. Hisp.;* quia si qui: *Ans. ded.* 10) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* quis ita: *Edd. coll. o.* 11) probantur . . . exactores: *orig. Hisp.* 12) possessores . . . noverint degradandos: *ib. Ans. ded.*

Causa XV. Quest. III. 1) *Codd. coll. o.* 2) *cf. c.* 6. *Qu.* 7. *C.* II. 3) *cf. l.* 2. *Dig. de reg. iur. et cap. seq.* 4) prosequi: *CG* 5) *Codd. coll. o.* 6) *Iud. c.* 4. 7) *Codd. coll. o. pr. B* (valet) 8) et: *ADFH* 9) *Eph. c.* 5. 10) *ABCDF*

tur. §. 3. *Econtra, quamquam passim et indifferenter ad accusationem mulier non admittatur, sunt tamen quedam crimina, quorum accusationem mulier subire non prohibetur.*

Unde in libro Codicis [IX., tit. 1. l. 12.] *Inp. Diocletianus scribit, dicens*[11*]:

[C. I.][12]

„*De crimine, quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certis ex causis, id est si suam suorumque iniuriam persequatur, secundum antiqui iuris statuta tantum, de quibus specialiter eis concessum est, non exacta subscriptione. Unde aditus preses prouinciae in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibetur*“[13a].

[C. II.]

Item in[14] *libro Digestorum, Paulus lib. II. de adulteriis,* [tit. de testibus, l. 18.][15]

„*Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium*[16] *dicere condempnatam mulierem, colligitur etiam mulieres*[17] *testimonium*[18] *dicendi in iudicio ius habere.*“ *Item*[19a] *de accusationibus et inscriptionibus, l.* 1.[20b]: §. 1. „*Non est permissum mulieri publico iudicio quemquam reum facere, nisi scilicet parentum liberorumque, et patroni et patronae, et eorum filii filiaeue*[21], *nepotis neptisue mortem exequatur.*“

[C. III.][22]

Paulus lib. I. de adulteriis[23a].

„*Certis de*[24] *causis concessa est mulieribus publica accusatio*[25], *ueluti si mortem exequantur*[26] *eorum earumque, in quos ex lege testimonium publicorum*[27b] *inuitae non dicant*[28c]. §. 1. *Idem et*[29] *in lege Cornelia testamentaria senatus statuit; sed et de testamento paterni liberti uel materni*[30] *mulieribus publico*[31] *iudicio dicere*[32] *permissum est.* §. 2. *Pupillis ex consilio*[33] *tutorum patris mortem, item pupillae aui sui mortem exequi, concessum est lege testamentaria. Nam*[34d] *de patris quidem testamento pupillis agere*[35] *diuus Vespasianus permisit. Sed etsi non exhibeantur tabulae, per interdictum possunt experiri.*“ *Codice*[36e] *qui accusare possunt*[37] *uel non, idem*[38f] *Augustus*[39g] *Dionisio*[40]: „*Uxor tua, si consobrini sui necem uindicandam*[41] *existimat, adeat presidem prouinciae.*“ *Digestis*[42h] *ad legem Iuliam maiestatis,* [lege 8.,] *Papinianus*[43] *libro* 12.[44i] *Responsorum:* §. 3. „*In questionibus lesae maiestatis etiam mulieres audiuntur.* §. 4. *Coniurationem*[45k] *Sergii*[46l] *Catilinae Iulia*[47m] *mulier detexit, et M. Tullium consulem iudicium eius*[48n] *instruxit.*“[49]

[Gratian.] *Quecumque uero persona ad accusationem publicorum iudiciorum uel lesae maiestatis admittitur, eadem accusationem symoniae subire non prohibetur.*

Unde in primo Codicis lib. Inp. Leo Augustus[50a] *Armasio*[51], *Prefecto Pret.*[52]:

C. IV. *Lesae maiestatis, et publicorum iudiciorum, et symoniae accusatio equaliter proponatur.*

Sane quisquis hanc sanctam et uenerandam antistitis sedem pecuniae interuentu subisse, aut si quis, ut alterum ordinaret uel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis et lesae maiestatis accusatione proposita, a gradu sacerdotis[53b] retrahatur. Nec hoc solum deinceps honore priuari, sed perpetuae quoque infamiae dampnari decernimus, ut[54c] facinus quos par[55] coinquinat et[56] equat, utrosque similis pena comitetur.

Gratian. *Cum autem sacris canonibus accusationes omnino*[57] *submoueantur, quas leges seculi non asciscunt, e diuerso uidentur admittendae que legibus seculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. Quicumque enim clericorum nuptias sacris canonibus contrahere prohibentur, et*[58] *legibus inperatorum. Non autem consequenter omnium copulam leges admittunt, quorum coniunctionem sacri canones*[59] *non prohibent; legibus enim* soli cantores et lectores, canonibus autem etiam acoliti uxores ducere possunt. Quamuis igitur sacris canonibus submoueantur accusationes, quas leges seculi non asciscunt, non ideo consequenter recipiuntur quascumque leges principum admittunt.* §. 1. *Sed (sicut circa huius operis initium*[60] *premissum est) tociens legibus inperatorum in ecclesiasticis negociis utendum est, quociens sacris canonibus obuiare non inueniuntur. Unde aut specialiter sacris canonibus mulier ab accusatione lesae maiestatis et symoniae ostendatur prohibita, aut premissis rationibus ad huiuscemodi*[61d] *accusationem admittenda probatur*[62e]. §. 2. *Nec quisquam distinguere querat, ad aliorum, non ad sacerdotum accusationem in hoc casu symoniae mulieres esse admittendas. Cum enim generaliter legibus hoc eis permissum inueniatur, nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit*[63], *eius distinctio locum non habebit. Verum, cum contra regulas generales quedam crimina specialiter excepta sint, in quibus mulieri accusare permittitur, inter que fornicatio non numeratur, patet, quod huius accusatio duppliciter infirmatur, et quia fornicationis crimen intendit, et quia, dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet.*

Unde Iulius Papa scribit [in decretis, c. 18.,] *dicens*[64]:

C. V. *Rei professio aduersus quemlibet admitti non debet.*

Nemini (preterquam de crimine maiestatis)[65a*] de se confesso super alienum crimen credi oportet[66b], quoniam eius atque omnis[67] rei professio periculosa est, et admitti aduersus[68] quemlibet non debet.

Gratian. *Quia ergo ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non potest*[69c], *sed contra eam sua confessio interpretanda est.*

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

Quod uero die dominico nec episcopo, nec presbitero causam

EDITIO ROMANA.

Causa XV. Quest. III. c. 1. a) prohibeatur — c. 2. a) It. Digestis titulo de b) 2 — c. 3. a) Papinianus leg. 2. eod. tit. b) publ. iudiciorum c) dicunt d) Nam et e) Codice de iis f) lege 4., Imp. g) Alexander h) In Dig. i) 2. k) Et coniur. l) denique Lucii m) Fulvia n) indicio suo — c. 4. a) Aug.: *deest* b) sacerdoti c) ut eos d) huiusmodi e) probetur — c. 5. a) laesae maiestat. b) potest c) oportet

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. C. I. * In aliquot vetustis exemplaribus ab initio quaestionis usque ad cap. *Sane.* nulla est distinctio capitulorum.

C. IV. * Legibus enim: Discrepantia haec legum et canonum vera non est. Sed fortasse in hanc opinionem venit Gratianus ex quibusdam verbis Novellae 22., quae in vulgatis authenticis habetur coll. 4. tit. de nuptiis. §. *Sed et si quis inter reverendissimos constitutus clericos (ultra lectorem aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituimus atque volumus.* Iulianus autem antecessor eadem Novella 22. num. 27. illud: *supra lectorem et cantorem,* exponit: *veluti subdiaconus et diaconus.* Hos autem canones etiam nuptiis prohibent. Et Leo in c. *Lex continentiae.* sup. dist. 31. fere iisdem verbis usus est, quibus Iustinianus in hac Novella, et nomine *lectorum* omnes minores ordines significavit.

C. V. * Praeterquam de crimine laesae maiestatis: Haec exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, praeterquam apud Anselmum. [non legitur in Cod. Ans. coll.]

Causa XV. Quest. III. can. 1. 11) dic.: *deest: CD* 12) *add.:* de eodem: *B; in Codd. coll. rell. usque ad cap.* 4. *nulla est distinctio capitulorum* 13) *ADF orig.* || can. 2. 14) in: *deest: EGH* 15) *l.* 18. *Dig.* (22, 5.) *Ivo Decr.* XVI, 181. (*can.:* idonei non videntur); *Ivo Pan.* V, 37.; *Coll. tr. P.* III, 29, (30,) 114. (*can.:* ne invito); *Caes.* V, 94. 16) testimonia: *Ivo Pan.* 17) mulieris: *EGH* 18) testimonii: *orig.* 19) *ABCDF;* idem: *A;* in Dig.: *EGH* 20) *Codd. coll. o. — l.* 1. *Dig.* (48, 2.) 21) filiae . . . neptis: *orig.* || can. 3. 22) *add.:* de eod.: *B* 23) *Codd. et Edd. coll. o. — imo Papinianus l.* 2. *ibid.* 24) de: *deest: H;* ex: *orig.* 25) advocatio: *Edd. Arg. Bas.* 26) exsequatur: *H;* exsequitur: *E* 27) *Codd. coll. o. orig.* 28) *Codd. et Edd. coll. o.* 29) et: *deest: EGH* 30) *add.:* liberti: *ib.* 31) in pub.: *E Ed. Bas.* 32) dic.: *deest: CH* 33) concilio: *Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. 34) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 35) *add.:* vel ius agendi: *EGH* 36) *Codd. coll. o.* 37) possint: *ABC* 38) *ABDEG;* item: *CF* 39) *Codd. coll. o. pr. H;* Augustinus Dionysio: *H Ed. Ven.* I. *Arg.;* Dionysii: *Ed. Nor.;* Augusto Dionysio: *Edd. rell. exc. Lugdd.* II. III. 40) *l.* 4. (9, 1.) *scr. ao.* 222. 41) iudicandum: *EGH* 42) *ABCDF* 43) Pompilianus: *EG;* Pomponius: *D;* Pompinianus: *C* 44) *Codd. coll. o. pr. B* (XXII.) *C* (LXII.); *lib.* XIII. *orig. — l.* 8 (48, 4.) 45) *Codd. coll. o. orig.* 46) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 47) *ib. pr. Edd. Lugdd.* II. III.; — *orig.* 48) *ABDF orig.;* in iud. eius: *Codd. coll. rell. Edd. coll. o.pr. Lugdd.* II. III. (indicium) 49) duxit: *EGH* || can. 4. 50) *Codd. coll. o.* 51) Emarsio: *Edd. Nor. Lugd.* I.; Ermasio: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 52) praetori: *EGH;* papae: *F;* — — *l.* 30. *Cod.* (1, 3.) 53) *Codd. et Edd. coll. o.* 54) *Codd. coll. o. pr. A* 55) par causa: *AB* 56) aequa et: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 57) omni modo: *Codd. coll. o. pr. ABC* 58) etiam: *BEGH* 59) *add.:* fieri: *EGH* 60) *Dist.* X. *c.* 1. 61) *Codd. coll. o.* 62) *ib.* 63) ostenderat: *EGH* || can. 5. 64) *Caput Pseudoisid., ap. Hinschius p.* 469. — *Jaffé no.* CXL. *Ans.* III, 75. (65. Dionys.; *can.:* crimina quae episcopis; *contin.*); *Ivo Decr.* V, 288. (Dionys.); *Ivo Pan.* IV, 69.; *Coll. tr. P.* I, 32, 4. 65) *Codd. coll. o.* 66) *Codd. et Edd. coll. o.* 67) omnisque (atque: *deest*): *Ans. Ivo Decr. Pan.* 68) ad. queml.: *deest: ib.* 69) *Codd. coll. o.*

uentilare aliquam liceat, in Terraconensi Concilio prohibetur, in quo sic statutum est [c. 4.][1]:

C. I *Ministri ecclesiae die dominico causas uentilare non debent.*

Nullus[2] episcoporum aut[3] presbiterorum uel clericorum die dominico propositum cuiuscumque causae negocium audeat uentilare[4], nisi hoc tantum, ut Deo statuta solempnia peragant[5]. Ceteris uero diebus, conuenientibus[6] personis, illa, que iusta sunt, habent[7] licentiam iudicandi, excepto criminali[8].

C. II. *Sollempnibus diebus et ieiuniorum legitimorum secularia placita non agantur.*

Item ex Concilio apud Erphesfurt[9*]*, habito presente*[10] *Rege Heinrico*[11].

Placita secularia dominicis[12] diebus, uel aliis precipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam institutionem[13a] minime decreuimus[14b] fieri. Insuper[15] etiam sancta sinodus decreuit, ut nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in[16] supradictis diebus, id est septem diebus[17c] ante natale[18d] Domini usque[19] in octauas epiphaniae, et a quinquagesima usque ad[20e] octauas[21] pascae, et septem diebus[22f] ante natiuitatem sancti Iohannis Baptistae, quatinus adeundi[23] ecclesiam[24] orationibusque uacandi liberius habeatur facultas.

C. III. *De eodem.*

Item Adrianus Papa [in capitulis, c. 64.][25]

Nullus[26] episcopus uel infra positus die dominico causas iudicare presumat.

QUESTIO V.

GRATIANUS.

Purgationem uero neganti[1a] *prestandam, Stephanus scribit Leoni, Thianensi Episcopo*[2*]:

C. I. *Diaconus, si de crimine conuinci non poterit, apud episcopum se ipsum secreto purificet.*

De crimine sibi illato diaconus tuus uerissime fatebatur[3] se inmunem[4a]. Verumtamen si suspicio habetur, et accusatores ydonei reperiuntur[5], et[6b] testes, quales sacri canones sanciunt, accito tecum certo episcoporum numero uenient accusatores, uocetur et ipse Aldericus diaconus, et, si negauerit, uentiletur causa canonice, et, si uel sponte confessus, uel legitimis testibus fuerit approbatus, canonica feriatur sententia. Quod [7c] si nec sponte confitetur, nec accusatores et testes legitimi reperti fuerint, et mala fama crebrescit[8d], non publico[9] examine[10], sed coram te, et aliquantis reuerentissimis presbiteris et diaconibus tuae ecclesiae secreto iuramento se purificet. Et[11e] deinceps boni testimonii eum annuncia, et conpesce et[12] conmone[13] ecclesiae tuae[14] filios, ne sacerdotem Dei ulterius infamare presumant, timentes, quod[15] Cam maledictus est, qui uerenda[16] patris derisit.

C. II. *Non est spoliandus presbiter uel diaconus, nisi sponte confessus aut*[17a] *legitime conuictus fuerit.*

Item Nicolaus Salomoni[18] *Constantiensi Episcopo.*

Presbiter aut[19] diaconus, quem asseris crimina nolle publice confiteri, sed uelle cum[20] sacramento defendere se, et si[21] tamen notum sit[22] episcopo esse scelus ipsius[23b] perpetratum, non potest per aliquam penitenciam sacerdotali uel diaconali offitio potiri. Sed mirandum[24c], si ipse confessus non fuerit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore forte ydoneo per testes ydoneos approbante. Unde si examinante episcopo causam presbiteri uel diaconi non[25] fuerit per testium approbationem presbiter[26] uel diaconus forte conuictus, non est scelus episcopo legitime manifestum[27], nisi sua sponte[28d] ipsum[29e] confiteatur. Quod nisi fecerit, interim non uidemus suo debere presbiterum uel diaconum offitio priuari. Sola ergo spontanea confessio, et canonicus numerus, uel[30f] qualitas testium (decernentibus episcopis, et accusatore quod obiecerat conprobante) clericum priuat proprio gradu.

QUESTIO VI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod uero confessio cruciatibus extorquenda non sit, Alexander Papa testatur, scribens*[1] *omnibus orthodoxis,* [epist. I. cap. 2.][2]:

C. I. *Ministrorum confessio non sit extorta, sed spontanea.*

Si[3a] sacerdotibus uel[4b] auctoribus[5*] ecclesiae quedam scripturae quoquo modo per metum aut fraudem, aut per uim extortae fuerint, uel, ut se liberare possint[6], quocumque ab eis conscriptae aut[7] roboratae fuerint ingenio, ad nullum eis preiudicium uel[8] nocumentum ualere[9] censemus, neque ullam eos[10] infamiam uel[11] calumpniam, aut a suis sequestrationem bonis umquam, Deo[12] auctore et sanctis apostolis eorumque successoribus, sustinere permittimus[13]. Confessio enim[14c] in talibus non conpulsa, sed spontanea fieri debet. §. 1.[15d] Omnis enim confessio, que fit ex ne-

EDITIO ROMANA.

Causa XV. Quest. IV. c. 2. a) constitutionem b) decernimus c) dies d) natalem e) in f) dies — Quest. V. a) esse praestandum — c. I. a) esse immun. b) et tales c) Qui d) crebuerit e) Et tu — c. 2. a) vel b) ab ipso c) mirand. est d) sponte scelus e) ipse f) et — Quest. VI. c. I. a) Si quandoque a b) et c) vero d) Et infra:

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. IV. C. II. * Erphesfurt: In vulgatis legebatur: *Ephesum*, quasi hoc esset decretum aliquod concilii Ephesini, habiti tempore Coelestini Papae, et Theodosii iunioris. Hoc vero est Germanicum concilium, habitum praesente Henrico rege, prout etiam apud Burchardum et Ivonem dicitur. Et codices Gratiani manuscripti habent quemadmodum est restitutum. In hoc autem oppido petiit Bonifacius a Zacharia Papa constitui episcopum, et impetravit. Quod apparet ex prima epistola Bonifacii ad Zachariam, et ultima Zachariae ad Bonifacium.

Quest. V. C. I. * Idem est titulus in c. *De manifesta.* sup. 2. q. 1.

Quest. VI. C. I. * Auctoribus: Ivo habet: *Si sacerdotibus, vel actoribus ecclesiae*, quemadmodum etiam in eadem epistola dicitur: *Si quis erga episcopum vel actorem ecclesiae*, et refertur supr. 2. q. 7. *Si quis erga.* Hoc autem loco in epistola legitur: *Similiter si huiusmodi personis quaedam scripturae, etc.* Praecesserant autem cum multa alia, tum quae referuntur in hoc eodem capite, in vers. *Est etiam et ad hanc.* Confectum enim est hoc caput ex locis epistolae hinc inde sumtis, ordine non semper servato.

Causa XV. Quest. IV. can. 1. 1) *hab. ao.* 516. *ap. Bruns* II, 16. — *Ans. ded.* II, 221. *Reg.* I, 396.; *Burch.* II, 87. (ex cod. = Conc. ap. S. Medardum); *Ivo Decr.* IV, 22. (ex eod. = C. ap. Compendium); *Coll. tr. P.* II, 31, 3. 2) ut null.: *orig. Hisp. Collatt. citt. o.* 3) vel: *C Reg. Burch. Ivo Decr.* 4) iudicare: *Hisp.*; vendicare: *Collatt. citt. o.* 5) peragantur: *C Ivo; finis canonis: Reg. Burch. Ivo* 6) conniventibus: *orig. Hisp.*; cohibentibus: *Coll. tr. P.* 7) habeant: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 8) criminalia negotia: *orig. Hisp. Coll. tr. P.*; exceptis criminalibus negotiis: *Ans. ded.* || can. 2. 9) Ephesum: *DEG; in aliis Codd. pr. A nomen valde est corruptum.* — 10) iussu: *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 11) *hab. ao.* 932. *c.* 2. *ap. Hartzheim* II, 602.; *Burch.* XIII, 21.; *Ivo Decr.* IV, 53.; *Coll. tr. P.* III, 5, (6,) 5.; *Coll. tredec. P.* VI, 17. 12) dom. vel al. fest. diebus, seu etiam in quibus etc.: *orig.* 13) *BEGH Turrecrem. orig. Coll. tr. P.* 14) *Codd. coll. o. pr. C; — Turrecrem. Burch. Ivo Coll. tr. P.*; volumus: *orig.* 15) Ins. gloriosissimus rex augmentum Christ. religionis concessit: *orig.* 16) in — id est: *deest: ib.* 17) *ABCDEF Edd. coll. o. Turrecrem.* 18) *ABCDF orig. Ivo Coll. tr. P.*; nativitatem: *EGH* 19) usque ... epiph.: *deest: orig.* 20) *Codd. et Edd. coll. o.* 21) octavam: *H Ivo* 22) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 23) eundi ad: *Ivo* 24) licentiam: (?) *Coll. tr. P.* || can. 3. 25) *Capit. Angilr. ap. Hinschius p.* 767. — *Burch.* I, 102. (ex C. Spalensi); *Ans. in fine l.* III.; *Ivo Decr.* V, 204. (ex C. Spalensi) 26) ut null.: *Burch. Ans. Ivo.*

Causa XV. Quest. V. 1) *Codd. coll. o.* || can. 1. 2) Thisanensi: *A*; Viennensi: *D*; Steph. papa Leon. archiep.: *EGH*: — *Ep. Stephani* VI. (885–891); — *Jaffé no.* 2655. — *cf. ad c.* 17. *Qu.* 1. *C.* II. — *Ivo Decr.* VI, 430.; *Coll. tr. P.* I, 64, 9. 3) fatetur: *EGH* 4) *ABCDF Ivo Coll. tr. P.* 5) habeatur ... reperiantur: *C; add.*: non: *Coll. tr. P.* 6) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 7) *CDF Ivo Coll. tr. P.* 8) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ivo Coll. tr. P.*: crebresceerit: *Edd. rell.* 9) in pub.: *EGH Codd. coll. o.* 10) examinare: *EH* 11) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 12) ac: *Ivo Coll. tr. P.* 13) mone: *A*; admone: *Ivo* 14) tuae: *deest: Ivo* 15) maledictionem (maledictus: *Coll. tr. P.*) Cham: *Ivo Coll. tr. P.*; — *Gen. c.* 9. 16) pudenda: *Edd. Arg. Bas.* || can. 2. 17) *Codd. coll. o.* 18) Saloni: *Ed. Bas.*; Soloni: *Edd. Lugdd. Par.*; hic. Papa: *EGH*; — *fragm. Epistolae non satis certi temporis* (858–67); — *Jaffé no.* 2155. — *Ivo Decr.* VI, 122. 19) vel: *Ivo* 20) eum: *EGH*; *deest: B* 21) et: *deest: CD*; si: *deest: AB Ivo* 22) est: *Ivo* 23) *Codd. et Edd. coll. o.* 24) *Codd. coll. o. Ivo* 25) nisi: *CDEFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 26) *add.*: ille: *Ivo* 27) manifestatum nisi presbyter vel diaconus: *ib.* 28) *Codd. et Edd. coll. o.* 29) *ib. Ivo* 30) *ib.*

Causa XV. Quest. VI. can. 1. 1) ostendit scribens; *B*; Papa scribit: *A* 2) *Caput Pseudoisid., c.* 7. *ap. Hinschius p.* 97. — *Jaffé no.* XXIII. — *Ivo Decr.* V, 241.; *Ivo Pan.* IV, 118. 3) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *Ivo Decr. Pan.*; si a: *Ed. Bas.* 4) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo Decr. Pan.* 5) actoribus: *Ivo Decr.* 6) possent: *Ivo Pan.* 7) vel: *Ivo Decr. Pan.* 8) aut: *orig.* 9) pervenire: *orig.*; provenire: *Corr.* 10) eis: *Ivo Decr. Pan.* 11) aut: *Ivo Decr.* 12) Domino: *orig.* 13) *finis canonis: Ivo Pan.*; *add.*: paulo post: *Ivo Decr.* 14) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 15) *ib.*

cessitate, fides non est. §. 2.[16 e] Confessio ergo[17] in talibus non debet extorqueri, sed[18 f] sponte profiteri[19]. Pessimum enim est de suspicione aut extorta confessione quemquam iudicare, cum magis cordis inspector sit Dominus, quam operis. §. 3.[20 g] Non potest autem humano condempnari examine quem Dominus suo reseruauit iudicio. Si omnia namque in hoc seculo uindicata essent, locum diuina iudicia non haberent[21]. *Item*[22 h]: §. 4. Est etiam hoc[23 i] perlatum ad sanctam sedem (quod pudeo[24 k] dicere, et non solum[25] sacerdotali, sed etiam omni Christiano nomini est inimicum), id est[26 l] quod nonnulli[27] episcopos uel sacerdotes aut metu conpellunt, aut ui extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suae in alteram partem, quam debeant, litteras scribere**, aut pro suarum non requisitione causarum[28], aut (quod deterius est)[29 m] alieni erroris sectae[30 n] scripturas facere, et propriis manibus roborare, et coram populis[31] recitare atque confiteri. Alios[32 o] dicunt carceribus et ergastulis retrudi[33], ut saltem his territi insidiis[34 p] Domini sacerdotes[35 q], suis faueant uoluntatibus. *Item*[36 r]: §. 5. Confessio uero in talibus non conpulsa, sed spontanea fieri debet, ipso testante[37 s], qui ait: „Ex corde[38 t] procedunt homicidia, adulteria[39 u],“ et cetera, que sunt ad hec[40 v] pertinentia. §. 6. Nec tantum, attendenda sunt que fiant[41 w], quantum quo animo fiant. §. 7.[42 x] Amplius enim[43 y] respicit Deus ad cogitationes et spontaneas uoluntates, quam ad actus, qui per simplicitatem aut[44 z] necessitatem fiunt.

C. II. *Auctoritas apostolica penitus illicita in irritum deducit iuramenta.*

Item Nicolaus Papa Episcopis Galliae[45].

Auctoritatem uenerabilium predecessorum nostrorum secuti, et nominatim beatissimi Papae et martiris Alexandri* a beato Petro quinti, ab omnibus iuramentis et cuiuscumque modi obligationibus, quibus illi[46] se[47 a] coacti inpiorum uiolentia obligauerant, absoluimus, et ne illa seruentur uetuimus tam prefatum archiepiscopum Treuerensem, quam eius prepositum, et omnes, qui tunc temporis capti se illis quoquo modo obligauerunt, neque[48] ullam eos proinde infamiam uel calumpniam, aut a suis bonis sequestrationem umquam[49], Deo auctore, et sanctis apostolis et nostris predecessoribus, sustinere permittimus, sicut per Prophetam Dominus[50] dicit: „Dissolue colligationes inpietatis et cet.[51 b]“ Quinetiam prefato fratri nostro, filiisque Treuerensis ecclesiae, illiusque defensoribus hec[52] in mandatis damus, ut spirituali simul et materiali gladio tamdiu malignos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones, uel quecumque res ecclesiasticae hoc[53] facto uel quocumque pacto distractae sunt[54] seu direptae reuocentur.

II. Pars. Gratian. *A fidelitatis etiam iuramento Romanus Pontifex nonnullos absoluit, cum aliquos a suis dignitatibus*[55 c] *deponit.*

Unde Gelasius Papa Anastasio Inperatori[56 a *]:

C. III. *Pontificalis auctoritas a iuramento fidelitatis nonnullos absoluit.*

Alius item[57] Romanus Pontifex, Zacharias scilicet[58] regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantae potestati erat inutilis[59], a regno deposuit, et Pipinum, Karoli[60 b] inperatoris patrem, in eius loco[61 c] substituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis[62 d] absoluit. Quod etiam ex frequenti auctoritate agit[63] sancta ecclesia, cum milites absoluit a uinculo iuramenti, quod factum est his episcopis, qui apostolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur.

C. IV. *Excommunicati*[64] *uinculo fidelitatis non tenentur obnoxii.*

Item Gregorius VII. Romanae Sinodo presidens dixit[65].

Nos[66], sanctorum predecessorum nostrorum statuta tenentes[67], eos, qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, apostolica auctoritate a sacramento[68] absoluimus, et ne sibi[69 a] fidelitatem obseruent modis omnibus[70] prohibemus, quousque* ipsi ad satisfactionem ueniant.

C. V. *Ante, quam reconcilientur, fidelitatem excommunicatis nullus seruare*[71] *cogitur.*

Item Urbanus II. Episcopo Vapicensi[72].

Iuratos milites Hugoni[73] Comiti[74], ne ipsi, quamdiu excommunicatus est, seruiant, prohibeto[75]. Qui[76] si sacramenta[77] pretenderint, moneantur, oportere Deo magis seruire quam hominibus. Fidelitatem enim, quam Christiano principi iurarunt[78], Deo eiusque sanctis aduersanti, et eorum precepta calcanti, nulla cohibentur auctoritate persoluere.

QUESTIO VII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Absque sinodali uero audientia sacerdotem dampnari, in Spalensi Concilio, cui Ysidorus interfuit,* [cap. 6.] *sic prohibetur*[1]:

C. I. *Sine concilii examine*[2 a] *presbiter uel diaconus non deiciatur.*

Sexta[3] actione conperimus, Fragitanum[4] Cordubensis ecclesiae presbiterum iniuste olim a pontifice suo deiectum, et innocentem exilio[5] condempnatum. Quem rursus ordini suo restitutum esse[6 b *], id denuo aduersus presumptionem

EDITIO ROMANA.

Causa XV. Quest. VI. c. 1. e) Et paulo post: §. 2. f) sed potius g) Et paucis interiectis: §. 3. h) Item multo superius i) etiam et ad hanc k) pudet l) id est: *deest* m) est pro n) secta o) Aliquos p) insidiis devient q) sacerd., et r) Item ubi supra s) attestante t) corde enim u) ad. fornicationis, blasphemiae v) hanc w) fiunt x) Et paulo post: §. 7. y) autem z) aut per — c. 2. a) sese b) et cet.: *deest* c) sua dignitate — c. 3. a) Gregorius Papa* b) Caroli magni c) locum d) fidelitatis, quod illi fecerant, — c. 4. a) eis — Quest. VII. c. 1. a) examinatione b) restituentes*

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Literas scribere: Haec absunt ab originali. Sufficiunt enim illa, quae sequuntur: *scripturas facere.* Sed ob glossam non sunt expuncta.

C. II. * Alexandri: Nicolaus citat epist. Alex. I., de qua re notatum est supra, dist. 19. *Si Romanorum.*

C. III. * In manuscriptis est, ut in vulgatis: *Gelasius Papa Anastasio Imperatori.* Cuius Gelasii esse non potest. Zacharias enim et Carolus M., quorum in hoc capite mentio fit, multo post Gelasium vixerunt. Habetur autem in regesto Gregor. VII. lib. 8. ep. 21. Herimanno, Metensi episcopo scripta, quam refert Ivo. In qua quidem epistola paulo ante multa ex epistola Gelasii Anastasio imperatori scripta afferuntur.

C. IV. * Quousque etc.: Verba haec non sunt in codice manuscripto Vaticano [neque in Ed. cit.].

Quest. VII. C. I. * Restituentes: Sic est emendatum ex codicibus conciliorum impressis et manuscriptis. Sic enim apertius declaratur, illum canonice a concilio esse restitutum, quam ex lectione Gratiani vulgata: *restitutum esse comperimus.*

Causa XV. Quest. VI. can. 1. 16) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 17) igitur: *BEGH;* vero: *orig.* 18) *Codd. et Edd. coll. o.;* sed debet sponte proferri: *Ivo Decr.* 19) confiteri: *BEGH* 20) *Codd. coll. o.;* paulo post: §. 3.: *Ivo Decr.* 21) *seqq. desunt et alia exstant: Ivo Decr.* 22) *Codd. coll. o. — ib. c.* 3. 23) *Codd. coll. o.;* et hoc: *orig.;* et hoc: *deest: Edd. coll. o.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C — Turrecrem.* 25) tantum: *EGH Edd. coll. o.* 26) *Codd. coll. o. orig.* 27) nonnullos: *orig.* 28) rerum: *orig.* 29) *Codd. et Edd. coll. o.* 30) *ib.* 31) populo: *AB* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) recludi: *orig.* 34) *Codd. et Edd. coll. o.* 35) *ib.* 36) *Codd. coll. o. — c.* 7. 37) *ABCDF Edd. coll. o. — cf. Matth. c.* 15. *v.* 19. 38) *Codd. et Edd. coll. o.* 39) *ib.* 40) *Codd. coll. o. orig.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. 42) *Codd. coll. o.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A (deest)* 44) *ib.* || can. 2. 45) *scr. ao.* 861. (?) *ex sent. Honthemii in hist. Dioec. Trevir.* I, 197. — *Jaffé no.* 2027. — *Polyc.* VI, 11, (10,) 31. — *Non desunt, quibus cum Augustino epistola supposititia esse videatur.* 46) illi: *deest: Polyc.* 47) *Codd. coll. o. Polyc.* 48) neque enim: *BCEGH* 49) aliquam: *AB* 50) divinitus iubemur: *Polyc.; — Esa. c.* 58. *v.* 6. 51) *Codd. coll. o.* 52) confratri: *Polyc.* 53) hoc: *EGH Polyc.* 54) sunt: *deest: Polyc.* 55) *Codd. coll. o.* || can. 3. 56) *Codd. et Edd. coll. o.; — imo Ep. Gregorii* VII. *ad Herimann. Metensem scr. ao.* 1081. *in Jaffé Mon. Gregor. p.* 458. — *Jaffé no.* 3921. — *Ivo Decr.* V, 378. (*can.:* quis dubitet; *contin.*); *Ivo Pan.* V, 109. (*can.:* duo sunt quippe; *cont.*) 57) autem: *Ivo Pan.* 58) videlicet: *orig.;* Zach. scil.: *deest: Ivo Decr. Pan.* 59) non utilis: *orig.* 60) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 61) *ABCDF orig. Ivo Decr. Pan.* 62) *Codd. et Edd. coll. o.* 63) saepe agit: *orig.* || can. 4. 64) excommunicatis: *DEFGH;* excommunicationis: *B* 65) Greg. Papa: *EGH; — hab. ao.* 1078. *in Jaffé Mon. Gregor. p.* 308. — *Jaffé ante no.* 3821. — *Ivo Pan.* V, 110. 66) iterum: *orig.; deest: Ivo Pan.* 67) sequentes: *Ed. Bas. Ivo Pan.* 68) iuramento: *Ivo Pan.* 69) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 70) omn. mod.: *deest: Ivo Pan.* || can. 5. 71) solvere: *B;* servire: *EGH* 72) *fragm. incerti temporis* (1088—1099) *scr. ad Ebredunensem, Vapicensem et Diensem Epp., ut ex Victorino Panormiae codice protulit Baluzius.* — *Jaffé no.* 4291. — *Ivo Pan.* V, 111.; *Cues.* VI, 24. 73) Wigoni: *Baluz. ex cod Pan. mscr.* 74) militi: *Ivo* 75) prohibete: *ib.* 76) quod: *ib.* 77) sacramentum: *BEGH* 78) iuraverint: *Ivo Pan.*

Causa XV. Quest. VII. 1) *hab. ao.* 619. *ap. Bruns* II, 70.; — *Reg. Appdx.* II, 3. (ex C. Tolet.); *Coll. tr. P.* II, 49, 3.; *Abbo Floriac. c.* 12. 2) *Codd. coll. o.* 3) Sex. act.: *deest: Reg.;* sexta . . . Cordub.: *deest: Abbo* 4) Flagitanum: *Edd. coll. o. Turrecrem.* 5) sine concilio: *EGH* 6) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I.; restitutum esse comperimus: *Edd. rell.*

uestram[7c**] decreuimus, ut iuxta sanctorum[8d] Patrum sinodalem sententiam nullus uestrum[9e] sine concilii examine[10] quemlibet presbiterum uel diaconum deiciendum[11f] putet[12g]. Nam[13] multi sunt, qui indiscussos potestate tirannica, non auctoritate canonica dampnant. Et sicut nonnullos[14] gratia fauoris[15] sublimant, ita quosdam odio inuidiaque[16h] humiliant, et leui opinionis aura[17i] condempnant quorum crimen[18] non approbant. Episcopus[19] enim sacerdotibus[20] ac ministris solus honorem dare potest, solus[21] auferre non potest[22]. Si enim[23] hi, qui in hoc[24k] seculo a dominis suis honorem adepti sunt libertatis, in seruitutis nexum[25] non reuoluuntur, nisi publice apud pretores[26l] tribunali[27m] foro accusati fuerint, quanto magis hii, qui diuinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui[28] profecto nec ab uno dampnari[29], nec uno[30] iudicante poterunt honoris sui priuilegio[31n] exui, sed, presentati[32] sinodali iudicio, quod omnino[33o] de illis canon preceperit[34] oportet[35p] diffiniri.

C. II. *Causas clericorum episcopus non nisi cum senioribus ecclesiae audiat.*

Item Gregorius Iohanni Episcopo Panormitano, [lib. XI. epist. 49.][36]

Si quid igitur[37a] de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te[38] iuste possit offendere, facile non credas, nec[39] te ad[40] uindictam res accendat[41] incognita, sed presentibus ecclesiae tuae senioribus diligenter est perscrutanda ueritas, et tunc, si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

C. III. *A quot episcopis presbiteri uel diaconi sunt audiendi.*

Item ex Concilio Cartaginensi[42] I.*, [c. 11.]

Si quis tumidus uel contumeliosus extiterit in[43] maiorem natu, uel aliquam causam habuerit, a tribus uicinis episcopis, si diaconus est**, qui[44] arguitur[45], si[46] presbiter est[47a], a sex[48], si episcopus, a duodecim consacerdotibus[49] audiatur. Uniuersi episcopi dixerunt: Contundi[50b] debet contumacia et superbia in omnibus frangi. Causae[51] uero pro personis ab[52] his statuto numero audiantur[53].

C. IV. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi II., [c. 10.][54]

Felix episcopus Selemselitanus[55] dixit: Etiam hoc[56] adicio[57] secundum statuta ueterum conciliorum, ut, si quis episcopus (quod non optamus)[58] fieri[59a] reatum[60b] aliquem incurrerit, et si[61c] fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare[62] episcopos[63d], ne in crimine maneat[64e], a duodecim episcopis audiatur, et a sex[65] presbiter[66*], et a tribus diaconus[67], cum proprio suo episcopo[68].

C. V. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi III., [c. 8.][69]

Si autem presbiteri uel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex uicinis locis proprius[70] episcopus legitimo numero collegarum[71], quos[72] ab eodem accusati petierint, id est[73] una[74] secum in presbiteri nomine sex[75*], in diaconi tres[76a], qui[77b] ipsorum[78] causas discutiant[79c] eadem dierum[80] et[81] dilatione[82d], et a communione[83] remotionum, et discussione causarum[84e], inter accusatores et eos, qui accusantur, forma seruata. Reliquorum uero[85f] clericorum[86] causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.

II. Pars. Gratian. *Solus autem ad exclusionem aliorum episcoporum, non suorum clericorum dicitur, sine quorum presentia eius sententia irrita erit.*

Unde in Cartaginensi Concilio IV. [c. 23.] *legitur*[87].

C. VI. *Absque clericorum presentia episcopus nullius causam audiat.*

Episcopus[88] nullius causam audiat absque presentia suorum clericorum; alioquin irrita[89] erit sententia episcopi, nisi presentia clericorum[90] firmetur[91a].

C. VII. *Nisi in sinodo canonice uocati sacerdotes dampnari non possunt.*

Item ex Concilio Spalensi II. [c. 6.][92]

Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, sed[93a] solus auferre non potest. Si enim hii, qui in seculo[94] a dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in seruitutis iugum non reuoluuntur[95b], nisi publice apud pretores ac presides tribunali[96c] foro fuerint accusati, quanto

EDITIO ROMANA.

Causa XV. Quest. VII. c. 1. c) nostram** d) priscorum e) nostrum f) deiicere g) audeat h) invidiaque permoti i) ad levem ... auram k) hoc: *deest* l) praetoris ac praesidis m) tribunal in foro n) privilegiis o) omnino: *deest* p) oportet: *deest* — c. 2. a) igit.: *deest* — c. 3. a) est: *deest* b) contemtus ... contumaciae et superbiae — c. 4. a) fieri: *deest* b) in reatum c) si: *deest* d) episc.: *deest* e) remaneat — c. 5. a) tribus b) qui: *deest* c) discutiat d) dilationum e) personarum f) autem — c. 6. a) confirmetur — c. 7. a) sed: *deest* b) revocantur c) praetoris ac praesidis tribunal in

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Nostram: Antea legebatur: *vestram.* In recentioribus autem conciliorum editionibus est: *novam.* Emendatum est ex antiquioribus editionibus, et duobus codicibus Vaticanis, et Lucensi regio, quemadmodum et paulo post: *nullus nostrum,* quum antea esset: *nullus vestrum.* Modesti enim et religiosi episcopi sibi etiam metuunt. Alia vero quaedam sunt ex iisdem codicibus emendata.

C. III. * Carthaginensi: Sic est emendatum ex vetustis codicibus. Nam in vulgatis [in Edd. coll. o. exc. Bas.] erat: *Agathensi I.*, quum unicum duntaxat Agathense memoretur.

** Si diaconus est: In vulgatis conciliorum editionibus legitur: *si diaconus est, arguatur presbyter, etc.*

C. IV. * Presbyter: Sic legitur in concilio, quod est in codice canonum, c. 12., et graeco, et duobus codicibus conciliorum Vaticanis, et uno alio perantiquo, et concordat cum sequenti capite. In editionibus autem conciliorum Parisiensibus ac Coloniensibus habetur: *et a sex presbyteris et tribus diaconis,* quemadmodum et in multis Gratiani manuscriptis.

C. V. * Nomine sex: Sic in ceteris codicibus impressis et manuscriptis, praeterquam in editione Coloniensi quatuor tomorum, in qua habetur: *Presbyteri nomine quinque, in diaconi duobus.*

Causa XV. Quest. VII. can. 1. 7) *ABCDF Edd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o.* 9) *ABCDF Edd. coll. o.;* virorum: *Abbo* 10) examinatione: *Abbo* 11) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (damnandum); — *orig. Hisp. Reg. Abbo Coll. tr. P.* 12) *Codd. et Edd. coll. o.* 13) Nam ... approb.: *deest: Reg.* 14) quosdam: *EGH* 15) in grat.: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — gratiae favore: *orig. Hisp. Abbo* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) *ib. Coll. tr. P.* 18) crimina: *Abbo* 19) *cf. c.* 2. *Dist.* LXVII. 20) presbyteris: *orig. Hisp.;* sacerdot.: *Codd. Hisp.* 21) sol.: *deest: Abbo* 22) *seqq. desunt et alia exstant: Reg.* 23) en.: *deest: ABF* 24) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AF* 25) nexu: *BC orig. Hisp. Coll. tr. P.* 26) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.;* proceres: *Abbo* 27) *Codd. coll. o. pr. EGH; — Ed. Bas. orig. Hisp. Coll. tr. P. Abbo;* ac praesides tribunali foro: *EGH Edd. rell.* (in trib.: *Edd. Lugdd.* II. III.) 28) pro peccato nec: *ABD;* qui: *deest: EGH* 29) nec uno damnante: *CEFGH Edd. coll. o.; deest: D* 30) ab uno: *AB* 31) *Codd. et Edd. coll. o.* 32) presenti: *CF Edd. coll. o. pr. Ven.* II.; presentis: *B* 33) *Codd. et Edd. coll. o.* 34) precepit: *BEFGH Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. 35) *ABCDEF Edd. coll. o.* || can. 2. 36) Greg. Papa: *EGH; — Ep.* 44. *scr. ao.* 603. *lib.* XIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1529. — *Coll. tr. P.* I, 55, 15. (*can. contin.*); — *cf. c.* 23. *Dist.* LXXXVI. 37) *ABCDF Turrecr. orig. Coll. tr. P.;* ergo: *EGH* 38) te: *deest: Coll. tr. P.* 39) ne: *Edd. coll. o.* 40) per: *Edd. Ven.* I. II. *Nor.* 41) incendat: *Coll. tr. P.* || can. 3. 42) *hab. ao.* 348. *ap. Bruns* I, 115.; — *Coll. tr. P.* II, 15, 3. (*can.:* Gratus ep. dixit) 43) et in: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 44) qui: *deest: orig. Coll. tr. P.* 45) arguatur: *C orig. Coll. tr. P.* 46) si: *deest: orig.* 47) *Codd. coll. o. pr. A; — Hisp. Coll. tr. P.* 48) VII.: *C Ed. Arg.* 49) cum sacerdotibus: *EGH;* sacerdotibus: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 50) *Codd. et Edd coll. o. Hisp.* 51) causa: *orig. Coll. tr. P.* 52) a statuto: *orig. Hisp.* 53) audiatur: *orig. Coll. tr. P.* || can. 4. 54) *hab. ao.* 390. *ap. Bruns* I, 121. — *Burch.* I, 149.; *Ans.* III, 121.; *Ivo Decr.* V, 262. 55) Selensitanus: *ACD;* Silentanus: *BE; deest: Burch. Ans. Ivo* 56) haec: *Edd. coll. o.;* et hoc: *Hisp.; deest: Burch. Ans. Ivo* 57) additio: *Edd. coll. o.;* suggero: *Burch. Ans. Ivo* 58) opinamur: *orig.* 59) *Codd. et Edd. coll. o.* 60) *Codd. coll. o. Hisp.* 61) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 62) congregari: *Hisp.* 63) *Codd. et Edd. coll. o.* 64) *ABCDF Edd. coll. o. Ivo Decr.* 65) VII.: *Ivo; add.:* vel VII.: *Ans.* 66) presbyteris: *ABCDF Edd. Arg. Nor. Ven.* I. — *orig.* 67) *add.:* audiatur: *EGH* || can. 5. 68) Cart. IV.: *EGH; — hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 124.; — *Ans. ded.* III, 118. (123.); *Burch.* II, 205. (208.); *Ans.* III, 123, (122.); *Ivo Decr.* VI, 280.; *Coll. tr. P.* II, 17, 4.; *Coll. tredec. P.* IX, 159. 70) prop. ep.: *deest: orig.* 71) episcoporum: *Ans.* 72) quos ... pet.: *deest: orig.;* quos ... id est: *deest: Hisp.* 73) id est: *deest: EGH* 74) una sec.: *deest: orig.* 75) quinque: *orig.; add.:* episcopi: *Coll. tr. P.* 76) *ABCDEF Ed. Bas. Hisp. Ans. Coll. tr. P.;* duobus: *orig.* 77) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 78) ipsi: *Edd. coll. o.;* episcopi ipsorum: *orig.* 79) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig. Hisp. Ans. ded. Coll. tr. P.* 80) in dier.: *Edd. Par. Lugdd.;* et dier.: *Ans. ded.* 81) et: *deest: Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 82) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Hisp.* 83) *add.:* vel commonitione: *EGH* 84) *Codd. et Edd. coll. o.* 85) *Codd. coll. o.* 86) cler.: *deest: C orig.* || can. 6. 87) *c.* 14. *Statutt. eccl. ant. ap. Bruns* I, 144. — *cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII. — *Coll. tr. P.* II, 18, 22. 88) ut ep.: *orig. Hisp.* 89) *Burch.* I, 114.; *Ivo Decr.* V, 214. 90) *add.:* suorum: *Ivo* 91) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 7. 92) *hab. ao.* 619. *ap. Bruns* II, 70.; — *cf. supra c.* 1., *ubi varietates lectionum addidimus.* — 93) *Codd. et Edd. coll. o.* 94) *add.:* hoc: *BEGH Edd. coll. o.;* seculo etc. ut supra (*reliqua desunt*): *EGH* 95) *BCDF Corr.;* rouoluentur: *A* 96) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (in trib.)

magis hii, qui diuinis altaribus consecrati, honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto nec ab uno dampnari, nec uno iudicante poterunt[97] honoris sui priuilegiis[98] exui, sed presentati[99] sinodali iudicio, quid[100d] canon de illis preceperit diffiniri[101].

QUESTIO VIII.

GRATIANUS.

De ultima uero questione sic statutum est in Concilio Neocesariensi, [c. 9. et 10.][1]:

C. I. *Presbiter, qui confitetur, se ante ordinationem corporaliter lapsum, postea non offerat.*

Qui admiserit[2a] corporale peccatum, et hic[3] postea presbiter ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccauerit, non[4] quidem offerat, maneat autem in aliis offitiis propter eius studii utilitatem*. Cetera uero[5b], peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione priuari[6]**. Quod si de his non fuerit confessus, nec[7c] aliquibus[8] potest manifeste conuinci, huic ipsi potestas de[9] se est conmittenda[10]. Similiter et diaconus, si in eodem culpae genere fuerit inuolutus, sese a ministerio cohibebit.

C. II. *Deseruientes altario si carnis fragilitate deliquerint, episcopi arbitrio subiacebunt*[11a].

Item ex Concilio Ylerdensi, [c. 5.][12]

Hii, qui altario Dei[13] deseruiunt[14], si subito in[15] flenda fragilitate carnis corruerint, et Deo[16b] respiciente digne penituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti Deo sacrificium offerant, maneat[17] in potestate pontificis[18] uel ueraciter afflictos non diu suspendere, uel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiae corpore segregare; ita tamen, ut sic[19] offitiorum suorum loca recipiant[20], ne possint ad altiora offitia ulterius promoueri. Quod si iterato uelut canes ad uomitum reuersi fuerint[21c], non solum dignitate offitii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non[23] percipiant.

C. III. *Ex ministris ecclesiae geniti in seruitutem eiusdem deuocentur.*

Item ex Concilio Tolletano IX., [c. 10.][24]

Cum multae super innocentiam[25a] ordinis clericorum hactenus emanauerint sententiae Patrum, et nullatenus ipsorum formari[26b] quiuerit correctio[27] morum, usque adeo sententiam iudicantium protraxere conmissa culparum, ut non tantum ferretur[28] ultio in actores[29c] scelerum, uerum etiam[30d] in progeniem[31] dampnatorum. Ideoque[32] quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps[33e] uel ex ancillae uel ex ingenuae detestando conubio in honore constituti filios procreauerint, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonica censura[34] dampnentur; proles autem, aliena[35] pollutione nata, non solum hereditatem[36] numquam accipiet[37], sed etiam in seruitute[38f] eius ecclesiae, de cuius sacerdotis uel ministri ignominia nati sunt, iure perhenni manebunt.

C. IV. *Qui confitetur se ante ordinationem peccasse non sacrificet; conuictus autem deponatur.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 35.][39]

Si quis presbiter ante ordinationem peccauerit[40a] non offerat, sed tantum[43] pro religione nomen presbiteri portet. Si autem non ipse confessus fuerit, sed ab alio publice conuictus[44], nec[45] hoc ipsum habeat[46] ut nomen presbiteri portet. Similiter et[47] de diaconibus obseruandum est, ut, si ipsi[48] confessi fuerint, ordinem subdiaconi accipiant[49].

C. V. *De manu sacerdotis, qui ab ecclesia tolleratur, licite sacramenta sumuntur.*

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, [c. 71.][50]

Sciscitantibus uobis, si a sacerdote, qui fuerit conprehensus[51a] in adulterio, siue de hoc[52] sola fama respersus est[53], debeatis communionem suscipere[54], necne? respondemus: Non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramenta diuina polluere, que purgatoria[55] cunctarum contagionum existunt[56b]. Qualiscumque enim[57c] sacerdos sit, que sancta sunt coinquinari non possunt[58d]. Idcirco ab eo, usquequo[59] episcoporum iudicio reprobetur[60], communio percipienda est, quoniam mali bona ministrando[61e] se tantummodo ledunt, et cerea[62]* fax accensa sibi quidem detrimentum prestat, aliis uero lumen in tenebris administrat[63], et unde aliis commodum exhibet inde sibi dispendium prebet. §. 1. Sumite ergo[64] ab omni sacerdote intrepide[65f] Christi misteria[66], quoniam[67g] omnia in[68h] fide Christi purgantur. Fides enim est, que uincit hunc mundum, et[69] quia non dantis[70], sed accipientis sit[71i], dicente B. Ieronimo**: „Ad credendum omni animae[72k] baptismum[73l] perfectum esse[74m], et in omni sacerdote corpus[75n] est[76] perfectum.“ Qui rursus sacrae scripturae concordans ait[77]: „Prius, quam audias,

EDITIO ROMANA.

Causa XV. Quest. VII. c. 7. d) quod — Quest. VIII. c. 1. a) admisit b) Nam cetera c) nec ab aliquibus — c. 2. a) subiaceant b) Domino c) fuerint, et veluti sues in volutabris luti[22] iacuerint — c. 3. a) incontinentia b) reformari c) auctores d) et e) deinceps, qui f) servitutem — c. 4. a) peccaverit, et post ordinationem confessus fuerit, quod[41] ante peccaverit[42], — c. 5. a) qui sive deprehensus b) exsistunt, nec potest solis radius per cloacas et latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualisc. c) enim: *deest* d) coinquinare non potest e) administrando f) intrepidi g) quia h) in: *deest* i) fit k) in anima l) baptismus ... perfectus m) est n) corpus Christi

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VIII. C. I. * **Propter eius studii utilitatem**: Graece est: *διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν*, id est: *propter studium ac diligentiam, quam ceteroquin adhibet.*

** **Privari**: Graece legitur: *τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι*, id est: *per manus impositionem dimitti,* quemadmodum fere vertit Dionysius, cuius versionem ceteri collectores attulerunt, hac tamen clausula omissa. Nam haec versio, quam Gratianus affert, est prisca, quae est in collectione Isidori. Ita ex his verbis longe alia elicitur sententia, atque auctor glossae putarit.

C. V. * **Et cerea**: Ante legebatur: *etc.* Restitutum est ex originali, ex quo alia etiam sunt emendata et addita.

** **Hieronymo**: Est in epistola de septem gradibus, quemadmodum et quod sequitur: *priusquam audias; etc.* est ibidem superius.

Causa XV. Quest. VII. can. 7. 97) poterint: *Edd. Arg. Bas.* 98) privilegio: *Edd. coll. o.* 99) presentatis: *AB;* presente: *Edd. Ven.* I. *Par. Lugdd.* 100) *BCDF* 101) *add.:* oportet: *AD Edd. coll. o.*

Causa XV. Quest. VIII. 1) *hab. int. a.* 314—325. — *versio Hisp.; — Ans. ded.* IV, 70.; *Coll. tr. P.* II, 3, 5. 6.; — *versio Dionys.: Burch.* II, 49.; *Ivo Decr.* VI, 150.; *Ivo Pan* III, 151. 2) *Codd. coll. o. Hisp. Ans. ded. Coll. tr. P.* 3) hic: *deest: Ans. ded.* 4) nunquam offer.: *EGH* 5) *Codd. et Edd. coll. o.;* et cet. pecc.: *Hisp.* 6) privare: *Hisp.* 7) *Codd. coll. o.* 8) aliquo poterit: *Hisp. Ans. ded.* 9) de se: *deest: Ans. ded.* 10) permittenda: *Hisp. Ans. ded.; — finis canonis: Ans. ded.* || can. 2. 11) *Codd. coll. o. pr. A* 12) *hab. ao.* 546. *ap. Bruns* II, 22.; *Ans. ded.* IV, 121.; *Burch.* XIX, 74. (73.); *Ivo Decr.* XV, 87.; *Coll. tr. P.* II, 34, 5.; *Coll. tredec. P.* IX, 196.; — *Raban. poenit. c.* 10. 13) Dei: *deest: A Raban.* 14) serviunt: *Ivo Coll. tr. P.* 15) in: *deest: orig. Hisp. Ans. ded. Burch. Ivo — Raban.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) maneant: *CDFGH* 18) episcopi: *Raban.* 19) si: *ib.* 20) retineant non: *ib.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Rab. Coll. tr. P.* 22) emersi: *Ans. ded. Burch.;* immersi fuerint: *Ivo* 23) non: *deest: orig. Hisp.* || can. 3. 24) *hab. ao.* 655. *ap. Bruns* I, 295. — *Ivo Decr.* VI, 425.; *Coll. tr. P.* II, 40, 4. 25) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugd.* I. (innocentia); — incontinentiam: *orig. Hisp.* 26) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.;* firmari: *Ivo* 27) correptio: *Ivo Coll. tr. P.* 28) inferretur: *BDEH Edd. coll. o.;* infertur: *G;* feriretur: *Ivo* 29) *ABDEFGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. — actoribus: *orig. Hisp. Ivo;* auctoribus: *Coll. tr. P.* 30) *Codd. coll. o. Ivo* 31) progenie: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 32) *add.:* si: *EGH* 33) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Ivo Coll. tr, P.* 34) auctoritate vel censura: *EGH* 35) tali: *orig. Hisp.;* ab hac: *Ivo;* alienata (nata: *deest*): *Coll. tr. P.* 36) *add.:* parentum: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 37) usquam accipient: *Ivo* 38) *ABC Edd. coll. o. pr. Ven.* I. II. *Lugd.* I. — *orig. Hisp.* || can. 4. 39) *c.* 9. *et* 10. *conc. Neocaes. ex interpret. Mart. Brac.* (*c.* 25.) *ap. Bruns* II, 49.; *Burch.* II, 48. (ex C. Cabilon.); *Ivo Decr.* VI, 149.; *Ivo Pan.* III, 150.; *Coll. tr. P.* II, 47, 25. 40) *Codd. et Edd. coll. o.* 41) quia: *orig. Hisp.* 42) erravit: *ib.;* erraverit: *Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* erraverat: *Ivo Pan.* 43) tamen: *CEGH Ivo Pan.;* tamen tantum: *Ivo Decr.* 44) fuerit: *deest: Burch. Ivo Decr.* 45) ad: *orig. Hisp.* 46) hab. potestatem: *ib. Coll. tr. P.* 47) et: *deest: Ivo Pan.* 48) ipse confessus fuerit: *orig. Hisp. Burch. Ivo Decr. Pan.* 49) subdiaconatus accipiat: *orig. Hisp.;* retineat: *Burch. Ivo Decr.;* teneat: *Ivo Pan.* || can. 5. 50) *Ep. scr. ao.* 866. *ap. Mansi* XV, 25.; — *Jaffé no.* 2123. — *Ivo Decr.* II, 83.; *Ivo Pan.* V, 13.; *Coll. tr. P.* I, 62, 61. — *cf. c.* 7. *X. de cohab. cler. et mul.* 51) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* comprehensus est: *orig. Ivo Decr.;* sive compreh. est.: *Coll. tr. P.* 52) hac: *Coll. tr. P.* 53) fuerit: *ABC* 54) recipere: *Edd. coll. o.* 55) *add.:* remedia: *orig.* 56) *Codd. et Edd. coll. o.* 57) *ib.* 58) *ib. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 59) quousque: *EGH* 60) reprobatur: *Ivo Decr.* 61) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 62) cetera: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. 63) subministrat: *Ivo Decr.* 64) igitur: *orig. Ivo Pan.* 65) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 66) ministeria: *AB Corr.* 67) *ABCDF orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 68) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig.* (Christ.: *deest*); *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 69) et: *deest: Ivo Pan.* 70) *add.:* meritum: *Ivo Decr. Pan.* 71) *ABCD orig. Coll. tr. P.; — finis canonis: Ivo Pan.* 72) *Codd. et Edd. coll. o.* 73) *ABC orig. Coll. tr. P.* 74) *B orig.* 75) *ACDF Ivo Decr. Coll. tr. P.* 76) est: *deest: GH* 77) *Eccl. c.* 11. *v.* 7.

ne iudicaueris quemquam," atque ante probationem accusationis illatae neminem a communione tua suspendas, quia non statim qui accusatur reus est, sed qui conuincitur criminosus.

CAUSA XVI.

GRATIANUS.

Quidam abbas habebat parrochitanam[1a] ecclesiam; instituit ibi monachum, ut offitium celebraret populo; possedit eam per quadraginta[2] annos sine aliqua interpellatione; tandem querela aduersus abbatem mouetur a clericis baptismalis ecclesiae, in cuius diocesi parrochitana[3b] ecclesia illa consistebat. (Qu. I.) *Hic primum queritur, utrum monachis liceat offitia populis celebrare, penitenciam dare et baptizare?* (Qu. II.) *Secundo, si contigerit eos capellas[4] habere episcopali beneficio, an ab eis sint instituendae, an ab episcopis?* (Qu. III.) *Tertio, an iura ecclesiarum prescriptione tollantur?* (Qu. IV.) *Quarto, si ecclesia aduersus ecclesiam prescribat, an etiam monasterium aduersus ecclesiam prescribere possit?* (Qu. V.) *Quinto, si capellam in suo territorio edificatam iure territorii sibi uendicare ualeat?* (Qu. VI.) *Sexto, si archipresbiter uel episcopus sua auctoritate, non iudiciaria sententia capellam illam inrepserit, an cadat a causa, ut ecclesia, cui presidet, non ultra habeat ius reposcendi quod suus pastor illicite usurpauit?* (Qu. VII.) *Septimo queritur, si laici capellam illam[5] tenebant (ut quibusdam moris est) et in manibus abbatis eam refutauerint[6], et ordinandam tradiderint[7], an consensu episcopi et clericorum abbas possit eam tenere?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod monachi offitia populis celebrare non possint, multis auctoritatibus probatur, quarum prima est illa sanctae Nicenae Sinodi, qua dicitur[8*]:*

C. I. *Monachorum conuersatio ab omnibus debet esse discreta.*

Placuit omnibus residentibus in sancta Nicena sinodo, ut monachorum conuersatio et uita secundum ethimologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim grece, latine singularis[9a], unde monachum per omnia singulariter agere[10] oportet. Quamobrem firmiter et insolubiliter[11] omnes precipimus, ut aliquis monachus penitenciam nemini tribuat, nisi[12b] inuicem, ut iustum est; mortuum non sepeliat, nisi monachum in monasterio secum conmorantem[13], uel si fortuitu[14c] quemquam aduenientium fratrum ibi mori[15] contigerit.

C. II. *Monasterii districtionem et ecclesiasticum ministerium quilibet simul tenere non potest.*

Item Gregorius Iohanni, Rauennati archiepiscopo, [lib. IV. epist. 1.][16a]

Nemo potest[17b] ecclesiasticis obsequiis deseruire, et in monachica[18] regula ordinate persistere, ut ipse monasterii districtionem teneat, qui cottidie in monasterio[19c] ecclesiastico cogitur permanere.

C. III. *Monachi, qui ad clericatum promouentur, a priori proposito discedere non debent.*

Item Innocentius [ad Victricium, ep. II. c. 10.][20]

De monachis, qui diu morantes[21] in monasteriis si postea ad clericatus ordines[22a] peruenerint, statuimus[23], non debere eos a priori proposito discedere[24].

Gratian. *Si ergo, sicut Innocentius diffinit, a suo proposito eis discedere non licet, et, sicut Gregorius testatur, in monastica regula deuote persistere et ecclesiasticis obsequiis simul deseruire non possunt: patet, quod parrochitanis[25b] ecclesiis monachi prefici non possunt.*

C. IV. *Monachus non habet docentis offitium sed plangentis.*

Item Ieronimus ad Riparium et Desiderium[26a].

Monachus non doctoris[27b], sed plangentis habet offitium, qui uel se, uel mundum lugeat, et Domini pauidus prestoletur aduentum.

C. V. *In populari frequentia monachi esse non debent[28].*

Idem ad Paulinum [de institutione monachi, epist. XIII.][29]

Si cupis esse quod diceris, monachus, id est solus, quid facis in urbibus, que utique non sunt solorum habitacula, sed multorum? *Et infra:* §. 1.[30] Habeto simplicitatem columbae, ne cuiquam machineris dolos, et serpentis astutiam, ne aliorum subplanteris insidiis. Non multum distat in uicio uel decipere posse uel decipi[31]. Christianum, quem senseris tibi aut semper aut crebro de nummis loquentem, excepta elemosina, que indifferenter omnibus patet, institorem potius habeto quam monachum. Preter[32] uictum, et uestitum[33], et manifestas necessitates nichil cuiquam tribuas, ne[34] filiorum panes[35a] canes comedant.

C. VI. *Monachus pascitur, clerici pascunt.*

Idem ad Eliodorum episcopum[36a].

Alia[37] causa est monachi[38b], alia clerici[39c]. Clerici oues pascunt: ego pascor; illi de altari[40d] uiuunt: michi securis quasi ad radicem infructuosae arboris[41e] ponitur, si munus ad altare non defero. §. 1.[42f] Michi sedere ante presbiterum non licet. Illi, si peccauero, licet me tradere satanae in interitum carnis, ut spiritus sit saluus in[43] die Domini[44g].

C. VII. *Non licet aliquid monachis agere sine presbiterorum consilio.*

Idem ad Rusticum[45].*

Ecclesia habet[46] senatum cetum presbiterorum, sine quorum consilio nichil monachis agere licet. Roboam[47] filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia audire noluit presbiteros suos. Senatum quoque Romani[48] habebant,

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. a) parochialem b) parochiana — Quest. I. c. 1. a) sing. dicitur b) nisi sibi c) fortuito — c. 2. a) episcopo b) potest et c) ministerio — c. 3. a) ordinem b) parochianis — c. 4. a) Riparium Presbyterum adversus Vigilantium b) docentis — c. 5. a) panem — c. 6. a) Heliodorum de laude vitae solitariae epist. I. b) monachorum c) clericorum d) altario e) arbori f) Et infra: §. 1. g) Domini Iesu

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XVI. Quest. I. C. I. * Caput hoc neque in prima Nicaena synodo, neque in secunda hodie habetur. Est autem aliquid simile in canonibus Nicaenis versis ex Arabico, can. 76. [hoc non satis verum esse nobiscum iudicabit quisquis cit. canonem inspexerit.]

C. VII. * Apud B. Hieronymum in commentariis ad c. 3. [et c. 2.] Esaiae, unde hoc caput videtur acceptum, haec leguntur: *Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros. Et paulo inferius: Senatus quoque consulta dicuntur, et principes quondam Romani consules appellati sunt, vel a consulendo civibus, vel ab agendo* [*a regendo:* Ed. Migne] *cuncta consilio. Et nos habemus in ecclesia senatum nostrum, coetum presbyterorum.*

Causa XVI. 1) *BCDF;* parrochianam: *AEGH* 2) LX: *AC; add.:* vel LX: *EG* 3) *Codd. coll. o.* 4) capellam: *ABF* 5) suam tenent: *EGH* 6) refutaverunt: *AH* 7) tradiderunt: *AEH*

Causa XVI. Quest. I. 8) *Caput omnino incertum; — Ans.* VI, 214. (*can.:* liberi sunt monachi; *omissa inscr.*); *Polyc.* IV, 34, (35,) 21. (*omissa inscr.*) 9) *Codd. coll. o. pr. AC* 10) vivere et sing. agere: *Ans. Pol.* 11) indissolubiliter: *Edd. coll. o.* 12) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 13) morantem: *EGH* 14) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 15) morientium (contig.: *deest*) *Ans. Polyc.* || can. 2. 16) *Codd. coll. o.;* Greg. Papa: *EGH: — Ep.* 1. *scr. ao.* 594. *lib.* V. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 952. — *Ans.* V, 65. (*can.:* devenerit ad me; *cont.*); *Ivo Decr.* III, 18. (*can. contin.*) 17) *Codd. et Edd. coll. o.;* pot. etenim: *Ans. Ivo* 18) monastica: *F Edd. coll. o.;* monachali: *B* 19) *AF Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *orig.;* obsequio: *Corr.* || can. 3. 20) *add.:* Papa: *EGH; — scr. ao.* 401. — *Jaffé no.* 85. — *Polyc.* IV, 34, (35,) 30. (*can. cont.*); *Coll. tredec. P.* III, 144.; — *Ans.* V, 67. *a Corr. et R. citatur, sed in Cod. coll. canonem non invenimus.* — 21) morantur: *EGH* 22) *Codd. coll. o.* 23) stat.: *deest: orig. Polyc.* 24) deviare: *orig.* 25) *Codd. coll. o. pr. A* || can. 4. 26) *Codd. coll. o. — scr. ao.* 408.; *in Ed. Migne hanc ep. non invenimus. — Ans. in fine lib.* VII. (Hier. in ep. adv. Vigilantium); *Ivo Decr.* VII, 3. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* III, 176. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* III, 11, (12,) 2. (*can. cont.*); *Polyc.* IV, 34, (35,) 13. (*can. cont.*); *Caes.* IX, 7. 27) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Corr. orig. Collatt. citt. o.* || can. 5. 28) possunt: *ABDF* 29) item: *ACD; — Ep.* 58. *no.* 5. *Ed. Migne. — scr. ao.* 394. — *Ivo Decr.* VII, 2.; *Ivo Pan.* III, 175.; *Coll. tr. P.* III, 11, (12,) 1. 30) *ib. no.* 6. 31) dec. Christianum . . . Quem: *orig.* 32) *Deusded.* III, 133. 33) vestimentum: *Ivo Decr.* 34) nec: *Ivo Decr.* 35) *ABC Deusded.* || can. 6. 36) *Codd. coll. o.: — Ep.* 14. *no.* 8. *Ed. Migne — scr. ao.* 372. — *Ans.* VII, 123. (135. *can. contin.*); *Caes.* VIII, 38. 37) sed et alia: *Ans.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 39) *Codd. et Edd. coll. o.* 40) *ABCDF* 41) *Codd. et Edd. coll. o.* 42) *Codd. coll. o.* 43) in . . . Dom.: *deest: orig.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* || can. 7. 45) *in comment. ad c.* 3. *Esaiae no.* 49. *Ed. Migne.* — 46) habeat: *AB* 47) *Deusdedit* II, 118. (*can. cont.*); — III. *Reg. c.* 14. 48) *add.:* consules: *Deusd.*

quorum[49a] consilio cuncta agebant, et nos habemus senatum nostrum cetum presbiterorum.

C. VIII. *Secundum ethimologiam nominis monachus solitariam uitam ducat.*

Item Eugenius Papa[50*].

Placuit communi nostro concilio, ut nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio[51] exire nefandissimo ausu presumat, neque penitenciam dare, neque filium de baptismo accipere, neque baptizare, neque infirmum uisitare, neque mortuum sepelire, neque ad ecclesiam transire secularem, neque[52a] qualibuscumque[53] negociis sese inplicare; sit[54] claustro suo contentus, quia sicut piscis sine aqua caret uita, ita[55] sine monasterio monachus. Sedeat itaque[56] solitarius, et[57] taceat, quia mundo mortuus est, Deo autem uiuit[58]. §. 1. Agnoscat nomen suum, *μόνος* enim[59] grece, latine[60b] unus: *ἄχος*[61] grece, latine tristis[62c]. Unde[63d] dicitur monachus, id est unus tristis. Sedeat igitur[64e] tristis, et offitio suo uacet.

C. IX. *Absque episcoporum consensu episcopalia iura monachi non usurpent.*

Item Pascalis II. Victori, Bononiensi Episcopo[65].

Peruenit ad nos, unde ualde miramur, quod quidam monachi et abbates in parrochia uestra contra sanctorum patrum decreta episcopalia iura et offitia sibi arroganter uendicant uidelicet penitenciam, remissionem peccatorum, reconciliationem[66], decimas, et ecclesias, cum absque proprii episcopi licentia uel apostolicae sedis auctoritate hoc nullatenus presumere debeant, sicut in Calcedonensi concilio a sanctis Patribus de huiusmodi cautum est et sub anathematis uinculo monachis omnibus prohibitum. Mandamus itaque dilectioni tuae, ut eos conuenias, et ne talia deinceps presumant omnino prohibeas.

C. X. *De eodem.*

Item Calixtus Papa [II.][67]

Interdicimus etiam abbatibus et monachis publicas penitencias dare, infirmos uisitare, et unctiones facere, et publicas missas cantare. Crisma et[68] oleum, consecrationes altarium, ordinationes[69] clericorum ab episcopis accipiant, in quorum parrochiis manent.

C. XI. *Monachi intra claustra*[70] *morantes clericorum offitia exterius non administrent*[71a].

Item Alexander II.[72]

Iuxta Calcedonensis tenorem optimi concilii[73] monachis quamuis religiosis ad normam S.[74] Benedicti intra claustrum[75] morari precipimus; uicos, castella, ciuitates peragrare prohibemus, a[76b] populorum predicatione omnino cessare censuimus, nisi forte quis, de suae animae salute sollicitus, ut eorum habitum assumat eos intra claustrum consulere uoluerit.

C. XII. *Monachi, qui sunt in ciuitatibus, episcopo debent esse subiecti.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 4.][77]

Qui uere et[78a] pure solitariam eligunt uitam digni sunt conuenienti honore*. §. 1.[79b] Eos uero, qui per singulas ciuitates seu possessiones in monasteriis[80] sunt, placet nobis[81] episcopo[82] subiectos esse, et quieti[83] operam dare, atque obseruare ieiunia et orationes, in locis, in quibus semel se Deo deuouerint[84c], permanentes, et neque communicare** ecclesiasticas[85], neque[86] seculares[87] aliquas attrectare[88] actiones, relinquentes propria monasteria, nisi forte iubeantur propter urgentes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo. Et neminem seruorum suscipi in monasterium, ut sit cum eis monachus, nisi cum domini proprii licentia[89]. Pretereuntem[90] uero hec decreuimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. §. 2. Conuenit uero ciuitatis episcopo curam et[91d] sollicitudinem necessariam monasteriis exhibere.

Gratian. *His ita respondetur: Auctoritas illa Nicenae sinodi prohibet monachos de monasteriis exire, et per capellas sepulturas mortuorum celebrare, confluere uidelicet more clericorum ad cuiuslibet exequias celebrandas. Ceterum si apud monasterium aliquis semetipsum tumulari uoluerit, non est prohibendus.*

Unde Gregorius scribit Iohanni, Episcopo de urbe ueteri, [lib. I. epist. 12.][92]:

C. XIII. *Missae celebrari, et mortui sepeliri in monasterio non prohibeantur*[93a].

Agapitus abbas monasterii S. Georgii[94b] insinuauit nobis, plurima se a uestra sanctitate grauamina sustinere, quod in eodem monasterio missas prohibeas[95] celebrari, mortuos etiam[96c] interdicas sepeliri. A qua[97] inhumanitate uos hortamur suspendi, et sepeliri ibidem mortuos, missas[98] celebrari, nulla ulterius habita contradictione permittas.

C. XIV. *Non sunt cassandae piae uoluntates defunctorum.*

Idem Caralitano Episc. Venerio, [lib. III. ep. 9.][99a]

Ammonere[100] te uolumus, ne piae[101b] defunctorum uoluntates tua (quod absit) remissione cassentur.

C. XV. *Testatoris arbitrium seruari oportet.*

Item Gelasius[102a].

Consideratio ecclesiasticae utilitatis hoc postulat, ex iusta[103] dispensatione[104b*] testatoris seruandum arbitrium[105].

[C. XVI.][106a]

Item ex Concilio Triburiensi, [c. 15.][107*]

Ubicumque facultas rerum et oportunitas temporum

EDITIO ROMANA.

Causa VII. Quest. I. c. 7. a) cuius — c. 8. a) neque aliis b) latine est c) tristis sonat d) Inde e) ergo — c. 11. a) ministrent b) et a — c. 12. a) vere pureque b) Et infra: §. 1. c) devoverunt d) solicitudinemque — c. 13. a) prohibentur b) Gregorii c) etiam ibidem — c. 14. a) Ianuario Caralitano — c. 15. a) Gelasius Papa b) dispositione* c. 16. a) C. XVI. De eodem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * Anselmus etiam citat ex decretis Eugenii, et ex eodem habetur in vetusto Decretorum libro.

C. XII. * Honore: Sequitur continenter c. *Quidam monachorum.* infra, 18. q. 2., quod est ex eadem prisca versione, atque caput hoc.

** Et neque communicare: Graece est: *μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς, μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασιν, ἢ ἐπικοινωνεῖν*; id est: *neque ecclesiastica, neque saecularia negotia turbare, vel iis se immiscere.*

C. XV. * Dispositione: In vetustis exemplaribus legitur: *dispensatione.*

C. XVI. * In aliquot vetustis codicibus caput hoc coniunctum est superiori.

Causa XVI. Quest. I. can. 7. 49) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Deusd.* || can. 8. 50) *Caput incertum; — Ans.* VI, 213. (210. *can. contin.*) 51) *add.:* suo: *Ans.* 52) *Codd. coll. o. Ans.* 53) *add.:* secularibus: *Ans.* 54) *add.:* namque: *ib.* 55) sic: *ib.* 56) igitur: *ib.* 57) ac: *ib.* 58) vivus: *ib.* 59) en.: *deest: ib.* 60) *Codd. coll. o. pr. B* (grece id est unus); lat. dicitur: *Ans.* 61) *add.:* enim: *EGH* 62) *Codd. coll. o. pr. D* (trist. interpretatur); — *Ed. Bas.;* trist. est: *Edd. rell.;* trist. dicitur: *Ans.* 63) *ACDFH* 64) *Codd. coll. o.* || can. 9. 65) Pasc. Papa ... Victorino: *EGH; — fragm. Paschalis* II. (1104—18.) — *Jaffé no.* 4874.; *ap. Ans.* V, *c. ult., unde citant Corr., non est repertum.* 66) *add.:* penitentium: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 10. 67) *c.* 18. *Conc. Later.* I. *hab. ao.* 1123. *in Mon. Germ. LL.* II, 2, 183. *qui tamen ap. Grat. multo amplior exstat.* 68) crism., oleum et: *ABEGH* 69) ordines: *CDF Corr. Turrecrem.;* ordini: *H* || can. 11. 70) claustrum: *ABDF;* claustra conmorantes: *C* 71) *ABCDFH* 72) *fragm. ep. scr.* (1061—73) *ad clerum et plebem Florentinum; — Jaffé no.* 3505. — *Ivo Decr.* VII, 151. 73) *add.:* cuius series adnectitur inferius: *Ivo* 74) beati: *EGH* 75) claustra: *Ivo* 76) *Codd. coll. o. Ivo* || can. 12. 77) *hab. ao.* 451. — *versio Hisp.: Ivo Decr.* VII, 1.; *Ivo Pan.* III, 174.; *Coll. tr. P.* II, 10, 4.; *Coll. tredec. P.* IV, 49.; — *versio Dionys.: Ans.* V, 54. (60.) 78) *Codd. coll. o. Hisp. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 79) *Codd. coll. o.* 80) monasterii (in: *deest*): *Ivo Pan.* 81) plac. nob.: *deest: Hisp. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 82) *add.:* suo: *EGH Ed. Bas.* 83) quietos: *Hisp.;* quieti: *Codd. Hisp.* 84) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (noverint); — *Hisp.* 85) ecclesiasticis: *Ivo Decr. Pan.;* communionem ecclesiasticam: *C* 86) atque: *Coll. tr. P.* 87) *add.:* atque: *EGH* 88) attractare: *AB;* tractare: *Ed. Bas.* 89) conscientia: *Hisp. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 90) pretereuntes: *Ed. Bas. Ivo Pan.* 91) *Codd. coll. o.; add.:* debere: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 13. 92) *Greg. Papa: EGH; — Ep.* 12. *scr. ao.* 590. *lib.* I. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 714. — 93) *Codd. coll. o.* 94) *CDFG Ed. Arg. orig.* 95) prohibeatis . . . interdicatis: *orig.* 96) *Codd. et Edd. coll. o.* 97) tali: *orig.* 98) et miss.: *EGH;* vel miss.: *orig.* || can. 14. 99) *Codd. coll. o.; — imo Ep.* 9. *scr. ao.* 593. *lib.* IV. *Ed. Maur. — ad Ianuarium Ep. Caral. — Jaffé no.* 914. — 100) imminere: *orig.* 101) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* || can. 15. 102) *ABCDF; fragm. ep. incerto tempore* (492—96.) *scr. — ap. Thiel p.* 500. — *Jaffé no.* 440. — *Coll. tr. P.* I, 46, 45. 103) iusta: *deest: orig., sed exstat in varietate lectionis.* 104) *ABCDFH Ed. Bas. Codd. origin. Coll. tr. P.* 105) *add.:* esse: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 16. 106) *Codd. coll. o. pr. C* (*repetitur rubrica c.* 17, *infra*); — 107) *hab. ao.* 895, *ap. Hartzheim* II, 396. — *cf. c.* 6. *Qu.* 2. *C.* XIII,

suppetit[108], etc. *sicut in eodem capite*[109] *supra legitur in causa eorum, qui de diocesi ad diocesim transierunt.*

Gratian. *Ecce his auctoritatibus patet, quod, si quis apud monasterium sepulturam sibi eligere uoluerit, libere a monachis potest sepeliri. Unde liquido colligitur, prohibitionem illam Nicenae sinodi propter inprobitatem circumuagantium factam esse.*

Unde in Calcedonensi Concilio [c. 23.] *dicitur*[110a]:

C. XVII. *Monachi, qui sine licentia episcopi uagantur, ad propria loca redire cogantur.*

Quidam monachi nichil habentes sibi iniunctum a proprio episcopo, interdum uero etiam illi, qui ab eo fuerant[111] excommunicati, ueniunt[112] ad[113b] ciuitatem Constantinopolitanam, et in ea[114] perturbationes tranquillitati ecclesiasticae inferunt[115], et diuersorum domos corrumpunt. Statuit igitur[116] hec[117c] sancta sinodus, hos[118] primum conmoneri*, ut exeant de[119d] regia ciuitate; demum eos inuitos deici, ac[120e] per defensorem conpelli, ut ad sua loca perueniant[121f].

C. XVIII. *Monachi circumuagantes per defensorem*[122a] *sunt conpellendi.*

Item Pelagius[123] *Papa Paulino Solitario*[124].

Probinum Sabariae[125b], et Milianum[126], atque Probianum[127c], uel alios pseudomonachos Iohanni defensori precipimus ut eos debeat detinere[128], quatinus, si quam desiderant suae contentionis rationem cognoscere, ad nos ut informentur debeant exhiberi. Certe si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi, in Reatina (sicut petisti) insula ut exulentur[129d], predicto defensori duximus iniungendum.

C. XIX. *Nullus monachus preter Domini sacerdotes audeat predicare.*

Item Leo Papa [ad Theodoritum, Episcopum Cypri, epist. LXI. al. LXIII.][130]

Adicimus[131] illud etiam[132], quod nobis propter inprobitatem quorumdam monachorum religionis[133] uestrae uerbo[134] mandastis[135] per uicarios nostros[136], hoc[137a] specialiter statuentes, ut preter Domini sacerdotes nullus audeat predicare, siue[138] monachus siue laicus ille sit[139], qui cuiuslibet scientiae nomine glorietur.

Gratian. *Ecce in hoc capitulo*[140b] *et uicium est expressum, et generali constitutione euacuatum. Quod uero penitenciam dare prohibentur, inde est, quod*[141c] *nulli sacerdotum licet parrochianum*[142] *alterius ligare uel soluere. Monachi autem, et si in dedicatione sui presbiteratus (sicut et ceteri sacerdotes) predicandi, baptizandi, penitenciam dandi, peccata remittendi, beneficiis ecclesiasticis perfruendi rite potestatem accipiant, ut amplius et perfectius agant ea, que sacerdotalis offitii esse sanctorum Patrum constitutionibus conprobantur: tamen executionem suae potestatis non habent, nisi a populo fuerint electi, et ab episcopo cum consensu abbatis ordinati. Ecclesiasticas uero atque seculares actiones attractare prohibentur, ut non presumant sibi patrocinia causarum, nisi ab episcopo conmoniti fuerint, nec secularibus causis occupentur, ut resideant cognitores dirimendarum litium.*

Unde Pelagius scribit Antoninae Patriciae, et Deciae[143]:

C. XX. *Monachus defensor fieri non debet.*

De presentium portitore, quod defensor factus non est, nulla uobis[144] animi molestia sit, quia satis ualde[145a] amarissimum habeo de isto proposito ad illud[146] offitium homines deduci, in quo nullo modo que a monachis Deo promissa sunt ualeant adinpleri. Omnimoda enim est illius habitus et istius offitii diuersitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum: at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, et quecumque uel ecclesiastica instituta, uel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, ut tales sint hii[147], qui uel a nobis[148] in isto habitu nutriuntur, uel in monasteriis crescunt, ut prouecta etate et probata uita non ad litigiorum[149] offitia, sed ad sacerdotium ualeant promoueri.

Gratian. *Gelasius tamem (sicut in tractatu de promotionibus clericorum inuenitur, in capitulo illo*[150]: „*Monachus nouicius, etc.*" *permittit illos ex dispensatione defensores fieri.*

II. Pars. *Quod uero sacerdotalium offitiorum potestatem habeant, testatur Ambrosius, dicens*[151]*:

C. XXI. *Clericorum offitia celebrare monachi presbiteri non prohibeantur.*

Doctos ac[152] probos monachos, presbiterii honore dedicatos, predicare, baptizare, penitenciam dare, debita miseris relaxare[153a], decimarum[154b], primiciarum, oblationum uiuorum et mortuorum portione iusta perfrui debere, moderata dispensatione conmendamus, ut, iuxta Apostolum[155] de altario, cui seruiunt, uiuentes, per obsequium dominicae plebis panem et uinum inmaculata benedictione transforment in corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi.

C. XXII. *Beneficiis ecclesiasticis monachus libere perfruatur presbiter.*

Item Innocentius Papa[156].

Si monachus ad clericatum promoueatur, beneficia ei pleniter, et annonae, et decimae donentur absque ulla minoratione et dilatione, ut, quanto[157] melius possit iuxta pos-

EDITIO ROMANA.

Causa III. Quest. I. c. 17. a) legitur b) ad regiam c) hec: *deest* d) a e) ac inde f) redeant — c. 18. a) defensores b) Phariae* c) Probinianum d) exsulent — c. 19. a) et hoc b) capite c) quia — c. 20. a) vere — c. 21. a) laxare b) et decimar.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Commoneri: In hac potissimum postrema parte videtur de industria versio prisca in epitomen redacta. Integer canon sic habet: *Ἦλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γενόμενοι παρ᾽ αὐτοῦ, καταλαμβάνοντες τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, ταραχὰς ἐμποιοῦντες, καὶ θορυβοῦντες, καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν. ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τῆς βασιλευούσης πόλεως, εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους. Pervenit ad aures sanctae synodi, nonnullos clericos et monachos, quibus nihil a proprio episcopo commissum est, quibusque interdum etiam ab eo communione est interdictum, ad regiam Constantinopolim se conferentes, diu in ea morari, tumultus excitantes, et statum ecclesiasticum perturbantes, ac domos nonnullorum subvertere. Statuit igitur sancta synodus, huiusmodi homines primum quidem per defensorem sanctissimae Constantinopolitanae ecclesiae admoneri, ut ex regia civitate exeant; deinde vero, si impudenter agentes iisdem negotiis haerere perseveraverint, ipsos etiam invitos per eundem defensorem eiici, et ad propria reverti loca.*

C. XVIII. * Phariae: Sic est emendatum ex Anselmo et Polycarpo, quum antea legeretur: *Samariae.* Est autem Pharia civitas Dalmatiae.

C. XXI. * Apud B. Ambrosium nihil tale est inventum, et videtur auctoris alicuius longe recentioris.

Causa XVI. Quest. I. can. 16. 108) suppetat: *orig.* 109) capitulo: *CEGH* || can. 17. 110) *Codd. coll. o. — hab. ao. 451. — versio Hisp.* 111) fuerint: *Hisp.* 112) veniant: *ib.* 113) *Codd. et Edd. coll. o.* 114) *add.:* multis temporibus consistentes: *Hisp.* 115) inferant . . . corrumpant: *ib.* 116) ergo: *EGH* 117) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 118) hos quidem primum commonere per defensorem Const. ecclesiae, ut etc. Si autem in eodem proposito improbe perduraverint, etiam invitos eos eiici per eundem def., ut ad sua loca perveniant: *Hisp.* 119) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 120) *ib.* 121) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* || can. 18. 122) *Codd. coll. o.* 123) *fragm. Ep. incerti temporis* (555—60). — *Jaffé no.* 677. — *Ans.* VII, 193, (196.); *Polyc.* IV, 34, (35,) 40. (*Gelasius in ep. 9. lib. X.*); *Caes.* IX, 28. 124) solaterio: *A;* solantio: *D;* soletano: *Ed. Bas.;* solatario: *Ed. Arg.;* solatino: *Ans. Polyc.* 125) *BDEGH Ed. Bas.;* Salariae: *C;* Samariae: *A;* Sariae: *Ans. Polyc.* — „*haec civitas in Pannonia superiori sita et Araboni flumini vicina est, ac aeque commode intelligi potest, ac Pharia, Illyrici insula, substituta a Corr. Rom. Sed quod de Reatina insula additur, (fortasse Rythymna: Corr.) apertum mendum est, cum Reate civitas Italiae sit, ad lacum Velinum sita*" *Ita Böhm.* — 126) Iulianum: *ABD* 127) *Codd. coll. o. Corr. Ans. Polyc.;* Probanum: *Ed. Bas.* 128) obtinere: *Polyc.* 129) *BCDEFG Ans. Polyc.* || can. 19. 130) *Ep.* 120. *scr. ao.* 453. *Ed. Baller.* — *Jaffé no.* 274. — *Burch.* II, 158. (*can.:* de his vere quae in saepe dicto); *Ans. in fine lib.* VII. 131) adiicientes: *orig. Burch.;* adiecimus: *A* 132) et: *orig. Burch. Ans.* 133) regionis: *orig. Ans.* 134) verbis: *Edd. coll o.* 135) mandasti: *orig.* 136) vestros: *ABF Edd. coll. o. pr. Bas.* 137) *Codd. et Edd. coll. o.* 138) seu: *orig. Burch. Ans.* 139) sit: *deest: Burch.* 140) *Codd. coll. o.* 141) *BCEGH* 142) parochitanum: *BC* || can. 20. 143) Pelag. Papa: *EGH* — *fragm. Ep. Pelagii* II. (578—90.) — *Jaffé no.* 695. — *Ivo Decr.* VII, 23.; *Coll. tr. P.* 1, 51, 6. 144) vob.: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 145) *Codd. et Edd. coll. o.* 146) aliud: *BC Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 147) hii: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 148) vobis: *Coll. tr. P.* 149) aliorum: *B;* litigiosorum: *C* 150) *c. ult. Dist.* LXXVII. || can. 21. 151) *Caput incertum.* — 152) aut: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 153) *ABEFG Edd. coll. o.* 154) *Codd. et Edd. coll. o.* 155) I. *Cor. c.* 9. || can. 22. 156) *Caput incertum, fortassis Innocentii* II. (1130—43); — *Caes.* VII, 53. 157) in quanto: *EGH*

sibilitatem[158 a] quando necessitas extiterit, ad opera ecclesiastica et ipsam restaurandam ecclesiam adiutorium faciat.

C. XXIII. *De eodem.*

Item Gregorius[159].

Moderamine apostolicae auctoritatis[160] decernimus, ut monachi, si presbiterii honore dedicati sunt, cum ligandi soluendique potestate decimarum, primiciarum, oblationum, donationum, que fiunt pro uiuis et defunctis[161 a], portionem iusto canone[162 b] ad suam proximorumque utilitatem merito perfectioris iustitiae non minus quam ceteri sacerdotes laudabiliter sibi uendicent.

C. XXIV. *Clericorum offitia monachi presbiteri libere administrent.*

Idem[163].

Ex auctoritate huius decreti (quod apostolico moderamine et pietatis offitio a nobis est constitutum) sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus liceat predicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, penitenciam inponere, atque peccata soluere.

C. XXV. *Monachi presbiterii*[164] *honore decorati*[165] *potestatem habent ligandi et soluendi.*

Item ex decreto Bonifatii Papae[166]*.

Sunt[167] nonnulli nullo dogmate fulti, audacissime[168] quidem, zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammati, asserentes[169] monachos, quia mundo mortui sunt et Deo uiuunt, sacerdotalis offitii[170] potentia indignos, neque penitenciam[171], neque Christianitatem largiri, neque absoluere posse per sacerdotalis offitii diuinitus sibi[172] iniunctam potestatem[173]. Sed omnino labuntur[174]. §. 1.[175 a] Neque enim B.[176] Benedictus, monachorum preceptor almificus[177], huiuscemodi[178 b] rei aliquo modo fuit interdictor, sed eos secularium negociorum edixit expertes fore tantummodo[179]. Quod quidem apostolicis documentis, et omnium sanctorum Patrum institutis non solum monachis, sed[180] etiam canonicis magnopere[181 c] inperatur. „Nemo[182] enim** militans Deo inplicat se negociis secularibus.“ §. 2. Tantorum igitur[183 d] Patrum instituti[184] exemplis (quibus periculosissimum[185] est refragari) credimus a sacerdotibus monachis ligandi soluendique offitium[186] Deo operante digne[187] administrari, si eos digne contigerit hoc ministerio[188] sublimari[189]. §. 3.[190 e] Decertantes igitur monachicae[191 f] professionis presbiteros sacerdotalis potentiae arcere offitio, omnimodo precipimus, ut ab huiuscemodi ausibus[192 g] reprimantur in posterum, quia quanto magis[193 h] quisque est[194] celsior[195] tanto illis erit[196 i] potentior.

Gratian. *His omnibus auctoritatibus perspicue monstratur, monachos posse penitenciam dare, baptizare, et cetera sacerdotalia offitia licite administrare. Quod uero populi electione, episcoporum*[197] *institutione, et abbatis consensu potestatem suam exequi ualeant, Ieronimi, Gelasii*[198] *et*[199] *Gregorii auctoritate probatur.*

Ait enim Ieronimus ad Rusticum Monachum, [epist. IV.][200]:

C. XXVI. *Digne in monasterio uiuens per populi electionem*[201] *ad clericatum poterit promoueri*[202].

Sic[203] uiue in monasterio, ut clericus esse merearis. §. 1.[204 a] Multo tempore* disce que postmodum doceas, et inter bonos semper sectare meliores. Quod si populus uel episcopus te in clericum[205] elegerit, age ea, que clerici sunt.

C. XXVII. *In*[206 a] *ordinem clericatus promoueri monachi possunt.*

Idem ad eundem, [eadem epistola superius][207].

Si clericatus[208 b] titillat desiderium, discas quod possis docere, et rationabilem hostiam offeras Deo[209 c], ne[210] miles ante quam tiro, ne prius magister sis quam discipulus. §. 1. Non est humilitatis meae neque mensurae iudicare de ceteris[211 d], et de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. Habeant illi ordinem suum et gradum, quem si tenueris, quomodo in eo tibi uiuendum sit editus ad Nepocianum liber docere te poterit. §. 2. Nunc monachi cunabula[212 e] moresque discutimus, et eius monachi, qui liberalibus studiis eruditus in adolescentia iugum Christi collo suo inposuit. Primumque tractandum est, utrum solus, an cum aliis in monasterio uiuere debeas. Michi[213 f] placet, ut habeas sanctorum contubernium, nec ipse te doceas, et absque doctore[214] ingrediaris uiam, quam numquam ingressus es.

C. XXVIII. *In loco, quo abbas iudicauerit, monachus eligatur, et ab episcopo sacerdos ordinetur.*

Item Gelasius Papa[215].

Si quis monachus fuerit, qui uenerabilis uitae merito sacerdotio dignus preuideatur[216 a], et abbas, sub cuius inperio regi Christo militat, illum fieri presbiterum petierit, ab ipso[217 b]* debet eligi, et in loco, quo iudicauerit, ordinari, omnia, que ad sacerdotii[218 c] offitium pertinent, uel populi uel episcopi electione prouide ac iuste acturus.

C. XXIX. *Tempore maturitatis ecclesiasticis monachi promoueantur ordinibus.*

Item Siricius Papa [ad Himerium, ep. I. c. 13.][219]

Monachos quoque, quos[220 a] morum grauitas et uitae ac fidei institutio sancta conmendat, clericorum offitiis aggregari et optamus et uolumus[221], ita, ut qui intra tricesimum[222] annum etatis sunt digni in[223] minoribus, per gradus

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 22. a) possibilitatem suam — c. 23. a) pro defunctis b) iuxta canonem — c. 25. a) Et infra: §. 1. b) huius c) maximopere d) Nos vero tantorum e) Et infra: §. 3. f) monasticae g) nefandis ausibus h) magis: *deest* i) tanto est et in his — c. 26. a) Et infra: §. 1. — c. 27. a) Ad b) clericatus te c) Christo d) clericis e) incunabula f) Mihi quidem — c. 28. a) videatur b) episcopo* c) sacerdotis — c. 29. a) quos tamen

NOTATIONES CORRECTORUM.

XXV. * Caput hoc cum nonnullis aliis missum est ex Hispania, descriptum ex vetusto codice Monasterii Populeti, cuius hic est titulus: *Ex concilio Bonifacii Papae, qui quartus a B. Gregorio, quomodo monachis liceat cum sacerdotali officio ubi et ubi ministrare.*

** Nemo enim: Haec scripturae sententia abest a codice Populeti, Polycarpo et Ivone.

C. XXVI. * Multo tempore: Alia est verborum series et clarior apud B. Hieronymum: *Quum ad perfectam,* inquit, *aetatem veneris, si tamen vita comes fuerit, et te vel populus, vel pontifex civitatis in clericum elegerit, agito quae clerici sunt, et inter ipsos sectare meliores.* Et infra [no. 18.]: *Multo tempore disce quod doceas.*

C. XXVIII. * Episcopo: In duobus vetustis codicibus legitur: *ipso.*

Causa XVI. Quest. I. can. 22. 158) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 23. 159) *Caput aeque incertum;* — 160) *add.:* sedis vel: *EGH* 161) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 162) *ib. Ed. Arg. Corr.* || can. 24. 163) *Hoc caput videtur excerptum esse ex c.* 3. (*non ut R. male iudicavit c.* 24. *quod omnino non exstat*) *Conc. Nemaus. hab. ao.* 1096. — *ap. Mansi* XX, 931. — *Jaffé no.* CCL. — || can. 25. 164) presbyteri: *DEFGH* 165) dedicati: *EGH* 166) decretis: *EGH;* ex decr.: *deest: B;* — *Ad Bonifacium* IV. *hoc decretum (quod Gratianeo canoni conforme Holstenius edidit) non pertinere convenit inter VV. DD., et videtur potius et ipsum compositum ad c.* 2. *cit. conc. Nemaus.* — *Jaffé no.* CCLXII. — *Ivo Decr.* VII, 22. (*can.:* non ullo fulti); *Polyc.* IV, 34, (35,) 26. 167) *add.:* tamen: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I.; non ullo (sunt: *deest*): *Ivo* 168) audacissimo: *Edd. Bas. Lugdd.* 169) asserunt: *Ivo* 170) sacerdotali: *Ivo Polyc.;* officio (potent.: *deest*): *Ivo* 171) *add.:* dare: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 172) sibi: *deest: Ivo Polyc.* 173) dignitatem et pot.: *EGH;* gratiam: *Ivo;* sacerdotale officium divinitatis: *Polyc.* 174) vel falluntur vel lab.: *Polyc.* 175) *Codd. coll. o.* 176) B.: *deest: Ivo Polyc.* 177) alm.: *deest: Ivo* 178) *Codd. coll. o. pr. A; Edd. Lugdd.* II. III. *orig. ap. Holsten. Ivo Polyc.;* huiusmodi: *Ed. Bas.* 179) solummodo: *Ivo Polyc.* 180) verum: *ib.* 181) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 182) II. *Tim. c.* 2. *v.* 4. 183) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (ergo); — *orig. cit. Polyc.;* Tantor. ergo: *Ivo* 184) institutis et ex.: *Ivo* 185) periculosum (quib.: *deest*): *ib.* 186) potestatem atque off.: *ib.* 187) haud indigne: *Ivo Polyc.* 188) ad hos ministerium: *Ivo* 189) *finis canonis: Polyc.* 190) *Codd. coll. o.* 191) *ABCDF Ivo* 192) *Codd. coll. o.* 193) *Codd. coll. o. pr. A* 194) est: *deest: Ivo* 195) excelsior: *H Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 196) *Codd. coll. o. pr. CDF;* tanto et illis erit: *CDF Edd. coll. o.;* tanto potentior: *orig. cit.* 197) et episc.: *EGH* 198) et Gel.: *BG* 199) et: *deest: AC* || can. 26. 200) *Ep.* CXXV. *Ed. Migne no.* 17. *scr. ao.* 400. 201) vivens populi electione: *EH* 202) pervenire: *A;* provenire: *C* 203) ita: *orig.* 204) *Codd. coll. o.* 205) clerum: *BDF* || can. 27. 206) *Codd. coll. o.* 207) *ib. no.* 8. — *Ivo Decr.* VII, 4. (*can.:* mihi oppidum carcer) 208) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C, nec tamen ut R. voluit a Corr. est insertum.* 209) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 210) ne sis: *EGH Edd. coll. o.* 211) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 212) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EH* 213) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 214) ductore: *orig.* || can. 28. 215) Papa: *deest: BC;* Idem (Gel. Papa: *deest*): *E; add.:* Bonoso Ep.: *G;* — *Caput apocryphum. cf. Thiel p.* 613. — *Jaffé no.* 434. — *Coll. tredec. P.* X, 137. 216) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. *Turrecrem.* 217) *AF;* episcopo ipso: *EGH Ed. Bas.* 218) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. || can. 29. 219) *scr. ao.* 385. — *Jaffé no.* 65. — *Ivo Decr.* VI, 53.; *Polyc.* II, 31, 51.; *Coll. tredec. P.* III, 139. 220) *Codd. et Edd. coll. o.* 221) *finis canonis: Ivo* 222) triginta annos: *EGH Ed. Bas.* 223) in: *deest: C Polyc.;* in min.: *deest: D;* in moribus: *ABF*

singulos crescentes[224b] tempore[225] promoueantur ordinibus, et sic ad diaconatus uel presbiterii insignia maturae etatis consecratione perueniant, nec[226] saltu[227c] ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, que singulis dignitatibus[228] superius prefiximus, fuerint tempora custodita.

C. XXX. *Ecclesiastica offitia nec auida elatione[229] monachi suscipiant, nec blandiente desidia respuant.*

Item Augustinus ad Eudoxium, [ep. LXXXI.][230]

Vos[231] autem fratres exhortamur[232] in Domino, ut propositum uestrum custodiatis, et usque ad[233] finem[234] perseueretis, ac si qua opera uestra[235a] mater ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis Deo[236], cum mansuetudine portantes eum, qui uos[237] regit, qui[238] dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos[239] uias suas. Nec uestrum ocium ecclesiae necessitatibus preponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare[240] uellent, quomodo nasceremini non inueniretis.

C. XXXI. *Gelasius quendam Rufinum monachum iubet sacerdotem fieri, et in quadam basilica ordinari.*

Item Pelagius Papa Bono Episcopo Sauinati[241].

In parrochia tua, basilica S. Laurentii, que in possessione filii et consiliarii nostri uiri magnifici Theodori fundata est, offitium presbiteri deesse cognouimus. Et quia prefatus filius[242] noster nobis retulit, inuenisse se[243] Rufinum quendam monachum, olim sibi uita[244a] et moribus[245] conprobatum, et hunc postulat ibi[246] presbiterum consecrari (quod subito[247] fieri nos prerogata[248b] obseruantia non adquieuimus), ideoque[249c] dilectio tua his[250d] acceptis sabbato ueniente faciat eum diaconum[251], et, si Deus uoluerit et uixerimus, mediana ebdomada presbiterum faciemus[252], quatinus superueniente pascali festiuitate sacra misteria[253e] in memorata basilica a persona conpetenti ualeant adinpleri.

C. XXXII. *Qui de clerico monachus efficitur proprio episcopo ordinante poterit eligi et consecrari.*

Item Gregorius in Registro[254a]*.

Si quos[255b] a clericatu in monachicam[256c] conuersationem[257] uenire contigerit, si talis uitae monachus fuerit, ut episcopus, cui ante[258d] militauerat, eum dignum sacerdotio preuideat[259], in loco, quo iudicauerit, eligi poterit[260] et ordinari.

C. XXXIII. *Sine testimonio abbatis ad clericatus offitium monachi non eligantur.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 27.][261]

Monachi uagantes ad offitium clericatus (nisi eis[262] testimonium abbas suus dederit), nec in parrochiis, nec in ciuitatibus ordinentur*. §. 1.[263a] Si enim[264] necesse fuerit clericum de monachis[265] ordinari, cum consensu et uoluntate abbatis presumat[266] episcopus.

C. XXXIV. *Cum abbatis uoluntate monachi ordinentur, quos pro utilitate ecclesiae episcopus ordinare uoluerit.*

Item ex Concilio Ylerdensi, [c. 3.][267]

Cum[268] pro utilitate ecclesiae aliquos[269] monachorum in clericatus offitio[270] episcopus probauerit promouendos[271], cum abbatis uoluntate debent[272] ordinari. Ea uero, que in iure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo diocesiana lege ab episcopis contingantur.

C. XXXV. *Sine abbatis* inperio ecclesiastica non presumant celebrare ministeria monachi.*

Item ex Concilio Terraconensi, [c. 11.][273]

Monachi a monasterio foras egredientes ne aliquod[274] ministerium ecclesiasticum presumant agere prohibemus, nisi forte cum abbatis inperio. Similiter, ut nullus eorum, id est monachorum, forensis negocii susceptor uel executor existat, nisi id[275a] quod monasterii exposcit[276] utilitas, abbate sibi nichilominus inperante.

C. XXXVI. *Ad clericatus miliciam non eligantur desertores monasteriorum.*

Item Augustinus ad Aurelium, [ep. LXXVI.][277]

Legi epistolam benignitatis tuae de Donato et fratre eius, et quid responderem diu fluctuaui. Sed tamen etiam atque etiam cogitanti quid sit utile saluti eorum, quibus nutriendis in Christo seruimus, nichil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse uiam[278a] dandam seruis Dei, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Etenim[279b] ipsis[280] facilior[281c] lapsus, et ordini clericorum fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorum ad miliciam[282] clericatus eligantur[283], cum ex[284] his[285d], qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atque meliores in clerum assumere soleamus[286], nisi forte (sicut uulgares dicunt) malus coraula[287] bonus simphoniacus est; ita idem[288e] ipsi[289] uulgares de nobis iocabuntur[290], dicentes: malus monachus bonus clericus est. Nimis dolendum est[291f], si ad tam ruinosam superbiam monachos subrigimus[292g], et tam graui contumelia clericos dignos putamus[293h], in quorum numero sumus, cum etiam aliquando bonus monachus uix bonum clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, et tamen desit instructio necessaria, aut personae regularis integritas[294]. Sed de istis credo[295] arbitrata sit beatitudo tua, quod[296i] nostra uoluntate (ut suis potius conregionalibus utiles essent) de mona-

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 29. b) crescente c) statim saltu — c. 30. a) quam operam vestram — c. 31. a) vita, religione b) prorogata c) ideo d) his litteris e) ministeria — c. 32. a) l. I. Regesti epist. 40.* b) quem c) monasticam d) antea — c. 33. a) Et infra: §. 1. — c. 35. a) id: *deest* — 36. a) istam viam b) Et ipsis enim c) facilis d) eis e) iidem f) est: *deest* g) surrigamus h) putemus i) quod: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXII. * Verba ipsa B. Gregorii haec sunt: *Si quos autem* [add.: *qualibet occasione:* Ed. Maur.] *a clericatu in monachicam conversationem* [*conversionem:* Ed. Maur.] *venire contigerit, non liceat eis ad eandem vel aliam ecclesiam, quarum pridem milites fuerant, sua voluntate denuo remeare, nisi talis vitae monachus fuerit, ut episcopus, cui ante militaverat, sacerdotio dignum praeviderit, ut ab eo debeat eligi, et in loco, quo iudicaverit, ordinari.*

C. XXXIII. * Ordinentur: In concilio ipso sequitur c. fin. infra 20. q. 4.

C. XXXV. * Sine abbatis: Talis est rubrica in plerisque vetustis. Nam in vulgatis erat: *Sine abbatis imperio ad clericatus officium monachi non eligantur.*

Causa XVI. Quest. I. can. 29. 224) *Codd. coll. o. pr. D; — Hisp. Polyc.* 225) temp.: *deest: Hisp.* 226) ut nec: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 227) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Polyc.* 228) dig. ut: *H;* dig. illis: *EG* || can. 30. 229) dilectione: *A;* electione: *H* 230) *Ep.* 48. *no.* 2. *Ed. Maur. scr. c. a.* 398. — *Ivo Decr.* VII, 8. (*can.:* Domino dilecto); *Ivo Pan.* III, 179.; *Coll. tr. P.* III, 11, (12,) 6. (*ut in Ivon. Decr.*) 231) nos: *BD;* hos: *A* 232) hortamur: *Ivo Decr.* 233) in: *orig. Coll. tr. P.* 234) *add.:* vitae: *Edd. Ven.* I. II. *Nor. Lugdd. Par. Ivo Pan.* 235) *Codd. et Edd. coll. o.;* quae opera vestra: *Coll. tr. P.* 236) Domino: *BEGH Ed. Bas.* 237) nos: *AH Edd. coll. o. Ivo Pan.* 238) qui nos: *Ed. Lugd.* I. *Ivo Pan. — cf. Psalm.* XXIV. *v.* 9. 239) docebit mites (qui: *deest*): *Coll. tr. P.* 240) ministrari: *Ivo Pan.* || can. 31. 241) Bonosio (Sav.: *deest*): *EG; — imo Ep. Gelasii* (492—96) *ap. Thiel p.* 454. — *Jaffé no.* 433. — *Ans.* VII, 96. (114. Gelas.); *Polyc.* II, 32, (31,) 21. (Gelas.) 242) *Coll. tr. P.* I, 54, 16. (Pelag.) 243) se: *deest: orig. Ans.* 244) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 245) et in omnibus: *A Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 246) illic: *Coll. tr. P.* 247) ad subitum: *Coll. tr. P. Polyc.* 248) *Codd. coll. o. pr. B* (prerogativa); — *Corr. Polyc.;* prorogante: *Coll. tr. P.* 249) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 250) *Codd. coll. o. pr. CD; — orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 251) subdiaconum: *orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 252) fac: *Ans. Polyc.; — finis canonis: Coll. tr. P.* 253) *ABCDEF orig. Ans. Polyc.* || can. 32. 254) *Codd. coll. o.; — Ep.* 42. *scr. Anthemio ao.* 591. *lib.* I. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 746. — *Caes.* IX, 11. — 255) *Codd. coll. o. pr. E*(quis); — *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *orig.* (*add.:* autem) 256) *Codd. coll. o. orig.* 257) conversionem: *orig.* 258) *Codd. coll. o. orig.* 259) praeviderit: *orig.* 260) debeat: *ib.* || can. 33. 261) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 151.; *Ivo Decr.* III, 157. (*can.:* ut de monachis); *Coll. tr. P.* II, 28, 25. (*ut ap. Iv.*) 262) eis: *deest: Hisp. Ed. Bas.* 263) *Codd. coll. o.* 264) en.: *deest: orig. Hisp.* 265) monacho: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 266) hoc pres.: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 34. 267) *hab. ao.* 546. *ap. Bruns* II, 21.; — *Coll. tr. P.* II, 34, 3. (*can.:* de monachis vero; — *contin.*) 268) ut: *orig. Hisp.* 269) quos: *ib.* (mon.: *deest: ib. Coll. tr. P.*) 270) officium: *ib.* 271) prom.: *deest: ib.* 272) debeant: *ib. Coll. tr. P.* || can. 35. 273) *hab. ao.* 516. *ap. Bruns* II, 17.; *Coll. tr. P.* II, 31, 8. (*can. contin.*) 274) aliquid: *Coll. tr. P.* 275) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 276) poscit: *A;* deposcit: *BFG* || can. 36. 277) Aurelianum: *BCDF;* Aug. Aurelianensi: *A; — Ep.* 60. *scr. ao.* 401. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* VII, 7.; *Ivo Pan.* III, 180.; *Coll. tr. P.* III, 11, (12,) 5. 278) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 279) *Codd. coll. o.* 280) illis: *H Ed. Bas.* 281) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 282) officium: *Coll. tr. P.* 283) eliguntur: *Ivo Decr.* 284) *Ivo Pan.* III, 180. 285) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 286) solemus: *Ivo Pan.* 287) *add.:* i. e. primus videlicet in choro: *ACD; add.:* i. e. cor aulae prim. vid. in ch.: *BF; add.:* pr. scilicet in ch.: *Ed. Bas.* 288) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 289) ipsi: *deest: Ivo Pan.* 290) iocundabuntur: *EGH* 291) *Codd. coll. o.* 292) *ABCDFG Ivo Decr. Coll. tr. P.;* erigimus: *EH Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; suberigimus: *Edd. Arg. Ven.* II. *Par. Ivo Pan.;* subegerimus: *Edd. Ven.* I. *Nor.* 293) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 294) *finis canonis: Ivo Pan.* 295) credo quod: *Ivo Decr.* 296) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.*

sterio recessissent[297k]. Sed falsum est; sponte abierunt, sponte deseruerunt, nobis, quantum potuimus, pro eorum salute renitentibus[298].

III. Pars. Gratian. *His omnibus auctoritatibus monstratur, quod monachi, qui a populo sunt electi, et ab episcopo[299] cum consensu sui abbatis sunt ordinati, legitime potestatem suam exequi ualent. Illud uero Gregorii*[300]: *„Nemo potest ecclesiasticis obsequiis deseruire, etc.“ de illis intelligendum est, qui, in numero cardinalium uel episcoporum ordinati, monasterii sui dispensationem sibi reseruare contendunt.*

Unde idem Gregorius scribit Mariniano[301] *Episcopo Rauennati*, [lib. VI. epist. 40.][302]:

C. XXXVII. *Pro abbatis uel monachi promotione monasteria non*[303a] *grauentur.*

Ne pro[304] cuiuslibet monachi aut abbatis promotione onus aliquod fortasse monasteria sustineant, studendum nobis[305b] est, ut, si quispiam[306c] monachorum ex quocumque monasterio ad clericatus offitium uel ordinem sacrum accesserit, non ibi[307d] aliquam ulterius habeat potestatem[308e].

C. XXXVIII. *Qui ecclesiis quoquomodo militant abbates*[309a] *esse non possunt.*

Idem Maximiano Siracusano Episcopo, [lib. III. epist. 11.][310]

Presbiteros, diaconos, ceterosque cuiuslibet ordinis[311b] qui ecclesiis quoquo modo* militant, abbates per monasteria esse non permittas; sed aut admissa[312]** clericatus milicia monachicis[313c] non[314] promoueantur[315d] ordinibus, aut, si in abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere miliciam. Satis enim incongruum est, si, cum unum ex his pro[316e] sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad utrumque uideatur[317f] ydoneus.

Gratian. *Hoc uel generaliter, uel speciali priuilegio dictum potest intelligi, sicut etiam*[318g] *de quodam monasterio in registro*[319a] *Gregorii*[320] *legitur hoc modo**:

C. XXXIX. *De quodam senodochio, cuius abbas ad episcopatum*[321] *eligi prohibetur.*

Hinc est etiam, quod senodochium seu[322b] monasterium, quod in eodem Francorum regno constitutum est, quia per ambiciones et contenciones quorumdam non canonice tractabatur, a peruersitate malorum liberare cupiens precepit, ut sine regali prouidentia[323c], et monachorum electione nullus ibi abbas aliqua umquam subreptione introduceretur. Precepit etiam, ut eiusdem monasterii abbas numquam ad episcopatum eligeretur, ne forte occasione episcopatus abbatia aliquid detrimenti pateretur. Quod priuilegium ita est illius ecclesiae, ut communem legem regibus uel abbatibus omnino dare non possit. Non enim quod uni singillatim[324d] conceditur statim omnibus conuenit.

Gratian. *Superiori auctoritate non prohibentur abbates sacerdotes fieri, cum B. Benedictus iubeat abbatem fratribus egredientibus et regredientibus benedictionem dare, quod non est nisi sacerdotum. Lectionem quoque euangelii similiter ad legendum abbati tribuit, quam subsequenti oratione legere similiter sacerdotalis offitii est. Sed tales sacerdotes uel diacones fieri prohibet, qui in ecclesiastica milicia cogantur iugiter permanere.* §. 1. *Item illud Ieronimi ad Riparium et Desiderium*[325e]: *„Monachus non doctoris*[326f] *sed plangentis offitium habet,“ et ad Eliodorum: „Alia*[327] *causa est monachi, alia clerici,“ et ad Rusticum: „Sine*[328] *consilio presbiterorum monachis nichil agere licet,“ non ita generaliter intelligendum est, ut nulli monachorum liceat docendi offitium assumere, ne B. Gregorium, aut Augustinum Anglorum episcopum, beatum quoque Martinum, innumeros etiam, quos de monachica conuersatione ad summum sacerdotii gradum scriptura testatur esse promotos, cogamur negare offitium docendi habuisse, aut in die consecrationis suae asseramus eos a proposito priori discessisse, quod (ut Innocentius testatur) nulli facere licet. Voluit ergo Ieronimus distinguere inter personam monachi et clerici, ostendens quid cuique ex proprio offitio conueniat.* §. 2. *Aliud enim conuenit cuique ex eo, quod monachus est: aliud ex eo, quod clericus est*[329]. *Ex eo, quod monachus est, sua et aliorum peccata deflendi habet offitium: ex eo, quod clericus, docendi et pascendi populum.* §. 3. *Monachos autem*[330g] *usque ad tempus Eusebii, Zosimi et Siricii, monachos simpliciter, et non clericos fuisse, ecclesiastica testatur ystoria. Idem etiam Ieronimus*** *refert, monachos Scithiae conuenisse in unum, ut sacerdotem sibi inuenirent, qui eis missarum solempnia celebraret.*

C. XL. *Omnes clerici uel monachi tutelae inmunitatem habere debent.*

Item Leo Augustus [lib. I. Codicis, de Episcopis et Clericis, lege 51.][331*]

Generaliter sanccimus, omnes uiros[332] reuerentissimos episcopos, nec non presbiteros seu[333a] diaconos et subdiaconos, et precipue monachos, licet non sint clerici, inmunitatem ipso iure omnis[334b] habere tutelae, siue testamentariae siue legitimae, siue datiuae, et non solum tutelae[335] esse eos expertes, sed etiam curae, non solum pupillorum et adultorum[336], sed furiosi[337c], et muti, et surdi, et aliarum personarum, quibus tutores uel curatores a ueteribus legibus dantur. §. 1. Eos tamen[338] clericos et monachos huiusmodi habere beneficium sanccimus, qui ad[339d] sacrosanctas ecclesias uel monasteria permanent, non deuagantes[340e], neque circa ministeria diuina desides, cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgemus, ut, aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis inhereant ministeriis. §. 2. Et hoc non solum in ueteri Roma uel in hac regia ciuitate, sed in omni terra, ubicunque Christianorum colitur[341f] nomen, obtinere sanccimus[342].

Gratian.[343] §. 3. *Nouarum etiam collationum et sordidorum munerum inmunitatem acceperunt. Unde Constantinus*[344] *cunctis scribit clericis* [tit. eodem, lege prima]: *„Iuxta sanctionem, quam dudum meruisse** perhibemini, fundos et mancipia uestra nullus*[345] *nouis collationibus obligabit, sed uacatione gaudebitis.“ Item Inperator*[346] *Honorius et Theodosius* [eodem

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 36. k) recessisse — c. 37. a) nullo modo b) vobis c) quisp. abbatum aut d) illic e) ut diximus, potestatem — c. 38. a) abb. monasteriorum b) ordin. clericos c) monasticis d) provehantur e) prae f) iudicetur g) et — c. 39. a) regesto b) atque c) provisione d) sigillatim e) Riparium presbyterum f) docentis g) vero — c. 40. a) sive b) omnes c) et furiosi d) apud e) divagantes f) excolitur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXVIII. * Quoquo modo: Hae voces absunt ab originali impresso et manuscripto.

** Admissa: Sic in vetustis quoque codicibus Gratiani, et epistolarum B. Gregorii, et ceteris earundem editionibus, praeter antiquam Parisiensem, in qua et apud Anselmum legitur: *Aut omissa clericatus militia monachicis promoveantur ordinibus.*

C. XXXIX. * Auctor huius capitis refert constitutionem B. Gregorii de abbate xenodochii in civitate Augustodunensi, quae habetur lib. 11. regesti, epist. 10.

** Hieronymus: Io. Andreae ait esse in epist. de oper. et humil. monachorum. In tomo autem secundo operum ipsius B. Hieronymi, in epist. 60., quae est Epiphanii ad Ioannem Hierosolymitanum, ab eo latine reddita, legitur Epiphanium ordinasse presbyterum monachis poscentibus, qui eis Domini sacramenta conficeret. Erat autem monasterium in dioecesi Ioannis.

C. XL. * In codice Iustiniani haec lex ipsi Iustiniano tribuitur, non Leoni.

** Meruisse: In codice Iustiniani legitur: *meruistis et vos, et mancipia, etc.*; in Theodosiano: *meruisse perhibemini et vos, et mancipia, etc.*

Causa XVI. Quest. I. can. 36. 297) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 298) nitentibus: *Coll. tr. P.* 299) episcopis: *ADFH* 300) *add.:* II: *GH; — cf. supra c.* 2. ‖ can. 37. 301) Martiano: *BEG;* Mariano: *DH* 302) *Ep.* 43. *scr. ao.* 597. *lib.* VII. *Ed. Maur. — Jaffé no* 1121. — 303) *Codd. coll. o.* 304) Sed ne: *A;* Sed vel per . . . promotionem: *orig.* 305) *Codd. et Edd. coll. o.* 306) *ib.* 307) *ib.* 308) *ib.* ‖ can. 38. 309) *BDEFH;* abb. monachorum: *C* 310) *Ep.* 11. *scr. ao.* 593. *Ed. Maur. lib.* IV. — *Jaffé no.* 915.. — *Ans.* VII, 163. (191. *can. contin.*) 311) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 312) dimissa: *A;* omissa: *orig. Ans.* 313) *ABCD orig. Ans.* 314) non: *deest: orig. Ans.* 315) *Codd. et Edd. coll. o.* 316) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans.* 317) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans.* 318) *DEFGH* ‖ can. 39. 319) *Codd. coll. o.* 320) *add.:* II.: *EGH; — Caput incerti auctoris, decretum Gregorii, quod refertur ep.* 8. *l.* XIII. *ad. Senatorem abbatem, referentis.* 321) in episcopum: *AB* 322) *Codd. et Edd. coll. o.* 323) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr.* 324) *ABCD* 325) *Codd. coll. o.; — supra c.* 4. 326) *Codd. coll. o.* 327) *supra c.* 6. 328) *supra c.* 7. 329) est: *deest: ABC* 330) *Codd. coll. o.* ‖ can. 40. 331) — *imo Iustin. c.* 51. *Cod. de epp. et cler.* (1, 3.); — Leo Papa: *EH Edd. Bas. Ven.* I. 332) vir.: *deest: EGH* 333) *Codd. coll. o. orig.* 334) *Codd. et Edd. coll. o.* 335) *add.:* tutelae: *EGH* 336) adulterorum: *ib.* 337) *ABCF;* sed etiam: *DEGH* 338) tantum: *ABCDF* 339) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 340) *Codd. coll. o. orig.* 341) *ib. Edd. coll. o.* 342) censemus: *EGH* 343) *in Ed. Rom. est continuatio canonis antecedentis; in Codd. coll. signum exstat quo Gratiani dicta significari solent.* 344) *imo Constantinus ao.* 343. — *c.* 8. *Cod. Theod.* (16, 2.) *l.* 1. *Cod. Iust. l. c.; Ans.* IV, 13. (*can. cont.*) 345) nullis obligabitis: *EGH* 346) imperatores: *ABEGH*

libro, titulo de sacrosanctis ecclesiis, lege 5.][347]: §. 4. „*Placet, rationabilis consilii*[348g] *tenore perpenso, districta moderatione perscribere*[349h], *a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum habeantur inmunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne predia usibus celestium secretorum*[350] *dedicata, sordidorum munerum fece uexentur, nichil*[351i] *extraordinarium abhinc*[352] *superindictumue*[353] *flagitetur, nulla sollicitudo translationis signetur*[354], *postremo nichil preter canonicam illationem**** *preter*[355k] *quam aduenticiae necessitatis sarcina repentina poposcerit*[356], *eius functionibus asscribatur. Si quis contra uenerit, post debitae ulcionis acrimoniam, que erga sacrilegos iure*[357l] *promenda est, exilio perpetuae*[358m] *deportationis uratur*[359n]."

[Gratian.] *Hoc idem datur intelligi ex*[360o] *uerbis B. Siluestri, qui obedientiam minorum erga maiores assignans ait*[361]: „*Abbas hostiario, monachus abbati sit subditus,*" *supra in tractatu ordinandorum. Ostendit ergo Ieronimus, quod simpliciter monachis nichil liceat agere sine consilio presbiterorum. Nec offitium docendi sibi assumere liceat*[362] *sine auctoritate clericorum, nisi forte*[363p] *diuina gratia intus conmoniti, sicut B. Gregorius*[364] *refert in dialogo de B. Benedicto, qui homines montis Cassini ad fidem adduxit, et aram Apollinis, que ibi erat erecta, subuertit; et de quodam Equicio, cui angelus in somniis apparuit, et eum ad predicandum misit, qui, cum de uicio linguae conquereretur, angelus flebotomo linguam eius tetigit, et totum uicium illud curauit.* §. 1. *Quod uero Ieronimus se ipsum talibus connumerat, tale est, quale est*[365q] *illud Apostoli ad Philippenses*[366]: „*Quicumque inperfecti*[367] *sumus,*" *hoc sentiamus, se ipsum inperfectis connumerans. Hinc idem Ieronimus alibi ait:* „*Natus in paupere domo et tugurio rusticano.*" *Et infra:* „*Nos suffarcinati auro,*" *se famelicum fastidientibus mella, pauperem diuitibus connumerans, supra ubi agitur de clericis, qui propria relinquere nolunt, cap.* „*Gloria episcopi*[368]. §. 2. *Ecce sufficienter monstratum est, quod monachis presbiterii honore decoratis, a populo electis, ab episcopo*[369] *institutis, eadem liceant, que et aliis sacerdotibus. Probatur hoc etiam ex similitudine consecrationis. Non enim in consecratione eorum aliud dicitur, et aliud in consecratione aliorum. Utrisque enim in commune*[370] *a Domino benedictionem infundi episcopus obnixe deposcit. Et dum consecrat, cunctis sacerdotibus singillatim*[371r] *dicit:* „*Consecrentur et sanctificentur, Domine, manus istae, ut quicquid consecrauerint consecratum sit, et quecumque*[372] *benedixerint benedicta sint.*" *Ecce communis est benedictio. Unde igitur diuortium? Sicut ergo in benedictione utrique communem nanciscuntur potestatem, ita in institutione communiter assecuntur potestatis executionem.* §. 3. *Ceterum absque episcoporum licentia non solum monachis, sed etiam omnibus generaliter clericis potestatis executio interdicitur.*

Unde Clemens [epist. III.][373]

C. XLI. *Sacerdotalia offitia*[374a] *sine permissu episcoporum non agant presbiteri.*

Cunctis fidelibus et summopere omnibus presbiteris, et diaconibus, et[375] reliquis clericis attendendum est, ut nichil absque episcopi licentia proprii agant; non utique missas sine eius iussu quisquam[376b] presbiterorum in sua parrochia agat, non baptizet, nec quicquam[377] absque eius permissu faciat.

IV. Pars. Gratian. *De his uero, qui intra monasterii claustra consistunt, quibus populus ad regendum non conmittitur, queritur, utrum decimas debeant dare uel accipere? In quibus hec discretio seruanda est, ut de agris et uineis, que ad proprium stipendium coluntur, decimas sibi retineant. Si enim decimae a populo filiis Leui reddebantur pro ministerio, quo Domino deseruiebant in tabernaculo, offerendo sacrificia et holocausta pro populo, patet, quod monachi de propriis prediis non magis quam alii sacerdotes decimas soluere coguntur.* §. 1. *Sed dicitur*[378c], *predia monachorum, siue precio sint empta siue pro salute animarum oblata, antequam in ius eorum uenirent, baptismalibus ecclesiis siue quibuslibet aliis primicias et decimas persoluebant, illae autem ecclesiae suo iure priuari non possunt.*

Unde in Maguntiensi Concilio statutum inuenitur[379a]:

C. XLII. *Qui res suas alicui delegauerit, decimationum prouentum priori ecclesiae auferre non poterit*[380].

Si quis laicus, uel clericus, seu[381b] utriusque sexus persona, proprietatis suae loca uel res alicubi[382c] dare[383] delegauerit, decimationum prouentum priori ecclesiae legitime assignatum[384] inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod si facere temptauerit, talis traditio irrita prorsus ducatur[385], et ipse ad emendationem ecclesiastica coherceatur censura.

C. XLIII. *Antiquiores ecclesiae nec decimis, nec ulla possessione priuentur.*

Item ex Concilio Cabillonensi[386].

Ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis, nec ulla[387] possessione priuentur, ita ut nouis oratoriis tribuantur[388].

C. XLIV. *Antiquiores ecclesiae propter nouas iusticiam suam non perdant.*

Item ex Concilio Guarmaciensi[389*].

Quicumque uoluerit[390] in sua proprietate ecclesiam edificare, et[391] consensum et uoluntatem episcopi habuerit[392], in cuius parrochia est[393], licitum sit[394]. Verumtamen omnino prouidendum[395] est episcopo, ut aliae ecclesiae[396] antiquiores propter[397] nouas[398a] suam iusticiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores ecclesias persoluantur[399b].

Gratian. *Decimas autem baptismalibus ecclesiis persoluendas, Leo IV.*[400a*] *affirmat, dicens:*

C. XLV. *Baptismalibus ecclesiis decimae dari debent.*

De decimis iusto ordine non tantum nobis, sed etiam[401]

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 40. g) concilii h) praescribere i) nil k) nisi l) iure: *deest* m) perpetuo n) subdatur o) de p) forte sint q) est: *deest* r) sigillatim — c. 41. a) off.: *deest* b) quispiam c) dicitur, quod — c. 42. a) Moguntinensi b) vel c) alicui — c. 44. a) novam b) persolvatur — c. 45. a) Leo Papa

NOTATIONES CORRECTORUM.

*** **Illationem**: In vulgatis codicibus sequebatur: *nisi quam si adventitiae.* In codice Iustiniani vulgato legitur: *et quam adventitiae;* in manuscripto et Haloandri non est copula [neque ap. Ans.]. In codice Theodosiano: *quod adventitiae.* In plerisque vetustis Gratiani: *praeterquam adventitiae.* Dictio vero: *si,* abest ab omnibus, et ideo inducta.

C. XLIV. * Burchardus etiam et Ivo citant ex concilio Vormaciensi c. 6., quo loco in eo, quod exstat, habetur aliquid ad hanc rem faciens.

C. XLV. * Ivo fere eadem citat ex Gelasio: sed Anselmus et Polycarpus ex Leone, ut Gratianus.

Causa XVI. Quest. I. can. 40. 347) *scr. ao.* 412. — *l.* 5. *Cod. Iust.* (1, 2.); — *Ans.* IV, 21. 348) *BCDF orig.* 349) *Codd. coll. o. Ans.* 350) sacrorum: *EGH* 351) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 352) ab hac: *orig.* 353) superindictumve: *Edd. Arg. Nor. Ven. I. II.*; superindiciumve: *orig.* 354) translationum . . . gignatur: *orig.*; translationum: *Ans.* 355) *ABCDF*; *deest: orig. Ans.* 356) depoposcerit: *orig.* 357) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 358) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.*; damnationis: *EGH* 359) *DEGH Ed. Bas. orig. Ans.*; mulctatur: *Edd. rell. Corr.*; utatur: *ABCF* 360) *Codd. coll. o.* 361) *cf. c.* 5. *Dist.* XCIII. 362) licet: *EGH* 363) *Codd. coll. o.* 364) *l.* II. *Dial. c.* 8. *et l.* I. *c.* 4. 365) *Codd. coll. o.* 366) *Philipp. c.* 3. *v.* 15. 367) *ap. Apostol. est:* perfecti 368) *c.* 71. *C.* XII. *qu.* 2.; *add.:* etc.: *EG* 369) episcopis: *ACDF* 370) communi: *EGH* 371) *ABCDFG* 372) quicquid . . . benedictum: *GH* || can. 41. 373) *add.:* Papa: *EGH*; — *Caput Pseudois. no.* 70. *Ed. Hinschius p.* 57. — *Jaffé no.* XI. — *Burch.* II, 93. (*can.:* quapropter cunctis; *contin.*); *Ivo Decr.* II, 123. (*ut ap. B. cont.*); *ib.* VI, 90. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* I, 1, 21. (*can. cont.*) 374) *ABCDF* 375) ac: *orig. Ivo* II. 376) *Codd. et Edd. coll. o. Cod. Dst orig. Burch. Ivo* II.; quisque: *orig. Ivo* VI. *Coll. tr. P.* 377) *add.:* quis: *Coll. tr. P.*; *add.:* quod ad episcopum pertineat: *Burch. Ivo* II. 378) *Codd. coll. o.* || can. 42. 379) *Codd. coll. o.* — *imo c.* 8. *Conc. ap. Confluent. hab. ao.* 922. — *ap. Hartzheim* II, 600. — *Burch.* III, 241.; *Ivo Decr.* III, 284. (*ap. utrumque* ex C. ap. Confluent.) 380) potest: *CEGH*; debet: *B* 381) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo* 382) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo* 383) donare: *C orig. Burch. Ivo* 384) signatum: *Burch. Ivo* 385) dicatur: *Edd. coll. o. pr. Arg.* || can. 43. 386) *imo c.* 41. *Conc. Mogunt. hab. ao.* 813. *ap. Mansi* XIV, 74. (*non est ut R. censuit ex C. Arelat.* VI. *hab. ao.* 813. *c.* 20. — *ap. Mansi* XIV, 62, *ubi verba:* ita . . . trib.: *desunt*); — *Reg.* I, 30. (*sine inscr. can.:* ut ecclesiae); *Burch.* III, 9. (ex C. Meldens. *can.:* ut ecclesiae); *Ivo Decr.* III, 12 (*eod. modo*); *Ans. in fine lib.* VII. (ex C. Mogunt, cui praefuit Bonifac. martyr. et ep.); *Deusded.* II, 27. (ex C. Mog.) 387) aliis possessionibus: *orig. Deusded.* 388) tribuatur: *Reg. Burch.*; pro novis oratoriis sine consensu episcopali: *Deusd.* || can. 44 389) *imo ex capitulari ad Salz* (*ao.* 803.) *c.* 3. *in Mon. Germ. LL.* I, 124. — *Reg.* I, 27.; (ex Capit.) *Burch.* III, 7.; *Ivo Decr.* III, 9.; *Coll. tredec. P.* IV, 9. 390) volunt: *ABCD* 391) una cum consensu et vol. (hab.: *deest*): *orig. Reg.* 392) habuerint: *ACD*; habebit: *Burch. Ivo* 393) fuerit: *orig. Reg. Burch. Ivo* 394) licentiam habeat: *orig. Reg.* 395) previdend.: *orig. Reg. Ivo*; ep.: *deest: orig. Reg.* 396) alias ecclesias: *orig.* 397) propt. hanc occasionem (*Reg.*) nullatenus earum iust.: *orig.* (non: *deest*) 398) *Codd. coll. o. Burch. Ivo* 399) *Codd. et Edd. coll. o. Reg.* || can. 45. 400) *ABCDF*; *ex ep. Leonis* IV. *ad Britannos* (*scr. c. a.* 850. *ap. Mansi* XIV, 882. *Jaffé no.* 1977. — *laudat Paschalis* II. *ad Baldricum ap. Mansi* XX.; *sed in ista ep. canon noster frustra quaeritur.* — *Ans.* V, 53. (54.); *et* (ex reg. Leonis IV.) *in collectaneis ap. Canisium t.* 3. — *cf. Ivo Decr.* III, 151. (*can.:* Volatoranae eccl.; ex ep. ad Iustin. et Faustum); *Coll. tr. P.* I, 60, 7.; *Polyc.* III, 11, 10. (Leo IV.) 401) et: *Coll. tr. P.*

maioribus[402b] uisum est plebibus tantum, ubi sacrosancta baptismata dantur, debere[403] dari.

Gratian. *Si ergo nulli licet decimationum prouentum a priori ecclesia, cui assignatus fuerat*[404], *abstrahere; si ius antiquioris ecclesiae nouis tribuendum non est; si decimae tantummodo baptismalibus ecclesiis dandae sunt: patet, quod monachi ex propriis prediis decimas dare coguntur. Sed*[405c] *illa auctoritas Magontiensis concilii de uenditore uel donatore loquitur, diffiniens, quod ille, qui uendit aut donat, non potest prouentum decimationum illi ecclesiae detrahere*[406], *cui prius fuerat legitime assignatus. Monachi autem decimas et primicias non auctoritate uendentis aut*[407d] *donantis, sed auctoritate eiusdem concilii et Pascalis Papae detinent, a quibus diffinitum est, ut monachi de propriis prediis decimas non soluant.*

Sic enim in Magontiensi *Concilio statutum est*[408*]:

C. XLVI. *De propriis prediis abbates et episcopi decimas non persoluant.*

Questi sunt preterea[409] quidam fratres[410], quod essent aliqui[411] episcopi et abbates, qui decimas non sinerent dari[412] ad ecclesiam[413], ubi illorum[414] coloni missam[415a] audiunt. Proinde decreuit sacer iste conuentus, ut episcopi et abbates de agris et uineis[416], que ad suum et[417b] fratrum stipendium[418] habent, ad[419c] ecclesias suas[420**] deferri faciant, familiae uero[421d] ibi[422] dent[423] decimas suas, ubi eorum infantes baptizantur[424], et ubi per totum anni circulum[425] missas audiunt.

C. XLVII. *De propriis laboribus monachi et canonici decimas minime soluere cogantur.*

Item Pascalis II.[426]

Decimas a populo[427] sacerdotibus ac Leuitis esse reddendas, diuinae legis sanxit auctoritas. Ceterum a monachis siue clericis communiter uiuentibus nulla ratio sinit ut milites aut episcopi, aut personae quelibet decimas de laboribus seu nutrimentis suis propriis extorquere debeant. Unde B. Gregorius sic ait[428]: „Communi uita uiuentibus iam de faciendis portionibus, uel exhibenda hospitalitate, et adinplenda misericordia nobis quid erit loquendum?" cum omne, quod superest, in causis piis et[429a] religiosis erogandum sit, dicente[430] Domino: „Quod superest date elemosinam, et ecce omnia munda sunt uobis.

V. Pars. Gratian. *Quod autem dicitur, ut*[431b] *antiquiores ecclesiae, nec decimis, nec ulla possessione priuentur propter nouas, non ita intelligendum est, ut nullo modo credatur licere episcopo aliquam partem possessionum uel decimationum unius ecclesiae alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa duos episcopatus in unum potest redigere, ita et unus consentiente proprio episcopo in duos potest diuidi, uel etiam metropolitano inuito quelibet ecclesia ab eius iurisdictione apostolica eximi*[432] *auctoritate.*

Unde Gregorius *Papa scribit* Benenato[433] *Episcopo, cap. XXV.*[434a]

C. XLVIII. *Duo episcopatus in unum redigi possunt apostolica auctoritate*[435b]

Et temporis qualitas, et uicinitas locorum nos inuitat, ut Cumanam atque Musinatium[436c*] unire debeamus ecclesias, quoniam nec[437] longe[438d], a se itineris interuallo[439d] seiunctae sunt, nec (peccatis facientibus) tanta multitudo populi est, ut[440f], sicut olim fuit debeant duos[441g] habere[442] sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum uitae huius expleuit, utrasque[443] nos ecclesias presentis auctoritatis pagina unisse tibique conmississe cognoscas[444h], utrarumque etiam[445i] ecclesiarum scito te esse proprium[446k] pontificem. Et ideo[447l] quecumque[448] uel[449m] de earum patrimonio uel cleri[450] ordinatione promotioneue[451n] iuxta canonum statuta[452] uisa fuerint ordinare atque disponere, habebis ut proprius reuera sacerdos liberam ex nostrae auctoritatis consensu atque permissione licentiam. Ubi uero commodius ac[453o] utilius esse perspexeris, habitato[454p], ita sane, ut alteram ecclesiam cui[455] corporaliter presens non es, sollicita prouidentique[456] cura disponas, quatinus illic[457] diuina misteria solempniter Domino prestante[458q] peragantur.

C. XLIX. *Duos episcopatus in unum redigere apostolica ualet auctoritas.*

Idem Iohanni *Episcopo* [Veliterno, lib. II. epist. 35.][459]

Postquam hostilis inpietas diuersarum ciuitatum ita (peccatis facientibus) desolauit ecclesias, ut reparandi[460] eas spes nullo modo[461a] populo deficiente remanserit, maiori ualde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus reliquiae plebis nullo pastoris moderamine gubernante[462b] per inuia fidei hostis callidi rapiantur (quod absit) insidiis. Huius ergo rei sollicitudine sepe conmoniti[463c], hoc nostro sedit cordi consilium, ut uicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuae curam gubernationemque Triumtabernensium[464*] ecclesiae preuidimus[465d] conmittendam, quam tuae ecclesiae aggregari unirique necesse est, quatinus utrarumque ecclesiarum sacerdos recte Christo adiuuante[466e] possis existere, queque tibi de eius patrimonio, uel cleri[467] ordinatione seu promotione uigilanti ac[468] canonica uisa fuerint cura disponere, quippe ut pontifex proprius liberam habeas[469] ex presenti nostra permissione licentiam.

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 45. b) maior. nostris c) Sed et d) vel — c. 46. a) missas b) vel c) decimas ad d) vero eorum — c. 47. a) ac b) quod — c. 48. a) lib. II. epist. 31. b) Duos ... redigere ... potest auctoritas c) Misenatem* d) longo e) spatio f) ut singulos g) duos: *deest* h) cognosce i) et.: *deest* k) propriam l) ideo te m) tibi n) sive promotione o) atque p) ibi habitato q) auxiliante — c. 49. a) nulla b) gubernatae c) commoti d) providimus e) adiutore

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLVI. * Caput hoc in nullo concilio Moguntino, quod exstat, habetur, sed in Cabilonensi, unde citant Burchardus et Ivo. In libro Vaticanae bibliothecae, in quo sunt duo concilia Urbani II., Placentinum et Melphiense, haec etiam leguntur: *Perlatum est ad sanctam synodum, quod sint quidam episcopi et abbates, qui colonos ad se pertinentes non sinant decimas dare ad ecclesias, ubi missas audiunt, et infantes eorum baptizantur. Proinde decrevit sacer iste conventus, ut episcopi et abbates de vineis, vel agris ac frugibus, quae ad suum vel fratrum usum laborant, decimas sibi pro benedictione vel hospitum susceptione habeant, familiae vero ibi dent decimas suas, ubi per totum anni circulum missas audiunt, et infantes eorum baptizantur.*

** Suas: Vox ista abest ab ipso concilio et ceteris collectoribus; sunt etiam nonnullae aliae varietates, quae indicatae sunt in margine.

C. XLVIII. * Misenatem: Sic emendatum est ex vetusto codice B. Gregorii, quamvis in vulgatis, sicut etiam apud Gratianum, esset: *Musitanam.*

C. XLIX. * Triumtabernensium: In vulgatis legebatur: *Treverensium.* Emendatum est ex aliquot vetustis, et originali, et Ioanne Diacono [l. 3. c. 15.]. Nam, ut is testatur, haec epistola scripta est Ioanni Episcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum Velitris vicinum est.

Causa XVI. Quest. I. can. 45. 402) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.;* mai. omnibus: *CH* 403) deberi (dare: *deest*)*: Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 404) est: *A;* fuerit: *B* 405) *Codd. coll. o.* 406) subtrahere: *EGH* 407) *Codd. coll. o.* || can. 46. 408) *imo ex C. Cabilon.* II. *hab. ao.* 813. *c.* 19. *ap. Mansi* XIV, 97. — *Burch.* III, 132. (131. ex C. Cavallon.); *Ans.* V, 57. (58. ex C. Canabam.); *Ivo Decr.* III, 198. (ex C. Cabil.); *Ivo Pan.* II, 59. 409) pret.: *deest: Ans.* 410) sancti: *Ivo Decr.* 411) quidam: *orig.* 412) dare: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *Burch. Ans.* 413) ecclesias: *Burch. Ans. Ivo Decr.;* ecclesiis (ad: *deest*)*: orig.* 414) illi: *orig. Burch. Ans.* 415) *ABCDFH Ivo Decr.* 416) de vin.: *ib.* 417) *Codd. coll. o.;* et ad: *BEGH* 418) usum (suum et: *deest*)*: Ans.;* quae ad usum vel stip. hab.: *Ivo Pan.* 419) *ABCDF* 420) suas: *deest: orig. Burch. Ivo Decr. Ivo Pan.;* ad eccl. suas: *deest: Ans.* 421) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.* 422) ibidem: *C Ivo Decr. Pan.* 423) ferant: *Ivo Decr. Pan.;* familia det: *Corr.* 424) baptizentur: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 425) *add.:* vel curriculum: *H Ed. Bas.; add.:* curriculum: *Turrecrem.* || can. 47. 426) *Fragm. ep. incerti temporis* (1099—1118.) — *Jaffé no.* 4871. — *a Corr. citat. Deusded. p.* III. *sed in ed. coll. canonem non invenimus.* — 427) populis: *H Ed. Bas.;* propriis: *E* 428) *resp.* 2. *ad Augustinum.* — *cf. c.* 8. *Qu.* 1. *C.* XII. 429) *ABCDF* 430) *Luc. c.* 11. *v.* 41. 431) *Codd. coll. o.* 432) eximitur: *AB* || can. 48. 433) Benedicto: *EGH* 434) *Codd. coll. o.;* — *Ep.* 45. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 832. — *Ans.* VI, 108. (105.); *Polyc.* III, 30, 6. 435) *Codd. coll. o. pr. C* 436) *B Ans. Polyc.;* Musinatum: *ACF;* Musinaciam: *EGH;* Musitanam: *D Edd. coll. o.* 437) eae non: *orig.* 438) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 439) *ib.* 440) *ib.* 441) *Codd. et Edd. coll. o.;* vel duos: *Ans. Polyc.* 442) debeat: *Ans.* 443) utramque ecclesiam: *orig.* 444) *Codd. et Edd. coll o.* 445) *Codd. coll. o. pr. A* 446) *Codd. coll. o.* 447) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.;* ideo: *deest: orig. Ans. Polyc.* 448) quaeque: *orig. Polyc.* 449) *Codd. coll. o.* 450) clerici: *BF Edd. Arg. Bas.* 451) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 452) instituta: *H;* institutiones: *EG* 453 *ACDF Ans. Polyc.* 454) *Codd. coll. o. pr. C;* — *Ed. Arg. orig. Ans. Polyc.;* prospexeris: *Polyc.* 455) a qua corporal. ad praesens absens es: *orig. Ans. Polyc.* 456) et providenti: *EGH* 457) illis: *Edd. Lugdd.* II. III. 458) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 49. 459) item: *AC;* — *Ep.* 50. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 837. — *Ans.* V, 24, (26.); *Polyc.* I, 9, (11,) *unic.; Caes.* VII, 35. 460) recuperandi: *ABG;* reimperandi (*male*): *E* 461) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans.* 462) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 463) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 464) *BDF;* — *nomen in Codd. valde corruptum est, sed lectio a Corr. indicata in nullo invenitur pr. C; exstat autem in Edd. coll. o.* 465) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Ans. Polyc.;* previdemus: *Edd. rell.* 466) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.;* adiuvantore: *Ans. Polyc.* 467) clerici: *BF Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 468) ac: *deest: EH;* et: *A* 469) habebis: *Ans. Polyc.*

C. L. *Non habeant*[470] *episcopum dioceses, que numquam habuerunt.*

Item ex Concilio Cartaginensi II., [c. 5.][471]

Felix episcopus Selemselitanus[472] dixit: Etiam si hoc placet, sanctitati uestrae insinuo, ut dioceses, que numquam episcopos habuerunt[473], non habeant, et[474] illa diocesis, que aliquando habuit[475], habeat proprium*. Secundum[476a] hanc prosecutionem[477]** sanctitatis uestrae est estimare[478b] quid fieri debeat. Ab uniuersis[479] dictum est: Placet.

C. LI. *Nisi cum uoluntate episcopi dioceses, que ab eis*[480a] *retinentur, non accipiant*[481b] *proprios episcopos.*

Item ex Affricano Concilio III.[482c]

Multis conciliis hoc statutum est a cetu sacerdotali, ut plebes, que in diocesibus ab episcopis retinentur, que episcopos numquam habuerunt, non nisi cum uoluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores*.

C. LII. *Apostolica auctoritas*[483] *a iurisdictione archiepiscopi episcopos ualet eximere.*

Item Gregorius Iohanni Episcopo Lariseo, [lib. II. Indict. 11. epist. 7.][484]

Frater noster Adrianus Thebanae ciuitatis episcopus, ad Romanam urbem ueniens, lacrimabiliter est conquestus de quibusdam se capitulis a fraternitate tua, nec non a[485] Iohanne, primae Iustinianae urbis antistite, iniuste condempnatum[486a]. §. 1.[487b] De nequissimo autem[488] eius iudicio dampnandoque alias tractaturi sumus iuuante[489] Domino. Adrianum uero episcopum reperimus et tuo[490] contra sacerdotales mores odio laborasse, et nullo iure pecuniariis in causis[491] eum fraternitatis tuae condempnatum fuisse sententia. §. 2. Quia igitur et ab antefato Iohanne primae Iustinianae[492] episcopo contra ius canonesque depositus honoris sui gradu carere non potuit, in sua[493] eum reformari ecclesia atque in propriae dignitatis ordine[494c] decreuimus reuocari. Et cum oportuisset te ex eo dominici corporis communione priuari, quod post ammotionem[495d] sanctae memoriae decessoris[496] mei[497e] (per[498f] quam eum ecclesiamque eius de tuae iurisdictione potestatis[499] exemit) rursus in eis aliquid tibi iurisdictionis seruare presumpseris[500], tamen nos humanius decernentes, communionisque tibi sacramentum interim conseruantes decernimus, ut fraternitas tua ab eo ecclesiaque eius omnem ante habitae suae potestatem iurisdictionis abstineat, et secundum scripta[501] decessoris nostri, si qua causa uel fidei uel criminis, uel pecuniaria aduersus prefatum Adrianum consacerdotem nostrum potuerit[502] euenire, per[503g] eos, qui nostri sunt uel fuerint in urbe regia responsales, si mediocris est questio, cognoscatur, uel huc ad apostolicam sedem, si[504] est ardua, deducatur, quatinus nostrae audientiae sentencia decidatur. Quod si contra hec, que statuimus, quolibet tempore[505h], qualibet occasione uel subreptione uenire temptaueris, sacra te[506i] communione[507] priuatum, nec eam[508] te, excepto ultimo uitae tuae tempore, nisi cum[509k] concessa Romani Pontificis iussione decernimus percipere[510]*. §. 3.[511l] Res autem siue sacras, siue alias mobiles[512] inmobilesque[513] eius ecclesiae, quas hactenus dicitur[514m] retinere, (quarum noticiam nobis oblatam presentibus adnectimus litteris), sine aliqua ei fraternitas tua dilacione restituat. De quibus si qua inter uos questio uertitur, uolumus, ut apud responsalem nostrum in urbe regia uentiletur.

Gratian.[515] *Si autem necdum*[516] *in diocesi alicuius episcopi loca illa assignata fuerint, ex uigore apostolicae sedis proprium episcopum accipiant.*

Unde Gregorius iunior scribit Bonifatio [Episcopo, epist. ult.][517]:

C. LIII. *Ubi multitudo excrescit*[518a] *fidelium, episcopi*[519b] *sunt ordinandi.*

Precipimus, ut iuxta canonum[520c] statuta, ubi multitudo excreuit[521] fidelium, ex uigore apostolicae sedis debeas ordinare episcopos, pia tamen contemplatione, ut non uilescat dignitas episcopatus.

Gratian. *Sicut duo episcopatus suprascripto modo in unum possunt redigi, et unus in duobus*[522d] *ualet diuidi, sic etiam*[523] *episcopus de baptismalibus et parrochitanis*[524e] *ecclesiis facere potest cum consensu suorum clericorum. Quod cum factum fuerit, illa pars populi, que nouis ecclesiis subponitur, a iure prioris ecclesiae absoluitur. Hoc nisi fieri posset, multitudo ecclesiarum ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptismales ecclesias in una terminatione facere non potest.*

Unde in Tolletano Concilio legitur[525]*.

C. LIV. *In una terminatione plures baptismales ecclesiae esse non possunt.*

Plures baptismales ecclesiae in[526] una terminatione esse non possunt, sed una tantummodo cum capellis suis[527]. Et si contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes utrarumque discernant[528], et si non conueniunt[529a], lis Dei iudicio discernatur.

VI. Pars. Gratian. *Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, ut, nisi episcopo disponente aliis ecclesiis fuerit assignatum, in nullo priorum reddituum diminutionem patiantur.*

Unde Anastasius Papa[530]:

C. LV. *Communione priuetur qui decimas uel*[531] *oblationes extra*[532] *episcopi conscientiam tenere uoluerit.*

Statuimus, ut si quis oblationes ecclesiae, uel[533] decimas, quas populus dare debet, contenderit[534a], uel extra baptismalem[535] ecclesiam dare[536] uoluerit, preter conscientiam

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 50. a) Secundum autem b) sanctitas vestra aestimet — c. 51. a) eo b) recipiant c) c. 20. — c. 52. a) Iust. episcopo, non legitime neque canonice condemnatum b) Et infra: §. 1. c) ordinem d) quod admonitione e) nostri f) contemta per g) vel per h) tempore, seu i) scias te k) cum: *deest* l) Et paulo post: §. 3. m) diceris — c. 53. a) excrevit b) ibi episcopi c) sacrorum canonum d) duos e) parochianis — c. 54. a) convenerit c. 55. a) tenore contenderit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. L. * Proprium: In concilio ipso sequuntur haec: *Et si accedente tempore, crescente fide Dei, populus multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem, eius videlicet voluntate, in cuius potestate est dioecesis constituta, habeat episcopum.*

** Prosecutionem: Emendatus est hic locus ex originali impresso et manuscripto. Nam antea legebatur: *Secundum hanc persecutionem sanctitatis vestrae est aestimare.*

C. LI. * Rectores: In concilio Africano et Carthaginensi sequitur: *id est episcopos*, quod additur etiam in glossa.

LII. * Percipere: Hic in epistola interiicitur cap. *Hac consona*, infra 25. q. 1.

C. LIV. * Caput hoc in nullo Toletano est inventum. Burchardus et Ivo citant ex concilio Aquisgranensi.

Causa XVI. Quest. I. can. 50. 470) habent: *EGH* 471) *hab. ao.* 390. *ap. Bruns* I, 119. — *Burch.* I, 33. (ex C. Tolet. XIII. c. 4.; *can.:* maioribus institutionib.; *contin.*) 472) *nomen in Codd. et ap. Burch. corruptum exstat.* 473) habuerint: *A;* acceperunt: *orig.* 474) vel: *Hisp.*; et illa: *deest: Burch.* 475) habuerit: *ABD* 476) *ABCDF* 477) persecut.: *B* 478) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Burch.; sed in DH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *legit.:* existimare 479) *add.:* episcopis: *EGH orig. Hisp. Burch.* || can. 51. 480) *Codd. coll. o.* 481) *ib.* 482) *ib.*; c. 53. *ap. Dionys.* — c. 42. *C. Carthag.* III. *hab. ao.* 397. — *cf. Burch. ib.* || can. 52. 483) auctoritate: *EGH* 484) Lauseo: *B Edd. coll. o. pr. Bas.* (Lanseo); Lar.: *deest: AC;* Greg. Papa: *EGH* — *Ep.* 7. *scr. ao.* 592. *lib.* III. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 846. — *Ans. ded.* III, 219. (224.); *Ans.* VI, 125. (130.); *Polyc.* I, 7, (9,) 8. 485) a: *deest: Polyc.* 486) *Codd. et Edd. coll. o.* 487) *Codd. coll. o.* 488) aut.: *deest: Ans. Polyc.* 489) adiuvante: *Ans. ded.* 490) te: *ib.* 491) in caus.: *deest: ib.* 492) *add.:* urbis: *A Edd. coll. o. pr. Arg.* 493) suam . . . ecclesiam: *EGH Ed. Bas.* 494) *ABDF Ans. ded. Ans. Polyc.* 495) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 496) praedecessoris: *D Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 497) *Codd. coll. o. pr. AD;* — *orig. Ans. ded. Ans. Polyc.* 498) *ABCDF Ed. Bas. Ans. ded. Ans. Polyc.;* contemptam per: *EGH Edd. coll. Corr.* 499) iurisdictionis potestate eximit: *Ans.* 500) presumserit: *Ans. ded. Ans.* 501) scripturam: *C;* scriptum: *Ed. Bas.* 502) potuit: *EGH Ed. Bas.* 503) *Codd. coll. o.* 504) sicut ard.: *EH* 505) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. ded.; Ans. Polyc. Ivo Decr.* IV, 205. 506) *Codd. coll. o. Ans. ded.; Ans. Polyc.* 507) communionis: *EGH* 508) ea: *Polyc.* 509) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded. Ans. Polyc. Ivo Decr.* 510) recipere: *Ans. ded. Ivo Decr.* 511) *Codd. coll. o.* 512) mobilesque (inmob.: *deest*): *Polyc.* 513) inmobiles: *A;* vel inmobiles: *EGH Ed. Bas.* 514) *CDF orig. Ans. ded. Ans. Polyc.* 515) *in EGH hoc loco leguntur verba quae infra in rubr. c.* 54. *leguntur.* 516) nec: *EGH* || can. 53. 517) *imo Gregorii* III. *Ep. scr. c. a.* 732. *ap. Jaffé Mon. Mogunt. p.* 92. — *Jaffé no.* 1724. 518) *ABCDEG* 519) *Codd. coll. o.* 520) *ib.* 521) excreverit: *ABF* 522) *ABCDF* 523) et.: *deest: ABC;* et: *EH* 524) *BCDEFH* || can. 54. 525) *Caput incertum;* — *Burch.* III, 22.; *Ivo Decr.* III, 27.; *Coll. tredec. P.* IV, 138. 526) in: *deest: Ivo* 527) subditis: *Burch. Ivo* 528) decernant: *EGH;* discernatur: *Ivo, ubi hic est finis canonis* 529) *ABCFH Ed. Bas. Burch.* || can. 55. 530) *imo Bened. Lev.* III, 7. *ex c. Gangr. can.* 7., *quem Reg.* II, 287. *ib. Appdx.* II, 1.; *Burch.* III, 144. (*cf. ib.* XI, 21. (ex C. ap. S. Medard. c. 1.) *Ivo Decr.* III, 209.; *ib.* XIV, 91. (ex C. ap. S. Medard.) *referunt;* — *ipsa capitis inscriptio repetita est ex Ans.* V, 46. (45.) 531) et: *EGH* 532) contra: *ib.* 533) vel dec. . . . vel: *deest: orig.* 534) *Codd. coll. o. Ans.* 535) bapt.: *deest: orig.* 536) accipere vel dare: *ib.*

episcopi[537], uel eius, cui huiuscemodi offitia conmissa sunt, nec cum eorum[538] uoluerit agere[539] consilio, bannum[540] nostrum conponat, et communione priuetur.

Gratian. *Cum addit: „extra conscientiam episcopi," intelligendum relinquit, quod episcopo consentiente aliis ecclesiis dari possunt.*

C. LVI. *Iuxta dispositionem episcopi decimae distribuantur.*

Item[541].

In sacris canonibus prefixum est, ut decimae iuxta episcopi dispositionem distribuantur[542]. Quidam autem laici, qui uel in propriis, uel in beneficiis suas[543] habent basilicas, contempta episcopi dispositione non ad ecclesias[544], ubi baptismum, et predicationem, et[545] manus inpositionem, et alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant, sed uel[546] propriis basilicis, uel aliis[547] ecclesiis* pro suo libitu tribuunt, quod omnimodis diuinae legi[548] et sacris canonibus constat esse contrarium. Unde uestram** potestatem ut eos corrigatis expetimus.

Gratian. *Cum autem reprehenduntur*[549a], *quia contempta episcopi dispositione hoc faciunt, intelligitur, quod, si episcopo disponente hoc fecerint, inreprehensibiles inueniantur.*

C. LVII. *Anathema sit qui preter conscientiam episcopi decimas uel*[550a] *oblationes dispensare uoluerit*[551b].

Item Simacus Episcopus Ecclesiae catholicae urbis Romae dixit [in Sinodo sexta Romana][552].

In canonibus, in Gangrensi ecclesia[553] apostolica auctoritate conditis, de fructuum oblationibus, que[554] ministris ecclesiae debentur, et de his, que in usus pauperum conferuntur, scriptum habetur[555]: „Si quis oblationes ecclesiae* accipere uel dare uoluerit preter episcopi conscientiam, uel eius, cui huiuscemodi offitia sunt conmissa, nec cum eius uoluerit agere consilio, anathema sit." Et iterum[556] in eodem concilio Gangrensi[557]: „Si quis oblata[558] Deo dederit uel acceperit preter episcopum, uel eius consensum[559c] qui ab eo constitutus est ad dispensandam misericordiam[560] pauperibus, et qui dat, et qui accipit anathema sit." §. 1. Valde ergo iniquum et ingens sacrilegium est, quecumque[561] uel pro remedio peccatorum, uel pro[562d] salute, aut[563e] requie animarum suarum unusquisque uenerabili ecclesiae contulerit aut certe reliquerit, ab his, a[564] quibus[565f] maxime seruari[566] conuenit, id[567] est Christianis et Deum timentibus hominibus[568], et super omnia a[569] principibus et primis regionum, in aliud[570] transferri uel conuerti. *Et infra:* §. 2. Generaliter[571] uero quicumque res ecclesiae confiscare, aut conpetere, uel[572g] peruadere periculosa sua infestatione presumpserit[573h]**, [§. 3.] similiter et hi[574], qui res ecclesiae iussu uel largitione principum uel quorumdam potentum, aut quadam inuasione aut[575] tirannica potestate retinuerint, et filiis uel heredibus suis (ut a quibusdam iam factum audiuimus) quasi hereditarias reliquerint, nisi cito[576] res Dei, ammoniti a pontifice agnita ueritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, ut pocius custodes cartarum quam defensores rerum creditarum[577] (ut preceptum est) iudicemur. *Et infra:* §. 4. Ferro enim abscidenda sunt uulnera, que fomenta non sentiunt. §. 5. Similiter et illi extorres debent fieri ab ecclesia, qui sacerdotali ammonitione non corriguntur dicente Domino[578]: „Auferte malum ex uobis." Uniuersa sinodus surgens acclamauit. Ut ita fiat[579] rogamus. Dictum est octies[580i]***. Exaudi Christe, Simaco Papae uita[581]. Dictum est duodecies.

C. LVIII. *Eadem plectetur*[582a] *pena qui res ecclesiae et episcoporum bona inuadit*[583b].

Idem[584c].

Similiter et hoc ad omnium ecclesiarum noticiam uestra cunctorumque[585d] exortatione et iudicio censemus peruenire, et ab omnibus firmiter teneri, quia res episcoporum ecclesiae esse non dubitantur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, peruasores rerum[586] memoratarum predicta canonum districtione[587e] feriantur[588f], ut qui moribus propriis ac nulla conscientiae castigatione corriguntur[589] saltim ecclesiasticae et canonicae uindictae perfodiantur aculeis.

C. LIX. *Res ecclesiasticae*[590a] *principum auctoritate distribui non possunt.*

Item ex lib.[591b] *Capitulorum Karoli et*[592] *Lodowici Inperatorum*, [c. 83.][593]

Quia iuxta sanctorum Patrum traditionem nouimus res ecclesiae uota fidelium esse, precia peccatorum, et patrimonia pauperum, cuique non solum habita conseruare, uerum etiam[594c], Deo opitulante, conferre temptamus[595d]. Ut autem[596] ab ecclesiasticis* de diuidendis[597]** rebus ecclesiae[598] suspicionem dudum conceptam penitus[599e] amoueamus[600f], statuimus, ut neque nostris, neque filiorum, et, Deo dispensante, successorum nostrorum temporibus[601g], ullam penitus diuisionem aut iacturam patiantur[602h].

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 56. a) reprehendentur — c. 57. a) et b) voluerint c) eam (eius consens.: *deest*) d) pro: *deest* e) vel f) quibus haec g) aut h) praesumserit, nisi se** citissime per ecclesiae, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. i) octies. Ista serventur***, precamur. Dictum est decies. Ut in perpetuum maneant, et vestra auctoritate firmentur. Dictum est duodecies — c. 58. a) plectuntur b) invadunt c) Item in eadem Synodo d) cunctorum e) districtionis f) feriantur vindicta — c. 59. a) ecclesiae b) lib. I. c) etiam multa d) optamus e) penitus: *deest* f) ammoveremus g) temporibus, qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, h) patiatur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LVI. * Aliis ecclesiis: In concilio Ticinensi, unde hoc capitulum videtur acceptum, legitur: *suis clericis;* apud Anselmum vero: *suis ecclesiis.*

** Unde vestram: Verba haec referuntur ad imperatorem Ludovicum II., qui illi synodo interfuit. Quare in ea sequitur: *Sacra docet, etc.*

C. LVII. * Oblationes ecclesiae: In concilio ipso Gangrensi legitur: *Si quis oblationes ecclesiae extra ecclesiam accipere, etc.*

** Nisi se: Haec usque ad versic. *Similiter.* sunt addita ex Symmachi synodo.

*** Ista serventur: Item haec usque ad versic. *Exaudi.*

C. LIX. * Ecclesiasticis: Sequebatur: *officiis,* quae vox neque in vetustis, neque in ipso Capitulari est. Refertur enim ad homines, non ad officia.

** Dividendis: In capitulari impresso legitur: *non dividendis.* In capitulis autem manuscriptis, quae ab episcopis provinciarum Remensis ac Rothomagensis Ludovico regi missa fuerunt, haec habentur ad hunc locum pertinentia: *Quia vero Carolus princeps, Pipini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes res ecclesiarum ab eis separavit atque divisit, pro hoc solo maxime est aeternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianensis episcopus, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum saeculum raptus, et inter cetera, quae Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab angelo eius ductore responsum est, quia sanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorumcunque res abstulit et divisit, ante illud iudicium anima et corpore sempiternis poenis est deputatus, et recepit simul cum peccatis suis poenas propter peccata omnium, qui res suas et facultates in honore et amore Domini ad sanctorum loca in luminaribus divini cultus, et alimoniis servorum Christi ac pauperum pro animarum suarum redem-*

Causa XVI. Quest. I. can. 55. 537) ep.: *deest: ib.* 538) eius: *orig.* 539) hoc agere: *EGH* 540) anathema sit: *orig.* (bann. . . . priv.: *deest*); bann. . . . et: *deest: Ans.* || can. 56. 541) *imo ex C. Ticinensi c.* 11. *hab. ao.* 855. *ap. Mansi* XV, 18. — *Ans.* V, 46. 542) tribuantur: *Ans.* 543) proprias: *ib.* 544) ecclesiam: *EGH* 545) et: *deest: orig.* 546) vel: *deest: ACF* 547) suis: *Ans.* 548) legis: *EH;* divinis legibus: *C* 549) *Codd. coll. o.* || can. 57. 550) *ABCDF* 551) *ABCDH* 552) Sym. Papa: *GH; — Caput Pseudois. (cf. Thiel. p.* 90. *sqq.); — ap. Hinschius p.* 681. — *Jaffé ante no.* CCIV. — *Ans.* V, 4. (48.); *Deusded.* III, 63.; *Ivo Decr.* III, 148.; *Thaner ed. Roland. p.* XIX. *putat c.* 57. *et* 58. *coniuncta fuisse, quae sententia nostris codicibus non affirmatur.* 553) concilio: *GH Edd. Bas. Lugdd.* 554) quas ministri . . . accipere debent: *AB* 555) *cf. Coll. citt. ad c.* 55. 556) item: *EGH* 557) Gang.: *deest: orig.; — Burch.* III, 145.; *Ivo Decr.* III, 210. 558) oblationes: *Ans.* (Deo: *deest*) 559) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; vel eius consilium: *Edd. rell.:* eum: *Ivo Decr.* 560) materiam: *Deusd.* 561) ut quec.: *EGH Turrecrem. orig. Deusd.* 562) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ans. Deusd.* 563) *ib.* 564) a: *deest: EGH orig.* 565) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Deusd.* 566) servare: *Deusd.* 567) id est: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 568) hom.: *deest: orig.* 569) a: *deest: ib.* 570) alia: *ib.* 571) *Ivo Decr.* III, 148. (*can.:* nec aliquo se ante; *usque ad* §. 4.) 572) *Codd. coll. o. Deusd.* 573) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 574) hi: *deest: Deusd.* 575) vel: *EGH* 576) emptores Dei: *EGH (male)* 577) hereditarum: *EG;* hereditarium: *H* 578) I. *Cor. c.* 5. *v.* 13. 579) fiant: *Deusd.* 580) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 581) *add.:* sit: *BEGH Edd. coll. o.* || can. 58. 582) *ABCD;* plectitur: *DH;* plectatur: *EG* 583) *Codd. coll o. pr. G* 584) *Codd. coll. o.; — ap. Hinschius p.* 682. — *Ivo Decr.* III, 148. (*can.:* nec aliquo se ante) 585) *Codd. coll. o. pr. C — Turrecrem. — Böhm.* 586) *add.:* ecclesiasticarum: *EGH Ed. Bas.* 587) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 588) *ib.* 589) corrigantur: *Ed. Bas. orig.* || can. 59. 590) *Codd. coll. o.* 591) *Codd. coll. o.* 592) et: *deest: AB* 593) *Cap.* 1. *Capit. Hludowici a.* 817. *Mon. Germ. LL.* I, 206.; *Ans.* V, 43. (37.) 594) *Codd. et Edd. coll. o.* 595) *AB Ans.* 596) tamen ut (aut.: *deest*): *orig. Ans.* 597) non divid.: *orig.;* non vendendis: *Ans.* 598) illius: *orig.* 599) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 600) *Codd. et Edd. coll. o.* 601) *ib. Ans.* 602) *ib.*

Gratian. *Cum ergo preter conscientiam episcopi, uel eius, cui huiuscemodi*[603i] *offitia conmissa sunt, quilibet prohibetur oblationes ecclesiae distribuere, liquido apparet, quod cum episcopi consensu quibuslibet ecclesiis possint*[604] *distribui.*

§. 1. *Huic interpretationi uidetur contraire auctoritas illa Tolletani Concilii* [IV., c. 32.][605]:

C. LX. *Nichil de iure suae diocesis episcopi presumant auferre.*

Constitutum est a presenti concilio, episcopos dioceses suas ita regere, ut nichil ex earum iure presumant auferre, sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum[606] tam de oblationibus quam de tributis[607] ac frugibus[608] tertiam consequantur[609]. Quod si amplius quippiam[610] ab eis presumptum extiterit[611], per concilium restauretur, appellantibus[612a] ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, si iam illi a seculo discesserunt[613].

C. LXI. *Possessiones ecclesiae derelictas nulli sit licentia alienandi.*

Item Simacus Papa [ad Caesarium fratrem, c. 1.][614]

Possessiones[615], quas unusquisque ecclesiae proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienare[616a] quibuslibet titulis atque[617] distractionibus, uel sub quocumque argumento non patimur, nisi forte[618] aut clericis bonorum[619] meritis[620b], aut monasteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis, si[621], necessitas largiri suaserit; sic tamen, ut hec ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfruantur[622].

Gratian. *Sed illud Tolletani concilii ita intelligendum est, ut episcopi preter quartam uel tertiam, que secundum locorum diuersitates eis debetur, nichil contingant.*

Unde in Concilio Leonis Papae [IV. c. 26.] *statutum est*[623]:

C. LXII. *A clericis et piis locis ultra statuta Patrum aliquid episcopus non exigat.*

Nulli episcoporum liceat a subiecto sacerdote, uel alio[624] quolibet clerico, et piis locis dationes[625] ultra statuta Patrum exigere, aut superposita[626] in angariis inferre. Sed cum optimus sit perspector[627], ita perspiciat[628a], ut uniuersae sibi oues conmissae a se maxime alantur, atque in necessitatibus adiuuentur, non[629] illicitis exactionibus obprimantur, quia Dominus pascere et docere nos docuit et omnibus ministrare, non[630] terrenis lucris et[631b] auaritiis delectari.

C. LXIII. *De redditibus ecclesiae quarta pars clericis distribuenda est.*

Item Gregorius Leoni Episcopo Cathinensi, [lib. VII. epist. 8.][632a]

Ad hoc[633] locorum gradus rationis ordo distinxit[634] et iudicia esse constituit, ut nec prepositi in obprimendos se frustra ualeant occupare subiectos, nec subiectis iterum contra suos prepositos effrenata sit resultandi licentia. §. 1.[635b] Volumus[636] ergo[637c], ut quicquid ecclesiae tuae ex[638] redditu uel[639] quolibet alio titulo fortassis accesserit, quartam[640] exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare, atque eam[641] secundum Dei timorem presbiteris, diaconibus ac clero (ut tibi uisum fuerit) discrete diuidere.

C. LXIV. *Episcopi turpis lucri gratia nichil a monachis uel clericis suis exigere debent*[642a].

Item ex VII. Sinodo, [c. 4.][643*]

Predicator ecclesiae[644b] Paulus diuinus[645] apostolus, ac si canonem ponens Ephesiorum presbiteris, imo uero et omni sacratae[646] multitudini ac plenitudini[647c], ita fiducialiter perhibuit: „Argentum et[648] aurum, aut uestem nullius concupiui[649]. Omnia ostendi uobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, beatius existimans[650] dare quam accipere.“[651] Propter quod et nos docti[652d] ab eo diffinimus[653], nullatenus episcopum turpis lucri gratia excogitare** ad excusandas excusationes in peccatis expetere[654] aurum uel argentum, aut aliam speciem a presbiteris[655e], uel clericis, uel[656] monachis, qui sub ipso sunt. Ait enim Apostolus[657f]: Non[658g] debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis.“[659h] Et[660i] apostolus[661k] Petrus: „Pascite, qui in uobis est, gregem Dei, non coacte, sed spontanee[662] secundum Deum, non turpis lucri gratia[663l], neque ut domi-

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 59. i) huiusmodi — c. 60. a) appellantibus aut — c. 61. a) alienari b) meritorum — c. 62. a) prospiciat b) vel — c. 63. a) Catanensium b) Et infra: §. 1. c) igitur — c. 64. a) Episcopus . . . debet b) veritatis c) ac plen.: *deest* d) edocti e) ab episcopis f) Apostolus: iniqui regnum Dei non possidebunt g) nec h) filiis. Et infra: i) Praecepit enim et k) apostolorum summus l) gratia, sed voluntarie

NOTATIONES CORRECTORUM.

tione tradiderant. Qui in se reversus S. Bonifacium, et Fuldradum, abbatem monasterii S. Dionysii et summum capellanum regis Pipini, ad se vocavit, eisque talia dicens in signum dedit, ut ad sepulcrum illius irent, et si corpus eius ibidem non reperissent, ea, quae dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad praedictum monasterium, ubi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulcrumque ipsius aperientes, visus est subito exiisse draco, et totum illud sepulcrum interius inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos vidimus, qui usque ad nostram aetatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt, et nobis viva voce veraciter sunt testati quae audierunt atque viderunt. Quod cognoscens filius eius Pipinus, synodum apud Liptinas congregari fecit, cui praefuit cum S. Bonifacio legatus apostolicae sedis Gregorius nomine. Nam et synodum ipsam habemus, et quantumcunque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam res ecclesiis, a quibus ablatae erant, restituere propter concertationem, quam cum Waifaro Aquitanorum principe habebat, non praevaluit, precarias fieri ab episcopis exinde petiit, et nonas ac decimas ad restaurationes terrarum, et de unaquaque casata duodecim denarios ad ecclesiam, unde res erant beneficiatae (sicut in libro capitulorum regum habetur), dari constituit, usque dum ipsae res ad ecclesiam revenirent. Unde et dominus Carolus imperator, adhuc in regio nomine constitutus, edictum fecit, ut nec ipse, nec filii eius, neque successores, huiusmodi res agere attentarent. Quod manu sua firmavit, cui plenitudinem habemus, et de quo capitulum excerptum in libro capitulorum eius, quicunque librum illum habet et legere voluerit, invenire valebit. Hanc etiam relationem et in scripturis habemus, et quidam nostrum etiam viva voce dominum Ludovicum imperatorem patrem vestrum referre audivimus. Huius historiae mentio etiam est in vita B. Eucherii, episcopi Aurelianensis, et B. Rigoberti, archiepiscopi Remensis. Qualis vero esset huiusmodi ecclesiasticorum bonorum divisio, quam Carolus Martellus induxit, Pipinus autem et Carolus imperator prohibuerunt, eodem libro I. Capitularium, ante capitulum istud 83., sic exponitur: *Tempore Hadriani Papae, et Caroli M. imperatoris quando Paulinus episcopus tenuit vices apostolicae sedis, in Aquis fuit factum istud capitulum, propter hoc, quia laici homines solebant dividere episcopia et monasteria ad illorum opus, et non remansisset ulli episcopo, nec abbati, nec abbatissae, nisi tantum, ut velut canonici et monachi viverent.*

C. LXIV. * Caput hoc antea citabatur ex VI. synodo. Est autem in VII. ex versione Anastasii, ex qua nonnulla his sunt addita, demta, emendata.

** Excogitare: Verba graeca: ὁρίζομεν, μὴ ὅλως αἰσχροκερδῶς ἐπινοεῖσθαι ἐπίσκοπον προφασιζόμενον προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, ἀπαιτεῖν χρυσόν, sic clarius verterentur: *statuimus, ne ullo modo turpis lucri gratia in mentem veniat episcopo excusanti excusationes in peccatis poscere aurum, etc.*

Causa XVI. Quest. I. can. 59. 603) *ACDFG* 604) possunt: *CDEGH* || can. 60. 605) *c.* 33. *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 233.; *Burch.* III, 203. (*can.:* avaritia radix; *cont.*); *Ivo Decr.* III, 255. (*ut ap. Burch. cont.*); — *Abbo Floriac. c.* 35. (*can. contin.*) 606) conc.: *deest: Edd. Arg. Nor.* 607) de decimis et de trib.: *Burch. Ivo* 608) fructibus: *Abbo* 609) consequentur: *H Ed. Bas.* 610) quipp.: *deest: Ed. Bas. Abbo* 611) *add.:* fuerit vel: *EGH;* fuerit: *Ed. Bas. Ivo* 612) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 613) decesserunt: *Edd. coll. o. orig. Hisp. Abbo* || can. 61. 614) *scr. ao.* 513. *ap. Thiel p.* 724. — *Jaffé no.* 477. — *Ans.* V, 47. (51.); *Deusded.* II, 44.; *Polyc.* III, 12, 11. 615) *add.:* igitur: *Ans. Deusd.* 616) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Polyc.* 617) aut: *H Edd. coll. o.* 618) forsitan: *orig. Ans. Deusd. Polyc.; seqq. culpa scriptoris omissa sunt ap. Polyc. et in Codd. coll.* 619) horum: *orig. Deusd.;* honorum: *Ans.* 620) *Codd. coll. o. orig. Ans. Deusded.;* pro meritis: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 621) si: *deest: orig.* 622) perfruatur: *A;* fruantur: *B;* habeant: *Ans. Deusd.; add.:* donec vixerint: *orig.* || can. 62. 623) *ex C. Rom. Eugenii* II. *hab. ao.* 826. *c.* 26. *ap. Mansi* XIV, 1002.; *et Leonis* IV. *ib.* 1012.; *Ans.* VI, 166. (171.) *Deusded.* II, 49.; *Polyc.* IV, 21, (22,) 2.; *Caes.* IV, 89. 624) aliquolibet: *orig.* 625) donationes: *CD* 626) superpositi: *A;* superpositis: *B;* supposita: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 627) prospector: *orig.* 628) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Corr. Ans. Deusd. Polyc.* 629) quam illicit. exactis dationibus: *orig. Ans. Deusd. Polyc.; hic est finis Eugenii canonis; reliqua a Leone* IV. *addita sunt.* 630) nec: *EG* 631) *Codd. et Edd. coll. o.;* sed (?): *Deusd.* || can. 63. 632) *Codd. coll. o.;* Cartaginensi: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* — *Ep.* 7. *scr. ao.* 597. *lib.* VIII. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1128. — *Caes.* VII, 102.; — *Ans.* V, 67. (68.) *a Corr. et R. citatur sed in Cod. coll., quo eodem R. usus est canonem cit. non invenimus.* 633) hec: *EGH* 634) distribuit: *ib. Ed. Bas.* 635) *Codd. coll. o.* 636) *Abbo Flor. c.* 35. (*can. cont.*) 637) *Codd. coll. o. orig.; deest: Abbo* 638) vel ex: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 639) vel ex: *EGH* 640) ut quart.: *Ed. Bas. Lugdd.* II. III. 641) eandem: *EGH* || can. 64. 642) *Codd. coll. o. pr. C* 643) ex VI. syn.: *BEG Edd. coll. o. pr. Bas.;* VIII.: *F;* IX.: *D Ed. Bas.;* — *hab. ao.* 787. — *interpret. Anastasiana.* — *Ans.* VI, 167. (173.); *Deusd.* II, 6. 644) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Deusd.;* — *cf. Act. c.* 20. 645) divinitus: *EGH* 646) sacrae: *EGH;* sanctae: *Deusd.* 647) *Codd. et Edd. coll. o.;* plenitudini: *Ans. Deusd.: in graeco est:* πληρώματι. 648) aut: *orig.* 649) *add.:* Ipsi scitis, quoniam ea, quae mihi opus erant, et iis, qui mecum sunt, ministravit manus ista: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* 650) existimantes: *orig.* 651) q. acc.: *deest: ib.* 652) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 653) diffinivimus: *C Edd. coll. o. pr. Bas. Par. Lugdd.* 654) et exp.: *orig.* 655) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 656) aut: *orig.* 657) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd.;* — I. *Cor. c.* 6. *v.* 10.; II. *Cor. c.* 12. *v.* 14. 658) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd.;* et non: *orig.* 659) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd.* 660) *ib.* — Petr. principalis apostolorum summitas: *orig.* 661) *Codd. et Edd. coll. o.* — *cf.* I. *Petr. c.* 5. *v.* 2. 662) spontanei: *Ed. Bas.;* sponte: *Edd. rell.* 663) *Codd. et Edd. coll. o. Deusd.:* grat. sed prompta: *orig.*

nantes in clero[664m], sed forma facti gregis[665]. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis inmarcescibilis[666n] gloriae coronam."

Gratian. *Illud autem, quod in fine capituli Simaci ponitur: „Hec ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfruantur," ad personales tantum possessiones, clericorum uidelicet et pauperum, non ad monasteriales referendum est.*

VII. Pars. §. 1. *Quam uero sit graue apud Deum decimas, et oblationes, ac primicias[667] sacerdotibus non soluere, auctoritate Ieronimi et Augustini apparet.*

Ait namque Ieronimus super Malachiam[668a]:

C. LXV. *Reus apud Deum habetur qui sacerdotibus decimas non soluerit.*

„Reuertimini ad me, et ego[669b] reuertar ad uos, dicit Dominus exercituum; et dixistis, in quo reuertemur? Si homo affiget[670] Deum, quia uos configitis[671] me, et dixistis, in quo configimus[672] te? in decimis et in[673c] primiciis[674]. Et[675d] in penuria uos maledicti estis, et me configitis[676] tota gens." Nunc sequamur ordinem prophetae[677e]: „Quia michi non reddidistis decimas et primicias, idcirco in fame et penuria maledicti estis, et me uos subplantastis[678f], siue defraudastis[679g]. Ecce[680h*] annus expletus est, et nichil in meos thesauros, sed in uestra horrea conportastis et pro decimis et primiciis, que parua erant, ut[681i] a uobis[682] darentur, ubertatem possessionum uestrarum et omnem frugum habundantiam perdidistis. Ut autem sciatis, me hoc[683] irascente[684] perfectum, quia fraudastis me parte mea, hortor uos atque conmoneo, ut inferatis decimas in horrea[685], hoc est in thesauros templi, et habeant sacerdotes atque Leuitae, qui michi ministrant[686], cibos, et probate me, si non tantas pluuias effudero, ut catheractae celi apertae esse credantur, „et effundam uobis benedictionem usque ad habundantiam." Verbum effusionis nomen largitatis ostendit. Sed fieri potest, ut agros irrigantibus pluuiis sit quidem fertilitas, uerum aut locusta ueniet[687k], aut brucus, aut erugo, aut eruca, et[688l] labores hominum uastabunt[689m]. Propterea subiungit[690n] et dicit: „Et increpabo pro uobis deuorantes,"[691o] locustam uidelicet, et reliqua, que diximus, „et non corrumpent[692p] fructum terrae uestrae." §. 1.[693q] Si quando fames, et penuria, et rerum omnium egestas obprimit[694r] mundum, sciamus, hoc ex Dei ira descendere, qui se in pauperibus, si non accipiant elemosinam, fraudari loquitur, et suas** possessiones possumus decimas et primicias interpretari. §. 2. Si quis doctus et eruditus lege[695s] Domini[696t] potest alios[697u] erudire, non debet suae adsignare prudentiae ingenioque quod possidet, sed gratias agat Domino[698v] primum, qui cuncta largitur, deinde sacerdotibus eius ac ministris[699w], a quibus doctus est. Si enim non egerit gratias, sed sibi scientiam uendicauerit[700], in penuria maledicetur. Quod si intelligens largitorem Deum, et agens his gratias, per quos a Deo eruditus est[701], humiliauerit se, et in horreum Dei[702] intulerit cibos, hoc est scripturae[703x] alimenta in ecclesia populis ministrauerit, statim aperientur super eum catheractae celi, et effundetur pluuia spiritualis[704y], et mandabit[705z] nubibus suis, ut pluant super eum imbrem, et habundantia rerum omnium perfruetur.

C. LXVI. *Decimae[706a] sacerdotibus sunt reddendae[707b].*

Item Augustinus [serm. CCXIX. de tempore][708*].

Decimae tributa sunt egentium animarum. Quod si decimam[709c] dederis, non solum habundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem[710] corporis[711d] consequeris. Non igitur Dominus Deus premium postulat, sed honorem. Deus enim noster, qui dignatus est totum dare, decimam a nobis dignatus est accipere[712e], non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Sed si tardius dare peccatum est, quanto magis[713f] peius est peccatum[714g] non dedisse? De milicia, de negocio et[715h] de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando et terrena et celestia possis premia promereri[716i] pro auaritia[717] duplicem benedictionem fraudas[718k]? Hec est enim Domini[719l] iustissima consuetudo, ut si tu illi decimam[720] non dederis, tu ad decimam reuoceris. Dabis inpio militi quod non uis dare sacerdoti. Benefacere Deus semper paratus est, sed hominum malicia prohibetur. Decimae etenim[721m] ex debito requiruntur, et qui eas dare noluerint[722n] res alienas inuadunt. Et quanti pauperes in locis suis[723o], ubi ipse habitat, illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante tribunal eterni iudicis apparebit, quia rem a Domino[724p] pauperibus delegatam[725] suis usibus reseruauit. Qui ergo sibi aut premium conparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam; etiam[726] de nouem partibus studeat elemosinam dare[727] pauperibus.

C. LXVII. *Se ipsum condempnat qui euangelizantibus necessaria subtrahit.*

Item Ieronimus [in comm. ad c. 3. epistolae ad Titum, in fine.][728]

Apostolicis uiris et euangelizatoribus Christi in necessariis usibus nolle tribuere, se[729a] ipsum condempnare est.

Quod autem decimae episcoporum consensu monachis licite tribuantur B. Ieronimus Damaso Papae scribit, dicens[730].*

C. LXVIII. *Liberum est clericis monachis decimas concedere.*

Quoniam quicquid habent clerici pauperum est, et domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum et hospitum inuigilare debent, maxime curandum est illis, ut de[731] decimis et oblationibus cenobiis et senodochiis qualem uoluerint et potuerint sustentacionem

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 64. m) cleris n) immarescibilem — c. 65. a) in comment. ad c. 3. Malachiae b) ego: *deest* c) in: *deest* d) Et: *deest* e) prophetiae f) supplantatis g) fraudatis h) atque priuatis gens tota." Pro gente, quae in Hebraico scribitur הַגּוֹי annum LXX. transtulerunt, ἔτος pro ἔθνος, et est sensus. Ecce i) si k) veniet: *deest* l) destruant et m) pereant n) iungit o) devorantem p) corrumpet q) Et infra: §. 1. r) opprimunt s) legem t) Dei u) tradendae v) Deo w) magistris x) scripturae sanctae y) spiritalis z) mandabit Deus — c. 66. a) Quod dec. b) ceteros c) decimas d) corporis et animae e) recipere f) magis: *deest* g) pecc.: *deest* h) et: *deest* i) promereri, quare k) fraudatis l) Dei m) enim n) noluerit ... invasit o) suis: *deest* p) Deo — c. 67. a) sterilitatis se

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXV. * Pro gente: Haec usque ad vers. *Ecce annus*, addita sunt ex B. Hieronymo ad sententiae integritatem.

** Et suas: In originali sic legitur: *fraudari se loquitur et sua portione privari. Possumus decimas et primitias etiam* [*et:* Ed. Migne] *sic interpretari.* Sed ob glossam non est mutatum. Alia vero quaedam emendata sunt.

C. LXVI. * Caput hoc confectum est ex locis B. Augustini in serm. 219. (qui est primus dominicae XII. post festum Trinitatis), et serie verborum, et verbis ipsis saepe mutatis, eodemque modo apud Anselmum habetur.

C. LXVIII. * Supra etiam 1. q. 2. *Clericos.* pars huius capitis citatur ex B. Hieronymo, in cuius, quae exstant, scriptis nihil huiusmodi inventum est.

Causa XVI. Quest. I. can. 64. 664) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Deusd.* 665) gregi: *ABE Ans.; add.:* ex animo: *Edd. Bas. Lugdd.* 666) *Codd. et Edd. coll. o.* 667) primitiva ecclesiae: *EGH* || can. 65. 668) *Codd. coll. o.; ad c. 3. v. 7.* — 669) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 670) affliget: *AEF Ed. Bas.;* afflixerit: *B;* affligeret: *D Edd. rell. pr. Par. Lugdd.* II. III. (affligit) 671) affligitis: *EH Ed. Bas.;* configitis: *BF Edd. rell.* 672) configimus: *BF Edd. coll. o. pr. Par. Lugd.* III.; confiximus: *orig.* 673) *Codd coll. o.* 674) primitivis: *orig.* 675) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Codd. orig.;* Et ideo in: *Edd. rell.* 676) configitis: *BF Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* III.; vos confixitis: *orig.* 677) *Codd. et Edd. coll. o.* 678) *Codd. et Edd. coll. o.* 679) *ib. pr. AB* (fraudati estis) 680) *Codd. et Edd. coll. o.* 681) *ib.* 682) nobis: *H Ed. Bas.* 683) haec . . . perfecta: *C;* id: *Edd. Bas. Lugdd.* 684) *add.:* id est: *EGH* 685) *add.:* mea: *Edd. coll. o.* 686) ministrent: *H Edd. Arg. Bas.* 687) *ABDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; veniat: *Edd. Lugdd.* II. III.; locustae venient: *C* 688) *Codd. coll. o.* 689) *Codd. et Edd. coll. o.* 690) *CDEFGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; adiungit: *B Edd. rell.* 691) *ABCDF Edd. coll. o.;* locustas: *Edd. coll. o.* 692) *Codd. coll. o.* 693) *Codd. coll. o.* 694) *Codd. et Edd. coll. o.* 695) *ABCDEH orig.* 696) *Codd. coll. o.* 697) *Codd. et Edd. coll. o.* 698) *ABCD* 699) *Codd. et Edd. coll. o.* 700) vendicat: *AC;* sibi: *deest: ABD* 701) est: *deest: EH* 702) Domini: *EGH Ed. Bas.* 703) *Codd. et Edd. coll. o.* 704) *ABCDEGH* 705) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 66. 706) *Codd. coll. o.* 707) *Codd. coll. o. pr. C* (solvendae) 708) *in Ed. Maur. Sermo* 277. *no.* 2. — *Sermo non satis certae auctoritatis ex sententia Maurinor.* — *Ans.* V, 34.; *Caes.* VII, 38. 709) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 710) salutem: *EGH Ed. Bas.* 711) *ABCDF Ans.* 712) *ABC Ans.* 713) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ed. Bas.* — *Ans.* 714) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (pecuniam) — *Ans.* 715) *Codd. coll. o. Ans.* 716) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ans.* 717) per avaritiam: *Ans.* 718) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 719) *ib.* 720) decimas: *AB* 721) *ACDF Ans.* 722) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 723) *Codd. coll. o. pr. C;* — *Ans.* 724) *Codd. coll. o. Ans.* 725) *add.:* erogatam vel: *EGH* 726) et: *CDEGH;* et etiam: *AB* 727) facere: *EGH Ed. Bas.* || can. 67. 728) *ad v. 14. no. 740. in Ed. Migne.* 729) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 68. 730) *Caput incertum;* — *cf. Berard.* III, 152. *sqq.* 731) in: *A; deest: B*

inpendant. Liberum est enim monachis et spiritualibus[732a] uiris Deum timentibus et colentibus decimas et oblaciones cunctaque remedia concedere, et de iure suo in dominium illorum et usum transferre, nec tam in pauperibus paupertatem quam religionem attendere. §. 1. Quod autem beatitudo tua[733] quesiuit, utrum usus decimarum et oblationum secularibus prouenire possit, nouit uestra sanctitas omnino non licere, protestantibus hoc[734] omnibus[735b] diuinis auctoritatibus paternorum canonum. Quamobrem, si aliquando fuerint ab his male detenta, que diuini iuris esse noscuntur, et in usum monachorum transierint et seruorum Dei, episcopo tamen loci illius prebente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate et[736] stabilitate subnixa. §. 2. Clericos[737] autem illos conuenit ecclesiae stipendiis sustentari, quibus parentum et propinquorum[738] nulli[739c] suffragantur. Qui autem bonis parentum et opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt et[740d] conmittunt, et per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt.

Gratian. *De prediis autem, que a colonis eorum coluntur, sic diffinitum est in Magontiensi*[741e] *concilio: „Questi sunt preterea etc."*[742f]

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *De capellis uero, que ab eis possidentur, quod per eorum institutionem a sacerdotibus sint gubernandae, Iohannes Papa probat, scribens*[1] *Ysaac Siracusano Episcopo*[2]*.

C. I. *Presbiteri in monasteriorum ecclesiis instituantur per abbates.*

Visis litteris karitatis uestrae, quibus satis perpenditur, quanto studio huic sanctae sedi reuerentiam exhibetis, non modice gauisi sumus. Nunc itaque super ea, que consuluistis, ut karissimo fratri benigne discretum consilium damus. Delegauit enim nobis pia mansuetudo uestra, utrum ecclesiae pro[3] quiete monachorum a sanctis conciliis[4] catholicisque episcopis eis traditae per sacerdotes ab eis ordinatos et inuestitos debeant institui. Addidit quoque fraternitas tua, litem et seditionem inter clericos monachosque ex hac causa non modicam esse ortam; quod instigatione uersuti hostis nemo fieri[5a] ambigat. Habet enim mille nocendi modos, nec ignoramus astutiam[6b] eius. Conatur namque a principio ruinae suae unitatem ecclesiae rescindere, karitatem uulnerare, sanctorum operum dulcedinem inuidiae felle inficere, et omnibus modis humanum genus euertere[7] et[8] perturbare. Dolet enim satis et erubescit karitatem, quam in celo nequiuit habere, homines constantes ex[9] lutea materia in terra tenere. Unde oportet (quantum fragilitati nostrae conceditur) ut omnes aditus nocendi eius uersuciae muniamus[10c], ne mors ingrediatur per portas nostras. §. 1. Consilio[11] itaque multorum fratrum diligenter exquisito decernimus[12d], ut amodo ecclesiae monachis traditae per suos sacerdotes instituantur. Diuinae enim leges habent et seculares, ut cuius est possessio eius fiat[13] institutio, et si in dando quod maius est facilis fuit karitas, sit facilior in concedendo quod minus est sancta largitas. Maius enim fuit possessionem dare quam sit inuestituram concedere. Quomodo possessoris iura cognoscentur[14], et suarum rerum sibi tributa reddentur, ubi quod suum est per alterum datur, et, cum uoluerit, aufertur? Humani moris est illum uereri, cuius iudicio et uoluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Unde fit, ut in partem episcopi ad seruiendum sacerdos procliuior fiat, et sic episcopus quod sancte et religiose dederat quadam simulata auctoritate ad se trahat. Sic itaque priuatur mercede, quam consecutus[15e] fuerat, tum quia ficta karitate aufert quod dederat, tum quia prauorum sacerdotum discordias, et scissuras amantium[16f], uerbis nimis factus credulus, quod prius fucate moliebatur lucrari post[17] detecta fraude conatur quadam usurpatione ex toto auferre. Quorum auertentes[18] calliditates et hostis uersuti suasiones, deinceps omnino[19g] licentiam[20h] damus suarum ecclesiarum inuestitores fieri, ita tamen, ut iudicio sinodi, si contra sacerdotium agere presumpserint, multentur, et felici mucrone episcopi sacerdotum piacula resecentur.

II. Pars. Gratian. *Hac auctoritate monachis conceditur inuestitura suarum ecclesiarum. Sed uidetur contraire Urbanus Papa II., dicens**:

[PALEA[21]. C. II.

Admonemus atque precipimus, ut decimas[22] omnino dari[23] Deo non negligatur[24], quas ipse Deus dari[25] constituit, quia timendum est, ut quisquis[26] Deo debitum suum subtrahit[27], ne forte Deus per[28] peccatum suum auferat ei necessaria sua.]

[PALEA.

C. III. De eodem.

Item Nicolaus Papa II. epist. unica, c. 5.[29]

Precipimus[30], ut decimae[31] et primiciae, seu oblationes[32] uiuorum et mortuorum ecclesiis[33] Dei fideliter reddantur a laicis, et ut[34] in dispositione episcoporum sint[35]. Quas qui retinuerint[36], a sanctae ecclesiae communione separentur.]

[PALEA[37].

C. IV. De eodem.

Item Leo Papa.

Nullus decimas ad alium pertinentes accipiat.]

[PALEA.

C. V. Item Ambrosius sermone I. de Quadragesima[38]*.

Nam qui Deo non uult reddere decimas, quas retinuit[39], et homini non studet reddere quod iniuste ab eo abstulit, non timet adhuc Deum, et ignorat quid[40] sit uera penitencia ueraque confessio. Iste talis[41] homo[42] non potest ueram[43] facere elemosinam.]

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. I. c. 68. a) spiritalibus b) omn.: *deest* c) nulla d) incurrunt et: *deest* e) Moguntino f) etc. supra ead. — Quest. II. c. 1. a) esse factum b) astutias c) diligentissime muniamus d) decrevimus e) consecuturus f) amantium, lites et dissensiones inter episcopos seminantium g) omnibus h) licentiam monachis

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. I. * Caput hoc est cum aliis, quae ex antiquo codice monasterii Populeti sunt habita, ex cuius codicis exemplo et vetustis Gratiani aliqua sunt emendata.

** Post haec verba in exemplaribus, in quibus non sunt Paleae, sequitur c. *Sane.* In quatuor autem his interpositis Paleis nihil de monachis agitur, et haec prior est in concilio Moguntino I. c. 38., et sententia repetitur in I. c. 10. et in III. c. 17.

C. V. * Habetur in sermone I. de Quadragesima, cuius initium *Ecce nunc*, qui cum aliis B. Ambrosii nomen non praeferentibus servatur in bibliotheca Vaticana, ac monasterii Mediolanensis eiusdem B. Ambrosii.

Causa XVI. Quest. I. can. 68. 732) *ABCDF* 733) vestra: *EGH* 734) hoc: *deest: ABC* 735) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 736) ac: *EGH* 737) *c. 6. Qu. 2. C. I.* 738) amicorum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 739) *Codd. coll. o. pr. D; add.:* stipendia: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 740) *Codd. et Edd. coll. o.* 741) *Codd. coll. o.* 742) *ib.*

Causa XVI. Quest. II. can. 1. 1) scribit (probat: *deest*): *GH* 2) *Caput apocryphum ex omnium fere interpretum sententia cf. Berard.* II, 1, 391. — *ap. Jaffé deest.* 3) quae pro . . . traditae sunt: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 4) conc.: *deest: AB* 5) *Codd. et Edd. coll. o.* 6) *ib.* 7) pervertere: *EGH Ed. Bas.* 8) ac: *EGH* 9) in: *ib.* 10) *Codd. et Edd. coll. o.* 11) concilio: *Edd. Bas. Lugd.* I. 12) *ABDF Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 13) sit: *EH* 14) cognoscerentur . . . redderentur: *D Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 15) *Codd. et Edd. coll. o.* 16) *ib.* 17) postea: *EGH Ed. Bas.*; et quod . . post: *ABD* 18) advertentes: *ACDEFH Edd. coll. o. Corr.* 19) *Codd. et Edd. coll. o.* 20) *Codd. coll. o.* ‖ can. 2. 21) *Haec Palea et sqq. desunt in Codd. coll. o. pr. D; in F manu poster. saeculi in marg. scripta sunt. — Rolando nulla fuit nota; — c. 38. C. Mogunt. hab. ao.* 813. *ap. Hartzheim* I, 411.; *Bened. Lev.* I, 154.; *Burch.* III, 131. (130.); *Ivo Decr.* III, 197.; *Ivo Pan.* II. 57.; *Coll. tredec. P.* IV, 189. 22) decimae: *Ivo Pan.* 23) dare: *DF Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr.* 24) negligant: *DF Edd. coll. o.*: negligantur: *Ivo Pan.* 25) dare: *DF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; sibi dari: *orig.*; sibi dare: *Burch. Ivo Pan.* 26) qui: *DF Edd. coll. o. pr. Bas.* 27) non reddidit: *F Ed. Bas.*: abstrahit: *Burch.*: abstulerit: *Ivo Pan.* 28) propter: *DF Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; ne auferat ei necessaria: *Edd. rell.* ‖ can. 3. 29) *c. 5. Conc. Rom. hab. ao.* 1059. *ap. Mansi* XIX, 898.; — *Jaffé no.* 3532. — *Ans. in fine lib.* VIII. — *cf. Dist.* XXXII. *c.* 6. *§. fin.* 30) prec.: *deest: Ans.* 31) et dec.: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 32) *add.*: quaecunque: *DF Edd. coll o. Corr. Ans.* 33) et eccl.: *F Ed. Bas.* 34) non: *Ed. Bas.* 35) *add.*: secundum canones distribuendae: *DF Edd. coll. o.* 36) tenuerit a sancta comm. priuetur aut (uel: *DF Ed. Bas.*) separetur: *DF Edd. coll. o.* ‖ can. 4. 37) *ex synodali admonitione quadam quae exstat testante Berardo* II, 1, 300. *in Edit. Regin. Paris.* 1671. *p.* 607.; *Burchardo talem admonitionem praefixam esse contendit cum Berardo Richterus, quae tamen neque in Cod. coll. neque in Ed Migne invenitur.* ‖ can. 5. 38) *Sermo* XXV. *no.* 2. *Ed. Migne*; — *abiudicavere hunc sermonem ab Ambrosio Maurini.* 39) tenuit: *DF Edd. coll. o.* 40) ab eo: *deest: ib.* 41) quae: *ib.* 42) homo: *deest: ib.* 43) bonam: *D Ed. Arg. Corr. orig.*

C. VI. *Abbates in parrochialibus ecclesiis absque episcopi consilio presbiteros non ordinent.*

Sane[44a] quia monachorum quidam episcopis ius suum auferre contendunt, statuimus, ne in parrochialibus ecclesiis, quas tenent, absque episcoporum consilio presbiteros collocent, sed episcopi parrochiae curam cum abbatum consensu sacerdoti committant, ut eiusmodi sacerdotes de populi quidem cura episcopis rationem reddant, abbati uero pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant, et sic sua cuique iura seruentur[45]. *Idem:* §. 1. In parrochialibus ecclesiis presbiteri per episcopos constituantur[46b], qui eis respondeant de animarum cura, et his, que ad episcopum pertinent.

C. VII. *Quorumcumque monachorum ecclesiae episcoporum subdantur regimini.*

Item ex Concilio apud Flauentiam habito[47a].

Statuendum[48b] est, quatinus ecclesiae quorumcumque monachorum in singulis parrochiis sitae episcoporum, ut decet, diuinitus subdantur regimini, eisque debita obsequia exhibeant.

Gratian. *Ecce Urbanus Papa prohibet inuestituras parrochialium ecclesiarum per monachos fieri, quas Iohannes Papa eis concessit. Sed illud Iohannis Papae intelligendum est de illis capellis, que cum omni iure suo ab episcopis monachis conceduntur. Istud autem Urbani intelligendum est*[49c] *de illis, quas abbates in propriis prediis edificant in uillis uel in castellis suis.*

[QUESTIO V.]*

GRATIANUS.

Tales, etsi ius territorii habeant, tamen potestatem gubernandi populum, et spiritualia ministrandi non habent. Quod etiam de episcopo intelligendum est.

Unde Nicolaus Papa ait[50*]:

C. VIII. [I.] *Episcopus, qui in alterius diocesi ecclesiam edificat, eius consecrationem sibi uendicare non audeat*[51a].

Si quis episcoporum in alienae ciuitatis territorio pro quacumque suorum opportunitate ecclesiam edificare disponit, non presumat dedicationem[52b], que illius est, in cuius territorio ecclesia assurgit. Edificatori uero episcopo hec gratia reseruetur, ut quos desiderat clericos in re sua ordinari[53], ipsos ordinet is, cuius territorium est, uel si ordinati iam sunt, ipsos habere adquiescat, et omnis ecclesiae ipsius gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexerit[54c], pertinebit.

C. IX. [II.] *Basilicae nouiter conditae ad episcopum*[55] *pertinent, cuius conuentus constiterit esse.*

Item ex Concilio Tolletano IV., [c. 34.][56*].

Possessio territorii conuentum non adimit[57] ideoque nouae[58a] basilicae, que conditae fuerint, ad eum proculdubio pertinebunt episcopum, cuius conuentus esse constiterit.

C. X. [III.] *Edificatori episcopo in diocesi alterius ecclesiam consecrare non licet.*

Item Gregorius [lib XI. epist. 19. ad Iohannem Subdiaconum][59].

Lator presentium Iohannes, frater et coepiscopus noster*, indicauit nobis, quod quidam Exsuperantius episcopus ausu temerario in diocesi ipsius oratorium construxerit[60], eumque[61a] sine precepti auctoritate contra morem presumpserit dedicare, missasque illic[62b] celebrare non metuit. Quam rem cum summa te[63] celeritate ac districtione conuenit emendare, nec[64] ulterius tale aliquid attemptare[65] permittere[66c].

Gratian. *Quod de iure ordinandi, non possidendi intelligendum est. His auctoritatibus facile potest perpendi, quod siue abbates siue episcopi in suis castellis uel uillis ecclesias edificauerint, non ideo episcopo, in cuius diocesi fuerint, conuentus adimitur, et ideo sacerdotes, iuxta illud Urbani et Nicolai, in eis non nisi per episcopos, cum*[67] *consensu tamen et electione edificantium, ordinari possunt.*

QUESTIO III.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem prescriptione temporis omnia iura tollantur, probatur auctoritate Calcedonensis Concilii, et Gelasii Papae, et Tolletani Concilii. Prima hec est*[1*]:

C. I. *Rusticanae parrochiae apud episcopos, qui eas possident, triginta annis sine uiolentia permaneant inmobiles.*

Per singulas ecclesias[2**] rusticanas parrochias[3a***], permanere[4b] inmobiles apud eos, qui eas tenent[5c], episcopos decreuimus[6d], et maxime si eas[7] sine uiolentia per[8e] triginta annos[9f] gubernauerunt[10]. Si uero intra triginta annos facta[11] fuerit[12] de eis[13h] dubitatio[14], liceat[15] eis, qui se dixerint lesos propterea[16i], mouere apud sinodum prouinciae certamen.

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. II. c. 6. a) Item Urbanus II. Sane b) instituantur — c. 7. a) Faventiam b) Statuendum nobis c) intelligitur — c. 8. a) valet b) dedicationem facere c) surrexit — c. 9. a) nove — c. 10. a) idque b) illic publicas c) permittas — Quest. III. c. 1. a) par. rustic. sive in possessionibus b) manere c) retinent d) decernimus e) iam per f) annos tenentes g) fuerit aut fiat h) his i) propter eas

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. V. * Videtur contra ordinis rationem, ut inter secundam et tertiam quaestionem quinta sit posita. Et in omnibus antiquis exemplaribus, exceptis duobus pervetustis, in secunda quaestione sunt omnes hi canones, quibus constat quinta quaestio; deinceps sequitur tertia et quarta cum suis capitulis, ut in vulgatis codicibus; tum verba Gratiani, quae in vulgatis habentur initio sextae quaestionis, et c. *Consuetudo* faciunt quintam quaestionem, reliqua vero sextam. Verum hanc, quae nunc tractatur, esse quintam quaestionem, ex propositione initio causae facta perspicuum est. Et potuit Gratianus ideo ordinem nunc mutare, quia argumentum quintae quaestionis valde coniunctum est iis, quae in fine secundae allata erant. Quam ob causam, ac praeterea ob auctoritatem illorum duorum codicum, et receptum usum citandi hos canones sub quinta quaestione, visum est nihil esse mutandum.

C. VIII. [I.] * Anselmus citat ex Arausico, in cuius 10. cap. fere idem legitur.

C. IX. [II.] * Canon 34. concilii IV. Toletani sic habet: *Sicut dioecesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non adimit, etc.* ut infr. ead. q. 3. *Sicut dioecesim.*

C. X. [III.] * Noster: Hoc loco in epistola ipsa interiiciuntur multa.

Quest. III. C. I. * Caput hoc est ex prisca versione, quae est in collectione Isidori, atque ex ea, cum duabus Vaticanis eiusdem collectionis codicibus collata, est emendatum.

** Ecclesias: Apud Balsamonem in codicibus manuscriptis legitur: καθ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν, id est: *in unaquaque provincia.* Sed in graeco canone vulgato: καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν.

*** Sive in possessionibus: Graece est: ἀγροικικὰς παροικίας, ἢ τὰς ἐγχωρίους; id est: *parochias, quae in ruribus, aut quae in vicis et pagis sunt.*

Causa XVI. Quest. II. can. 6. 44) *Codd. coll o.; c. 4. Conc. Claramont. hab. ao.* 1095. — *cf. Hefele Conc. Gesch.* V, 200.; — *Ans. in fine lib.* VIII. 45) *finis can.: Ans.* 46) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr.* || can. 7. 47) *ABCDF; — Caput incertum ad conc. Placentinum sub Urbano* II. (1088—99) *habitum fortassis referendum; sed non invenitur inter canones impressos synodi Plac. ao.* 1095. (*Jaffé post. no.* 4147.) *hab.* — *cf. Hefele Conc. Gesch.* V, 195. 48) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 49) *BEFGH; deest: A* || can. 8. 50) *can.* 10. *Conc. Arausic. hab. ao.* 441. *ap. Bruns* II, 123.; *in compendium redactus. — Ap. Ans.* V, 3, *unde citant Corr. non est repertus; Coll. tredec. P.* IV, 11. 51) *ADEFGH;* valeat: *B;* presumat: *C* 52) *ABCDF orig.* 53) ordinare: *ABC* 54) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas. orig.* || can. 9. 55) episcopatum: *A;* ipsum: *EG* 56) *imo c.* 35. *hab. ao.* 633.; *ap. Bruns* I, 233.; *Burch.* III, 147. (146. C. Tolet. V.); *Ivo Decr.* III, 212.; *Ivo Pan.* II, 68.; *Coll. tr. P.* II, 37, 12. *cf. infra Qu.* 3. *c.* 3. 57) amittit: *Ivo Decr.;* admittit: *Coll. tr. P.* 58) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Collatt. citt. o.* || can. 10. 59) *Ep.* 17. *scr. ao.* 603. *lib.* XIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1501. — *Ans.* V, 27. (28.); *Polyc.* I, 13, (14,) 2. 60) construxit: *ACDF Polyc.* 61) *CD Ans. Polyc.;* illudque: *Codd. coll. rell. Ed. Bas.;* ipsumque: *Edd. coll. rell.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 63) te: *deest: Edd. coll. o. pr. Ven.* II. 64) ne: *orig.* 65) attentari: *Ans. Polyc.* 66) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 67) cleri: *EG*

Causa XVI. Quest. III. can. 1. 1) *add.:* Calcedonens. Concilii: *EGH; — c.* 17. *hab. ao.* 451. *versio Hisp. — Ivo Decr.* III, 106.; (*can. cont.*); *Ivo Pan.* II, 64.; *Coll. tr. P.* II, 10, 17. (*can. contin.*); — *ex Dionys.: Reg.* I, 16.; *Burch.* III, 148. (147.); *Polyc.* III, 12, 26. 2) *add.:* provinciarum: *Edd. Arg. Nor.* 3) *Codd. et Edd. coll. o.* 4) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp.* 5) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Hisp.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; *Ivo Decr.; deest: Hisp. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 7) qui: *Hisp. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 8) *Codd. et Edd. coll. o.* 9) *ib.* 10) gubernaverint: *Hisp.* 11) *add.:* etiam: *ib.* 12) *Codd. et Edd. coll. o.* 13) *Codd. coll. o. Hisp.* 14) altercatio: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* (*ex Dionys.*) 15) licere: *Hisp. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* licet: *Ivo Pan.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.*

C. II. *Dioceses triginta annis ab episcopis possessae inmobiles permaneant.*

Item Gelasius [epist. II. ad Siculos, c. 1.][17]

Presulum nostrorum auctoritas emanauit, ut facultates ecclesiae episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen, ut[18] uiduarum et[19 a] pupillorum atque pauperum, necnon et[20] clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis[21 b] statuimus dari, quod hactenus decretum est; reliquum sibi episcopi uendicent, ut, sicut antea diximus, peregrinorum atque captiuorum largitores esse possint[22]. §. 1.[23 c] Illud etiam[24] annecti placuit, ut si, quod absit, facultates ecclesiae, nec non dioceses[25] ab aliquibus[26] possidentur[27] episcopis, iure sibi uendicent quod tricennalis lex conclusit, quia[28] et filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas[29].

C. III. *Territorii possessio conuentum non*[30] *adimit.*

Item ex Tolletano Concilio IV., [c. 34.][31]

Sicut diocesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii[32]* conuentum non adimit[33]**.

C. IV. *Tricennalis possessio intra unam prouinciam seruari debet.*

Item ex eodem, [c. 33.][34]

Quicumque episcopus alterius episcopi diocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione[35] possederit, quamuis[36]* secundum ius legis eius non[37] uideatur[38] esse diocesis, admittenda[39] tamen[40 a] non est contra eum actio reposcendi. Sed hoc intra unam prouinciam[41]**, extra uero nullo modo, ne, dum diocesis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

II. Pars. Gratian. *Ecce his auctoritatibus probatur, quod possessionis et gubernationis iura prescriptione tolluntur. Sed idem Gelasius contra testatur, scribens Maximo*[42] *et Eusebio Episcopis*[43]:

C. V. *Status parrochiarum nec presumptione, nec temporis prescriptione mutari potest.*

Licet regulis[44 a] contineatur antiquis, parrochias unicuique ecclesiae pristina dispositione deputatas nulla posse ratione conuelli, ne per consuetudinem pessimam, exempli mali temeritate crescente, uniuersalis[45] confusio nasceretur: tamen etiam decretis nostris ante non multum temporis destinatis omnia iussimus, que taliter fuerant inuasa, restitui. Sed quia temeritas peruadentium legem sibi posse putat generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adiungat, ea, que inter fratrem et coepiscopum nostrum Constantium[46 b], Camiscanae[47 c]* ecclesiae sacerdotem, et directos[48 d] ab Anconitano pontifice decreuimus, per uos inpleri cupimus, tunc formam in ceteris cognitionibus, que sit sequenda, perscripsimus[49]. Nulla[50] igitur presumptione statum parrochiarum, qui perpetuae etatis firmitate durauit[51], patimur inmutari, quia nec negligentia pontificum[52 e], nec temporalis obiectio[53] (que per incuriam forte generatur), neque ignauia faciente consensus adhibitus[54], nec subripiente[55 f] supplicatione preceptio diuellere potest semel diocesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem[56] atque consignationem[57] plebs deuota[58] conuenit[59]. Territorium*** etiam non facere diocesim, olim noscitur ordinatum.

Gratian. *Hoc multipliciter distinguitur. Sunt quedam dioceses, que certis limitibus distinctae sunt; hae nullo modo prescribi possunt. Aliae uero, que non sunt certis limitibus distinctae, et de quibus certa diffinitio non olim processit*[60 g], *prescriptione tolluntur.*

Unde Innocentius Papa ait[61 a]*

C. VI. *Limitis*[62] *possessio prescribi non*[63] *potest.*

Inter memoratos fratres nostros, Fulgentium Astigitanum[64] et Honorium Cordubensem episcopos, discussio agitata est propter parrochiam basilicae cuiusdam[65], quam horum alter Cellacensem[66 b]**, alter[67] Reginensem[68 c] asseruit. Et quia inter utrasque partes hactenus limitis actio uentilata[69] est, cuius quamuis[70] uetusta retentio[71] nullum iuris preiudicium afferret[72 d], ideoque[73 e], ne in dubium ultra inter eos nostra deuocaretur sentencia, prolatis canonibus sinodalia decreta perlecta sunt. Quorum auctoritas premonet, ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos usurpet; ob hoc placuit inter alternas partes inspectores[74] uiros mittendos, ita ut diocesis*** possidentis (si tamen[75] basilicam ueris[76] signis limes prouisus[77 f] monstra-

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. III. c. 2. a) et: *deest* b) eis etiam c) Idem ibidem c. 2.: §. 1. — c. 4. a) tamen: *deest* — c. 5. a) Licet in regulis b) Constantinum c) Anuscanae* d) inter nuncios directos e) pontificis f) subrepente g) praecessit — c. 6. a) ait: *deest* b) Cellanensem c) Regiensem d) affert e) ideo f) praefixus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * **Territorii**: In vulgatis sequebatur: *possessio*, quae abest a vetustis, a Burchardo et Panormia, et codicibus conciliorum impressis et manuscriptis.

** **Non adimit**: Sic in editionibus conciliorum Coloniensibus, et codice regio, et vetustis Gratiani exemplaribus, et in Panormia. Verum in duabus editionibus conciliorum Parisiensibus, et apud Ivonem habetur: *non amittit*, et in duobus codicibus Vaticanis, et apud Burchardum: *non admittit*.

C. IV. * **Quamvis**: In concilio impresso cum manuscriptis collato legitur: *Quia secundum ius legis eius videtur esse dioecesis admittenda non est etc* Ivo autem in tertia parte etiam clarius post vers. *Possederit*, sic habet: *eam teneat, quia secundum ius legis eius videtur esse dioecesis et admittenda non est, etc.* Burchardus autem: *quamvis secundum ius legis eius videtur esse dioecesis.* In Panormia vero quemadmodum apud Gratianum.

** **Provinciam**: Auctor glossae interpretatur: *id est dioecesim*, et in variis conciliorum editionibus, et duobus codicibus Vaticanis legitur: *parochiam*, qua voce saepe dioecesis significatur, ut in canone Apostolorum 14.: *Episcopo non licet alienam parochiam propria relicta pervadere*, et in conc. Antiocheno c. 21. vocem παροικίας alii verterunt parochiam, alii dioecesim, omninoque in Toletanis hae voces confunduntur, ut Toletano 3. c. 20., et Toletano 4. c. 32. et 35., et Bracarensi 2. c. 2. Et in huius capitis initio vox: *dioecesis*, partem quandam, id est parochiam, significat. Verum in codice conciliorum Lucensi regio, et vetustis exemplaribus Gratiani, et Panormia, et apud Ivonem p. 5. in margine est: *provinciam*.

C. V. * **Anuscanae**: In vetustis codicibus varie legitur, id est: *Canuscanae, Camuscanae, Tamiscanae.*

** **Territorium**: Haec referuntur etiam ab Anselmo, licet non ab Ivone.

C. VI. * Caput hoc exstat in concilio Hispalensi 2. c. 2., et ex eo Burchardus citat.

** **Cellanensem**: In concilio impresso ac manuscripto legitur: *Celticensem*, et Plinius l. 3. c. 1. inter oppida conventus Hispalensis numerat Celticam.

*** **Ita ut dioecesis**: In conciliorum editionibus, et duobus codicibus Vaticanis [in orig. ed. Bruns et in Hisp.] legitur: *ita ut, si in dioecesi possidentis sitam basilicam veteribus signis limes praevisus*, (al. *pervisus* [*praefixus*: orig. ed. cit.]) *monstraverit, ecclesiae, etc.* Itemque in codice Lucensi regio, nisi quod loco dictionis: *praevisus*, habetur: *praefixus*.

Causa XVI. Quest. III. can. 2. 17) *Ep. scr. ao. 494. ap. Thiel p. 381. — Jaffé no. 392. — Ivo Decr.* III, 147. (*can.*: quomodo praesulum; *contin.*); *Polyc.* III, 12, 9. — *cf. ad c. 1. C. XIII. qu. 2.* 18) ut inde: *EGH* 19) *Codd. coll. o.* 20) et: *deest: orig.* 21) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Hisp. Ivo Decr. Polyc.* 22) *finis canonis: Polyc.* 23) *Codd. coll. o. Ivo Decr.*; item Gelas. II. de eod.: *EGH*; Gelasius II.: *Edd. coll. o. pr. Bas. — cf. c. 1. C. XIII. qu. 1.; — Reg.* I, 18. (*can. contin.*) *Burch.* III, 149. (148.); *Ivo Pan.* II, 65. (*can. cont.*) 24) quoque: *Ivo Decr.* 25) et dioc.: *Hisp. Burch. Ivo Decr.* 26) aliis quibus: *Reg.*; aliis quibusque: *Burch.* 27) possideantur: *Ivo Decr.* 28) *Ans.* V, 20. (*can.*: facultates eccl.; *contin.*); quia et ultra XXX annos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus excludit: *Burch.* (*finis canonis.*) 29) *add.*: etc.: *EGH Ed. Bas.* ‖ can. 3. 30) nullo modo: *EGH* 31) *hab. ao.* 633. *c.* 35. *ap. Bruns* I, 233. *Burch.* III, 117. (146. ex Tolet. V.; *can. contin.*): *Ivo Decr.* III, 212.; *Ivo Pan.* II, 68. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* II, 17, 12. (*can. cont.*); *Coll. tredec. P.* I, 148.; — *cf. supra Qu. 2. c. 9.* (*Qu. V. c. 2.*) 32) *add.*: possessio: *DEGH Ivo Decr.* 33) amittit: *Ivo Decr.* ‖ can. 4. 34) *imo c.* 34. *ap. Bruns* I, 233.; *Burch.* I, 67.; *Ivo Decr.* III, 131.; *ib.* V, 175.; *Ivo Pan.* II, 67.; *Coll. tr. P.* II, 37, 11.; *Polyc.* III, 12, 18.; *Coll. tredec. P.* I, 144. 35) appellatione (?): *Coll. tr. P.* 36) quia: *orig. Hisp. Ivo Decr.* III. *Coll. tr. P. Polyc.* 37) non: *deest: A Burch. Ivo Decr.* III. *Coll. tr. P.*; iam: *orig. Hisp. Polyc.* 38) videtur: *orig. Hisp. Burch. Ivo Decr.* III. *Coll. tr. P.*; iudicetur: *Ivo Decr.* V. 39) et admitt.: *Ivo Decr.* III. 40) *Codd. et Edd. coll. o.* 41) parochiam: *Burch. Ivo Decr.* III. V. *Coll. tr. P.* ‖ can. 5. 42) Maximiano: *EGH* 43) Episcopo: *AC*: — *Ep. non satis certae epochae* (492—96.) *ap. Thiel p. 492. — Jaffé no. 438. — Ivo Decr.* III, 97.; *Coll. tr. P.* I, 46, 25.; *Anselmi Coll. ct. ap. Canis. t.* 3. 44) *BEFGH orig. Ivo Coll. tr. P.* 45) ubique univ.: *orig. Ivo* 46) *F orig. Coll. tr. P.* 47) *ABCDF orig. Ivo Coll. tr. P.*: Camisanae: *EGH* 48) *Codd. coll. o. pr. C*; — *Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.* 49) prescrips.: *AC orig.* 50) *Ans.* V, 15. (16. *can.*: nulla praesumpt.) 51) duraverit: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 52) *Codd. coll. o. pr. A*; — *Ed. Bas. Ans.* 53) abiectio: *Ans. Coll. tr. P.* 54) adhib.: *deest: orig. Ans. Coll. tr. P.* 55) *BCDF Ed. Bas. Corr. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 56) generationem: *Ivo* 57) *add.*: Christi: *D*; *add.*: episcopi: *Edd. coll. o.* 58) devote: *CD Ed. Bas.* 59) consistit: *Ans.*; *finis canonis: Ivo Coll. tr. P.* 60) *Codd. coll. o. pr. AB* ‖ can. 6. 61) *Codd. coll. o. pr. AB*; — *imo c.* 2. *C. Hispal.* II. *hab. ao.* 619. *ap. Bruns* II, 68. (*cf. Schulte Summa Decr. Lips.* (*Wien* 1871.) *p.* 18.) *Burch.* I, 69.; *Ivo Decr.* III, 99. (*sine inscr.*); *Coll. tr. P.* III, 3, 6.; *Polyc.* VI, 10, (9,) 17. (Ioannes VIII.) 62) limitibus: *GH*: *deest: E* 63) nullo modo: *EGH* 64) Astigatan.: *C Polyc.*; Astigitacium: *B*; Astigianensem: *Ed. Bas.* 65) cuiusd.: *deest: orig. Hisp.* 66) *ACDFG Ed. Bas.*; Celticensem: *orig. Hisp. Polyc.*; Celtacensem: *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 67) alt. Reg.: *deest: Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 68) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Burch.* 69) vindicata: *orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 70) quamvis sit . . . nullum tamen: *EGH Edd. coll. o. Böhm.* 71) retentione: *Burch. Ivo Polyc.*; recensione: *Coll. tr. P.* 72) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Corr. orig. Hisp. Collatt. citt. o.*; afferet: *Ed. Bas.* 73) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 74) inspectionis: *orig. Hisp. Collatt. citt. o.* 75) tantam: *Burch.* (si: *deest*) 76) veteribus: *Hisp. Burch.*; veri signi: *Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 77) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.*

uerit) ecclesiae, cuius est ius retentionis[78], sit eternum dominium. Quod si[79] limes[80] legitimus eandem basilicam non concludit[81], et[82] tam[83] longi temporis probatur obiecta prescriptio, appellatio presentis[84] episcopi non ualebit, quia illi tricennalis obiectio silentium inponit[85]. Hoc etiam[86g] et[87] secularium principum edicta precipiunt, et presulum Romanorum decreuit auctoritas. Si[88h] uero infra[89i] metas tricennalis temporis extra[90] alienos terminos basilicae iniusta retentio reperitur, repetentis episcopi iuri sine mora restituetur[91].

C. VII. *Spatia, que diffinita fuerint*[92], *tempore prescribi non possunt.*

Item Gelasius Iusto Episcopo[93a].

Dilectio tua studeat[94], quesita omnium fideliter rerum ueritate, ut[95] si de spaciis, de[96] quibus memoratur orta contentio, diffinito dudum[97] certa processerit[98], intemerata seruetur; alioquin, si nichil umquam constiterit terminatum, tunc[99] de prescriptione temporum, si qua pars confidit[100], prebeat sacramentum, ut[101] tamen que[102b] hactenus possedisse probabitur[103c], iusiurandum sinatur offerre.

III. Pars. Gratian. *Potest et*[104d] *aliter distingui. Que quisque sua auctoritate usurpat, quia nullo titulo possidere incipit, prescribere non potest, et in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Gelasii: „Temporalis obiectio, que per incuriam forte generatur, non potest diuellere diocesim semel*[105] *constitutam.“ Intelligendum est, si nullo titulo, sed sola usurpatione eam possidere cepit*[106]. *Si uero iudicis auctoritate, et priuilegiorum longa consuetudine possidere cepit*[107e], *tunc temporalis obiectio actori silentium inponit.*

Unde Gelasius Papa ait[108*]:

C. VIII. *Priuilegia per XXX. annos possessa inmobilia seruari debent*[109a].

Placuit huic sanctae et[110b] magnae sinodo, ut res uel[111c] priuilegia, que Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, et[112] siue a diuae recordationis inperatoribus, siue ab aliis Dei cultoribus in scriptis[113] donata, et ab eis XXX. per annos possessa sunt, nequaquam a potestate presulum[114] eorum[115] quecumque persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quelibet auferat; sed sint omnia in potestate ac iussu[116] presulis ecclesiae, quecumque intra XXX. annorum spacia[117d] ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium[118**] contra presentem diffinitionem egerit, tamquam sacrilegus iudicetur, et donec se correxerit, et[119] ecclesiae propria priuilegia seu[120] res restituerit[121], anathema sit.

Idem Episcopis Dardaniae[122*].

C. IX. *Repeti non possunt que XXX. annis quiete possidentur.*

Inter cetera inquit[123a]: Post quingentos annos constituta Christi quosdam[124] audio[125] uelle subuertere, cum XXX. annorum lex hominum[126] non possit abrumpi.

IV. Pars. Gratian. *Item si de rebus ecclesiae controuersia mota est, et diffinitio subsecuta, etsi iniusta sit, tamen quia non sua, sed diffinientis auctoritate possidere cepit, tricennalis prescriptio petitori silentium inponit, ita tamen, ut subputacio prescriptionis non a tempore diffinicionis, sed a decessu diffinientis exordium sumat.*

Unde in Tolletano Concilio [IX. c. 8.] *statutum est*[127]:

C. X. *Vita irrite disponentis non poterit pertinere ad tricennium temporis.*

Si sacerdotes[128] uel ministri, dum gubernacula ecclesiarum amministrare uidentur, contra Patrum sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiae diffinisse aliqua[129] dinoscuntur, non ex die, quo talia scribendo decreuerunt, sed ex quo talia moriendo diffinita reliquerunt, subputacionis ordo substabit. Nusquam[130a] etenim[131b**] poterit ad tricennium temporis pertinere uita irrite[132c] iudicantis, quia status contractuum non sumpsit[133] inicia[134] ab origine equitatis[135].

V. Pars. Gratian. *Item ea, que in*[136d] *beneficiis possidentur, siue que metu hostilitatis interueniente diutius possessa fuerint, prescribi non possunt.*

Unde in Agatensi Concilio [c. 59.] *diffinitum est*[137]:

C. XI. *Que in beneficiis possidentur prescribi non possunt.*

Clerici quilibet[138] quantacumque[139] diuturnitate temporis de ecclesiae remuneratione aliqua[140] possederint, in ius proprium prescriptione temporis non uocentur[141a], dummodo pateat ecclesiae rem fuisse, ne uideantur[142*] etiam episcopi administrationis[143b] prolixae[144] aut precatorias[145c], cum ordinati sunt[146d], facere non[147] debuisse, aut diu retentas facultates in ius[148] proprietatis[149] suae posse transscribere.

C. XII. *Que humanitatis intuitu aliquibus*[150] *prestantur prescribi non possunt.*

Item ex Concilio Aurelianensi [I., c. 25.][151]

Si episcopus humanitatis intuitu mancipiola[152], uineolas

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. III. c. 6. g) enim h) Sin i) intra — c. 7. a) Gelas. Papa d) de iis quae c) probatur d) etiam e) coeperit — c. 8. a) Debent privilegia XXX. annis possessa immobiliter observari. b) sanctae magnaeque c) et d) spatium — c. 9. a) Inter cetera inquit* *leguntur in inscr.* (Episcopis Dardaniae inter cetera inquit) — c. 10. a) Nunquam b) enim** c) irrite hoc d) in: *deest* — c. 11. a) revocentur b) tempore administ. c) precarias d) sint

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * Quod hic tribuitur Gelasio habetur in synodo VIII., habita ab Hadriano II., c. 18., et ex ea citatur apud Anselmum et Polycarpum. Sed manuscripti codices Gratiani concordant cum vulgatis.

** Saecularium: In vulgatis legebatur: *Quisquis ergo clericorum vel saecularium.* Sed absunt illae duae voces: *clericorum vel,* ab aliquot vetustis, et ab ipso concilio manuscripto. In concilio impresso legitur: *Qui contra fecerit ut sacrilegus iudicetur, et donec talia privilegia etc.*

C. IX. * Caput hoc non legitur in epistola Gelasii, quae exstat, ad episcopos per Dardaniam. Nicolaus I. in epistola ad episcopos Galliae, cuius initium est: *Quamvis singularum,* nuper, ut dictum est, impressa in appendice bibliothecae, citat ex epistola Gelasii ad orientales. Deusdedit Cardinalis et Anselmus absolute Gelasium citant.

C. X. * Nunquam enim: Sic in vetustis etiam codicibus Gratiani, et in codice concilior. Lucensi regio. In duobus Vaticanis est quidem dictio: *tricennium,* sed in ceteris verbis aliqua varietas. In conciliis vero impressis legitur: *Nunquam enim ad triennium temporis pertinebit potestas irritum* (al. *irrite*) *hoc iudicantis,* et ab aliquibus editionibus abest vox: *potestas.*

C. XI. * Ne videantur: In concilio impresso et apud Ivonem legitur: *ne videantur episcopi administrationes prolixas aut precatorias, quum ordinati sunt, facere debuisse.* In Epaunensi autem locus manifesto corruptus est.

Causa XVI. Quest. III. can. 6. 78) iusta retentio: *orig. Hisp.* 79) etsi: *Burch. Coll. tr. P. Polyc.* 80) et limes: *orig. Hisp.* 81) concludet: *ib.;* conclusit: *Corr.* 82) sed: *ib.* 83) tandem: *EGH;* tamen: *Ivo* 84) repetentis: *orig. Hisp.* 85) ponit: *ib.* 86) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 87) et: *deest: CD* 88) *ABCDFG Coll. tr. P. Polyc.* 89) *B Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.;* 90) extra alios: *Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 91) restituatur: *EGH Ed. Bas. Coll. tr. P.* || can. 7. 92) sunt: *BCEG; in DF hoc loco exstat rubr. can. seq. et nostra ibi reperitur.* 93) *ABCDF; Ep. non satis certi temporis* (492—96.) *ap. Thiel p.* 493. — *Jaffé no.* 439. — *Ivo Decr.* III, 135.; *ib.* VI, 105.; *Ivo Pan.* II, 69.; *Coll. tr. P.* I, 46, 29. 94) stud.: *deest: Ivo Decr.* VI. 95) ut: *deest: Ivo Pan.* 96) de: *deest: Ivo Decr.* III. VI. 97) iamdudum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 98) processit: *EH Ivo Decr.* VI. *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 99) nunc: *orig. Ivo Decr.* III. VI. *Coll. tr. P.* 100) fidit: *orig. Ivo Decr.* VI. *Coll. tr. P.;* dissidet: *Ivo Decr.* III.; confidet: *Ivo Pan.* 101) ita tamen ut: *CDEGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 102) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (de his que); *orig. Ivo Decr.* III. VI. *Pan. Coll. tr. P.* 103) *BCF Edd. coll. o. Ivo Decr.* VI. *Ivo Pan. Coll. tr. P.;* prohibetur: *orig. Ivo Decr.* III. 104) *Codd. coll. o.* 105) sinas: *Ivo Pan.* 106) coeperit: *CD* 107) *ABDF* || can. 8. 108) *imo c.* 18. *synodi* VIII. *hab. ao.* 869. *versio Anastas.* — *Ans.* IV, 20. (31.); *Polyc.* III, 12, 5.; *Coll. tr. P.* I, 46, 23. (Gelas.) 109) *Codd. coll. o.* 110) *Codd. coll. o. orig.;* ac mag.: *Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 112) et: *deest: ABC* 113) *add.:* vel sine scriptis: *orig.* 114) presulis earum: *ib.* 115) eor.: *deest: Coll. tr. P.* 116) usu: *orig. Ans. Polyc.* 117) *Codd. coll. o. pr. H* 118) *add.:* clericorum vel: *EGH* 119) et donec: *Polyc.* 120) seu res: *deest: ib.* 121) *add.:* et reservaverit: *orig.* || can. 9. 122) *Ad Gelasium et ad Felicem* III. *pertinere tractatum contra Aracium docet Thiel p.* 21. — *ap. Thiel p.* 287. — *scr. int. a.* 488. *et* 489. *Ans.* IV, 27. (Gel. Epp. per Dardaniam; *can. cont.*); *Deusded.* I, 134. (*can. contin.*) 123) *Codd. coll. o.; in Ed. Rom. haec verba exstant in inscriptione canonis.* 124) eos: *orig.* 125) aud.: *deest: orig. Ans.* 126) omnium: *Deusd.* || can. 10. 127) *hab. ao.* 655. *ap. Bruns* I, 294. — 128) sacerdos uel minister . . . dignoscatur . . . decrevit . . . reliquit: *orig. Hisp.* 129) aliq.: *deest: Hisp.* 130) *ABCDF* 131) *Codd. coll. o. pr. A;* — *orig. Hisp.* 132) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp.* 133) assumsit: *orig. Hisp.* 134) initium: *BEGH Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. (originem) 135) initium iniquitatis: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 136) *Codd. coll. o. pr. H* || can. 11. 137) legitur: *EG; hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 157. *sed can. nostrum ad C. Epaonense pertinere docet Maassen Gesch.* I, 203.; — *Ivo Decr.* III, 166.; *Coll. tr. P.* II, 28, 58. 138) quodlibet etiam: *Hisp.* 139) quaecunque: *orig. Coll. tr. P.* 140) aliq.: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.* 141) *Codd. coll. o. pr. AB;* — *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Corr. orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.;* revocent: *AB* 142) videatur: *Coll. tr. P.* 143) *Codd. coll. o. pr. AB; Ed. Bas.* (adm. suae); — *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 144) administrationes prolixas: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 145) *ABF Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 146) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 147) non: *deest: Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 148) in ius: *deest: Hisp.* 149) proprietati: *ib.* || can. 12. 150) alicui: *B; deest: A* 151) de concil.: *CF; hab. ao.* 511. *ap. Bruns* II, 165. *c.* 23.; *in Hisp. c.* 19.; — *Coll. tr. P.* II, 29, 18.; *ap. Ans.* V, 87, *unde allegant Corr. non est repertus.* 152) mancip.: *deest: orig.*

uel terrulas clericis aut[153] monachis, uel quibuslibet[154]* prestiterit excolendas uel[155a] tempore tenendas, etiamsi longa[156] transisse annorum spatia conprobentur, nullum ecclesia preiudicium patiatur, nec secularis legis[157] prescriptio, que ecclesiam[158b] aliquam[159c] inpediat, obponatur[160].

C. XIII. *Temporis*[161a] *prescriptio non obicitur, ubi hostilitatis metus interuenerit.*

Item ex[162] *Concilio Spalensi* [II.], *cui interfuit Ysidorus*, [cap. 1.][163]

VI. Pars. Prima actione Theodulfi Malachitanae ecclesiae antistitis ad nos oblata precatio est, asserentis antiquam eiusdem urbis parrochiam militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam[164], et ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitanae, Eliberitanae atque Egabrensis[165] urbium esse retentam. Pro qua re placuit, ut omnis parrochia, quam[166] antiqua ditione[167] ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam quisque[168] conprobaret, eius priuilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem his[169b], quos barbarica seueritas[170c] captiua necessitate transuexit, postliminium[171d] reuertentibus redditur antiqua possessio, non aliter et ecclesia receptura est[172] parrochiam, quam ante tenuit[173] cum rebus suis, siue ab aliis ecclesiis possideatur[174], siue in cuiuslibet possessionem[175] transfusa sit[176]. Non enim[177] erit obicienda[178] prescriptio temporis, ubi necessitas intererit[179e] hostilitatis.

C. XIV. *Temporis non currit*[180] *prescriptio, ubi furor hostilitatis incumbit.*

Item Iohannes Papa [VIII.] *Paulo Episcopo, fungenti legatione in Germaniam et Pannoniam*[181a].

Porro si de annorum numero[182b] forte causatur, sciat, quia[183] inter Christianos et eos, qui unius fidei sunt, numerus certus affixus est. Ceterum, ubi paganorum et incredulorum furor in causa est, quantalibet pretereant tempora, iuri non preiudicat[184c] ecclesiarum, que corporalia nescientes arma solum Dominum et propugnatorem suum, quando[185] ei placuerit misereri, pacienter expectant[186d]. Verum si annorum prolixitas in talibus inpediat[187], Deus ipse reprehendendus est, qui post quadringentos et triginta annos filios Israel de durissima seruitute Pharaonis et fornace ferrea liberauit; sed et[188e] ipse per se[189f] redemptor[190g], hominum[191h] genus post annorum milia de inferni claustris eripuit.

VII. Pars. Gratian. *Tolluntur etiam prescriptione illae dioceses, quas propriis episcopis negligentibus alii ab heresi ad fidei integritatem reuocauerunt.*

Unde in IX. Affricano Concilio [c. 88.] *legitur*[192a]

C. XV. *Si qui episcopi*[193] *dioceses suas Deo*[194] *lucrari negligunt, post triennium*[195] *constabunt eis episcopis, quorum studio fidei sunt reconciliatae.*

Placuit, ut quicumque[196b] negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholica unitate[197c] lucrari, conueniantur a diligentibus[198] uicinis episcopis, ut id agere non morentur. Quod si intra[199] sex[200] menses a die conuentionis non effecerint, qui potuerit[201] eas[202d] lucrari, ad ipsum pertineant, ita[203] sane*, ut si ille, ad quem pertinuisse uidebantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hereticis, ut inpune ibi sint, et suam diligentiam fuisse[204] preuentam, ut eo modo eius cura sollicitior uitaretur[205], cum hoc iudices episcopi cognouerint, suae cathedrae loca restituant[206e].

Gratian. *Potest etiam aliter intelligi prescriptio illa longi temporis, qua Gelasius negat statum parrochiarum posse mutari. Longum enim tempus, sicut ex legibus habetur, decennium uel uicennium intelligitur. Huius ergo longi temporis prescriptio auctoritate Gelasii et secularium legum ecclesiis obici non postest.*

VIII. Pars. §. 1. *Prescriptionum aliae sunt odio introductae petentis et fauore possidentis: aliae tantum odio petentis. Qui enim bona fide et iusto titulo rem presentis per decennium, absentis uero per uicennium tenuerit*[207], *perpetua exceptione tutus erit, non solum aduersus alios, sed etiam aduersus creditores, quibus res ipsa obligata fuerat, etiam aduersus uerum dominum. Si uero aliquo casu a possessione ceciderit, etiam aduersus uerum dominum utiliter rem uendicare poterit. Si autem nullo titulo, bona tamen fide, per tricennium rem alicuius possederit, simili gaudebit presidio. Bona uero fides non ad tractum medii temporis, sed ad inicium possessionis refertur. Sufficit enim in inicio cuique bona fide possidere cepisse, etiamsi medio tempore*[208] *conscientiam*[209f] *rei alienae habuerit.* §. 2. *Hae prescriptiones sunt introductae fauore possidentis et odio petentis, quia lex fauet his, qui bona fide et iusto titulo, uel bona tantum fide possident, odit autem et punit circa rem suam negligentes et desides.* §. 3. *Quod si mala fide rem alienam quis possidere ceperit, post XXX. annos aduersus omnem petentem exceptione tutus erit. Si uero aliquo casu a possessione ceciderit, actionem*[210] *non habebit, quia prescriptio hec non fauore malae fidei possessoris, sed odio tantum rem suam persequi negligentis introducta est. Si autem res ad creditorem suum uel ad dominum peruenerit, detentionis commodum habebit; si uero ad alium, creditor uel dominus*[211g]** *aduersus eum experiri poterit, nec sibi proderit exceptio medii*[212b] *possessoris*[213]***, *quia non ab eo habuerit*[214i] *causam possidendi. Quod si uiolenter possessio ad eos peruenerit, malae fidei possessor indistinctae possessionis commodum recipiet.* §. 4. *Hec de prescriptionibus decennii, uel uicennii, uel tricennii intelligenda sunt, si sine interruptione possessa probentur. Quod si per naturalem detentionem possessio interrupta fuerit, a die recuperatae possessionis noui triginta anni in omnibus prescriptionibus*[215]† *numera-*

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. III. c. 12. a) vel pro b) ecclesiae c) aliquid — c. 13. a) Temporalis b) iis c) feritas d) postliminio e) interest — c. 14. a) Germania et Pannonia b) numero quis c) praeiudicant d) exspectat e) et: *deest* f) se noster g) redemtor fuit qui h) humanum genus post tot annor. — c. 15. a) IX: *deest* b) quicunque episcopi c) catholicam unitatem d) ea e) restituantur f) scientiam g) alius dominus** h) medii temporis i) habuit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Vel quibuslibet: Hae voces sunt etiam apud Anselmum, sed absunt a concilio impresso et manuscripto.

C. XV. * Ita sane: Graecus canon in emendatis codicibus hoc loco sic habet: *Οὕτως μέντοι, ἵνα ἐὰν ἐκεῖνος, πρὸς ὅν δείκνυνται ἀνήκειν οι τοιοῦτοι, ἐξεπίτηδες διά τινα οἰκονομίαν ἔδοξεν ἀμελεῖν, τοῦτο τῶν αἱρετικῶν ἐπιλεξαμένων, ὥστε ἀθορύβως αὐτοὺς παραδέξασθαι, καὶ ἐν τοσούτῳ ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια ἀπὸ ἑτέρου προελήφθη, ἤ τινι εἰ καταχρήσατο, τοὺς αὐτοὺς αἱρετικοὺς πλέον ἐκάκιζεν, τούτου μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων διαγινωσκομένου.* Id est: *Ita sane, ut si ille, ad quem hi pertinere ostenduntur, de industria ad rem commodius tractandam negligenter agere visus fuerit, id probantibus haereticis, ut sine tumultu reciperentur, atque interea suam diligentiam alius occuparit, qua quidem si usus esset, ipsis haereticis maius damnum attulisset, quum hoc iudicantes episcopi cognoverint, etc.*

VIII. Pars. ** Vel alius dominus: In duobus vetustis exemplaribus non est dictio: *alius;* in uno autem legitur: *vel alius, scilicet dominus.*

*** Medii temporis possessoris: A vetustis codicibus partim abest dictio: *temporis*, partim dictio: *possessoris.*

† In omnibus praescriptionibus: Hae voces in aliquot manuscriptis non sunt.

Causa XVI. Quest. III. can. 12. 153) vel: *orig. Coll. tr. P.* 154) vel in quib.: *Coll. tr. P.; deest: orig.* 155) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 156) longo . . . spatio: *Coll. tr. P.* 157) saeculari lege: *orig. Hisp.* 158) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 159) *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; *deest: EFGH Edd. Bas. Turrecrem.* 160) apponatur: *Coll. tr. P.* || can. 13. 161) *ABCDFG; rubr.: deest: E* 162) de: *CEFGH* 163) *hab. ao.* 619. *ap. Bruns* II, 68.; — *Coll. tr. P.* II, 49, 1. 164) descissam: *orig. Hisp.* 165) Agabensis: *A;* Egavensis: *EH Ed. Bas.;* Agathensis: *CDF* 166) quae ab: *Hisp. Coll. tr. P.* 167) traditione: *EGH Ed. Bas.* 168) quisquis: *A Coll. tr. P.; deest: orig. Hisp.* 169) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 170) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Coll. tr. P.* 171) *Codd. coll. o. pr. AD; — Coll. tr. P.* 172) est: *deest: Coll. tr. P.* 173) retinuit: *orig. Hisp.* 174) possideantur: *ib.* 175) possessione: *EGH Ed. Bas. Coll. tr. P.* 176) sunt: *orig. Hisp.* 177) en.: *deest: ib.* 178) abiicienda: *Coll. tr. P.* 179) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 14. 180) occurrit: *EH* 181) *ABCDF Deusd. Polyc. — fragm. Ep. Ioannis* VIII. *scr. c. a.* 874. — *Jaffé no.* 2248. — *Ans.* II, 73. (71.): *ib.* IV, 47. (*can.:* nam non solum intra Ital.); *Deusdedit* I, 195. (*ut ap. Ans.*); *Polyc.* I, 11, (13,) *c. unic.* (*ut ap. Ans.*) 182) *Codd. coll. o. Ans.;* forte quos: *Deusd.* 183) quod: *Deusd.* 184) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas.; Ans. Deusd.* 185) quia: *Deusd.* 186) *Codd. coll. o. Ans. Deusd.* 187) impedit, ergo: *Ans. Deusd.* 188) *CEGH Ans. Deusded.* 189) *Codd. coll. o. pr. CD; — Ed. Bas. Ans. Deusd.* 190) *Codd. coll. o. pr. CDF* (red. qui); — *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Ans. Deusd.* 191) *ABC Ans.:* omnium: *Deusd.:* hom. gen. post gen. ann. mil.: *Codd. coll. o. pr. C* || can. 15. 192) *Codd. coll. o.; — c.* 121. *Concil. Afr. ap. Dionys.; c.* 24. *C. Milevit. in Hisp.: est canon C. Carthag. hab. ao.* 418. — *Burch.* I, 68. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* V, 176. (*can. cont.*) 193) episcoporum: *EGH* 194) Deo: *deest: ib.* 195) triennium: *ACDE* 196) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par. Dionys. Hisp. Burch.* 197) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.* 198) *add.:* Deum: *Ivo* 199) infra: *B Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 200) tres: *GH Ed. Bas.* 201) potuerint: *ABDF* . . . ipsos: *AB* 202) *Codd. et Edd. coll. o. Dionys. Burch.* 203) et ita: *Ivo* 204) fuisse: *deest: ib.* 205) videretur: *C Ed. Ven.* I.; vetaretur: *Dionys. Burch. Ivo;* solertior vetaretur: *Corr.* 206) *BCDEGH Ed. Arg. Corr. Dionys. Hisp. Burch. Ivo* 207) obtinuerit: *EGH* 208) temporis: *ib.* 209) *ABCDF Corr.* 210) *add.:* reposcendi: *EGH* 211) *CEGH Edd. Arg. Bas.:* verus dom.: *B* 212) *BDEFGH* 213) possessionis: *AF* 214) *ABEFGH* 215) in omn. pres.: *deest: BCF*

buntur. Si per litis contestationem, ab ultimo die litigii quadraginta anni conputabuntur. Quod si ab eo, qui in causa prescribendi erat, possessionem aliquis nanciscatur, tempus precedens cum tempore suae possessionis continuare poterit. §. 5. *Is*[216] *autem, cuius res prescribitur, si litem contestari non poterit, uel propter aduersarii absentiam, uel infantiam, uel furoris laborem, cum neminem tutorem uel curatorem habeat, uel quia in magna potestate constitutus est, intra constituta tempora presidem adeat, libellum ei porrigat, et hoc in querimoniam deducat, et sic temporis interruptionem faciat. Si autem presidem adire non poterit, saltem ad episcopum locorum uel defensorem ciuitatis eat, et suam manifestare uoluntatem in scriptis deproperet. Quod si preses, uel episcopus, uel defensor abfuerit, liceat ei publice proponere, ubi domicilium habet*[217] *possessor, seu cum tabulariorum subscriptione, uel, si ciuitas tabularios non habeat, cum trium testium subscriptione; et hoc sufficiat ad omnem temporalem interruptionem siue triennii, siue longi temporis, siue triginta, uel quadraginta annorum sit.* §. 6. *Hec de prescriptionibus inter priuatos. Ceterum aduersus loca religiosa non nisi quadraginta annorum prescriptio currit. Unde in Autenticis*[218]: „*Quas actiones tricennalis*[219] *prescriptio secludit*[220 k], *si loco religioso conpetant, quadraginta annis clauduntur.*"[221 l] *Et in Nouellis*[222]: „*Neque decennii, neque*[223 m] *uicennii, etc.*" *In canonibus uero ecclesia aduersus ecclesiam triginta annis, monasterium aduersus ecclesiam non nisi quadraginta annis prescribere permittitur. Quod si priuatus primicias et decimas siue titulo*[224 n] *siue sine titulo possederit, nulla temporis prescriptione tutus esse poterit. Que*[225] *enim ab inicio de iure effectum sortiri non possunt tractu temporis non conualescunt.* §. 7. *Unde si liber homo longo tempore pro seruo detineatur, etiamsi*[226] *quadraginta annorum curricula excesserint, sola temporis longinquitate libertatis iura minime mutilabuntur.* §. 8.[227] *Ad hec ecclesia reipublicae*[228] ††: *primitiae, decimationes ciuilium functionum instar obtinent.* §. 9. *Porro publicae functiones prescribi non possunt.*

Unde VII.[229 a] *lib. Codicis, tit de*[230] *triginta uel quadraginta annorum prescriptione, Inp. Anastasius*[231] *:

[C. XVI.][232]

„*Iubemus eos, qui rem aliquam per continuum quadraginta annorum curriculum sine quadam legitima interpellatione possederunt*[233 b], *de possessione quidem rei seu dominio nequaquam remoueri; functiones autem, seu ciuilem canonem, uel aliam quandam*[234 c] *publicam collationem inpositam*[235] *eis dependere conpelli, nec huic parti cuiusque*[236 d] *temporis prescriptionem obpositam admitti.*"

[Gratian.] *Licet*[237 e] *predia, siue sint priuati siue ecclesiae, possunt prescribi. Prouentus primiciarum*[238 f] *decimationum prescriptione tolli non potest*[239 g], *etiamsi a Romano Pontifice quilibet laicus super his rescriptum inpetrauerit.* §. 1. *Rescripta*[240] *enim, que contra ius scriptum inpetrata fuerint, nisi talia sint, que aliquibus*[241 h] *prosint*[242 i], *et nulli obsint, nullius momenti esse censentur.* §. 2. *Item: Decimae Deo mandante sacerdotibus et Leuitis separatae sunt, ut de sorte Domini uiuerent qui in eius sorte connumerantur. Non ergo cuiusquam priuilegio laicis concedi possunt, ne diuinis mandatis auctoritas humana preiudicium inferat.* §. 3. *Unde Inp.*[243 k] *Valentinianus et Theodosius*[244]: „*Uniuersas terras, que a colonis, siue*[245] *emphiteoticariis dominicis*[246 l] *iuris, reipub. uel*[247 m] *templorum in qualibet prouincia uenditae uel ullo alio pacto alienatae sunt, ab his, qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis prescriptione officiente, iubemus restitui, ita, ut nec precium quidem iniquis conparatoribus*[248] *reposcere liceat.*"

IX. Pars. §. 4. *De prescriptionibus uero longi temporis in Autenticis inuenitur collatione VIII., constitutione sexta*[249]: „*Quas actiones alias tricennalis, decennalis, uicennalis prescriptio secludit, si loco religioso conpetunt, quadraginta annis clauduntur usucapione*[250 n] *quadriennii prescriptione suum locum habentibus.*" **

X. Pars. [Gratian.] *Sed sola prescriptione*[251 o] *XXX. annorum et deinceps, a qua tamen prescriptione priuilegia Romanae ecclesiae sunt exclusa, que non nisi centum annorum spatio prescribi possunt.*

Unde Iohannes VIII. scribit Regi Lodouico[252]:

C. XVII. *Priuilegia Romanae ecclesiae non nisi centum annorum prescriptione tolluntur.*

Nemo de annorum numero resultandi sumat fomentum, quia sancta[253] Romana (cui Deo auctore seruimus) ecclesia[254] priuilegia, que in firma[255] Petri stabilitatis petra suscepit, nullis temporibus angustantur[256], nullis regnorum partitionibus preiudicantur[257]. Sed[258 a] uenerandae Romanae leges, diuinitus per ora[259 b] principum promulgatae, reum eius prescriptionem[260] non nisi per centum annos admittunt.

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

Ostensum est, quando ecclesia aduersus ecclesiam prescribere possit. Nunc uidendum est, si monasterium aduersus ecclesiam prescribere ualeat? Quod Urbanus II. prohibuit, dicens[1 a]:

C. I. *Tricennio temporis aliquid monachi prescribere*[2 b] *non ualent.*

Possessiones ecclesiarum et episcoporum tricennales abbates uel monachos habere omnimodis prohibemus[3].

Gratian. *Sed*[4] *si tollitur eis tricennalis possessio, a B. Gregorio conceditur eis quadragenalis prescriptio. Ait enim Petro Subdiacono,* [l. I. c. 9.][5]:

C. II. *Quadraginta annorum prescriptio religiosis domibus conceditur.*

Volumus accedente[6 a] te ad Panormitanam ciuitatem questionem ipsam tali ratione discutere (dominio rei apud possessorem, sicut hactenus possessum est, uidelicet permanente), ut, si[7] monasterium prefatum[8] S. Theodori fines,

EDITIO ROMANA.

Causa XVI. Quest. III. c. 15. k) excludit l) excluduntur m) vel n) cum titulo — c. 16. a) in VII b) possederint c) quampiam d) cuiuscunque e) Sic etiam f) primitiarum et g) possunt h) illis quibus i) data fuerint, prosint k) Impp. l) dominici m) vel iuris sacrorum n) usucapione et o) praescriptio — c. 17. a) Sed et b) ora piorum — Quest. IV. c. 1. a) Urbanus Papa b) praescribere abbates vel monachi — c. 2. a) accedentem

NOTATIONES CORRECTORUM.

†† Ecclesia reipublicae: Emendatum est ex manuscriptis. Nam antea legebatur: *ecclesia, respublica.* Omittit autem interdum et mutat nonnulla verba Gratianus earum legum. quas refert.

C. XVI. * In plerisque vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori.

IX. Pars. ** Habentibus: In plerisque vetustis exemplaribus sequitur: *sed sola praescriptione XXX. annorum etc.* In uno [EGH] autem haec sequuntur: *Huius ergo longi temporis praescriptio* [*praes.:* deest: EGH], *auctoritate Gelasii et saecularium legum, ecclesiis obiici non potest; sed sola praescriptio XXX. annorum, etc.* Cod. autem de SS. EE. l. fin. locus Auth. ita habet: *Quas actiones alias decennalis, alias vicennalis, alias tricennalis praescriptio excludit, hae, si loco religioso competant, quadraginta annis excluduntur, usucapione triennii vel quadriennii praescriptione in suo robore durantibus, sola Romana ecclesia gaudente centum annorum spatio vel privilegio.*

Causa XVI. Quest. III. can. 15. 216) *cf. l. 2. Cod. de annali except.* (7, 40.) 217) habeat: *EGH* 218) *Cod. de SS. eccl. Auth. Quas actiones. — Nov.* 131. *c.* 6. 219) alias decennalis, alias vicennalis, alias tricenn.: *orig.* 220) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* praecludit: *Edd. rell.* 221) *Codd. et Edd. coll. o.* 222) *Nov.* 131. *c.* 6. *cf. infra Qu.* 4. *c. fin.* 223) *ABEFG* 224) *ABCH;* sive tit.: *deest: DFG* 225) *l. 29. Dig. de regul. iur.* 226) etsi: *DEFGH;* etiam: *A* 227) *hoc loco in EGH novus incipit canon cum rubr.:* In autenticis titulo de ecclesiasticis pro temporalibus titulis. 228) respubl.: *ABF; deest: D* || can. 16. 229) *ABEFGH* 230) de: *deest: EGH* 231) Antonius: *EGH; — l. 6. Cod.* (7, 39.) 232) *in Codd. coll. o. canon cum antecd. coniunctus est.* 233) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H* 234) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Codd. origin.;* aliquam: *Edd. rell.* 235) interpositam: *EGH* 236) *BCEFGH* 237) *BCEGH;* Hinc etiam: *AB* 238) *ABCDF* 239) *Codd. coll. o.* 240) *cf. c.* 15. *qu.* 2. *C.* XXV. *Cod. c.* 7. *de prec. imp. offer.* (1, 19.) 241) *ABDF* 242) *ib.;* quae illis quibus sunt: *C;* quib. data sunt: *EG;* data sint: *H* 243) *Codd. coll. o.* 244) *l. 2. Cod.* (7, 38.) *scr. ao.* 387. *Ans.* IV, 38. (40.) 245) sive emph.: *deest: Ans.* 246) *Codd. coll. o. orig.* 247) *Codd. et Edd. coll. o.;* vel iuris templ.: *orig.;* vel iuri templ.: *Ans.* 248) conparationibus: *AB Ans.* 249) *Auth. Quas act. de SS. EE.: — Nov.* 131. *c.* 6. — *cf. supra* 250) *Codd. coll. o.* 251) *ABCD* || can. 17. 252) Ioh. VII.: *AEH; fragm. ep. Ioannis* VIII. *scr. c. a.* 874. — *Jaffé no.* 2247. — *Ans.* IV, 45. (48. *can.:* multis ac variis); *Coll. tr. P.* I, 63, 4. (*can.:* nemo autem) 253) sanctae Romanae: *A Coll. tr. P.* 254) ecclesiae: *B* 255) forma: *H; deest: G;* in firmae Petrae: *Ans.* 256) angustatur: *C* 257) preiudicatur: *ACF* 258) *Codd. et Edd. coll. o.* 259) *ib.* 260) prescriptiones: *EGH*

Causa XVI. Quest. IV. can. 1. 1) *ABCDF; — c.* 17. *Conc. Later.* II. *hab. ao.* 1123. — *Jaffé post. no.* 5119. — *ap. Mansi* 21, 304. 2) *Codd. coll. o.* 3) *in B sequitur:* Cum reges inter se patrimonium dividunt beati Petri, non possunt prescribere nisi in trecentis annis, in aliis casibus prescribitur ei in XL. 4) Sed: *deest: AB* || can. 2. 5) *add.:* Gregor. Papa: *EGH Ep.* 9. *scr. ao.* 591. *lib.* I. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 712. — *secundum Roland. ed. Thaner p.* 49. *hic canon in V. exstat quaestione.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 7) *Ans.* V, 75. (67.); *Deusded.* III, 83.; *Ivo Decr.* III, 146.; *Ivo Pan.* II, 66. 8) pref.: *deest: Ivo Decr. Pan.*

de quibus causatio mota est, inconcussos[9] quadraginta annis possedisse repereris, nullam deinceps (etiam si quid sanctae Romanae ecclesiae conpetere potuit) patiaris sustinere calumpniam, sed[10] quietem eorum inconsussam[11] omnibus modis procurate[12b]. Sin uero actores[13] ecclesiae[14] non eos possedisse quadraginta annis[15] inconcusso iure monstrauerint, sed aliquam intra tempora hec motam fuisse aliquando questionem eorundem finium, electis arbitris tranquille et legaliter sopiatur.

C. III. *De eodem.*

Item ex Nouellis Iustiniani, [Nouella CXXXI.][16*]

Neque decennii, neque uicennii[17], uel XXX. annorum prescriptio, sed sola XL. annorum curricula religiosis domibus obponantur[18], non solum in ceteris rebus, sed etiam in legatis et[19] hereditatibus.

Gratian. *Sicut ergo religiosis domibus ex lege non nisi quadragenaria est obicienda prescriptio, ita et auctoritate Gregorii aduersus alias ecclesias prescribere possunt eodem spacio temporis.*

QUESTIO V. [VI.]

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem ea, que ecclesiae debentur, rectores*[1] *eiusdem sua auctoritate iudiciis pretermissis repetere non ualeant, B. Gregorius testatur*, [lib. IV. c. 38.] *dicens*[2*]:

C. I. *Iudicio, non manibus, res ecclesiae defendantur.*

Consuetudo noua in hac ecclesia et ualde reprehensibilis erupit, ut, cum rectores eius patrimonii urbana uel rusticana[3a] predia iuri illius conpetere posse suspicantur, fiscali more titulos inprimant, atque[4b], quod conpetere pauperibus[5] existimant[6], non iudicio, sed manibus defendant, et, cum predicatores[7c] suos ueritas[8d]: „nichil per contentionem" agere precipiat[9e], etiam ipsum litigiosae contentionis malum transcenditur[10], et res quelibet, cum estimatur[11] ecclesiae posse conpètere, per uim tenetur. Proinde presenti decreto constituto, ut, si quis ecclesiasticorum umquam titulos ponere siue in rustico[12] siue in[13f] urbano predio sua sponte presumpserit, anathema sit. Et[14] responderunt omnes: Anathema sit. §. 1. Is autem, qui ecclesiae preest, si hoc uel ipse fieri preceperit[15], uel sine sua preceptione factum digna punire animaduersione neglexerit, anathema sit. Et[16] responderunt omnes: Anathema sit.

QUESTIO VI.

GRATIANUS.

II. Pars. Gratian. *Quod autem quisquis sua auctoritate que*[1a] *sibi deberi putat usurpat, nec per iudicem resposcit, cadit*[2b] *a causa, ex auctoritate Mileuitani Concilii habetur, in quo ita*[3] *statutum legitur*, [c. 21.][4]:

C. I. [II.] *Causae suae detrimentum patiatur episcopus, qui ecclesias suas ab alio retentas*[5a] *propria auctoritate querit adire.*

Placuit, ut quicumque[6] episcopi[7b] ecclesias[8] uel plebes, quas ad suam cathedram existimant[9] pertinere, non ita repetierint[10], ut causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio[11] retinente[12] irruerint, siue nolentibus siue uolentibus plebibus, causae suae detrimentum patiantur. Et quicumque hoc iam fecerint[13], si nondum inter episcopos finita[14] est contentio, sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat, quem constiterit[15] pretermissis iudicibus[16] ecclesiasticis irruisse. §. 1. Nec sibi quisque[17] blandiatur, si a primate[18], ut retineat, litteras inpetrauerit[19c], sed, siue habeat litteras siue non habeat, conueniat eum qui tenet, et eius litteras accipiat, ut eum[20] appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam questionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue[21] quos[22] eis primas[23] dederit, siue[24] quos ipsi[25] uicinos[26*] cum[27d] consultu[28] primatis[29**] delegerint[30].

III. Pars. Gratian. *Contra*[31e] *Gregorius Iohanni Defensori, eunti in Yspaniam, scribit* [lib. XI. epist. 50.,] *dicens*[32]:

C. II. [III.] *Delictum personae in dampnum ecclesiae conuerti non potest.*

Si episcopum (quod absit) talem culpam conmisisse[33a] constiterit, ut constet eum non irrationabiliter esse[34b] depositum, eadem eius depositio confirmetur, et omnes res suae ecclesiae que ablatae fuerant[35c], restituantur, quia delictum personae in dampnum ecclesiae non est conuertendum. Si autem dicitur, quia[36d] Comitiolus defunctus est, ab herede eius que ab illo iniuste ablata[37] sunt sine excusatione reddantur.

C. III. [IV.] *In personam deliquentis, non in facultates eius ultio procedat.*

Idem Petro Subdiacono, [lib. I. epist. 42.][38]

Cognouimus, quod si quis ex familia culpam fecerit[39a*], non in ipso[40b], sed in eiusdem[41c] substantia[42d] uindicetur[43e]. De qua re precipimus, ut quisquis[44] culpam fecerit,

EDITIO ROMANA.

Quidam abbas consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea in episcopatu plura acquisiuit; cui dum fratres successorem quererent, episcopus loci semet electioni uolebat inserere, ut per ipsum abbas in monasterio ordinaretur; fratres reniteuntur. (Qu. I.) *Queritur[1 a], an monasterium possit petere que ab episcopo acquisita[2 b] sunt? an episcopalis ecclesia possit sibi uendicare que monasterio fuerant contradita[3 c]?* (Qu. II.) *Secundo, an per episcopum abbas sit eligendus et ordinandus, an tantummodo a propriis fratribus sit instituendus?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

Prima questio terminatur in Concilio habito apud Alteum, in quo sic statutum legitur[4]:*

C. I. *Qui de monacho episcopus ordinatur quod ante consecrationem habuerit[5 a] monasterio, quod uero post consecrationem acquisiuit propriae ecclesiae derelinquat[6 b].*

Statutum est et[7] rationabiliter secundum sanctos Patres a sinodo confirmatum est[8 c], ut monachus, quem canonica electio a iugo regulae[9] monasticae professionis absoluit, et sacra ordinatio de monacho episcopum facit, uelut legitimus heres paternam sibi hereditatem postea iure uendicandi potestatem habeat[10]; sed quicquid acquisierat[11], uel habere uisus[12] fuerat[13], monasterio relinquat, et abbatis sui, qui fuerat secundum regulam S.[14] Benedicti, arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sanctificatur[15] et titulatur[16], secundum sacros canones quod acquirere poterit restituat.

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Secundam uero questionem terminat auctoritas Tolletani Concilii* [IV. c. 50.] *dicens[1]:*

EDITIO ROMANA.

Causa XVII. Quest. IV. c. 41. a) Scyllacenum b) Et ideo c) vendicari d) poterit e) ad iura f) de — c. 42. a) Sequetur b) reddenda — c. 43. a) Ait enim August. b) nullum c) sancti et venerandi d) Aurelii Carthaginensis? quomodo implevit os omnium, qui sciunt, laudibus Dei? e) ei f) filii postea, et g) nec etiam h) illi i) ille: *deest* k) Verumtamen l) reddantur ... sinantur — Causa XVIII. a) Quaeritur primo b) quaesita c) fuerunt tradita? Quest. I. c. 1. a) habuit b) relinquat c) est: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLI. * Intra Scyllacaenum: Sic est emendatum ex multis codicibus epistolarum, a qua lectione nonnulla Gratiani exemplaria parum discrepabant. In vulgatis [Edd. Lugdd. Par.] erat: *in Tranquillitanum castrum.*

C. XLII. * Haec Palea abest a vetustis exemplaribus, uno excepto, et huc temere translata est, quum habeatur infr. 18. q. 2. c. *Quam sit.* §. *hanc ergo,* ubi nonnulla notabuntur.

Causa XVIII. Quest. I. * Burchardus lib. 1. cap. 230. citat concilium *apud Alth.* praesente Conrado Rege, itemque Ivo part. 5. c. 343., sed exprimit: *Altheim.* Idem vero part. 14. c. 116. plura de hoc concilio refert his verbis: *Regno Conradi piissimi et Christianissimi regis quinto congregata est sancta generalis synodus apud Altheum* (*al.* Altheim) *in pago Rethia, praesente videlicet domini Ioannis Papae apocrisario, sanctae Ostiensis ecclesiae Petro venerabili episcopo.*

Causa XVII. Quest. IV. can. 41. 463) *Codd. coll. o.;* Squillitanum: *Ed. Nor. orig.;* Quillitanum: *Ed. Bas.;* Transquillitanum: *Edd. Ven.* I. II. 464) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 465) *ib.* 466) *ACDF orig.* 467) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (in ius) 468) *Codd. et Edd. coll. o.* 469) eiusdem: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* || can. 42. 470) *Haec Palea deest: ABCDFH Ed. Bas. — cf. ad c. 5. C.* XVIII. *Qu.* 2. 471) scripturarum nostrarum: *EG Edd. coll. o.* 472) fut.: *deest: G* 473) ea te: *deest: EG Edd. coll. o.* 474) vel: *EG* 475) *Codd. coll. o.;* sequatur: *Corr.* 476) *Codd. coll. o.* || can. 43. 477) *ACDFH;* unde Aug.: *BEG; — Sermo* 355. *no.* 5. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* III, 177.; *Coll. tr. P.* III, 3, 19. 478) ex fil.: *AB* 479) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 480) inveniret: *H;* inveniat: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 481) *Codd. et Edd. coll. o.* 482) *ib.* 483) en.: *deest: orig. Coll. tr. P.* 484) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 485) *Codd. et Edd. coll. o.;* filii et: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 486) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 487) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 488) *Codd. coll. o. orig.* 489) habet: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 490) coeli: *orig.* 491) *Codd. coll. o.* 492) recedere: *AB* 493) recepit: *EGH* 494) in incend.: *C* 495) *Codd. coll. o.*

Causa XVIII. 1) *Codd. coll. o. pr. AB* 2) *Codd. coll. o.* 3) *ib. Corr.*

Causa XVIII. Quest. I. can. 1. 4) *c.* 36. *Concil. ap. Altheim hab. ao.* 916. *in Mon. Germ. LL.* II, 560.; *Burch.* I, 231.; *Ivo Decr.* V, 343.; *Coll. tr. P.* III, 9, (10,) 13. 5) *Codd. coll. o. pr. A* 6) *BCDF* 7) ut: *Coll. tr. P.* 8) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* est firmatum: *orig. Burch.* 9) regulari: *Ivo* 10) habebit: *Coll. tr. P.* 11) acquisierit: *ib.* 12) iussus: *Ivo* 13) fuerit: *Coll. tr. P.* 14) beati: *AB* 15) sacrificatur: *orig.* 16) intitulatur: *Edd. coll. o.*

Causa XVIII. Quest. II. can. 1. 1) *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 236.; *c.* 51. *ap. Bruns et in Hisp.; — Abbo Flor. c.* 23. (*can.:* constitutum est praesenti)

C. I. *Abbates et alia offitia per episcopos debent institui et ordinari*[2 a].

Hoc tantum sibi in monasteriis[3 b] uendicent sacerdotes, quod precipiunt canones, id est monachos ad conuersationem[4] sanctam premonere, abbates aliaque[5] offitia instituere, atque extra regulam acta[6 c] corrigere. Quod si aliquid in monachos[7] canonibus interdictum presumpserint aut usurpare quicquam[8 d] de monasterii rebus temptauerint, non deerit ab eis[9 e] sentencia excommunicationis.

II. Pars. Gratian. *Econtra Gregorius scribit Castorio Ariminensi Episcopo**:

C. II. *Congregatio monasterii, non episcopus*[10 a] *abbatem instituat.*

Abbas in monasterio non per episcopum aut per aliquem extraneorum ordinetur, neque ab episcopo missa ibi celebretur, ut nulli ecclesiae subiciatur.

[C. III.][11 a]

Idem[12 b] *Castorio Episcopo*, [lib. IV. epist. 43.]

Abbatem cuilibet[13] monasterio non alium, sed quem dignum moribus atque actibus[14] monasticae disciplinae communi consensu congregatio[15 c] poposcerit, ordinari[16] uolumus[17]. Missas autem publicas[18] per episcopos[19 d] uel clericos * in monasteriis[20 e] omnino celebrari[21 f] prohibemus.

C. IV. *Ille debet abbas institui, quem sua congregatio et possessionis dominus ordinari poposcerit.*

Item Pelagius[22] *Papa Mellito*[23] *Subdiacono.*

Abbatem in monasterio[24] illum uolumus ordinari, quem sibi de sua congregatione et monachorum electio, et possessionis dominus, et, quod magis obseruandum est, ordo uitae ac meritum poposcerit ordinari.

C. V. *De libertate monachorum.*

Item Gregorius omnibus Episcopis[25]*.

Quam sit necessarium monasteriorum[26 a] quieti prospicere[27], etc. *Et infra:* §. 1. Interdicimus[28] igitur in nomine Domini nostri[29 b], ex[30 c] auctoritate B. Petri apostolorum principis[31 d], (cuius uice huic Romanae ecclesiae presidemus), ut episcoporum nullus aut secularium** ultra presumat de redditibus[32 e], uel cartis*** monasteriorum, uel de[33] cellis[34 f] uel[35 g] uillis[36 h], que ad ea pertinent, quocumque modo seu[37 i] qualibet occasione minuere, uel dolos uel inmissiones[38 k] aliquas[39] facere. *Et infra*[40]: §. 2. Defuncto uero abbate cuiuscumque[41 l] congregationis non extraneus eligatur[42], nisi de eadem congregatione, quem[43] sibi propria uoluntate concors fratrum societas elegerit[44 m]. Quod si aptam inter se personam inuenire nequiuerint[45], sollerter sibi de aliis monasteriis[46 n] eligant ordinandum. *Et infra:* §. 3. Pariter autem est custodiendum, ut inuito abbate ad ordinandum[47] alia monasteria, aut ad ordines sacros uel clericatus offitium tolli exinde monachi non debeant[48]. *Et infra:* §. 4. Nullus monachum[49 o]† sine testimonio et[50] concessione abbatis[51] in[52 p] ecclesia aliqua[53 q] teneat, uel ad aliquem honorem promoueat[54 r]. §. 5. Hanc[55] ergo scriptorum nostrorum paginam omni futuro in tempore ab omnibus episcopis firmam statuimus illibatamque seruari, ut et suae ecclesiae†† iuuante Domino tantummodo sint contenti iure, et monasteria ecclesiasticis condicionibus, seu angariis, uel quibuslibet obsequiis secularibus nullo modo subiaceant, nullis canonicis iuribus††† deseruiant, sed remotis uexationibus a[56 s] cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa animi deuotione perficiant.

C. VI. *Missas publicas in cenobiis*[57 a] *episcopi non celebrent, nec*[58 b] *aliquod eis grauamen inferant.*

Idem Castorio Episcopo Ariminensi[59]*.

Luminoso abbate referente plurimis in monasteriis multa a presulibus preiudicia atque grauamina monachos pertulisse cognouimus. Oportet ergo[60], ut tuae fraternitatis prouisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione, quatinus conuersantes in illis in Dei seruitio, gratia illis[61 c] suffragante, mente libera perseuerent. Missas quoque publicas[62] in cenobio[63 d] fieri omnimodo[64] prohibemus, ne in Dei seruorum recessibus, et[65 e] eorum receptaculis ulla popularis prebeatur occasio conuentus[66 f], quia[68] non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi episcopus[69]** cathedram[70] collocare, uel quamlibet potestatem exercere[71] inperandi, nec aliquam ordinationem, quamuis leuissimam, faciendi,

EDITIO ROMANA.

Causa XVIII. Quest. II. c. 1. a) et ordinari: *deest* b) monasterio c) facta d) quippiam e) illis — c. 2. a) ep. aut aliquis extraneorum — c. 3. a) C. III. De eodem b) Idem eidem Cast. c) congreg. tota d) episcopum e) monasterio f) fieri omnimodo — c. 5. a) monachorum b) Dom. Iesu Christi c) et d) principis apostolorum prohibemus e) reditibus vel rebus f) cellulis g) vel de h) villulis i) vel k) immissiones aut violentias l) cuiusquam m) elegerit, et qui electus fuerit sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur n) monast. similiter o) monachus† p) abbat. sui in q) aliquem r) locum teneat s) ac — c. 6. a) coenobio b) ne c) ipsius d) coenobiis e) et in f) praeb. occasio, vel mulierum fiat illis[67] introitus

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. II. * Huius capitis eadem est sententia ac sequentis, in quo sunt ipsa B. Gregorii verba. Itaque haec videtur summa quaedam sequentis, et propterea in aliquot vetustis exemplaribus non sunt distincta.

C. III. * Vel clericos: Verba haec non leguntur apud Gregorium, omninoque nonnulla videntur consulto immutata a collectore.

C. V. * Caput hoc habetur in decreto concilii Lateranensis, edito a B. Gregorio pro quiete ac libertate monachorum, quod exstat secundo tomo conciliorum inter decreta Gregorii I., eiusque magnam partem ipsemet refert lib. 7. reg. indict. prima, epist. 18. Mariniano episcopo Ravennati.

** Aut saecularium: Absunt ab aliquibus conciliorum editionibus et Gratiani manuscriptis exemplaribus.

*** Chartis: In concilio legitur: *curtis*, sed in epistola et apud Ivonem [et in Greg. Ed. Maur.]: *chartis*.

† Nullus monachus: Hinc usque ad finem non habentur in epistola, sed in concilio.

†† Ut et suae ecclesiae: In concilio legitur: *Et sanctae ecclesiae, iuvante Domino, suo termino sive iure contentae, etc.* In epistola vero 43. l. 4. (ubi idem fere scribit Castorio Ariminensi episcopo) hoc modo: *Ut et tua ecclesia, iuvante Domino, suo tantummodo sit iure contenta, et monasterium illud, etc.*

††† Iuribus: In concilio est: *curis*; in epistola: *canonicaeve iurisdictione.*

C. VI. * Libro quarto regesti est epist. 41. Luminoso abbati, et 43. Castorio Ariminensi episcopo scripta in quibus leguntur quae ad hoc caput pertinent. Propria tamen verba usque ad vers. *Missas.* non habentur in epistolis illis, sed in concilio, de quo in proximo superiori capite dictum est, exceptis primis verbis: *Luminoso abbate referente*, et ex eo nonnulla sunt emendata et addita.

** Episcopus: In concilio sequitur: *seu quacunque alia dignitate praeditus aut potestate, vel quamlibet potestatem imperandi, etc.*

Causa XVIII. Quest. II. can. 1. 2) *Codd. coll. o. pr. C* 3) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Hisp. Abbo* 4) conversionem: *BC* 5) *add.:* aliqua: *Abbo* 6) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.* 7) monacho: *A;* monachis: *orig. Hisp.* 8) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 9) *ib.* || can. 2. 10) *Codd. coll. o.* || can. 3. 11) *BCFH* 12) *Codd. coll. o. pr. B* (idem eidem); — *Ep.* 41. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur.* — *Ans.* VII, 174. (192. *can. cont.*); *Polyc.* III, 15, 11. (*can. cont.*); *ib.* IV, 33, (34,) 2. 13) vero eidem: *orig.* 14) aptum: *ib. Polyc.* IV. 15) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* III. 16) te volumus ordinare: *Edd. coll. o. orig. Polyc.* III. 17) *finis canonis: Polyc.* IV. 18) *add.:* illic: *orig.* 19) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* III. 20) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I. — *Turrecrem.*; — *Ans. Polyc.* III. 21) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.*; omnino fieri: *Ans. Polyc.* III. || can. 4. 22) *fragm. Pelagii* I. *incerto tempore scr.* (555—60.); — *Jaffé no.* 645.. — *Ans.* VII, 195.; *Ivo Decr.* VII, 24.; *Coll. tr. P.* I, 54, 7.; *Caes.* IX, 47. 23) Mellico: *CD;* Meleo: *EGH Ivo Coll. tr. P.;* Mello: *A;* Milleo: *Ans.* 24) *add.:* eodem: *Ivo;* eodem loco: *Coll. tr. P.* || can. 5. 25) *c.* 24. *Conc. Rom. hab. ao.* 601. — *eadem fere leguntur in ep.* 15. *lib.* VIII. *ad Marinianum Ed. Maur.* — *scr. ao.* 598. — *Jaffé no.* 1138. — *Ans.* V, 58. (64. *can. contin.*); *Ivo Decr.* VII, 11.; *Coll. tr. P.* I, 55, 58.; *Polyc.* III, 15, 10.; *Coll. tredec. P.* III, 112.; *Caes.* VI, 50.; *cf. Abbo c.* 15. 26) *ABCDF Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 27) *seqq. desunt et alia exstant: Polyc.* 28) *Ep.* 41. *lib.* II. *scr. ao.* 595. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 997. — 29) *Codd. coll. o. pr. B;* nostri Iesu Christi: *orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 30) *CF Ans. Ivo Coll. tr. P.;* et ex: *ABEGH* 31) *Codd. et Edd. coll. o.* 32) *ib.;* redd., rebus: *orig. Ans.* 33) de: *deest: BC Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 34) *Codd. coll. o. Ed. Arg. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 35) *Codd. coll. o. Ans. Ivo;* vel: *deest: Coll. tr. P.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 37) *Codd. coll. o. Ans.;* modo occasiones movere: *orig.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 39) *add.:* sibi: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 40) *Ivo Pan.* III, 181.; *Polyc.* IV, 33, (34,) 1. 41) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Turrecrem. Ivo Pan.;* cuiusque: *Ivo Coll. tr. P.* 42) elig.: *deest: orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 43) et quem: *EGH Ed. Bas.* 44) *Codd. et Edd. coll. o.* 45) nequeunt: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 46) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 47) ordinanda: *orig. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 48) *finis canonis: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.; ap. Polyc. seqq. desunt et alia exstant.* 49) *CDEFGH Edd. coll. o. pr. Arg.;* — *Turrecrem. orig. Ans.;* monachorum: *Corr.* 50) vel: *orig. Ans.;* vel consensu: *Corr.* 51) ab his: *orig.* 52) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 54) *CDF Edd. coll. o. pr. Arg.;* — *Turrecrem. orig. Ans.* 55) *cf. c.* 42. *Qu.* 4. *C.* XVII. 56) *DEFH orig.;* et: *AB* || can. 6. 57) *Codd. coll. o.* 58) *ABCDF* 59) item: *EGH; Ep.* 41. *scr. ao.* 592 *lib.* II. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VII, 12. 13. *Coll. tr. P.* I, 55, 37. 60) op.: *deest: Coll. tr. P.* 61) *Codd. et Edd. coll. o.;* illius: *Coll. tr. P.* 62) *add.:* ab eo: *orig.* 63) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 64) omnino: *BF;* omnimodis: *C* 65) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 66) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 67) novus: *orig.* 68) quod omnino: *ib.* 69) ep.: *deest: orig.* 70) *add.:* suam: *Coll. tr. P.* 71) habere: *orig.*

nisi ab abbate[72g] fuerit rogatus, quatinus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate, ut[73] remotis uexationibus a[74h] cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa deuotione animi perficiant.

C. VII. *Baptisterium in monasterio non permittatur*[75a] *fieri.*
Item Gelasius Papa[76b].

Pridem precepimus, ut de monasterio S. Andreae, quod est super Mascalas, baptisterium propter monachorum molestias[77] debuisset auferri, atque in eodem loco, quo sunt fontes, altare fundari, cuius rei perfectio hactenus est protracta. Admonemus igitur fraternitatem tuam[78c], nullam iam moram post susceptas[79d] litteras nostras inserere[80e], sed repleto loco ipsorum fontium altare[81f] illic sine aliqua dilatione fundetur, quatinus et predictis monachis opus Dei secure[82g] liceat celebrare, et de negligentia tua[83h] non contra fraternitatem tuam animus noster[84] excitetur.

C. VIII. *Cum permissione episcopi abbas locum suum potest deserere.*
Item ex Concilio Magontino[85].

Abbas pro[86] humiliatione et[87] cum permissione episcopi locum suum potest relinquere[88]; tamen eligant[89] sibi fratres abbatem de ipsis si habent[90a], sin autem, de extraneis.

III. Pars. Gratian. *Ecce in Tolletano concilio dicitur, quod sacerdotes abbates et alia offitia instituere debeant*[91]. *B. Gregorius et Pelagius prohibent, dicentes, abbatem a fratribus suae congregationis eligendum et ordinandum. Quomodo ergo hec tanta diuersitas ad concordiam reuocabitur? Sed sciendum est, quosdam monachos esse indomitae ceruicis et effrenatae superbiae, quos dum abbates ad religionem cogere uoluerint, in eorum deiectione*[92b] *conspirant, et alium moribus suis conuenientem sibi preficere contendunt, quales erant illi, qui in necem B. Benedicti conspirasse leguntur. Pro huiuscemodi*[93] *constitutum est, ut abbates et alia offitia per sacerdotes instituantur.*

Unde Pelagius Papa scribit Opilioni Defensori dicens[94]:

C. IX. *Non licet monachis abbates pro suo arbitrio expellere, aut alios ordinare.*

Nullam potestatem de cetero, nullam licentiam monachis relinquimus pro arbitrio suo aut abbates expellere, aut sibimet alios ordinare, (quia nulla auctoritas remanebit abbati, si monachorum potestati ceperit subiacere,) ut de cetero[95] fideliter et studiose uniuersa, que uel ad diuini cultus reuerentiam, uel ad utilitates[96a] eiusdem[97] monasterii pertinent, abbatis sollicitudo, ad quem potestas tota pertinere conuenit, debeat adinplere.

IV. Pars. Gratian. *Hinc etiam constitutum est, ut clerici singulorum monasteriorum sint in potestate episcoporum, nec alicui liceat extra eorum conscientiam monasteria edificare.*

Unde in Calcedonensi Concilio [c. 4.] *legitur*[98*]:

C. X. *Sine conscientia*[99] *episcopi monasteria*[100a] *nullus edificet.*

Quidam monachorum habitu utentes indifferenter per ciuitates[101b], necnon et[102] monasteria[103] et[104] se ipsos presumptione propria conmendant[105]. Placuit igitur neminem aut edificare aut construere monasteria, aut oratorii[106] domum sine conscientia ipsius ciuitatis episcopi. *Item* [c. 8.]: §. 1. Clerici[107] in ptochiis[108**], monasteriis[109c], aut martiriis constituti sub potestate sint eius, qui in ea ciuitate est episcopus, secundum traditionem sanctorum Patrum, neque per presumptionem recedant a suo episcopo. §. 2. Eos[110] uero[111], qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem[112] quocumque modo, uel si noluerint subiacere proprio episcopo, si quidem fuerint clerici, secundum[113d], personarum[114] ordinationem*** subiaceant condempnationibus canonum[115], si uero[116] laici uel monachi fuerint[117] communione priuentur[118]. *Item*[119]: §. 3. Clerici†, qui pauperum dispositioni[120], uel monasteriorum uel martiriorum presunt, sub potestate singularum ciuitatum episcoporum secundum[121] traditionem canonum perdurent, neque per suam temeritatem episcopi sui moderationem declinent. Qui autem huiusmodi dispositionem quolibet modo subuertere ausi fuerint, et episcopo suo non obedierint, si quidem clerici fuerint, canonicae dampnationi subiaceant, si autem[122] monachi uel[123] laici sunt, a communione suspendantur.

C. XI. *Examinetur ab episcopo religiosis feminis preponendus*[124a].

Item ex Concilio Cartaginensi IV., [c. 97.][125]

Qui[126] religiosis feminis preponendus est[127] ab episcopo[128] conprobetur[129b].

Gratian. *Monasterium quoque absque episcopi permissione nulli incipere aut fundare licet.*

Unde in Agatensi Concilio [c. 27.] *legitur*[130]:

C. XII. *Sine permissione episcopi nullus monasterium presumat incipere*[131a].

De monachis[132*] monasterium nouum (nisi episcopo

EDITIO ROMANA.

Causa XVIII. Quest. II. c. 6. g) abbate loci h) ac — c. 7. a) permittitur b) Gregorius Papa, lib. II. Indict. 11. epist. 56., Secundino Episcopo c) tuam, ut d) susceptas praesentes e) inserere debeas f) altare ad sacra celebranda mysteria g) securius h) vestra — c. 8. a) si hab.: *deest* b) deiectionem — c. 9. a) utilitatem — c. 10. a) monasterium b) civitates incedunt c) ptochiis et in mon. d) pro ... ordinatione — c. 11. a) episcopo, qui ... praeponendus est b) episcopo loci conprob. — c. 12. a) incipere aut fundare

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * Quoniam versio huius capitis usque ad §. 1. *Clerici primo* est alia ab iis, quae circumferuntur in conciliorum codicibus, licet apud Ivonem et in Panormia idem fere sit sensus, placuit afferri verba graeca, et novam interpretationem: *Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὴν μονήρη μετιόντες βίον, τῆς προσηκούσης ἀξιούσθωσαν τιμῆς. ἐπειδὴ δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι, τάς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράσσουσι πράγματα, περιόντες ἀδιαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς συνιστᾷν ἐπιτηδεύοντες, ἔδοξεν μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν, μὴ δὲ συνιστᾷ μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου.* Id est: *Qui vere et sincere monasticam vitam degunt convenienti honore afficiantur. Verum, quoniam nonnulli speciem monachicam prae se ferentes et ecclesias et civilia negotia perturbant, in civitatibus indifferenter vagantes, ac praeterea monasteria sibi ipsi constituere aggredientes: placuit neminem quidem uspiam aedificare neque constituere monasterium vel oratoriam domum praeter sententiam episcopi civitatis.*

** Ptochiis: Sic in nonnullis vetustis codicibus Gratiani, et Vaticano conciliorum, et in versione prisca, (ex qua videtur esse hic versiculus,) et est vox canonis graeci. In vulgatis autem Gratiani, et aliquot libris conciliorum est: *parochiis.*

*** Pro personarum ordinatione: Sic in eadem prisca; sed in canone graeco, et in versione Dionysii Exigui nihil est quod his verbis respondeat.

† Item Clerici: Est idem, quod in proximo superiore paragrapho, sed ex alia versione, quae non exstat in conciliorum voluminibus; atque hanc eandem repetitionem licet animadvertere apud Ivonem p. 6. c. 358. et 359.

C. XII. * De monachis: Absunt istae voces a recentioribus editionibus conciliorum, sed non a vetustioribus, et manuscriptis codicicibus, aut Ivone.

Causa XVIII. Quest. II. can. 6. 72) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 73) sed: *orig. — cf. supra c.* 5. 74) *ADEG orig.*; et: *B* || can. 7. 75) *ABCDF* 76) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.; imo Gregor. M. ep.* 59. *scr. ao.* 593. *lib.* III. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 898. — *Polyc.* IV, 34, (35,) 35.; *Caes.* IX, 19. 77) insolentias: *orig. Polyc.* 78) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 79) *Codd. coll. o.* 80) *Codd. et Edd. coll. o.* 81) *ib. Polyc.* 82) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* (secrete); *G* (libere) 83) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (*deest*); — *Polyc.* 84) nost.: *deest: ABDF* || can. 8. 85) *Simile aliquid legitur in Conc. Mog. hab. ao.* 847. *Eadem habentur in poenit. Theodori ap. Hildenbrand* §. 198.; — *Burch.* VIII, 86. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* VII, 104. (*can. cont.*); *Coll. tredec. P.* III, 102. 86) propter humiliationem: *DF Ed. Bas.* 87) et: *deest: Theod.* 88) deserere: *Ivo;* deseret (pot.: *deest*): *Theod.* 89) selegant: *Theod.;* eligant: *Codd. Theod.* 90) *Codd. et Edd. coll. o. Theod.;* si habeant: *Burch.* 91) debent: *EGH* 92) *ABCFH* 93) huiusmodi: *EGH* || can. 9. 94) Gelasius: *EGH;* — Appolonio: *Corr.;* — *fragm. ep. Pelagii* II. (578—90.); — *Jaffé no.* 696. — *Ans.* VII, 185, (194.); *Coll. tr. P.* I, 54, 17. 95) discrete: *Coll. tr. P.* 96) *ABCEFH Coll. tr. P.* 97) eiusd.: *deest: Coll. tr. P.* || can. 10. 98) *Auctor interpretationis quae in prooemio can. profertur, non est inventus.* §. 1. *et* 2. *desumtae sunt ex Isidoriana,* §. 3. *ex prisca translatione* 99) consensu: *EG* 100) *Codd. coll. o.* 101) *ABCDF* 102) et: *deest: BF add.:* per: *Edd. Bas. Lugd.* I. 103) monasterium: *BDF Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 104) et: *deest: AC* 105) *add.:* principibus: *EGH* 106) oratorium: *AC* 107) *Ivo Decr.* VI, 358.; *Coll. tr. P.* II, 10, 8. — *cf. Polyc.* IV, 35, 17. 108) parochiis: *BDEFGH Ivo* 109) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 110) ii: *Hisp.* 111) vero: *deest: Coll. tr. P.* 112) ordinationem: *Hisp.* 113) *Codd. et Edd. coll. o. pr. ABDF;* sec.: *deest: ABDF Hisp. Ivo* 114) paternarum ordinationum: *Hisp.;* person. ordinatione: *ADF;* ordinationi: *B* 115) can.: *deest: Hisp.; finis can.: Ivo* 116) autem ... seu: *Hisp.* 117) sunt: *ib.* 118) excommunicentur: *ib.* 119) *Ivo l. c.* 359.; *Coll. tr. P. l. c.* 9. 120) dispensationi: *orig. ap. Baller.* 121) *add.:* sanctorum: *ib. Ivo* 122) vero: *EGH* 123) aut: *orig. Ivo Coll. tr. P.* || can. 11. 124) *Codd. coll. o. pr. C* 125) *c.* 39. *Statutt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 150. — *cf. ad c.* 3. *Dist.* XVIII.; — *Burch.* VIII, 76.; *Ivo Decr.* VII, 94.; *Coll. tr. P.* II, 18, 96.; *Coll. tredec. P.* III, 191. 126) vir qui: *Hisp.* 127) sit: *Burch. Ivo* 128) episcopis: *Edd. coll. o.* 129) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Coll. tr. P.;* probetur: *orig. Hisp. Burch. Ivo* || can. 12. 130) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 151.; *Ivo Decr.* III, 157. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* II, 28, 25. (*can. cont.*) 131) *ABCDF* 132) de mon.: *deest: orig. Hisp.;* ut de mon.: *Ivo Coll. tr. P.*

aut[133] permittente, aut probante) nullus incipere aut fundare presumat.

C. XIII. *De eodem.*

Item ex eodem, [c. 58.][134]

Cellulas[135] nouas aut[136] congregatiunculas[137]* monachorum absque episcopi notitia prohibemus institui.

C. XIV. *Absque episcopi uel*[138] *abbatis uoluntate*[139] *nullus monachorum cellulam construere presumat.*

Item ex Concilio Aurelianensi [I., c. 24.][140]

Nullus monachus, congregatione monasterii derelicta, ambitionis et uanitatis[141] inpulsu cellulam[142] construere sine episcopi permissione uel abbatis sui uoluntate presumat.

V. Pars. Gratian. *Item sunt alii, qui pro executione diuersarum causarum quoslibet admittunt, qui districtionem eorum soluant, et quietem religionis perturbent.*

De quibus in Concilio Triburiensi legitur[143]:

C. XV. *Abbas, qui cautus in regimine non fuerit, a proprio episcopo et a uicinis abbatibus a suo arceatur honore.*

Si quis abbas[144] cautus in regimine, humilis[145], castus, misericors, discretus sobriusque non fuerit, ac diuina precepta uerbis et exemplis non ostenderit, ab episcopo, in[146] cuius territorio consistit, et a uicinis abbatibus et ceteris Deum timentibus a suo arceatur[147] honore, etiamsi omnis congregatio, uiciis suis consentiens, abbatem eum habere uoluerit.

C. XVI. *In episcoporum potestate abbates consistant.*

Item ex Concilio Aurelianensi [I., c. 21.][148]

IV. Pars. Abbates pro humilitate[149] religionis in episcoporum potestate consistant, et si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigantur, qui[150] semel* in anno in loco, ubi episcopus elegerit, accepta uocatione conueniant. §. 1. Monachi autem abbatibus omni obedientia et deuotione subiaceant[151]. Quod si quis per contumaciam extiterit indeuotus, ac[152 a] per loca aliqua uagari[153], aut[154] peculiare aliquid habere presumpserit, omnia, que acquisierit, ab abbatibus auferantur, secundum regulam[155] monasterio profuturam[156 b]. Ipsi autem, qui fuerant[157] peruagati, ubi inuenti fuerint cum auxilio episcopi tamquam fugaces sub[158] custodia reuocentur[159]. §. 1. Et reum se ille abbas[160] futurum esse cognoscat, qui[161] in huiusmodi personis[162 c] non regulariter[163] animaduerterit[164], uel qui monachum susceperit alienum.

[C. XVII.][165 a]

Item ex Concilio Arelatensi[166].

Monasteria uel monachorum disciplina ad eum pertineant episcopum, in cuius sunt territorio constituta.

C. XVIII. *Episcopalia nullus ministret abbatibus, qui alicui episcoporum nolunt subesse.*

Item Pascalis Papa [II.][167]

Abbatibus, qui neque sub episcopo, neque sub metropolitano, neque sub primate, neque sub patriarcha sunt, nullus prorsus episcoporum episcopalia quelibet amministret. Cum enim se nulli episcopo omnino[168] subesse profiteantur, consequens est, ut nullus episcoporum que sua sunt eis tamquam extraneis largiatur[169].

Gratian. *Pro huiuscemodi ergo statutum est, ut causae et utilitates monasteriorum per episcopos disponantur.*

Unde Gregorius scribit Vitali Defensori Sardiniae, [lib. VII. epist. 65.][170]:

C. XIX. *Utilitates monasterii a proprio episcopo debent disponi.*

Cognouimus, quod monasteria seruorum Dei uel[171 a] feminarum pro suo quisque libitu et diuersarum causarum executione perturbet[172 b]. Quod omnino non grate[173] suscipimus[174], tuamque ex hoc experientiam conmonemus, ut nequaquam[175 c] hoc usurpare[176] denuo accepta nostra auctoritate permittas, sed[177 d] episcopo[178] loci illius, sub cuius moderamine degunt, curae sit[179 e] causas utilitatesque disponere. Valde est enim indecens[180 f], ut omisso eo alius quilibet se illorum[181 g] causis admisceat[182], sed ille eorum uitas[183 h] competenti regularique debet moderamine[184] disponere, qui pro conmissis eorum[185] animabus conpellitur rationem reddere[186].

VII. Pars. Gratian. *Pro huiusmodi etiam prohibet B. Gregorius mulieres passim ad monasterium accedere, et monachorum conmatres fieri, scribens Valentino Abbati* [lib. III. epist. 40.][187]:

C. XX. *Neque conmatres sibi*[188] *facere, neque ad feminas accedere monachis licet.*

Peruenit ad nos, quod in monasterio tuo passim mulieres ascendant[189] et (quod[190 a] est grauius) monachos tuos sibi[191] conmatres facere, et ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiat, ideo[192] huius te precepti serie conmonemus, ut neque mulieres in monasterio tuo[193] deinceps qualibet occasione permittas ascendere[194], neque monachos tuos sibi conmatres facere. Nam si hoc denuo[195] ad aures nostras quocumque modo peruenerit, sic te seuerissime[196] noueris ultioni subdendum, ut emendationis tuae qualitate[197] ceteri sine dubio corrigantur.

VIII. Pars. Gratian. *Non solum autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis interdicitur, uerum etiam sanctimonialium habitatione prohibentur.*

Unde in VII. Sinodo [c. 20.] *legitur*[198]:

C. XXI. *Cum sanctimonialibus monachis habitare non licet.*

Diffinimus minime duplex monasterium fieri, quia scan-

EDITIO ROMANA.

Causa XVIII. Quest. II. c. 16. a) aut b) profutura c) personas — c. 17. a) C. XVII. De eodem — c. 19. a) uel etiam b) perturbat c) ne quemquam d) sed ut e) sit eorum f) incongruum g) eorum h) vitam — c. 20. a) quod adhuc

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * Cogregatiunculas: Antea legebatur: *congregantium ecclesias.* Emendatum est ex plerisque manuscriptis, et locis indicatis.

C. XVI. * Semel: Sic etiam legitur in conciliis impressis, et manuscriptis, et Capitularibus. Verum apud Burchardum et Ivonem post vers. *Corrigantur,* est insertum c. *Non semel.* infra ead.

Causa XVIII. Quest. II. can. 12. 133) aut: *deest: EGH Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* || can. 13. 134) *imo c.* 10. *C. Epaonensis ap. Bruns* II, 168.; *in Hisp. c.* 6. — *cf. ad c.* 30. *Dist.* XXIII. — *Burch.* VIII, 74. (ex C. Epaon.); *Ivo Decr.* III, 165.; VII, 92.; *Coll. tr. P.* II, 28, 57. 135) cellas: *Hisp.* 136) atque: *Coll. tr. P.* 137) congregationum ecclesias: *DEGH Ed. Bas.* || can. 14. 138) et: *AD* 139) *add.:* licentia vel: *EGH* 140) *hab. ao.* 511.; *c.* 22. *ap. Bruns* II, 165.; *c.* 18. *in Hisp.* — *Ben. Lev.* II, 140.; *Coll. tr. P.* II, 29, 17. 141) varietatis: *CD Edd. coll. o.* 142) cellulas: *EGH Ed. Bas.; add.:* sibi: *Hisp.* || can. 15. 143) *Simile aliquid legitur in regula Benedicti c.* 60. *supra Dist.* LXI. *c.* 14. — *Burch.* VIII, 96.; *Ivo Decr.* VII, 114. 144) aut abb.: *Burch. Ivo* 145) et hum.: *Burch.* 146) in: *deest: ib.* 147) deponatur: *Ivo* || can. 16. 148) *hab. ao.* 511. — *c.* 19. *ap. Bruns* II, 164.; *c.* 15. *in Hisp.* — *Regino Appdx.* II, 4.; *Burch.* VIII, 67.; *Ivo Decr.* VII, 85.; *Coll. tr. P.* II, 29, 15.; *Coll. tredec. P.* III, 102.; *cf. Ben. Lev.* II, 139. 149) utilitate: *Hisp.;* humil.: *Codd. Hisp.* 150) non: *Burch.* 151) se subiciant: *orig.* 152) *Codd. coll. o. Hisp. Reg. Coll. tr. P.;* et: *Burch.* 153) evagari: *orig. Hisp.* 154) atque: *EGH Ed. Bas.* 155) *add.:* s. Benedicti: *Ivo* 156) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.* 157) fuerint: *orig. Hisp. Reg. Ivo* 158) et sub: *Burch. Ivo* 159) constringantur: *ib.* (*finis canonis*) 160) abba: *orig.* 161) quod: *ABC* 162) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Hisp. Reg. Coll. tr. P.* 163) regulari: *Hisp. Reg.* 164) animadvertit: *EGH;* animadversione distrinxerit: *orig. Hisp. Reg. Coll. tr. P.* || can. 17. 165) *ABEFH* 166) Aurelian.: *Corr.;* — *c.* 2. *Conc. Arelat.* V. *hab. ao.* 554. *ap. Bruns* II, 218. || can. 18. 167) *fragm. ep. Paschalis* II. (1099—1118.) — *Jaffé no.* 4868. 168) omn.: *deest: ABD* 169) largiantur: *EGH* || can. 19. 170) *Ep.* 64. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1219. — *Ans.* VII, 184. (204.) 171) *Codd. et Edd. coll. o.* 172) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.;* perturbent: *Ed. Arg. Turrecrem. orig. Ans.* 173) graviter (non: *deest*): *orig.* 174) suscepimus: *Ans.* 175) *ABCDF Edd. coll. o. Turrecrem.* 176) usurpari: *Edd. Lugdd.* II. III. 177) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 178) episcopis loci ipsius: *orig.* 179) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ans.* 180) *Codd. et Edd. coll. o.;* contrarium: *Ans.* 181) *Codd. coll. o. Ans.* 182) commisceat: *EH;* immisceat: *G* 183) *Codd. coll. o.* 184) moderatione: *orig. Ans.* 185) sibi: *orig.* 186) *add.:* Deo: *EGH Ed. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 20. 187) *Ep.* 42. *scr. ao.* 594. *lib.* IV. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 947. — *Ans.* VII, 183. (201.); *Coll. tr. P.* I, 55, 102.; *Coll. tredec. P.* III, 163. 188) sibi: *deest: ACD* 189) accedant: *Edd. Lugdd. Par.* 190) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 191) *add.:* mulieres: *Coll. tr. P.* 192) ideo: *deest: Ans.* 193) monasterium tuum: *ib.* 194) accedere: *Edd. Lugdd. Par.* 195) denique: (?) *Ans.* 196) severissimae: *C Edd. Lugdd.* II. III. *Ans.* 197) exemplo: *Ans.* || can. 21. 198) VIII. syn.: *ACEFGH;* — *hab. ao.* 787. — *versio Anastasii est.* — *Ivo Decr.* VII, 25. (*can.:* ex hoc diffin.); *Coll. tr. P.* II, 12, 14. (*can.:* et hoc diff.); *Caes.* IX, 50.

dalum id et offendiculum multis efficitur. Si uero aliqui cum cognatis abrenunciare[199a] et monasticam uitam sectari uoluerint, debent uiri quidem uirorum adire cenobium, feminae uero mulierum ingredi monasterium. In hoc enim placatur Deus. §. 1. Que autem hactenus sunt[200b] dupla, secundum regulam sancti Patris[201c] Basilii et secundum preceptionem eius ita formentur[202]. Non habitent in uno monasterio monachi et monachae. Adulterium enim intercipit cohabitationem[203]*, si[204] habeat aditum[205] monachus ad monacham, uel monacha ad monachum secreto[206d] ad collocutionem. §. 2. Non cubet[207] monachus in muliebri[208] monasterio, neque cum monacha singulariter conuiuetur; et quando necessaria uitae a uirorum parte ad regulares[209] deferuntur, extra portam hec suscipiat abbatissa monasterii[210] feminarum cum quadam[211e] uetula monacha. §. 3. Porro si contigerit, et[212f] aliquam propinquam suam uidere uoluerit monachus, in presentia abbatissae huic confabuletur per modica et conpendiosa uerba, et in breui** ab ea discedat.

C. XXII. *Monachi et monachae in[213] nullo simul cohabitent loco.*

Item in Registro Gregorii[214a]*.

In nullo loco monachos et monachas permittimus in[215b] unum monasterium habitare[216], sed nec ea, que duplicia[217] uocantur[218c]. Et si quod[219] tale est, religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco manere[220] studeat, monachos autem aliud monasterium edificare cogat[221]. Si autem plurima[222] sint talia monasteria, separentur in aliis monasteriis monachae, et in aliis monachi; res autem, quas communes[223] habent[224], secundum iura eis conpetentia distribuantur.

C. XXIII. *A monasterio monachorum longius constituantur*[225a] *monasteria puellarum.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 28.][226]

Monasteria puellarum longius[227] a monasterio[228b] monachorum aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutionem[229c] hominum collocentur.

C. XXIV. *Puellarum monasteria monachorum presidio et ministratione*[230a] *regantur.*

Item ex Concilio Spalensi [II., c. 11.][231]

In decima[232] actione consensu communi decreuimus, ut monasteria uirginum in prouincia Bethica[233] monachorum amministratione ac presidio gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis uirginibus probamus[234b], quando eis patres spirituales eligimus[235], quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis edificari possint, ea tamen circa monachos cautela seruata, ut remoti ab earum familiaritate[236] nec usque ad uestibulum habeant accedendi familiare[237] permissum. Sed neque abbatem, uel eum, qui preficitur[238], extra eam, que preest, loqui uirginibus Christi aliquid, quod ad institutionem[239]* earum[240] pertinet[241c], licebit, nec cum ea[242] sola, que preest, frequenter loqui eos[243] oportet; sed sub[244] testimonio duarum uel trium sororum, ita ut rara sit accessio, et breuis omnino locutio.

IX. Pars. Gratian. *Prohibentur etiam sanctimoniales*[245] *propria receptacula habere.*

Unde Innocentius II. [in Concilio Romae habito, c. 26. et 27.][246]:

C. XXV. *De eodem*[247a].

Perniciosam et detestabilem quarumdam consuetudinem mulierum (que licet neque secundum regulam B. Benedicti, neque Basilii, aut Augustini uiuant, sanctimoniales tamen uulgo censeri desiderant) aboleri decreuimus[248b]. Cum enim, iuxta regulam* degentes in cenobiis, tam in ecclesia quam in refectorio atque dormitorio communiter esse debeant, propria sibi edificant receptacula et priuata domicilia, in quibus sub hospitalitatis uelamine passim hospites[249c] minus[250] religiosos contra sacros[251d] et bonos mores suscipere nullatenus erubescunt. Quia ergo omnis, qui male agit, odit lucem, ac per hoc ipsae absconditae in iustorum[252] tabernaculo opinantur se posse latere oculos iudicis cuncta conspicientis[253e], hoc tam[254] inhonestum detestandumque flagicium ne ulterius fiat omnibus[255f] modis prohibemus, et sub pena anathematis interdicimus. §. 1. Simili modo prohibemus, ne sanctimoniales simul cum canonicis[256] et[257g] monachis in ecclesia in uno choro conueniant ad psallendum.

X. Pars. Gratian. *Item sunt alii, quos episcopi pregrauantes salutem ipsarum animarum negligunt, quibuslibet occasionibus bona monasteriorum distrahere cupiunt. Tales erant quidam clerici Rauennatis ecclesiae, qui simulata religione monasteriis cupiebant prefici, non transeuntes ad monachicum*[258h] *habitum, neque renunciantes ecclesiasticae miliciae.*

De quibus Gregorius scribit Iohanni Rauennati Episcopo, [lib. IV. epist. 1.][259]:

C. XXVI. *Monasteria clericorum uel*[260a] *laicorum habitacula fieri non debent.*

Peruenit ad me, quod in ecclesiis[261b] fraternitatis tuae aliqua loca dudum[262] monasteriis consecrata nunc habitacula[263c] clericorum, aut[264] etiam laicorum facta sunt[265];

EDITIO ROMANA.

Causa XVIII. Quest. II. c. 21. a) mundo abrenunciare b) fuerunt c) Patris nostri d) secreto singulariter e) aliqua f) ut — c. 22. a) Regesto b) in: *deest* c) vocant — c. 23. a) construantur b) monasteriis c) oblocutiones c. 24. a) ministerio b) praebemus c) pertineat — c. 25. a) Sanctimonialibus receptacula seu domicilia privata habere non licet b) decernimus c) hospites et d) sacros canones e) cernentis f) omnimodis g) vel h) monasticum — c. 26. a) aut b) ecclesia c) habitacula aut

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXI. * Cohabitationem: Sic est emendatum ex plerisque manuscriptis Gratiani, et duobus codicibus versionis Anastasii, cuius tamen haec non est ipsa omnino versio. Antea legebatur: *cohabitatio;* graece est: *μοιχεῖα γὰρ μεσολαβεῖ τὴν συνδιαίτησιν.*

** Et in brevi: Haec non sunt in canonum graecorum vulgata editione, sed apud Balsamonem habentur.

C. XXII. * Burchardus etiam et Ivo Gregorium citant, apud quem nonnihil habetur ad hanc rem faciens lib. 1. reg. epist. 48., et lib. 7. indict. 2. epist. 39. Verba tamen ipsa leguntur apud Iulianum antecess. Novella 123. cap. 54.

C. XXIV. * Institutionem: Sic legitur in vetustis Gratiani codicibus, et in antiquioribus conciliorum editionibus, et duobus codicibus Vaticanis; in recentioribus autem Coloniensibus: *quod ad institutionem morum non pertineat.*

C. XXV. * Regulam: In vulgatis [Edd. coll. o. pr. Bas.] sequebatur: *S. Benedicti;* quum tamen paulo superius aliarum etiam regularum sit facta mentio. Quare inductae sunt istae voces auctoritate vetustorum codicum, et ipsius concilii, ex quo etiam alia nonnulla sunt emendata.

Causa XVIII. Quest. II. can. 21. 199) *ABCDF orig. Ivo Coll. tr. P.* 200) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.* 201) *ABCDF Ivo Coll. tr. P.* 202) firmentur (?): *Coll. tr. P.* 203) cohabitatio: *Edd. coll. o. pr. Bas.; — Ivo* 204) non: *orig.* 205) habet aditus: *EGH Ed. Bas.* 206) *ABCDF orig. Ivo Coll. tr. P.* 207) cubat: *Ivo* 208) mulieris: *Coll. tr. P.* 209) monachas: *Ivo* 210) in monasterium: *ACDF Edd. coll. o. pr. Bas.;* vel in monasterio: *EGH Ed. Bas.* 211) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 212) *ABDEFH Edd. coll. o. pr. Arg.* (quod); *Lugdd.* II. III.: — *Coll. tr. P.* || can. 22. 213) in: *deest: AD;* habitent: *ABD* 214) *Imo Iulian. Epit. nov.* 115. *c.* 57. *no.* 483. *in Ed. Haenel. — Jaffé no.* CCLX. — *Ans. ded.* VI, 119. (ex nov.); *Burch.* VIII, 65.; *Ivo Decr.* VII, 83.; *Coll. tr. P.* III, 13, (14,) 1.; *Polyc.* IV, 34, (35,) 11.; *Coll. tredec. P.* III, 138. 215) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C Ed. Arg.;* in uno monasterio: *C Ed. Arg.* 216) cohabitare: *EGH;* habere: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo* 217) *add.:* monasteria: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 218) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AD* 219) quid: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 220) ponere stud. per se: *Polyc.* 221) sibi cogat: *orig.* 222) plura: *orig.* 223) comm.: *deest: Coll. tr. P.* 224) habeant: *AC* || can. 23. 225) *Codd. coll. o. pr. A (rubr. deest)* 226) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 152.; *Ans. ded.* VI, 42.; *Ivo Decr.* III, 158.; *Coll. tr. P.* II, 28, 26.; *Coll. tredec. P.* III, 182. 227) longe: *EGH Ed. Bas.* 228) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 229) *BCDEFG Edd. coll. o.* || can. 24. 230) *ACDF;* institutione: *B* 231) *hab. ao.* 619. *ap. Bruns* II, 73.; *Coll. tr. P.* II, 49, 6. 232) undecima (in: *deest*): *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 233) Bethalica: *D;* Bethlica: *F;* Bethaica: *B;* Bethelica: *Edd. Nor. Ven.* I.; Bethilica: *Edd. rell. pr. Bas. Lugd.* I.; *add.:* condita: *Hisp.* 234) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugd.* I. — *Coll. tr. P.;* providemus: *orig. Hisp.* 235) elegimus: *orig. Hisp.* 236) peculiaritate: *ib.* 237) familiarem: *ib.* 238) praefecerit: *AB;* abbati vel ei qui praeficitur: *Corr.* 239) institutionem vel administrationem: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 240) morum: *orig. Hisp.;* horum: *Coll. tr. P.* 241) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 242) ea: *deest: Hisp.* 243) eis: *Hisp. Coll. tr. P.* 244) sub: *deest: Coll. tr. P.* 244) moniales: *ACDF* || can. 25. 245) *add.:* Papa: *EGH;* — *c.* 26. 27. *C. Later.* II. *hab. ao.* 1139. — *Jaffé ante no.* 5682. — 247) *ACDF; rubr. deest: BEGH* 248) *Codd. coll. o. pr. AC* 249) *Codd. et Edd. coll. o.* 250) min.: *deest: Edd. Lugdd.* II. III. 251) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 252) iniustorum: *CEFGH;* ministrorum: *B* 253) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* prospis.: *A Turrecrem.* 254) *add.:* iniustum: *EGH Edd. coll. o.* 255) *ACDF;* omnino: *B* 256) clericis: *EGH* 257) *Codd. coll. o. pr. B* 258) *Codd. coll. o. pr. AG* || can. 26. 259) archiepiscopo: *BEGH;* — *Ep.* 1. *scr. ao.* 595. *lib.* V. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 952. — *Ans.* V, 64. (65.); *Ivo Decr.* III, 18.; *Coll. tr. P.* I, 55, 101. (*can. cont.*); *Polyc.* III, 15, 12.; *Caes.* IX, 55.; *Coll. tredec. P.* III, 192. 260) *Codd. coll. o.* 261) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo* 262) dud.: *deest: orig. Ivo* 263) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 264) aut . . . laic.: *deest: Ivo* 265) sint: *BC*

dumque hii, qui sunt in ecclesiis, fingunt[266] se religiose uiuere, monasteriis preponi appetunt, et per eorum uitam monasteria destruuntur[267]. Nemo enim[268] potest ecclesiasticis offitiis[269] etc. *Et infra:* §. 1. Proinde fraternitas tua hoc[270], quolibet in loco factum est[271 d], emendare festinet, quia ego nullo modo patiar[272 e], ut loca sacra pro clericorum ambitu[273 f] destruantur.

C. XXVII. *Qui in sacro sunt ordine constituti in monasteriis nullam habeant potestatem.*

Idem Mariano Episcopo Rauennae, [lib. VI. epist. 40.][274 a]

Dudum ad nos multorum relatione peruenerat, monasteria in Rauennatum[275 b] partibus constituta omnino clericorum uestrorum dominio pregrauari, ita ut occasione[276 c] regiminis ea quidem[277 d] (quod dici graue est) uelud in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes predecessori[278 e] uestro litteras[279 f] misimus, ut hoc[280 g] emendare debuisset. Sed quoniam uitae termino citius occupatus est, ne hoc onus monasteriis remaneat[281 h], fraternitati uestrae eadem[282 i] nos scripsisse recolimus. Et quia, ut conperimus, in huius rei hactenus correctione[283] cessatum est, hec[284] audiens[285 k] iterum preuidimus ad uos scripta dirigere. Hortamur ergo, ut omni mora omnique excusatione summota ita monasteria ipsa ab huiuscemodi[286 l] studeatis grauamine releuare, quatinus nullam deinceps in eis clerici, uel[287 m], qui in sacro ordine sunt constituti, ob aliud (nisi hortandi[288]* tantummodo causa) accedendi habeant licentiam, aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint inuitati misteria[289]. Sed ne pro[290] cuiuslibet monachi aut abbatis promotione etc.[291] *Et infra:* §. 1. Non[292 n] illic ulterius habeat potestatem aliquam[293], ne monasteria huius occasionis uelamine ea, que prohibemus**, sustinere onera conpellantur. Hec itaque omnia uigilanti cura[294] emendare iam secundo conmonita sanctitas uestra non differat; ne, si post hec negligentes uos esse (quod non credimus) senserimus, aliter monasteriorum quieti prospicere conpellamur. Nam[295] notum uobis sit, quia tantae necessitati seruorum Dei congregationem[296 o] subiacere non patiemur[297 p].

C. XXVIII. *Gratia[298 a] uisitandi et exhortandi monasterium episcopus adire potest.*

Idem [eidem, lib. VII. Indict. 1. epist. 18.][299]

XI. Pars. Visitandi exhortandique gratia ad monasterium, quotiens placuerit, ab antistite ciuitatis[300] accedatur; sed sic karitatis offitium illic inpleat episcopus, ut grauamen aliquod monasterium non incurrat.

C. XXIX. *Frequenter episcopi monasteria uisitent, et que corrigenda sunt corrigant.*

Item ex Concilio Aurelianensi[301]*.

Non semel, sed sepius in anno episcopi uisitent monasteria monachorum, et si quid[302 a] corrigendum fuerit[303], corrigatur[304].

XII. Pars. Gratian. *Pro talibus, qui animarum curam non habentes, bona tamen monasteriorum in suos usus conuertere cupiebant, statutum est, ut monasteria cum suis rebus penitus sint libera a potestate et dominio episcoporum. Quod autem nullis canonicis iuribus dicuntur monasteria esse subiecta, non ita intelligendum est, quin ipsi episcopo aliquid nomine eulogiae, uel in die dedicationis, uel in natali sanctorum, quorum nomine ipsum monasterium dedicatum est, debeat[305] offerri.*

Unde Pelagius[306] Papa ait:*

C. XXX. *Non debet episcopus aliquid a monasterio exigere preter conditiones, quas[307 a] dedicationis tempore constituit[308 b].*

Eleutherius frater et coepiscopus noster queritur, quod mater eius in casa, que Castellum dicitur, oratorium construxisset[309 c] ac dedicauerit, et in eodem loco monachos constituerit, ex quibus unus est presbiter. Hoc autem tempore dedicationis inter episcopum Cardelum[310 d] (cuius ipsa diocesis est) et matrem suam asserit conuenisse, ut quicquid dedicationis uel natalis[311] martirum die, quorum[312] in eodem[313] monasterio reliquiae[314] sunt, per fidelium oblationes intrauerit, medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietas autem episcopo offeratur[315]. Contra quam conuentionem Marium[316] presbiterum (siue sciente siue nesciente episcopo) monachis ipsis, uel presbitero, qui ex eis[317] est, uim dicitur intulisse, et frequenter[318] molestias generare, ita ut memoratum[319] presbiterum prope ceciderit, et missas eum facere nullo modo permittat, dicens, ut quasi pensionis nomine aliquid statuere debeat. Hec igitur omnia diligenter te examinare iubemus, et, si apud te euidenti ratione[320] constiterit, quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superius positae conuenerint, seruari eas ex[321] nostra auctoritate precipimus, nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur[322]. Sin uero nil tale constiterit[323], mediante te[324] quid ipsi episcopo nomine eulogiae[325] offerri debeat inter ipsos monachos, et presbiterum uolumus diffiniri, saluo tamen eo, ut presbiter Gaudentius, qui etiam monachus est, missas in monasterio suo sicut consueuit facere a nullo ulterius debeat prohiberi.

C. XXXI. *Consueta seruitia episcopis monasteria exhibeant.*

Item Urbanus II.[326]

Seruitium, quod monasteria aut eorum ecclesiae a tempore Gregorii VII.[327] usque ad hoc tempus fecerunt[328], et nos concedimus.

Causa XX. Quest. II. can. 1. 1) *hab. ao.* 656. *ap. Bruns* I, 301. — *Regino Appdx.* III, 3. (*can.:* quoniam hucusque); *Burch.* VIII, 1. (*ut ap. Reg.*); *Ans.* XI, 176.; *Ivo Decr.* VII, 27.; *Ivo Pan.* III, 186.; *Coll. tr. P.* II, 41, 3.; *Caes.* IX, 14. 2) iuniori: *Ivo Decr.* 3) vel . . . tons.: *deest: Hisp.* 4) aut: *deest: Burch.* 5) *ACDF orig. Hisp. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 6) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.; deest: orig. Hisp. Ans.* 7) nisi non: *Reg.;* et non: *Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 8) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 9) palam quae cognoverint (in conv.: *deest*): *Ans.* 10) et cult.: *orig. Hisp.* 11) aeterna: *orig. Hisp.; deest: Ans. Ivo Pan.* 12) observatione: *Burch.* 13) *ACDF Burch. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* huiuscemodi: *BEGH orig. Hisp. Ivo Pan.;* huius: *Reg.* 14) districtionis: *Burch.* 15) tradere: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven. I. Ivo Pan.* 16) usque: *deest: Ivo Pan.* 17) *A orig. Hisp. Reg. Ans. Coll. tr. P.;* XII.: *Burch. Ivo Decr.* 18) eor.: *deest: Reg. Ivo Pan.* 19) *finis canonis: Ans.* 20) cum: *deest: Reg. Burch. Ivo Decr.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H; — Coll. tr. P.* 22) etiam: *ABCDF; deest: Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* || can. 2. 23) *Codd. coll. o. pr. ACDH;* subiacet: *ACD* 24) *c. 24. Conc. Tribur. hab. ao.* 895. *in compendium redactus. Reg. Appdx.* I, 41.; *Burch.* VIII, 98.; *Ivo Decr.* VII, 116.; *Coll. tr. P.* III, 13, (14,) 5.; *Coll. tredec. P.* III, 205.; *cf. Ivo Pan.* III, 187. 25) assumsit: *Reg. Burch. Ivo;* assumit: *B Coll. tr. P.* 26) id: *deest: Burch.* 27) volunt: *AB Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 28) autem: *Burch.* 29) *Codd. et Edd. coll. o.* 30) illi: *Reg. Burch.* 31) nec ipsi: *deest: Ivo* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) *add.:* voluntatem: *Edd. Lugdd.* II. III. 34) porro: *Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 35) *ACDF Reg. Burch. Ivo* 36) *add.:* hoc: *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 37) *Codd. coll. o.* || can. 3. 38) *imo c.* 43. *lib.* I. *Conc. Paris.* VI. *hab. ao.* 829. *ap. Mansi* XIV, 564. *Burch.* VIII, 17. (*can.:* nihilominus etiam in quibusdam); *Ivo Decr.* VII, 38. (*ut ap. B.*); *Ivo Pan.* III, 194. (*ut ap. B.*) 39) *CDEGH;* Semel in deo taxati vel monasteriis deputati ad miliciam non redeant: *B* (*cf. infra Qu.* 3. *c.* 3.); Nulla abbatissa vel quelibet sanctimonialis viduam vel puellam virginem velare presumat: *F* 40) si: *deest: Burch.* 41) *add.:* alia: *orig.* 42) aut: *deest: ib.* 43) presumpserit: *Burch. Ivo Decr.* 44) penitenciae canonicae: *orig.* 45) pred.: *deest: ABDF;* hac: *deest: C* 46) prohibetur: *ABD* || can. 4. 47) *Imo ex regula Basilii. — Coll. tr. P.* II, 14, 17. *a R. immerito laudatur.*

Causa XX. Quest. III. can. 1. 1) *Ep.* 167. *inquis.* 14. *scr. ao.* 458. *aut* 459. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 320. — *Ans. ded.* VI, 31.; *Burch.* VIII, 8.; *Ivo Decr.* VII, 19.; *Ivo Pan.* III, 182.; *Polyc.* IV, 34, (35,) 2.; *Coll. tredec. P.* III, 121. 2) aut: *orig. Ans. ded. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 3) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 4) *Codd. et Edd. coll. o.* 5) et: *Ivo Pan.* 6) purgari debet: *ib.* 7) *add.:* est: *ib.* 8) tamen: *deest: orig. Ans. ded. Burch. Polyc.* 9) meliorem: *H Ans. ded. Burch.*

C. II. *Qui religiosum habitum sponte*[10] *susceptum deserere uoluerit ad ipsum redire cogatur.*

Item ex Concilio Tolletano VII., [c. 6.][11a]

Procliuius[12] autem[13b] cursus est ad uoluptatem[14] et imitatrix natura uiciorum. Quamobrem quisquis[15] uirorum uel[16] mulierum habitum semel induerit[17] spontanee religiosum, aut si uir deditus ecclesiae[18c], uel[19d] femina fuerit[20e] delegata[21] puellarum monasterio, in utroque sexu preuaricator[22f] inuitus reuerti[23] cogatur, ut uir detondeatur, et puella ad monasterium regrediatur[24]. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere uoluerint, sacerdotali sententia[25g] a[26] Christianorum cetu habeantur extorres, ut nec locus* eis ullus[27] sit conmunionis[28]. §. 1. Viduae[29] quoque (sicut[30] iam dudum uniuersalis statuit sinodus[31]) professionum[32h] uel habitus sui desertrices superiori[33] sententia condempnentur.

C. III. *Semel in clero taxati, uel monasteriis deputati, ad miliciam non redeant*[34].

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 7.][35]

Eos, qui semel in clero taxati fuerint, siue in monasterio[36] deputati[37], decreuimus neque ad miliciam, neque ad honores seculares uenire. Eos autem[38], qui hoc ausi fuerint facere, et non eius rei penitere maluerint, ut[39] ad hoc idem reuertantur, quod ante non[40a] obtentu Dei sibi proposuerunt[41], conuenit[42] anathematizari[43].

II. Pars. Gratian. *Cum dicitur, propositum monachi proprio arbitrio et uoluntate susceptum, intelligitur, quod si propria uoluntate susceptum non fuerit, obseruari non cogitur.*

Unde Nycolaus Papa scribit omnibus Episcopis in Regno Lodoici[44].

C. IV. *Monasterialibus disciplinis nullus subiciatur inuitus.*

Presens clericus, nomine Lambertus, una cum patre suo, nomine Atto, quondam uidelicet comite, nunc autem clerico, ad limina apostolorum properans adiit presentiam nostram, asserens qualiter idem pater eius in laicali adhuc ordine[45] in prediis propriis edificasset duo monasteria, uoluntatem gerens, ut post suum decessum[46] presens eius filius Lambertus in locum ei[47a] succederet, quem, infra[48] teneram etatem inter octauum et decimum[49] annum constitutum, memoratus pater proprio arbitrio absque regulari institutione extra omnem illius uoluntatem cucullam induit. Igitur post quoddam ipsius[50] temporis spacium (ut ipse dicit) Salomon[51] episcopus cum quibusdam aliis absque patris oblatione uel abbatis percepta[52] benedictione eundem[53] Lambertum monastico induere fecit habitu[54b] (ut ferunt)[55] inuitum, et sub hac occasione paterna seu materna hereditate a fratribus suis priuatum esse, atque contra omnem (ut dictum est) uoluntatem suam quasi regularem illum monachum permanere uoluit[56c]. Super qua re diligenti cura inuestigantes, etiam sub adiuratione patrem ipsius, si uerum diceret, interrogauimus; sed idem clericus[57d] Atto respondit, se talem habuisse et habere uoluntatem, ut[58] filius suus uerus fieret[59] monachus, et in locum ei[60e] succederet[61]. Sub[62] testificatione autem iurando[63f] firmauit[64], quod, quando primitus ei cucullam induit, idem Lambertus semper restitit, et numquam se fieri monachum consensit; sed demum ab insequentibus monachico[65g] est[66] habitu uiolenter indutus, asserens, quia[67h] numquam regulam aliquando[68i] promisit, neque ego, pater eius, palla[69k] altaris indutum[70] illum obtuli, neque a quocumque[71] sacerdote uel abbate (ut mos poscit)[72] benedictione percepta regulae umquam se[73] monachum[74l] subiectum[75] futurum promisit. Super his omnibus[76m] protestatus est prefatus clericus Atto, quia si eo tempore tam durae obseruantiae monasticam[77] intellexisset regulam, numquam eundem filium suum[78n] Lambertum coegisset portare cucullam. §. 1. Quapropter consulte psalmographi[79] uerba recolentes, quibus uoluntarie se Deo sacrificare pronunciat, et[80] uoluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu Dei obsecrat, presentem, ut dictum est, clericum nomine Lambertum minime debere existimauimus[81] sub tali uiolentia fieri monachum. Quod enim quis non elegit[82o], nec optat, profecto non diligit; quod autem non diligit facile contempnit. Nullum ergo[83p] bonum nisi uoluntarium. Idcirco et[84q] Dominus non ferendam in uia uirgam, per quam uiolentia ulli inferatur, precepit. Quapropter consultius agitur[85r], si piis suasionibus contemptum mundi et amorem Dei predicando, quam uiolentiam inferendo ad celestem amorem illum accenderitis. Unde omnium uestrum karitati hanc nostri apostolatus mandare decreuimus epistolam, monentes atque precipientes, quatinus (si ita uerum est, ut isti dicunt) nullus episcopus uel abbas, seu monachorum reliquorum conuentus, monasticis regulis inuitum illum subiacere conpellat; neque ullo modo fratres eius[86] per hanc occasionem licentiam habeant paterna seu materna illum[87] hereditate priuare; sed usque dum diuina inspiratione conpunctus[88] propria uoluntate regulae[89] se subdat, liceat eum[90] a mundanis et laicalibus remotum uagationibus uel negociis inter religiosos et ecclesiasticos uiros in canonica degere uita. Non enim putamus (quod absit) religiosos canonicos a sanctorum monachorum[91s] consortio seiunctos, quia unusquisque secundum Apostolum[92] propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

III. Pars. Gratian. *Si uero episcopi uel abbatis promissionibus illecti aliqui tonsuram uel religionis uestem susceperint, ipsi quidem in eo, quod ceperunt, permaneant, res uero eorum heredibus suis restituantur.*

Unde in Maguntiensi Concilio legitur[93a]*.

C. V. *Restituantur heredibus res eorum, qui ab episcopis uel abbatibus decepti comas*[94b] *deposuerunt.*

Constituit sane sacer iste conuentus, ut episcopi siue

EDITIO ROMANA.

Causa XX. Quest. III. c. 2. a) Tolet. VI. b) aut.: *deest* c) ecclesiae choro d) aut e) fuerit aut fuit f) praevaricator ad propositum g) sententia ita h) professionis — c. 3. a) non: *deest* — c. 4. a) eius b) monasticum habitum c) volunt d) pater e) eius f) iureiurando g) monastico h) quod i) aliquam k) pallio l) monachorum m) omnibus etiam n) suum: *deest* o) eligit p) quippe q) et: *deest* r) agetur s) mon. vita et — c. 5. a) Moguntino b) comam

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. C. II. * Ut nec locus: In libro conciliorum Lucensi regio [in orig. Hisp. Ans. ded.] legitur: *ut nec locutio cum eis ulla sit communis.* Reliqui vero codices concordant cum Gratiano. Apud Ivonem est: *Ut nec locus eis ullus sit communis.*

C. V. * De hac citatione dictum est supra 16. q. 7. c. penult.

Causa XX. Quest. III. can. 2. 10) spontaneum: *AD;* spontanee: *BEFH* 11) *ABCEFG;* VIII.: *DH;* — *imo c. 6. Conc. Tolet.* VI. *hab. ao.* 638. *ap. Bruns* I, 253.; *Ans. ded.* VI, 33.; *Reg. Appdx.* II, 18.; *Burch.* VIII, 14. (*can.:* de viris ac feminis); *Ivo Decr.* VII, 35.; *Coll. tr. P.* II, 38, 2. 12) proclivior: *EGH;* proclivius: *D* 13) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* 14) a voluntate: *Reg. Burch.* 15) quiqui: *orig. Hisp.* 16) aut: *A;* ac: *Coll. tr. P.* 17) induerint: *Ivo Decr.;* induerint vel induerunt: *orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Coll. tr. P.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 19) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Decr. Coll tr. P.* 20) *Codd. et Edd. coll. o.* 21) deligata: *orig. Hisp. Burch.* 22) *Codd. et Edd. coll. o.* 23) redire: *Burch.* 24) ingred.: *A;* in monast. ingrediatur: *Burch. Ivo Decr.;* mon. (ad: *deest*) ingred.: *Reg.;* monasterio redintegretur: *orig. Hisp.* 25) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch.* 26) de: *orig. Hisp.* 27) ull.: *deest: Reg.* 28) communis: *Reg. Burch. Ivo Decr.* 29) Viduas: *Burch. Ivo Decr.* 30) sic.: *deest: Reg. Burch. Ivo Decr.* 31) *Conc. Tolet.* IV. *c.* 55. 32) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H;* — *Reg. Coll. tr. P.* 33) ut sup.: *Burch. Ivo Decr.* ‖ can. 3. 34) rubr.: *deest: AB;* de eodem: *A* 35) *add.:* de eadem re: *EGH;* — *hab. ao.* 451. *versio Hisp.* — *Coll. tr. P.* II, 10, 7.; — *Burch.* VIII, 4.; *Ivo Decr.* VII, 28. *uterque ex Dionys.* — 36) monasteriis: *EGH Ed. Bas. Hisp. Coll. tr. P.* 37) dep.: *deest: Hisp.* 38) vero: *BEGH Coll. tr. P.;* aut: *Hisp.* 39) aut: *Hisp.* 40) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Hisp.* 41) proposuerant: *Hisp.* 42) conv.: *deest: Hisp. Coll. tr. P.* 43) anathema esse: *Hisp.* ‖ can. 4. 44) *fragm. ep. incerto tempore script.* (858—67.) — *Jaffé no.* 2143. — *Ivo Decr.* VI, 356.; *Coll. tr. P.* 1, 62, 28. 45) habitu: *Ivo* 46) discessum: *ib.* 47) *BCDEGH Ivo Coll. tr. P.;* suum ei: *EGH* 48) intra: *Edd. Lugdd.* II. III. 49) undecim.: *Ivo Coll. tr. P.* 50) illius: *Coll. tr. P.* 51) Salemon: *AB* 52) recepta: *EGH Ed. Bas.* 53) eidem Lamberto: *Ivo Coll. tr. P.* 54) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* monastico illum habitu: *Coll. tr. P.* 55) fertur: *Ivo Coll. tr. P.* 56) *AF Ed. Bas. Corr. Ivo* 57) *ABDF Ivo Coll. tr. P.* 58) ut et: *EGH Ed. Bas.* 59) fuisset: *Ivo Coll. tr. P.* 60) *ACF Ivo Coll. tr. P.* 61) successisset: *Ivo Coll. tr. P.* 62) sed sub (ant.: *deest*): *Ivo* 63) *ABCDF Coll. tr. P.* 64) firmabat: *Ivo Coll. tr. P.* 65) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ivo Coll. tr. P.* 66) fuerit: *Ivo Coll. tr. P.* 67) *ABCDF Ivo Coll. tr. P.* 68) *ib.* 69) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Corr. Ivo Coll. tr. P.* 70) involutum: *Ivo* 71) quo: *Coll. tr. P.* 72) deposcit: *Ivo Coll. tr. P.* 73) se: *deest: ib.* 74) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 75) subactum fuisse (prom.: *deest*): *Ivo Coll. tr. P.* 76) *Codd. et Edd. coll. o.* 77) monachicam: *EGH Ed. Bas.* 78) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo;* eidem filio suo Lamberto: *Coll. tr. P.* 79) *Psalm.* 53. 108. 118. 80) et: *deest: Coll. tr. P.* 81) existimamus: *ib.* 82) *CDF Ivo;* elegerit: *EGH* 83) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 84) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ivo Coll. tr. P.* 85) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 86) illius: *Ivo Coll. tr. P.* 87) *add.:* quod absit: *ib.* 88) preventus: *EGH* 89) regulis: *Ivo Coll. tr. P.* 90) illum: *Ivo; deest: Coll. tr. P.* 91) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 92) 1. *Cor. c.* 3. *v.* 8. ‖ can. 5. 93) *Codd. coll. o.;* legit.: *deest: EGH;* — *cf. ad c.* 42. *Qu.* 7. *C.* XVI. 94) *Codd. coll. o. pr. C*

abbates, qui non in fructum animarum, sed in auariciam et turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, et res eorum tali persuasione subripuerunt, penitenciae canonicae utpote turpis lucri sectatores subiaceant. Hii uero, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod ceperunt[95], perseuerare cogantur, res uero eorum heredibus reddantur.

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod uero ab uno monasterio in aliud districtius transire monachis liberum sit, ex Concilio Triburiensi habetur, in quo sic statutum est*[1]:

C. I. *Non sunt prohibendae uirgines sacrae, que causa religionis aliud monasterium adire desiderant*[2].

Virgines sacrae[3] si pro lucro animae suae[4] propter districtiorem uitam ad aliud monasterium pergere[5] disposuerint[6], ibidemque conmanere decreuerint[7], sinodus concedit[8]. Si uero fuga disciplinae alium locum quesierint[9], redire cogantur.

Gratian. *Quod autem de uirginibus sacris hoc capitulo*[10] *statuitur de monachis etiam consequenter intelligitur, de*[11 a] *quolibet etiam clerico.*

II. Pars. §. 1. *Sed obicitur illud Basilii*[12]*:

C. II. *Vota monachi sine consensu abbatis sui irrita*[13] *sunt.*

Monacho[14] non licet[15] uotum uouere sine[16] consensu abbatis sui[17]; si[18] autem uouerit[19], frangendum erit[20].

Item illud Agatensis Concilii, [c. 27.][21]:

C. III. *Monachum nullus suscipiat aut ordinet absque abbatis sui permissu.*

Monachum, nisi aut[22] permissu abbatis sui aut uoluntate ad alterum monasterium conmigrantem, nullus abbas suscipere aut retinere presumat; sed ubicumque fuerit, abbati suo auctoritate[23] canonum[24] reuocetur[25]. §. 1. *Item*[26]: Clericis sine conmendaticiis epistolis[27 a] episcopi sui licentia non pateat euagandi. In monachis quoque presentis[28] sententiae forma seruetur, quos[29] si uerborum increpatio non emendauerit, etiam[30] uerberibus statuimus coherceri. §. 2. Seruandum quoque[31] de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat a congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem asperior abbatis[32] regula[33 b]* remittatur. Quod ita demum fiet[34 c], ut intra eadem monasterii septa manentes, tamen sub abbatis potestate, separatas habere cellulas[35] permittantur. Abbati[36] quoque** singulas diuersas[37] cellulas aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis[38] intra muros receptacula collocare.

Gratian. *Verum hoc intelligendum est de monachis religiose uiuentibus, quibus uota specialis abstinentiae uel alicuius districtionis, que generalem consuetudinem suorum fratrum excedat, sine abbatis*[39] *consensu uouere non licet, ne super eos fratres scandalizentur. Causa etiam illorum statutum est hoc, qui regularem disciplinam subterfugientes peregrinationis uota sibi assumunt, quod nec monacho, nec alicui clerico licet, ne hac occasione ad secularem conuersationem redeat.*

CAUSA XXI.

GRATIANUS.

Archipresbiter cuiusdam ecclesiae prepposituram alterius accepit, nec priorem uult relinquere; secularium quoque negociorum procurator efficitur; claris et fulgidis uestibus se exornans ab episcopo suo corrigitur[1 a]; *relicto suo offitio ad secularem iudicem habet confugium.* (Qu. I.) *Queritur*[2 b], *an clericus in duabus ecclesiis possit conscribi?* (Qu. II.) *Secundo, si unam uoluerit relinquere, an liceat ei ad aliam transire?* (Qu. III.) *Tertio, an procurationes secularium negociorum clericis liceat suscipere?* (Qu. IV.) *Quarto, an claris et fulgidis uestibus eis ornari expediat?* (Qu. V.) *Quinto, an ab episcopo correpti*[3] *suum offitium relinquere, et ad secularem iudicem confugere ualeant?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

In duabus ecclesiis aliquem posse connumerari, septima Sinodus prohibet, dicens [c. 15.][4]:

C. I. *In duabus ecclesiis clericus conscribi non*[5 a] *debet.*

Clericus ab[6] instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesiis. Negotiacionis enim est hoc et turpis lucri[7] commodum[8 b], et ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipsa dominica[9] uoce, quod[10] nemo potest duobus dominis seruire. Aut[11] enim unum odio habebit, et alterum diliget: aut unum sustinebit, et alterum contempnet. Unusquisque enim[12] secundum apostolicam[13] uocem in[14] quo uocatus est, in hoc debet manere, et in una locari ecclesia. Que enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur aliena consistunt a Deo; ad uitae uero huius necessitatem studia diuersa sunt. Ex eis[15 c] ergo, qui uoluerit, acquirat corpori[16 d] opportuna. Ait enim Apostolus[17]: „Ad ea, que michi opus erant, et his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae." Et hec quidem in hac[18 e] seruanda[19]* urbe. Ceterum in uillis**, que foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

Gratian. *Sed duae ecclesiae intelliguntur ecclesiae duarum ciuitatum, in quibus nullus debet conscribi.*

EDITIO ROMANA.

Causa X. Quest. IV. c. 1. a) et de — c. 3. a) literis b) abbatis licentia* c) fiat — Causa XXI. a) corripitur b) Primum quaeritur — Quest. I. c. 1. a) nullo modo b) proprium c) his d) corporis e) hac a Deo

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. IV. C. II. * Sensus huius capitis aliquo modo elici potest ex sermone 2. de institutione monachorum, et cap. 28. monasticarum constitutionum B. Basilii.

C. III. * Licentia: Haec vox abest a vetustioribus conciliorum editionibus, et duobus codicibus Vaticanis, duobusque item Gratiani exemplaribus. In recentioribus autem Coloniensibus editionibus legitur: *asperior ab abbatibus regula permittatur.* Sed apud Iulianum antecessorem Novella 123. num. 53., ubi simile habetur, licentia abbatis requiritur.

** Abbati quoque: Sic in aliquot conciliorum editionibus. In aliis autem [orig. Hisp], praecipue in Coloniensi quatuor tomorum legitur: *abbatibus quoque singulis diversas cellulas.*

Causa XXI. Quest. I. C. I. * Deo servanda: Antea (Edd. coll. o. pr. Arg.] legebatur: *in hac urbe servandum.* Emendatum est ex Anastasii exemplaribus; graece enim est: ἐν ταύτῃ τῇ Θεοφυλάκτῳ πόλει. Apud Ivonem est: *in hac servanda urbe.*

** Villis: Graece est: χωρίοις, quod latius patet. Significat enim saepe regiones.

Causa XX. Quest. III. can. 5. 95) acceperant: *Edd. coll. o. pr. Bas.*

Causa XX. Quest. IV. can. 1. 1) *c. 26. Concil. Tribur. hab. ao. 895. redactus in compendium; — Reg.* I, 180.; *Burch.* VIII, 22.; *Ivo Decr.* VII, 42.; *Coll. tr. P.* III, 12, (13,) 3.; *Coll. tredec. P.* III, 26. 2) volunt: *A;* voluerint: *CD* 3) sanctimonialis: *Reg.* 4) *add.:* cum licentia abbatissae suae (propt. . . . vit.: *deest*): *ib.* 5) ire: *Ivo Coll. tr. P.* 6) disposuerit: *Reg.;* disponunt: *Burch.* 7) decrevit: *Reg.* 8) concedi: *Reg.* 9) quaerit . . . cogatur: *ib.* 10) capitulum: *ACDEGH;* statuit: *EGH* 11) *Codd. coll. o.* || can. 2. 12) *imo ex poenitentiali Theodori ap. Hildenbrand* §. 205. — *Burch.* VIII, 9.; *Ivo Decr.* VII, 32.; *Coll. tr. P.* III, 11, (12,) 9.; *Polyc.* IV, 34, (35,) 15.; *Coll. tredec. P.* III, 124. 13) nihil valent: *C;* fieri non debent: *A* 14) monachum: *BG;* monachis: *Ed. Bas.* 15) liceat: *Coll. tr. P. Polyc.* 16) sine: *deest: orig.* 17) sui: *deest: ib.* 18) sin minus (vov.: *deest*): *ib.* 19) voverint: *Edd. Bas. Ven.* II. 20) est: *Polyc.* || can. 3. 21) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 151.; *Ivo Decr.* III, 157.; *Coll. tr. P.* II, 28, 25. 37. 22) aut: *deest: orig.* 23) sub auct.: *EGH Ed. Bas.* 24) canonica: *Coll. tr. P.* 25) revocentur: *Hisp.; finis canonis: Ivo* 26) *c.* 38. *ib.* 27) *ADF orig. Hisp. Coll. tr. P.;* litteris vel epistolis: *BEGH Ed. Bas.* 28) par: *orig.* 29) quod: *ABF* 30) et.: *deest: EGH* 31) *add.:* est: *AEG* 32) ab abbat.: *orig. Hisp.* 33) *Codd. coll. o. orig. Hisp.;* canonica regula: *Coll. tr. P.* 34) *Codd. coll. o. pr. AB; — Edd. Bas. Nor. Ven.* I. *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 35) cellas: *Coll. tr. P.* 36) abbatibus: *orig. Hisp.* 37) diversasque: *Edd. Bas. Lugdd. Par.* 38) hospitalitatis: *Hisp.* 39) *add.:* sui: *ABD*

Causa XXI. 1) *Codd. coll. o.* 2) *ib.* 3) correcti: *EGH*

Causa XXI. Quest. I. can. 1. 4) *hab. ao.* 787. — *versio Anastas. — Ans.* VII, 98, (110.); *Ivo Decr.* VI, 311.; *Coll. tr. P.* II, 12, 12. 5) *Codd. coll. o.* 6) ab . . . temp.: *deest: Ans.* 7) commodi: *Ans. Ivo Coll. tr. P.* 8) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* proprium commod.: *Edd. rell.; in graeco est:* αἰσχροκερδείας 9) *Matth. c. 6. v. 24.* 10) quia: *orig. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 11) servire etc. (aut . . . quae: *deest*): *Ans.* 12) ergo: *orig.* 13) *cf. I. Cor. c. 7.* 14) in: *deest: Ivo* 15) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 16) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 17) *Act. c. 20. v. 34.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 19) conservanda: *orig.*

Unde in **Calcedonensi** *Concilio* [c. 10.] *statutum est*[20]:

[C. II.][21 a]

„*Clericos*[22 b] *in duarum ciuitatum ecclesiis conscribi*[23 c] *non oportet.*"[24]

[Gratian.] *Sed econtra nonnumquam episcopus unius ciuitatis efficitur archiepiscopus alterius ciuitatis, nec tamen priorem ecclesiam deserit: sed prior ecclesia quasi conmendata relinquitur, secunda quasi titulata habetur.*

Unde **Leo IV.** *scribit*[25]:

C. III. *In una ecclesia titulatus alteram sibi conmendatam potest habere.*

Qui plures[26] ecclesias retinet, unam quidem titulatam, aliam[27] uero sub conmendatione tenere[28 a] debet.

Sic et illud **Agatensis** *Concilii* [cap. 57.] *intelligendum est*[29]:

C. IV. *Duobus monasteriis unus abbas preesse non potest.*

Unum abbatem duobus monasteriis presidere interdicimus.

Gratian. *Potest etiam utrique tamquam titulato*[30 a] *preesse, sed iure speciali, non communi.*

Unde **Gregorius** [lib. II. epist. 13. ad Agnellum Episcopum][31 *]:

C. V. *Unus episcopus duabus preficitur ecclesiis.*

Relatio cleri simul et populi Terracinae degentis[32 a **] nos ualde letificat, ob hoc, quod de tua fraternitate bona testatur. Et quia defuncto pontifice suo Petro sibi cardinalem postulant te[33] constitui sacerdotem, eorum desideria[34 b] necessario conplenda[35 c] preuidimus. §. 1.[36 d] Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum Domino[37 e] nostro facere festinato, ut digna te merces ante eius conspectum in die retributionis inueniat. Quicquid uero de predictae rebus ecclesiae uel eius patrimonio, seu cleri ordinatione promotioneue, et omnibus generaliter ad eam[38 f] pertinentibus sollerter atque canonice[39] ordinare facereque prouideris, liberam habebis, quippe ut sacerdos proprius, modis omnibus facultatem.

[C. VI.][40 *]

Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te predictae Terracinensis ecclesiae cardinalem esse constituimus[41] sacerdotem, ut[42] et Fundensis ecclesiae pontifex esse non desinas, nec curam gubernationemque eius pretereas, quia ita fraternitati tuae[43 a] sepe dictae Terracinensis[44 b] ecclesiae[45 c] curam iniungimus ut Fundensis[46 d] ecclesiae tibi iura potestatemue nullo modo subtrahamus.

Gratian. *Non enim potest utrique presidere tamquam titulatae, sed uni tamquam conmendatae*[47]*, alteri uero tamquam titulatae preesse ualet.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Qui uero relicta sua ecclesia ad aliam transire uoluerit*[1] *nequaquam sine dimissoriis litteris sui episcopi suscipiatur.*

Unde in **septima Sinodo** [c. 17.] *legitur*[2 a]:

C. I. *Sine dimissoriis litteris in aliena ecclesia clericus non ordinetur.*

Quoniam diuersarum ecclesiaram clerici suas, in quibus ordinati sunt, ecclesias relinquentes, ad alios concurrunt episcopos, et ignorante* proprio episcopo in alienis constituuntur ecclesiis, ubi[3] contingit** eos sine sui examinatione[4] permanere, precipimus amodo, ut nullus[5] omnino clericorum, in quocumque gradu sit, licentiam habeat sine dimissoriis litteris sui episcopi in altera constitui ecclesia. Qui uero hoc amodo non obseruauerit, ad obprobrium eius***, qui ordinauerit[6] eum, deponatur tam ipse, quam qui eum sine ratione suscepit[7 b].

C. II. *Ad aliam ecclesiam clerico transire non licet, si propriis ministris*[8 a] *sua fuerit destituta.*

Item ex Concilio **Spalensi** [II. c. 3.][9]

Placuit, ut si quis clericus ministris[10 b] ecclesiae propriae destitutis ad aliam[11] transitum fecerit, conpellente, ad quem confugerit[12 c], sacerdote, ad ecclesiam, quam prius incoluerat, reuertatur[13 d]. Qui uero eum susceperit, nec statim sine ullo nisu exceptionis ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat, communione se priuatum cognoscat[14 e]. Desertorem autem clericum cingulo honoris atque ordinis sui exutum aliquo tempore monasterio[15] religari[16 f] conuenit, sicque postea in ministerio[17 g] ecclesiastici ordinis reuocari. Nam non poterit in talibus propagationis[18 *] aboleri licentia, nisi fuerit in eis per[19 h] correctionem[20 i] disciplinae subsecuta correctio[21].

Gratian. *Obicitur autem illud* **Calcedonensis** *Concilii* [c. 10.][22]:

C. III. *Nichil commune habeat cum priori qui ab*[23 a] *una in*[24 b] *aliam transfertur*[25 c].

II. Pars. Si quis iam[26] translatus est ab una[27 d] eccle-

EDITIO ROMANA.

Causa XXI. Quest. I. c. 2. a) C. II. De eodem b) Clericum c) eodem tempore conscribi — c. 3. a) retinere c. 4. a) titulatae — c. 5. a) Tarracinensis** b) vota c) complenda esse d) Et infra: §. 1. e) Deo f) eum — c. 6. a) fraternitatem tuam b) Tarracinensi c) ecclesias, sicut praefati sumus, praeesse praecipimus ut d) antedictae Fundensis — Quest. II. c. 1. a) sexta Synodo b) susceperit — c. 2. a) ministeriis b) ministeriis c) fugerit d) remittatur e) agnoscat f) relegari g) ministerium h) propter i) correptionem — c. 3. a) de b) ad c) translatus est d) alia

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Alia est sententia B. Gregorii, ac Gratianus putare videtur. Hunc enim Agnellum, qui antea Fundorum erat episcopus, quod ea civitas ab hoste esset vastata, Tarracinae cardinalem constituit sacerdotem, ut in sequenti capite. De qua re notatum est supra, dist. 71. cap. *Fraternitatem.*

** Tarracinensis: Sic est emendatum ex vetustis, quum in vulgatis esset: *Tarraconensis gentis.* In originali autem legitur: *Tarracinae degentis.*

C. VI. * In vetustis codicibus hoc est coniunctum superiori, quemadmodum in ipsa epistola, et apud Anselmum.

Quest. II. C. I. * Ignorante: Graece est: *γνώμης δίχα τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου;* id est: *sine sententia proprii episcopi.*

** Ubi contingit: Graece legitur: *ἐκ τούτου τε συνέβη ἀνυποτάκτους αὐτοὺς καταστῆναι;* id est: *atque hinc evenit, ut ipsi reddantur non subiecti.*

*** Ad opprobrium eius: Graece est: *ἐπεὶ ὁ μὴ τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν παραφυλαττόμενος, ἀλλὰ καταισχύνων, τό γε ἐπ᾽ αὐτῷ, τὸν τὴν χειροτονίαν αὐτῷ ἐπιτεθηκότα, καθαιρείσθω;* id est: *Nam qui a praesenti tempore hoc non observat, sed, quantum in se est, eum, qui ipsi manus imposuit, dedecorat, deponatur, etc.*

C. II. * Propagationis: In conciliorum editionibus et codicibus Vaticanis partim est: *propagationibus*, partim: *pervagationis.* In codice vero Lucensi regio legitur: *praevaricationis.*

Causa XXI. Quest. I. can. 2. 20) *hab. ao.* 451. *versio Dionys. — Reg.* I, 252.; *Burch.* II, 96.; *Ans.* VII, 108.; *Ivo Decr.* VI, 173. *can. ap. omnes cont.* 21) *BCEGH* 22) *ABCDF* 23) *Codd. coll. o.;* simul cons.: *orig. Reg. Burch. Ans. Ivo* 24) licere: *orig. Reg. Burch. Ans. Ivo* || can. 3. 25) *add.:* Papa: *AEGH; — fragm. incerto tempore* (847—55.) *scr. — Jaffé no.* 2003. — *Coll. tr. P.* I, 60, 6. 26) duas: *EGH* 27) aliae . . . tenendae sunt: *B Coll. tr. P.:* alia . . . tenenda est: *A* 28) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* || can. 4. 29) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 157.; — *Burch.* VIII, 81.; *Ivo Decr.* III, 164.; *ib.* VII, 99.; *Coll. tr. P.* II, 28, 56.; *Coll. tredec. P.* III, 107. 30) *Codd. coll. o. pr. E; — Corr.* || can. 5. 31) *Ep.* 13. *scr. ao.* 593. *lib.* III. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 852. — *Ans. ded.* II, 286. (*can. contin.*); *Ans.* V, 28. (27. *can. contin.*); *Polyc.* I, 8, (9,) 11.; *Coll. tredec. P.* I, 127. 32) *orig. Ans. ded. Ans. Polyc.; etiam Gratianum ita legisse probatur Codd. AB, ubi legitur:* Terracinate gentis, *quod pro Terracina degentis, scriptum esse constat;* Terracinae gentis: *EG;* Terracinensis gentis: *CDF* 33) te: *deest: Ans. Polyc.* 34) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.; deest: Ans. ded.* 35) *Codd. coll. o. Ans.* 36) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 38) *B orig. Ans.* 39) ordinate agendum est facere quae: *Ans. ded.* || can. 6. 40) *Ans. ded. Ans. Polyc. ll. ll.* 41) volumus: *Ans. ded.* 42) ut tamen susceptae prius plebis sollicitus provisor esse non desinas: *ib.* 43) *Codd. et Edd. coll. o.* 44) *Codd. coll. o. Polyc.* 45) *Codd. et Edd. coll. o.* 46) *ib.* 47) titulato . . . commendato . . . titulato: *ABD*

Causa XXI. Quest. II. 1) voluerint . . . suscipiantur: *CDEFH* || can. 1. 2) *Codd. coll. o.; imo ex synodo Trullana hab. ao.* 692. — *Coll. tr. P.* II, 11, 7. 3) et hoc: *Coll. tr. P.* 4) subiectione (sui: *deest*): *ib.* 5) nullum (ut: *deest*) . . . habere: *ib.* 6) ordinavit: *B Coll. tr. P.* 7) *BCD Coll. tr. P.;* recepit: *AF* || can. 2. 8) *Codd. coll. o.* 9) *hab. ao.* 619. *ap. Bruns* II, 69. — *Coll. tr. P.* II, 49, 2. 10) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 11) alium: *C Coll. tr. P.* 12) *ABDEGH Edd. coll. o.;* fuerit: *orig. Hisp.* 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) *ib.* 15) in mon.: *EGH* 16) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas. Coll. tr. P.:* deligari: *orig. Hisp.* 17) *ABCDFH Coll. tr. P.* 18) propagationibus: *A:* pervagationibus: *orig. Hisp.* 19) *ABCDEFG Edd. coll. o.* 20) *ABCFG Edd. coll. o. orig. Hisp.* 21) censura: *orig. Hisp.; deest: Coll. tr. P.* || can. 3. 22) *hab. ao.* 451. — *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 10, 11. (*can.:* non licere clericum) 23) *BCDF; rubr.: deest: A* 24) *ADF;* in aliam: *deest: C* 25) *Codd. coll. o.* 26) autem: *Ed. Arg.;* autem iam: *C* 27) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.; deest: Hisp.*

sia[28] in aliam[29], nichil habeat[30] commune cum priori[31e] siue sub[32f] ecclesia constitutis martiribus[33g], siue in ptochiis[34h], uel[35i] xenodochiis, aut eorum negociis. Eos uero, qui ausi fuerint post ordinationem huius magnae et uniuersalis sinodi agere que prohibita sunt statuit sancta sinodus cadere de[36] proprio gradu.

Gratian. *Sed aliud est tranferri, atque*[37k] *aliud propria temeritate transire. Illud apostolica auctoritate fieri licet, hoc uero omnibus modis*[38l] *prohibetur.*

III. Pars. §. 1. *Sicut autem duabus ecclesiis unus preponi non debet, ita nec una ecclesia inter plures diuidi ualet.*

Unde in Remensi Concilio legitur[39]:

C. IV. *Una ecclesia duobus sacerdotibus diuidi non potest.*

Sicut in unaquaque ecclesia unus[40] presbiter debet esse, ita ipsa[41], que sponsa uel[42] uxor eius dicitur, non potest diuidi inter plures presbiteros, sed unum tantummodo habebit sacerdotem, qui eam caste et sinceriter[43a] regat. Unde interdicimus, ut nullus presumat ecclesiam inter duos uel plures[44] diuidere, quia ecclesia Christi uxor et[45] sponsa debet esse, non scortum, sicut Papa Calixtus[46] testatur.

IV. Pars. Gratian. *Conductitiis quoque*[47] *presbiteris ecclesia conmitti non debet.*

Unde Innocentius II. [in Sinodo Romana, c. 10.][48*]:

C. V. *Conductitiis presbiteris ecclesiae non conmittantur*[49a].

Precipimus etiam, ne conductitiis presbiteris ecclesiae conmittantur, et unaqueque ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem.

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Quod autem clerici secularium negociorum procuratores esse non ualeant, auctoritate Cartaginensis Concilii I. probatur[1], *in quo Nicasius*[2*] *Episcopus Culusitanus dixisse legitur cap. 6.*:

[PALEA[3**]. C. I.

Peruenit in[4] sanctam sinodum, quia de eis, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam alienarum[5] possessionum conductiones et seculares[6] causas suscipiunt[7], et se ipsos quidem a ministeriis[8] sanctis per desidiam separant, ad domos autem secularium concurrunt, et substantiarum eorum gubernationes auariciae causa suscipiunt. Decreuit igitur sancta et magna[9] sinodus, neminem deinceps eorum, hoc est non episcopum, siue clericum, aut monachum, conducere possessiones, aut misceri secularibus procurationibus, nisi forte qui legibus ad minorum etatem tutelas siue procurationes inexcusabiles attrahantur, aut cui ipsius ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum conmiserit gubernacula, uel orphanorum, aut uiduarum, que indefensae sunt, aut earum personarum, que maxime ecclesiastico indigent amminiculo propter timorem Dei. Si quis uero transgressus fuerit hec statuta, correctioni ecclesiasticae subiaceat.]

C. II. *Qui annexi sunt clero secularium possessionum procuratores non fiant.*[10]

Credo placere suggestionem meam sanctitati uestrae, et displicere uobis, ut qui seruiunt Deo, et annexi[11] sunt clero, accedant ad actiones[12], seu amministrationes[13] uel ad[14a] procurationes[15] domorum[16]. Gratus[17] episcopus dixit: Apostolorum[18b] statuta sunt, que dicunt[19]: „Nemo militans Deo implicat[20] se negociis secularibus." Proinde aut clerici sint sine actionibus[21] domorum, aut actores sine offitio clericorum. Uniuersi dixerunt: Hoc obseruemus.

C. III. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi IIII. [c. 15.][22a]

Placuit, ut episcopi, presbiteri[23], et[24] diaconi, uel[25] quicumque[26b] clerici non sint conductores, aut[27c] procuratores[28], neque ullo turpi[29] uel[30] inhonesto negocio uictum querant[31], quia respicere debent[32] scriptum esse[33]: „Nemo militans Deo inplicat se secularibus negociis."

C. IV. *Secularium negociorum procurationem clerici non suscipiant.*

Item ex epistola Cipriani ad Presbiteros, et Diacones, et plebem Furnensem [lib. I. epist. 9.][34a].

Ciprianus presbiteris, et diaconibus[35b], plebi Furnensi[36c] consistentibus salutem. Iampridem concilio[37d] episcoporum statutum[38] est, ne quis de clericis et Dei ministris tutorem et[39e] curatorem testamento suo nominauerit[40f], quando[41] singuli diuino sacerdotio honorati et in clericorum[42g] ministerio constituti non nisi altari et sacrificiis deseruire, et precibus atque orationibus uacare debeant[43]. Scriptum est enim[44]: „Nemo militans Deo inplicat[45h] se negociis[46] secularibus, ut possit placere ei, cui[47i] se probauit." §. 1.[48k] Quod[49] episcopi et[50] antecessores nostri religiose considerantes et salubriter prouidentes censuerunt, ne quis[51l] excedens[52] ad tutelam uel curam clericum[53] nominaret; ac[54] si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque[55] enim ante[56m] altare Dei merentur[57n] nominari in sacerdotum prece qui ab altari sacerdotes et ministros uolunt[58o] auocare[59].

EDITIO ROMANA.

Causa XXI. Quest. II. c. 3. e) priore ecclesia f) sub hac g) martyriis h) parochiis i) sive k) atque: *deest* l) omnimodis — c. 4. a) sincere — c. 5. a) committatur — Quest. III. c. 2. a) ad: *deest* b) Et Apostolorum — c. 3. a) Carthag. III. b) quicunque: *deest* c) neque — c. 4. a) Furnitanorum b) diaconis et c) Furnis d) in concilio e) vel f) constituunt g) clerico h) obligat i) qui k) Et infra: §. 1. l) quis frater m) apud n) meretur o) voluit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Hoc caput iisdem verbis repetit Eugenius III. in concilio Lateranensi, quod exstat in Vaticana bibliotheca.

Quest. III. C. I. Nicasius: Emendata est haec inscriptio ex ipso concilio, et vetustis Gratiani codicibus, quum antea mendose legeretur: *Nicolaus Papa Episcopis Castilianis.* Pertinet autem hic titulus ad cap. *Credo.* proxime post Paleam interiectam sequens.

** Hic idem canon 3. concilii Chalcedonensis affertur supr. dist. 86. c. fin. ex alia versione. Abest autem haec Palea a collatis exemplaribus, exceptis duobus.

Causa XXI. Quest. II. can. 3. 28) eccl.: *deest: Coll. tr. P.* 29) *add.:* ecclesiam: *Hisp.* 30) habet: *Edd. Lugdd.* II. III. 31) *Codd. et Edd. coll. o.* 32) *ib. Hisp. Coll. tr. P.* 33) *ACDFH Edd. coll. o. pr. Bas.* — maioribus: *EG;* matribus: *B;* matricibus: *Ed. Bas.* 34) *CEFGH Hisp. Coll. tr. P.* 35) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 36) a suo: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; de suo: *AB* 37) *Codd. coll. o.* 38) *ib.* || can. 4. 39) *Caput incert.* — *Reg.* I, 247. (ex C. Rem., *non ut Berard.* I, 315. *notavit,* ex concilio quo supra); *Burch.* III, 45.; *Ivo Decr.* III, 49.; *Ivo Pan.* II, 44.; *Coll. tredec. P.* IV, 150. 40) un.: *deest: Reg. Burch. Ivo Pan.* 41) *add.:* ecclesia: *Reg. Burch.* 42) vel ux.: *deest: Ivo Pan.* 43) *ABCEH Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 44) *add.:* presbyteros: *Ivo Pan.* 45) et sponsa: *deest: EGH* 46) *cf. c.* 39. *Qu.* 1. *C.* VII. 47) etiam: *EGH; deest: B* || can. 5. 48) *can.* 10. *Conc. Later.* II. *hab. ao.* 1139. *ap. Mansi* XXI, 529. — *Jaffé ante no.* 5682. 49) *CEFGH; rubr.: deest: A;* de eodem: *B*

Causa XXI. Quest. III. 1) prohibetur: *C;* ostenditur: *EG;* ostend. vel probatur: *H* 2) Nicolaus: *Codd. coll. o. pr. A* || can. 1. 3) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. Ed. Bas.; Rolando non fuit nota;* — *c.* 3. *Conc. Chalc. hab. ao.* 451. — *supra c. fin. Dist.* LXXXVI. *profertur ex eadem Hisp. interpret. et ibi lectionis varietatem invenies notatam.* — *ex Dionys.: Burch.* II, 145.; *Ivo Decr.* VI, 214. 4) ad: *Turrecrem.* 5) maiorum: *Edd. coll. o.* 6) secularium: *Turrecrem.* 7) suscipiant . . . separent . . . concurrant . . . suscipiant: *Edd. coll. o.* 8) sacris officiis: *Turrecrem.* 9) et magna: *deest: Edd. coll. o.* || can. 2. 10) *rubr.: deest: EH;* — *c.* 4. 6. *C. Carthag. hab. ao.* 348. *ap. Bruns* I, 114.; (*in Hisp.: C. Carthag.* I.); *Burch.* II, 150.; *Coll. tr. P.* II, 15, 2. — *cf. c.* 3. *Dist.* LIV. 11) annixi: *Hisp.* 12) actus: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 13) administrationem: *Hisp. Burch. Coll. tr. P.;* et: *Hisp. Burch.* 14) *Codd. coll. o.* 15) procurationem: *orig. Burch. Coll. tr. P.* 16) *add.:* saecularium: *Edd. coll. o.; finis canonis: Burch.* 17) Gratianus: *DF Edd. coll. o. pr. Arg.;* Gratius: *A;* Granus: *C* 18) *Codd. et Edd. coll. o.* 19) II. *Tim. c.* 2. *v.* 4. 20) ingerit: *orig. Coll. tr. P.* 21) actoribus: *CFGH;* auctoribus: *E;* auctoritatibus: *D* || can. 3. 22) *Codd. coll. o.; imo c.* 15. *C. Carth.* III. *hab. ao.* 397.; *ap. Bruns* I, 125.; — *Ans. ded.* II, 164. (*can. cont.*); *Reg.* I, 231.; *Burch.* II, 151.; *Ans.* VII, 151. (161.); *Ivo Decr.* VI, 242.; *Coll. tr. P.* II, 17, 8. 23) et presb.: *orig.* 24) et: *deest: ADEH Ans.* 25) vel . . . cler.: *deest: Ans. ded. Reg. Ans.* 26) *Codd. coll. o.* 27) *Codd. coll. o. pr. D;* — *Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 28) *add.:* privatorum: *Hisp. Burch. Ivo* 29) *add.:* lucro: *Ed. Bas. Burch.* 30) et: *Ivo* 31) *finis canonis: Ans.* 32) debeant: *orig.;* quia scriptum est: *Reg.* 33) II. *Tim. c.* 2. *v.* 4. || can. 4. 34) *Codd. et Edd. coll. o.;* — *ep.* 1. *in Ed. Vindob. p.* 465. *scr. ao.* 249.; — *Ivo Decr.* VI, 393.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 28. 35) *Codd. coll. o. pr. AB;* — *Coll. tr. P.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 37) *ABCDF Ivo Coll. tr. P.* 38) constitutum: *Coll. tr. P.* 39) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.;* ac: *Edd. rell.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ivo Coll. tr. P.* 41) quandoquidem: *Edd. Par. Lugdd.;* quoniam: *Edd. rell. Ivo* 42) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Coll. tr. P.* 43) debent: *EGH Ed. Bas.* 44) II. *Tim. c.* 2. *v.* 4. 45) *BCDF Coll. tr. P.* 46) molestiis: *orig.* 47) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.* 48) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 49) *add.:* enim: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 50) et: *deest: orig. Ivo Coll. tr. P.* 51) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 52) decedens: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AD* 53) clerum: *BC Coll. tr. P.* 54) at: *Edd. Bas. Ven.* II. *Par. Lugd.* I. 55) Neque . . . avocare: *deest: EFG; in F in marg. script. exstat.;* — *cf. c.* 14. *Dist.* LXXXVIII. 56) *ABCDF Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* ad: *H* 57) *ADFH Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* mererentur: *C;* mereretur: *B* 58) *ABCDFH Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 59) advocare: *B Ed. Arg.;* avocari: *orig.*

C. V. *Non licet clericis molliciis et secularibus rebus obligari.*

Item ex eadem[60].

Molliciis[61]* et secularibus rebus laqueisque[62a] obligari[63] non debent qui diuinis rebus et spiritualibus occupati sunt[64b] nec[65c] ad terrenos et seculares actus uacare[66d].

C. VI. *Secularibus negociis clerici non alligentur*[67].

Item ex eadem[68].

Hii[69], qui in ecclesia Domini ad ordinationem clericorum[70a]* promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur[71], nec[72] molestiis et negociis secularibus alligentur[73b]**, nec[74c] ab altariis[75d] et sacrificiis[76e] recedant, sed die ac nocte celestibus rebus et spiritualibus seruiant.

C. VII. *De eodem*[77].

Item, ut supra, Ciprianus[78].

Sacerdotum[79a] religiose secretum[80b] et necessarie factum seruetur a nobis, simul et[81] ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes et ministros Dei altari eius et ecclesiae uacantes ad seculares molestias[82] deuocet. Obseruari[83c] de cetero poterit, ne quis ultra hoc faciat[84d] circa personam clericorum, si quod[85e] factum est[86] fuerit uindicatum.

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

Quod uero fulgidis et[1] *claris uestibus eis ornari non liceat, in septima Sinodo iubetur, in qua sic statutum est* [c. 16.][2]:

C. I. *Corripiantur clerici, qui in*[3a] *unguentis et claris uestibus et fulgidis lasciuiunt.*

Omnis iactantia[4] et ornatura corporalis aliena est a sacrato[5] ordine. Eos ergo[6] episcopos uel clericos, qui se fulgidis et claris uestibus ornant, emendari oportet. Quod[7] si in hoc permanserint, epithimio contradantur[8b]. Similiter[9] et[10] eos, qui unguentis unguntur[11c]. §. 1. Quoniam uero radice amaritudinis exorta contaminatio facta est in ecclesia catholica, Christianos calumpniantium hereticorum[12d]*, hii[13e], qui hanc receperunt, non solum imaginarias scripturas[14f] abhominati sunt, sed et[15g] omnem reuerentiam repulerunt, eos, qui religiose ac pie uiuunt, offendentes, ac per hoc conpletur in eis quod scriptum est[16]: „Abhominatio est peccatoris[17h] Dei cultus," igitur si inuenti[18] fuerint deridentes eos, qui uilibus et religiosis uestimentis[19i] amicti sunt, per epithimium corrigantur[20]. §. 2. Priscis[21k] enim[22l] temporibus omnis sacratus uir cum mediocri ac[23m] uili ueste conuersabatur. Omne quippe, quod non propter necessitatem suam, sed propter uenustatem accipitur, elationis habet calumpniam, quemadmodum magnus ait Basilius[24]. Sed neque ex sericis texturis uestem quis uariatam induebat, neque apponebant[25n] uariorum colorum ornamenta in summitate[26] uestimentorum. Audierant[27o] enim[28p], quia[29] „qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt."

C. II. *Clerici siue in itinere ambulantes, siue alibi degentes, congruis sibi uestibus utantur.*

Item ex VI. Sinodo, [c. 27.][30]

Nullus eorum, qui connumerantur[31] in clero, uestimentum indecens habeat, siue in ciuitate degens siue in itinere ambulans, sed stolis utatur, que concessae sunt clericis. Si uero quis tale quid fecerit, per unam ebdomadam suspendatur[32].

C. III. *Non secularibus uestibus, sed ordini suo conuenientibus clerici utantur.*

Item Zacharias Papa [in Sinodo Romana, c. 3.][33]*

Episcopi[34], presbiteri, diaconi, secularibus[35] indumentis non utantur, nisi, ut condecet[36], tunica sacerdotali; sed neque dum ambulauerint[37] in ciuitate[38], aut in uia, aut in plateis, sine operimento presumant[39] ambulare, preterquam[40a] si in itinere longo[41] ambulauerint[42], quia sicut mulier orans in ecclesiis[43b] non uelato capite deturpat caput suum, iuxta Apostolicam[44c] uocem, ita sacerdos sine operimento deturpat sacerdotium suum. Quod[45] si temere presumpserit contra statuta agere, communione priuetur, donec que statuta sunt adinplere maturet.

C. IV. *Extra domos*[46a] *sine proprio ornatu sacerdotes non appareant.*

Item Leo Papa [IV. in Sinodo Romana, c. 12.][47]

Sine ornatu sacerdotali extra domos sacerdotes apparere nullo modo[48b] conuenit, ne, ut aliquis secularium, iniurias patiantur[49c]. Contrarius denique inuentus aut[51] desinat, aut canonicae subiaceat disciplinae.

EDITIO ROMANA.

Causa XXI. Quest. III. c. 5. a) et laqueis saecul. oblig. b) occup. ab ecclesia recedere c) et d) vacare non possunt — c. 6. a) clericam* b) alligentur**, sed in honore sportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes c) nec: *deest* d) altari e) sacrificiis non — c. 7. a) Sacerdotium b) decretum c) servari enim d) ne ultra hoc fiat e) quod nunc — Quest. IV. c. 1. a) in: *deest* b) tradantur c) inunguntur d) haeresis e) et hi f) picturas g) etiam h) peccatori i) vestibus k) A priscis l) enim usque m) et n) apponebat o) Audierunt p) enim ex deisona lingua — c. 3. a) praeter b) ecclesia c) Apostoli — c. 4. a) domum b) non c) patiantur; sed ea solummodo, quae per Patres constituta videntur, observent[50]

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Mollitiis: Vera lectio est: *molestiis.* Sed quia est initium capitis, non est mutatum; alia autem nonnulla et in hoc, et in antecedenti capite emendata sunt.

C. VI. * Clericam: Restituta est vera lectio Cypriani, quam manuscripti vetustissimi codices retinent. Et l. 2. epist. 5. bis, et l. 3. epist. 21. prope finem in omnibus Cypriani codicibus legitur: *ordinatio clerica,* et: *epistolae clericae.*

** Alligentur: Emendatus et locupletatus est hic locus ex originali impresso et manuscripto.

Quest. IV. C. I. * Haeresis: Quum antea legeretur: *haereticorum,* sic est emendatum ex Anastasio, et Ivone, et respondet graecae voci: *αἵρεσις;* atque ex iisdem nonnulla alia sunt restituta.

C. III. * Haec synodus a Zacharia Papa habita exstat in bibliotheca Vaticana et Regiensi.

Causa XXI. Quest. III. can. 5. 60) ex eodem: *EF; — Ivo Decr.* VI, 394.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 29. 61) molestiis: *EGH orig.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* — 63) se obligare: *C Edd. coll. o.* 64) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 65) *ib.* 66) *ib.* || can. 6. 67) sec. rebus non licet clericis obligari: *C* 68) *Ivo Decr.* VI, 395.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 30. 69) Hii: *deest: orig.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.;* ordinatione clerica (ad: *deest*): *orig.;* clericalem: *Ivo Coll. tr. P.* 71) advocent.: *Edd. Arg. Bas.* 72) ne: *orig. Ivo* 73) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 74) *ib.* 75) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 76) *ib. Edd. coll. o.* || can. 7. 77) de eod.: *deest et can. cum anteced. coniunct. est: EGH* 78) *ABCDF; inscr.: deest: EGH;* — ut sup.: *deest: C;* cuius supra: *A;* Cypr.: *deest: AF; — Ivo Decr.* VI, 396.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 31. 79) *BDF Turrecrem. orig. Ivo Coll. tr. P.* 80) *CDF Coll. tr. P.;* sanctum: *A;* sacratum: *EGH Ed. Bas.;* et relig.: *Coll. tr. P.* 81) et: *deest: B;* sim. et frat. ut ceter.: *C Ed. Bas.;* simul cum fr.: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I.; simul: *deest: D* 82) secularem molestiam: *orig.* 83) *Codd. et Edd. coll. o.* 84) *ib. Turrecrem. Ivo Coll. tr. P.* 85) *Codd. et Edd. coll. o.* 86) fuerit est: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.

gnum Dei, utrum credantur, an non, et utrum uera[58c] putentur, an falsa; in his errare, id est[59] aliud pro alio putare, non est arbitrandum esse peccatum, aut si est, minimum esse atque leuissimum.

C. VII. *In his, que ad fidem pertinent, grauius est falli quam alios decipere.*

In eodem, [c. 18.][60a*]

In ipsarum consideratione rerum, que dicuntur, tantum interest, quia, siue[61] quisque[62b] fallatur[63] siue mentiatur, utcumque[64] falli quam mentiri minus est[65] malum, quantum pertinet ad hominis uoluntatem; tamen[66] longe tollerabilius est[67] in his, que a religione[68] seiuncta sunt, mentiri, quam in his[69], sine quorum fide uel noticia Deus coli[70] non potest, falli[71].

III. Pars. Gratian. *Item, quod dicitur: „Perdes omnes, qui locuntur mendacium," non de omni mendacio intelligendum est. Sunt enim quedam mendacia, in quibus etsi sit aliqua culpa, non tamen dampnabilia sunt, immo tamquam non mendacia habenda sunt. Sunt et alia mendacia, que sunt grauioris culpae, de quibus intelligitur: „Perdes omnes, qui locuntur mendacium."*[72] §. 1. *Ut autem appareat, que mendacia sint uenialia, et que dampnabilia*[73], *distinguendum est, quot sint genera mendacii.*

De quibus Augustinus scribit in libro de mendacio, [c. 14.][74]:

C. VIII. *Quot sint genera mendacii?*

Primum[75] est capitale mendacium et[76a] longe fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod mendacium nulla condicione quiuis[77b] debet adduci. Secundum[78c], ut aliquem ledat iniuste, quod[79d] tale est, ut[80] nulli[81e] prosit, et obsit alicui. Tertium, quod prodest alteri[82] ita, ut obsit alteri, quamuis non ad inmundiciam obsit corporalem. Quartum[83f], sola mentiendi fallendique libidine, quod mirum[84] mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suaui eloquio[85g]. His omnibus penitus euitatis atque reiectis, sequitur sextum genus, quod et[86] nulli obest, et prodest alicui, uelut[87h] si quispiam pecuniam alicuius iniuste[88*] tollendam, sciens ubi sit[89], nescire se mentiatur[90i**]. Septimum[91], quod et nulli obest, et prodest alicui[92], uelut[93k] si nolens[94l] hominem ad mortem quesitum prodere, mentiatur. Octauum[95m] genus est mendacii, quod et nulli obest, et ad hoc prodest, ut ab inmunditia corporali aliquem tueatur. §. 1.[96n] Non igitur[97] est mentiendum in doctrina pietatis; magnum[98] scelus[99o] est, primum[100p] genus detestabilis mendacii. Non est mentiendum igitur[101q] secundo[102] genere, quia nulli facienda est iniuria. Non est mentiendum tertio[103] genere, quia nulli cum alterius iniuria est consulendum. Non est mentiendum quarto genere, propter mendacii libidinem, que per se ipsam uiciosa est. Non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa ueritas placendi causa[104r] hominibus enuncianda est; quanto minus mendacium[105], quod per se ipsum, quia mendacium est[106], utique turpe est? Non est mentiendum sexto genere, neque enim recte[107s] testimonii ueritas pro cuiusque[108t] temporali commodo ac salute corrumpitur; ad sempiternam uero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio. Neque[109u] septimo genere mentiendum est[110v], non[111] enim cuiusque[112w] commoditas aut salus temporalis perficiendae[113] fidei preferenda est, nec se quisquam*** in recte factis nostris tam male moueri[114] sentiat, ut fiat etiam animo deiectior[115x] longeque a pietate remotior. Nec[116y] octauo genere mentiendum est, quia et in bonis castitas animi pudicitiae† corporis prefertur, et in malis[117z], quod ipsi facimus, eo, quod fieri sinimus, nobis dampnabilius est. §. 2. In his autem[118] octo generibus tanto quisque minus peccat, cum mentitur, quanto magis†† a primo recedit. Quisquis autem esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitretur[119aa] aliorum.

C. IX. *Non licet alicui humilitatis causa mentiri.*

Item Augustinus de uerbis Apostoli, [sermone XXXI. al. XXIX.][120]

Cum[121] humilitatis causa mentiris, si[122] non eras peccator ante, quam mentireris[123], mentiendo efficeris quod euitaueras[124]. Veritas[125] in[126] te non est, nisi te ita dixeris peccatorem, ut etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, ut quod est[127a] dicas. Nam quomodo est humilitas[128], ubi regnat falsitas?

C. X. *De eodem*[129].

Item Gregorius[130] [lib. XXVI. Moralium, c. 2.]

Incaute sunt[131*] humiles[132] qui mendacio se illaqueant.

C. XI. *Non licet mentiri, ut arrogantia uitetur.*

Item Augustinus super Iohannem, [tractatu XLIII.][133]

Non ita caueatur arrogantia, ut ueritas relinquatur.

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. II. c. 6. c) vera sive sint, sive — c. 7. a) Idem in Enchiridio b) quis — c. 8. a) longeque b) quisquam c) Secundum autem d) quod et e) et nulli f) Quartum quod in g) suaviloquio h) veluti i) mentiatur quocunque interrogante** k) veluti l) nolit m) Et infra ibidem: Octavum n) Et infra c. 21.: §. 1. o) enim scelus p) et primum q) igit.: *deest* r) fine s) recte etiam t) cuiusquam u) Et infra: Neque v) est: *deest* w) cuiusquam x) deterior y) Et infra: Nec z) malis id aa) arbitratur — c. 9. a) es

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Apud B. Augustinum, nec multo aliter apud Ivonem legitur: *In ipsarum autem, quae dicuntur, consideratione rerum tantum interest, qua in re quisque fallatur sive mentiatur, ut, quum falli quam mentiri minus sit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen longe tolerabilius sit in his, etc.* Verum ob glossam in versic. *Utcunque.* (al. *ubicunque*) non est mutatum.

C. VIII. * Iniuste: Abest ab originali vox ista, pro qua in duobus Gratiani codicibus legitur: *iuste.*

** Quocunque interrogante: Addita haec sunt ex originali.

*** Se quisquam: Apud B. Augustinum et Ivonem est: *Nec si quisquam in recte factis nostris tam male movetur, ut fiat etiam animo deterior longeque a pietate remotior, propterea recte facta deserenda sunt.* Sed ob glossam in vers. *recte factis* non est mutatum.

† Pudicitiae: Apud eosdem habetur: *pudicitia corporis, et in malis id* [*id:* deest: Coll. tr. P.], *quod* [*quos:* Coll. tr. P.] *ipsi facimus, eo, quod fieri sinimus, maius est.* Sed eadem causa obstitit ne mutaretur.

†† Quanto magis: In originali [et in Ivon. Decr. et in Coll. tr. P.] legitur: *quanto emergit ad octavum, tanto amplius, quando divergit* [*evergit:* Ivo Decr.; *mergit:* Coll. tr. P.] *ad primum.* Sed erat glossa in vers. *Recedit.*

C. X. * Incaute sunt: Sic in plerisque manuscriptis. Vulgata lectio erat: *incauti sunt homines.* Integer autem B. Gregorii locus sic habet: *Incaute sunt humiles qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant, imo mentiendo superbiunt, quia contra veritatem se erigunt, quam relinquunt.*

Causa XXII. Quest. II. can. 6. 58) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.*; vera sint sive: *Ivo Decr.* 59) et: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 7. 60) *Codd. coll. o.; no. 6. Ed. Maur. — Ivo Decr.* XII, 51. (*can.:* nonnulli eousque; *contin.*); *Ivo Pan.* VIII, 133. (*can.:* nemo sane mentiens; *contin.*) 61) in re: *Ivo Decr. Pan.* 62) *Codd. coll. o. pr. A; — Ivo Decr. Pan.* 63) fallitur vel ment.: *Ivo Pan.* 64) ut cum: *Ivo Decr.* 65) sit: *Ivo Decr. Pan.* 66) et tamen: *Edd. Arg. Bas.* 67) sit: *Ivo Decr. Pan.* 68) regione: *Ed. Bas.; add.:* fidei: *Edd. Bas. Lugdd.* 69) iis: *orig.* 70) coeli: *Ed. Bas.;* cogi: *Edd. Ven.* II. *Par.* 71) falli: *deest: EGH Ed. Arg.;* nec falli: *Edd. Lugd.* I. *Par.* 72) *Psal.* 5. *v.* 7. 73) *add.:* sint: *AB;* et quot sunt: *EGH* || can. 8. 74) *no.* 25. *Ed. Maur.: — Ivo Decr.* XII, 1.; *Ivo Pan.* VIII, 124.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 1.; *Petr. Lomb. Sent. lib.* 3. *dist.* 38. 75) primum est ad evitandum cap. mend.: *orig.* 76) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 77) *ABDEFG Edd. Arg. Ven.* II. *Lugd.* I.; quis: *C Edd. rell.* 78) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 79) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 80) quod: *Edd. Arg. Bas.* 81) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 82) alii: *EGH* 83) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 84) merum: *orig. Ivo Decr.* 85) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ivo Pan.* 86) et: *deest: G Edd. coll. o., neque tamen ut R. censuit a Corr. est insertum* 87) *ACDFH orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 88) iuste: *Codd. coll. o. pr. B* 89) scit: *Edd. Arg. Bas.* 90) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 91) *add.: D;* genus mendacii est: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 92) *add.:* excepto si iudex interrogat: *orig.* 93) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 94) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 95) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 96) *ib. — l. c. no.* 42. 97) ergo: *Ivo Pan.* 98) quia magn.: *EGH Ivo Decr. Pan.:* quod: *Ed. Arg.:* quia: *Edd. rell. pr. Bas., a qua abest.* 99) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. Ivo Decr. Pan.* 100) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 101) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 102) in sec.: *Ivo Pan.* 103) in tert.: *ib.; et sic deinceps* 104) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.;* cupiditate: *Ivo Pan.* 105) *add.:* est: *Ivo Pan.* 106) est: *deest: ib.* 107) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 108) *Codd. coll. o. pr. G Ivo Pan. Coll. tr. P.;* cuiuscumque: *G Edd. coll. o. Ivo Decr.* 109) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 110) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 111) neque: *EGH* 112) *ABCDF Ivo Pan. Coll. tr. P.* 113) perficienda: *EH* 114) movetur (sent.: *deest*): *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 115) *Codd. coll. o.* 116) *ib. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 117) *Codd. et Edd. coll. o.* 118) ergo: *Edd. Arg. Bas.* 119) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* esse: *EGH* || can. 9. 120) *Sermo* 181. *no.* 5. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* XII, 42.; *Ivo Pan.* VIII, 128. 121) *add.:* ergo: *Ivo Decr.; add.:* enim: *Ivo Pan.* 122) si: *deest: Edd. Arg. Bas.* 123) mentieras: *ib.;* mentieris: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 124) *add.:* ante: *Ivo Pan.* 125) *add.:* autem ipsa: *D Edd. coll. o. pr. Arg.* 126) vitae: *AB;* in te: *deest: BF;* autem vitae non est: *Ivo Pan.* 127) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 128) veritas: *Ivo Pan.* || can. 10. 129) de eod.: *deest et canon pars est antecedentis: AB* 130) XXVI, 3. *Ed. Maur. ad c.* 34. 35. *Iob.* 131) incauti: *ADG Edd. coll. o.* 132) homines: *Edd. Ven.* II. *Lugdd. Par.* || can. 11. 133) *no.* 15. *Ed. Maur.; — Coll. tr. P.* II, 50, 28.

C. XII. *Non omne mendacium eque peccatum est.*

Item in Enchiridion[134*], [c. 18.]

Michi autem non absurde[135a] uidetur omne quidem mendacium esse peccatum, sed multum interesse[136], quo animo et de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim ita[137b] peccat[138c], qui consulendi, quomodo ille, qui nocendi uoluntate mentitur, nec[139] tantum nocet qui uiatorem mentiendo in aduersum[140] iter mittit, quantum is, qui uiam uitae mendacio fallente deprauat.

C. XIII. *Non est aliquo modo decipiendus quilibet.*

Item Augustinus in libro de conflictu uiciorum atque uirtutum, [c. 19.][141]

Nec artificioso mendacio[142], nec simplici uerbo oportet quemquam decipere, quia quomodolibet[143*] mentitur quis[144], occidit animam.

C. XIV. *Pro temporali uita alicuius perfectus mentiri non debet.*

Item Augustinus in quinto Psalmo [ad uersic.: „Perdes omnes, qui locuntur"][145].

Ne quis arbitretur perfectum et spiritualem hominem pro ista temporali uita, morte cuius sua uel alterius non occiditur[146a] anima, debere mentiri, sed[147b] quoniam aliud est mentiri, aliud[148c] uerum occultare; siquidem aliud est falsum dicere, aliud[149] uerum tacere; ut[150] si quis forte[151d] non uelit[152e] ad istam uisibilem mortem hominem prodere, paratus esse debet uerum occultare, non falsum dicere, ut neque prodat, neque mentiatur, nec[153f] occidat animam suam pro corpore alterius. §. 1. Duo[154g] uero[155h] sunt genera[156i] mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa; cum aut iocamur, aut[157k], proximo[158l] consulendo[159m], mentimur[160]. Illud autem[161n] primum in[162] iocando ideo non est perniciosum[163o], quia non fallit. Nouit enim[164] ille, cui dicitur, iocandi causa fuisse[165p] dictum. Secundum autem ideo mitius[166q] est, quia retinet nonnullam[167] beniuolentiam. §. 2. Illud uero[168], quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est, uerbi gratia, tamquam, si cui gladius conmendetur, et promittat se redditurum, cum ille, qui conmendauit[169] poposcerit; si forte gladium suum repetat[170] furens, manifestum est[171r], non esse reddendum, ne uel[172] se occidat, uel alios[173], donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui conmendatus est gladius, cum promittebat, se redditurum poscenti[174], non cogitabat furentem posse repetere[175]. §. 3.[176s] Manifestum* est non esse culpandum aliquando uerum tacere, falsum autem dicere non inuenitur concessum[177t] sanctis[178u].

C. XV. *Nostro peccato alterius saluti consulere non debemus.*

Idem in libro de mendacio, [c. 17.][179a]

Faciat homo etiam pro temporali[180] salute hominum quod potest. Cum autem ad hoc[181b] uentum fuerit, ut tali saluti nisi peccando consulere non possit, iam se existimet non habere quid faciat, quando id reliquum esse prospexerit[182c], quod recte* faciet[183d].

C. XVI. *De eodem.*

Item Ysidorus in Sinonimis, [c. 10.][184]

Omne genus mendacii summopere fuge, nec casu, nec studio loquaris falsum, nec, ut prestes, mentiri studeas, nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus.

[P A L E A.[185]

C. XVII. De eodem.

Item Augustinus in lib. de mendacio, c. 6.[186*]

Si quis ad te confugiat[187], qui mendacio tuo possit a morte liberari, non es mentiturus. Os[188] enim, quod mentitur, occidit animam. *Et infra:* §. 1. Cum ergo mentiendo uita eterna amittitur, numquam pro cuiusquam uita temporali[189] mentiendum est.]

C. XVIII. *Non deputantur*[190a] *mendacia, cum ea, que non sunt, ioco dicuntur.*

Item Augustinus in libro quest. Gen. c. 45. [quest. 145.][191]

Quod[192b] ait fratribus suis Ioseph: „Nesciebatis, quia non est in augurio[193c] homo, qualis ego?" de hoc[194] augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem[195d], quid sibi uelit, queri solet. Aut[196e] quia non serio, sed[197] ioco dictum est, ut exitus docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim a mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem que non sunt tamquam[198] ioco dicuntur, non deputantur[199] mendacia.

Gratian. *Sed in ueteri testamento multa permittebantur, quorum exemplis hodie uti non licet.*

Unde Gregorius [lib. XVIII. Moral., c. 3.]:

C. XIX. *Veterum exemplo mentiri non licet.*

Si quis per testamentum uetus uult suum tueri mendacium, quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit, dicat necesse est, rerum alienarum raptum[200a], dicat[201b] retributionem iniuriae, que infirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse. Que omnia cunctis liquet quanta animaduersione ueritas insequitur, que nobis iam significationis suae umbra postposita in uera carne declaratur.

EDITIO ROMANA.

Causa XXI. Quest. II. c. 12. a) non absurde: *deest* b) sic c) peccat ille — c. 14. a) in cuius morte non occidetur sive sua sive alterius anima b) sed: *deest* c) aliud est d) forte vel e) non vult f) ne g) Et infra: §. 1. Duo h) vero: *deest* i) omnino genera k) aut ut l) proximis m) prosimus n) aut.: *deest* o) perniciosissimum p) ioci causa esse q) minus r) est, tunc s) Et infra: §. 3. t) concessum esse u) perfectis — c. 15. a) contra mendacium b) hunc articulum c) perspexerit d) faciat — c. 18. a) reputantur b) Quod autem c) quia augurio auguratur d) hominem suum e) At — c. 19. a) raptum et b) dicat: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Nonnulla in hoc capite sunt inducta, et alia emendata ex B. Augustino et Ivone.

C. XIII. * Quomodolibet: In ipso libello legitur: *quolibet artis* [*artis:* deest: orig. Ed. Maur. Ivo Decr.] *modo mentiatur, os, quod mentitur, occidit animam.* Sed Ivo [Pan.] cum Gratiano concordat.

C. XIV. * Manifestum: Apud B. Augustinum haec antecedunt: *Verum autem occultavit et Dominus, quum discipulis nondum idoneis dixit:* Multa [Ioann. c. 16. v. 12.] habeo vobis dicere, sed nunc non potestis portare illa; *et apostolus Paulus, quum ait:* Non [I. Cor. c. 3. v. 1.] potui loqui vobis, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. *Unde manifestum est etc.*

C. XV. * Recte: In originali [et ap. Ivon. Decr. Pan.] legitur: *non recte,* sed non est emendatum propter casum.

C. XVII. * Caput hoc abest a plerisque vetustis, et in duobus est cum nomine Paleae.

Causa XXII. Quest. II. can. 12. 134) *Codd. coll. o.;* item: *AD; — no.* 6. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* XII, 51. (*can.:* nonnulli eousque; *cont.*) 135) *Codd. et Edd. coll. o.* 136) interest: *ABC* 137) *Codd. coll. o.* 138) *Codd. et Edd. coll. o.* 139) aut vero: *orig. Ivo* 140) diversum: *ib.* || can. 13. 141) *Maurini Autpertum monast. S. Vincentii ad Vulturnum abbatem auctorem esse censent; — Ivo Decr.* XII, 44. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 26. 142) ingenio: *orig.* 143) quolibet modo: *C orig. Ivo Coll. tr. P.* 144) os quod: *Coll. tr. P.* || can. 14. 145) *no.* 7. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* XII, 46.; *Ivo Pan.* VIII, 130.; *Coll. tr. P.* II, 22, (23,) 27. 28. 146) *ABF;* non: *deest: EGH Edd. coll. o.* 147) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 148) *AB orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 149) aliud est: *Ivo Pan.* 150) ut: *deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 151) *Codd. et Edd. coll. o.* 152) *Codd. et Edd. coll. o.* 153) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 154) *Codd. coll. o. Ans.* XI, 79. (78.) 155) *BCFH Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.;* vera: A 156) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 157) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* sic: *Ans.;* pro: *Ivo Decr.* 158) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 159) *Codd. et Edd. coll. o.; deest: Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 160) ment.: *deest: Coll. tr. P.* 161) *Codd. et Edd. coll. o.* 162) in: *deest: Edd. Arg. Bas.* 163) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 164) en.: *deest: Ivo Pan.* 165) *Codd. et Edd. coll. o.* 166) *B Ed. Arg. Corr. orig. Ans.* 167) nullam: *Coll. tr. P.* 168) autem: *EGH* 169) commendaverit: *Edd. coll. o.* 170) repetit: *Ivo Pan.* 171) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 172) vel: *deest: Ivo Pan.* 173) alium: *D Edd. coll. o.* 174) posc.: *deest: Ivo Pan.* 175) *finis canonis: Ans.* 176) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 177) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 178) *ib.* || can. 15. 179) *Codd. coll. o.; no.* 34. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* XII, 48. (*can.:* mendacium est); *Ivo Pan.* VIII, 125. (*ut in Decr.*) 180) temp. vita vel: *EGH Ed. Bas.;* temp. vita et: *Ed. Arg.* 181) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 182) *CDEFGH Turrecrem. Ivo Decr. Pan.;* prospiciet: *B* 183) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. || can. 16. 184) *no.* 53. *ed. Areval.; — Ivo Decr.* XII, 49.; *Ivo Pan.* VIII, 126. (*can. contin.*) || can. 17. 185) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. — iam Hugucc. paleam esse notavit* (*Schulte p.* 15.) 186) *no.* 3. *Ed. Maur. — ipsa Augustini verba non proferuntur.* 187) confugerit qui de: *Edd. coll. o.* 188) omnis . . . qui: *Edd. Arg. Bas. — cf. Sap. c.* 1. *v.* 11. 189) temp.: *deest: Ed. Arg.* || can. 18. 190) *Codd. coll. o.* 191) *ABC;* 40.: *D;* 45.: *deest: F; — imo c.* 44.; *— Ivo Decr.* XII, 43.; *Ivo Pan.* VIII, 129.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 25. 192) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D Lugdd. Par. — orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 193) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* in: *deest: Coll. tr. P. — cf. Genes. c.* 44. *v.* 15. 194) quo: *Ivo Decr.* 195) *Codd. et Edd. coll. o.* 196) *ABCDF Edd. Ven.* I. II. *Nor. Lugd.* I. *Par.* 197) aut: *Edd. coll. o. pr. Lugdd. Par.; — Ivo Pan.* 198) *add.:* sint: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 199) deputentur: *Edd. coll. o.* || can. 19. 200) *Codd. et Edd. coll. o.* 201) *Codd. coll. o. Ed. Bas.*

C. XX. *Obstetrices de pietate remuneratae de mendacio sunt punitae.*

Idem [eodem lib. cap. 2.][202]

Si quelibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hec facile[203a] abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur[204]? Nonnulli uero[205b] obstetricum fallacia[206] conantur asserere, hoc mendacii genus non esse peccatum, maxime quia[207c] illis mentientibus scriptum est[208]: „quod[209d] edificauit[210] eis[211e] domos[212] Dominus.“ In qua magis reconpensatione cognoscitur, quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, que eis in eterna potuit uita retribui, premissa[213] culpa mendacii in terrena[214f] est reconpensatione declinata.

Gratian. *Abraham quoque loquens ad pueros suos ait*[215]: „*Sedete hic cum asina*[216g]; *ego et puer illuc usque pertransibimus, et, cum adorauerimus*[217], *reuertemur ad uos;*“ *licet aliud se facturum deliberaret, tamen excusatur a mendacio. Unde Ambrosius in libro de Patriarchis*[218]: „*Prophetauit*[219h], *quod ignorabat. Ipse solus disponebat redire inmolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est quod parabat*[220]. *Captiose*[221] *autem loquebatur cum seruulis, ne cognito negocio aut*[222] *inpediret eum*[223i] *aliquis, aut gemitu obstreperet aut fletu.*“

V. Pars. §. 1. *Quandoque aliquid iubendo significamus uelle fieri, quod tamen fieri nolumus, sed experimentum obedientiae querimus, sicut Abraham a Deo temptatus legitur*[224], *cum iussus est inmolare filium, quem Dominus nolebat ab eo occidi. Unde in eodem libro idem Ambrosius*[225]: „*Non enim uolebat Deus inmolari a patre filium*[226], *nec inpleri hoc munus uolebat, qui ouem pro filio inmolandam obtulit*[227], *sed temptabat affectum patris, si Dei precepta preferret filio.*“ *Et infra:* „*Non inicias*[228], *inquit, manum in puerum, neque facias ei*[229] *quicquam. Affectum*[230k] *tuum inquisiui, non factum exegi; temptaui mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. Non aufero quod ipse donaui, nec heredem inuideo, quem largitus sum non habenti.*“

C. XXI. *Simulatio utilis est et in tempore assumenda.*

Item Ieronimus [in epist. ad Galatas, c. 2.][231]

Utilem simulationem et[232] in tempore assumendam, Ieu[233] regis Israel nos doceat exemplum, qui, cum[234] non potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi finxisset[235] se ydolum uelle colere, dicens[236a]: „Congregate michi omnes sacerdotes Baal. Achab[237b] seruiuit ei[238c] in paucis, ego seruiam sibi[239d] in multis.“ Et Dauid[240], quando mutauit faciem suam coram Abimelech, et dimisit eum, et abiit. Nec mirum quamuis iustos homines tamen aliqua simulare pro tempore ob suam et aliorum salutem, cum et[241] ipse Dominus noster[242], non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis assumpsit[243e], ut, condempnans, in carne peccatum, nos in se faceret iusticiam Dei.

Gratian. *Ecce, que mendacia sint*[244f] *uenialia, et que dampnabilia.* §. 1. *Sed queritur, quare Augustinus dicat, non esse mentiendum pro temporali uita alicuius, cum Abraham descendens in Egiptum rogauerit Saram, ut sororem eius se esse mentiretur, dicens*[245]: „*Noui, quod pulcra sis mulier, et quod, cum uiderint te Egiptii, dicturi sunt*[246], *uxor illius est, et interficient me, et te reseruabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, ut bene sit michi propter te, et uiuet*[247g] *anima mea ob gratiam tui.*“ *Sed Abraham non mendacium dici, sed uerum taceri uoluit.*

Unde idem Augustinus ait in question. Genes. [quest. 26.][248]*:

C. XXII. *Quomodo Abraham excusetur de*[249a] *mendacio, qui Saram sororem suam esse dixit.*

Queritur, cur Patriarcha mentiri uoluit, ut diceret Saram[250] sororem suam, et non potius Deo conmisit, qui, si uellet, eius pudicitiam apud Pharaonem seruare posset. Sed ueritatem uoluit celari, non mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc ostenditur, quod[251] nemo debet temptare Deum suum, dum habet quod rationabili consilio faciat. Fecit quod potuit: quod non potuit Deo conmisit, in quem sperauit, nec eum fides aut spes fefellit. Si autem interrogatus illam[252b] uxorem suam[253c] indicaret[254d], duas res conmitteret Deo, et uitam suam, et uxoris pudicitiam.

Gratian. *Item opponitur, quod Iacob*[255] *mentiendo et sibi profuit, et alii*[256] *nocuit, nec tamen reprehenditur, sed conmendatur. Sed Iacob dicendo se esse Esau primogenitum, non est mentitus. Non enim dixit, se esse primogenitum nascendo, sed ius primogeniturae, illo uendente, rite adeundo*[257]. *Sic et Christus Iohannem dixit*[258] *esse Heliam, non persona, sed imitatione uirtutis. Erat ergo Iacob Esau, non nascendo, ut diximus, sed emptione primogenitorum*[259e], *de non primogenito in primogenitum transeundo, sicut et ipse Esau primogenita uendendo de primogenito non primogenitus fieri meruit. Sic et Iudei, cum essent filii Abrahae carne, quia non fuerunt filii eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahae, sed dicuntur filii diaboli, cuius filii sunt, non nascendo, sed imitando. Unde a Domino audire meruerunt*[260]: „*Si filii Abrahae estis, opera Abrahae facite; nunc autem queritis me interficere, hominem, qui ueritatem locutus sum uobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris uestri facere uultis.*“ §. 1. *Econtra gentiles, cum secundum originem carnis ab Abraham essent alieni, tamen imitatione fidei et iusticiae successerunt in filios Abrahae. Unde ab Apostolo*[261] *dicitur eisdem:* „*Si autem Christi, ergo Abrahae semen estis.*“ *Hinc idem Apostolus scribens Romanis ait*[262]: „*O tu Iudee, si circumcidaris, nec legem eius*[263f] *obserues, circumcisio tua preputium facta est, quomodo et preputium, si iusticias legis custodiat, in circumcisionem reputatur.*“ *Prefertur ergo, ut ex premissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter, Iacob se dixit Esau esse; nec mentiendo, sed uerum dicendo sibi profuit, alteri uero non nocuit, quia benedictionem sibi debitam accepit, non*[264] *alienum subripuit.* §. 2. *Episcopus uero iste, de quo agitur*[265], *etsi falsum iurauit, tamen quia, ut supra dictum est, ream*[266] *linguam non facit nisi rea mens, nequaquam reus periurii habetur. Probatur etiam hoc exemplo Saulis, qui, cum esset in castris*[267g] *pugnaturus contra Philisteos, iurauit se interfecturum quicumque ante solis occasum comederet. Ionathas*[268] *autem filius eius non audito regis iuramento, cum pugnando magnam hostium stragem dedisset, et salutem fecisset in Israel, fame laborans uidit fauum mellis, quem regia uirga, quam gestabat in manibus, accepit et comedit, statimque oculi, quos fere fames clauserat, aperti sunt, et facies eius est exhilarata*[269]. *Quo conperto Saul uoluit eum*

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. II. c. 20. a) facillime b) uero de c) quod d) quia e) illis f) terrenam ... compensationem g) asino h) Prophetavit Abraham i) eum: *deest* k) Et infra: Affectum — c. 21. a) dicit b) Si enim rex Achab c) Baal d) ei e) asumserit f) sunt g) uiuat — c. 22. a) a b) illam feminam c) suam: *deest* d) indicasset duas res tuendas e) primogeniturae f) eius: *deest* g) in castris: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXII. * In quaestione ipsa 26. non sunt omnia verba huius capituli: sed confectum est etiam ex lib. 22. contra Faustum, et contra Secundinum, et ex aliis locis.

Causa XXII. Quest. II. can. 20. 202) *c. 3. in Ed. Maur. — Ivo Decr.* XII, 41. (*can.:* summopere cavendum est) 203) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo* 204) *finis canonis: Ivo Decr.* 205) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. III.; vero ex: *Edd. Lugdd.* II. III. *orig.* 206) fallaciam: *CDEGH* 207) *Codd. coll. o.* 208) *Exod. c.* 1. *v.* 21. 209) *ABCDF* 210) edificaverit: *DEGH* 211) *Codd. coll. o. pr. B* 212) domum: *Edd. Ven.* I. *Nor.* 213) pro admissa: *orig.* 214) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 215) ait: *deest: Codd. coll. o. pr. C; — Gen. c. 22. v. 5.* 216) *Codd. coll. o.* 217) oraverimus: *EGH* 218) *Ambros. de Abraham lib.* 1. *c.* 8. *no.* 71. 219) *Codd. coll. o. pr. C; — Edd. Arg. Bas. Nor. orig.* 220) praeparabat: *orig.* 221) cautiose: *Codd. coll. o. pr. AB* 222) aut: *deest: orig.* 223) *Codd. et Edd. coll. o.* 224) *Genes. c.* 22. 225) *l. c. no.* 66. 226) *add.:* suum: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 227) *add.:* non pro se sed pro nobis: *EGH* 228) mittas: *BEFGH* 229) illi: *CDEGH Edd. coll. o.* 230) *Codd. coll. o.; — l. c. no.* 76. ‖ can. 21. 231) *ad c. 2. v. 11—14. no.* 407. 232) et: *deest: EGH* 233) et Ieu: *AB* 234) cum: *deest: orig.* 235) finxit (nisi: *deest*): *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 236) *Codd. et Edd. coll. o. orig. — cf.* IV. *Reg. c.* 10. *v.* 18. 19. 237) *ABCDFH;* Baal Achab. rex: *EG Edd. coll. o. vox* rex *neque in orig. legitur.* 238) *Codd. et Edd. coll. o.* 239) *ib. pr. Lugdd.* II. III.; *deest: orig.* 240) I. *Reg. c.* 21. 241) etiam: *CEGH* 242) *add.:* Iesus Christus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 243) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 244) *Codd. coll. o.* 245) *Genes. c. 12. v. 11. sqq.* 246) sint: *ABC* 247) *Codd. coll. o.* ‖ can. 22. 248) *Verba Augustini in hoc capite hinc inde mutata sunt. Similia leguntur in l. 22. contra Faustum c.* 33. 34. 249) *ACDF* 250) Sar.: *deest: ABF* 251) quia ... Dominum: *EGH* 252) *Codd. et Edd. coll. o.* 253) *Codd. coll. o.* 254) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G Arg. Bas.* (indicaret); indicarit: *Turrecrem.* 255) *Genes. c.* 22. 256) aliis: *EGH* 257) transeundo: *ib.* 258) *Matth. c.* 11. 259) *Codd. coll. o. pr. B* 260) *Ioan. c. 8. v.* 39. 261) *Gal. c. 3. v.* 29. 262) *Rom. c. 2. v.* 25. 26. 263) *Codd. coll. o. pr. C* 264) et non: *EGH;* non alienam: *Turrecrem.* 265) hic agit.: *ib.* 266) *supra ead. c.* 3. 267) *Codd. coll. o. pr. A* 268) I. *Reg. c.* 21. 269) est: *deest: CDEH*

dare neci; sed precibus et pia populi supplicatione placatus mortis reuocauit sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel, et quo pugnante de manibus hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum iurauit, quia quod iurando[270h] *se facturum decreuit precibus populi prouocatus*[271i] *non fecit. Nec tamen periurii reus arguitur, quia quantum in ipso fuit, quod iurauit inpleuit, dum sententiam mortis in filium dedit, quam non carnali affectu, sed populi supplicatione reuocauit.*

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Cum ergo, ut ratione et exemplo monstratum est, episcopus reus periurii non esset, consueta obedientia ab archidiacono sibi denegari non debuit, cum etiamsi criminosum illum esse constaret, ante diffinitiuam tamen sententiam, ut supra monstratum est, nulli suorum clericorum ab eo liceret discedere. Constat ergo illicitum esse quod archidiaconus iuramento firmauit. Unde merito queritur, an debeat seruari, uel[1] *non?*

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

III. Pars. *Quod autem illicita iuramenta seruari non debeant, in Tolletano Concilio VIII.* [cap. 2.] *legitur, in quo sic statutum est*[1]:

C. I. *Melius est uota stultae promissionis non inplere quam crimen admittere*[2a].

Si publicis sacramentorum gestis (quod Deus auertat) a quibuslibet illicita uel non bona extitisset conditio allegata[3], que aut iugulare animam patris, aut gerere[4b] conpelleret[5] stuprum sacratissimae[6] uirginis, numquid non tollerabilius esset stultae promissionis uota reicere, quam per inutilium promissorum custodiam exorrendam criminum inplere mensuram?

C. II. *Aliquando non expedit promissum soluere*[7a] *sacramentum.*

Item Ambrosius de offitiis, lib. I. [cap. 50.][8]

Est etiam contra offitium nonnumquam promissum soluere sacramentum[9b*], ut Herodes, qui iurauit, quoniam[10] quicquid petitura[11c] esset daret filiae Herodiadis, necem[12d] Iohannis prestauit[13e], ne promissum negaret.

Gratian. *Item in sermone S. Augustini Episcopi de decollatione S. Iohannis Baptistae, qui sic incipit: „Cum sanctum euangelium legeretur"*[14]:

C. III. *Pietas fuit, quod Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occidit*[15a].

Quod Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non inpleuit, maior pietas fuit. Video* Dauid pium hominem et sanctum in iurationem temerariam incidisse[16b], et maluisse non facere quod iurauerat, quam iurationem suam hominis fuso sanguine inplere[17].

C. IV. *De eodem. Item*[18a].

Iurauit Dauid temere, sed non inpleuit iurationem maiori pietate. §. 1.[19b] Ecce Dauid S. iuramento quidem astrictus[20c] non fudit sanguinem hominis: sed eum falsum iurasse[21] negare quis poterit? De duobus peccatis minimum[22d] elegit; sed minus fuit illud in conparatione peioris[23e]. Nam, per se ipsum appensum, magnum malum est falsa[24] iurare[25f].

C. V. *Turpia uota seruanda non sunt.*

Item Ysidorus in Sinonimis, libro secundo[26*].

In malis promissis rescinde fidem. In turpi uoto muta decretum. Quod incaute uouisti non[27a] facias. Inpia[28b] est promissio, que scelere adinpletur.

C. VI. *Non est obseruandum iuramentum, quo malum incaute promittitur.*

Item Beda in omel. XLIV. [in natali decollationis S. Iohannis][29].

Si aliquid forte nos incautius iurare[30a] contigerit[31], quod obseruatum[32] peiorem uergat in exitum, libere[33] illud salubriore[34] consilio mutandum[35] nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum[36] nobis, quam pro[37] uitando[38] periurio[39] in aliud crimen grauius[40] esse[41] diuertendum[42]. Denique iurauit Dauid[43] per Deum[44b] occidere Nabal uirum stultum et inpium, atque omnia, que ad eum[45c] pertinebant[46d], demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail feminae prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in uaginam, neque aliquid culpae se pro[47e] tali periurio contraxisse doluit.

C. VII. *De duobus malis minus eligi oportet.*

Item [ibidem][48a].

Non solum in[49] iurando, sed in omne[50b], quod agimus, hec est moderatio sollicitius[51c] obseruanda, ut, si talem forte in[52] lapsum uersuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine aliquo[53] peccati contagio surgere non possumus[54d], illum pocius euadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpessuros esse cernimus.

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. II. c. 22. h) iureiurando i) revocatus — Quest IV. c. 1. a) committere b) agere — c. 2. a) seruare b) sacram. custodire* c) petitum d) et necem e) praestitit — c. 3. a) occiderit b) cecidisse — c. 4. a) Idem ibidem b) Et infra: §. 1. c) non quidem iratus sanguinem hominis fudit d) minus e) maioris f) iuratio — c. 5. a) ne b) Impia enim — c. 6. a) iurasse b) Dominum c) illum d) pertinerent e) pro: *deest* — c. 7. a) Idem b) omni c) solertius d) possimus

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. IV. C. II. * Custodire: Addita est vox ista ex originali, et concilio Toletano, in quo refertur.

C. III. * Video: Haec sunt verba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem videntur summa quaedam, nec sunt apud Ivonem aut in Panormia.

C. V. * Secundo: Etiam B. Braulius in vita Isidori memorat duos Synonymorum libros. Et in Synonymis, quae nuper cum aliis Isidori operibus sunt Parisiis impressa, facile locum haberet divisio in duos libros. Nam ex posteriore parte videtur sumtus libellus de norma vivendi, qui in eodem Parisino codice habetur. Alter autem libellus de contemtu mundi, qui et ibidem, et antea Antverpiae, et olim Venetiis sub hoc titulo: *Isidorus de homine et ratione deflente, et de homine et ratione consolante,* impressus est, videtur epitome quaedam Synonymorum.

Causa XXII. Quest. II. can. 22. 270) *ABCDF* 271) *ABCDF*

Causa XXII. Quest. III. 1) an: *BEGH*

Causa XXII. Quest. IV. can. 1. 1) *hab. ao.* 653. *ap. Bruns* I, 274.; — *Ivo Decr.* XII, 9.; *Ivo Pan.* VIII, 90.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 9. 2) *BCEFH* 3) alligata: *Edd. Lugdd.* II. III. *orig. Hisp. Ivo Pan.; add.:* est: *BF;* extitisse conditio allegatur: *Corr.* 4) *Codd. et Edd. coll. o.* 5) cogeret: *Ivo Pan.* 6) sanctissimae: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* || can. 2. 7) *Codd. coll. o.* 8) *Ivo Decr.* XII, 10.; *Ivo Pan.* VIII, 91.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 10.; *Caes.* VI, 9.; — *Pet. Lomb. Sent. l.* 3. *dist.* 39. 9) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 10) quia: *GH;* quod: *E* 11) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Pan.;* petitus: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.; — cf. Matth. c.* 14. 12) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 13) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 3. 14) *Sermo* 308. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* XII, 11.; *Ivo Pan.* VIII, 92. (*can.:* cum sanct. evangel.); *Petr. Lomb. l. c.* 15) *Codd. coll. o.* 16) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 17) adimplere: *Edd. coll. o.* || can. 4. 18) *Codd. coll. o.; — Sermo* 308. *no.* 2. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr. l. c. Ivo Pan.* VIII, 93.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 11.; *Caes.* VI, 10. *Petr. Lomb. ib.* 19) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 20) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 21) iurare: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 22) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 23) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (maioris et peior.); *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 24) falsum: *BEGH Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 25) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* || can. 5. 26) *no.* 58. *ed. Areval.; — Ivo Decr.* XII, 12.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 12.; *Caes.* VI, 11. — *cf. Conc. Tolet.* VIII. *c.* 2. *et Tribur. c.* 21. 27) *ABCF Edd. Arg. Bas. orig. Ivo Coll. tr. P.* 28) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P* || can. 6. 29) in: *deest: ACDF;* homel. 43.: *BDEGH; in Ed. Migne lib.* II. *hom.* 20. — *Reg.* II, 329.; *Burch.* XII, 18. (Soter.); *Ivo Decr.* XII, 13.; *Ivo Pan.* VIII, 94. (Soter.); *ib.* 118. *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 31.; *Polyc.* VI, 10, 3. (Soter.); *Caes.* VI, 12. — *cf. infra c.* 16. 30) *ABCD Edd. coll. o. Ivo Pan.* 94.; *Coll. tr P.* 31) contingit: *Polyc.* 32) obser. scilicet: *orig.* 33) lib.: *deest: Burch. Polyc.* 34) salubri: *Coll. tr. P.* 35) *add.:* esse: *ib.* 36) periurandum: *A Reg. Burch. Ivo Pan.* 118. *Coll. tr. P.* 37) perfecto: *Burch.;* pro facto: *Polyc.* 38) mutando: *Ivo Pan.* 94. 39) iuramento: *Reg. Burch. Polyc.* 40) maius: *Reg. Polyc.* 41) esset divertendi: *Polyc.* 42) *finis canonis: Reg. Burch. Ivo Pan.* 118. *Polyc.* 43) I. *Reg. c.* 25. 44) *Codd. et Edd. coll. o.* 45) *ib. Coll. tr. P.* 46) *Codd. et Edd. coll. o.;* pertinent: *orig.* 47) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* || can. 7. 48) *Codd. coll. o.; — Ivo Decr. l. l. Ivo Pan.* VIII, 95.; *Caes.* VI, 12. §. 1. 49) in: *deest: BEFGH Edd. Arg. Bas.* 50) *ABDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Pan.* 51) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 52) in: *deest: orig.* 53) aliqua...contagione: *Ivo Decr.* 54) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — Ivo Pan.*

C. VIII. *Tollerabilius est iuramentum non inplere, quam quod turpe est facere.*

Item Ambrosius de offitiis [lib. III., c. 12.][55]

Unusquisque simplicem sermonem[56] proferat; uas suum in sanctificatione possideat, nec[57] fratrem[58 a] circumscriptione inducat uerborum; nichil promittat inhonestum, aut[59], si promiserit, tollerabilius est promissum non facere[60], quam facere quod turpe sit[61]. Sepe[62] plerique constringunt se[63 b] iurisiurandi sacramento, et cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod spoponderunt, sicut de Herode supra scripsimus, qui[64] saltatrici premium[65] turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe est[66 c], quod regnum pro saltatione promittitur; crudele[67], quod mors Prophetae pro[68] iurisiurandi religione donatur[69]. Quanto tollerabilius tali[70] fuisset periurium sacramento[71]? Si tamen periurium dici posset[72 d] quod ebrius inter uina iurauerat, quod et iuratus[73 e *] inter saltantium[74] choros promiserat. Infertur disco Prophetae caput, et hoc estimatum est fidei esse, quod amicitiae[75 f] fuit. *Et post pauca de Iepte*[76] *disserens:* §. 1. Miserabilis, *inquit*, necessitas, que soluitur patricidio. Melius est non uouere[77 g] id, quod sibi is[78], cui promittitur, nolit exsolui. *Et post paululum:* §. 2. Non[79] semper igitur promissa soluenda sunt omnia. Denique ipse Dominus, sicut[80] scriptura indicat, frequenter suam mutat sententiam.

C. IX. *Inconmutabilis Deus*[81] *quandoque sua*[82] *mutat statuta.*

Item ex Concilio Tolletano [VIII. c. 2.][83*]

Inconmutabilis[84] idemque[85 a] semper existens Dei[86] summi[87 b] natura[88 c] sua sepe in sacris litteris legitur mutasse promissa, et pro misericordia temperasse sentenciam. Unde licet[89 d] sit inpassibilis atque inconmutabilis[90 e], crebro[92 f] tamen eius et iuramenta leguntur, et penitencia, que sacris extant misteriis adoperta. Iurare namque Dei est a se ipso nullatenus ordinata conuellere: penitere uero eadem ordinata, cum uoluerit, inmutare. Sic enim[93 g] per Ieremiam[94] dicit: „Repente loquar aduersum[95] gentem, et aduersus[96 h] regnum, ut eradicem et destruam et disperdam illud. Si penitenciam egerit gens illa a[97 i] malo suo[98 k], agam ego[99 l] penitenciam a[100 m] malo, quod cogitaui, ut facerem ei"[101].

C. X. *Sapientis est quod male loquitur reuocare.*

Item Augustinus[102].

Magnae sapientiae est reuocare hominem quod male locutus est.

C. XI. *Qua pena feriatur qui illicitum iuramentum facit.*

Item ex Concilio Ylerdensi, [c. 8.][103]

Qui sacramento se obligauerit, ut litigans[104] cum quolibet ad[105] pacem nullo modo redeat, pro periurio uno anno a conmunione corporis[106] et sanguinis Domini segregatus[107], reatum suum elemosinis, fletibus[108] et[109] quantis potuerit ieiuniis absoluat. Ad karitatem uero, que[110] operit multitudinem peccatorum, celeriter uenire festinet[111].

C. XII. *Non omnia promissa soluenda sunt.*

Item[112 a].

Non semper promissa omnia soluenda sunt. Denique ipse Dominus frequenter[113 b] mutat sentenciam, sicut scriptura indicat.

C. XIII. *De eodem.*

Item Ysidorus Sentenciarum lib. II., [c. 31.][114]

Non est obseruandum[115] sacramentum[116 a], quo malum incaute promittitur[117], ueluti si quispiam[118] adulterae perpetuam[119] fidem cum ea permanendi[120] polliceatur. Tollerabilius est enim non inplere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio.

C. XIV. *Male iurans penitenciam agat.*

Item ex Concilio Tolletano, c. 9.[121 a *]

Necesse est[122], ut male iurans dignam penitenciam agat, eo quod nomen Domini contra preceptum illius sumpsit in uanum, quia in Exodo scriptum est: „Neque enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpsit[123 b] nomen Domini[124] Dei sui[125] frustra."

[C. XV.] *Item in Leuitico*[126 a].

„Non periurabis[127 b] in nomine meo, nec pollues nomen Domini[128 c] Dei tui[129], ego Dominus." Malum tamen[130], quod facturum se sacramento deuouerit[131], omnino non faciat, quia stulta uota frangenda sunt.

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. IV. c. 8. a) fratrem suum b) se ipsos c) est: *deest* d) possit e) eviratus * f) amentiae g) vovere, quam vovere — c. 9. a) eademque b) summi: *deest* c) natura parcens d) quamlibet e) immutabilis f) eiusdemque[91] deitatis licet sint dicta firmissima crebro g) enim: *deest* h) aduersum i) super k) suo, quod locutus sum adversus eam l) et ego m) super — c. 12. a) Item Ambrosius lib. III. Officiorum, c. 12. b) frequenter suam — c. 13. a) iuramentum — c. 14. a) c. 2.* b) assumserit — c. 15. a) Et in Levitico b) peierabis c) Domini: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * **Eviratus**: Emendatum est ex B. Ambrosio et Ivone. Antea enim legebatur: *et iuratus*.

C. IX. * Initium huius capituli emendatum est ex editionibus conciliorum Coloniensibus, et codice Lucensi regio. In vetustioribus autem editionibus, et duobus codicibus Vaticanis, duobusque monasterii Dominicani post versic. *Innectenda*, quod in ipso concilio antecedit huic capitulo, sequitur continenter: *Etenim immutabilis deitatis licet dicta sint firmissima, crebro tamen etc.* intermediis omissis.

C. XIV. * Verba propria huius et sequentis capitis non sunt in can. 2. conc. Toletani VIII., ex quo tamen citant Rabanus in lib. poenit. c. 21., et Burchardus lib. 12. c. 29. Coniuncte enim hoc affert cum iis, quae in secundo illo canone leguntur. Idem vero Burchardus c. 7. citat ex Toletano c. 9. Ivo autem absolute ex Toletano. Suntque apud ipsos haec duo capita coniuncta, quemadmodum et in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, sine voce ista: *Item.*

Causa XII. Quest. IV. can. 8. 55) *Ivo Decr.* XXXII, 17.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 16.; *Caes.* VI, 14.; — *cf. Conc. Tolet.* VIII. *c.* 2. 56) *add.:* suum: *Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 57) ne: *Coll. tr. P.* 58) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 59) ac: *orig. Coll. tr. P.* 60) adimplere: *EGH* 61) est: *ib.* 62) *Ivo Pan.* VIII, 101. 63) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 64) quod: *C; — Matth. c.* 14. 65) *add.:* quod: *Edd. coll. o.* 66) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 67) *add.:* est: *Edd. coll. o.* 68) pro: *deest: Ivo Pan. Coll. tr. P.* 69) datur: *BF Edd. coll. o. Ivo Pan.* 70) tale: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 71) homicidio: *Ivo Decr.* 72) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 73) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (et quod iurans); — *Ivo Pan.;* eviratus: *orig.;* deiuratus, eiuratus: *Codd. origin.* 74) psaltantium: *Coll. tr. P.* 75) *BDEFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 76) *Iudic. c.* 11. 77) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 78) is: *deest: EGH orig.* 79) *cf. infra c.* 12. 80) sic . . . indic.: *deest: orig.* || can. 9. 81) *add.:* idemque semper existens: *EFGH* 82) suam . . . sententiam. *EGH* 83) *hab. ao.* 653. *ap. Bruns* I, 276. 84) incomm. Deus: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 85) *Codd. coll. o. pr. C; — Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.;* idem semperque: *orig. Hisp.* 86) Deus Deique summa: *EGH Edd. Arg. Bas.* 87) *AB orig. Hisp.;* summa: *CD* 88) *Codd. et Edd. coll. o.;* natura precellens: *orig. Hisp.* 89) *Codd. et Edd. coll. o.* 90) *ib.* 91) idem quidem deitate firmissima: *orig. Hisp.* 92) *Codd. et Edd. coll. o.* 93) *Codd. coll. o. orig. Hisp.* 94) *Hier. c.* 18. *v.* 7. 95) adversus: *B orig.* 96) *Codd. coll. o. pr. C; — orig.* 97) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp.* 98) *Codd. et Edd. coll. o.* 99) *Codd. coll. o. pr. C; Ed. Bas.* 100) *Codd. et Edd. coll. o.* 101) eis: *EGH Edd. coll. o.; In C sequitur hoc loco c.* 17. *infra:* tribus modis . . . contradicentibus *cum rubrica:* quot modis iuramenta contracta solvantur. || can. 10. 102) *Caput incertum* || can. 11. 103) *imo c.* 7. *hab. ao.* 546. *ap. Bruns* II, 22.; — *Ans. ded.* VII, 26.; *Reg.* II, 327.; *Burch.* XII, 17.; *Ivo Decr.* XII, 74.; *Coll. tr. P.* II, 34, 6.; *Coll. tredec. P.* X, 74. 104) litig. . . . quol.: *deest: Reg.;* litiget: *Burch.* 105) ne (nec: *Ivo Decr.*) ad . . . ullo: *Burch. Ivo Decr.* 106) corpore et sanguine (comm.: *deest*): *Reg. Burch. Ivo Decr.* 107) segregetur: *Reg. Ivo;* segregatur: *Burch.* 108) flet. . . . ieiun.: *deest: Reg.;* flet.: *deest: Burch. Ivo Decr.* 109) quant. pot.: *deest: Burch. Ivo* 110) *cf.* I. *Petr. c.* 4. *v.* 8. 111) veniat: *Reg.;* redeat: *Burch.* || can. 12. 112) *Codd. coll. o.; Ambros. de offic.* III, 12. — *cf. supra c.* 8. *Ivo Pan.* VIII, 102. (ex C. Ilerdensi) 113) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Turrecrem.* || can. 13. 113) *Burch.* XII, 10. (*can.:* sicut mentiri; *can. cont.*); *Ans.* XI, 65. (74. *can.:* quacumque arte); *Ivo Decr.* XII, 36. (*ut ap. Ans.*); *ib.* XII, 67. (*ut ap. Burch. can. cont.*): *Ivo Pan.* VIII, 113.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 22. (*ut ap. Ans.*); *Polyc.* VI, 12, (10,) 22. (*ut ap. Ans.*) *cf. Conc. Tolet.* VIII. *c.* 2. 115) conservandum: *orig. Burch. Ans. Ivo Decr.* 67. *Coll. tr. P. Polyc.* 116) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Decr.* 36. 67. *Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 117) promittit: *Ans.;* permittitur (?): *Ivo Pan.* 118) quisquam: *Coll. tr. P.* 119) perpetuo: *Ivo Decr.* 67. *Polyc.* 120) permanendo: *Coll. tr. P.* || can. 14. 121) *Codd. coll. o. Burch.* XII, 7.; *in Conc. Tolet.* VIII. *c.* 2. *loci tantum Exodi* (*c.* 20. *v.* 7.) *et Levitici* (*c.* 19. *v.* 12.) *qui in hoc et sequ. cap. prostant leguntur. cf. Corr.* — *Burch.* XII, 7.; *ib.* 29. (27. *can.:* etenim periurare); *Ivo Decr.* XII, 64.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 30.; *Coll. tredec. P.* X, 73. 122) *add.:* enim: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 123) *ADF Burch.* 27.; sumsit: *B Edd. coll. o.* 124) Domini: *deest: CDEFGH Edd. Arg. Bas.* 125) sui: *deest: Ed. Bas. Burch.* || can. 15. 126) *Codd. coll. o. pr. C; add.:* de eodem: *DEGH; in Codd. coll. rell. canon cum antecedente coniunctus est.* — *Burch.* XII, 7. 27. *Ivo Decr. l. c. Coll. tr. P. l. c.* — *Levit. c.* 19. *v.* 12. 127) *Codd. coll. o. Conc. Tolet. Burch.* 7. 27. *Ivo Coll. tr. P.* 128) *ABDF Conc. Tol. Burch.* 7. 27. *Coll. tr. P.;* nomen Domini: *C Ivo* 129) tui: *deest: Burch.* 7. 130) enim: *Edd. Bas. Lugd.* I. 131) devoverat: *Edd. coll. o. Burch.* 7. 27. *Ivo*

C. XVI. *Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non est seruandum.*

Item ex Decreto Sotheris Papae, c. 3.[132] *

Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit[133], quod obseruatum peiorem uergat in exitum, illud consilio salubriori mutandum nouerimus, et magis instante necessitate periurandum[134 a] nobis, quam pro facto[135] ** iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.

C. XVII. *Temeritas emendetur, cum diffinitio incauta soluitur.*

Item ex Concilio Eliberitano, c. 1.[136] *

Diffinitio incauta laudabiliter soluenda est[137], nec est[138] preuaricatio, sed temeritatis[139] emendatio.

C. XVIII. *Illicitum iuramentum non est seruandum.*

Item. Actio quarta septimae sinodi[140 a] *.

Iohannes apocrisarius orientalium sedium dixit: Significat sermo patris nostri Sophronii, quod melius sit iurantem periurare[141 b], quam seruare[142] sacramentum in fractione[143] sacrarum ymaginum. Hoc autem dicimus, quia sacramento quidam se excusant. Tarasius patriarcha dixit: Quia pater** Sophronius nouerat bonitatem Dei, propterea transgredi uoluit inpium iuramentum. *Item*[144 c]: §. 1. Tarasius patriarcha dixit: Herodes obseruauit[145 d] iuramentum, et periit: Petrus uero[146] negauit cum iuramento, et conuersus fleuit, et saluatus est[147]. Omne enim peccatum bonus[148] Deus indulget, si quis ex toto corde peniteat. Sancta sinodus dixit: Sic[149 e] docet sancta scriptura. Item Leontius[150] episcopus Fociae[151 f] dicit: Scriptum est[152]: „Iuramentum mendax ne[153] diligatis.“ Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissoluatur[154], quasi nullam habens[155] uirtutem.

C. XIX. *Non obseruentur iuramenta, que fiunt*[156 a] *contra diuina mandata.*

Item Ysidorus[157] *.

Si quis preuentus fuerit, ut diffiniat agere aliquid eorum, que non placent Deo, penitenciam agat, et quod contra mandatum Domini[158] statutum est in irritum reuocetur. *Item Ieronimus in libro de natura rerum*[159]: §. 1. Tribus siquidem modis iuramenta contracta soluenda sunt. Primo, cum quis male iurat. Secundo, cum quis incaute iurat, non[160] putans hoc esse peccatum. Tertio, si pueri uel puellae in domo parentum se iuramento constrinxerint, patribus post, quam audierint, contradicentibus.

II. Pars. Gratian. *Ecce, quod iuramenta illicita laudabiliter soluuntur, dampnabiliter obseruantur*[161 b]. *Quod tunc intelligendum est, quando iuramentum illicitum deseritur, ut ad bonum redeatur.* §. 1. *Ceterum si propterea deseritur, ut in aliud malum transeatur, illicitum sacramentum dampnabiliter seruatur, sed dampnabilius contempnitur.*

Unde Augustinus de bono coniugali, [c. 4.][162]:

C. XX. *Non est appellanda fides, que ad peccatum faciendum admittitur*[163 a].

Si[164] ad peccatum admittendum[165 b] fides adhibetur[166], mirum, si fides appelletur[167 c]. Verumtamen, qualiscumque sit, si et contra ipsam fit, peius est[168 d], nisi cum propterea deseritur, ut ad fidem ueram legitimamque[169] redeatur, id est ut peccatum emendetur uoluntatis prauitate correcta[170], tamquam si quisque[171 e], cum hominem solus expoliare non possit[172], inueniat socium iniquitatis, et cum eo paciscatur, ut simul id faciant, spoliumque partiantur, quo facinore conmisso totum solus auferat. Dolet quidem ille, et seruatam sibi non esse fidem conqueritur; uerum in ipsa sua querela cogitare debet, potius in bona uita ipsi humanae societati[173 f] fuisse seruandum[174 g], ne preda iniqua ex homine fieret, si sentit, quam inique sibi in peccati societate seruata non fuerit. Ille quippe utrobique perfidus ac[175 h] profecto sceleratior iudicandus est.

C. XXI. *Si propterea fides non seruatur, ut ad bonum redeatur, non ideo uiolari dicitur*[176].

Item[177 a].

Mulier, si fide coniugali uiolata fidem seruet[178] adultero, utique mala est; si[179 b] nec adultero, peior[180 c]. Porro si eam flagicii peniteat, et ad castitatem rediens coniugalem pacta ac placita adulterina rescindat, miror, si eam fidei uiolatricem uel ipse adulter putabit[181].

Gratian. *Ex his itaque apparet, quod si quisquam, ut diximus, illicitum iuramentum non seruauerit, ut in aliud malum perniciosum declinet, tanto grauius delinquit, quanto dampnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, ut ad bonum redeatur, nichil culpae pro tali periurio contrahitur; potius deflendum est, si in aliquo illius iuramenti occasione nos deliquisse contigerit. Unde Augustinus scribit Seuero Mileuitano Episcopo, consulenti de quodam Hubaldo, qui a consanguineis cuiusdam pelicis coactus fuerat iurare, se illam ducturum in coniugem, nec matri suae uel fratribus ulterius necessaria subministraturum. Rescribit ergo B. Augustinus, ut diximus, Seuero*[182] *Mileuitano Episcopo, ita dicens:*

C. XXII. *De quodam Hubaldo*[183], *qui iurauit se non ministraturum necessaria matri et fratribus.*

Inter cetera, ut rogaueras, a patre nostro Ambrosio quesiui, quid tibi, karissime[184], agendum sit de Hubaldo parrochiano tuo, qui captus et timore necis inpulsus[185] suae concubinae iuramento firmauit ipsam in coniugem suscipere, propriamque matrem de domo cum fratribus expellere,

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. IV. c. 16. a) peierandum — c. 18. a) Actione b) peierare c) Item paulo post d) servavit e) Sic nos f) Phoceae — c. 19. a) sunt b) servantur — c. 20. a) adhibetur b) faciendum c) appellanda est d) fit e) quis f) societati fidem g) servandam h) ac: *deest* — c. 21. a) Idem ibidem b) sed si c) peior est

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVI. * Ita etiam ceteri collectores. Sed supra ead., c. *Si aliquid*, iisdem verbis affertur ex Beda, apud quem habetur, ut ibi est indicatum.

** Pro facto: Apud Ivonem et in Panormia legitur: *pro vitando periurio*, ut sup. ead. c. 6. In Polycarpo autem: *profecto in aliud.* Anselmus habet quemadmodum Gratianus.

C. XVII. * Ivo citat ut Gratianus. Burchardus autem ex concilio Hibernensi, et sic est in manuscripta collectione canonum incerti auctoris.

C. XVIII. * Actione quarta septimae synodi: Haec verba in uno vetusto Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum et apud Ivonem), initium vero capitis est: *Ioannes etc.* et versio haec non est Anastasii bibliothecarii.

** Quia Pater: Aliter habet locus ille synodi. Ibi enim ex Limonario, seu horto spiritali, cuius auctor est Sophronius, refertur consilium abbatis Theodori Aeliotae datum incluso, ut iuramentum diabolo praestitum de non adoranda imagine Virginis Mariae, Iesum infantem gestantis, nullo modo servaret.

C. XIX. * In libro de institutis monachorum B. Basilii, Rufino interprete, haec leguntur: *Si quis praeventus fuerit, ut diffiniat agere aliquid eorum, quae non placent Deo.* In responsione vero subiicitur: *poenitentiam debet agere*, et postea: *oportet irrita revocare quaecunque ex praesumtione contra mandatum Dei statuuntur.*

Causa XXII. Quest. IV. can. 16. 132) *c. 2.: EG; c. 4.: C; cf. supra c. 6. — Jaffé no.* LVII. — 133) *reliqua desunt: A, ubi sequitur:* ut supra Beda homelia XLIIII. 134) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Pan.* 118. *Coll. tr. P.* 135) *cf. supra no.* 37. || can. 17. 136) *Legitur in l.* 35. *c.* 5. *Collect. canon. Hibernens. ed. Wasserschleben.; Burch.* XII, 25. (23. ex Hibernensi); *Ivo Decr.* XII, 80.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 33. 137) est: *deest: orig. Burch. Coll. tr. P.* 138) est: *deest: orig.* 139) *add.:* prevaricationis vel: *EGH* || can. 18. 140) *Codd. coll. o.; in ABCF Ivo Decr. Pan. haec verba sunt in inscriptione canonis.;* item: *deest: ACEGH;—hab. ao.* 787.—*Ivo Decr.* XII, 15.; *Ivo Pan.* VIII, 98—100.; *Caes.* VI, 4.; — *Pet. Lomb. l.* 3. *dist.* 39. 141) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.— Ivo Decr. Pan.* 142) conservare: *Ivo Pan.* 143) confractione: *Ivo Decr.* 144) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 145) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 146) vero: *deest: A Ivo Pan.* 147) fuit: *Edd. Arg. Bas.* 148) bon: *deest: Ivo Decr.* 149) *Codd. et Edd. coll. o.* 150) Leontinus: *Edd. Lugdd.* 151) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (Fontiae); *Ed. Par.* (Phocae);—*Ivo Decr. Pan.* 152) *Zach. c.* 8. *v.* 17. 153) non: *Ivo Pan.* 154) dissoluitur: *ib.* 155) *hoc loco sequitur:* Item Hieronymus etc. (*infra c.* 19.): *EGH* || can. 19. 156) *Codd. coll. o. pr. F* (fuerint) 157) *prior pars capitis est ap. Basilium in regulis brevioribus interrog.* 60. *in Ed. opp. Paris.* 1722.; *altera in poen. dict. Rom. ed. ab Antonio Augustino t.* 2. *c.* 15. — *Coll. tr. P.* II, 14, 16. (*usque ad* §. 1.) 158) Dei: *EGH* 159) *Hieronymi de natura rerum nullus liber exstat.; can. deest: ABF; in AF manu posterioris saeculi in marg. script. est. — cf. Ans.* XI, 68.; *Polyc.* VI, 10, 30. 160) et non putat: *EGH* 161) *Codd. coll. o.* || can. 20. 162) *no.* 4. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* XII, 14.; *Ivo Pan.* VIII, 96.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 14. 163) *Codd. coll. o. pr. A* (promitt.): *D;* (conmitt.); — *Turrecrem.* 164) Cum vero: *orig.* 165) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 166) adhibeatur: *AC Edd. Arg. Bas.;* adhiberetur: *B;* exhibeatur: *Edd. rell.* 167) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AG Coll. tr. P.;* appellatur: *AG Ivo Decr.;* admittatur: *Ivo Pan.* 168) *Codd. et Edd. coll. o.* 169) ac legitimam: *orig.* 170) correpta: *B Ivo Pan.* 171) *ABCDF Coll. tr. P.* (si: *deest*); quisquam: *EGH* 172) posset: *AC Edd. Arg. Bas.* 173) *ABDF orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 174) *ABDF Ivo Pan. Coll. tr. P.;* observandam: *Edd. Arg. Bas.* 175) *Codd. coll. o. Turrecrem.* || can. 21. 176) debet: *ACDF;* violatur: *G* 177) *Codd. coll. o.; — ibid. — Ivo Decr.* XII, 14.; *Ivo Pan.* VIII, 97. 178) servat: *AC* 179) *ABCDF Edd. Arg. Bas.* 180) *Codd. et Edd. coll. o.* 181) putaverit: *Ivo Pan.* || can. 22. 182) Severino: *EGH;—Nihil hunc canonem cum Augustino commune habere iam censet Berardus* III, 345. — *Caes.* VI, 2. 183) Umbaldo: *EG* 184) kar.: *deest: Edd. Arg. Bas.* 185) compulsus: *ib.*

nichilque eis alimoniae umquam inpendere. Quia uero quam prius[186 a] habuerat non est peccatum in coniugem suscipere, matrimonium sit in Deo firmum et stabile. §. 1. Porro iuramentum non ob hoc inuenitur fuisse institutum, ut esset uinculum iniquitatis, uel matricidii, uel fratricidii, seu cuiuscumque criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, ut iniusta iuratio suorum bonorum sit iniuste iurantibus expoliatio, et accipienti[187] eterna dampnatio. Periurii namque pena percutitur, et uelut homicida in extremo examine a iusto iudice degrandinabitur[188], per quem sacrosanctum euangelium ad iniustum et illicitum, et Deo minime amabile, quasi testimonium iustae et humanae petitionis adducitur. §. 2. Foueat itaque Hubaldus matrem et fratres, et lugeat, si coactione et timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui uero eum iurare coegerunt quod non debuit, reatu periurii inpliciti teneantur. Iniuria quippe iniuste irrogata eius est infamia, qui facit. Nec enim ullo modo ad obprobrium coactae uoluntatis trahitur quod illicita conditio necessitatis extorsit.

III. Pars. Gratian. *Sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda probentur, obponitur, quod Iosue[189] Gabaonitas contra preceptum Domini non deleuerit, quia seniores Israel cum eis iuramento pacem firmauerant. Sed notandum est, quod seniores Israel, etsi scirent a Domino esse inperatum, ut delerent gentes terrae promissionis, decepti tamen a Gabaonitis eos nesciebant esse incolas terrae sibi promissae. Venerunt enim (ut historia refert) attritis calciamentis, et cum aridis panibus, dicentes: Viri pacifici, uenimus de terra longinqua, calciamenta sunt attrita in pedibus nostris; panis defecit in sistarciis[190 b] nostris; audiuimus Dominum esse uobiscum, et uenimus conponere pacem. Quod uerbum placuit senioribus Israel, et fecerunt pacem cum eis. Post diem autem[191 c] tertium, cum filii Israel appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis, quibus iurauerant seniores Israel. Illi autem uidentes se esse deceptos, uoluerunt delere eos, sed pepercit eis Iosue propter iuramentum seniorum Israel.*

Unde Ambrosius in lib. de Offitiis [III., c. 10.][192 a]:

C. XXIII. *Quedam, licet a Deo prohibeantur, tamen iuramento firmata non sunt euitanda*[193].

„Innocens[194] credit omni uerbo.“ Non[195] uituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse, ignorare quid[196 b] noceat, et si circumscribitur ab aliquo, de omnibus tamen[197 c] iudicat qui fidem in omnibus esse arbitratur. Hac igitur mentis suae dote[198 d] inclinatus Iesus[199 e], ut crederet Gabaonitis[200], testamentum disposuit[201], pacem dedit, confirmauit societatem. Sed ubi in terras eorum uentum est, deprehensa fraude, quod, cum essent finitimi, aduenas esse se simulauerint[202 f], circumscriptum se populus patrum indignari cepit. Iesus[203 g] tamen pacem, quam dederat, reuocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione, ne, dum alienam perfidiam redargueret[204], suam fidem solueret. Mulctauit meliori[205 h] tamen eos obsequio ministerii. Clementior[206] sentencia, sed diuturnior.

Gratian. *Illicitum ergo iuramentum, quod seruari prohibetur, intelligendum est, quod scitur illicitum esse, dum iuratur. Si autem nescitur illicitum esse, ipsa ignorantia excusatur[207 i] si putetur licitum[208] esse, non ex ignorantia iuris, sed facti. Aliud enim est, si alicuius copula credatur esse licita, quia nescitur esse consanguinea, uel quia creditur esse uidua; aliud, si ideo putatur licita, quia consanguinearum[209 k] coniunctio uel relictarum copula nullo iure credatur esse[210] prohibita. Hic est enim ignorantia iuris, que neminem excusat, nisi cui permittitur ius ignorare; ibi uero ignorantia facti, qua quisque uere excusatur. Seniores autem Israel non ignorabant gentes terrae promissionis ex precepto Domini esse delendas; sed ignorabant Gabaonitas esse incolas terrae promissionis. Ignorabant siquidem factum, sed non ignorabant ius facti, atque ideo, etsi illicitum esset quod iurauerunt, tamen licite seruari debuit quod iuramento firmauerunt. §. 1. Quod autem illicitum iuramentum seruari prohibetur, non est generaliter intelligendum. Iuramentum namque (ut Ieronimus testatur super Iheremiam)[211], debet habere tres comites, ueritatem, iudicium, et iusticiam; ubi autem ista defuerint, non est iuramentum, sed periurium. Unde datur intelligi illicitum esse iuramentum, cui aliquod istorum defuerit; non tamen cuicumque contigerit aliquod[212] istorum deesse prohibetur seruari. §. 2. Aliquando namque iuramento deest iusticia; ueluti, cum quispiam post uotum castitatis ducit uxorem, iuramento firmans, numquam ab ea se discessurum, quod, quamuis illicitum sit, quia iusticia sibi probatur deesse, tamen auctoritate Augustini seruari precipitur. Hoc autem si quis contendat prerogatiua coniugii, non propter religionem iurisiurandi seruari, animaduertat, Gabaonitas ob solam religionem contra inperium[213] Domini reseruatos. Cum ergo omne preceptum Domini iustum sit, patet ei iusticiam deesse, quod eius precepto contrarium inuenitur. §. 3. Iudicium quoque aliquando iuramento constat deesse, ueluti, cum propria temeritate aliquis ductus iurat se manducaturum et bibiturum. Hoc quamuis leuitate indiscreta illicitum probetur, non tamen ideo uiolari iubetur. §. 4. Iuramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Est enim illicitum aliquando ex eo, quod iuratur, aliquando[214 l] ex modo iurandi. Ex eo, quod iuratur, tunc est illicitum iuramentum, quando id, quod iuratur, in sui natura uiciosum est uel uitam adimens, ut adulterium, homicidium, et his similia; uel reparari non permittens, ueluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti misericorditer non subuenire. Ista, quia perspicuam habent in se[215] iniusticiam, etsi iuramento firmentur, tamen seruari non debent. Circa hec itaque[216 m] iuramenta intelligenda sunt que de illicitis iuramentis non obseruandis supra statuta leguntur. Quisquis ergo se iuramento firmauerit aliquid facturum, quo uel corporalis, uel spiritualis salus adimatur, uel sine quo utraque salus reparari uel conseruari[217 n] non possit, fidem promissam seruare prohibetur; quorum exempla premissae auctoritates subiciunt, dum eum, qui homicidium facere, uel alimenta matri et fratribus non subministrare, in adulterio perseuerare, uel ad pacem cum aduersario non redire, iuramentum prestando[218] promiserit, salubriori consilio illicita uota obseruare non permittunt[219]. §. 5. Est etiam[220] id, quod iuratur, aliquando uiciosum, non in[221 o] natura sui, sed ex causis extra uenientibus; ueluti cum aliquis post uotum castitatis iurat alicui, se habiturum eam in coniugem. Coniugem namque habere in se ipso malum non est: tamen huic ex uoto perniciosum est. Hoc autem iuramentum, etsi[222 p] illicitum sit, non tamen obseruari[223 q] prohibetur, sed de uiolatione uoti penitencia sibi iubetur indici. §. 6. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum, quando inconsiderate et[224] incircumspecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus adimitur, et sine quo utraque salus reparari et uita conseruari ualet: ueluti dum aliquis a parentibus coactus, ut clericatus tonsuram uel religionis uestem suscipiat, se neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc, quamuis aliquibus uideatur reprehensibile, quia opus karitatis iuramento se non facturum promisit, nulla tamen auctoritate seruari prohibetur, quia, etsi numquam clericatus tonsuram uel religionis uestem suscipiat, non tamen ideo minus salutem promereriri ualet, cum nonnulli in laicali habitu sanctissimi et Deo delecti inueniantur. Quo exemplo euidenter datur intelligi, quotiens aliquis iurat, se non facturum aliquid, quo[225] expeditior sibi uia[226] preparetur ad beatitudinem, dummodo sine eo salutem ualeat inuenire, quod iuramentum non prohibetur obseruare[227 r]. Unde, cum nos iuramus, non daturos alicui aliquid, sine quo utraque salus eius potest esse incolumis, etsi aliqua ex eo sibi commoditas prestaretur, nulla tamen auctoritate iuramentum seruare prohibemur, dummodo sit nobis alia uia necessitatibus eius subueniendi.*

QUESTIO V.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem quinto loco queritur, si licitum esset quod archidiaconus iurauerat, an episcopus esset reus periurii,*

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. IV. c. 22. a) prius concubinam b) sitarciis c) uero — c. 23. a) lib. officiorum b) quod c) tamen bene d) devotione e) Iosue f) simulaverant g) Iosue h) vilioris i) excusat k) consanguineorum l) aliquando ex causa extra venienti, aliquando m) utique n) confirmari o) in: *deest* p) etiamsi q) servari r) servare

Causa XXII. Quest. IV. can. 22. 186) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 187) *add.:* etiam sit: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 188) *add.:* ille: *EGH* 189) *Ios. c.* 9. 190) *ABCDF* 191) *Codd. coll. o.* || can. 23. 192) *Codd. coll. o.* 193) servanda: *Edd. Ven.* I. II. *Lugdd. Par.* 194) *Prov. c.* 14. *v.* 15. 195) *add.:* est: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 196) *ABCDF* 197) *Codd. et Edd. coll. o.* 198) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I. (devote); — *Turrecrem.* 199) *Codd. et Edd. coll. o.; deest: orig.* 200) gub.: *deest: orig.* 201) Dei posuit: *ABDF Edd. Arg. Nor. Ven.;* Dei disposuit: *C* 202) *CDFH Edd. Arg. Bas.;* simulaverunt: *ABFG* 203) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 204) arguit: *orig.* 205) *ABDEFG Edd. coll. o.;* mel. tantum: *CH* 206) *add.:* enim: *Edd. coll. o.* 207) *ABCDF* 208) illicitum: *BC* 209) *Codd. coll. o.* 210) esse: *deest: AEH* 211) *supra Qu.* 2. *c.* 2. 212) aliquid: *AB* 213) preceptum: *EGH* 214) *Codd. coll. o.* 215) habeant: *AB* 216) *Codd. coll. o. pr. D: — Corr.* 217) *Codd. coll. o.* 218) prest. vel: *EGH* 219) permittuntur: *ib.* 220) autem: *ib.* 221) *ABCDF* 222) *Codd. coll. o.* 223) *ABDF* 224) et: *deest: AEGH* 225) ex quo: *EGH* 226) viam preparet: *AB* 227) *ABDF*

qui ad peierandum[1] *archidiaconum cogebat? facile potest discerni. Si enim consentiens pari pena cum faciente puniendus est, multo magis ille, qui cogit, reus admissi criminis probatur. Unde Pius Papa ait*[2*]:

C. I. *Qui peierare conpellit, et qui conpellitur, periurus uterque habetur*[3a].

Qui conpulsus a domino sciens[4] periurat[5], utrique sunt[6] periuri, et dominus, et miles: dominus, quia precepit; miles, quia plus dominum quam animam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane et aqua peniteat, et septem sequentes annos; si[7] seruus eiusdem[8], tres quadragesimas et legitimas ferias peniteat.

C. II. *Penitencia eius, qui in manu episcopi aut in cruce consecrata periurat*[9a].

Item[10].

Qui periurat[11b] se in manu episcopi[12], aut in cruce consecrata, tres annos peniteat; si uero in cruce non consecrata, annum unum peniteat. Qui autem coactus[13] fuerit, et ignorans se periurauerit[14c], et post cognoscit, tres quadragesimas peniteat.

C. III. *Qua pena sit feriendus qui necessitate coactus periurat.*

Item ex Penitenciali Theodori[15].

Si quis coactus pro uita redimenda, uel pro qualibet causa uel necessitate[16] periurat[17], quia[18] plus corpus quam animam dilexit[19], tres quadragesimas peniteat. Alii[20a] iudicant tres annos, unum ex his in pane et aqua.

C. IV. *Qui deierat*[21a], *et alios deierare facit, qua pena sit feriendus.*

Item Gelasius Papa[22*].

Si quis se[23b] periurauerit[24c], et alios sciens in periurium duxerit[25], quadraginta dies peniteat in pane et aqua, et septem sequentes annos, et numquam sit sine penitencia. Et alii, si conscii fuerint[26], similiter peniteant.

C. V. *Homicidam uincit qui sciens ad periurium conpellit*[27a].

Item Augustinus in sermone de decollatione S. Iohannis, [id est serm. XI. de sanctis][28].

Ille[29], qui hominem prouocat[30] ad iurationem, et scit, eum falsum esse iuraturum[31], uincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas, et eius, quem iurare prouocauit, et suam. Scis, uerum esse quod dicis, et[32] falsum[33b] quod ille dicit, et iurare conpellis? Ecce[34] iurat, ecce periurat[35c]. Tu[36d] quid inuenisti? immo et[37] tu peristi, qui de illius morte[38e] saciari[39f] uoluisti.

C. VI. *Non peccat qui iuramentum exigit ab eo, quem nescit falsum iurare.*

Idem in sermone de periuriis, [id est in sermone de uerbis Apostoli, XXX. ad XXVIII.][40]

Qui exigit iurationem, multum interest, si nescit illum iuraturum[41] falsum, an scit. Si enim nescit, et ideo dicit: Iura michi, ut fides ei sit[42a], non est peccatum*: tamen[43] humana temptatio est. Si autem scit, eum fecisse[44b], et cogit eum[45c] iurare, homicida est. Ille enim se suo periurio interimit[46d]: sed iste[47] manum interficientis et inpressit[48], et pressit.

C. VII. *Usque ad exitum uitae non conmunicet qui ad periuria alios trahit.*

Item ex Concilio Maticensi [I. c. 17.][49a]

Si quis conuictus fuerit alios[50] ad falsa* testimonia uel periuria[51] adtraxisse, uel[52] quacumque[53] corruptione sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum uitae[54] non conmunicet[55]; hii[56b] uero, qui ei in periurio consensisse probantur, postea[57] ab omni testimonio sunt remouendi[58], et secundum legem infamia notabuntur.

II. Pars. Gratian. *Item, qui audit aliquem falsum iurare, et tacet, delinquit.*

Unde Augustinus ait in questionibus Leuitici c. 1.: „*Anima, que audierit uocem iurantis falsum, etc.*“[59a]:

C. VIII. *Cui sit indicandum falsum, quod ab aliquo iuratur.*

Hoc uidetur dicere, peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, et scit, eum falsum iurare, et tacet. Tunc autem scit, si eius[60b] rei, de qua iuratur, testis fuit[61], aut uidens[62c], aut conscius fuit[63], id est aliquo modo cognouit[64], aut oculis suis conspexit, aut ille[65d] ipse, qui iurat, illi indicauit. Ita enim potuit[66] esse conscius. §. 1. Sed inter timorem huius peccati, et[67] timorem proditionis[68] hominum non parua existit plerumque temptatio. Possumus enim paratum ad periurium admonendo uel prohibendo a tam graui peccato reuocare; sed si non audierit, et coram nobis de re, quam nouimus, falsum iurauerit, utrum prodendus sit, ita ut[69e] proditus etiam periculum[70] mortis incurrat, difficillima questio est. Sed quia hic[71f] non expressit, cui hoc indicandum[72] sit[73], utrum illi, cui iuratur, an sacerdoti cuipiam[74], qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest: uidetur michi,

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. V. c. 1. a) probatur — c. 2. a) *et* b) peierat c) peierauerit — c. 3. a) Alii vero — c. 4. a) peierat ... peierare b) se: *deest* c) peierauerit et postea — c. 5. a) hominem compellit b) falsum esse c) peierat d) ecce perit. Tu e) morte te f) satiare — c. 6. a) fiat b) fecisse, novit fecisse, videt fecisse c) eum: *deest* d) perimit — c. 7. a) Matisconensi b) ii — c. 8. a) Levit. qu. 1. ad c. 5. b) ei c) vidit d) ille: *deest* e) si f) hic: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. V. C. I. * Anselmus hoc citat ex poenitentiali Theodori, quemadmodum Burchardus et Ivo seq. capitulum.

C. IV. * Polycarpus tribuit hoc Pio, ceteri vero indicati collectores Pelagio.

C. VI. * Non est peccatum: In originali [in Ivon. Decr. et Pan.] est: *non audeo dicere, non* [*non:* deest: Ivo Pan.] *esse peccatum.* Sed ob casum non est mutatum.

C. VII. * Falsa: In concilio ipso Matisconensi (restituta enim est citatio ex manuscriptis, quum antea citaretur Moguntinense) legitur: *falsum testimonium vel periurium* [sic etiam ap. Burch.].

Causa XXII. Quest. V. 1) periurand.: *ABF* ‖ can. 1. 2) *Reg.* II, 335. (ex poenitent.); *Burch.* XII, 4. (ex Pio); *Ans.* XI, 63. (62. ex poenit. Theodori); *Ivo Decr.* XII, 61. (ex Pio); *Polyc.* VI, 10, 1. (ex Pio); *Coll. tredec. P.* X, 71. — *Prior pars est etiam apud Pseudo-Egbertum de remed. peccat.* (*Mansi t.* 12.) 3) *Codd. coll. o.* 4) periurus si sciens III. quadragesimas et legitimas ferias poeniteat: *Reg.;* se sciens: *Burch. Ans. Ivo Polyc.* 5) peierat: *Edd. Lugdd. Par.* 6) sint: *Burch.* 7) sed si: *Edd. Arg. Bas.* 8) eius est: *Burch.;* est: *Ivo; deest: Polyc.* ‖ can. 2. 9) *ABCDF* 10) *Eadem fere leguntur apud Pseudo-Egbertum l.* 1. *c.* 9. *unde allegat Rabanus in ep. ad Heribald. c.* 18. — *cf. Theodori poenit. c.* VII. §. 57. *ed. Hildenbrand.* — *Reg.* II, 336. 337.; *Burch.* XII, 5.; *Ans.* XI, 64. (63.); *Ivo Decr.* XII, 62.; *Polyc.* VI, 11, (12,) 26.; *Coll. tredec. P.* X, 63. 11) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* I. II. *Par. Corr. Reg. Ivo Polyc.* (se: *deest*); periuraverit: *Corr.* 12) *add.:* vel presbyteri: *Reg.; add.:* sui: *Ans.* 13) seductus: *Reg. Burch. Ivo Polyc.* 14) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.; Burch. Ans. Ivo Polyc.;* iuraverit (se: *deest*): *Reg.;* post: *Codd. coll. o.* ‖ can. 3. 15) Penitentia: *EFGH* — *inventum est in eodem capite ap. Pseudo-Egbert.* — *cf. Poenitent. Egberti c.* 6. §. 4. *ed. Wasserschleben;* ex poenit. Rom.: *Reg.* II, 338.; *Burch.* XII, 6.; *Ivo Decr.* XII, 63.; *Polyc.* VI, 11, (12,) 28.; ex Theodoro: *Ans.* XI, 64. — *Coll. tredec. P.* X, 72. 16) necessitatis (vel: *deest*): *Reg.;* vel necessitate: *Codd. Regin.* 17) *add.:* se: *Burch. Ans. Ivo;* periuraverit: *Corr.* 18) quia ... dil.: *deest: Reg.* 19) dilexerat: *Reg. Burch.* 20) *Codd. coll. o. pr. BC;* — *Reg. Burch. Ans. Ivo Polyc.* ‖ can. 4. 21) *Codd. coll. o.* 22) *est Pelagii* I. (555—60.) *fragm.* 51. — *cf. Thiel p.* 613.; Pelagius: *Burch.* XII, 9. (*can. contin.*); *Ans.* XI, 67. (65.); *Ivo Decr.* XII, 66. (*can. cont.*); *Polyc.* VI, 11, (12,) 10. 23) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 24) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. 25) induxerit: *Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 26) fuerant: *Burch. Polyc.* ‖ can. 5. 27) *BDEFH;* aliquem conp.: *G* 27) *Sermo* 308. *no.* 4. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* XII, 28. (*can.:* si quis periuraverit); *Ivo Pan.* VIII, 108.; — *Pet. Lomb. lib.* 3. *dist.* 39. 29) ille homo qui alium: *Ivo Decr. Pan.* 30) provocavit: *orig.* 31) iurare: *Ivo Pan.* 32) et: *deest: C Ivo Decr. Pan.* 33) *Codd. et Edd. coll. o.* 34) *add.:* quod. ille: *Edd. coll. o.* 35) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 36) *Codd. et Edd. coll. o.* 37) quia et: *Ivo Decr.* 38) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 39) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* — *Ivo Decr.* ‖ can. 6. 40) *Sermo* 180. *no.* 6. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* XII, 30.; *Ivo Pan.* VIII, 110.; *Pet. Lomb. l. c.* 41) iurare: *Ivo Pan.* 42) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 43) et tamen: *EGH* 44) *Codd. et Edd. coll. o.* 45) *ib.* 46) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Edd. Arg. Bas.* (interemit); — *Ivo Decr. Pan.* 47) ille: *Edd. Arg. Bas.* 48) expressit: *orig.* ‖ can. 7. 49) *CDF;* Magontiensi: *Codd. coll. rell. Edd. coll. o.;* — *c.* 17. *Conc. Matisconensis hab. ao.* 581. *ap. Bruns* II, 245.; *Burch.* XVI, 8. (ex C. Aquisgran.); *Ivo Decr.* XII, 26.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 19.; *Caes.* VI, 17. 50) aliquos: *Burch.* 51) ad periur.: *EGH* 52) aut: *orig. Burch. Coll. tr. P.* 53) per quamcunque corruptionem: *Burch.* 54) vitae: *deest: orig. Burch. Ivo* 55) *finis canonis: Burch.* 56) *Codd. coll. o. orig. Ivo* 57) post: *orig.* 58) prohibendi: *ib.* ‖ can. 8. 59) *Codd. coll. o.;* — *Qu.* 1. *ad c.* 5. *v.* 1. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* XII, 29.; *Ivo Pan.* VIII, 109.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 20.; *Caes.* VI, 18. 60) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 61) fuerit: *orig.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 63) fuerit: *A Edd. coll. o.* 64) cognoverit: *EGH* 65) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 66) *add.:* illi: *Coll. tr. P.* 67) et inter: *D Edd. coll. o.* 68) huius prodit.: *ADEGH Edd. coll. o.* 69) *Codd. et Edd. coll. o.;* sive prod.: *Coll. tr. P.* 70) *add.:* in: *Coll. tr. P.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* — *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 72) indicatum: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 73) est: *orig. Coll. tr. P.* 74) *add.:* vel: *orig. Ivo Decr.; add.:* an: *Coll. tr. P.*

quod se[75g] soluat[76] ab hoc[77h] peccati uinculo, si indicet talibus, qui magis possunt[78] prodesse quam obesse periuro, siue eum corrigendo[79i], siue Deum pro eo[80k] placando, si et ipse confessionis sibi[81l] adhibeat medicinam[82m].

Gratian. *Si ergo iste, ut supra dictum est, qui audit falsum iurare, et tacet, delinquit, multo magis ille reus est, qui ad deierandum[83n] aliquem conpellit.*

III. Pars. §. 1. *Queritur de eo, qui uerborum calliditate se circumuenire putat illum, cui iuramentum defert[84o], an sit reus periurii, nisi seruauerit quod iurasse creditur.*

De hoc ita scribit[85] *Ysidorus Sentenciarum lib. II.*, [c. 31.][86]:

C. IX. *De eo, qui calliditate uerborum iurat.*

Quacumque arte uerborum quis[87a] iuret[88], Deus tamen, qui conscientiae testis est, ita hoc accipit[89], sicut ille, cui iuratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit[90], qui[91b] et[92] nomen Dei[93] in uanum assumit, et proximum dolo capit.

C. X. *Periurus est qui super lapidem falsum iurat.*

Item ex sermone S. Augustini [XXX. de uerbis Apostoli][94].

Ecce, karitati uestrae dico, et[95] qui per[96a] lapidem iurat falsum periurus est. Unde hoc dico? quia multi et in hoc falluntur[97], et putant, quia nichil est per quod iurant[98], non se crimine teneri periurii. Prorsus periurus es[99], quia per id, quod sanctum non putas*, falsum iuras. Si tu illud** sanctum non putas, sanctum putat[100b]***, cui iuras. Non enim quando, iuras, tibi[101c] aut lapidi[102d], sed proximo[103] iuras. Homini iuras ante lapidem, sed numquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit Deus te fallentem.

Sed obicitur illud Gregorii in XXVI. libro Moralium, [c. 7.][104a]:

C. XI. *Apud Deum uerba nostra non ex ore, sed ex corde procedunt*[105b].

Humanae aures talia uerba nostra iudicant, qualia foris sonant. Diuina uero iudicia talia foris[106c] audiunt, qualia ex intimis[107] proferuntur. §. 1. Certe nouerit ille, qui intentionem et uoluntatem alterius uariis uerbis explicat, quia non debet aliquis uerba considerare, sed uoluntatem et intentionem, quia non debet intentio uerbis deseruire, sed uerba intentioni.

Gratian. *Si ergo diuina iudicia uerba nostra talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, si intentio non debet deseruire*[108d] *uerbis, sed uerba intentioni: patet, quod Deus non sic accipit iuramentum, sicut ille, cui iuratur, sed pocius sicut qui iurat intelligit, cum recipienti non ex intimis, sed ex his que proferuntur foris, uerba nostra sonent*[109]. §. 1. *Item obicitur, qui iurat super lapidem, putans se iurare super sacrosanctum*[110e] *euangelium, perinde tenetur, ac si super euangelium*[111f] *iurauerit, licet ille, cui iurat, ideo super lapidem illum iurare fecerit, ne, non seruando quod promittit, reatu periurii teneatur*[112g]. §. 2. *Item obicitur de ciuibus, qui credunt se iurare obedituros consulibus suis in omnibus, que sibi inperata fuerint pro honore suae ciuitatis; ne uero, obedientiam recusantes, reatu periurii illaqueentur, supponitur breue iuraturis, in quo aliud continetur, quam se iuraturos arbitrentur, uidelicet ne Padum in Nilum conuertant, uel aliquid huiusmodi faciant. Si ergo contra hoc, quod se iurasse crediderant, consulibus suis obedientiam denegarent, numquid secundum intentionem recipientis, an non*[113h] *pocius secundum intentionem iurantis Deus iuramentum illud acciperet?* §. 3. *Item, si innocens de adulterio uel furto inpetitus innocentiam suam uellet asserere, iuraret autem se ab obiectis sic esse inmunem, sicut in breui illo continetur, quod manibus suis se scripsisse arbitretur*[114i], *contineatur autem in illo, hunc esse reum obiectorum, numquid a Domino periurus reputabitur? aut numquid poterit argui, se iurasse, adulterii aut furti reatum incurrisse? Non.*

Hinc et Iohannes Crisostomus ait[115a]*.

C. XII. *Inter iuramentum et locutionem fidelium nulla debet esse differentia.*

Iuramenti huius[116b] causa est, quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, ut quod uerum est loquatur[117c]. Et ideo Dominus inter iuramentum et loquelam nostram nullam uult esse distantiam, quia, sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam, ita quoque in uerbis nostris nullum[118] debet esse mendacium, quia utrumque, et periurium et mendacium, diuini iudicii pena dampnatur, dicente scriptura[119]: „Os, quod mentitur, occidit animam.“ Quisquis ergo uerum[120] loquitur, iurat, quia scriptum est[121]: „Testis fidelis non mentietur.“[122d]

C. XIII. *Ante, quam aliquis iuret, peierat*[123], *si contra conscientiam iurare parat.*

Idem[124].

Qui periurare[125a] paratus est, ante, quam periuret[126b], iam periurus[127c] uidetur, quia Deus non ex operibus[128] iudicat, sed ex cogitationibus et ex[129] corde.

Gratian. *Ex his omnibus colligitur, quod iuramenta secundum intentionem prestantis, non recipientis, a Deo iudicantur. Quomodo ergo, secundum Ysidorum, quecumque arte uerborum quis iuret*[130d], *Deus sic accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit? Sed sicut aliud est callida arte uerborum iurare, aliud simpliciter intentionem suam iurando enunciare*[131], *sic aliud est simplici intentione iuramentum factum recipere, et*[132e] *aliud in recipiendo calliditate uti, quia, sicut quisquam apud Deum non ualet aliquem ledere, sic nec preter eius intentionem ualet quis alicui subuenire. Deus autem duplicitatis aspernator simplicem intentionem utriusque considerat, et tam ex parte recipientis quam ex parte prestantis uerborum artem aspernatur et odit.*

VI. Pars. §. 1. *De etate uero iurantium queritur, qua etate quisque ad iurandum debeat cogi? De quo in primo libro Capitularium* [c. 63.] *sic inuenitur diffinitum*[133]:

C. XIV. *Ante annos rationabiles aliqui non cogantur iurare.*

Paruuli, qui sine etate rationabili sunt, non cogantur

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. V. c. 8. g) se homo h) solvat a peccati i) ad corrigendum eum, sive ad Deum k) illo l) placandum (sibi: *deest*) m) disciplinam n) peierandum o) adfert — c. 9. a) quisque b) quia — c. 10. a) super b) puta*** c) tibi iuras d) lapidi iuras — c. 11. a) in: *deest* b) procedant c) ea d) servire e) sacrosancta euangelia f) evangelia g) teneantur h) non: *deest* i) arbitratur — c. 12. a) etiam Chromatius* in c. 5. Matthaei b) haec c) eloquatur d) mentitur — c. 13. a) peierare b) iuret c) periurus esse d) iurat e) et: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * Non putas: Sic etiam Ivo. In originali est sine negatione, et forte legendum: *putat.*

** Si tu illud: In codicibus Augustini impressis, et uno Vaticano legitur: *sed ego illum sanctum non puto.* In altero vero etiam Vaticano [in Ed. Maur. et in Ivon. Decr.] et apud Ivonem: *sed ego illud sanctum non puto.*

*** Puta: Sic in codicibus impressis B. Augustini; sed in uno Vaticano, et apud Ivonem, et Panormiam, et in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus: *putat.*

C. XII. * Chromatius: Antea citabatur: *Chrysostomus,* cui errori occasionem dederat similitudo primarum literarum.

Causa XXII. Quest. V. can. 8. 75) *Codd. et Edd. coll. o.;* se ab hoc absol.: *Ivo Decr.;* se hoc absol.: *Coll. tr. P.* 76) solu. etiam: *orig. Coll. tr. P.* 77) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* (ab illo); — *Ivo Decr.* 78) possint: *Coll. tr. P.* 79) *Codd. et Edd. coll. o.* 80) *ib. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 81) *Codd. coll. o.* 82) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 83) *Codd. coll. o.* 84) *ib.* ‖ can. 9. 85) itaque: *AB;* — 86) *no.* 8.; — *Burch.* XII, 10. (*can.:* sicut mentiri; *cont.*); *Ans.* IX, 76, (75. *contin.*); *Ivo Decr.* XII, 36. (*can. cont.*); *ib.* 67. (*can.:* sicut mentiri; *cont.*); *Ivo Pan.* VIII, 112.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 22. (*can. cont.*) 87) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 88) iurat: *EGH Edd. Ven. I. II. Par. Lugdd.* 89) accepit: *Ivo Pan.* 90) est: *ib.* 91) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Corr. orig. Burch. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 92) cum: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 93) Domini: *C Ivo Pan.* ‖ can. 10. 94) *Sermo* 180. *no.* 13. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* XII, 34. (*can.:* itane vero quisquis; *cont.*); *Ivo Pan.* VIII, 116. (*can. contin.*); *Caes.* VI, 27. 95) quod: *Edd. Par. Lugdd.* II. III. 96) *Codd. coll. Corr. orig. Ivo* 97) fallunt: *Edd. Lugdd.* II. III. 98) iuratur: *EGH* 99) est: *Ivo Pan.* 100) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; *orig. Ivo Pan.; add.:* ille: *EGH* 101) *ABCDF* 102) *Codd. et Edd. coll. o.* 103) *add.:* tuo: *Edd. coll. o.* ‖ can. 11. 104) *Codd. coll. o.; ad c.* 35. *v.* 2. 105) *ABCDF* 106) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (*deest*) 107) intimo: *GH;* — *auctor eorum quae sequuntur inde a voce* Certe *non est inventus.* 108) *ABCF Turrecrem.* 109) sonant: *AB* 110) *BDEFGH* 111) *BDEFGH; add.:* sanctum: *DF;* sancta evangelia: *C* 112) *Codd. coll. o.* 113) *ib.* 114) *ib. pr. C* ‖ can. 12. 115) *Codd. et Edd. coll. o.* — *imo Chromatius in c.* 5. *Matth. tract.* X. *no.* 3. *ap. Migne* XX, 352. 116) *ACDF Edd. Arg. Bas.;* huiusmodi: *CEGH Edd. rell. Turrecrem.* 117) *Codd. et Edd. coll. o.* 118) nulla debent ... mendacia: *Edd. Arg. Bas.* 119) *Sap. c.* 1. *v.* 11. 120) vestrum: *Ed. Bas.* 121) *Prov. c.* 14. *v.* 5. 122) *Codd. coll. o. pr. CG* ‖ can. 13. 123) periurat: *CF* 124) Item: *Corr.;* — *non legitur apud Chromatium, et videtur excerptum esse ex homel.* 12. *ad. c.* 5. *Matth. operis imperfecti.* 125) *ABCDEGH* 126) *BCDFGH;* peieret: *Edd. Lugd. I. Par.;* periurat: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 127) *ABCDF* 128) *add.:* tantum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 129) ex: *deest: GH* 130) *Codd. coll. o.* 131) denunciare: *AEH;* pronunt.: *G* 132) *BCDF* ‖ can. 14. 133) Capitulorum: *BC;* — *c.* 63. *Capitul. Aquisgran. ao.* 789. *in Mon. Germ. LL.* I, 63.; *Reg.* II, 316. (*can.:* sed et nobis); *Ivo Decr.* XII, 23.; *Ivo Pan.* VIII, 103.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 18.; *Caes.* VI, 16.

iurare[134a*]. Et qui semel periuratus[135] fuerit, nec testis sit post hec[136b], nec[137] ad sacramentum accedat, nec in sua causa uel alterius iurator existat.

C. XV. *Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur.*
Item ex Concilio Eliberitano[138*].

Pueri ante quatuordecim[139] annos non cogantur iurare. Puella quoque[140], si in puerili etate sita in domo patris, illo nesciente, se iuramento constrinxerit, et[141] pater eius[142], ut audierit, statim contradixerit[143], uota eius et iuramenta irrita erunt, et facilius emendabitur.

C. XVI. *De eodem, et ut a ieiunis iuramenta prestentur.*
Item Cornelius Papa[144*].

Honestum etiam[145] uidetur, ut, qui[146] in sanctis audet[147] iurare, hoc ieiunus faciat cum[148] omni honestate et timore Dei[149], ut et[150] pueri ante quatuordecim annos non cogantur iurare.

Gratian. *Preterea sunt quedam tempora, quibus iurare prohibemur.*

Unde in Concilio apud S. Medardum habito[151]:

C. XVII. *Quibus temporibus iurare prohibemur.*

Decreuit sancta sinodus, ut a septuagesima usque in[152] octauam pascae, et ab aduentu Domini usque in[153] octauam epiphaniae, nec non et[154] in ieiuniis quatuor temporum, et in letaniis maioribus, et in diebus dominicis, et in diebus rogationum (nisi de concordia et pacificatione) nullus super[155] sacra euangelia iurare presumat.

V. Pars. Gratian. *De forma uero fidelitatis, et*[156] *quid quisque debeat domino, uel e conuerso, sic inuenitur in epistola Filiberti Episcopi*[157a*]:

C. XVIII. *Que in fidelitate sunt*[158] *obseruanda.*

De forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hec uobis, que secuntur[159], breuiter ex librorum auctoritate notaui. Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in memoria semper[160] habere debet: incolume, tutum, honestum, utile, facile, possible. Incolume uidelicet, ne sit in dampnum domino suo[161] de corpore suo. Tutum, ne sit ei in[162] dampnum de secreto suo, uel de munitionibus[163], per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in dampnum de sua iusticia, uel de aliis causis, que ad honestatem eius pertinere uidentur. Utile, ne sit ei[164] in dampnum de suis possessionibus. Facile uel possibile, ne id bonum, quod dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, neue[165] id, quod possibile erat, reddat ei inpossibile. Ut[166] fidelis hec documenta[167b] caueat, iustum[168] est. §. 1. Sed quia non sufficit** abstinere a malo, nisi fiat[169c], quod bonum est, restat[170], ut in eisdem[171] sex supradictis consilium et auxilium domino suo fideliter[172] prestet, si beneficio dignus uideri uult, et saluus esse de fidelitate, quam iurauit. §. 2. Dominus quoque fideli suo in his omnibus uicem reddere debet. Quod[173] si non fecerit, merito censebitur malefidus, sicut ille, si[174d] in eorum*** preuaricatione uel faciendo, uel consentiendo deprehensus fuerit perfidus et periurus[175].

[PALEA[176].
C. XIX. De eodem.
Augustinus[177*].

Si quis laicus iuramentum uiolando profanat, quod regi et[178] domino suo iurat, et postea[179] peruerse et dolose eius regnum tractauerit, et in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit[180], in Christum Domini[181] manum[182] mittens, anathema sit, nisi per dignam penitenciae satisfactionem emendauerit, sicut constitutum a sancta sinodo est, id est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, et peniteat omnibus diebus uitae suae. Verumtamen conmunionem in exitu uitae suae[183] cum eucharistia percipiat[184]. §. 1. Episcopus uero[185], presbiter, diaconus[186], si hoc[187] crimen conmiserit[188], degradetur.]

VI. Pars. Gratian. *Ut itaque ex premissis apparet, mendacium nec simplici sermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in uerbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur.*

Unde Ambrosius ait in sermone habito in dominica de Abraham[189*]:

C. XX. *Mentitur qui professionem suam operibus non ostendit.*

Cauete, fratres[190], mendacium, quia omnes, qui amant mendacium, filii sunt diaboli**. §. 1.[191a] Non solum in falsis uerbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namque est, Christianum se dicere, et opera Christi non facere. Mendacium est episcopum, sacerdotem uel clericum se profiteri, et contraria huic ordini operari.

C. XXI. *Quociens sermo malus de ore nostro procedit*[192a].
Item Ieronimus [in c. 4. epist. ad Ephesios][193].

Quociens uero loquimur, aut non in oportuno tempore, aut non in oportuno[194b] loco, aut non ut conuenit audientibus, tociens sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum, qui audiunt. Consideremus itaque quid loquamur, quia pro omni otioso uerbo reddituri sumus rationem in die iudicii.

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. V. c. 14. a) iurare, sicut Gunebodigni faciunt* b) hoc — c. 18. a) Fulberti b) nocumenta c) fiat id d) qui — c. 20. a) Et infra: §. 1. — c. 21. a) procedat b) in tempore, aut importuno loco

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * Sicut Gunebodigni [*Guntbodingi:* M. LL.] faciunt: Addita isthaec sunt ex originali.

C. XV. * Burchardus hoc citat ex concilio Hibernensi, ut alia, quae concilio Eliberitano tribuuntur.

C. XVI. * Ceteri etiam collectores citant ex decretis Cornelii Papae. Exstat autem lib. 1. Capitular. c. 63., nonnullis praeterea verbis interiectis. Et inde refert primam huius capitis partem Ivo c. 33.

C. XVIII. * Epistola haec Fulberti missa est e Gallia, descripta ex vetusto codice ecclesiae Bellvacensis, cuius hic est titulus: *Glorioso duci Aquitanorum W. Fulbertus Carnotensis episcopus orationis suffragium.*

** Sed quia non sufficit: In ipsa epistola legitur: *Sed non ideo casamentum* [*sacramentum:* Ed. cit.] *meretur; non ei* [*enim:* ib.] *sufficit,* Apud Ivonem [Decr. Coll. tr. P.] vero: *Sed non ideo cassamentum meretur. Non enim sufficit, etc.*

*** Qui in eorum: In epistola legitur [neque tamen in Ed. cit.]: *si mox praevaricatione;* apud Ivonem: *si in eorum praevaricatione.* In Panormia vero ut apud Gratianum.

C. XIX. * Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Burchardus et Ivo citant ex dictis Augustini. Simile autem habetur in concilio Toletano 16. c. 8. ex Hispania misso.

C. XX. * Initium huius sermonis est: *Scitote fratres.*

** Diaboli: In codice Vaticano, ubi hic sermo habetur, sequuntur haec: *quia non solum mendax est, sed etiam et pater et inventor ipsius mendacii est. Omnis enim simulatio et omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum etc.*

Causa XXII. Quest. IV. can. 14. 134) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 135) per. est vel fuerit: *EGH;* periurus: *Coll. tr. P.* 136) *Codd. coll. o. orig. Reg. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 137) sed nec: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 15. 138) *imo ex C. Hibernensi cf. Coll. can. Hibernens. lib.* XXXV. *c.* 5. *ed. Wasserschleben; Ivo Pan.* VIII, 104. 105. (Cornelius P. in C. Eliberitano) 139) *Burch.* XII, 26. (ex syn. Hibern.); *Ivo Decr.* XII, 81. 140) quoque: *deest: Burch. Ivo Decr. Pan.* 141) et si: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 142) eius: *deest: Burch. Ivo Decr.* 143) contradixit: *Ivo Pan.* || can. 16. 144) *cf. ad c.* 14. — *Jaffé no.* XCII. — *Reg.* II, 316. (*can.:* sed et nobis); *Burch.* XII, 12.; *Ans.* XI, 69.; *Ivo Decr.* XII, 69.; *Polyc.* VI, 10, 6. 145) et.: *deest: orig. Reg. Ans.; add.:* et iustum: *Burch. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 146) *Ivo Decr.* XII, 33.; *Ivo Pan.* VIII, 120. 147) habeat: *orig.;* habet: *Ivo Decr.* 33. *Ivo Pan.* 148) et cum: *Ivo Decr.* 33. 149) *finis canonis: Ivo Decr.* 33. *Ivo Pan.* 150) et: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. || can. 17. 151) *Simile habetur in c.* 8. *Capit. Missorum Synodi Suesson. ao.* 853. *in Mon. Germ. LL.* I, 419, *et ap. Reg.* II, 324.; *et ex eo Burch.* XII, 20. *caput suum confecisse videtur.* — *Coll. tredec. P.* X, 90. 152) ad: *EGH* 153) post consecratos dies (oct. pas.: *deest*) ... litania maiore: *Burch.* 154) etiam: *ABD* 155) supra: *EGH* 156) et: *deest: BEGH* || can. 18. 157) *ABEFGH; Ep. Fulberti Ep. Carnotensis ad Guilelmum Aquitanorum ducem ao.* 1020. *scr. quae inter alias exstat impressa in Migne. Bibl.* CXLI, 229, *et in t.* 18. *Bibl. Patr.* — *Ivo Decr.* XII, 76.; *Ivo Pan.* VIII, 122.; *Coll. tr. P.* III, 22, (23,) 32.; *Caes.* VI, 22.; *cf. Feud. l.* 2. *t.* 6. 158) sint: *EGH* 159) consequuntur: *EGH* 160) semper: *deest: Ivo Pan.* 161) suo: *deest: orig. Coll. tr. P.* 162) in: *deest: Ivo Pan.* 163) *add.:* suis: *ib.* 164) ei: *deest: ib.* 165) vel ne: *Coll. tr. P.* 166) ut autem: *ib.* 167) *Codd. et Edd. coll. o.* 168) ius. et bonum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; bonum: *Edd. rell.* 169) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 170) *add.:* igitur: *Ivo Pan.; add.:* ergo: *orig. Coll. tr. P.* 171) his: *Ivo Pan.* 172) fidelis: *C Edd. coll. o. pr. Ven.* II. *Par. Lugdd.* (fidele); videlicet: *D* 173) et: *Ivo Pan.* 174) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 175) *add.:* erit: *Ivo Pan.* || can. 19. 176) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est.* 177) *Videtur canonis auctor paucis ea perstrinxisse, quae in conc. Tolet.* X. *c.* 2.; XVI. *c.* 8. *fusius tractantur.;* — *Burch.* XII, 21.; *Ans.* XI, 74. (73.); *Ivo Decr.* XII, 78.; *Polyc.* VI, 11, (12,) 17. 178) et: *deest: Burch.* 179) postmodum: *Burch. Ivo* 180) peregit: *Ans.* 181) Dei: *F Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; Dominum: *Edd. rell.;* Deum: *Polyc.* 182) *add.:* suam: *Burch. Ivo* 183) suae: *deest: Burch. Ans. Ivo* 184) accipiat: *F Edd. coll. o. Ivo* 185) vero: *deest: F Edd. coll. o.* 186) vel diac.: *Burch. Ans. Ivo Polyc.* 187) huiusmodi: *Polyc.* 188) perpetraverit: *Burch. Ans. Ivo Polyc.* || can. 20. 189) *Non videtur Ambrosii esse.* 190) *add.:* carissimi: *Edd. Arg. Bas.* 191) *Codd. coll. o.* || can. 21. 192) *Codd. coll. o. pr. C* 193) *ad c.* 4. *v.* 29. *no.* 632. 194) *Codd. et Edd. coll. o.*

VII. Pars. Gratian. *Iuramentum uero clericus laico prestare non debet.*

Unde in Remensi *Concilio legitur*[195]:

C. XXII. *Cuiquam laico clericus nichil*[196] *iurare presumat.*

Nullus[197] ex ecclesiastico ordine cuiquam laico quicquam super[198] sacra[199a] euangelia iurare[200] presumat, sed simpliciter cum[201] ueritate et puritate dicat: est aut[202b] non. Sed si est aliquid[203], quod sibi[204] obiciatur*, prout iudicauerint qui eiusdem sunt ordinis, aut corrigatur, aut expurgetur.

[PALEA.[205]

Episcopo similiter clericus iuramentum prestare non debet, nisi forte is, cui ecclesiae procurationem conmittit.

Unde Urbanus II. ait[206]*:

C. XXIII. De eodem.

Nullus episcopus clericos suos, nisi forte quibus ecclesiasticarum rerum dispensatio conmissa fuerit, sibi iurare conpellat.]

CAUSA XXIII.

GRATIANUS.

Quidam episcopi cum plebe sibi conmissa in heresim lapsi sunt; circumadiacentes catholicos minis et cruciatibus ad heresim conpellere ceperunt, quo conperto Apostolicus catholicis episcopis circumadiacentium regionum, qui ab inperatore ciuilem iurisdictionem acceperant, inperauit, ut catholicos ab hereticis defenderent, et quibus modis possent eos ad fidei ueritatem redire conpellerent. Episcopi, hec mandata Apostolica[1a] *accipientes*[2b], *conuocatis militibus aperte et per insidias contra hereticos pugnare ceperunt. Tandem nonnullis eorum neci traditis, aliis rebus suis uel ecclesiasticis expoliatis, aliis carcere et ergastulo reclusis, ad unitatem catholicae fidei coacti redierunt.* (Qu. I.) *Hic* primum *queritur, an militare peccatum sit?* (Qu. II.) Secundo, *quod bellum sit iustum, et quomodo a filiis*[3] *Israel iusta bella gerebantur?* (Qu. III.) Tertio, *an iniuria sociorum armis sit propulsanda?* (Qu. IV.) Quarto, *an uindicta sit inferenda?* (Qu. V.) Quinto, *an sit peccatum iudici uel ministro reos occidere?* (Qu. VI.) Sexto, *an mali sint cogendi ad bonum?* (Qu. VII.) Septimo, *an heretici suis et ecclesiae rebus sint expoliandi, et qui possidet ab hereticis ablata an dicatur possidere aliena?* (Qu. VIII.) Octauo, *an episcopis uel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, uel Apostolici, uel*[4] *inperatoris precepto arma mouere?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

Quod militare alienum uideatur ab euangelica disciplina, hinc uidetur posse probari, quia omnis milicia uel ob iniuriam propulsandam, uel propter uindictam inferendam est instituta, iniuria autem uel a propria persona, uel a socio repellitur, quod utrumque euangelica lege prohibetur. Cum enim dicitur[5]: „*Si quis te percusserit in unam maxillam, prebe ei et alteram,*" *et iterum:* „*Qui angariauerit te mille passus, uade cum eo duo*[6] *milia;*" *item cum Apostolus dicat ad Romanos*[7a]: „*Non uos defendentes, karissimi, sed date locum irae:*" *quid aliud prohibemur, quam propriae personae iniuriam repellere?* §. 1. *Item, cum Petro gladio defendenti*[8b] *magistrum, Christus dixerit*[9]: „*Conuerte gladium tuum in uaginam; an putas, quia*[10c] *non possum rogare patrem meum, et exhibebit michi plus quam duodecim milia*[11d] *legiones angelorum?*" *denique, sicut de B. Andrea legitur, cum fieret concursus populorum, ut de manibus iniqui iudicis eum eriperent, et ab iniuria mortis illum defenderent*[12], *ipse econtra et*[13] *exemplo et uerbo patienciam docens, rogabat eos, ne suum martirium inpedirent, quid aliud monemur, quam sicut proprias, ita et sociorum iniurias patienter tollerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia ferenda animum preparare?* §. 2. *Item cum in Prouerbiis* dicatur*[14]: „*Michi uindictam, et*[15] *ego retribuam, dicit Dominus;*" *item, cum in euangelio dicatur*[16]: „*Nolite iudicare, et non iudicabimini;*" *item, cum paterfamilias dicat seruis uolentibus colligere zizania*[17]: „*Sinite utraque crescere usque ad messem, et tunc dicam messoribus, colligite zizania, et alligate fasciculos*[18e] *ad comburendum;*" §. 3. *item, cum rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus suis*[19], *angelorum uidelicet, dicatur perditurus homicidas prophetarum et apostolorum, qui uocati ad nuptias uenire contempserunt credendo; item, cum Paulus apostolus*[20] *dicat in epistola ad Romanos:* „*Nolite iudicare inuicem;*" *item:* „*Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? Suo domino stat, aut cadit. Siue ergo uiuimus siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit, ut et uiuorum, et mortuorum dominetur:*" *in his omnibus quid aliud precipitur, quam ut uindicta delinquentium diuino reseruetur*[21] *examini? Cum ergo, ut supra dictum est, milicia uideatur instituta uel ob iniuriam propulsandam, uel ad uindictam inferendam, utrumque autem lege euangelica prohibeatur, apparet, quod militare peccatum est.*

Hinc etiam Gregorius[22a]:

C. I. *Bella carnalia bellorum spiritualium figuram gerunt.*

Nisi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent, numquam, opinor[23b], Iudaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui uenit pacem docere, legendi in ecclesiis fuissent ab Apostolis traditi. Quomodo[24c] enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Iesu[25]: „Pacem meam do uobis, pacem[26d] relinquo uobis?" et quibus per Apostolum iubetur et dicitur[27]: „Non uosmetipsos uindicantes, sed[28] magis iniuriam percipite[29e], et magis fraudem patimini?" Unde denique sciens Apostolus[30], iam nobis ultra bella non[31f] esse carnaliter peragenda, sed animae certamina contra spiritales aduersarios desudanda, uelut magister miliciae preceptum dat militibus Christi, dicens[32]: „Induite uos armatura[33g] Dei, ut possitis stare aduersus insidias[34h] diaboli?"

Gratian. *His ita respondetur: Precepta patienciae non tam ostentatione corporis quam preparatione cordis sunt retinenda.*

Unde Augustinus *ait in sermone de puero centurionis*[35]*:

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. V. c. 22. a) sacrosancta b) est, non non — Causa XXIII. a) Apostolici b) recipientes Quest. I. a) ad Rom.: *deest* b) defendente c) quod d) milia: *deest* e) in fasciculos — c. 1. a) Gregorius ait b) ut opinor c) Quo d) pacem meam e) accipite f) nulla g) armaturam h) astutias

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXII. * Obiiciatur: Apud Burchardum et Ivonem sequitur: *ad episcopum, in cuius territorio est, deferatur, et iuxta id, quod illi, qui eiusdem sunt ordinis, diiudicaverint, aut corrigatur, aut expurgetur.*

C. XXIII. * In aliquot vetustis exemplaribus finis huius causae est in vers. *Expurgetur.* Absunt autem haec verba, et sequens caput *Nullus.* In uno autem non modo ista habentur, sed etiam cap. 1. de iuramento calumniae, et constitutio nova Henrici.

Causa XXIII. Quest. I. * In Proverbiis: Sententia illa solet quidem proverbii loco usurpari, sed non habetur in libro Proverbiorum. Affertur a B. Paulo ad Rom. c. 12. (coniuncte cum alia sententia ex c. 25. Proverb.) et ad Hebraeos c. 10.; Deut. c. 32. cantic. sic scriptum est: *Mea est ultio, et ego retribuam.*

C. II. * Sic etiam citat Anselmus [in Cod. coll.: Aug. ad Marcellinum]. Polyc. non affert auctorem. Habetur autem in ep. 5. Aug. ad Marcellum.

Causa XXII. Quest. IV. can. 22. 195) *Non leguntur in conciliis Remensibus. Simile est in exceptionibus quae dicuntur Egberti c.* 19. (*in Ancient laws and institutes of England* 1840. *p.* 327.); *et in Capit. Aquisgran. Caroli M. ao.* 801. *c.* 20. (*Mon. Germ. LL.* I, 88.); *et in c.* 38. *Conc. Meldens. — Burch.* II, 188.; *Ivo Decr.* VI, 233.; *Ivo Pan.* V, 11.; *Coll. tredec. P.* IX, 162. 196) non: *AB* 197) ut null.: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 198) supra: *Edd. coll. o.* 199) *Codd. coll. o. pr. BDF; Burch.;* sacra vel (super: *Ivo Decr.*) sancta: *BDF Ed. Bas. Ivo Decr.* 200) iuret (pres.: *deest*): *Burch. Ivo Decr. Pan.* 201) ex: *EGH* 202) *ABCDF* 203) *add.:* aliud: *EGH* 204) eis a laicis: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 205) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; manu posterioris aetatis postea addita est: C; in marg. scr.: F; in EG hoc loco repetitur:* item Hieronymus *supra c.* 19. 206) *fragm. Urbani* II. (1088—99.); — *Jaffé no.* 4312. — *Ans.* VI, 172. — *cf. c.* 1. *Comp.* I. *et c.* 5. X. *de iureiur.*

Causa XXIII. 1) *ABCDF Corr.* 2) *Codd. coll. o.* 3) quom. filii Israel . . . gerebant: *AC* 4) sive: *AC Edd. Ven.* I. *Nor. Lugdd.* II. III. *Par. Corr.*

Causa XXIII. Quest. I. 5) *Matth. c.* 5. *v.* 39. 6) alia: *F; add.:* alia: *AC* 7) *Codd. coll. o. — Rom. c.* 12. *v.* 19. 8) *Codd. coll. o.* 9) *Matth. c.* 26. *v.* 52. 10) *ABCDF* 11) *BCDF* 12) defensarent: *CDEGH* 13) et: *deest: EGH* 14) *Deut. c.* 32. *v.* 35. 15) et: *deest: ACF* 16) *Matth. c.* 7. *v.* 1. 17) *Matth. c.* 13. *v.* 30. 18) *Codd. coll. o.* 19) suis: *deest: ABCD* 20) Apost.: *deest: EGH; — Rom. c.* 14. *v.* 4. 21) servetur: *AB* ‖ can. 1. 22) ait: *deest: ABDEFGH; — imo Origenes hom.* 15. *no.* 1. *in librum Iosuae.* 23) *ABDF orig.* 24) *Codd. coll. o.* 25) *Ioann. c.* 14. *v.* 27. 26) *ABCDF Ed. Bas.* 27) I. *Cor. c.* 6. *v.* 6. 28) et: *orig.* 29) *Codd. coll. o. pr. H* (precipite) 30) *add.:* dicat ad Romanos: *Edd. Bas. Lugd.* II. 31) *Codd. et Edd. coll. o.* 32) *Eph. c.* 6. *v.* 11. 33) *ABCDF:* arma: *orig.* 34) *ADF Ed. Bas. Codd. origin. Vulgata* ‖ can. 2. 35) *Ep.* 138. *no.* 12. *scr. ao.* 412. *Ed. Maur. — Ans.* XIII, 3.; *Polyc.* VII, 7, (9,) 7.

C. II. *Precepta patienciae uirtute animi, non ostentatione corporis seruanda sunt.*

Paratus debet esse homo iustus et pius patienter maliciam eorum sustinere, quos fieri bonos querit, ut numerus pocius crescat bonorum, non ut pari malicia se quis[36a] numero addat malorum. Denique ista precepta magis sunt[37b] ad preparationem cordis[38c], quam ad opus, quod in aperto fit, ut teneatur in secreto animi patiencia cum beniuolentia, in manifesto autem id fiat, quod eis uidetur prodesse[39d], quibus bene uelle debemus. §. 1. Hinc liquido ostenditur, quod ipse Dominus Iesus, exemplum singulare patienciae, cum percuteretur in facie[40e], respondit[41]: „Si male locutus sum[42f], exprobra de malo; si autem bene, quid me cedis?" Nequaquam igitur preceptum suum, si uerba intueamur, inpleuit. Neque enim prebuit percutienti alteram partem, sed pocius prohibuit, ne faceret et[43g] iniuriam augeret. Et tamen paratus aduenerat[44h] non solum in faciem percuti, uerum etiam pro his quoque[45], a quibus hec[46] paciebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens: „Pater[47], ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt." §. 2. Neque Paulus apostolus preceptum Domini et magistri sui uidetur inplesse, ubi etiam[48i] percussus in faciem[49] dixit principi sacerdotum: „Percutiet[50] te Deus, paries dealbate; sedes me iudicare secundum legem, et contra legem iubes me percuti?" Et cum a circumstantibus diceretur: „Iniuriam facis principi sacerdotum?" irridens[51] eos ammonere uoluit quid dixerit, ut[52] qui saperent intelligerent iam destruendum esse in[53k] aduentu Christi parietem dealbatum, hoc est ypocrisin sacerdotii Iudeorum. Ait quippe: „Nesciui fratres, quia princeps est. Scriptum est enim[54]: Principi populi tui non maledices," cum proculdubio qui in eodem populo creuerat, atque in[55] lege[56] fuerat eruditus, illum principem sacerdotum nescire non posset, nec eos, quibus ita notus fuerat[57l], ullo modo falleret, quod[58] nesciret. Sunt ergo ista precepta patienciae semper in cordis preparatione retinenda, ipsa quoque[59m] beniuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in uoluntate conplenda[60n]. §. 3. Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis quadam benigna asperitate plectendis, quorum pocius utilitati consulendum est quam uoluntati. Nam[61o] in corripiendo filium[62p] quamlibet[63] aspere numquam profecto paternus amor amittitur. Fiat[64q] tamen quod nolit, et[65] doleat qui etiam inuitus dolore uidetur[66] sanandus. §. 4. Ac per hoc, si[67] terrena ista respublica Christiana precepta custodiat, etiam[68r] ipsa bella sine beniuolentia non gerentur[69], sed[70s] ut ad pietatis iustitiaeque societatem[71t] uictis facilius consulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur[72] utilius[73u] uincitur, quoniam[74] nichil est infelicius felicitate peccantium, qua penalis nutritur inpunitas, et mala uoluntas, uelut interior hostis, roboratur. *Et paulo post*[75]: §. 5. Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc pocius[76v], consilium salutis petentibus, in euangelio diceretur, ut abicerent arma, seque miliciae omnino subtraherent. Dictum est autem eis: „Neminem concusseritis; estote contenti stipendiis uestris."[77w**] Quibus proprium stipendium sufficere debere precepit, militare utique non prohibuit.

C. III. *In bellicis armis multi*[78a] *Deo placere possunt.*

Item eiusdem ad Bonifatium, [epist. CCVII.][79]

Noli existimare, neminem Deo placere posse, qui[80b] armis bellicis ministrat[81c]. In his erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis iusti. In his erat[82d] ille[83] centurio, qui Domino dixit[84]: „Non sum dignus, ut intres sub tectum meum."[85] §. 1.[86e] Hoc ergo[87] primum cogita, quando armaris ad pugnam[88], quia uirtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic[89] enim cogitabis* de dono Dei non facere[90] contra Dominum[91f]. Fides enim, quando[92] promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere uoluntatis, bellum autem debet esse necessitatis[93g], ut liberet Deus a necessitate, et conseruet in pace. Non enim pax queritur, ut bellum exerceatur[94h], sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergo[95i] bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem[96] uincendo perducas. „Beati enim pacifici" (ait Dominus)[97] „quoniam[98k] filii Dei uocabuntur."[99] Si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto dulcior est pax diuina pro eterna salute angelorum? Itaque hostem pugnantem necessitas deprimat[100l], non uoluntas. Sicut bellanti[101m] et resistenti uiolentia redditur, ita uictoriis[102n] capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

Item eiusdem contra Manicheos, [id est, libro XXII. contra Faustum, c. 74. et 75.][103]:

C. IV. *Que sint*[104a] *in bello iure reprehendenda.*

Quid culpatur in bello? An quia morituri quandoque moriuntur, ut domentur[105b] in pace uicturi? Hoc reprehendisse[106c] timidorum[107] est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, inplacatus[108d] atque inplacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, et si qua similia, hec sunt, que in bellis iure culpantur. Que plerumque ut etiam iure puniantur, aduersus uiolentias[109e] resistentium (siue[110] Deo, siue aliquo legitimo inperio iubente) gerenda ipsa[111] bella suscipiuntur a[112] bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, ubi eos uel[113] iubere aliquid tale, uel in talibus obedire iuste ipse[114f] con-

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. I. c. 2. a) quoque b) sunt: *deest* c) cordis, quae intus est, pertinere d) prodesse posse e) faciem f) dixi g) ne qui fecerat iniur. h) venerat i) etiam ipse k) in: *deest* l) erat m) ipsaque n) complenda est o) Et infra: Nam p) filio q) Fit r) et s) sed: *deest* t) pacatam societatem u) utiliter v) potius militibus, w) nulli** calumniam feceritis, sufficiant vobis stipendia vestra — c. 3. a) milites b) qui in c) militat d) erat et e) Et infra: §. 1. f) Deum g) Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas h) excitetur i) ergo etiam k) quia l) perimat m) rebellante n) victo vel — c. 4. a) sunt b) dominentur c) reprehendere d) impacatus e) violentiam f) ordo ipse

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Nulli: Repositus est integer locus evangelii, ut est in ipsa epistola, et lib. 22. contra Faustum, c. 74. Antea erat: *Contenti estote stipendiis vestris.* C. III. * Sic enim cogitabis: Antea legebatur: *Sic enim cogitabis de dono Dei, non facies contra Dominum.* Emendatum est et hoc et multa alia ex originali.

Causa XXIII. Quest. I. can. 2. 36) *Codd. et Edd. coll. o.;* quo: *Ans.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 38) *ib.* 39) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 40) *ADEFGH Edd. Bas. Ven.* I. II. *Nor. Ans. Polyc.* 41) *Ioann. c.* 18. *v.* 23. 42) *Codd. et Edd. coll. o.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. Ed. pr. Bas.;* ne fac. et in. augeret: *Ed. Bas.;* qui faceret in.: *Ans.;* cum faceret in.: *Polyc.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 45) quoque: *deest: ABC* 46) hec: *deest: EGH Ed. Bas. Ans.;* hoc: *A Edd. coll. rell.* 47) *Luc. c.* 23. *v.* 34. 48) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 49) facie: *Edd. Nor. Ven.* II.; in fac.: *deest: Ans.* 50) percutiat: *AEGH Edd. coll. o.; — cf. Act. c.* 23. *v.* 3. 51) irridenter: *orig.;* incidenter: *Corr.* 52) et ut: *GH* 53) *ACDG Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; in adventum: *EH Edd. rell.;* per adventum: *F Ans.;* adventum: *B* 54) *Exod. c.* 22. *v.* 28. 55) ibi: *orig. Ans.* 56) sua erat: *EGH* 57) *ABCDF* 58) quo: *Ans.* 59) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 60) *Codd. et Edd. coll. o.* 61) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 62) *Codd. et Edd. coll. o.* 63) quantumlibet: *EGH;* quemlibet: *BD Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 64) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 65) etiam: *Polyc.* 66) dolere: *BCD Polyc.; add.:* esse: *EGH* 67) si: *deest: Ans.* 68) *Codd. coll. o.* 69) geruntur: *Ans.* 70) *Codd. et Edd. coll. o.* 71) *ib.* 72) eripit: *Ans.* 73) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ans. Polyc.* 74) quando: *Ans. Polyc.* 75) *hoc loco in CEGH initium est novi canonis cum rubr.:* de eodem. 76) *Codd. et Edd. coll. o.* 77) *Codd. et Edd. coll. o.;* neque calumniam feceritis (*Ans. Polyc.*), sufficiat vobis stipendium vestrum: *Ans.;* sufficiat militare stipendiis vestris .... precipit: *Polyc.* || can. 3. 78) *Codd. coll. o.* 79) *Ep.* 189. *no.* 4. *Ed. Maur. scr. ao.* 417. — *Ans.* XIII, 4.; *Ivo Decr.* X, 126.; *Polyc.* VII, 13, (12,) 12. 80) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 81) *ib. Turrecrem. orig.* 82) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 83) sanctus ille: *D Edd. coll. o.* 84) *Matth. c.* 8. *v.* 8. 85) *finis canonis: Ivo Decr.* 86) *Codd. coll. o. Ans. Polyc. — l. c. no.* 6. 87) igitur: *EGH* 88) pugnandum: *EGH Ed. Bas.* 89) si: *AB Edd. coll. o.* 90) facies: *EGH Edd. coll. o.* 91) *ABCDF Ans. Polyc.* 92) quanta: *Ans.* 93) *Codd. coll. o. Ed. Arg.;* pac. hab. voluntatis (voluntas: *Ed. Bas.*) est etc.: *Edd. rell.;* Pacem habere voluntatis, bellum necessitatis: *Ans. Polyc.* 94) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 95) *ib. Ans. Polyc.* 96) unitatem: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Corr.* 97) *Matth. c.* 5. *v.* 9. 98) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.;* quoniam ipsi: *orig.* 99) vocabantur: *Ans.* 100) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans. Polyc.* 101) *Codd. et Edd. coll. o.* 102) *ABCD Edd. Lugdd.* II. III.; victori capto: *EFGH Edd. rell. pr. Arg.* (victoris) || can. 4. 103) *lib.* XXII. *c.* 74. 75. *contra Faustum. Ed. Maur.* 104) *ABCFH* 105) *ABCF orig.* 106) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (reprehensibile) 107) tumidorum: *EH Ed. Bas.* 108) *Codd. coll. o. pr. C* 109) *Codd. et Edd. coll. o.* 110) *Ivo Pan.* VIII, 45. 111) ipsa: *deest: Ivo* 112) ab omnibus: *EH;* a bonis omnibus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 113) iurare vel: *EGH Ed. Bas.* 114) *ACDEFG;* scilicet ordo ipse: *B*

stringit. Unde neque[115*] Iohannes[116] ab armis iubet discedere milites, et tributa Christus[117] Cesari monet reddi, quia propter bella necessario militi stipendium[118] prebeatur[119g]. Ordo autem[120h] ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes[121i] principes sit. §. 1.[122k] Sed si humana cupiditate bellum geritur, non nocet sanctis, in[123] quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non[124] enim est potestas, nisi a Deo, siue iubente siue sinente. Ergo uir iustus, si forte etiam[125l] sub rege, homine sacrilego, militet, recte potest illo iubente bellare, si[126], uice[127] pacis ordinem seruans, quod[128] sibi iubetur uel non esse contra Dei preceptum, certum est, uel utrum sit, certum non est, ita, ut fortasse reum faciat regem iniquitas inperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.

C. V. *Militare non est peccatum.*

Item eiusdem in libro de uerbis Domini, tractatu [siue sermone] *XIX.*[129]

Militare non est delictum, sed propter predam militare peccatum est; nec[130] rempublicam gerere criminosum est, sed ideo agere[131a] rempublicam, ut[132b] diuitias augeas, uidetur esse dampnabile. Propterea enim quadam prouidentia[134] militantibus sunt stipendia constituta, ne, dum sumptus queritur, predo[135] crassetur[136c]. *Item*[137d]: §. 1. Dominus ipse dixit[138e]: „Reddite que Dei sunt Deo, et que sunt[139f] cesaris cesari.“ Igitur quod cesar precipit[140] ferendum est, quod inperat[141g] tollerandum[142h] est; sed fit intollerabile, dum[143] predam exactores accumulant. *Item*[144i]: §. 2. „Interrogauerunt[145] Iohannem milites[146], dicentes: Quid faciemus et[147] nos? Ait illis[148k], neminem concutiatis, neque calumpniam faciatis, sed estote contenti stipendiis uestris.“ Sic autem[149l] se cognoscere debet omnis homo, qui militat. Non enim de his tantum militantibus scriptura loquitur, qui armata milicia detinentur, sed quisquis[150] miliciae suae cingulo utitur, dignitatis suae miles asscribitur, atque ideo[151] hec sentencia potest dici (uerbi gratia) militibus, protectoribus, cunctisque rectoribus. Quicumque sibi stipendia publice decreta consequitur, si amplius querit, tamquam calumpniator et concussor Iohannis sententia condempnatur.

C. VI. *Pacata sunt bella, que geruntur, ut mali coherceantur et boni*[152a] *subleuentur.*

Item eiusdem de diuersis ecclesiae obseruationibus[153*].

Apud ueros Dei cultores etiam ipsa bella pacata[154] sunt, que non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coherceantur, et boni subleuentur.

C. VII. *Summa est laus miliciae*[155] *reipublicae utilitatibus obedientiam exhibere.*

Item Gregorius uniuersis militibus Neapolim [lib. XII. epist. 24.][156a]

Summa laus miliciae inter alia bona merita hec est, obedientiam reipublicae[157] utilitatibus exhibere, quicquid[158b] sibi utiliter inperatum fuerit obtemperare[159], sicut etiam[160] nunc deuotionem uestram fecisse didicimus, que epistolis nostris, quibus magnificum uirum Constantium[161] tribunum custodiae ciuitatis deputauimus preesse, paruit[162], et congruam militaris deuotionis obedientiam demonstrauit. Unde scriptis uos presentibus curauimus admonendos, uti predicto magnifico uiro tribuno[163], sicut et fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum dominorum utilitate uel conseruanda ciuitate obedientiam exhibere, quatinus quicquid a uobis hactenus bene gestum[164] agnoscitur per presentem[165c] temporis uigilantiam ac sollicitudinem augmentetis.

Gratian. *Ex his omnibus colligitur, quod militare non est peccatum, et quod precepta patienciae in preparatione cordis, non ostentatione*[166d] *corporis seruanda*[167e] *sunt.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

Quod autem queritur, quod sit bellum iustum Ysidorus Ethimol. l. XX. inquit[1a]:

C. I. *Quid sit iustum bellum.*

Iustum est bellum, quod ex edicto* geritur de rebus repetendis[2], aut propulsandorum hominum[3b] causa. §. 1.[4c] Iudex dictus est, quia[5d] ius dictat[6e] populo, siue quod iure disceptet[7]. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non enim[8f] est iudex, si non est iusticia in eo.

C. II. *Nichil interest ad iusticiam, siue aperte siue ex insidiis aliquis pugnet.*

Item Augustinus in libro questionum [VI., quest. 10.]

Dominus[9] Deus[10a] noster iubet ad Iesum Naue, ut constituat sibi retrorsum insidias, id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemur, hoc[11] non iniuste fieri ab his, qui iustum bellum gerunt, ut nichil iustus[12b] precipue cogitet[13c] in his rebus, nisi ut[14d] bellum suscipiat cui bellare fas est. Non enim fas est omnibus. Cum autem iustum bellum susceperit, utrum aperte pugnet, an ex insidiis[15e], nichil ad iusticiam interest. Iusta autem bella solent diffiniri, que ulciscuntur iniurias, sic gens et ciuitas, petenda est, que[16f] uel uindicare neglexerit quod a suis inprobe factum est, uel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed et[17g]

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. I. c. 4. g) praebetur h) tamen i) apud k) Et infra: §. 1. l) forte sub rege, homine etiam — c. 5. a) gerere b) ut rem familiarem[133] potius c) grassetur d) Item infra e) dicit f) sunt: *deest* g) imperator h) indicit tolerand. i) Item infra k) illis Ioannes l) Hic iam — c. 6. a) coerc. bonique — c. 7. a) Neapolitanis b) quodque c) praesentis d) in ostent. e) observanda — Quest. II. c. 1. a) l. XVIII. Quod sit b) hostium c) Et cap. 15.: §. 1. d) dictus ... quasi e) dicens f) autem — c. 2. a) Deus: *deest* b) nihil homo iustus c) cogitare debet d) ut iustum e) utrum aperta pugna, utrum insidiis vincat f) si qua gens vel civitas quae bello petenda est g) etiam

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Unde neque: Hinc usque ad vers. *Ordo*, Gratianus summatim retulit sententiam B. Augustini, quae ab eo copiosius et clarius exponitur, sicut etiam a vers. *Sed si humana*, usque ad vers. *Non enim.*

C. VI. * Sic etiam citat Ivo, quod tamen apud B. Augustinum non est inventum, quamvis epistola ad Ianuarium talem fere habeat titulum. Simile habetur sup. ead. *Noli.* §. *Est ergo*, et de civitate Dei, lib. 19. c. 12.

Quest. II. C. I. * Edicto: In codicibus Isidori etiam manuscriptis legitur: *ex praedicto.* Citat enim Ciceronem ex libris de republ., qui negat iustum esse bellum, nisi denunciatum, nisi indictum, nisi de repetitis rebus.

Causa XXIII. Quest. I. can. 4. 115) *Ivo usque ad vers.* ordo *concordat cum Augustino; reliqua desunt.* 116) *Luc. c.* 3. 117) *Matth. c.* 22. 118) stipendia: *EGH Ed. Bas.* 119) *ABG*; prebeantur: *DEFH Ed. Bas.* 120) *Codd. et Edd. coll. o.* 121) *ib. orig.* 122) *Codd. coll. o. inde ab hoc loco usque ad vocem* sinente *sententia Augustini summatim relata est.* 123) *Ioann. c* 19. 124) *Rom. c.* 13. 125) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. (et homin.) 126) civicae (si vice: *deest*): *orig.* 127) vicem ... ordine: *DEH*; vitae: *Ed. Arg.* 128) cui: *orig.* || can. 5. 129) *non est Augustini ex sent. Maurinorum.: — Sermo* 82. *in Appd. no.* 1. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* X, 125. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* VIII, 60.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 51. 130) non: *Ivo Pan.* 131) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.*; — *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 132) *Codd. et Edd. coll. o.* 133) *add.*: et divitias: *Ivo Pan.* 134) providenda quaedam: *ib.* 135) praeda: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 136) *Codd. coll. o.* 137) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 138) *ABCDF Ivo Pan. Coll. tr. P.*; — *Matth. c.* 22. *v.* 21. 139) *BCDF Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 140) precepit: *H Edd. Ven.* I. II. *Nor.* 141) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 142) *ib.*; dicit, toler.: *Coll. tr. P.* 143) dum illud (ill.: *deest: Ivo Decr. Coll. tr. P.*); praeda (praedam: *Coll. tr. P.*) exactionis (examinationis: *Coll. tr. P.*) accumulat: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 144) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 145) *Luc. c.* 3. *v.* 14. 146) et milit.: *orig.* 147) et: *deest: Ivo Pan.* 148) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 149) *ib.* 150) quisque: *orig. Ivo Decr.* 151) ideo: *deest: Ivo Pan.* || can. 6. 152) *Codd. coll. o.* 153) *Nullus exstat Augustini de div. eccl. observat. liber*; — *cf. Berardus* III, 262.; — *Ivo Decr.* X, 105.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 35. 154) peccata: *B Ed. Bas. Coll. tr. P.* || can. 7. 155) Summa laus militare: *EGH*; mil. reip. in talibus: *AB* 156) *Codd. coll. o.*; *Ep.* 31. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 820. — *Ans.* XIII, 9. 157) *add.*: sanctae: *orig.* 158) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 159) obedire: *EGH Ed. Bas.* 160) et: *B orig. Ans.* 161) Constantinum: *F Edd. coll. o.* 162) paravit (?): *Ans.* 163) trib.: *deest: ib.* 164) *add.*: esse: *EGH* 165) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 166) *ABCDF* 167) *ACDF*

Causa XXIII. Quest. II. can. 1. 1) *Codd. coll. o.*; *imo lib.* 18. *c.* 1. *no.* 2.; — *Ivo Decr.* X, 116.; *Ivo Pan.* VIII, 54.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 45.; *Caes.* VIII, 11. 2) repetitis: *orig.* 3) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 4) *Codd. coll. o.*; *ib. c.* 15. *no.* 6. 5) *ABCDF Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ven.* I. (dicat); — *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 7) disceptat: *Ivo Pan.*; *add.*: populo: *Coll. tr. P.* 8) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 9) Quod Deus iubet, loquens ad Iesum (*Ios. c.* 8.) ut constituat sibi prorsus insidias: *orig.* 10) *BDEFGH*; Iesus Christus: *Ed. Bas.* 11) hoc: *deest: orig.* 12) *Codd. coll. o.* 13) *ib.*; cogitat: *Edd. coll. o.*; *in D hoc loco folium desideratur* (*usque ad Qu.* 3. *c.* 9.) 14) *Codd. et Edd. coll. o.* 15) *ib.* 16) *ib. pr. Edd. Arg. Bas.* (gens vel) 17) *Codd. coll. o. pr. BF*; *deest: BF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.

hoc genus belli sine dubio[18h] iustum est, quod Deus inperat[19i], qui[20k], nouit quid cuique fieri debeat; in quo bello ductor exercitus uel ipse populus non tam auctor belli, quam minister iudicandus est.

Gratian. *Cum ergo iustum bellum sit, quod ex edicto geritur, uel quo iniuriae ulciscuntur, queritur, quomodo a filiis Israel iusta bella gerebantur.*

De his ita scribit Augustinus in questionibus Numeri, [quest. 44. ad c. 20.][21a]:

C. III. *Innoxius transitus filiis Israel negabatur, atque ideo iusta bella gerebantur*[22b].

Notandum sane est, quemadmodum iusta bella gerebantur a filiis Israel contra Amorreos[23]. Innoxius enim transitus negabatur[24c], qui iure humanae societatis equissimo patere debebat.

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Quod uero iniuria sociorum armis propulsanda non sit, exemplis et auctoritatibus probatur. Dominus[1] *enim, cum ab Herode quereretur ad interficiendum, non patrocinium sibi quesiuit armorum, cum occulto instinctu posset in eum conuertisse manus Iudeorum, sed fugiens in Egyptum latuit ibi per septennium. Sic etiam, cum a Iudeis*[2] *lapidibus peteretur, abscondit se, et exiuit de templo. Sic etiam, cum duceretur ad crucem, noluit*[3] *conmouere aduersus seniores Iudeorum turbam, que nuper ei obuiam processerat, et cum palmis et laudibus eum receperat. Sic etiam interrogatus a Pilato, an rex esset, ait*[4]: *„Regnum meum non est de hoc mundo. Si enim esset de hoc mundo, ministri utique mei decertarent, ut ego non traderer Iudeis,“ insinuans illos ad regnum huius mundi pertinere, qui auxilio humanarum uirium, non diuino presidio ab inminenti iniuria se tueri contendunt. Item, cum*[5] *discipulis suis ait*[6]: *„Si uos persecuti fuerint in una*[7] *ciuitate, fugite in aliam,“ non arma armis, sed fugam persequentibus docuit obponi.* §. 1. *Item, sicut in Ysaia legitur, Egyptus a Nabuchodonosor deuastata est, quia filiis Israel contra Assyrios et Chaldeos protectionis et defensionis auxilium promisit. Unde dictum est*[8]: *„Baculus harundineus rex Egypti, super quem si aliquis innisus*[9a] *fuerit, confrigetur, et perforabit manum innitentis.“ Ipsi etiam*[10] *Iudei captiui ducti sunt, quia spem suae liberationis non in solo Deo, sed etiam*[11b] *in homine posuerunt. Sic etiam de primis credentibus legitur*[12], *quod rapinam suorum bonorum cum gaudio suscipiebant, non querentes sibi aliorum patrocinia, sed gaudentes, quoniam digni inueniebantur pro nomine Iesu*[13] *contumeliam pati. Sic et Apostolus in prima epistola persuadet*[14c] *Chorinthiis*[15], *ut iniuriam et fraudem patienter ferant pocius, quam repetendo fratres scandalizent. Sic ab ydolotitis et a qualibet esca censet abstinendum pocius, quam cum scandalo fratrum edamus. Sic et a sumptibus abstinet, ne aliquod offendiculum euangelio Christi prestaret. Cum ergo ille, qui ab iniuria armis arcetur, non minus scandalizetur quam ille, a quo ablata coram iudice reposcuntur, patet, quod ad propulsandam iniuriam non sunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est, illud iure prestari non debet.* §. 2. *Sed*[16d] *multa rite prestantur, que tamen iure non petuntur. Bonus enim non rite iniuriae uindictam peteret*[17e] *quia malum pro malo redderet quam tamen iudex recte*[18] *infligeret, nec nisi bonum pro malo redderet.*

Unde Augustinus in expositione Psalmi CVIII. ait[19*]:

C. I. *Quot sint differentiae retributionis*[20a].

Sex differentiae sunt: reddere pro malis bona, non reddere mala pro malis; hec[21] bonorum sunt, et[22] prius melius. Non reddere bona pro bonis, reddere[23] mala pro bonis; hec duo malorum sunt, et[24] posterius deterius. Reddere pro bonis bona, et[25b] pro malis mala; hec duo mediocrium sunt: prius propinquum bonis[26c**], quod Christus non arguit, sed plus oportere dicit, quia et[27] ethnici hoc faciunt; posterius propinquum malis, tamen[28] conuenit et[29d] bonis. Unde et lex[30] modum ultionis statuit: „Oculum pro oculo.“ Que, si dici potest, iniustorum iusticia est, non quia iniqua est ultio, quam lex statuit, sed quia uiciosa est libido ulciscendi, magisque ad iudicem hoc pertinet inter homines decernere[31], quam bonum hominem sibi expetere. Hic enim malum pro malo redderet, iudex uero[32e***] non, sed delectatione iustitiae, iustum[33f] iniusto, quod est bonum pro malo, quod etiam Deus facit iudex.

Gratian. *Item ab aliquo capto iniuste sua exiguntur, pro uita tamen redimenda iuste offeruntur. Item uasa sacra ab aliquo barbaro exiguntur iniuste, pro redemptione tamen captiuorum iuste prestantur. Sic etiam*[34g] *iniuriae propulsatio, licet iniuste postuletur, tamen iuste prestatur, quamquam et ipsa postulatio non usquequaque iniusta probetur.* §. 1. *Aliud est enim iniuriam propellere, ut sibi liceat uoluptuose uiuere, aliud, ut aliorum utilitati libere possit uacare. Sicque aliud est suffragium ab homine tamquam a ministro iusticiae postulare, ut mala uoluntas aduersantium eius ministerio careat effectu, et bonorum uoluntas eius suffragio sortiatur effectum; aliud spem suam a Deo in hominem transferre, ut aduersa, que inferuntur a Deo ad uitae correctionem, humano pellantur auxilio nulla precedente correctione, sicut Israelitae, qui captiuitatem sibi inminentem Egyptiorum suffragio se putabant posse euadere sine penitencia preteritae uitae, non reuocantes ad memoriam: „Da*[35] *nobis auxilium de tribulatione, quia uana salus hominis.“ Et item*[36h]: *„Hii in curribus, et hii*[37] *in equis, nos autem in nomine Dei*[38] *nostri inuocabimus.“ Petere ergo uel prestare in tribulatione subsidium, ut uoluptuose quis in crimine uiuat, dampnabile est. Petere autem uel prestare solacium, ut malis facultas delinquendi adimatur, ut ecclesia pacem adipiscatur, ut aliquis multorum utilitati*[39] *seruetur, utile est et honestum; dissimulare uero est*[40] *grauissimum. Hinc de Paulo legitur*[41], *quod, cum quidam Iudeorum iurassent, se non comesturos panem, nisi eum interficerent, petiit milites a pretore, quorum presidio illesus seruaretur ab iniuria Iudeorum, non suae uoluptati, sed omnium utilitati uicturus. Hinc in euangelio*[42] *mercenarius uocatur qui uidet lupum uenientem, et dimittit oues, et fugit.* §. 2. *Hinc etiam*[43] *ecclesia auxilium ab inperatore ad sui defensionem petere monetur.*

Unde Augustinus ad Bonifatium ait, [epist. L.][44]:

C. II. *Ab inperatore ecclesia auxilium postulare debet.*

Maximianus episcopus Vagiensis[45] auxilium petiuit ab inperatore Christiano contra[46] hostes ecclesiae, non tam sui ulciscendi causa, quam tuendae ecclesiae sibi creditae.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. II. c. 2. h) dubitatione i) imperat, apud quem non est iniquitas k) et — c. 3. a) Numerorum b) gerebant c) denegabatur — Quest. III. a) innixus b) et.: *deest* c) suadet d) Sed econtra e) petit — c. 1. a) Quae sint ... retributionum b) et: *deest* c) bonis, convenit etiam malis** d) etiam e) vero*** punit non delectatione alienae miseriae, quod est malum pro malo, sed dilectione f) iustum pro g) et h) idem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. C. I. * B. Augustinus in explanatione Ps. 108. has sex differentias aptissime explicavit, cuius sententiam auctor glossae ordinariae in eodem loco breviter retulit, ex qua glossa videtur acceptum hoc caput.

** Convenit etiam malis: Verba haec non sunt in plerisque vetustis, neque in glossa; sed non longe discedunt a verbis B. Augustini.

*** Iudex vero: In glossa ordinaria et plerisque Gratiani manuscriptis legitur: *iudex vero non, sed dilectione iustitiae, quod est bonum pro malo, quod et Deus iudex facit.* Non sunt tamen reliqua inducta, quoniam apud B. Augustinum in eadem explanatione aliquanto inferius eadem fere habentur.

Causa XXIII. Quest. II. can. 2. 18) *Codd. et Edd. coll. o.* 19) *ib.* 20) *ib.* || can. 3. 21) *Codd. coll. o.; Ivo Decr.* X, 119.; *Ivo Pan.* VIII, 57.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 47. 22) *Codd. coll. o.* 23) a ... Amor.: *deest: orig.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.*

Causa XXIII. Quest. III. 1) *Matth. c.* 2. 2) *ib. c.* 21. 3) *Ioann. c.* 18. 4) *ib. v.* 36. 5) cum: *deest: BEGH* 6) *Matth. c.*10. *v.*23. 7) unam civitatem: *AF;* etc.: *B* 8) *Esa. c.*36. *v.*6. 9) *ABCF* 10) enim: *ACF* 11) *BEFGH* 12) *Act. c.*5. 13) Christi: *AC* 14) *Codd. coll. o.* 15) I. *Cor. c.*6. *v.*7. 16) *Codd. coll. o.* 17) *ABEFH;* petet: *CG* 18) iuste: *A;* rite: *H* || can. 1. 19) *in v.* 4. *no.* 4.; — *Grat. potius sensum quam verba retulit Augustini.* 20) *Codd. coll. o.* 21) *Codd. et Edd. coll. o.* 22) cum: *C;* sed: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; *deest: F* 23) et redd.: *BEGH* 24) sed: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 25) *ABEFGH* 26) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 27) et: *deest: B Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 28) tamen: *deest: CF* 29) *BEFGH* 30) *Exod. c.* 21. *v.* 24. 31) discernere: *A Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 32) *Codd. et Edd. coll. o. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. (dilectione); — *in Edd. Lugdd.* II. III. *est ut in Ed. Rom., omissa tamen voce* punit. 33) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 34) *Codd. coll. o. pr. A* 35) *Psalm.* 59. *v.* 13. 36) *Codd. coll. o.; — Psalm.* 19. *v.* 8. 37) hii: *deest: EGH* 38) *add.:* Domini: *BEGH* 39) utilitatibus: *EGH* 40) est: *deest: ib.* 41) *Act. c.* 23. 42) *Ioan. c.* 10. 43) et: *ABC* || can. 2. 44) *Ep.* 185. *no.* 28. *Ed. Maur. — scr. ao* 417. — *Ivo Decr.* X, 59. (*can.:* Querant schismatici; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 19. (*ut ap. Ivon.; cont.*); *Polyc.* I, 28, 6. (*can.:* schismatici dicunt; *cont.*) 45) Vagionensis: *BF;* Vaginensis: *A* 46) cont. ... eccl.: *deest: orig. Polyc.*

Quod si pretermisisset, non eius fuisset laudanda patiencia[47], sed negligentia merito culpanda. Neque enim[48a] apostolus Paulus uitae suae transitoriae, sed ecclesiae Dei consuluit[49b], quando contra illos[50], qui eum occidere conspirauerant, consilium illorum[51c] ut tribuno proderetur effecit. Unde factum est, ut eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateret insidiis[52d].

C. III. *Catholici aduersus hereticos a potestatibus ordinatis*[53] *defensionem postulare possunt.*

Item Augustinus ad Emeritum, [epist. CLXIV.][54]

Nostri[55] aduersus illicitas et priuatas uestrorum uiolentias (quas et uos ibi, qui talia[56a] facitis*, doletis et gemitis) a potestatibus ordinatis ultionem[57b] petunt, non quod[58c] hos[59d] persequantur, sed quia[60e] se defendant.

C. IV. *Quantum interest inter persecutionem hereticorum et catholicorum.*

Item eiusdem contra Petilianum[61a], [l. II. c. 88.]

Pro membris[62] Christi aduersus uos seuiunt, et uobis resistunt, quicumque in ecclesia[63b] eo[64c] animo sunt, quo tunc Petrus fuit, cum ferrum pro Christi nomine strinxit[65]. Sed multum[66] interest inter uestram persecutionem, et istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis[67d], quia seruientes principibus uestris aduersus ecclesiam catholicam, id est aduersus corpus Christi, armamini. Isti autem tales sunt, qualis Petrus tunc fuit, qui pro Christi corpore[68], id est pro ecclesia, etiam corporaliter pugnauit[69].

C. V. *Iusticia*[70a] *plenus est qui patriam bello tuetur a barbaris.*

Item Ambrosius libro I. de offitiis, [c. 27.][71]

Fortitudo, que[72b] bello tuetur a barbaris patriam, uel domi defendit infirmos, uel a latronibus socios, plena iustitia[73c] est[74].

C. VI. *Prodest latroni uel piratae qui membra eius debilitat.*

Item Ieronimus super Sophoniam, [ad c. 1.][75]

Si quis fortitudinem latronis, uel[76a] piratae[77b] eneruat[78], et[79c] infirmos[80d] reddit[81e], prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non bene utebantur[82], a malo opere cessabunt.

C. VII. *Qui a socio*[83a] *non repellit iniuriam similis est ei, qui facit.*

Item Ambrosius libro I. de offitiis, [c. 36.][84]

Non[85] in inferenda, sed in[86] depellenda iniuria lex uirtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in uicio quam ille, qui facit[87]. Unde S. Moyses hinc prius orsus est temptamenta inbecillae[88b]* fortitudinis. Nam cum uidisset Hebreum ab Egyptio iniuriam accipientem[89], defendit ita, ut Egyptium prosterneret[90], atque in arena absconderet. Salemon quoque ait[91]: „Eripe eum, qui ducitur ad mortem."

C. VIII. *Malorum inpietati fauet qui eis obuiare cessat.*

Item Anastasius et Damasus[92a].

Qui potest obuiare et perturbare peruersos, et non facit, nichil est aliud quam fauere inpietati eorum. Nec[93b] caret scrupulo societatis occultae qui manifesto facinori desinit obuiare.

IX. *Qui diuina mandata contempnunt seueris coherceantur uindictis.*

Item Calixtus [epist. II. ad Episcopos Galliae][94].

Iustum est, ut qui diuina contempnunt mandata, et inobedientes paternis[95a] existunt iussionibus, seuerioribus corrigantur uindictis[96], quatinus ceteri talia conmittere timeant[97], et deus gaudeat[98b] fraterna[99] concordia, et cuncti sumant seueritatis atque bonitatis exemplum. Nam si (quod absit) ecclesiasticam sollicitudinem uigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, et animabus fidelium profecto nocebitur.

C. X. *Inperatores cum episcoporum prouisione ecclesiae defensionem aduersus diuitum potenciam debent suscipere*[100].

Item ex Concilio Cartaginensi V., [c. 9.][101]

Ab inperatoribus[102] uniuersis iustum est[103a]* postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur[104] ecclesia, ut defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur[105].

Gratian. *Ecce, quod nonnumquam est obuiandum peruersis, et iniuria sociorum armis est propulsanda, ut et malis adempta facultas delinquendi prosit, et bonis optata facultas libere consulendi ecclesiae ministretur. Hoc qui non facit, consentit.*

Unde Augustinus ait in Psalm. LXXXI.[106]:

C. XI. *Non sunt inmunes a scelere qui non liberant eos, quos possunt liberare a facto.*

Ostendit Propheta nec illos inmunes a scelere esse, qui permiserunt principibus Christum interficere[107], cum pro[108a] multitudine timerentur[109], et possent illos a facto, et se a consensu liberare. Qui desinit* obuiare[110], cum potest, consentit[111].

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. III. c. 2. a) enim et b) consulebat c) eorum d) pateretur insidias — c. 3. a) talia non b) tuitionem c) qua d) vos e) qua — c. 4. a) contra literas Petiliani b) catholica c) parvae adhuc fidei eo d) sacerdotis Iudaeorum — c. 5. a) Iustitiae b) quae uel in c) iustitiae — c. 6. a) et b) piratae et furis c) et: *deest* d) infirmosque eos e) reddat — c. 7. a) Qui socii b) bellicae* — c. 8. a) An. et Dam. Papa b) Nec enim — c. 9. a) Patrum b) omnes gaudeant — c. 10. a) visum est* — c. 11. a) prae

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * Non facitis: Addita est negatio ex originali et Ivone, et alia etiam emendata. Refert autem ibi B. Augustinus id, quod decretum fuerat in sancto conc. Carthaginensi, ac repetitur in conc. Africano cap. 60., citatur autem infra eadem c. *Ab imperatoribus.*

C. VII. * Bellicae: Sic emendatum est ex originali, quum etiam in manuscriptis Gratiani legeretur: *imbellis.*

C. X. * Visum est: Sic est emendatum ex codicibus concilii impressis et manuscriptis. Antea legebatur: *iustum est auxilium postulandum.*

C. XI. * Qui desinit: Haec in eadem glossa referuntur ex Cassiodoro, cuius verba sunt haec: *Nam quum possis obviare perversis, si desinas adversari, consensus erroris est.*

Causa XXIII. Quest. III. can. 2. 47) penitencia (?): *Polyc.* 48) *Codd. et Edd. coll. o.* 49) *ABCDF Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* — consulit: *EGH; — cf. Act. c.* 23. 50) eos: *Coll. tr. P.* 51) *EFGH Ivo Decr. Coll. tr. P.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* || can. 3. 53) ordinati: *BGH* 54) *Ep.* 87. *no.* 8. *Ed. Maur. — scr. ao.* 405. *Ivo Decr.* X, 80.; *Ivo Pan.* VIII, 26.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 29. 55) Pugnaturi: *AB;* vestri presbyteri: *F;* nostri Christiani: *H* 56) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 57) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* iunctionem: *Coll. tr. P.* 58) *ABCF Edd. coll. o. pr. Bas. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* ut: *EGH Ed. Bas.* 59) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 60) *ib.* || can. 4. 61) *Codd. coll. o.: — no.* 195. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* X, 75. (*can.:* Petilianus dixit); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 25. 62) istis: *orig.* 63) *Codd. et Edd. coll. o.* 64) *ib. Ivo Decr.* 65) *Ioan. c.* 18. 66) mult.: *deest: Coll. tr. P.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 68) membris: *Coll. tr. P.* 69) pugnant: *orig. Ivo Decr.* || can. 5. 70) *Codd. coll. o.* 71) in libro de: *BEGH; — no.* 129. *Ed. Migne; — Ivo Decr.* X, 97.; *Ivo Pan.* VIII, 34.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 30. 72) *Codd. et Edd. coll. o.* 73) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Turrecrem.* 74) sit: *orig.* || can. 6. 75) *ad c.* 1. *v.* 13. *no.* 689.; — *Ivo Decr.* X, 113.; *Ivo Pan.* VIII, 50.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 41. 76) *Codd. et Edd. coll. o.* 77) *ib. Ivo Decr. Pan.* 78) diripiat: *orig. Ivo Decr. Pan.* 79) *Codd. et Edd. coll. o.* 80) *ib. Ivo Decr. Pan.* 81) *Codd. et Edd. coll. o.* 82) abutebantur: *Ivo Decr.* || can. 7. 83) *ABCFH; rubr.: deest: E* 84) *no.* 178. *Ed. Migne; — Ivo Decr.* X, 120.; *Ivo Pan.* VIII, 58.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 48.; *Caes.* VIII, 112. 85) non inferenda: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; non in ferenda: *BEFGH Edd. rell. Ivo Pan.* 86) in: *deest: Ivo Pan.* 87) *finis canonis: Ivo Decr. Pan.* 88) *Codd. coll. o.;* imbecellis: *Edd. coll. o.* 89) patientem: *A Ed. Bas.; cf. Exod. c.* 2. 90) sterneret: *orig.* 91) *Prov. c.* 24. *v.* 11. || can. 8. 92) *ABCF; — Ep. Pseudoisid. Damasi ad Stephan. no.* 23. *ap. Hinschius p.* 508. — *Jaffé no.* CLXII. CCII. *cf. Thiel p.* 638.; — *Ans.* XIII, 19.; *Polyc.* VII, 11, (10,) 2. 93) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* || can. 9. 94) *add.:* Papa: *EGH; — Caput Pseudoisid. no.* VIII. *ap. Hinschius p.* 138. — *Jaffé no.* LXX. — *Ans.* XIII, 13.; *Ivo Decr.* VI, 346. (*can.:* conspirationum vero; *contin.*); *Polyc.* VII, 11, (10,) 1. 95) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.;* patris: *Ans.; deest: Polyc.* 96) *finis canonis: Ans. Polyc.* 97) timorem habeant: *orig. Ivo* 98) *ACDF orig. Ivo;* omnis gaudeat: *Turrecrem.* 99) fraternitate ac concordia: *orig. Ivo* || can. 10. 100) Ab imperatoribus postulare debet ecclesia auxilium contra violentiam potentum: *EGH* 101) *hab. ao.* 401. — *Coll. tr. P.* II, 19, 9. 102) imperatore autem: *Hisp.* 103) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* auxilium: *EGH Edd. coll. o.* 104) agitatur: *Hisp.* 105) diligantur: *ib.* || can. 11. 106) *in v.* 4. *no.* 4.; *non retulit Grat. ipsa verba Augustini* 107) *add.:* crucifigere et: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 108) *Codd. coll. o.* 109) timerent: *EGH* 110) obv. perversis . . . et non facit, consentire videtur (consentit: *Edd. Lugdd.* II. III.); *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 111) indubitanter consent.: *EGH*

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem uindicta inferenda non sit, multis modis probatur. Mali enim tollerandi sunt, non abiciendi; increpatione feriendi, non corporaliter expellendi.*

Unde Augustinus ait in libro de uerbis Domini, [sermone XVIII.][1*]:

C. I. *Quomodo mali sunt tollerandi, et quomodo ab eis sit recedendum.*

Tollerandi sunt quidem mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur; sed spiritualiter[**] exire est facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu cuiusque, salua pace; displicere est non tangere. Non enim prophetae, qui hoc[2a] dicebant, populum suum dimiserunt, sed inter eos habitabant, quos increpabant, unum templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant. Hoc ergo[3b] est exire, ore non parcere, hoc est inmundum non tangere, uoluntate non consentire.

C. II. *Quod mali sint tollerandi a bonis.*

Idem[4*].

Tu bonus tollera malum. Nam et Christus Iudam, cum sciret furem esse, tollerauit et ad predicandum misit, eique cum aliis eucharistiam dedit.

C. III. *Pro pace ecclesiae mali sunt tollerandi.*

Idem super Iohannem [tractatu L., ad c. 12.][5*]

Quid ergo uoluit Dominus noster Iesus Christus, fratres mei, ammonere ecclesiam suam, quando unum perditum inter duodecim habere uoluit, nisi ut malos tolleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas, et, ne contendas[6a], fur et[7b] sacrilegus, non qualiscumque fur, sed loculorum dominicorum, sed sacrorum[8c]. Sic[9d] crimina discernuntur in fure[10e] qualiscumque[11] furti et peculatus (peculatus enim dicitur furtum[12] de re publica, et non sic iudicatur furtum rei priuatae, quomodo publicae), quanto uehementius est iudicandus sacrilegus fur[13f], non undecumque tollere hoc est[14g], sed de ecclesia[15h]. Qui aliquid de ecclesia furatur Iudae proditori[16i] conparatur.

C. IV. *De eodem.*

Idem [serm. XVIII. de uerbis Domini][17].

Ecce, inquiunt[18a], dicit Propheta[19]: „Recedite, exite inde, et inmundum ne tetigeritis." Quomodo ergo malos tollerabimus pro pace, a quibus exire et recedere iubemur, ne tangamus inmundum? Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus: illi corporaliter. Nam et[20] ego clamo cum Propheta; equalia[21b*] sumus[22] uasa, utitur nobis Deus in dispensatione uestra[23]. Clamamus[24c] nos, et dicimus uobis, recedite et[25d] exite inde, et inmundum ne tetigeritis, sed contactu[26] cordis, non corporis. Quid est enim tangere inmundum, nisi[27] consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere quod pertinet ad correctionem[28] malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona, salua pace, fieri potest? *Et*[29] *paulo post:* §. 1. Ergo[30], fratres mei, quotquot habetis inter uos, qui adhuc amore seculi pregrauantur, auaros, periuros, adulteros, spectatores[31e] nugarum, consultores[32] mathematicorum, phanaticorum[33], augurum, aruspicum[34], ebriosos, luxuriosos, quicquid inter uos malorum esse nostis, quantum potestis, inprobate, ut corde recedatis, et redarguite, ut exeatis inde, et nolite consentire, ut inmundum non[35] tangatis.

C. V. *Pacificus est qui corrigit quod potest, uel excludit a se quod non potest.*

Idem in secundo libro contra Parmenianum[36a], c. 1.

Quisquis[37] uel quod potest arguendo corrigit, uel quod corrigere non potest saluo pacis uinculo excludit, uel quod saluo pacis uinculo excludere non potest[38] equitate inprobat, firmitate supportat, hic est pacificus, et ab isto[39] maledicto, quo[40b] scriptura dicit[41]: „Vae his, qui dicunt quod nequam est bonum, et quod bonum est nequam,"[42c] omnino liber, prorsus securus, penitus est[43d] alienus. §. 1.[44e] Quomodo, inquit Parmenianus, incorruptus poteris permanere, qui[45] corruptis sociaris[*]?

C. VI. *Quid sit malis sociari.*

Idem [in eodem capite continuo][46].

Ita plane[47a], sociatur[48b], id[49] est si mali aliquid cum eis conmittit, aut conmittentibus fauet. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porro, si addat[50c] tertium, ut non sit in uindicando[51] piger, sed uel corripiat iustus in misericordia et arguat, uel etiam, si eam personam gerit, et ratio conseruandae pacis admittit, et[52d] coram omnibus peccantes arguat, ut ceteri timeant, remoueatur[53e] etiam uel ab aliquo gradu honoris, uel ab ipsa conmunione sacramentorum, et hec omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi faciat[54f], plenissimum offitium non solum castissimae innocentiae, sed etiam diligentissimae seueritatis inpleuit. Ubi autem[55] cetera inpediuntur, illa duo semper retenta incorruptum castumque custodiunt, ut nec faciat malum, nec approbet factum.

C. VII. *Aliena peccata in ecclesia alicui non preiudicant.*

Idem in epistola Concilii ad Donatistas[56a].

Si quis[57] a[58] catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se uiuere existimet[59], hoc solo scelere,

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 1. a) haec — c. 3. a) contemnas b) et: *deest* c) fur, fur loculorum sed dominicorum, loculorum, sed sacrorum d) Si e) foro f) fur, qui ausus fuerit g) hoc est: *deest* h) ecclesia tollere i) perdito — c. 4. a) inquunt b) et qualiacunque* c) Clamamus et d) et: *deest* e) inspectores — c. 5. a) contra epistolam Parmeniani b) de quo c) nequam, et reliqua d) est: *deest* e) Et infra: §. 1. — c. 6. a) plane si b) sociatur quis malis c) addit d) et: *deest* e) removeat f) faciat: *deest* — c. 7. a) in epistola 152. contra Donatistas

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. IV. C. I. * Caput hoc est in glossa ordinaria, 2. Cor. 6. ad ea verba: *Exite de medio eorum.* Sententia vero est accepta ex sermone 18. Augustini de verbis Domini, ex quo infra ead. c. *Ecce* et c. *Recedite* ad idem pertinentia referuntur.

** Spiritualiter: Hic interpositae erant [Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.] duae voces: *spiritualiter autem*, quae sunt expunctae, quia et a plerisque, vetustis, et a glossa ordinaria absunt.

C. II. * Initium huius capitis est in tractatu 50. in Ioannem. Reliqua vero videntur accepta ex glossa ordinaria in Psalmum 9. ad ea verba: *Dixit enim in corde suo,* et explanatione B. Augustini in Psalmum 10., cuius propria verba referuntur sup. 1. qu. 1. *Christus.* Ab eodem vero copiose haec eadem sententia exponitur in epistola 162.

C. III. * Multa in hoc capite sunt emendata ex B. Augustino.

C. IV. * Et qualiacunque: Sic emendatum est ex B. Augustino et Beda. Antea legebatur: *aequalia.*

C. V. * Sociaris: Apud B. Augustinum huic interrogationi Parmeniani sequitur continenter responsio, quae habetur in proxime sequenti capite *Ita plane.* Ac certe multo aptius interrogatio Parmeniani et B. Augustini responsio unico capitulo comprehenderentur.

Causa XXIII. Quest. IV. can. 1. 1) *Sermo* 88. *Ed. Maur.* 2) *ABCDF* 3) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 2. 4) *cf. tract.* 50. *in Ioann. no.* 10. *cf. Gratian* §. 3. *post. c.* 48. *C.* VII. *qu.* 1. || can. 3. 5) *ad c.* 12. *no.* 10. *Ed. Maur. — Polyc.* VII, 7. *a R. et Corr. citatur, ubi can. nostrum haud invenimus.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — Turrecrem.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. orig.; add.:* est: *Edd. Bas. Nor. Lugdd.;* sacril. et: *ACH* 8) *CDEFGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (et sacror.) *Arg.* (et dom. loc.); fur sed loculorum sacror.: *AB* 9) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas.* 10) *Codd. et Edd. coll. o.* 11) non (nec: *Edd. Lugdd.* II. III.) qualisc. . . . sed pec.: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; fure nec . . . sed et pec.: *Edd. rell.;* qualisc. scilicet: *EGH* 12) dicit. id est: *EH* 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* sacrilegium: *BEFGH Arg.; add.:* sacrilegium committere: *Edd. rell.* 15) *Codd. coll. o.* 16) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas.;* traditori: *EGH Ed. Bas.* || can. 4. 17) *Sermo* 88. *no.* 23. *Ed. Maur. — Ans.* XII, 65. (64.); *Polyc.* VII, 7, (9,) 9. 18) *Codd. coll. o. orig.* 19) *Esa. c.* 52. *v.* 11. 20) et: *deest: Ans.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 22) simus: *orig.* 23) dispensationem vestram: *orig.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Polyc.* 25) *BDEFGH* 26) hoc contactu: *EGH* 27) non: *A;* nisi non: *EGH* 28) correptionem: *orig.* 29) et . . . post: *deest: Ans.* 30) *ib. no.* 25. 31) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Corr. orig. Ans. Polyc.;* inspectatores: *Edd. rell. pr. Par. Lugdd.* II. III. 32) consultatores: *Edd. coll. o. pr. Bas. Par. Lugdd.;* — consult. . . . augur.: *deest: Ans.* 33) phan.: *deest: EGH Edd. Arg. Nor.* 34) auspicum: *orig.* 35) *DEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 5. 36) *ABCDF;* Parmenidem: *EGH; — no.* 3. *Ed. Maur.; Polyc.* VII, 7, (9,) 1. 37) *add.:* vero: *orig.* 38) *add.:* a consortio: *EGH* 39) illo: *Edd. Lugdd.* II. III. 40) *F orig.;* — quo: *AC Polyc.* 41) *Esa. c.* 5. *v.* 20. 42) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 43) *Codd. coll. o.* 44) *ib. Polyc.; l. c. c.* 21. *no.* 41. 45) si: *orig.* || can. 6. 46) *c.* 21. *no.* 4. *Polyc.* VII, 7, (9,) 2. 47) *Codd. coll. o.* 48) *ib. orig. Polyc.* 49) id est: *deest: C Edd. coll. o., neque tamen ut R. voluit a Corr. est insertum.* 50) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 51) vindicandum: *EGH;* iudicando: *BF Ed. Bas.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par.* (removeantur); — *Lugdd.* II. 54) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 55) *add.:* etiam: *EGH Ed. Bas.* || can. 7. 56) *Ep.* 141. *no.* 5. *Ed. Maur. scr. ao.* 412.; *Ivo Decr.* II, 101. 57) quisquis: *Ivo;* quisquis ergo: *orig.* 58) ab hac: *orig.* 59) estimet: *A Ivo*

quod a Christianitate[60b*] disiunctus est, non habebit uitam, sed[61] ira Dei manet super eum. Quisquis autem in hac sancta[62c] ecclesia bene uixerit, nichil ei preiudicant aliena peccata; quia in ea unusquisque proprium onus portabit, sicut Apostolus ait[63d]. §. 1.[64e] Ergo[65] conmunio malorum non maculat aliquem[66] participatione sacramentorum, sed consensio[67f] factorum. Nam si in malis factis non eis quisque[68] consentiat, malus causam suam portat[69g], nec preiudicat alteri, quem in consensione[70] mali operis non habet socium criminis.

C. VIII. *Non te maculat malus, si ei non consentis, sed ipsum redarguis.*

Idem in sermone [XVIII.] *de uerbis Euangelii*[71a].

A malis disiungimini semper corde: ad tempus caute corpore copulamini. §. 6.[72b] Duobus modis non te maculat malus: si[73c] non consentias, et si redarguas. Hoc est non conmunicare, non consentire; conmunicatur quippe, quando facto eius consortium uoluntatis uel approbationis adiungitur. §. 2.[74d] Neque ergo consentientes sitis malis, ut approbetis; neque negligentes, ut non arguatis; neque superbientes, ut insultantes[75e] arguatis.

C. IX. *Inmundum tangere est peccatis consentire.*

Item in eodem[76a].

Recedite[77], exite inde, et[78] inmundum ne tetigeritis. Sed contactu[79] cordis, non corporis. Quid enim est tangere inmundum, nisi consentire peccatis? Quid est[80b] exire inde, nisi facere quod pertinet ad correctionem illorum[81c], quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona, salua pace, fieri potest? Displicuit tibi quod quisque[82] peccauerit[83d]? non tetigisti inmundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigat[84e], congruam, et que unitatem[85] non uiolet[86] disciplinam? existi inde. §. 1.[87f] Clamauit Moyses ista[88], clamauit Ysaias[89], clamauit Hieremias[90], clamauit Ezechiel[91]. Videamus, si dimiserunt[92] populum Dei, et se ad gentes alias transtulerunt. Quam multa, et quam uehementer Hieremias increpauit in[93] peccatores et sceleratos populi[94g]? Inter eos tamen erat, unum cum eis[95] templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, in eadem[96] sceleratorum hominum congregatione uiuebat; sed clamando exibat inde. Hoc est[97] exire inde, hoc est inmundum non tangere, et uoluntate[98] non consentire, et ore non parcere.

C. X. *Non maculant innocentes facta nocentium*[99], *que ab eis credi non possunt.*

Idem in epist. [XLVIII.] *ad Vincentium*[100].

Quam magnum est crimen ab istorum innocentium communione separari? Nam et[101] facta nocentium, que innocentibus demonstrari, uel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant[102a] quemquam, si propter innocentes[103b] etiam[104c] cognita sustinentur[105]. Non enim propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tollerandi sunt, sicut tollerauerunt[106] Prophetae, contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant; sicut ipse Dominus nocentem Iudam usque ad condignum eius exitum tollerauit, et eum sacram cenam[107d] cum innocentibus communicare permisit, sicut tollerauerunt Apostoli eos, qui[108] per inuidiam (que[109e] ipsius diaboli est uicium) Christum annunciabant.

C. XI. *Mali, quos ecclesia recipit, nec expellit, a bonis sunt tollerandi*[110a].

Idem in libro I. de unico baptismo[111b*].

Forte in populo Dei stat iuxta te auarus, raptor[112], inhians rebus alienis, quem nosti talem, et fidelis est, uel potius fidelis uocatur. Non eum potes de ecclesia pellere, non habes aliquem aditum castigando et corripiendo illum[113c] corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere: unusquisque[114] onus suum[115d] portabit. *Item*[116e]: §. 1. Quomodo (inquis) ferrem quem noui malum? nonne melius ipsum ferres, quam te foras efferres? Ecce, quomodo ferres[117f]: adtende[118] Apostolum dicentem[119]: „Unusquisque proprium[120] onus portabit." Liberet[121] te ista sentencia. Non enim conmunicares cum illo auariciam, sed[122] conmunicares cum[123] illo Christi mensam. Et quid tibi obesset, si cum illo conmunicares mensam Christi? Apostolus dicit[124]: „Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit:" sibi, non tibi. Sane si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, ecclesiastica regula, si apud te accusatur, si ueris documentis testibusque conuincitur, coherce, corripe, excommunica, degrada.

Gratian. *Est et alia distinctio tollerandorum et cauendorum, quam ex uerbis Augustini licet colligere, dicentis* [serm. XLIX. de uerbis Domini][125]:

C. XII. *Pastor est diligendus, mercenarius tollerandus, latro cauendus.*

Tres personas dixit Dominus (et debemus illas inuestigare) in euangelio, pastoris, et[126a] mercenarii, et furis. Pastorem[127b] dixit animam suam ponere pro ouibus[128c], et intrare per ianuam. Furem dixit et[129] latronem* ascendere per aliam partem. Mercenarium dixit, lupum uel etiam[130d] furem si uideat, fugere, quia non est illi cura de ouibus: mercenarius autem[131e] est, non[132] pastor. Ille intrat per ianuam, qui[133f] pastor est; ille ascendit per aliam partem, qui[134g] fur est; ille uidens eos, qui uolunt oues tollere, timet et fugit, quia[135] mercenarius est, nec[136h] illi cura est de ouibus, mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas personas, inuenit sanctitas uestra quos[137i] diligatis, quos[138k] tolleretis, quos[139l] caueatis. Diligendus est pastor, tollerandus est mercenarius, cauendus est latro.

Gratian. *Ecce, quod mali tollerandi sunt, nec corporali,*

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 7. b) Christi unitate* c) sancta: *deest* d) dicit e) Et infra: §. 1. f) consensione g) portat mal. caus. suam et personam suam — c. 8. a) verbis Domini b) Et infra: §. 1. c) si ei d) Et infra: §. 2. e) insultanter — c. 9. a) Idem ex eodem b) est autem c) malorum d) peccavit e) exigit f) Et infra: §. 1. g) populi sui — c. 10. a) coinquinant b) innocentium c) consortium etiam d) coenam: *deest* e) quod — c. 11. a) toll., non iudicandi b) Idem in sermone XXIV. de verbis Apostoli* c) illum: *deest* d) proprium e) Item infra f) feres — c. 12. a) et: *deest* b) Et paulo post: Pastorem c) ovibus suis d) et.: *deest* e) enim f) *et* g) quia h) quia non i), k) *et* l) et quos

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * **Christi unitate:** Antea legebatur: *Christianitate.* Restitutum est ex originali et Beda, itemque alia nonnulla.
C. XI. * Antea citabatur ex libro primo de unico baptismo, ubi non habetur.
C. XII. * **Et latronem:** Hae duae voces non sunt in originali: Anselmus tamen illas habet.

Causa XXIII. Quest. IV. can. 7. 60) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 61) sed et: *EGH* 62) *Codd. et Edd. coll. o.* 63) *ib. Ivo; — cf. Galat. c. 6. v. 5.* 64) *Codd. coll. o. Ivo* 65) quia: *orig.* 66) quemquam: *Ivo* 67) *ABCDF Ivo;* confessio: *H* 68) quisquis: *Ed. Bas.;* quisquam: *Edd. Lugdd.* II. III. 69) *Codd. et Edd. coll. o.* 70) concessione: *Ed. Bas.;* confessione: *Ivo* || can. 8. 71) *Codd. coll. o.; Sermo* 88. *no.* 19. *Ed. Maur.; Ivo Decr.* II, 102.; *Coll. tr. P.* III, 18, (19,) 17. 72) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.; — ib. no.* 19. 73) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ivo Coll. tr. P.* 74) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.; ib. no.* 20. 75) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I.; insolenter: *Ivo* || can. 9. 76) *Codd. coll. o. — no.* 23.; *Ivo Decr.* II, 103.; *Coll. tr. P.* III, 2, 18. — *cf. supra c.* 4. 77) Reced. et: *EGH Edd. coll. o.; Esa. c.* 52. *v.* 11. 78) pollutum et: *EGH* 79) cum tactu: *Ivo* 80) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 81) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 82) quisquam: *Edd. Lugdd.* II. III. *Ivo* 83) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 84) *B Coll. tr. P.;* exegit: *C orig.* 85) unitatis: *Edd. Lugd.* I. *Par.* 86) violat: *AEGH Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 87) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.; ib. no.* 21. 88) *Num. c.* 16. 89) *Esa. c.* 52. 90) *Thren. c.* 4. 91) *Ezech. c.* 14. 92) dimiserint . . . transtulerint: *Ivo* 93) in: *deest: Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 94) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. (pop. Dei); — *Ivo Coll. tr. P.* 95) illis: *orig. Coll. tr. P.* 96) ea: *orig.* 97) *add.:* ergo: *Coll. tr. P.* 98) voluntati: *BCD Ed. Bas.* || can. 10. 99) nocentis: *EGH* 100) *Ep.* 93. *no.* 15. *Ed. Maur. scr. ao.* 408.; *Coll. tr. P.* II, 50, 33. 101) etiam: *EGH; — cf. infra c.* 37. 102) *ACF Coll. tr. P.* 103) *Codd. et Edd. coll. o.* 104) *ib. Coll. tr. P.* 105) sustinent: *EH* 106) *add.:* eos: *Edd. coll. o.;* tolerabantur: *Coll. tr. P.* 107) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 108) *cf. Philipp. c.* 1. 109) *Codd. coll. o. pr. AB* || can. 11. 110) *ABDEGH* 111) *Codd. coll. o. Ivo; — imo Sermo* 164. *no.* 8. *Ed. Maur. Ivo Decr.* II, 94. (*can.:* sicut autem urgeri; *contin.*) 112) rapt. et: *EGH* 113) *Codd. et Edd. coll. o.* 114) *Galat. c.* 6. *v.* 5. 115) *Codd. et Edd. coll. o.* 116) *Codd. coll. o.; ib. no.* 11. 117) *ABEF Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *orig. Ivo* 118) attendens: *A Ed. Arg.;* attendes: *EH;* attendas: *G;* si attenderes: *orig.;* attenderes: *Ivo* 119) *Gal. c.* 6. *v.* 5. 120) suum: *BCD Edd. coll. o.* 121) liberaret: *orig.* 122) sed si: *EGH Ed. Bas.* 123) cum illo: *deest: ADEGH* 124) I. *Cor. c.* 11. *v.* 29. || can. 12. 125) *Sermo* 137. *no.* 5. *Ed. Maur. — Ans.* VI, 148. (145.) 126) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 127) *Codd. coll. o. Ans.; — Ioann. c.* 10. 128) *A orig. Ans.* 129) et: *deest: EGH* 130) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 131) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Lugdd.* II. III.; — *Ans.* 132) et non: *Edd. coll. o.* 133) *Codd. et Edd. coll. o.* 134) *ib. Ans.* 135) qui: *Ans.* 136) *Codd. et Edd. coll. o.* 137) *ib.* 138) *ib.* 139) *ib.*

sed spirituali uindicta sunt puniendi. Unde, cum discipuli non recepti a Samaritanis ignem celitus super eos deducere uoluerunt, dicentes magistro[140]: „*Vis dicimus*[141m] *descendat ignis de celo, et consumat eos?*" *audierunt:* „*Nescitis, cuius spiritus estis?*" *Item*[142]: „*Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit.*"

C. XIII. *Spiritualis carnalem non*[143a] *persequitur, sed e conuerso.*

Hinc etiam Ieronimus ait [in comment. ep. ad Gal. c. 4.][144]

Qui[145] secundum carnem natus est[146b], persequebatur[147] spiritualem: numquam uero[148c] spiritualis carnalem persequitur, sed ignoscit ei, quasi rusticano[149] fratri. Scit, eum proficere posse per tempus, et si quando Egyptiae filium uiderit irascentem, recordabitur[150d] unius patris, qui boues* creauit, et culicem[151e], et[152] in magna domo non solum esse uasa aurea et argentea, sed[153f] lignea et fictilia uoluit[154g].

C. XIV. *Boni a malis numquam in hac uita penitus*[155] *possunt separari.*

Item Augustinus in libro [IV.] *de baptismo*, [c. 12.][156*]

Quantus arrogantiae tumor est, quanta humilitatis et lenitatis obliuio et[157a] arrogantiae quanta iactatio, ut quis[158b] se posse credat facere, quod nec Apostolis concessit[159] Dominus, ut[160] zizania uidelicet[161c] a frumento putet se posse discernere?

C. XV. *Presens ecclesia simul recipit bonos et malos.*

Item Gregorius [homilia XXXVIII. Euang.][162]

Hec autem uita, que inter celum et infernum[163] sita est, sicut in medio subsistit, ita utrarumque partium ciues communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia et[164] indiscrete[165a] suscipit, et postmodum in egressione discernet.[166] Si igitur[167b] boni estis, quamdiu in hac uita subsistitis, equanimiter tollerate[168c] malos[169d]. Nam quisquis malos non tollerat, ipse sibi per intollerantiam[170e] testis est, quia bonus non est. Abel enim esse rennuit, quem Cain malicia non exercet.

II. Pars. Gratian. *Ex his omnibus*[171] *colligitur, quod malorum uindicta Deo reseruanda est, nec sunt corporaliter puniendi, sed crebra ammonitione, et karitatis beneficio ad correctionem inuitandi. Unde Christus ait in euangelio*[172]: „*Audistis quia dictum est in lege,*"[173] (*quem modum ulcionis lex statuit*) „*Oculum pro oculo, dentem pro dente.*" *Ego autem hanc uicissitudinem tollens, et ad mansuetudinem et karitatis perfectionem uos inuitans, dico uobis:* „*Nolite*[174] *resistere malo, sed diligite inimicos uestros, benefacite his*[175f], *qui oderunt uos, ut sitis filii patris uestri, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos.*" *Hinc Paulus ait*[176]: „*Si*[177] *esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi.*" *Omnis autem*[178g] *iniquus bonorum est inimicus; omnis*[179] *enim*[180h] *amicus huius seculi*[181i] *inimicus est Dei. Inimicus autem Dei bonitatis et iusticiae est inimicus, ac per hoc amatorem iusticiae et bonitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, uel illis benefacere, cibum et potum subministrare iubemur: inimicos persequi et punire prohibemur.* §. 1. *In lege enim ueteris testamenti corporalis pena statuta est: in lege uero euangelii omni peccanti per penitenciam uenia promittitur. Unde illa a terrore incepit, dicens*[182]: „*Ego sum Dominus Deus zelotes, uisitans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem.*" *Hec uero a lenitate mansuetudinis et misericordiae, ita inquiens*[183]: „*Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*" *In illa dicebatur*[184]: „*Qui fecerit hoc uel illud, morte moriatur.*" *In ista dicitur*[185k]: „*Gaudeo super uno peccatore penitenciam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitencia.*" *Item*[186]: „*Non ueni uocare iustos, sed peccatores.*"[187l] *Item*[188m]: „*Estote misericordes, sicut et pater uester misericors est.*" *Inicium quoque predicationis saluatoris nostri, et preconis eiusdem, ad penitenciam peccatores inuitauit. Sic enim uterque exorsus est*[189n]: „*Penitenciam agite, appropinquabit*[190o] *enim regnum celorum.*" *Sic et*[191p] *in Actibus Apostolorum, cum Iudei, conpuncti de scelere mortis Christi, dicerent Petro:* „*Quid faciemus, uiri fratres?*" *legitur Petrus his*[192q] *respondisse:* „*Penitenciam agite, et baptizetur unusquisque uestrum.*" *Et, ut uniuersaliter dicatur, in lege*[193] *populus ille rudis seruili timore penarum cogebatur: unde et legem in pedagogum accepit. In euangelio autem populus gratiae liber et adultus filiali amore, et hereditatis certitudine ad cultum diuinae seruitutis inuitatur. Unde, cum quidam legem, quasi cohercentem, predicarent esse tenendam simul cum gratia, ait*[194] *Apostolus:* „*Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater.*" §. 2. *Hinc etiam*[195] *Gregorius ait in expositione euangelii*[196]: „*Simile factum est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.*"

C. XVI. *In lege cuique permittebatur diligere amicum, et odire inimicum.*

Cum in lege scriptum sit: „Diliges[197] amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum," accepta tunc licentia iustis fuerat, ut Dei[198a] suosque aduersarios, quanta possent uirtute, conprimerent, eosque iure[199b*] gladii ferirent. Quod in nouo proculdubio testamento conpescitur, cum per semetipsam ueritas predicat, dicens[200]: „Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui oderunt uos." Quid[201c] ergo per tauros, nisi ueteris testamenti patres signantur[202]? Nam dum ex permissione legis acceperant, quatinus aduersarios suos odii retributione percuterent (ut ita dicam), quid aliud quam tauri erant, qui inimicos suos cornu corporeae uirtutis feriebant? Quid uero per altilia, nisi patres noui testamenti figurantur? qui dum gratiam internae pinguedinis percipiunt, a terrenis[203d] desideriis innitentes[204], contenplationis penna ad sublimia quasi se subleuant[205e].

Gratian. *His ita respondetur: Sunt quedam, que salubri tantum*[206f] *ammonitione sunt corripienda, non corporalibus flagellis sunt*[207g] *animaduertenda; sed eorum uindicta diuino examini tantum est reseruanda, quando in delinquentes disciplinam uidelicet exercere non possumus, uel quia non sunt nostri iuris, uel quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt*[208], *tamen manifestis indiciis probari non possunt.* §. 1. *De his, qui non sunt nostri iuris, ait Apostolus in epistola prima ad Chorinthios:* „*Quid enim michi attinet de his, qui foris sunt, iudicare? de his enim Dominus iudicabit.*"

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 12. m) dicamus — c. 13. a) nunquam b) erat c) enim d) recordatur e) culices f) sed et g) vol.: *deest* — c. 14. a) et: *deest* b) quis aut audeat, aut c) videl.: *deest* — c. 15. a) et nunc indiscr. b) ergo c) tolerare d) malos debetis e) intoler. suam f) iis g) enim h) autem i) saeculi etiam k) dicit.: *deest* l) peccatores ad poenitentiam m) Item: *deest* n) est, dicens o) appropinquavit p) et: *deest* q) his: *deest* — c. 16. a) Dei inimicos b) in ore* c) Qui d) perc. aeternis e) ad sublimia contemplationis suae pennis sublevantur f) duntaxat g) sunt: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * Boves: In codicibus B. Hieronymi impressis legitur: *qui lucem boves;* verum in codice Vaticano horum commentariorum habetur: *qui lucam bovem.* Significat autem elephantem.

C. XIV. * Verba sunt Cypriani lib. 4. ep. 2. ad Antonianum, citata ab Augustino lib. 4. c. 12. de baptismo contra Donatistas.

C. XVI. * In ore: In originali et quatuor Gratiani vetustis est: *iure gladii.*

Causa XXIII. Quest. IV. can. 12. 140) *Luc. c. 9. v. 54.* 141) *ABCDF;* dicamus ut: *EH* 142) *Matth. c. 26. v. 52.* || can. 13. 143) *Codd. coll. o.* 144) *ad c. 4. v. 29. no. 476. Ed. Migne.* 145) *Galat. c. 4. v. 29.* 146) *Codd. coll. o. orig.* 147) persequatur: *Ed. Bas.;* persequitur: *orig.* 148) *Codd. et Edd. coll. o.* 149) rustico: *Edd. coll o. pr. Bas.* 150) *Codd. et Edd. coll. o.* 151) *BCEFGH orig.* 152) II. *Tim. c. 2. v. 20.* 153) *ACDF orig.* 154) *Codd. coll. o.* || can. 14. 155) pen.: *deest: ABC* 156) *no. 18. Ed. Maur., ubi refert verba Cypriani ad Antonianum Ep. 55. no. 25. in Ed. Vindobon. (non ut R. voluit ex ep. ad Maximum)* 157) *Codd. et Edd. coll. o.;* et arrog. suae: *Cypr. August.* 158) *Codd. et Edd. coll. o.* 159) *Matth. c. 13.* 160) zizaniam: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 161) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 15. 162) *no. 7. Ed. Maur.* — 163) terram vel infern.: *EGH* 164) et: *deest: EH Ed. Bas.* 165) *Codd. et Edd. coll. o.* 166) discerneret: *EH* 167) *ABCD* 168) *ABCEFH Edd. coll. o. orig.* 169) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 170) *Codd. et Edd. coll. o.* 171) auctoritatibus: *AF;* omnib. auctoritatibus: *B* 172) *Matth. c. 5. v. 38.* 173) *Exod. c. 21. v. 24.* 174) *Matth. c. 5. v. 39.* 175) *Codd. coll. o. pr. AB* 176) *Rom. c. 12. v. 20.* 177) *Prov. c. 25. v. 21.* 178) *Codd. et Edd. coll. o.* 179) *Iac. c. 4. v. 4.* 180) *BDEFGH* 181) *Codd. coll. o.* 182) *Exod. c. 20. v. 5.* 183) *Matth. c. 5. v. 3.* 184) *cf. Exod. c. 19.* 185) *Codd. coll. o.: — Luc. c. 15. v. 7.* 186) *Matth. c. 9. v. 13.* 187) *Codd. coll. o.* 188) *ib. — Luc. c. 6. v. 36.* 189) *Codd. coll. o.; — Matth. c. 3. v. 2.* 190) *Codd. coll. o. Ed. Rom.* 191) *ib.* 192) *ib. pr. AF; Act. c. 2. v. 38.* 193) *cf. Exod. c. 1. et Gal. c. 5.* 194) *Rom. c. 8. v. 15.* 195) et: *AEGH;* et.: *deest: B* || can. 16. 196) *hom. 38. in Matth. c. 22. no. 4. Ed. Maur.* 197) *Lev. c. 19. v. 18.* 198) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 199) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.; — orig.* 200) *Luc. c. 6. v. 27.* 201) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 202) significantur: *orig.* 203) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 204) enitentes: *orig.* 205) *Codd. et Edd. coll. o.; sed in A et Edd. coll. o. pro se legit.:* sese 206) *BEFGH* 207) *ABCDF* 208) sint: *ABC*

Quod Augustinus exponens ait[209*].

C. XVII. *Infidelium colloquia et conuiuia non sunt euitanda.*

Infideles non possumus Christo lucrari, si colloquium eorum uitamus et conuiuium. Unde et Dominus[210] cum publicanis et peccatoribus manducauit et bibit. In his uero, qui intus sunt, id est infidelibus, putredo resecanda est.

Gratian. *Hinc etiam, cum Propheta dicit*[211]: „*Facit Dominus iudicium omnibus iniuriam patientibus,*“ *exponendo addidit*[212] *Augustinus:* „*ab his, qui non sunt sui iuris, in quos nequit disciplina exerceri.*“ §. 1. *Item, quando multitudo est in scelere, nec salua pace ecclesiae mala*[213a] *puniri possunt, toleranda*[214b] *sunt pocius, quam uiolata pace ecclesiae punienda.*

Unde Augustinus ait [in libro de fide et operibus, c. 4. et 5.][215]:

C. XVIII. *Quedam mala sunt punienda, et quedam tolleranda.*

Quidam[216a], cum bonorum malorumque conmixtionem[217b] in ecclesia demonstratam uel[218c] predictam esse perspexerint, et precepta patienciae didicerint, (que[219d] nos firmissimos reddunt, ut etiamsi uiderentur[220e] in ecclesia[221f] zizania, tamen non inpediatur aut fides, aut karitas nostra[222], et[223g] quoniam[224] zizania[225] in ecclesia esse cernimus, non ideo[226h] ipsi de ecclesia recedamus) destituendam* putant[227i] ecclesiae disciplinam, quandam peruersissimam securitatem prepositis tribuentes, ut ad eos non pertineat, nisi dicere quid cauendum sit[228k], quidue faciendum sit; quodlibet autem quisque[229] faciat non curare. Nos uero ad sanam[230] doctrinam pertinere arbitramur utrisque[231l] testimoniis uitam[232m] sententiamque moderare[233n], ut et canes in ecclesia propter pacem ecclesiae tolleremus, et[234] canibus sanctum, ubi est pax ecclesiae tuta, non demus. Cum uero[235o] per negligentiam prepositorum, siue per aliquam[236] excusabilem necessitatem, siue per occultas obreptiones[237] inuenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere aut cohercere non possumus, tunc, ne ascendat in cor nostrum inpia et perniciosa presumptio, qua estimemus[238p] nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur, ueluti mundos sanctosque discipulos ab unitatis conpage quasi a malorum coniunctione[239q] separatos[240r], ueniant in mentem illae de scripturis similitudines, et diuina oracula, uel certissima exempla, quibus demonstratum et pronunciatum[241s] est, malos in ecclesia bonis permixtos usque in finem[242] seculi tempusque iudicii futuri[243t], malos tollerandos[244u], nichilque[245v] bonis in unitate ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos[246]. §. 1. Cum uero eis, per quos ecclesia regitur, adest[247] pace salua potestas disciplinae aduersus inprobos aut nefarios exercendae, tunc rursus, neque socordia neque segnitia[248w] dormiamus, sed[249x] aculeis preceptorum, que ad seueritatem cohercionis[250y] pertinent, excitandi sumus, ut[251] gressus nostros in uia Domini ex utrisque[252] testimoniis illo duce atque adiutore[253] dirigentes, nec patienciae nomine torpescamus, nec obtentu diligentiae seuiamus.

C. XIX. *Leuius*[254] *occulta, seuerius autem*[255] *ab ecclesia*[256] *punienda sunt delicta manifesta.*

Idem contra epistolam Parmeniani, [lib. III. c. 2.][257]

Cum quisque[258] fratrum et[259a] Christianorum, intus in[260] ecclesiae societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum scismatis nullum est. *Infra*[261b]: §. 1. Quando[262c] cuiusquam[263d] crimen notum[264] est, et[265e] omnibus execrabile apparet[266], ut uel nullos prorsus, uel non tales habeat defensores, per quos possit scisma contingere, non dormiat seueritas disciplinae.

III. Pars. Gratian. *Est etiam*[267f] *alia causa, qua correctio*[268g] *uerborum uel uerberum uidetur esse inutilis uel superflua. Predestinati enim ad uitam sine correctione*[269h] *mutantur, sicut Petrus*[270], *quem Dominus respiciens nemine corripiente conmouit ad lacrimas. Presciti ad mortem inter flagella deteriores fiunt, sicut Pharao. Bonis ergo superflua, dampnandis inueniuntur hec esse inutilia. His ita respondetur auctoritate Gregorii et Augustini.*

C. XX.[271a] *Sicut ab oratione cessandum non est, sic nec a correctione*[272b].

Sicut non est cessandum ab oratione pro eis, quos corrigi uolumus, etiamsi nullo hominum orante pro Petro Dominus respexit eum, et fecit eum suum flere peccatum: ita non est negligenda correctio[273c], quamuis Deus, quos uoluerit[274d], non correctos[275e] faciat esse correctos. Tunc autem ex correctione[276f] proficit homo, cum miseretur atque adiuuat qui facit, quos uoluerit, etiam sine correctione[277g] proficere.

Item in Dialogo, [lib. I. c. 8.][278a]:

C. XXI. *Soli predestinati saluantur*[279], *quod tamen*[280b] *postulando suo labore merentur*[281c].

Obtineri nequaquam possunt que predestinata non fuerint[282d]. Sed ea, que sancti uiri orando efficiunt, ita predestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perhennis regni predestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi ex labore perueniant, quatinus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare.

[C. XXII.][283a]

Item Augustinus [in libro de predestinatione et gratia, c. 15.][284]

Nabuchodonosor[285] penitenciam meruit fructuosam.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 17. a) mali b) tollerandi ... puniendi — c. 18. a) Quidam vero e contrario periclitantes b) permixtionem c) seu d) quae ita e) videntur f) ecclesia esse g) aut h) non ideo: *deest* i) putent k) sit: *deest* l) ex utrisque m) tutam n) sententiam moderari o) ergo seu p) existimemus q) consortio r) segregatos s) praenunciatum t) futuros u) et (mal. tol.: *deest*) v) nihil w) ne socordia segnitiaque dormiamus x) aliis y) coercitionis — c. 19. a) fratrum id est b) Et infra c) Quando ita d) cuiusque e) omnibus et f) et g) correptio h) correptione — c. 20. a) *inscr.:* Augustinus enim in libro de correptione et gratia c. 5. sic ait b) correptione c) correptio d) voluerit etiam e) correptos f) autem correptione g) correptione — c. 21. a) Gregorius vero in Dial. b) qui in c) meruerunt d) fuerunt — c. 22. a) c. 22. Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis, boni emendantur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Sensus huius capitis habetur apud B. Augustinum de poenitentiae medicina c. 3.; verba vero fere omnia sunt in gloss. ord. 1. Cor. 5. ad vers. *Alioquin.* et interlineari ad vers. *Intus.*

C. XVIII. * Destituendam: Apud B. Augustinum legitur: *instituendam putant ecclesiam et disciplinam;* sed ceteri collectores cum Gratiano concordant. Multa uero alia ex illis, et originali in toto hoc capite sunt restituta.

Causa XXIII. Quest. IV. can. 17. 209) *cf. supra c.* 18. *Qu.* 1. *C.* XVIII. 210) *Luc. c.* 5. 211) dicitur: *BCF; — Psalm.* 145. *v.* 7. 212) addit: *AB* 213) *ABEFGH* 214) *ABDEFGH* || can. 18. 215) *no.* 6. *Ed. Maur. — Ans.* XII, 64. 216) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 217) *ib. orig.;* malorumue: *AB* 218) *ib.* 219) *Codd. coll. o. Ans.* 220) *Codd. coll. o. pr. BD;* videantur: *D Ed. Bas.;* videatur: *Edd. rell. pr. Bas.* 221) *Codd. coll. o. Ans.* 222) vestra: *Ans.* 223) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* ut: *orig.* 224) quando: *EG* 225) zizaniam: *A Edd. Lugdd.* II. III. 226) *Codd. et Edd. coll. o.* 227) *ib. orig. Turrecrem. Ans.* 228) *ABCDF* 229) quisquis: *Ans.* 230) sacram: *ACD Ed. Arg.* 231) *Codd. et Edd. coll. o.* 232) *ib. orig. Ans.* 233) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 234) et tamen: *EGH* 235) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 236) aliam: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.;* sive aliq.: *GH* 237) surreptiones: *AEGH Edd. coll. o.* 238) *ABDF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. *Ans.;* existimamus: *EGH* 239) *ABCDEF Edd. coll. o.;* connumeratione: *GH;* compage: *Ans.* 240) *ABEFGH Edd. Arg. Bas.;* segregandos: *Edd. rell.* 241) *ACD Edd. coll. o. Ans.* 242) fine: *Ans.* 243) *Codd. et Edd. coll. o.* 244) *ib.;* sed mal.: *deest: Edd. coll. o.* 245) *Codd. coll. o.* 246) abfuturos: *Edd. Lugdd.* II. III. 247) abest: *ib.* 248) *Codd. et Edd. coll. o.* 249) *ib.; deest: Ans.* 250) *Codd. coll. o. pr. B: — Corr.;* correptionis: *B Ed. Bas.* 251) aut: *Ans.* 252) utriusque: *EGH* 253) auctore: *ib.;* adiutore dirigere: *Ans.* || can. 19. 254) lenius: *ACDF* 255) aut.: *deest: DF* 256) ab eccl.: *deest: EGH* 257) item: *AB; no.* 13. *Ed. Maur.; — Ivo Prolog.; Ivo Decr.* II, 97. (*can.:* per Isaiam dominus); *Coll. tr. P.* III, 2, 13. §. 9. (*can.:* per Is. prophetam); *Polyc.* VII, 7, (9,) 3. (*can. contin.*) 258) quisquam: *C;* quisquis: *F* 259) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Prolog. Coll. tr. P.* 260) in: *deest: Coll. tr. P.* 261) *Codd. coll. o.* 262) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Prolog. Coll. tr. P.* 263) *BCDF Ivo Decr. Polyc.* 264) est: *deest: ABCF* 265) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Prolog. Coll. tr. P. Polyc.* 266) appareat: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I.; *— Ivo Prolog.* 267) *Codd. coll. o.* 268) *ib. pr. BF* 269) *ib.* 270) *Luc. c.* 22. || can. 20. 271) *Codd. coll. o.; — August. de correptione et gratia c.* 5. *no.* 8. *Ed. Maur.* 272) *Codd. coll. o.* 273) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* 274) *Codd. et Edd. coll. o.* 275) *ABCD Edd. coll. o.;* incorrectos (non: *deest*): *EGH* 276) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* (ex correptione) 277) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 21. 278) *BEGH;* idem in: *ABCD; — Burch.* XX, 19. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* XVII, 31. 279) ad vitam salv.: *AB* 280) *ABCF;* quod in postul.: *D* 281) *Codd. coll. o.* 282) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB; — Turrecrem. orig. Burch. Ivo;* sunt: *B* || can. 22. 283) *Codd. coll. o. pr. CD* 284) *no.* 17. *Ed. Maur.; convenit inter VV. DD. hunc librum non esse Augustini.* 285) *Ioann. c.* 4.

Nonne post innumeras inpietates flagellatus penituit, et regnum, quod perdiderat, rursus accepit? Pharao[286] autem ipsis[287] est flagellis durior[288b] effectus et periit? Hic michi rationem reddat qui diuinum consilium nimium altum[289c] sapienti[290d] corde diiudicat, cur medicamentum unius medici[291e] confectum alii ad interitum, alii ualuerit ad salutem, nisi quia Christi[292] bonus odor aliis est odor uitae in uitam, aliis est[293f] odor mortis in mortem? Quantum ad naturam[294], ambo homines erant. Quantum ad dignitatem[295], ambo reges. Quantum ad causam, ambo captiuum populum Dei possidebant[296]. Quantum ad penam, ambo flagellis clementer ammoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod unus Dei manum sentiens in recordatione propriae iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam[297] ueritatem pugnauit arbitrio?

[C. XXIII.] *Idem*[298*].

Vasis irae numquam Deus redderet interitum, si non spontaneum homo inueniretur habere peccatum, quia nec Deus peccanti homini iuste inferret iram, si homo ex predestinatione Dei cecidisset in culpam. *Idem*[299]: §. 1. Predestinationem Dei siue ad bonum siue ad malum in omnibus[300a] operari ineptissime dicitur, ut ad utrumque homines quedam necessitas uideatur inpellere, cum in bonis uoluntas sit intelligenda non sine gratia, in malis autem uoluntas intelligenda[301] sine gratia. §. 2.[302] Cum uero aliquos a Deo aut traditos desideriis suis, aut obduratos legimus aut relictos, magnis[303] peccatis[304] suis hoc ipsos meruisse profitemur, quo quia talia eorum crimina precesserunt, ut ipsi sibi penam[305b] debuerint, qua[306c] eis etiam[307] supplicium uerteretur[308d] in reatum. Atque ita nec de iudicio Dei querimur, quo deserit meritos deseri, et misericordiae eius gratias agimus, qua liberat non meritos liberari. §. 3. Vires[309] itaque obedientiae non ideo cuiquam subtraxit, quia eum non predestinauit, sed ideo[310] eum non predestinauit, quia recessurum ab ipsa obedientia esse preuidit. §. 4. Predestinatio[311] quoque[312e] Dei semper in bono est, que[313] peccatum sola hominis uoluntate conmissum aut remittendum[314] nouit cum laude misericordiae, aut plectendum cum laude iusticiae. In[315] malis autem operibus nostris sola prescientia Dei intelligenda est, quia[316], sicut presciuit et predestinauit que ipse fecit, et ut faceremus dedit, ita presciuit tantum, non etiam predestinauit[317], que nec ipse fecit, nec ut faceremus exegit. §. 5. Hi[318] autem, de quibus[319] dicitur[320]: „Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum," uoluntate exierunt, uoluntate ceciderunt, et quia presciti sunt casuri, non sunt predestinati; essent autem predestinati, si essent reuersuri, et in sanctitate ac ueritate mansuri. Ac per hoc predestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.

Gratian. *Non ergo necessitatem facit correctionis uel obdurationis diuina predestinatio seu prescientia, cum boni per gratiam corrigantur, et*[321] *libero arbitrio mali pereant. Neque enim, quia predestinatio seu prescientia Dei non falli potest, necessario eueniunt que predestinantur uel presciuntur, sicut nec necessario predestinantur uel presciuntur que futura sunt: sed quia bona absque eius gratia, mala preter eius scientiam euenire non possunt.* §. 1. *Quamuis ergo conuenienter dicatur, si hec predestinata sunt uel prescita, necessario euenient*[322]*: non tamen ideo absolute uerum est, necessario euenient*[323] *que predestinata sunt uel prescita; quia hic necessitas refertur ad rerum euentum, ibi ad intuitum diuinae prescientiae. Unde Augustinus*[324]: *„Duae sunt,"*** *inquit, „necessitates, simplex una, ueluti*[325f], *necesse est omnes homines esse mortales: altera conditionis, ut, si aliquem ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque nouit*[326g], *id esse aliter, ac*[327h] *notum est, nequit. Sed hec minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed condicionis adiectio. Nulla enim necessitas cogit incedere gradientem uoluntate, quamuis eum tunc, cum gradiatur*[328i], *incedere necessarium sit*[329]. *Eodem igitur modo, si quid prouidentia presens uidet, id necesse est esse, tametsi nullam naturae habeat necessitatem. At quidem*[330k] *ea futura, que ex libertate arbitrii proueniunt, prescientia*[331l] *contuetur. Hec igitur, ad intuitum relata diuinum, necessaria fiunt per dispositionem diuinae nocionis. Per se uero considerata absolutam*† *naturae suae libertatem non deserunt. Fient igitur proculdubio cuncta, que futura Deus esse prenoscit; sed eorum quedam de libero proficiscuntur arbitrio, que, quamuis eueniant*[332], *existendo tamen naturam propriam non amittunt, qua*[333] *prius, quam fierent, etiam non euenire potuissent."* §. 2. *His omnibus mala nostra libero asscribuntur arbitrio, cum alibi diuinae asscribantur indignationi. Unde Gregorius*[334]: *„Cum superna indignatio sese, ut ita dixerim, medullitus mouet, hanc opinio*[335m] *humana non remouet, nec se cuiuslibet*[336n] *utiliter deprecatio obicit, cum semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est enim, quod Moyses*[337], *qui reatum totius plebis*[338] *apud Dominum*[339] *suis precibus tersit, dumque se obicem obtulit, diuinae iracundiae uim placauit, ad petram Oreb ueniens, et pro aquae exhibitione diffidens, repromissionis terram ingredi Domino irascente non potuit."* §. 3. *Item Augustinus: „De Tyriis*†† *uero et Sydoniis quid aliud possumus dicere, quam non datum*[340] *esse eis ut crederent, quos*[341o] *credituros fuisse ipsa ueritas docet*[342p], *si talia, qualia apud non credentes facta sunt, uirtutum signa uidissent? Quare autem hoc negatum eis fuerit, dicant, si possunt, qui calumpniantur, et ostendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit, et apud eos, quibus erant profutura, non fecerit. Nos etenim, si ratione*[343q] *facti*[344r] *profunditatem iudicii eius penetrare non possumus, manifestissime tamen scimus, et uerum esse quod dixit, et iustum esse quod fecit, et non solum Tyrios et Sydonios, sed etiam Corozaim et Bethsaida*[345] *potuisse conuerti, et fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis Dominus uoluisset operari. Neque enim ulli falsum uideri potest, quod ueritas ait:"*[346] *„„Nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo." " Item qui per Prophetam plebi Iudaicae promisit*[347]: *„„Ecce, ego sepiam uias tuas spinis, et muniam eas lapidibus quadris," " id est adimam tibi facultatem peccandi. Idem per Psalmistam de dampnandis dixerat*[348s]: *„„Fiant uiae eorum*[349t] *tenebrae et lubricum, et angelus Domini persequens*

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 22. b) deterior c) alte d) sapientique e) medici manu f) est: *deest* — c. 23. a) hominibus b) poenas c) quae d) verterent e) igitur f) veluti qua g) esse nouit h) quam i) graditur k) Atqui Deus l) praesentia m) opinio vel oppositio n) cuilibet o) quos etiam p) dicit q) rationem r) facti et s) dixit t) illorum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIII. * In plerisque vetustis caput hoc coniunctum est superiori, et in titulo est: *Item,* non *Idem;* est autem confectum ex locis indicatis Fulgentii, Prosperi et B. Augustini.

** Duae sunt: Haec a Burchardo et Ivone citantur ex B. Augustino in libro de praedestinatione. Et sententia habetur copiose explicata in libello de praedestinatione Dei inter opera B. Augustini, tomo 7.

† Absolutam: Apud Burchardum et Ivonem legitur: *ab absoluta [naturae suae] libertate non desinunt.*

†† De Tyriis: Simillima his leguntur apud B. Augustinum in libro de bono perseverantiae c. 14. Eadem vero fere sunt apud Prosperum ad excepta Ianuensium, in respons. ad dubium 8. sive 9.

Causa XXIII. Quest. IV. can. 22. 286) Item Pharao: *EGH; — Exod. c. 5. seqq.* 287) in ipsis: *EGH* 288) *Codd. coll. o. orig.* 289) *C orig.;* alte: *ADEFGH Edd. coll. o.* 290) *Codd. coll. o. orig.* 291) *ABDF orig.* 292) II. *Cor. c.* 2. *v.* 15. 16. 293) *Codd. coll. o.* 294) naturas: *EG* 295) dignitates: *EGH Ed. Bas.* 296) possidentes: *orig.* 297) firmam: *B;* misericordiam (verit.: *deest*): *A* || can. 23. 298) item: *Edd. Arg. Bas. Corr. initium cap. exstat in lib. Fulgentii ad Monymum* I, 26.; *et refertur ex August. ap. Burch.* XX, 35. *et Ivo Decr.* XVII, 46. 299) *ex Prosperi libro adversus capitula Gallorum c.* 6. 300) *Codd. et Edd. coll. o. pr. BC; deest: B* 301) *add.:* est: *ABF;* sit: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 302) *ib. c.* 11. 303) magis: *ACDF Edd. coll. o. pr. Bas.* 304) *add.:* in: *Edd. Lugdd.* II. III. 305) *Codd. et Edd. coll. o.;* poena fieri: *orig.* 306) *Codd. et Edd. coll. o.* 307) et: *C;* etenim: *AB; deest: ADF* 308) *Codd. et Edd. coll. o.;* verteret: *orig.* 309) *cap.* 12. *eiusdem.* 310) ideo . . . pred.: *deest: orig.* 311) *c.* 14. *eiusd.* 312) *Codd. et Edd. coll. o.* 313) *inde ab hoc loco Grat. potius retulit sententiam quam verba Prosperi.* 314) *in Ed. Rom. vitiose legitur:* emittendum 315) *haec sunt posteriora totius opusculi Prosperi verba.* 316) qua: *ABCF* 317) et non pred.: *EGH* 318) *haec habentur in c.* 12. *responsionis ad obiectiones Vincentianas pro Augustino quae Prospero tribui solet.* 319) *add.:* hic: *Edd. Lugdd.* II. III. 320) *Ioann. c.* 2. *v.* 19. 321) et: *deest: ACF* 322) eveniunt: *EGH* 323) eveniunt: *ib.* 324) *ex lib. de predestinatione; — cf. ad c.* 22. — *Burch.* XX, 21. (*can.:* omne iudicium); *Ivo Decr.* XVII, 32. (*ut ap. Burch.*) 325) *Codd. et Edd. coll. o.;* veluti quia: *Burch. Ivo* 326) *ABCDF Burch. Ivo* 327) *Codd. coll. o. pr. C* (aut); — *Edd. Bas. Burch. Ivo* 328) *Codd. et Edd. coll. o.* 329) est: *CEFGH; deest: D* 330) *Codd. et Edd. coll. o.* 331) *ib.* 332) veniant: *Ed. Bas.;* eveniunt: *Edd. Lugdd.* II. III. 333) quia: *C;* quae: *DEFGH;* admittunt qua: *A Burch.* 334) *Moral. lib.* IX. *c.* 16. *Ed. Maur.* 335) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.;* hanc oppositio retinet: *orig.* 336) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 337) *Exod. c.* 32. 338) populi vel plebis: *EGH* 339) Deum: *B Ed. Bas. orig.* 340) *add.:* desuper: *Edd. coll. o. pr. Arg.; — cf. Matth. c.* 11. *v.* 21. 341) *Codd. et Edd. coll. o.* 342) *ib. Corr.* 343) *ABCD Edd. coll. o.* 344) *Codd. et Edd. coll. o.* 345) Bethsaidam: *BC* 346) *Ioann. c.* 6. *v.* 41. 347) *Os. c.* 2. *v.* 6. 348) *Codd. coll. o.; — Psalm.* 34. *c.* 6. 349) *BCDH;* eius: *EG*

eos." " Sed in his omnibus uicia nostra humanae asscribuntur mentis arbitrio, quod diuina clementia in electis misericorditer uertit ad bonum, in dampnandis iuste relinquit ad malum. Sicut ergo, quamuis certissime sciamus, neminem ultra terminum a Deo sibi prefixum esse uicturum, omnibus tamen languentibus non incongrue medemur: sic, quamuis nemo saluetur, nisi predestinatus ad uitam, omni tamen delinquenti est adhibenda correctio[350u]*, nec malorum est negligenda disciplina.*

Unde idem Augustinus Bonifatio[351a]:

C. XXIV. *Non semper in eos, qui peccant, uindicta exercenda est.*

Ipsa pietas, ueritas, karitas, nos[352] non permittit contra Cecilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in ecclesia non uidemus, cui Dominus[353b] perhibet testimonium. Quos[354c] enim diuina testimonia non secuntur, pondus humani testimonii perdiderunt. *Item*[355d]: §. 1. Molestus est medicus furenti frenetico, et pater indisciplinato filio: ille ligando, ille[356e] cedendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, et perire permittant[357], ista pocius falsa mansuetudo est crudelitas[358]. *Item*[359f]: §. 2. Quapropter si[360g] potestate[361h], quam propter[362i] religionem ac fidem[363k], tempore quo debuit, diuino munere accepit ecclesia, hii, qui inueniuntur in uiis et[364l] sepibus, id est in heresibus et scismatibus coguntur intrare, non quia coguntur reprehendant', sed quo[365m] coguntur[366n] adtendant. Conuiuium Domini est unitas corporis Christi non solum in sacramento altaris, sed etiam in uinculo pacis. *In eodem*[367o]: §. 3. Theodosius* inperator legem[368] generaliter in omnes hereticos promulgauit, ut quisquis eorum episcopus uel clericus ubilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur. *Item*[369p]: §. 4. Si duo aliqui in una domo simul[370q] habitarent, quam certissime sciremus[371r] ruituram, nobisque id prenunciantibus[372] nollent credere, atque in ea[373] manere persisterent, si eos inde possemus eruere uel inuitos, quibus inminentem illam ruinam[374s] predemonstrauimus[375t], ut[376] ulterius redire sub eius periculum[377] non auderent, puto, nisi faceremus, non inmerito crudeles iudicaremur[378]. Porro, si illorum[379] unus nobis diceret, quando intraueritis eruere nos, me ipsum[380u] continuo trucidabo[381]; alter autem nec exire quidem inde, nec erui uellet, sed neque necare se auderet; quid eligeremus, utrum ambos ruinae obprimendos relinquere, an, uno saltim per[382v] nostram operam[383] liberato, alterum non nostra culpa, sed sua pocius interire[384]? Nemo est tam infelix, qui non quid fieri in talibus rebus[385] oporteat facillime iudicet. *Item post pauca*[386]: §. 5. Quod si plurimi essent in domo ruitura, et inde saltim unus liberari posset, atque, id cum facere conarer[387w], alii semetipsos precipitio necarent, dolorem[388] de ceteris, uerum[389x] de unius saltim salute consolaremur; non tamen, ne se ipsos alii perderent, perire uniuersos nullo liberato permitteremus. Quid igitur de opere misericordiae, quod pro uita eterna adipiscenda et pena eterna uitanda hominibus deberemus inpendere, iudicandum est, si pro salute ista non solum temporali, sed etiam breui[390y] et[391z] ad tempus exiguum liberanda sic nos subuenire hominibus[392] ratio uera et benigna conpellit? *Item*[393aa]: §. 6. Si (inquiunt Donatistae) oportet, ut nos extra ecclesiam et aduersus ecclesiam fuisse peniteat, ut salui esse possimus, quomodo post istam penitenciam apud uos clerici uel etiam episcopi permanemus[394]? Hoc non fieret, quoniam[395] reuera (quod[396] fatendum est) fieri non deberet, nisi pauci ipsa[397bb] conpensatione sanarentur. Sed sibi hoc dicant, et multo maxime doleant humiliter, qui in tanta morte precisionis iacent[398cc], ut isto quodam uulnere matris[399] catholicae reuiuiscant. Cum enim precisus ramus inseritur, fit aliud uulnus in arbore, quo possit recipi, ut uiuat, qui sine uita radicis peribat; sed cum receptus recipienti coaluerit, et uigor consequitur[400dd] et fructus; si autem non coaluerit, ille quidem arescet[401ee], sed uita arboris permanebit. Est enim et tale inserendi genus, ut nullo preciso ramo, qui intus est, ille, qui foris est, inseratur; non tamen nullo, sed uel leuissimo uulnere arboris. Ita ergo[402] et[403] isti, cum ad radicem catholicam ueniunt, nec eis[404ff], postquam uix[405gg] erroris sui penitet[406hh] honor clericatus aut[407] episcopatus aufertur, si quidem fit[408ii] aliquid tamquam in cortice arboris matris contra integritatem seueritatis; uerumtamen, quia neque[409] qui plantat est aliquid, neque qui rigat, ad Dei misericordiam precibus fusis, coalescente pace ramorum suorum[410kk], karitas[411] cooperuit[412ll] multitudinem peccatorum. *Et paulo post:* §. 7. Verum[413] in huiusmodi causis, ubi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum[414] strages iacent[415], detrahendum est aliquid seueritati, ut maioribus malis sanandis sincera karitas subueniat. Habeant ergo[416mm] de preterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendacii[417] timore, amarum dolorem, et ueniant ad ecclesiam Christi ueram, id est catholicam matrem: sint[418] in illa clerici, sint episcopi utiliter, qui contra[419] eam[420nn] fuerunt hostiliter. Non inuidemus, imo amplectimur, hortamur, optamus, et quos in uiis aut[421oo] sepibus[422pp] inuenimus, intrare cogimus, et sic[423] nondum quibusdam persuademus, quia non res eorum, sed ipsos querimus?

C. XXV. *Medicinali seueritate mali coguntur*[424a] *ad bonum.*

Idem Fausto, [epist. CLXVII.][425b]

Quid[426] faciet[427c] ecclesiae medicina[428], salutem omnium materna karitate conquirens, tamquam inter[429] freneticos et

EDITIO ROMANA.

Causa XIII. Quest. IV. c. 23. u) correptio — c. 24. a) Aug. ait epist. L. Bon. b) Deus c) Qui d) Item infra e) iste f) Item infra g) Si (quapropt.: *deest*) h) per potestatem i) per k) fidem regum l) et in m) quare n) cogantur o) In eadem infra p) Item infra q) simul: *deest* r) sciremus esse s) ruinam postea t) demonstravimus u) memetipsum v) per misericordiae w) conaremur x) nostrum y) debemus z) brevi ad ipsum aa) Item infra bb) pacis ipsius cc) iaceant dd) consequetur ee) arescit ff) eis quamvis gg) post (uix: *deest*) hh) poenitentiam ii) fit quidem kk) insitorum ll) cooperit mm) ergo isto nn) illum oo) et pp) in sep. — c. 25. a) cogantur b) Festo c) faciet his

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIV. * Theodosius: Anselmus habet ut Gratianus: sed propria verba B. Augustini, ubi de reprimenda rabie Donatistarum agit, sunt haec: *Quod eo modo fieri aliquatenus arbitramur, si legem piissimae memoriae Theodosii, quam generaliter in omnes haereticos promulgauit, ut quisquis eorum episcopus vel clericus ubilibet esset inventus, decem libris auri mulctaretur, expressius in Donatistas, qui se negabant haereticos, ita confirmarent, ut non omnes ea mulcta ferirentur*, et cetera, quae sequuntur.

Causa XXIII. Quest. IV. can. 22. 350) *Codd. coll. o.* || can. 24. 351) *Codd. coll. o.*; idem: *deest: BCF; — Ep.* 185. *no.* 5. *Ed. Maur. scr. ao.* 417.: *Ans.* XII, 61. (60.); *Polyc.* VII, 5, 16. 352) nos: *deest: Ans.* 353) *Codd. et Edd. coll. o.* 354) *ib.* 355) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.*; — *no.* 7. *ib.* 356) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ans. Polyc.* 357) permittunt: *EH* 358) crudelis: *Ans. Polyc.* 359) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.*; — *ib. no.* 24. 360) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. orig. Ans. Polyc.* 361) *A orig. Ans. Polyc.*; si potestatem: *Codd. coll. rell.* 362) *ABDF Edd. coll. o. Ans. Polyc.*; quam propt.: *deest: C* 363) *Codd. et Edd. coll. o.* 364) *ib. Ans. Polyc.* 365) *Codd. coll. o. pr. D* (quia); — *Edd. Arg. Nor. Ven.* I.; *orig. Ans. Polyc.* 366) *BCDEFH Edd. coll. o. Polyc.* 367) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.*; *ib. no.* 25. 368) *cf. Theod. cod. l.* 16. *t.* 5. *c.* 21. 369) *Codd. coll. o. Ans.*; *l. c. no.* 33. 370) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (similiter); — *Polyc.* 371) *Codd. coll. o. Polyc.* 372) eis pronuntiantibus: *Ans.* 373) *Edd. coll. o. pr. Bas.* 374) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 375) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C Ed. Bas.*; *Polyc.*; — premonstravimus: *C Ed. Bas.*; predemonstraremus: *Ans.* 376) ut: *deest: Ans.* 377) periculo: *C Ed. Bas.* 378) diiudicaremur: *orig.* 379) eorum: *A Ans.* 380) *AD orig. Ans. Polyc.*; Egomet ipsum: *F* 381) cruciabo: *Edd. Nor. Ven.* I. 382) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.*; semet: *Codd. coll. o.* 383) nostra opera: *AD Ed. Arg.* 384) *add.*: permitteremus: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 385) causis: *orig.* 386) *ib. no.* 34. 387) *ABCF*; conaretur: *DEGH* 388) dolerem: *AC*; doleremus: *EGH Edd. coll. o.* 389) *Codd. et Edd. coll. o.* 390) *ABCDF* 391) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (ad id) 392) omnibus: *EGH Ed. Bas.* 393) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.*; — *ib. no.* 44.; *integra* §. 6. *refertur ab Ivone in Prolog.*; Si ergo (ergo: *deest: Ans.*) inquiunt: (*Ans.*) oportet: *orig. Ans.* 394) permaneremus: *AB* 395) quia: *GH* 396) quod: *deest: EGH* 397) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 398) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Polyc.* 399) *add.*: ecclesiae: *EGH Edd. coll. o.* 400) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Polyc.* 401) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 402) etiam: *Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III. 403) et: *deest: Ans.* 404) *Codd. coll. o. Polyc.* 405) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 406) *ADF Edd. coll. o.*; poenitent: *Codd. coll. rell. Ed. Bas.*; poeniteat: *Polyc.* 407) vel: *orig.* 408) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 409) I. *Cor. c.* 3. *v.* 7. 410) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 411) I. *Petr. c.* 4. *v.* 8. 412) *Codd. coll. o. pr. ABH*; — *Polyc.* 413) *ib. no.* 45.; — *cf. c.* 25. *Dist.* L. 414) plurimorum: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 415) iacet: *AB Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 416) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 417) mendaci: *orig.* 418) sunt . . . sunt: *DEGH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *Polyc.* 419) circa: *EGH*: in: *Ed. Arg.* 420) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 421) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B*; — *Ans. Polyc.* 422) *Codd. coll. o. pr. F*; *orig.* 423) si: *orig.* || can. 25. 424) *Codd. coll. o. pr. C* (cogentur); *add.*: redire: *EGH* 425) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.*; — *Ep.* 89. *no.* 6. *Ed. Maur. scr. ao.* 408. — *Ans.* IX, 56. 57.; *Polyc.* VII, 5, 17. 426) Quid igitur hic faciat: *orig.* 427) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 428) medicinam: *Polyc.* 429) et inter: *EH*

lethargicos estuans? Numquid contempnere, numquid desistere uel debet, uel potest? Utrisque si[430d] necesse est sit[431e] molesta, que[432f] neutris est[433] inimica. Nam et[334] frenetici nolunt ligari, et lethargici nolunt excitari, sed perseuerat diligentia karitatis freneticum ligare[435g], lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur. Ambo molestari[436h], quamdiu egri sunt, indignantur, sed ambo sanati gratulantur. *In eodem*[437i]: §. 1. Catholici esse non incipiunt, nisi heretici destiterint esse. Neque enim sacramenta eorum inimica sunt nobis, que in[438k] illis[439] nobis communia sunt, quia non humana sunt, sed diuina. Proprius[440] error eorum est auferendus, quem male inierunt[441l], non sacramenta, que similiter acceperunt, que ad penam suam portant et habent, quanto[442] indignius habent[443], sed tamen habent.

IV. Pars. Gratian. *Ecce, quod crimina sunt punienda, quando salua pace ecclesiae feriri possunt; in quo tamen discretio adhibenda est. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patienciam ad penitenciam est expectanda: aliquando in paucis est punienda, ut eorum exemplo ceteri terreantur, et ad penitenciam prouocentur. Hinc, cum discipuli*[444] *celesti igne Samaritanos uellent consumere, prohibiti sunt, et Samaritani ad penitenciam sunt expectati, ut Christo predicante conuerterentur ad fidem.*

Unde Ambrosius ait [lib. VII. commentariorum ad c. 9. Lucae u. 54.][445]:

C. XXVI. *Non semper est in eos, qui peccant, uindicta exercenda.*

Quod Christus[446] discipulos[447] increpauit, quia ignem descendere[448] super eos gestiebant[449a], qui ipsum[450] non receperant, ostenditur nobis, non semper in eos, qui peccant[451b], uindicandum, quia nonnumquam amplius prodest clementia, tibi ad pacientiam[452], quam[453c] lapso ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt, a quibus hoc loco ignis arcetur; nec discipuli peccant, qui legem secuntur. Sciebant enim et Finees[454] reputatum ad iusticiam, quod[455d] sacrilegos interemerat, et ad preces Helyae[456] ignem descendisse de celo[457e]*.

Gratian. *Potest in hac prohibitione Apostolorum aliud*[458f] *intelligi. Apostoli non zelo iusticiae, sed amaritudinis odio ob iniuriam suae expulsionis uindicandam Samaritanos igne uoluerunt consumere; Dominus autem uolens eos iniuriam propriae personae cum patiencia et gaudio tollerare, iniuriam uero seruitutis diuinae non inultam relinquere, ait*[459]: „*Nescitis, cuius spiritus estis?*“ *Hinc etiam Petrus, qui, cum aliis audierat:* „*Beati*[460] *eritis, cum maledixerint uobis homines*[461g], *et dixerint omne malum aduersum uos; gaudete in illa die, et exultate, quoniam merces uestra copiosa est in celis,*“ *contumelias sibi illatas cum gaudio suscipiebat; peccata uero, que in Deum committebantur, acerrime puniebat. Unde Ananiam*[462] *et Saphiram Spiritui sancto mentientes mortis sentencia perculit. Sic etiam Paulus, dum a suo contemptu pia ammonitione et multimoda commendatione sui Chorinthios reuocaret, magum illum Elymam*[463], *qui credituros a fide retrahebat, cecitate percussit, ut ceteri perterriti predicationem eius non inpedirent, sed in Christum credentes animae cecitatem effugerent. Et Chorinthium*[464] *illum fornicatorem, quia in Deum peccauerat, sathanae ad uexandum tradidit. Hinc etiam*[465] *Gregorius scribit Ianuario Episcopo, reprehendens eum, quod ob iniuriam propriae personae quendam excommunicauerat, dicens* [l. II. Indict. 10. epist. 34.][466]:

C. XXVII. *Pro iniuria propria episcopo aliquem excommunicare non licet.*

Inter querelas multiplices Ysidorus[467] uir clarissimus a fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematizatumque conquestus est. Quod quam ob rem factum fuerit, dum a clerico tuo, qui presens erat, uoluissemus addiscere, pro nulla alia causa, nisi pro[468] eo, quod te iniuriauerat[469], factum innotuit[470]. Que res nos uehementer afflixit[471a], quia[472b], si ita est, nichil te cogitare de celestibus ostendis, sed terrenam te habere conuersationem[473] significas, dum pro uindicta propriae iniuriae (quod sacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis inuexisti. Unde de cetero omnino[474] esto circumspectus atque sollicitus, et talia cuiquam pro defensione[475c] tuae[476] iniuriae inferre denuo non presumas[477]. Nam si tale aliquid feceris, in te scias postea esse[478d] uindicandum.

Gratian. *Hinc idem in omeliis, ostendens, quod peccata, que in Deum uel in*[479e] *proximum conmittuntur, a nobis punienda sunt, ea uero, quibus in nos delinquitur, patienter tolleranda*[480f], *uel potius dissimulanda sunt ait*[481]:

C. XXVIII. *Valde offendit qui dominica debita inpune dimittit.*

Si is, qui prelatus est, debitori dominico culpas inpune dimittit, non[482] mediocriter profecto offendit, qui debita celestis regis et Domini sua presumptione resoluit. Ea namque, que in nobis[483a] conmittuntur, facile possumus dimittere; ea uero, que in Deum conmissa sunt, cum magna discretione, nec tamen[484b] sine penitencia possumus[485c] relaxare.

V. Pars. Gratian. *Semel uero culpa remissa*[486d] *recidiuo dolore iterum ad animum reuocari non debet.*

Unde Gelasius Gerontio, Iohanni, Germano et Petro Episcopis[487]:

C. XXIX. *Iniuria, cui*[488a] *semel remittitur, iterum reuocari non debet.*

Si illic, ubi hec acta sunt, presentibus utrisque constiterit, et satisfecisse Stephanum, et supplicatione suscepta eum, qui male tractatus est, ignouisse, semel in abolitione missa[489b] punitio recidiuo dolore non debet[490] iterari, diuinae scilicet[491] imitatione clementiae, que dimissa peccata in ulcionem redire non patitur[492]. Sin uero nichil uel de satisfactione probabitur, uel de remissione transactum dilectionis uestrae sermone monstretur[493], quatinus, siue nunc saltim poterit conpetens satisfactio prouenire[494], illud pocius exerceatur[495], ubi animum sanare possit afflicti, siue[496] irremissibilis[497c] prestat[498d] acerbitas, ibidem nichilominus uindicetur, ubi plectibilis est orta presumptio.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 25. d) sit e) sit: *deest* f) quia g) castigare h) molestati i) Et infra in eadem k) cum l) imbiberunt — c. 26. a) cupiebant b) peccaverint c) quam: *deest* d) quia e) coelo ut Prophetae* vindicaretur iniuria f) illud g) homines et persecuti vos fuerint — c. 27. a) affligit b) quod c) defensione propriae d) esse: *deest* e) in: *deest* f) vel toll. — c. 28. a) nos b) tamen: *deest* c) debemus d) dimissa — c. 29. a) quum b) ablatione remissa c) irremissibiliter d) perstet

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVI. * Ut Prophetae: Haec sunt addita, quoniam referuntur ab ipsomet Gratiano infra ead. cap. *Si illic.*

Causa XIII. Quest. IV. can. 25. 430) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 431) *ABCDF;* est: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; ut sit mol.: *Edd. rell.* 432) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 433) est: *deest: Ans.* 434) et: *deest: ib.* 435) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 436) *Codd. et Edd. coll. o.* 437) *Codd. coll. o. Polyc.* 438) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (et); — *Ans.; deest: Polyc.* 439) nullis: *Polyc.* 440) prius: *ABCDF Edd. coll. o.* 441) *Codd. et Edd. coll. o.* 442) quamvis indigne: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 443) habeant: *BC; deest: Edd. Nor. Ven.* I. 444) *cf. Luc. c. 9. v. 54.* || can. 26. 445) *no. 27. Ed. Migne.* — 446) vero: *orig.* 447) *add.:* suos: *CD Edd. coll. o.* 448) *add.:* de coelo: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 449) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 450) Christum: *orig.* 451) *Codd. et Edd. coll. o.* 452) poenitentiam: *D Edd. coll. o.* 453) *Codd. et Edd. coll. o.* 454) Finee: *EH; — Num. c. 25.* 455) *ABCDF;* qui: *EH* 456) IV. *Reg. c. 1.* 457) *Codd. et Edd. coll. o.* 458) *Codd. coll. o.* 459) *Luc. c. 9. v. 55.* 460) *Matth. c. 5. v. 11.* 461) *Codd. coll. o.* 462) *Act. c. 5.* 463) *ib. c. 13.* 464) I. *Cor. c. 13.* 465) et: *A; deest: B* || can. 27. 466) *Ep. 49. scr. ao. 592. lib.* II. *Ed. Maur. — Jaffé no. 836. — Ans.* XII, 23.; *Polyc.* VII, 1, 9.; *Caes.* XIV, 23. 467) *Ivo Decr.* V, 351.; *Coll. tr. P.* I, 55, 49.; vir clar.: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 468) pro eo: *deest: A Ivo Coll. tr. P.* 469) iniuriaverit: *EGH Ans.* 470) cognovimus: *Ivo* 471) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 472) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 473) conv.: *deest: Ivo* 474) omn.: *deest: ib.* 475) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 476) tuae: *deest: Edd. coll. o. Turrecrem. Ans., neque tamen ut R. censuit a Corr. est insertum* 477) *finis canonis: Ivo Coll. tr. P.* 478) *Codd. et Edd. coll. o.* 479) *Codd. coll. o.* 480) *Codd. coll. o.* || can. 28. 481) ait: *deest: ABCDF; sed in BF inscr. exstat:* idem in omeliis.; — *non exstat apud Gregorium.* 482) nec: *EGH* 483) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. (quos) 484) *ABCDF Edd. Arg. Bas. Nor.;* non: *Edd. Ven.* I. II. 485) *Codd. et Edd. coll. o.* 486) *Codd. coll. o. pr. A* || can. 29. 487) *Ep. scr. incerto tempore* (492—96.) *ap. Thiel p.* 507. — *Jaffé no.* 424. — *Coll. tr. P.* I, 46, 54.; *cf. infra Dist.* IV. *de poen. c.* 24. 488) *ABCD* 489) *Codd. coll. o. pr. C* (abolitionem); — *orig. Coll. tr. P.;* abol. remissa: *Edd. coll. o.* 490) debeat: *Coll. tr. P.* 491) secundum imitationem: *B EGH Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. 492) permittit: *EGH Ed. Bas.* 493) demonstretur: *A;* monstratur: *B* 494) pervenire: *orig.* 495) exseratur: *orig. Coll. tr. P.;* exerceatur: *Codd. orig.* 496) si vero: *Edd. coll. o. pr. Nor. Ven.* I. 497) *ABDF Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 498) *CDF Coll. tr. P.;* perstat: *AEGH Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.*

VI. Pars. Gratian. *Sed obicitur illud Ambrosii*[499]: *„Ad preces Helyae ignis descendit de celo, ut Prophetae uindicaretur iniuria.“ Quod tunc intelligitur factum, quando Achab*[500] *rex Israel post sterilitatem illam trium annorum et sex mensium, que facta est, quando precibus Helyae celum clausum est annis tribus et mensibus sex, misit duos quinquagenarios ad Helyam, qui dicerent ei*[501]: *„Homo Dei, rex Israel uocat te, qui ait: Si homo Dei sum, descendat ignis de celo, et consumat uos, et statim ignis de celo descendit, et consumpsit eos.“ Quo facto non cuius meriti apud Deum esset uoluit ostendere, sed quod ille esset uerus Deus, quem colebat, non ille, ad cuius culturam stupro corporis proprii Iezabel nonnullos prouocabat, euidentissimis indiciis*[502] *monstrare curauit. Iniuria ergo Prophetae non alia, quam iniuria ipsius Domini intelligitur, que in paucis uindicanda*[503] *est, ut ceteri terreantur.*

Item obicitur illud Siluerii[504a] [ad Amatorem Episcopum]:

C. XXX.[505b]

Guilisarius[506]* patricius noster mandauit me ad se uenire pacifice pro quibusdam ecclesiasticis dispositionibus in palacium principis, et ad primum et ad[507c] secundum uelum retinuit[508] omnem clerum et populum, qui mecum ueniebat, et nullum permisit introire, nisi me solum, et Vigilium diaconem nostrum. Me uero ui retento, et ante predictam patriciam[509]** deducto, miserunt[510] in exilium, in[511] quo modo sustentor pane tribulationis et aqua angustiae. Ego[512] tamen non dimisi, nec dimitto propterea offitium meum, sed cum episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizaui, et una cum illis apostolica[513d] auctoritate statui, nullum umquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum, et, si aliquis deinceps ullum umquam episcoporum taliter[514] deceperit, anathema maranatha fieret in conspectu Dei et sanctorum angelorum. *Idem Vigilio*[115]: §. 1. Habeto itaque[516e] cum his, qui tibi consentiunt, plenae[517] dampnationis sentenciam, sublatumque tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce, sancti Spiritus iudicio et apostolica a nobis auctoritate dampnatus.

Gratian. *Sed et hic non suam, sed ecclesiae iniuriam ultus est. Quod autem peccatum populi in paucis puniendum*[518f] *sit, Moyses*[519] *exemplo*[520g] *docuit, qui peccatum ydolatriae*[521h] *in paucos cultores uituli uindicauit, morte paucorum expians peccata multorum, in presens terrens, in posterum disciplinam sanctiens. Sic et ipse Christus*[522i] *peccata totius populi morte paucorum puniuit, dum pro*[523] *fornicatione totius populi una die XXIII.*[524k] *milia perierunt. Sic et*[525] *pro peccato murmurationis*[526] *uel temptationis nonnulli puniti sunt, ut eorum exemplo ceteri ad penitenciam cogerentur. Sic et cottidie nonnullos punit Deus, ut diuina prouidentia etiam*[527] *circa humana uigilare cognoscatur, et nonnullos etiam per longa tempora ad penitenciam expectat, ut patienciam suae benignitatis nobis ostendat. Sic Helyas*[528] *etiam culturam Baal uindicauit, sacerdotes et prophetas eius interficiendo, morte auctorum expians peccata*[529] *imitantium populorum.* §. 1. *Quod uero peccata, que publicis indiciis deseruntur, punienda non sint, illo exemplo probatur, quo Christus*[530], *qui Iudam solus furem nouerat, non abiecisse, sed patienter tollerasse asseritur.*

Unde Ambrosius super primam epistolam ad Chorinthios [cap. 5.] *ait*[531]:

C. XXXI. *Iudicis non est sine accusatore dampnare.*

Si quis potestatem non habet quem scit reum abicere, uel[532a] probare non ualet, inmunis est, et iudicis non est sine accusatore dampnare, sicut Christus non abiecit Iudam[533b]*.

Gratian. *Similiter non est ferenda sentencia, quando multitudo est in causa, uel quando ille peccat, qui sociam habet multitudinem.*

Unde Augustinus in lib. II. [c. 2.] *contra Parmenianum*[534a]:

C. XXXII. *Quod a multitudine peccatur, uel ab eo, qui multitudinem habet sociam, ab ecclesia non punitur, sed defletur.*

Non[535] potest esse salubris a multis correctio[536b], nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. Cum uero idem morbus plurimos occupauerit, nichil aliud restat bonis, quam dolor et gemitus, ut per illud signum, quod Ezechieli[537] sancto reuelatur, illesi euadere ab illorum[538] uastatione mereantur. *Et infra*[539]: §. 1. Reuera cum[540c] contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinae disciplinae seuera[541] misericordia necessaria est. Nam consilia separationis et inania sunt, et perniciosa atque sacrilega, quia inpia[542] et superba sunt[543], et plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animosos malos. *Et infra*[544]: §. 2. Turba autem iniquorum, cum facultas est in populis[545] promendi sermonem, generali obiurgatione ferienda est, et maxime, si occasionem atque oportunitatem prebuerit aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis uapulare.

Gratian. *Precepta uero euangelica*[546] *de dilectione inimicorum, et misericordia inpendenda proximis, exhortationes quoque Apostoli*[547] *de cibandis uel potandis inimicis, non eatenus intelligenda sunt, ut peccandi relaxetur inpunitas, sed ut delinquenti correctio et naturae ministretur subsidium, donec per sentenciam iudicis, adempta spe correctionis, malorum tollatur exercitium. In hoc ergo iubemur diligere inimicos, et miseri eorum, ut de eorum perditione doleamus, eorum salutem desideremus, et pro illorum*[548d] *correctione cottidie laboremus et oremus, penitentibus solacia inpendamus, alter alterius*[549] *onera portantes; ut non*[550] *pertinaces et in malo persistentes inpunitate*[551] *donemus. Sicut enim erga penitentes non seueri, sed misericordes esse monemur, iuxta illud*[552]: *„Noli esse*[553]* *nimis iustus, quia est iustus qui perit in iusticia sua,“ et iterum: Iudicium sine misericordia*[554e] *ei, qui non fecit*[555] *misericordiam;“ et item illud Apostoli in secunda epistola ad Chorinthios*[556]: *„Cui aliquid donastis, et ego. Nam et ego si quid donaui, propter uos donaui, ac si ipse Christus donaret, ut non circumueniamur a sathana, Non enim ignoramus cogitationes eius,“ qui quos nequit consentiendo decipere facit nimis asperos, sicut, inquam, penitentibus, ut dictum est, misericordes esse iubemur, sic inpenitentibus*[557f] *et obstinatis in malo inpendere prohibemur misericordiam.*

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 30. a) Silverii Papae b) C. XXX. Apostolicus anathematizavit eos, qui eum ceperunt, vel qui deinceps episcoporum aliquem ceperint c) ad: *deest* d) apostolica et synodali e) ergo f) ulciscendum g) exemplo suo h) idololatriae i) Christus: *deest* k) XXIV. — c. 31. a) aut b) quia et Dominus Iudam, quum fur* esset, quia non est accusatus minime abiecit — c. 32. a) contra epistolam Parmeniani b) correptio c) si d) eorum e) miseric. erit f) ut dict. ... poenitentibus: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

XXX. * Guilisarius: In tribus vetustis exemplaribus, ex quibus caput hoc restitutum est Silverio (antea enim tribuebatur Silvestro), legitur: *Bellisarius*, sed quia est initium capitis, non est mutatum.

** Praedictam patriciam: Sic mutatum est ex ipsa epistola, et vita Silverii, ubi haec patricia vocatur Antonina. Antea legebatur: *praedictum patricium.*

C. XXXI. * Quum fur: Addita hic sunt aliqua verba ex originali.

C. XXXII. * Noli esse: Gratianus non refert ipsa prorsus verba Ecclesiastis. Ea enim sic habent: *Haec quoque vidi in diebus vanitatis meae, iustus perit in iustitia sua, et impius multo vivit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum, neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas.*

Causa XXIII. Quest. IV. can. 29. 499) *cf. supra c.* 26. 500) *imo Ochozias; — cf.* IV. *Reg. c.* 1. 501) IV. *Reg. c.* 1. *v.* 9. 10. 502) iudiciis: *DEH* 503) vindicata: (*H*) ... terrerentur: (*D*) — *AB* || can. 30. 504) *Codd. coll. o.*; Silvestri: *AEH Turrecrem.*; — *ep. apocrypha ap. Hinschius p.* 709.: — *Jaffé no.* CCXIX. — *Ans.* XII, 8. 9. (*can. cont.*); *Polyc.* I, 7, (9,) 3. 4. (*can. cont.*) 505) *rubr.*: *deest*: *ABD*; Apostolicus anathematizavit eos qui eum ceperunt vel episcoporum aliquem: *F*; Silvester papa excommunicavit eos qui in eum manus iniecerunt: *EGH Turrecrem.*; Quod iniuria propriae personae ulciscenda videatur: *C*: *in B canon cum antecedente coniunctus est.* — 506) Volisarius: *orig. Ans.* 507) *Codd. coll. o. Polyc.* 508) tenuit: *Polyc.* 509) predictum patricium: *CEFGH Edd. coll. o.* 510) *add.*: me: *DEGH orig.* 511) in: *deest*: *Ans.* 512) Et: *BCEGH Ed. Bas.*; Et ego: *F* 513) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 514) ita (decipiet: *Ans.*) deciperet: *orig. Ans. Polyc.* 515) *epistola aeque apocrypha ap. Blondell. Pseudois. p.* 603. — *Jaffé no.* CCXVIII. — 516) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 517) poenae: *orig.* 518) *Codd. coll. o.* 519) *Exod. c.* 32. 520) *Codd. coll. o.* 521) *ib.* 522) *BCDEFGH* 523) *Num. c.* 25. 524) *Codd. coll. o.* 525) etiam: *BEFGH* 526) *Num. c.* 11. 527) et: *AC* 528) III. *Reg. c.* 18. 529) peccatum: *AEFG* 530) *Ioann. c.* 12. || can. 31. 531) *Non est Ambrosii*; — *cf. c.* 17. *Qu.* 1. *C.* II. 532) *ABCDF* 533) *Codd. et Edd. coll. o. sed in EFGH Edd. coll. o. pro* non *legitur* nec || can. 32. 534) *Codd. coll. o. pr. AF*; — *no.* 14. *Ed. Maur.*; *Ivo Prolog.* 535) nec: *orig.* 536) *CDEGH Ivo* 537) *Ezech. c.* 9. 538) eorum: *Edd. coll. o.* 539) *l. c. no.* 14. 540) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 541) sever.: *deest*: *EGH* 542) et inpia: *Ivo* 543) fiunt: *orig. Ivo* 544) *no.* 16. *l. c.* 545) populorum (in: *deest*): *Ivo* 546) *Luc. c.* 6. *v.* 27. 547) *Rom. c.* 12. *v.* 20. 548) *Codd. coll. o.* 549) *Gal. c.* 6. *v.* 5. 550) non tamen ut: *EGH* 551) inpunitati: *ABCF*; impunitatem: *D* 552) *Eccl. c.* 7. *v.* 17. 553) item: *EGH*; — *Iacob. c.* 2. *v.* 13. 554) *ABCEGH* 555) fecerit: *CEH* 556) II. *Cor. c.* 2. *v.* 10. 557) *Codd. coll. o.*

Unde Ambrosius in libro de offitiis[558a]:

C. XXXIII. *De iusta et iniusta misericordia.*

Est iniusta misericordia. Denique in lege scriptum est de quodam[559]: „Non misereberis illius,“ et in libris Regum[560b] legitur[561c], quia Saul[562d] contraxit offensam[563], quia miseratus est Agag[564] hostium regem, quem prohibuerat[565] diuina sentencia seruari. Ita[566e], si quis latronem[567] filiis deprecantibus motus, et lacrimis coniugis eius inflexus absoluendum putat[568f], cui adhuc latrocinandi aspiret affectus, nonne innocentes tradet[569g] exitio qui liberat multorum exitia cogitantem? Certe si gladium reprimit, uincula dissoluit[570h], laxat exilium[571i]? cur latrocinandi qua potest clementiori uia non eripit facultatem, qui uoluntatem extorquere non potuit? Deinde inter[572] duos, hoc est accusatorem et reum, pari periculo de capite decertantes[573k], alterum, si non probasset, alterum, si esset ab accusatore conuictus, si[574l] non id, quod iusticiae est, iudex exequatur[575m]: sed miseretur alterius, aut dampnabit[576n] probantem, aut, dum accusatori fauet, quod[577o] probare[578] non possit[579], addicet[580p] innoxium; non potest igitur hec[581] dici iusta misericordia. In ipsa ecclesia, ubi maxime quis misereri debet[582q], teneri quam maxime debet forma iusticiae, ne quis a consortio criminationis[583r] abstractus[584s*], breui lacrimula atque ad tempus parata, uel etiam uberioribus fletibus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus a facilitate[585] sacerdotis extorqueat. Nonne[586] cum uni indulget indigno, ad prolapsionis[587] contagium prouocat uniuersos[588t]? Facilitas enim ueniae incentiuum tribuit delinquendi.

C. XXXIV. *Non debemus in mala causa pauperi misereri.*

Item Augustinus in libro Psalmorum, [Psal. 32.][589*]

Ne amisso iudicio sis pauperi in mala causa misericors, cuius si parcis saccello, percutis cor[590], et tanto nequiorem reddis, quanto iustum fauere uidet sibi.

C. XXXV. *Homini est miserendum, peccatori*[591] *est*[592a] *irascendum.*

Idem[593*].

Duo ista nomina cum dicimus, homo peccator, non utique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripe: et[594b] quia homo[595c], miserere, nec omnino liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic offitio[596] omnis[597d] inuigilat[598e] disciplina, sicut cuique regenti apta et[599] accommodata est, non solum episcopo regenti plebem suam, sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. *Et paulo post:* §. 1. Ita nulli homini claudenda est misericordia, nulli[600] peccato[601f] inpunitas relaxanda[602g]. Hinc itaque[603h] intelligendum est, quam[604] non sit contempnenda elemosina, que quibusque pauperibus iure humanitatis inpenditur, quandoquidem Dominus subleuabat[605i] indigentiam pauperum etiam his[606k] loculis, quos ex[607] opibus[608] inplebat aliorum. *Et paulo post:* §. 2. Non ergo suscipiamus peccatores, propter[609l] quod sunt peccatores, sed tamen eos ipsos, quia et homines sunt, humana consideratione tractemus; persequamur in eis propriam iniquitatem, misereamur communem naturam[610m].

Gratian. *Item illud euangelii, quod obiciebatur*[611]: „*Qui gladio usus fuerit gladio cadet,*“ *Augustinus exponit in lib.* 2. *contra Manicheos,* [cap. 70.] *ita dicens*[612a]:

C. XXXVI. *Qui*[613b] *dicatur gladium accipere.*

Ille gladium accipit[614], qui, nulla superiori ac legitima[615c] potestate uel iubente, uel concedente, in sanguinem alicuius armatur.

VII. Pars. Gratian. *Porro illud Ieronimi*[616], *quo ecclesia negatur aliquem persequi, non ita intelligendum est, ut generaliter ecclesia nullum persequatur, sed quod nullum iniuste persequatur. Non enim omnis persecutio culpabilis est, sed rationabiliter hereticos persequimur, sicut et Christus corporaliter persecutus est eos, quos de templo expulit.*

Unde Augustinus ait Vincentio Donatistae[617a]:

C. XXXVII. *Potestatis offitio utiliter inquieti corriguntur.*

Nimium[618] sunt inquieti[619b*], quos per ordinatas a Deo potestates[620**] cohiberi atque corrigi michi[621] non uidetur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus. *Et post pauca*[622c]: §. 1. Si enim quisquam inimicum suum periculosis febribus freneticum factum currere in preceps[623d] uideret, nonne tunc pocius malum pro malo redderet, si sic eum ire[624e] permitteret, quam si corrigendum curandumque[625f] ligaret[626g]? Et tamen ei tunc molestissimus et aduersissimus uideretur, quando utilissimus et misericordissimus extitisset. Sed[627] plane salute reparata tanto uberius ei gratias ageret, quanto minus sibi[628h] pepercisse sensisset. *Et post pauca*[629]: §. 2. At[630i] quibusdam ista non prosunt. Numquid ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum est insanabilis pestilentia? *Item post aliqua*[631]: §. 3. Non[632] omnis, qui parcit, amicus est, nec omnis, qui uerberat, inimicus[633]. Meliora sunt uulnera amici, quam oscula[634k]

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 33. a) sermone VIII. in Psalm. 118. v. 2. b) Regnorum c) legis d) Saul postea e) Itaque f) putet g) tradit h) dissolvit, cur i) exsilio k) decernentes l) si: *deest* m) sequatur n) sed dum miseretur rei damnet o) qui p) addicat q) maxime misereri decet r) communionis s) abstentus* t) plurimos facit ad prolaps. contag. provocari? — c. 35. a) est: *deest* b) et: *deest* c) homo est d) nominis e) invigilet f) peccatori g) relaxanda est h) itaque maxime i) sublevabit k) ex his l) propterea m) conditionem — c. 36. a) in 22. lib. contra Faustum Manichaeum b) Quis c) legitime — c. 37. a) Donat.: *deest* b) inquieti Donatistae* c) Item infra d) praecipitium e) currere f) corripiendum ligandumque g) curaret h) sibi eum i) At enim k) blanda oscula

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIII. * Abstentus: Antea legebatur: *a consortio communionis vel criminationis abstractus.* Emendatum est et hoc, et multa alia ex ipso originali.

C. XXXIV. * Fere eadem sunt in glossa ordinaria in Psal. 32. ad vers. *Diligit misericordiam,* ex B. Augustino collecta sententia.

C. XXXV. * Initium huius capituli habetur in sermone 94. et 109. de tempore, et hom. 6. in lib. 50. homiliarum. Verum integrum est apud Bedam in comm. epistolae ad Galatas, c. 6.

C. XXXVII. * Donatistae: Apud Anselmum titulus est: *Augustinus Vincentio.* Initium vero capituli est: *Donatistae nimium,* et apud B. Augustinum: *Sed Donatistae nimium.* Propterea reposita est hoc loco dictio: *Donatistae,* inducta autem in titulo; ibi enim antea legebatur: *Augustinus ait Vincentio Donatistae.*

** Potestates: Sequebatur in vulgatis: *saeculares,* quae vox abest a plerisque vetustis, et Anselmo, et originali. Multa vero alia ex ipso praesertim originali sunt emendata.

Causa XXIII. Quest. IV. can. 33. 558) *Codd. et Edd. coll. o.; — imo Sermo* 8. *in Psalm.* 118. *v.* 50. *no.* 25. — *Polyc.* VI, 21, 1. 559) *Deut. c.* 19. *v.* 13. 560) *Codd. et Edd. coll. o.; — cf.* I. *Reg. c.* 15. 561) *Codd. et Edd. coll. o.* 562) *ib.;* Saul propterea: *orig.* 563) *add.:* Dei: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 564) Agab: *AEGH;* Agaz: *D* 565) prohibebat: *Polyc.* 566) *Codd. et Edd. coll. o.;* at: *orig. Polyc.* 567) latronis: *orig.* 568) *Codd. et Edd. coll. o.* 569) *ib. orig. Polyc.* 570) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 571) *Codd. et Edd. coll. o.* 572) si inter: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; denique inter: *Corr.* 573) *Codd. et Edd. coll. o.* 574) *ib. pr. H* (sicut) 575) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (exequitur) 576) *ib.* 577) *ABCDF Edd. coll. o.* 578) probari: *Edd. Arg. Ven.* I. 579) posset: *D Edd. Bas. Ven.* I. *Par. Lugd.* I. 580) *Codd. coll. o. pr. C; — Edd. Parr. Lugdd.* II. III.; addicit: *C Ed. Lugd.* I.; adiiciet: *Edd. rell.* 581) hoc: *EGH* 582) *Codd. et Edd. coll. o.* 583) *Codd. coll. o. Ed. Arg.* 584) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 585) facilitas (a: *deest*): *Polyc.* 586) *add.:* etiam: *Edd. coll. o.* 587) probationis: *ABCDF;* prolationis: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 588) *Codd. et Edd. coll. o. sed pro* provocat *in Edd. coll. o. legit.:* vocat ‖ can. 34. 589) *Glossa ordin. in Ps.* 32. *ex Augustino* 590) *add.:* eius: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. ‖ can. 35. 591) peccato: *ABC* 592) *ABDEFGH* 593) *imo Beda in Gal. c.* 6. *verbis ex Augustino hinc inde collectis.* — *Ans.* XIII, 21. (*can. contin.*); *Polyc.* VI, 21, 2. 594) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *orig. Polyc.* 595) *Codd. et Edd. coll. o.* 596) offit.: *deest: Polyc.* 597) *EGH orig. Polyc.;* minus: *D* 598) *Codd. coll. o. orig. Polyc.* 599) et: *deest: EH* 600) sicut nullo: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 601) *ABF orig. Ans. Polyc.* 602) *EFGH orig. Ans. Polyc.; —* laxanda: *BCD* 603) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 604) quod: *ABC Edd. coll. o. Turrecrem.* 605) *AF orig. Ans. Polyc.;* sublevavit: *CDEGH* 606) *Codd. et Edd. coll. o.* 607) *R. vocem* ex, *quam in Edd. coll. o. desiderari contendit, immerito a Corr. insertam esse censuit.* 608) operibus: *BDF Edd. coll. o. pr. Arg.* 609) *C Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *Ans. Polyc.;* propter hoc: *Codd. et Edd. rell.* 610) *Codd. et Edd. coll. o.* 611) obicitur: *EH* ‖ can 36. 612) *Codd. coll. o.; — imo c.* 70. *lib.* XXII. — *Ivo Decr.* (*can.:* qui gladio usus; *cont.*) *Ivo Pan.* VIII, 44. (*ut in Decr.; cont.*) 613) *Codd. coll. o. pr. C* (quid); dicantur: *AB* 614) autem utitur: *orig. Ivo Decr. Pan.* 615) *ABCDF orig. Ivo Decr. Pan.* 616) *cf. supra c.* 13. ‖ can. 37. 617) *Codd. et Edd. coll. o.; — Ep.* 93. *no.* 1. *Ed. Maur. scr. c. a.* 408. *Ans.* XII, 55. 618) nimirum: *ABEGH* 619) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 620) *add.:* seculares: *EGH Edd. coll. o. pr. Arg.* 621) michi: *deest: Ans.* 622) *Codd. coll. o. Ans.; l. c. no.* 2. 623) *Codd. coll. o. Ed. Arg. orig. Ans.* 624) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 625) *Codd. et Edd. coll. o.* 626) *ib. Ans.* 627) si: *AB* 628) *Codd. coll. o. Ans.* 629) *l. c. no.* 3. 630) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 631) pauca: *AEGH* 632) *l. c. no.* 4. — *supra c.* 2. *Qu.* 5. *C.* V. 633) *add.:* est: *BFGH* 634) *A Ed. Arg. Ans.;* voluntaria oscul.: *C orig.;* fraudulenta osc.: *G*

inimici. Melius[635] est cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iusticiam negligebat[636], quam esurienti panis frangitur, ut iniusticiae seductus adquiescat. *Item post pauca*[637]: §. 4. Putas, neminem debere cogi ad iusticiam, cum legas patremfamilias dixisse[638] seruis[639]: „Quoscumque inueneritis cogite intrare;" cum legas[640] etiam ipsum primo Saulum, postea Paulum, ad ueritatem cognoscendam et tenendam magna uiolentia Christi cogentis conpulsum esse. *Item post pauca:* §. 5. Et noueritis[641 l] furem aliquando auertendis pecoribus pabulum spargere, et aliquando pastorem flagello[642 m] errantia pecora reuocare. *Item*[643 n]: §. 6. Si semper esset culpabile persecutionem facere, non scriptum esset in libris sanctis[644]: „Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequebar." Aliquando ergo et qui eam patitur iniustus est, et qui eam facit iustus est. Sed plane sepe[645 o] et mali persecuti sunt bonos, et boni[646 p] malos; illi nocendo per iniusticiam, illi[647 q] consulendo per disciplinam; illi inmaniter, illi[648 r] temperanter; illi seruientes[649] cupiditati[650], illi[651 s] karitati[652]. Nam qui trucidat non considerat quemadmodum[653] secet[654 t]. Ille[655 u] enim[656] persequitur sanitatem, ille[657 v] putredinem. Occiderunt inpii Prophetas: occiderunt inpios et Prophetae. Flagellauerunt Iudei Christum: Iudeos flagellauit et Christus; traditi sunt Apostoli ab hominibus humanae potestati: tradiderunt[658 w] Apostoli homines potestati sathanae. In his omnibus quid adtenditur, nisi eorum quis pro ueritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa, quis emendandi? *Et paulo post*[659]: §. 7. Constantinus inperator[660 x] constituit[661], ut res conuictorum et unitati peruicaciter resistentium fisco uendicarentur. *Et post pauca:* §. 8. Certe[662] nullius crimen maculat nescientem. *Item*[663 y]: §. 9. Facta nocentium, que innocentibus demonstrari uel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant[664] quemquam, sed[665 z] propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni sunt[666 aa] deserendi, sed propter bonos mali sunt[667] tollerandi, sicut tolerauerunt Prophetae[668 bb], contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum[669] illius populi relinquebant.

C. XXXVIII. *Heretici ad salutem etiam*[670] *inuiti sunt trahendi.*

Item Donato Presbitero, [epist. CCIV.][671]

Displicet tibi, quod[672 a] traheris ad salutem Dei[673 b], cum tamen[674 c] multos nostros traxeris[675] ad perniciem? Quid enim uolumus[676], nisi te conprehendi, et presentari, et seruari[677], ne pereas? Quod autem in corpore lesus es, ipse tibi fecisti, qui iumento tibi mox admoto uti noluisti, et te ad terram grauiter collisisti. Nam utique alius, qui adductus est tecum, collega tuus illesus[678] uenit, quia[679 d] ipse sibi talia non fecit. Sed neque putas hoc tibi fieri debuisse, quia[680] neminem existimas cogendum[681 e] ad bonum. Adtende quid dixerit[682] Apostolus: „Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat."[683] Et tamen tam[684] multi ut episcopatum suscipiant tenentur inuiti, producuntur[685 f], includuntur[686 g], patiuntur tanta[687 h] que nolunt, donec eis adsit uoluntas suscipiendi operis boni. Quanto magis uos[688] ab errore pernicioso, in quo uobis inimici estis, trahendi estis et perducendi[689] ad ueritatem uel cognoscendam, uel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne nequissime[690 i] pereatis? §. 1. Dicis, Dominum[691 k] dedisse arbitrium liberum, ideo non debere[692] hominem cogi ad[693 l] bonum. Quare ergo illi, de quibus supra diximus[694 m], coguntur ad bonum? Adtende ergo* et[695 n] considera[696 o] quod non ideo[697 p] uoluntas bona misericorditer inpenditur, ut mala uoluntas hominis diligatur[698 q]. Nam quis nesciat, nec dampnari hominem, nisi merito malae uoluntatis, nec liberari, nisi bonam habuerit uoluntatem? Non tamen ideo qui[699] diliguntur malae suae uoluntati inpune et crudeliter permittendi sunt, sed, ubi potestas datur, et a malo prohibendi, et ad bonum cogendi[700]. Nam, si uoluntas mala semper suae permittenda est libertati, quare Israelitae recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, et ad terram repromissionis[701 r] conpellebantur? Si uoluntas[702] mala[703 s] suae permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus uti pessima uoluntate, qua persequebatur ecclesiam, sed prostratus est, ut cecaretur[704 t], et[705] cecatus est[706 u], ut mutaretur, et[707 v] mutatus est[708 w], ut mitteretur, missus est[709], ut qualia fecerat[710] in errore, talia pro ueritate pateretur? Si uoluntas mala semper suae permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis[711] filium durum[712] non solum uerbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam coactus[713] ac[714] domitus dirigatur? Unde idem Salomon[715 x] dicit: „Tu[716] percutis eum uirga, animam autem eius liberas a morte." Si[716] mala uoluntas semper suae permittenda est libertati, quare corripiuntur negligentes pastores, et dicitur eis[718]: „Errantem[719 y] non reuocastis, perditum[720 z] non requisistis?"[721 aa] Et uos oues Christi estis; characterem dominicum portatis[722] in sacramento, quod accepistis; sed erratis et peritis. Non ideo uobis displiceamus, quia reuocamus errantes, et querimus errantes[723 bb] perditos. Melius enim facimus uoluntatem Domini monentis, ut[724] uos ad eius ouile redire cogamus, quam consentiamus uoluntati[725 cc] errantium, ut perire uos permittamus. §. 2. Noli ergo iam dicere, quod te assidue audio dixisse[726 dd]: Sic uolo errare, sic uolo perire. Melius[727 ee] hoc omnino[728] non permittimus, quantum possumus. Modo, quod te in puteum, quo[729 ff] morereris[730], misisti, utique libera uoluntate fecisti. Sed quam crudeles essent serui Dei, si huic malae uoluntati tuae te permitterent, et non te de illa morte liberarent? Quis eos

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 37. l) noveris m) flagello ad gregem n) Item infra o) plane semper p) boni persecuti sunt q), r) *et* s) isti t) laniet u) qui autem considerat quemadmodum secet. Ille v) iste w) tradiderunt et x) imperator primus y) Item infra z) si aa) sunt: *deest* bb) Prophetae eos — c. 34. a) quia b) Dei: *deest* c) tam d) qui e) cogendum esse f) perducuntur g) includuntur, custodiuntur h) tanta: *deest* i) pessime k) Deum l) nec ad m) dixi n) quod o) considerare (quod: *deest*) p) vis. Ideo q) dirigatur r) promissionis s) mala semper t) excaecaretur (et: *deest*) u) excaecatus (est: *deest*) v) et: *deest* w) (est: *deest*) ut mitteretur missus (est: *deest*) x) Salom.: *deest* y) Errantem ovem z) perditum aa) inquisistis bb) errantes: *deest* cc) voluntati ovium dd) dicere ee) Melius enim nos ff) ut

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXVIII. * Attende ergo: Locus hic (quemadmodum et multa alia in hoc capite) emendatus est ex B. Augustino. Antea legebatur: *Attende ergo, et considera, quod non ideo voluntas bona misericorditer impenditur, ut mala voluntas hominis diligatur.*

Causa XXIII. Quest. IV. can. 37. 635) *Prov. c. 27. v. 6.* 636) negligat: *Edd. coll. o. orig.* 637) *l. c. no. 5.* 638) *Luc. c. 14. v. 23.* 639) *add.:* suis: *Ans.* 640) *Act. c. 9.* 641) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven. I. Ans.*; et cum noveritis: *Edd. rell.* 642) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 643) *Codd. coll. o. Ans. — l. c. no. 8.* 644) *Psalm. 100. v. 5.* 645) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 646) *ib.* 647) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 648) *ib.* 649) sevientes: *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II III. 650) cupiditate: *ABCF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 651) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 652) caritate: *ABCF* 653) quomodo: *Ans.* 654) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 655) *Codd. coll. o. Ans.* 656) en.: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. errans a Corr. insertum esse putaverit.* 657) *ABCDF Edd. Bas. orig. Ans.* 658) *Codd. et Edd. coll. o.* 659) *l. c. no. 14.* 660) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 661) *add.:* in hac causa: *orig.* 662) *l. c. no. 15. — cf. c. 1. Qu. 4. C. I.* 663) *Codd. coll. o. pr. A; — Ans.; cf. supra c. 10.* 664) coinquinant: *B Edd. coll. o. pr. Arg.* 665) *Codd. coll. o. Ans.* 666) *ib.* 667) sunt: *deest: A Ans.* 668) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig. Ans.* 669) sacrorum: *Edd. Lugdd.* II. III. || can. 38. 670) et: *EGH; deest: C* 671) Idem: *ABF; — Ep. 173. no. 1. Ed. Maur. scr. ao.* 416.; *Ans.* XII, 57. (56.); *Deusded. p. II. a Corr. et R. laudatur, cum tamen canonem in Ed. coll. non invenerimus.* 672) *Codd. coll. o. Ans.* 673) *Codd. coll. o. pr. AC* 674) *Codd. et Edd. coll. o.* 675) traxeritis: *Ans.* 676) voluimus: *orig.* 677) reservari: *Ans.* 678) et illaesus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 679) *Codd. coll. o. pr. A* 680) qui: *F Edd. coll. o. Ans.* 681) *Codd. et Edd. coll. o.* 682) *EGH Ed. Bas.; — cf. I. Tim. c. 3. v. 1.* 683) concupiscit: *orig.* 684) tam: *deest: ABEGH* 685) *ABCDF* 686) *Codd. et Edd. coll. o.* 687) *ABCDF orig. Ans.*; mala: *EGH Ed. Bas.*; mala inviti: *Edd. rell.* 688) nos: *Ans.* 689) produc.: *Ed. Bas.*; deduc.: *orig.* 690) *Codd. coll. o.* 691) *ib.* 692) deberi: *ABCDF* 693) *Codd. et Edd. coll. o.* 694) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — Ans.* 695) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C (deest); — Ans.* 696) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 697) *ib.* 698) *ib.* 699) *Ivo Pan.* VIII, 17. 700) *add.:* sunt: *EGH Edd. coll. o. Ivo* 701) *DEGH Ans.* 702) *add.:* vero: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 703) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven. I. Ans.* 704) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 705) *Codd. coll. o. pr. B; — orig.* 706) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 707) *DEGH Ans.* 708) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 709) et miss.: *EGH* 710) fecerit: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 711) *cf. Eccl. c. 30. v. 12.* 712) dur.: *deest: EGH*; duris: *Ivo* 713) cogatur et a domino diligatur: *Ivo (finis canonis)* 714) et: *orig.* 715) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — cf. Prov. c. 13. v. 14.* 716) Tu quidem: *orig.* 717) *add.:* autem: *CD Edd. coll. o.* 718) *Ezech. c. 34. v. 4.* 719) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 720) *Codd. et Edd. coll. o.* 721) *CD Ed. Bas. orig.*; reinquis.: *A* 722) portastis: *EGH Ed. Bas.* 723) *Codd. coll. o. pr. A* 724) si: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 725) *Codd. et Edd. coll. o.* 726) *BEFGH Edd. coll. o. pr. Arg.; — Ans.* 727) *Codd. et Edd. coll. o.*; mel. enim: *Ans.* 728) perire: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 729) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 730) moreris: *BCDF Edd. Bas. Ven. I. II. Nor. Par.*; morieris: *Ed. Lugd.* I.

non merito culparet? Quis non inpios recte iudicaret? Et tamen tu te uolens in aquam[731] misisti, ut morereris; illi te nolentem[732] leuauerunt de aqua, ne morereris. Tu fecisti secundum uoluntatem tuam, sed in perniciem tuam; illi[733] contra uoluntatem tuam, sed contra mortem[734gg] tuam. Si ergo salus ista[735] corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, seruetur: quanto magis illa spiritualis, in cuius desertione mors eterna metuitur? Quamquam et[736] in ista morte, quam tu ipse tibi uoluisti inferre, non solum ad tempus, sed etiam in eternum morereris, quia, etsi non ad salutem, non[737] ad ecclesiae pacem, non ad Christi corporis unitatem, non ad sanctam et indiuiduam karitatem, sed ad mala aliqua cogereris, nec sic tibi ipse inferre mortem debuisti. Considera scripturas diuinas, et discute quantum potes, et uide, utrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum atque fidelium, cum ab eis mala tanta perpessi sunt[738], qui eos ad interitum[739hh], non ad uitam[740ii], quo[741kk] conpelleris, adigebant[742]. *Et post pauca*[743]: §. 3. Repetis, sicut audio, quod in euangelio scriptum est, recessisse a Domino LXX.[744] discipulos, et arbitrio suae malae atque inpiae discessionis fuisse permissos; ceterisque duodecim, qui remanserant, fuisse responsum: „Numquid et uos uultis abire?“[745ll] Et non adtendis[746] quia tunc primum ecclesia nouello germine pullulabat, nondumque[747mm] conpleta fuerat illa prophetia[748]: „Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient ei?“[749nn] Quod utique quanto magis inpletur, tanto maiore ecclesia utitur potestate, ut non solum non[750oo] inuitet, sed etiam cogat[751] ad bonum. Hoc[752pp] Dominus significare uolebat, qui, quamuis magnam haberet potestatem, prius tamen elegit conmendare[753] humilitatem. Hoc et in illa conuiuii similitudine satis euidenter ostendit[754], ubi misit ad inuitatos, et noluerunt uenire, et ait seruo[755]: „Exi cito[756qq] in plateas** et uicos ciuitatis, et pauperes ac[757] debiles, cecos[758] et claudos introduc huc. Et ait Domino seruus: Factum est, ut inperasti, et adhuc locus est. Et ait Dominus seruo: Exi in uias et sepes, et conpelle intrare, ut inpleatur domus mea.“ Vide nunc, quemadmodum de his, qui primi[759rr] uenerant[760ss], dictum est: introduc eos; nunc[761] dictum est: conpelle. Ita significata sunt ecclesiae primordia adhuc crescentis, ut essent uires etiam conpellendi.

C. XXXIX. *Heretici utiliter patiuntur que utiliter catholici inferunt.*

Idem super Iohannem, [tractatu XI. ad c. 3.][762]

Quando uult Deus concitare potestates[763] aduersus hereticos, aduersus scismaticos, aduersus dissipatores ecclesiae, aduersus exsufflatores[764] Christi, aduersus blasphematores Christi[765a] baptismi[766] non mirentur. Quia Deus uocitat[767b], ut a Sara uerberetur Agar, cognoscat se Agar[768c], ponat[769] ceruicem; que[770d], cum humiliata discederet[771] a domina sua, occurrit ei angelus, et dixit[772]: „Quid[773] tibi[774e] est Agar, ancilla Sarae?“ Cum[775] conquesta[776f] esset de domina, quid audiuit ab angelo: „Reuertere ad dominam tuam.“ Ad[777] hoc ergo[778] affligitur, ut reuertatur, atque[779] utinam reuertatur, quia proles eius, sicut Iacob[780g], cum fratribus hereditatem tenebit. Mirantur autem, quia conmouentur potestates[781] Christianae contra[782h] dissipatores detestandos[783] ecclesiae. Si[784] non[785i] mouerentur[786], quomodo[787] redderent rationem de[788] inperio suo Deo[789]? Intendat karitas uestra quid dicam, quia hoc pertinet ad reges seculi[790] Christianos[791], ut temporibus suis pacatam uellent[792k] suam matrem ecclesiam[793l], unde spiritualiter nati sunt. *Et paulo post*: §. 1. Nabuchodonosor rex decreuit, dicens[794]: „Quicumque dixerint blasphemiam in deum Sydrac, Mysac, et Abdenago, in interitu[795m] erunt, et domus eorum in dispersione[796n]. Ecce quomodo rex alienigena seuit, ne blasphemetur[797o] Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne[798] liberare. Et[799] nolunt, ut seuiant reges Christiani, quia Christus exsufflatur, a quo non[800] tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarum igne liberatur[801]? *Et infra*: §. 2. Quomodo ergo[802] reges isti[803] non moueantur, qui non[804] tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed se[805] ipsos de[806p] flamma gehennae[807q], quando uident Christum, a quo liberati sunt, exsufflari in Christianis? quando audiunt dici Christiano: Dic te non esse Christianum? Talia facere uolunt, sed[808r] saltim[809] talia pati nolunt[810]. Nam uidete, qualia faciunt, et qualia patiuntur; occidunt animas, affliguntur in corpore; sempiternas mortes faciunt, et temporales se perpeti conqueruntur.

C. XL. *Ecclesia ratione hereticos persequitur.*

Idem contra Petilianum, [lib. II. c. 79.][811a]

Qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem. Quia uero interrogas[812b], que sit ratio persequendi, uicissim te interrogo, cuius sit uox in Psalmo dicentis[813]: „Detrahentem secreto proximo suo, hunc[814] persequebar.“ Quere itaque causam[815c], et[816d] modum persecutionis, et noli tanta imperitia malorum generaliter persecutores[817e] reprehendere. [c. 82.][818f]: Non[819] enim persequimur uos[820], nisi[821] quemadmodum ueritas persequitur falsitatem. *Item* [c. 10.][822g]: §. 2. Petilianus dixit, si Apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? Augustinus respondit: Possem quidem dicere, ipsum sathanam omnibus malis hominibus esse peiorem, cui tamen tradidit Apostolus hominem in interitum carnis, ut spiritus sit saluus in die Domini Iesu[823], item[824h] alios, de quibus dicit[825]: „Quos tradidi sathanae, ut discant non blasphemare.“ Et Dominus[826i] flagellatos[827] expulit de templo inprobos mercatores, ubi etiam connexum est testimonium

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 38. gg) propter salutem hh) ad aeternum interitum ii) vitam aeternam kk) quo tu ll) ire mm) nondunque in ea nn) illi oo) non: *deest* pp) Hoc tunc qq) cito: *deest* rr) prius ss) venerunt — c. 39. a) Christi: *deest* b) concitat c) Agar et d) quia e) tibi: *deest* f) questa g) filii Iacob h) adversus i) non ergo k) velint l) ecclesiam habere m) interitum n) perditionem o) blasphemaretur p) liberatos de q) gehenna (flam.: *deest*) r) et — c. 40. a) contra literas Petiliani b) interrogas me c) vel causam d) vel e) persecutiones f) Et infra: c. 82. g) Item supra h) itemque i) Dominus Christus

NOTATIONES CORRECTORUM.

** **In plateas**: Sic emendatum est ex evangelio B. Lucae, expunctis duabus vocibus. Antea enim legebatur: *exi cito in vias et plateas.*

Causa XXIII. Quest. IV. can. 38. 731) aqua: *EH* 732) nolente: *B Ans.* 733) et illi: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 734) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 735) ista: *deest: C Ans.* 736) et: *deest: orig.* 737) nec: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 738) sint: *orig.* 739) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 740) *Codd. et Edd. coll. o.* 741) *ib. Ans.* 742) abigebant: *EGH*; cogebant: *D* 743) *l. c. no.* 10. 744) LXXII.: *A Corr.*; *add.*: al. LXXII.: *Edd. Ven.* I. II. *Lugd.* I. *Par.* — *cf. Ioann. c.* 6. *v.* 68. 745) *Codd. et Edd. coll. o.* 746) attenditis: *Ans.* 747) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.*; nondum: *Edd. Bas. Lugdd.* 748) *Psalm.* 71. *v.* 11. 749) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 750) *BCF Ans.* 751) cogit: *Ans.* 752) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 753) conmend.: *deest: Ans.* 754) ostenditur: *AB Edd. coll. o. pr. Bas.* 755) *Luc. c.* 14. *v.* 21. 756) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.*; *add.*: in vias: *Edd. coll. o.* 757) et: *orig.* 758) cec.: *deest: ib.* 759) *Codd. coll. o.*; primum: *Ed. Bas.*; primo: *Edd. rell.* 760) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 761) non: *ACDF Corr.*; nam sicut: *Ans.* ‖ can. 39. 762) *no.* 13. *Ed. Maur.* — *Ans.* XII, 54.; *Ivo Decr.* X, 99.; *Polyc.* VII, 6, (5,) 32. 763) potestates: *ABH* 764) sufflatores: *ACDF* 765) *ABCDF Ans.* 766) blasphemi: *EGH*; *deest: AC Edd. coll. o.* 767) *Codd. coll. o. Ed. Bas.*; vocat: *Ed. Arg.* 768) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D*; — *orig. Ans. Ivo Polyc.* 769) suam ponat: *EGH Ed. Bas.*; supponat: *Edd. rell. pr. Arg.*; — *Corr. Ans.* 770) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 771) descenderet: *Ans.* 772) *add.*: ei: *Ivo*; *Genes. c.* 21. *v.* 17. 773) Quid . . , tenebit: *deest: Ivo* 774) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 775) Cum vero: *Ivo*; quae cum: *Polyc.* 776) *BDF Edd. coll. o. orig.* 777) ab: *Ans.* 778) igitur: *AC* 779) atque . . . revert.: *deest: EGH Ed. Bas.* 780) *Codd. coll. o. pr. A*; — *Ed. Bas.*; proles Iacob: *A Edd. rell.* 781) pastores fidei Christianae: *Ivo* 782) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 783) detestatores: *EGH* 784) Sed si: *Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III.; si: *deest: orig.*; nisi: *Ivo* 785) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 786) conmover.: *BCD Edd. coll. o. pr. Arg.* 787) et quom.: *orig.* 788) pro: *Ivo* 789) Domino: *EGH* 790) *add.*: scilicet: *Edd. coll. o.* 791) *finis canonis: Ivo* 792) *Codd. coll. o. Ans.* 793) *ABCDF orig. Ans. Polyc.* 794) *Dan. c.* 3. *v.* 96. 795) *BDEFGH Turrecrem. Edd. coll. o. pr. Bas.*; — *Ans.* 796) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Ed. Bas.* (dispersionem) 797) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 798) camino ignis: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 799) et tamen: *ib.* 800) non tantum: *Polyc.* 801) liberantur: *EGH* 802) ergo: *deest: orig.* 803) et isti: *EGH Ed. Bas.*; ipsi: *Ans.* 804) *add.*: tantum: *DEGH Edd. coll. o. Polyc.* 805) se ips.: *deest: Ans.* 806) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 807) *Codd. et Edd. coll. o.*; de ipsa flamma geh.: *Ans.* 808) *BCEFGH Edd. coll. o.*; *add.*: tamen: *GH Ed. Bas.*; *add.*: etiam: *G* 809) salt.: *deest: ACEGH* 810) volunt: (?) *Ans.* ‖ can. 40. 811) *Codd. coll. o.*; *no.* 176. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* X, 75. (*can.*: Petilianus dixit; *cont.*); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 25. 812) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 813) *Psalm.* 100. *v.* 5. 814) occulte hunc: *Coll. tr. P.* 815) *Codd. et Edd. coll. o.* 816) *ib.* 817) *A Corr. orig.* 818) *Codd. coll. o.*; *ib. no.* 182. — 819) nec (en.: *deest*): *orig. Ivo Coll. tr. P.* 820) in vos: *F*; in vobis: *AB* 821) nisi malum: *ABCF* 822) *Codd. coll. o.*; — *l. c. no.* 23. 823) Dom. nostri Iesu Christi: *Edd. coll. o. pr. Arg.*; Iesu: *deest: Coll. tr. P.*; — *cf.* I. *Cor. c.* 5. *v.* 5. 824) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 825) I. *Tim. c.* 1. *v.* 20. 826) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 827) *Ioann. c.* 2.

scripturae dicentis[828]: „Zelus domus tuae comedit me.“ Ecce, inuenimus Apostolum traditorem, Christum persecutorem. [c. 19.][829k]: §. 3. Quare[830l] per uiolentissimas turbas etiam ultro inprobi estis ecclesiis catholicis, ubi potueritis[831m] aduertere quod innumerabilibus exemplis res ipsa indicat? Sed dicitis, uos loca uestra defendere, et resistitis fustibus et cedibus[832], quibuscumque potueritis[833]. Quare non audistis ibi uocem Domini dicentis[834]: „Ego autem uobis dico, non[835] resistere malo?“ Aut, si fieri potest, ut aliquando recte per uim corporalem resistatur uiolenti[836n], nec ideo preceptum uioletur, quod audiuimus a Domino: „Ego autem dico uobis, non[837] resistere malo:“ cur non etiam hoc fieri potest, ut per ordinatas[838o] et legitimas potestates de sedibus, que illicite usurpantur uel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat inpium, et iustus iniustum? Neque enim eo modo persecutionem passi sunt pseudoprophetae ab Helya[839], quomodo ipse Helyas a rege nequissimo[840], aut, quia flagellatus est Dominus a persecutoribus[841p], passionibus eius conparandi sunt quos ipse de templo flagellatos eiecit. §. 4. Restat ergo, ut nichil aliud requirendum esse fateamini, nisi utrum iuste, an inpie[842q] feceritis, non miremini, si non desunt ministri Deo[843], per quos flagellemini[844], quia persecutionem patimini non a nobis, sed, sicut scriptum est, ab ipsis factis uestris. *Et infra*[845r]: §. 5. De persecutione uestra querela sedabitur, si cogitetis prius et intelligatis, non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioquin non laudabiliter diceretur[846]: „Detrahentem secreto[847] proximo suo, hunc persequebar.“ Nam cottidie uidemus et filium de patre tamquam de persecutore suo conqueri, et coniugem de marito, et seruum de domino, et colonum de possessore, et reum de iudice, et militem uel prouincialem de duce uel rege, cum illi plerumque ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuium[848s] penarum a grauioribus malis prohibeant atque conpescant, plerumque autem a bona uita, et a bonis factis minando et[849] seuiendo deterreant. Sed cum a malo et illicito prohibent[850], correctores[851] et consultores[852] sunt; cum autem a bono et licito, persecutores et obpressores sunt. Culpantur etiam qui prohibent a malo, si modum peccati modus correctionis[853t] excedat.

C. XLI. *A regibus terrae contra inimicos suos ecclesia auxilium petat.*

Idem in epist. [XLVIII.] *ad Vincentium*[854].

Non[855] inuenitur exemplum in euangelicis et apostolicis litteris, aliquid petitum a regibus terrae pro ecclesia[856a] contra inimicos ecclesiae. Quis negat non inueniri? Sed nondum inplebatur illa prophetia[857]: „Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.“[858b] Adhuc enim[859] inplebatur illud, quod in eodem psalmo paulo superius legitur[860c]: „Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, et principes conuenerunt in unum.“[861d] Verumtamen si facta preterita in propheticis libris figurae fuerunt[862] futurorum, in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor, utrumque tempus prefiguratum[863e] est, et quod sub Apostolis habuit[864], et quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum et martirum illud inplebatur, quod figuratum est, quando rex memoratus pios et iustos cogebat adorare symulacrum, et recusantes in ignem[865f] mittebat. Nunc[866g] illud inpletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum uerum decreuit in regno suo, ut, quicumque blasphemaret Deum Sydrach, Mysach et Abdenago, penis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos patiuntur[867h] Christiani pro inpiis. Posterius uero[868] tempus illius[869] regis[870i] tempora[871k] regum fidelium[872l], quos patiuntur inpii pro Christianis. Sed plane in eis, qui sub nomine Christi erant seducti a peruersis, ne forte oues Christi sint errantes[873m], ad[874] gregem aliter[875] reuocandae sint[876], temperata seueritas, et magis mansuetudo seruatur, ut cohercione[877n] exiliorum atque dampnorum[878o] ammoneantur considerare, quid et quare patiantur, et discant preponere rumoribus et calumpniis hominum scripturas, quas legunt. Quis enim nostrum, quis[879] uestrum non laudat leges ab inperatoribus datas aduersus sacrificia paganorum? Et certe longe ibi pena seuerior constituta est. Illius quippe inpietatis capitale supplicium constitutum[880p] est. De uobis autem corripiendis atque cohercendis habita ratio est, qua[881] pocius ammoneremini[882] ab errore discedere[883], quam pro scelere puniremini.

C. XLII. *Malos ecclesia iuste persequitur.*

Idem eiusdem ad Bonifatium Comitem, [ep. L.][884]

Si[885] ecclesia uera[886] ipsa est, que persecutionem patitur, non[887] que fecit[888a], querant[889] ab Apostolo, quam ecclesiam significabat[890] Sara, quando persecutionem faciebat ancillae. Liberam quippe matrem uestram[891b], celestem Ierusalem, id est ueram Dei ecclesiam, in illa muliere dicit[892c] figuratam, que affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus[893], magis illa persequebatur Saram superbiendo, quam[894d] Sara cohercendo. Illa enim faciebat dominae iniuriam, ista inponebat superbae[895e] disciplinam. Deinde quero, si boni et sancti uiri[896f] nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant in Psalmo uocem esse, ubi legitur[897]: „Persequar inimicos meos, et conprehendam illos, et non conuertar, donec deficiant?“ Ergo si uerum dicere uel agnoscere uolumus, est persecutio iniusta, quam faciunt inpii ecclesiae Christi[898g*]. Ista namque[899h] beata est, que persecutionem patitur propter iusticiam; illi[900] uero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniusticiam. Proinde ista persequitur[901] diligendo, illa[902i] seuiendo:

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 40. k) Et infra c. 19.: §. 3. l) Postremo quare m) poteritis n) violentis o) ordinarias p) persecutoribus propterea q) impie vos separaveritis a communione orbis terrarum. Nam si hoc inventum fuerit, quod impie r) Et in libro de unitate ecclesiae cap. 17. s) leviorum t) coërcitionis — c. 41. a) ecclesia et b) terram, servite Domino in timore c) dicitur d) unum adversus Dominum, et adversus Christum eius e) figuratum f) flammas g) Nunc autem h) patiebantur i) eiusdem significabat k) tempora posteriorum l) iam fidelium m) errantes et n) coercitione o) damnorum tribulatione p) constit.: *deest* — c. 42. a) facit b) nostram c) dicit fuisse d) quam illum e) superbiae f) viri g) Christi et est iusta* persecutio, quam faciunt impiis ecclesiae Christi h) itaque i) illi

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLII. * Et est iusta: Addita sunt haec usque ad vers. *Ista itaque*, et multa alia ex ipso originali emendata.

Causa XXIII. Quest. IV. can. 40. 828) *Psalm.* 68. *v.* 10. 829) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.; — l. c. no.* 43. 830) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.: — Ivo Coll. tr. P.* 831) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugd.* I. *Ivo Coll. tr. P.* (advert.: *deest*) 832) ceditis quocunque: *AD Ed. Arg.* 833) potestis: *B*; poteritis: *Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III. 834) *Matth. c.* 5. *v.* 39. 835) nolite: *Edd. Par. Lugdd.* 836) *ABEFGH*; violenter: *C*; violentiis: *Ed. Arg. Bohm.* 837) nolite: *Edd. Par. Lugdd.* 838) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.* 839) III. *Reg. c.* 18. 19. 840) iniquissimo: *A Ivo* 841) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.*; — persec. eius: *Coll. tr. P.* 842) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 843) *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 844) flagellamini: *A Edd. coll. o. pr. Bas. Lugd.* I.; — *Ivo* 845) *Codd. coll. o.; imo August. de unitate eccl. c.* 17. *no.* 53. *Ed. Maur.* 846) *Psalm.* 100. *v.* 5. 847) secr.: *deest: Coll. tr. P.* 848) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ivo Coll. tr. P.* 849) et: *deest: EGH* 850) prohibeant: *Edd. coll. o.* 851) correptores: *AF*; corruptores: *B* 852) consolatores (?): *Coll. tr. P.* 853) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* || can. 41. 854) *Ep.* 93. *no.* 9. *Ed. Maur. scr. ao.* 408.; *Coll. tr. P.* II, 50, 30. 855) cum: *Coll. tr. P.* 856) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 857) *Psalm.* 2. *v.* 10. 858) *Codd. et Edd. coll. o.* 859) *add.*: non: *EGH*; non: *Ed. Bas.* 860) *Codd. et Edd. coll. o.* 861) *ib.; add.*: etc.: *AEGH Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 862) fuerant: *Coll. tr. P.* 863) *Codd. et Edd. coll. o.* 864) habuerit: *AEH* 865) *Codd. et Edd. coll. o.*; flammam: *orig. Coll. tr. P.* 866) *Codd. et Edd. coll. o.* 867) *ABCF*; passi sunt: *orig. Coll. tr. P.; add.*: vel patiuntur: *Coll. tr. P.* 868) autem: *CEG* 869) *B Corr. orig. Coll. tr. P.* 870) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 871) *Codd. coll. o.*; significavit temp.: *orig. Coll. tr. P.* 872) *Codd. et Edd. coll. o.* 873) *ib. pr. F* 874) ideo ad: *BDEGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; aut ad: *C*; et ad: *A* 875) alium: *C*; aliarum: *B Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I.; aliorum: *F*; *deest*: *EGH Ed. Arg.*: taliter: *orig.* 876) sunt: *Edd. Bas. Par. Lugdd.*; sint et: *EGH Edd. coll. o.* 877) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 878) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 879) vel quis: *C Edd. Bas. Lugdd.* II. III.: *absunt ab Edd. rell.* 880) *Codd. et Edd. coll. o.* 881) quo: *orig.* 882) ammonemini: *EFGH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 883) recedere: *EGH Ed. Bas.* || can. 42. 884) *Ep.* 185. *no.* 11. *ed. Maur. scr. ao.* 417. — *Ans.* XIII, 14.; *Polyc.* VII, 11, (12,) 1. 2. 885) si autem eccl. ipsa: *EGH* 886) vera est: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 887) et non: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 888) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* II. III. 889) queratur: *DEGH Edd. coll. o.* 890) *cf. Galat. c.* 4. *v.* 26. 891) *Codd. et Edd. coll. o.*; vestrum: *Polyc.* 892) *Codd. et Edd. coll. o.* 893) discutiam: *AC* 894) *Codd. coll. o. pr. C* (quam eam); - *Ed. Bas. Polyc.* 895) *ABCDF orig. Ans. Polyc.* 896) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 897) *Psalm.* 17. *v.* 38. 898) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 899) *ib.* 900) illi . . . iniust.: *deest: Ans.* 901) perseq.: *deest: Ans. Polyc.* 902) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.*

ista ut corrigat, illa[903k] ut euertat[904l]: ista ut reuocet ab errore, illa[905m] ut precipitet in errorem[906]. §. 1.[907n] Quod autem[908] dicunt qui contra suas inpietates leges iustas institui nolunt, non petisse a regibus terrae Apostolos talia, non considerant, aliud tempus[909] tunc fuisse, et omnia suis conuenire[910o] temporibus. Quis enim tunc in Christum crediderat inperator, quis[911p] ei[912] pro pietate contra inpietatem leges ferendo[913] seruiret[914]. Tunc enim[915q] illud adhuc propheticum conplebatur[916r]: „Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, et principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, et aduersus Christum eius.“ Nondum enim[917s] agebatur quod paulo post in eodem psalmo dicitur[918]: „Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, et exultate ei cum tremore.“ Quomodo ergo reges Domino seruiunt in timore, nisi ea, que contra Domini iussa fiunt[919], religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim seruit, quia homo est, aliter etiam[920] quia rex[921t] est. Quia homo est, seruit[922u] uiuendo fideliter; quia[923v] rex est, seruat[924w] leges[925] iusta precipientes[926] et contraria prohibentes conuenienti uigore sanctiendo.

C. XLIII. *Exemplo Christi mali sunt ad bonum cogendi.*

Idem [in eadem epistola][927].

Quis potest nos amplius amare, quam Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et[928a], cum Petrum et alios apostolos uocasset[929] uerbo solo, Paulum[930b], ecclesiae suae postea magnum edificatorem, sed horrendum antea[931] uastatorem, non solum uoce conpescuit, uerum etiam potestate prostrauit, atque[932c] infidelitatis tenebris seuientem, ad desiderandum lumen cordis, ut surgeret[933], prius cecitate corporis percussit. Si pena illa non esset, non ab ea postmodum[934] sanaretur, et quando apertis oculis nichil uidebat, si eos saluos[935] haberet, non ad inpositionem manus Ananiae, ut eorum aperiretur intuitus[936d], tamquam squamas, quibus clausus fuerat, inde cecidisse scriptura narraret. Ubi est quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere uel non credere? cui uim Christus intulit? quem coegit? Ecce[937] habent Paulum apostolum; agnoscant in eo prius cogentem Christum, et postea docentem, prius ferientem, et postea consolantem. Mirum est autem[938], quomodo ille, qui pena corporis ad euangelium coactus intrauit, plus[939] illis omnibus, qui solo uerbo uocati sunt, in euangelio laborauit, et quem maior timor conpulit ad karitatem, eius perfecta karitas foras mittit[940e] timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent[941f*]?

C. XLIV. *Non crudelitate, sed dilectione Moyses populum flagellauit.*

Idem contra Faustum, [lib. XXII.] c. 79.][942]

Quid crudele Moyses[943a] mandauit aut fecit, cum[944] conmissum sibi populum sancte zelans, uiuo[945b] et uni[946] uero Deo subditum cupiens, posteaquam cognouit ad fabricandum et[947] colendum ydolum defluxisse, mentemque inpudicam prostituisse demonibus, in paucos eorum uindicans gladio, quos Deus ipse, quem offenderant[948], alto et secreto iudicio feriendos uoluisset mox feriri[949], et in presenti salubriter terruit, et disciplinam in posterum sanxit? Nam eum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse quod fecit, quis non in uerbis eius[950] agnoscat, orantis pro peccatis[951c] eorum, et dicentis[952]: „Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo.“[953] §. 1.[954d] Sic plane et Apostolus[955] non[956] crudeliter, sed amabiliter tradidit hominem[957] sathanae[958] in interitum carnis, ut spiritus[959e] saluus sit in die Domini[960] Iesu; tradidit et alios[961], ut discerent non blasphemare.

C. XLV. *Non inputatur fidelibus, qui ex offitio aut tormenta exercent, aut capitalem sentenciam ferunt.*

Item Innocentius [epist. III. ad Exsuperium, Episcopum Tolosanum, c. 3.][962a]

Quesitum est etiam super his, qui[963] post baptismum amministrauerunt[964], et[965] aut tormenta sola[966] exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam. Nichil de his legimus a maioribus diffinitum. Meminerant enim a[967] Deo potestates has fuisse[968] concessas, et propter uindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministerio[969b*] esse datum in huiusmodi uindices[970c]. Quomodo[971] igitur reprehenderent factum, quod auctore[972] Domino[973d] uiderent esse concessum? De his ergo[974], ut hactenus seruatum est, sic habeamus[975], ne aut disciplinam auertere[976e], aut contra auctoritatem Domini uenire audeamus[977f]. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia[978] seruabuntur.

C. XLVI. *Inmunis est dictator a culpa, cum legum auctoritas in inprobos exercetur.*

Idem ad Tolosanum episcopum[979a].

Illud etiam sciscitari uoluisti, an preces dictantibus liberum concedatur utique post baptismi regenerationem a principibus poscere mortem alicuius uel sanguinem de reatu. Quam rem principes numquam sine cognitione concedunt, sed ad iudices conmissa ipsa uel crimina semper remittunt, ut causa[980] cognita uindicentur[981*]; que cum quesitori[982] fuerint delegata, aut absolutio aut dampnatio pro negotii qualitate profertur[983]. Et[984] dum legum auctoritas in inprobos exercetur, erit dictator inmunis.

C. XLVII. *In correptione*[985a] *malorum Deus omnipotens placatur.*

Item Gregorius Brunichildae, Reginae Francorum, [lib. VII. Indict. 1. epist. 5.][986]

Si quos igitur[987] uiolentos, si quos adulteros, si quos

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 42. k) illi l) evertant m) illi n) Et infra: §. 1. o) suis temporibus agi p) qui q) quando r) implebatur s) autem t) et rex u) ei servit v) quia vero etiam w) servit — c. 43. a) Et tamen b) Paulum, prius Saulum c) atque in d) obtutus e) misit f) redirent, si perditi* filii coëgerunt alios, ut perirent? — c. 44. a) Moyses aut b) vivo: *deest* c) peccato d) Et infra: §. 1. e) spiritus eius — c. 45. a) Inn. Papa b) ministerium* c) vindicem d) Deo e) evertere f) videamur — c. 46. a) Idem in eadem epist., c. 5. — c. 47. a) correctione

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLIII. * Si perditi: Haec usque in finem sunt addita ex originali, et alia emendata.

C. XLV. * Ministrum: Sic emendatum est ex originali et Ivone [Burch. Ans.]. Antea legebatur: *et Dei ministerio esse datum in huiusmodi vindices.* Glossa autem optime etiam convenit voci: *vindicem.*

C. XLVI. * Vindicentur: Emendatum est ex originali. Antea legebatur: *vindicent, qui, quum quaesituri fuerint delegata, etc.*

Causa XXIII. Quest. IV. can. 42. 903) *Codd. et Edd. coll. o.* 904) *Codd. et Edd. coll. o.;* illam evertant: *Ans.* 905) *Codd. et Edd. coll. o.* 906) *finis canonis: Ans.* 907) *Codd. coll. o.; l. c. no.* 19. 908) enim: *orig.* 909) temporis: *EGH* 910) *Codd. et Edd. coll. o.* 911) *ib.; add.:* enim: *EGH Edd. coll. o.* 912) ei: *deest: EGH* 913) deferendo: *ib.* 914) saeviret: *Edd. coll. o.* 915) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 916) *ABDF orig. Polyc. Psalm.* 2. *v.* 1. 917) *Codd. et Edd. coll. o.* 918) *ib. v.* 10. 919) fuerint: *Edd. coll. o.* 920) et.: *deest: Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 921) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 922) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 923) *Codd. et Edd. coll. o.* 924) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ven.* I. *Nor.* 925) et. leges: *Polyc.* 926) precipiens . . . prohibens: *ib.* || can. 43. 927) *l. c. no.* 22. — *Ans.* XIII, 16.; *Polyc.* VII, 11, (12,) 3. 928) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 929) revocasset: *BEG Edd. Nor. Ven.* I.; evocasset: *Edd. rell. pr. Arg.;* — *cf. Act. c.* 9. 930) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 931) ante: *Ans.* 932) *Codd. coll. o. pr. G;* — *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *Ans. Polyc.;* atque ut: *orig.* 933) urgeret (ut: *deest*): *orig.* 934) postea: *EGH Ed. Bas.* 935) sanos: *H Ed. Bas.* 936) *Codd. coll. o.;* operiretur intuitus: *Polyc.* 937) *cf. infra Qu.* 6. *c.* 1. 938) enim: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 939) ut plus: *Polyc.* 940) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 941) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* || can. 44. 942) item: *ACEGH;* — *Ans.* XIII, 1.; *Polyc.* VII, 11, (10,) 3. 943) *Codd. et Edd. coll. o.* 944) quando: *Ans.* 945) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AF* 946) unico: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 947) et col.: *deest: Ans.* 948) offenderent: *ib.* 949) inferri (mox: *deest*): *Ans. Polyc.* 950) eius: *deest: Ans. Polyc.* 951) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 952) *Exod. c.* 32. *v.* 31. 32. 953) vitae: *BEFGH Edd. coll. o. pr. Arg.* 954) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 955) I. *Cor. c.* 5. *v.* 5. 956) non: *deest: Ans.* 957) huiusmodi hom.: *EGH* 958) satan.: *deest: Ans. Polyc.* 959) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ans. Polyc.* 960) Dom. nostri Iesu Christi: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 961) I. *Tim. c.* 1. *v.* 20. || can. 45. 962) *ABCDF;* — *scr. ao.* 405. — *Jaffé no.* 90. — *Burch.* VI, 44.; *Ans.* XIII, 32.; *Ivo Decr.* X, 94. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* I, 38, 23. 963) quibus: *Coll. tr. P.* 964) amministraverint: *ib.* 965) et: *deest: Edd. coll. o. pr. Arg.* 966) sola: *deest: Ed. Arg. Coll. tr. P.* saeva: *Edd. Bas. Lugdd.* 967) *Rom. c.* 13. *v.* 4. 968) habuisse (has: *deest*): *Burch.* 969) *BCF;* ministerium: *DEGH* 970) *Codd. coll. o.* 971) quemadmodum: *orig.* 972) ab auct.: *Burch.* 973) *Codd. coll. o. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 974) ergo: *deest: EGH; add.:* ita: *orig.* 975) habemus: *orig. Burch. Ans.* 976) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.;* — *Ivo Coll. tr. P.* 977) *Codd. coll. o. pr. B* (videamus) 978) omn.: *deest: Burch.* || can. 46. 979) *A Edd. coll. o. pr. Ven.* II. *Lugdd. Par.;* ad Tolletanum: *Codd. coll. rell. Edd. Ven.* II. *Lugdd. Par.* 980) *add.:* ipsa: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 981) vindicent: *BD Edd. coll. o. pr. Ed. Bas.* (iudicent); vindicetur: *A* 982) qui: *Codd. et Edd. coll. o.;* quaesituri: *ABC* 983) proferetur: *EGH* 984) *Ivo Decr.* X, 94. (*can.:* Quaesitum est etiam) || can. 47. 985) *ABCF* 986) *Ep.* 11. *scr. ao.* 598. *lib.* IX. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1169. — *Ans.* XIII, 24. 987) ergo: *EH;* vero: *G*

fures, uel aliis prauis actibus studere cognoscitis, Deum Deorum[988b]* correctione placare festinate, ut per uos** flagellum perfidarum gentium, quod (quantum uidemus) ad multarum nationum uindictam excitatum est, non inducat; ne, si, quod non credimus, diuinae ulcionis iracundia sceleratorum fuerit actione conmota, belli pestis interimat quos delinquentes ad rectitudinis uiam Dei precepta non reuocant.

C. XLVIII. *Ecclesiasticae religionis inimici etiam bellis*[989] *sunt cohercendi.*

Idem Genadio, Patricio et Exarcho Affricae, [lib. I. epist. 72.][990]

Sicut excellentiam uestram hostilibus[991] bellis in hac uita Dominus uictoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam[992] inimicis ecclesiae eius omni uiuacitate mentis et corporis obuiare, quatinus eius ex utroque triumpho magis ac[993] magis enitescat opinio, cum et forensibus bellis aduersariis catholicae ecclesiae pro Christiano populo uehementer obsistitis, et ecclesiastica prelia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est enim hereticae religionis uiros, si eis, quod absit, suppetit nocendi licentia[994], contra catholicam fidem uehementer insurgere, quatinus hereseos suae uenena ad tabefacienda, si ualuerint, Christiani corporis membra transfundant. Cognouimus enim eos contra catholicam ecclesiam, Domino eis[995] aduersante, colla subrigere[996], et fidem Christiani nominis inclinare uelle; sed eminentia uestra conatus eorum conprimat, et superbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Concilium uero catholicorum episcoporum ammoneri precipite, ut primatem non ex ordine loci postpositis uitae meritis faciat, quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed uitae melioris actio conprobatur. Ipse uero primas non passim (sicut moris est) per uillas, sed in una ciuitate eorum iuxta electionem resideat, quatinus adeptae dignitatis meliori ingenio[997] resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio uero Numidiae si qui desiderant[998a] ad apostolicam sedem uenire, permittite, et, si[999] quilibet eorum uiae contradicere putauerint[1000b], obuiate. Magis[1001] profecto excellentia[1002c] uestra apud Creatorem gloria proficit, si per eam dispersarum ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera ad nominis sui conspicit gloriam reuocari, tanto largiora tribuit, quanto per ea[1003d] religionis suae dignitatem uiderit ampliari[1004]. Persoluentes preterea paternae karitatis affectum, Dominum petimus, quo[1005e] brachium uestrum ad conprimendos hostes forte efficiat, et mentem eius[1006f] fidei zelo uelut mucrone[1007] gladii uibrantis exacuat.

C. XLIX. *Merito fidei bellorum prestatur*[1008a] *uictoria.*

Idem ad eundem, [lib. I. epist. 73.][1009]

Si non ex fidei merito et Christianae religionis gratia tanta excellentiae uestrae bellicorum actuum prosperitas eueniret, non[1010] miranda fuerant[1011b], cum sciamus, hec etiam antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuras, Deo largiente, uictorias non carnali prouidentia, sed magis orationibus preuenitis, fit, ut hoc in stuporem ueniat, quod gloria uestra non terreno consilio[1012], sed Deo desuper largiente descendat[1013]. Ubi enim meritorum uestrorum loquax non discurrit opinio? que[1014c] bella uos frequenter appetere non desiderio fundendi sanguinis, sed[1015] dilatandae causa reipublicae in qua Deum coli conspicimus, loquitur[1016], quatinus Christi nomen per subditas gentes fidei predicatione circumquaque discurreret[1017d]. Sicut enim exteriora uos uirtutum opera eminentes in hac uita constituunt, ita et interna[1018] morum ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram* uitam celestium gaudiorum participatione glorificant[1019]. Plurima enim pro pascendis ouibus B. Petri apostolorum principis utilitatibus[1020e] excellentiam uestram prestitisse didicimus, ita, ut non parua loca patrimonii eius propriis nudata cultoribus, largitis Dacorum[1021]** habitatoribus[1022f], restaurasset[1023g]. Quecumque[1024] igitur[1025h] illi[1026] Christianissima[1027] mente confertis, horum retributionem per spem in futuro iudicio sustinetis[1028].

VIII. Pars. Gratian. *Breuiter monstratum est, quod boni laudabiliter persecuntur malos, et*[1029] *mali dampnabiliter persecuntur bonos. Illud autem Apostoli*[1030]: „*Tu autem quis es, qui iudicas seruum alienum?*“ *de occultis alieni cordis intelligendum est. Quod uindicta inferri possit, monstratum est. Nunc restat ostendere, quod debet inferri, et quod magis diliguntur illi, qui puniuntur, quam qui inpuniti relinquuntur; quod utrumque multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Augustinus[1031].

C. L. *Ad iram Deus prouocatur, cum peccata*[1032a] *puniri differuntur.*

Si ea* de quibus uehementer Deus offenditur, insequi uel ulcisci differimus, ad irascendum utique diuinitatis patienciam prouocamus. „Nonne[1033] Achan[1034b] filius Zare preteriit mandatum Domini, et super omnem populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat unus homo, atque utinam solus perisset in scelere suo.“

C. LI. *Vindicta, que ad correctionem ualet, non est prohibenda.*

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib. I. [c. 37. et 38.][1035]

Ea uindicta*, non prohibetur, que ualet ad correctionem, que[1036] etiam ad misericordiam pertinet, nec inpedit illud propositum, quo quisque paratus est ab eo, quem correctum[1037] esse uult, plura perferre. Sed huic uindictae inferendae[1038a] non est idoneus, nisi qui odium, quo flagrare[1039] solent qui se uindicare desiderant, dilectionis

EDITIO ROMANA.

Causa XXII. Quest. IV. c. 47. b) de eorum* — c. 48. a) desideraverint b) voluerit c) excellentiae vestrae d) eum e) quod f) vestram — c. 49. a) paratur b) non summopere miranda fuerat c) quae et d) discurrat e) utilitatibus: *deest* f) habitationibus g) restauraverit h) igitur hic — c. 50. a) mala b) Achor — c. 51. a) referendae

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLVII. * De eorum: Sic restitutum est ex variis codicibus epistolarum B. Gregorii. Antea erat: *Deorum*.

** Per vos: In originali est: *super vos*, sed ob glossam in vers. *Flagellum* non est mutatum.

C. XLIX. * Futuram: In duobus codicibus epistolarum legitur: *in futurorum gaudiorum participatione;* in uno vero manuscripto: *in futura* [ita in Ed. Maur. Burch. Ivo] *coelestium gaudiorum participatione.* In codice tamen Vaticano legitur quemadmodum apud Gratianum.

** Dacorum: In libris epistolarum impressis, et duobus manuscriptis legitur: *Daditiorum.* In aliquot vero antiquis Gratiani exemplaribus est: *Dacorum, vel aliorum habitationibus.*

C. L. * Si ea: Usque ad vers. *Provocamus* sunt in regesto B. Gregorii lib. 2. Indict. 11. epist. 27. scripta Martino abbati, et Benenato notario. Reliqua vero non ibi leguntur, sed sunt verba sacrae scripturae cap. 22. Iosuae.

C. LI. * Ea vindicta: Apud B. Augustinum et Anselmum sic legitur: *Neque hic ea vindicta prohibetur, quae ad correctionem valet etiam. Ipsa enim pertinet ad misericordiam, nec impedit etc.*

Causa XXIII. Quest. IV. can. 47. 988) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 48. 989) bello: *EGH* 990) *Ep.* 74. *scr. ao.* 591. *lib.* I. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 778. — *Ans.* XIII, 29. 991) etiam ex hostil.: *Ed. Bas.;* ex host.: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par.;* ex hostibus: *Ed. Arg.* 992) iam: *orig.* 993) ac mag.: *deest: EGH* 994) licentiam: *Ans.* 995) eius: *EGH Ed. Bas.* 996) subigere: *Edd. Ven.* II. *Par. Lugd.* I. 997) genio: *orig.* 998) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. (desiderat) 999) si: *deest: C orig. Ans.* 1000) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* putaverit: *Ed. Arg. Corr. Ans.;* voluerit vel putaverit: *Edd. rell.* 1001) *add.:* igitur: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (ergo); magno profectu: *orig.;* magna: *Ans.* 1002) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *Ans.* 1003) *AC Edd. coll. o. pr. Bas. orig.;* eam: *Codd. coll. rel. Ed. Bas.* 1004) ampliare: *Ans.* 1005) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Corr. Ans.;* qui: *orig.* 1006) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 1007) mucronem: *orig. Ans.* || can. 49. 1008) *Codd. coll. o. pr. A* 1009) item: *EGH;* — *Ep.* 75. *scr. ao.* 591. *lib.* I. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 779. — *Burch.* XV, 18.; *Ans.* XIII, 30.; *Ivo Decr.* XVI, 19.; *Coll. tredec. P.* X, 26. 1010) *Codd. et Edd. coll. o.* 1011) *DF orig. Burch. Ans. Ivo* 1012) concilio: *EGH Edd. Bas. Lugd.* I. 1013) discedat: *Burch.* 1014) *Codd. et Edd. coll. o.* 1015) sed tantum: *CDEGH Edd. coll. o.* 1016) loquimur: *EH;* loqueretur: *Burch. Ans.* 1017) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ans.* 1018) in externorum (mor.: *deest*): *Burch.;* internorum: *Ivo* 1019) *finis canonis: Burch. Ivo* 1020) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 1021) Datorum: *D;* clericorum: *C;* Datitiorum: *orig. Ans.* 1022) *ACD Edd. coll. o. orig. Ans.;* cultoribus: *EGH* 1023) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 1024) Quiquo: *B;* Quicunque: *EG* 1025) *BDEFGH orig.;* — igit.: *deest: BH Ans.* 1026) illis: *AC Ed. Arg.;* illic: *DF Edd. rell.* 1027) Christiana: *orig.* 1028) sustineatis: *Ans.* 1029) et: *deest: EGH* 1030) *Rom. c.* 14. *v.* 4. || can. 50. 1031) *imo Gregorius ad Marinianum et Benenatum Ep.* 27. *scr. ao.* 593. *lib.* III. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 867. — *Ans. ded.* III, 221. (227.); *Coll. tredec. P.* X, 196. 1032) *Codd. coll. o.* 1033) *Ios. c.* 22. *v.* 20. 1034) *C Corr. Vulgat.;* Achar: *AB;* Achaz: *EGH* || can. 51. 1035) *no.* 63. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* X, 60.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 20.; — *Ans.* XIII, 2. *a Corr. et R. laudatur, sed in Cod. coll. canonem l. c. non invenimus.* 1036) ipsa enim: *Ivo;* ipsa etiam: *Coll. tr. P.* 1037) correptum: *B Ivo Coll. tr. P.* 1038) *Codd. et Edd. coll. o.* 1039) *add.:* homines: *EGH Edd. Bas. Lugdd.*

mansuetudine[1040b] superauerit[1041]. Non enim metuendum est, ne odisse paruulum filium parentes uideantur, cum ab eis uapulat[1042] peccans, ne peccet ulterius. Et certe perfectio dilectionis ipsius Dei patris imitanda[1043c] nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur[1044]: „Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui oderunt uos, et orate pro his[1045d], qui uos persecuntur.“ Et tamen dicitur de ipso per Prophetam[1046]: „Quem enim diligit Dominus corripit[1047], flagellat autem[1048] omnem filium, quem recipit.“ Et[1049e] dicit etiam Dominus[1050]: „Seruus[1051]**, qui nescit uoluntatem Domini sui, et facit non[1052f] digna plagis, uapulabit paucis[1053]; seruus autem, qui scit uoluntatem Domini sui, et non[1054g] facit digna plagis, uapulabit multis.“[1055] Non ergo[1056h], nisi ut[1057i] ipse[1058k] uindicet, cui rerum ordine potestas data est, et ea uoluntate uindicet, qua pater*** filium paruulum flagellat, quem tamen[1059l] per etatem non[1060m] potest[1061] odisse. Hinc enim[1062] apertissimum[1063n] exemplum dicitur[1064o], quo satis apparet[1065], posse peccatum amore pocius uindicari, quam inpunitum relinqui, ut illum, quem[1066p] uindicat, non pena miserum, sed correctione beatum esse[1067q] uelit; paratus tamen sit[1068r], si opus fuerit[1069s], equo animo plura tollerare ab eo illicita[1070t], quem uult esse correptum[1071u], siue[1072] in eum[1073] habeat potestatem cohercendi, siue non habeat. §. I. Magni autem et sancti uiri, qui iam[1074v] optime scirent mortem istam, que animam dissoluit a corpore, formidandam non esse, secundum eorum tamen animum, qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt, quo et[1075] uiuentibus utilis metus incuteretur, et illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si uiuerent, diminueretur[1076]. Non temere illi iudicabant[1077], quibus tale iudicium Deus donauerat. Inde est, quod Helyas[1078] morte multos affecit[1079w] propria manu, et igne diuinitus inpetrato, quod[1080x] et alii multi[1081y] magni et diuini[1082z] uiri eodem spiritu consulendo[1083] rebus humanis non temere fecerunt[1084aa]. De quo Helya cum dedissent[1085] exemplum discipuli[1086bb], conmemorantes quid ab eo factum sit, ut etiam ipsis daret potestatem petendi de celo ignem ad consumendum[1087cc] eos, qui sibi hospicium non prebuerant[1088], reprehendit in eis Dominus non exemplum prophetae sancti, sed ignorantiam uindicandi, que adhuc erat in rudibus, animaduertens eos non amare[1089dd] correctionem[1090], sed odio desiderare uindictam. Itaque posteaquam[1091ee] eos docuit, quid esset diligere proximum tamquam se ipsum, infuso etiam Spiritu sancto, quem decem diebus conpletis post ascensionem suam desuper, ut promiserat, misit, non defuerunt tales uindictae, quamuis multo rarius quam in ueteri testamento. Ibi[1092] enim ex maiori parte seruientes timore premebantur; hic autem maxime[1093ff] dilectione liberi nutriebantur. Nam et uerbis apostoli Petri Ananias, et uxor eius (sicut in Actibus Apostolorum[1094] legimus) exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti[1095].

C. LII. *Que ueritati contraria sunt Christianus[1096a] persequi debet.*

Item Augustinus contra Cresconium Grammaticum, lib. I.[1097b]

Quisquis Christianus[1098c]* iniquum[1099d] persequitur, Christi est inimicus. Verum dicis, si non[1100]** hoc in illo persequitur, quod Christo est inimicum. Neque enim dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sint utrique Christiani, non debent persequi uicia[1101] Christianae contraria ueritati. An uero, si non persequantur[1102], non rei negligentiae merito tenebuntur?

C. LIII. *Quemadmodum homo debet diligere proximum sicut se ipsum.*

Item Augustinus ad Macedonium, [ep. LII.][1103]

Debet homo diligere proximum tamquam[1104] se ipsum, ut quem potuerit hominem[1105a] beneficentiae[1106] consolatione[1107], uel informatione doctrinae, uel disciplinae cohercione[1108b], adducat ad colendum[1109].

[PALEA.[1110]

C. LIV. De eodem.

Item Augustinus ad Donatum Presbiterum, ep. CCIV.

Mali[1111]* sunt prohibendi a malo, et cogendi ad bonum.]

Gratian. *Ex his omnibus colligitur, quod uindicta est inferenda non amore ipsius uindictae, sed zelo iusticiae; non ut odium exerceatur, sed ut*[1112] *prauitas corrigatur. Sed cum uindicta aliquando inferatur dampnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte: queritur, an sit peccatum iudici uel ministro reos morti tradere?*

QUESTIO V.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem nulli liceat aliquem occidere, illo precepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit, dicens*[1]: *„Non occides.“ Item in euangelio*[2]: *„Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit.“*

C. I. *Mali non sunt interficiendi, sed flagellis emendandi.*

Item Augustinus ad Marcellinum Comitem, de Donatistis captis, [epist. CLIX.][3]

Circumcelliones illos, et clericos partis Donati, quos de Yponensi[4a] ad iudicium pro factis eorum publicae disci-

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. IV. c. 51. b) magnitudine c) imitatione d) eis e) Et: *deest* f) *et* g) non: *deest* h) ergo queritur i) ut et k) ille l) tamen: *deest* m) nondum n) aptissimum o) datur p) in quem q) esse: *deest* r) sit: *deest* s) sit t) illata u) correctum v) quanquam w) affecit et x) quum y) multi et magni z) et divini: *deest* aa) fecerint bb) discipuli Domino cc) ad consumendos dd) amore ee) postquam ff) maxima — c. 52. a) Christiani . . . debent b) lib. III. c. 51. c) Christianum* d) inquis — c. 53. a) hominem vel b) coërcitione — Quest. V. c. I. a) Hippon. civitate

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Servus: Totus hic locus restitutus est ex evangelio et B. Augustino, multaque alia emendata.

*** Qua pater: In originali legitur: *qua pater in parvulum filium, quem etc.*

C. LII. * Christianum: Antea legebatur: *Quisquis Christianus iniquum non persequitur.* Emendatum est ex originali. Sunt enim verba Cresconii, quod etiam auctor glossae animadvertit.

** Si non: Apud B. Augustinum [neque tamen in Ed. Maur.] est: *sed hoc in illo.* Verum Ivo et Panormia cum Gratiano concordant.

C. LIV. * De hac re copiose disputat B. Augustinus in c. *Displicet.* sup. ead. Hic vero summa illius disputationis paucis verbis collecta est.

Causa XXIII. Quest. IV. can. 51. 1040) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 1041) superaverint: *CDF Coll. tr. P.* 1042) vapulet: *AEG Ed. Bas.* 1043) *CEGH Edd. coll. o.;* imitando: *ABDF* 1044) *Matth. c.* 5. *v.* 44. 1045) *Codd. coll. o.* 1046) *Prov. c.* 3. *v.* 12. 1047) corrigit: *Ivo* 1048) aut.: *deest: EGH* 1049) *EFGH Ivo Coll. tr. P.;* et: *deest: AB* 1050) *Luc. c.* 12. *v.* 47. *seq.* 1051) *add.:* autem: *EGH* 1052) *Codd. et Edd. coll. o.* 1053) pauca: *orig. Coll. tr. P.* 1054) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 1055) multa: *Coll. tr. P.* 1056) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 1057) *ib.;* ut: *deest: EGH Edd. coll. o., neque tamen ut R. censuit a Corr. est insertum.* 1058) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; Ivo;* ipsum: *Coll. tr. P.* 1059) *Codd. et Edd. coll. o.* 1060) *ib.* 1061) hic: *Edd. Lugdd.* 1062) etiam: *A;* autem: *Edd. Lugdd.* II. III. 1063) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ivo Coll. tr. P.* 1064) *ABCDF Edd. Arg. Ven.* II.; ducitur: *orig. Coll. tr. P.* 1065) appareat: *Coll. tr. P.* 1066) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ivo Coll. tr. P.* 1067) *Codd. et Edd. coll. o.* 1068) *ib.* 1069) *ACD;* fiat: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I.; est: *Codd. coll. rell.* 1070) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 1071) *BF Ivo Coll. tr. P.* 1072) sive ut: *Coll. tr. P.* 1073) eo: *EGH Ed. Bas.* 1074) *AFG Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.* 1075) etiam: *EGH* 1076) dim.: *deest: orig. Ivo Coll. tr. P.* 1077) vindicabant: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1078) III. *Reg. c.* 18. 1079) *Codd. et Edd. coll. o.* 1080) *ib. Corr. orig. Ivo Coll. tr. P.* 1081) *BDEGH orig. Ivo Coll. tr. P.* 1082) *Codd. coll. o. pr. C; Ed. Bas.; — orig. Ivo Coll. tr. P.* 1083) consulendi: *orig.* 1084) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — orig. Ivo Coll. tr. P.* 1085) *Luc. c.* 9. 1086) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Coll. tr. P.* 1087) *ib. orig. Ivo* 1088) prebuerunt: *A;* preberent: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 1089) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 1090) correptionem: *Ivo Coll. tr. P.* 1091) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 1092) illi: *EH* 1093) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 1094) *Act. c.* 5. 1095) *add.:* sunt: *DEGH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. || can. 52. 1096) *Codd. coll. o.* 1097) *Codd coll. o.; — imo lib.* III. *c.* 51. *no.* 57. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* X, 61.; *Ivo Pan.* VIII, 15.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 21. 1098) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 1099) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* iniquus: *Ivo Decr.* 1100) *add.:* non: *C Ivo Pan.* 1101) nisi vicia: *EGH* 1102) persequuntur: *AEG Coll. tr. P.;* persequentur: *Ed. Bas.* || can. 53. 1103) *Ep.* 155. *no.* 5. *Ed. Maur. scr. ao.* 414. — *Ivo Decr.* X, 62.; *Ivo Pan.* VIII, 16.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 22. 1104) sicut: *BCF* 1105) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 1106) beneficentia: *Edd. Par. Lugdd.* 1107) consultatione: *Edd. Lugdd.* II. III. 1108) *ABCDF Ivo Decr.;* correctione: *EGH* 1109) *hoc loco in AC sequitur pars canonis* 38. *supra:* Qui diligit . . . domitus dirigatur. || can. 54. 1110) *in DF canon deest; in C exstat in Qu.* V. *continens cum verbis Gratiani, quae initio quaestionis exstant, in A est in fine canonis* Qui diligit (*cf. supra no.* 1109.); *in C rubrica canonis eiusdem; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est.; Palea nobis esse videtur;* de eod.: *deest: EFGH* 1111) *cf. supra c.* 38.; *inscr. deest: C* 1112) *C;* tales: *A, ubi voces:* a malo, *et* cogendi, *desunt.* 1113) ut: *deest: AC*

Causa XXIII. Quest. V. 1) *Exod. c.* 20. *v.* 13. 2) *Matth. c.* 26. *v.* 52. || can. 1. 3) Marcellianum: *ACD; — Ep.* 133. *no.* 1. *Ed. Maur. scr. no.* 412. — *Ans.* XIII, 10.; *Polyc.* VII, 11, 1. 4) *Codd. coll. o. pr. C* (Ypon. ecclesia); — *orig. Ans. Polyc.*

plinae causa[5b] deduxerat, a tua nobilitate conperi auditos, et plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum catholicum presbiterum conmiserunt, et de cede Innocentii alterius catholici presbiteri, atque de oculo eius effosso et[6c] digito preciso fuisse confessos. Unde michi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum seueritate plectendos, ut qualia fecerunt talia patiantur. Ideoque his litteris obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, ut hoc non[7d] facias, nec omnino fieri permittas. Quamuis enim ob[8e] illorum interitum[9f] dissimulare possemus, quia[10g] non accusantibus nostris, sed illorum notariis[11*], ad quos tuendae publicae pacis uigilantia pertinebat, presentati uideantur[12] examini; nolumus tamen passiones seruorum Dei, quasi in alienae partis[13h] suppliciis[14] uindicari; non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, sed hoc magis sufficere uolumus, ut uiui et nulla parte corporis[15] truncati uel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum cohercione[16i] dirigantur, uel a malignis operibus alicui utili operi deputentur. Vocatur quidem et ista dampnatio; sed quis non intelligat magis beneficium quam supplicium nuncupandum, ubi nec seuiendi relaxatur[17] audacia, nec penitendi salutaris[18k] medicina subtrahitur[19]? Inple, Christiane iudex, pii patris offitium; sic succensere[20l**] iniquitati[21m] memineris, ut non[22n] in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum uulneribus curandi adhibeas uoluntatem. Noli perdere paternam diligentiam[23], quam in ipsa inquisitione[24] seruasti, quando[25] tantorum scelerum confessionem non extendendo[26o] eculeo[27], non sulcantibus ungulis, non urentibus flammis, sed uirgarum uerberibus eruisti, qui modus cohercionis[28p] et[29] a magistris artium liberalium, et ab ipsis parentibus adhibetur[30q], ut[31r] sepe etiam[32] in[33] iudiciis ab episcopis solet haberi[34s]. Noli ergo atrocius uindicare quod lenius[35t] inquirendi quam puniendi maior necessitas est. Ad hoc enim et mitissimi homines facinus admissum[36u] diligenter atque instanter examinare debent[37v], ut quibus parcant inueniant.

C. II. *Preter supplicium mortis rei sunt puniendi.*

Idem Marcellino[38], [epist. CLVIII.][39]

Pena[40] illorum, quamuis de tantis sceleribus confessorum, rogo[41] te ut preter supplicium mortis sit, et propter conscientiam nostram, et propter catholicam mansuetudinem conmendandam. Ipse enim fructus ad nos peruenit confessionis illorum[42], quia inuenit ecclesia[43] catholica, ubi erga[44a] atrocissimos inimicos seruet atque exhibeat lenitatem[45]. In tanta quippe crudelitate quecumque preter[46] sanguinem uindicta processerit, magna lenitas[47] apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris[48] illa atrocitate conmotis uidetur indignum, et quasi dissolutionis et negligentiae simile, transactis tamen motibus animorum (qui recentioribus factis solent turbulentius excitari) egregie luculenta bonitas apparebit.

C. III. *Mali sunt prohibendi a malo, et cogendi ad bonum.*

Idem Donato, [epist. CXXVII.][49]

Unum solum est, quod in tua iusticia pertimescimus, ne forte (quoniam[50] quicquid mali contra Christianam societatem ab hominibus[51] inpiis ingratisque conmittitur, profecto grauius est et atrocius, quam si in alios[52a] conmittatur[53b]) tu quoque pro inmanitate facinorum, ac non pocius pro lenitatis Christianae consideratione[54] censeas cohercendum. Quod te per Iesum[55] Christum ne[56] facias obsecramus[57]. *Et paulo post:* §. 1. Ex occasione terribilium iudicum et[58c] legum, ne eterni[59] iudicii penas luant[60], corrigi eos cupimus, non necari; nec disciplinam circa eos negligi uolumus, nec suppliciis, quibus sunt digni, coherceri[61]. Sic ergo[62d] eorum peccata conpesce, ut sint quos peniteat peccauisse. *Et paulo post:* §. 2. Proinde si occidendos in his uiros putatis[63e], deterrebitis nos, ne per nostram operam iudicium[64f] tale quid[65g] perueniat[66]. Quo conperto[67h] in nostram perniciem licentiori audacia grassabuntur, necessitate nobis inpacta[68], ut etiam occidi ab eis eligamus[69i], quam eos occidendos uestris iudiciis inferamus[70k].

C. IV. *Quies*[71] *ecclesiae principum seueritate iuuatur.*

Idem [Macedonio, epist. LIV.][72]

Prodest[73a] seueritas uestra, cuius ministerio quies adiuuatur et nostra. Prodest[74b] intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur et uestra. Non uobis displiceat, quod rogamini a bonis, quia nec nobis[75c], quod timemini a malis. §. 1. Nam hominum iniquitatem etiam apostolus Paulus non tantum iudicio[76d] futuro, uerum etiam de presentibus uestris secularibus[77*] potestatibus terruit, asserens et ipsas ad dispensationem diuinae prouidentiae pertinere. „Omnis," [78] inquit, „anima potestatibus sublimioribus subdita sit, etc." Hec uerba Apostoli utilitatem uestrae seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem iussi sunt timentibus debere qui terrent. Nichil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi karitate, et nichil fiat inmaniter, nichil inhumaniter. Ita formidetur[79] ulcio cognitoris, ut nec intercessoris religio contempnatur, quia et plectendo, et ignoscendo hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. Quod si tanta est peruersitas et inpietas, ut corrigendae** rei[80e] nec

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 1. b) cura c) et de d) nec e) ab f) interitu g) qui h) quasi vice talionis paribus i) coërcitione k) salutar.: *deest* l) succense m) iniquitati ut consulere humanitati n) nec o) extendente p) coërcitionis q) adhib.: *deest* r) et s) adhiberi t) lenius invenisti u) occultatum v) examinant — c. 2. a) suam erga — c. 3. a) alios talia b) committantur c) ac d) igitur e) his sceleribus homines putaveritis f) ad vestrum iudicium g) aliquid h) comperto illi i) eligamus potius k) ingeramus — c. 4. a) *et* b) Prodest et c) bonis displicet d) de iudicio e) ei corrigendae**

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. V. C. I. * Notariis: In libris B. Augustini excusis partim est: *notaria,* partim: *notoria.* In codice Vaticano epistolarum ubique legitur: *notaria,* et epist. 160., in qua de eadem re agitur, in codicibus impressis ac manuscriptis legitur: *notaria,* itemque in Breviculo in collatione primi diei semel, et secundi bis. De notoriis vero mentio est in l. *Ab accusatione.* §. *Nunciatores.* ff. ad SC. Turpill. et C. de accusat. l. *Ea quidem.* Apuleius etiam lib. 7. de asino aureo habet: *notoriam,* et in glossario legitur: *notoria,* ἀναφορά.

** Succense: Sic est emendatum, additis etiam nonnullis ex originali, Anselmo et Polycarpo. Antea erat: *Sic succensere iniquitati memineris, ut non in peccatorum, etc.*

C. IV. * Saecularibus: Antiquioribus editionibus epistolarum B. Augustini in margine est adscriptum: *de praesentibus vestris securibus terruit.* In Antverpiana vero et in textu haec eadem lectio, sed sine dictione: *praesentibus.*

** Ei corrigendae: Sic est emendatum ex originali. Antea legebatur: *ut corrigendis reis nec disciplinae, nec veniae remedia suffragentur, ab omni tamen intentione, etc.*

Causa XXIII. Quest. V. can. 1. 5) *Codd. et Edd. coll. o.* 6) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ans. Polyc.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 8) *AF Ans.; deest: BCD;* illorum obtentum ob interitum: *Polyc.* 9) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 10) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* 11) notoria: *orig.* 12) videatur: *Ans.* 13) *Cod. et Edd. coll. o.;* in alienis partis: *Ans.;* in alienae partis: *Polyc.* 14) supplicium: *Edd. coll. o.* 15) *add.:* sui: *AEGH Ed. Bas.* 16) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 17) relaxetur: *orig. Ans. Polyc.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 19) subtrahatur: *Polyc.* 20) *Codd. et Edd. coll. o.* 21) *ib.* 22) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* non: *Polyc.* 23) dilectionem vel dilig.: *EGH Ed. Bas.* 24) adquisitione: *CD Polyc.* 25) quoniam: *AB* 26) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Polyc.;* extento: *Edd. rell.;* extenso: *Ans.* 27) aculeo: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 28) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 29) et: *deest: orig.* 30) *Codd. et Edd. coll. o.* 31) *ABCDF Edd. coll. o. Polyc.* 32) et.: *deest: EGH* 33) in: *deest: Ans.* 34) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 35) *Codd. et Edd. coll. o.* 36) *ib.;* occultandum: *Polyc.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* ‖ can. 2 38) Marcelliano: *BDEGH* 39) *Ep.* 139. *no.* 2. *Ed. Maur. — scr. ao.* 412. — *Ans.* XIII, 11.; *Polyc.* VII, 12, 6.; *Caes.* VIII, 117. 40) *add.:* sane: *orig.* 41) rogo tamen: *EGH* 42) eorum: *A Ed. Bas.* 43) ecclesiam catholicam: *EGH;* eccl.: *deest: Ans. Polyc.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 45) levitatem: *Ans.* 46) propter: *Ans.* 47) levitas; *Polyc.* 48) ex nostris: *Ed. Bas.;* vestris: *Edd. rell.* ‖ can. 3. 49) Item: *EH Ep.* 100. *no.* 1. *Ed. Maur. scr. ao.* 408.; *Ans.* XIII, 12.; *Polyc.* VII, 12, 7. 50) qui: *H; deest: C Ed. Bas.* 51) omnibus: *ABF* 52) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 53) *ib. pr. G* (committeretur) 54) consid.: *deest: Polyc.* 55) ipsum: *Ans. Polyc.* 56) nescias (fac.: *deest*)*: Polyc.* 57) obsecramur: *AG* 58) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 59) in etern.: *orig.* 60) incidant: *ib.* 61) exerceri: *ib.* 62) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 63) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (his sceleribus); — *Ans. Polyc.* 64) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 65) *BH Ans. Polyc.;* quidem: *Codd. coll. rell. Edd. coll. o.* 66) proveniat: *BC* 67) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 68) *add.:* et indicta: *orig.* 69) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* ‖ can. 4. 71) Quod quies: *EGH* 72) *Ep.* 153. *no.* 19. *Ed. Maur. scr. ao.* 414.; *Polyc.* I, 38, 4. 73) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 74) *ABCDF Edd. coll. o. Polyc.;* prodest . . . vestra: *deest: EGH* 75) *Codd. coll. o. pr. C* (*deest*); — *Polyc.* 76) *Codd. et Edd. coll. o. pr. GH* (in iud.); — *Polyc.* 77) securibus: *orig.;* potestatib.: *deest: C orig.* 78) *Rom. c.* 13. *v.* 1. 79) formidabitur: *Polyc.* 80) *ABCDF Edd. Arg. Bas.*

disciplinae, nec ueniae[81f] remedia suffragentur[82g] ab omni[83h] tamen intentione atque conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate siue lenitate, non nisi offitium dilectionis inpletur[84i].

[P A L E A.[85*] C. V.

Hoc tamen[86] intelligendum est de illis, quos presentia supplicia in melius conmutant[87], non de illis, qui obstinati sunt[88] in malo, qui, si semper uiuerent, semper peccarent, quorum pena hic incipit, et in eternum durabit.]

C. VI. *In presentiarum[89] nonnulli puniuntur, ne in eternum flagellentur.*

Item Ieronimus in Naum [Prophetam, ad c. 1.][90]

Quid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? Ipse[91], qui creauit mundum, et eius consummationem faciet. Quid[92a] si uobis uidetur crudelis et[93b] rigidus et cruentus, quod in diluuio[94] genus deleuit humanum, super[95] Sodomam et Gomorram ignem et sulphurem[96c] pluit, Egyptios submersit fluctibus[97], Israelitarum cadauera prostrauit in eremo, scitote, eum ideo ad presens reddidisse supplicia, ne in eternum puniret. Certe aut uera sunt que Prophetae loquuntur, aut falsa. Si uera sunt que[98] de seueritate eius uidentur dicere, ipsi dixerunt[99]: „Non iudicabit[100d] Dominus bis in id ipsum in tribulatione;“ sin autem falsa sunt, et falsum est quod dicitur[101]: „Non consurget duplex tribulatio:“ falsa est ergo et crudelitas, que[102] in lege scripta[103e] est. Quod si uerum est, et[104f] negare non poterunt[105], dicente Propheta: „Non iudicabit[106g] Deus[107h] bis in id ipsum in tribulatione:“ ergo qui puniti sunt postea non punientur. Si autem[108i] postea punientur, scriptura mentitur, quod nefas est dicere. Receperunt ergo et qui in diluuio perierant[109k], et Sodomitae, et Egyptii, et Israelitae in solitudine mala sua in uita sua. §. 1. Querat[110] hic aliquis, si[111] fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat? Aut enim punietur, et falsum est hoc, quod dicitur: „Non iudicabit[112l] Deus[113m] bis in id ipsum in tribulatione,“ aut non punietur, et optandum est adulteris, ut in presentiarum breui et cita pena cruciatus frustrentur[114] eternos. Ad quod respondebimus, Deum, ut omnium rerum, ita[115n] suppliciorum quoque scire mensuras[116], et non preueniri sententiam[117o] iudicis, nec illi in peccatorem exercendae dehinc penae auferri potestatem, et magnum peccatum magnis diuturnisque cruciatibus lui. Si quis autem punitus sit ut ille in lege[118], qui Israelitis[119] maledixerat, et qui[120] in sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri, quia culpa leuis[121] presenti supplicio[122] conpensata[123] sit.

C. VII. *Qui rei sunt sanguinis ab ecclesia debent defendi.*

Item Gregorius[124a].

Reos sanguinis defendat* ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat.

II. Pars. Gratian. *Hinc apparet, quod mali flagellis sunt cohercendi, non membrorum truncatione uel temporali morte plectendi.* §. 1. *Sed obicitur illud, quod ait*[125] *Dominus ad Moysen*[126]: *„Maleficos non patieris uiuere;“ item*[127]: *„Qui coierit cum iumento morte moriatur.“ Adulterii*[128b] *etiam uel blasphemiae crimine notatus inmisericorditer lapidari iubetur. Item Moyses, qui legem acceperat, cultores ydoli morte puniuit. Samuel etiam Agag regem pinguissimum in frusta conscidit*[129]. *Finees quoque Iudeum cum Madianita coeuntem gladio transfixit, quod ei reputatum est ad*[130] *iusticiam. Similiter nonnulli in ueteri testamento inueniuntur malos trucidasse, nec transgressores*[131c] *legis, sed defensores*[132] *appellantur.* §. 2. *Prohibetur ergo illo precepto quisque sua auctoritate in necem alicuius armari, non legis inperio reos morti tradere. Qui enim, publica potestate functus, ipsius legis inperio malos perimit, nec illius precepti transgressor, nec a celesti patria alienus habetur.*

Unde Augustinus ad Publicolam, [epist. CLIV.][133]:

C. VIII. *Ex offitio non est peccatum hominem*[134] *occidere.*

De occidendis hominibus, ne ab eis quisque[135a] occidatur, non michi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica[136] functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, uel pro ciuitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personae. Qui uero repelluntur aliquo terrore, ne mala[137b] faciant, etiam ipsis fortasse aliquid prestatur[138]. Hinc autem[139] dictum est[140]: „Non[141] resistamus malo,“ ne[142] nos[143] uindicta delectet, que alieno malo animum pascit[144], non[145] ut[146] correctionem hominum negligamus. Unde nec[147] reus est[148] mortis alienae, qui cum suae possessioni[149] murorum[150c*] ambitum circumduxerit[151], aliquis[152] ex ipsorum[153] usu percussus interiit[154d]. Neque enim reus est Christianus, si bos eius aliquem feriendo, uel equus[155] calcem[156] iaciendo aliquem occidat, aut ideo non debent[157] Christianorum[158] boues habere cornua[159], aut equus ungulas, aut dentes canes[160e]. Aut[161f] uero, quoniam apostolus Paulus satis egit, ut in tribuni[162] noticiam perferretur[163], insidias sibi a quibusdam perditis preparatas[164g], et ob hoc deductores accepit[165] armatos, si in illos[166h] scelerati[167i] homines incidissent, Paulus in effusione[168] sanguinis eorum suum crimen agnosceret? Absit, ut ea, que propter bonum ac[169] licitum facimus aut habemus, si quid[170] per[171] hec[172] preter nostram uoluntatem cuiquam mali acciderit[173], nobis inputetur. Alioquin[174] nec ferramenta domestica et[175] agrestia sunt habenda, ne quis ex[176k]

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 4. f) discipl. possit prodesse nec venia g) remed. suffr.: *deest* h) a bonis i) impleatur — c. 6. a) Quod b) et: *deest* c) sulphur d) vindicabit e) descripta f) ut g) vindicabit h) Dominus i) autem illi k) perierunt l) vindicabit m) Dominus n) ita et o) sententia — c. 7. a) Greg. Papa b) Adulterio c) tamen transgress. — c. 8. a) quisquam b) male c) ex lapidibus murum* d) intereat e) canis f) An g) praeparari h) illa i) arma scelerati k) ex: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Abest haec Palea a vetustis exemplaribus, quae collata sunt, uno excepto, in quo est coniuncta capiti superiori.

C. VII. * Defendat: Apud Burchardum et Ivonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, legitur: *non defendat.*

C. VIII. * Ex lapidibus: Sic est emendatum ex codice Vaticano epistolarum B. Augustini. Nam in impressis desunt istae voces. Apud Gratianum vero erat: *suae possessioni murorum ambitum circumduxit.*

Causa XXIII. Quest. V. can. 4. 81) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 82) *ib.* 83) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* (a bonis omni) 84) *ABCDEF orig. Polyc.* || can. 5. 85) *Haec Palea deest: CDGH Ed. Bas.; in ABEF verba sunt Gratiani cum capite antecedente coniuncta. Rolando non fuit nota; — Sunt autem ipsa Gratiani verba huc translata ex dicto quod sequitur c. 43. Dist.* III. *de poenit.* 86) tamen: *deest: B;* non: *F* 87) mutant: *ABF* 88) sunt in: *deest: AF;* sunt: *deest: B* || can. 6. 89) presenti: *BEH* 90) *ad c. 1. v. 9.; Polyc.* VII, 12, 8. 91) Item ipse: *EGH;* ipse est: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 92) *BF Polyc.;* qui: *AC* 93) *Codd. coll. o. Polyc.* 94) *cf. Genes. c. 7. et 19.* 95) et super: *EGH* 96) *ABF Corr. orig. Polyc.* 97) in fluct.: *GH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *cf. Exod. c.* 15. 98) quod: *G Polyc.;* quid: *ADEFH* 99) *Nahum. c. 1. v. 9. sec.* LXX. 100) *BCDF Polyc.* 101) hoc quod dic.: *ACD; — idem loc. sec. Vulg.* 102) eius quae: *orig.* 103) *ABCDFH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 104) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 105) possunt vel poterunt: *EGH* 106) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 107) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F* 108) *ib. Polyc.* 109) *ABDF Polyc.* 110) *add.:* ergo: *Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III.; *cf. c. 44. Dist.* III. *de poenit.* 111) si: *deest: Polyc.* 112) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 113) *Codd. et Edd. coll. o.* 114) frustrent (?): *Polyc.* 115) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 116) mensuram: *CDF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 117) *ABCDF* 118) *Levit. c. 24.* 119) *Num. c. 15.* 120) Israelitae: *CDF;* Israeliticis: *orig.;* Israeli: *Polyc.* 121) *add.:* et brevis: *EGH Ed. Bas.* 122) *add.:* severitatis: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 123) conpensanda: *EGH* || can. 7. 124) *Codd. coll. o.; Haec est summa eorum quae supra C.* XIV. *qu. 6. c. 3. ex Gregorio referuntur. — Jaffé no.* CCLI. — *Burch.* XIX, 109. (August.); *Ivo Decr.* XV, 121. (August.) 125) dixit: *EGH* 126) *Exod. c. 22. v. 18.* 127) *Levit. c. 20. v. 15.* 128) *Codd. coll. o.;* et vel: *deest: EGH;* et.: *deest: A* 129) concidit: *Codd. coll. o. pr. B* 130) in: *EGH* 131) *Codd. coll. o. pr. CD* 132) *add.:* legis: *EH* || can. 8. 133) *Ep. 47. no. 5. Ed. Maur. scr. ao. 398. — Ans.* XIII, 18.; *Ivo Decr.* X, 1.; *Ivo Pan.* VIII, 1. *(can. cont.)*; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 1.; *Polyc.* VII, 11, (12,) 5. 134) homines: *ABD* 135) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 136) publicam functionem tenet: *Ivo Pan.* 137) *Codd. et Edd. coll o. Ans. Polyc.* 138) prestetur: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 139) enim: *A;* aliquid: *Polyc.* 140) *Matth. c. 5. v. 39.* 141) ne: *BCEGH* 142) *add.:* forte: *EGH Ed. Bas.* 143) vos: *Edd. Lugdd.* II. III. 144) pascat: *GH* 145) non: *deest: Ans. Polyc.* 146) ut ad: *Polyc.* 147) non: *Ivo Pan.* 148) est: *deest: Ans.* 149) possessionis: *ib.* 150) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* ex lapid.: *deest: orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.;* muros: *Ivo Decr.* 151) circumduxit: *ABCF Edd. coll. o.* 152) si aliq.: *C orig. Ivo Pan.* 153) ipsius ruinis: *orig.* 154) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (fuerit) 155) eius: *Coll. tr. P.* 156) calciendo aliq.: *Ans. Polyc.* 157) deberent: *EGH* 158) Christiani: *orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 159) cornutas: *Ans. Polyc.* 160) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B; — Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 161) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ed. Arg.; — orig. Ivo Decr. Pan.;* at: *Ed. Arg. Ans. Polyc.* 162) tribunis: *Ivo Pan.* 163) perferret: *AC Edd. coll. o. Ivo Pan.;* perferatur: *Ans.; add.:* cognoscens: *Polyc.* 164) *Codd. et Edd. coll. o.;* esse preparatas: *Ivo Pan.;* parari: *Ans. Polyc.* 165) acceperit: *Ivo Pan.* 166) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 167) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 168) effusionem: *Ans.* 169) et: *Ans. Polyc.;* aut: *Ivo Pan.* 170) quidem: *Ivo Pan.* 171) propter: *EGH Ed. Bas.* 172) hoc: *AEG Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Pan.* 173) si quid acciderit: *Ivo Pan.* 174) aliquando: *Edd. Par. Lugd.* I. 175) aut: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 176) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A*

eis uel se uel alterum interimat[177], nec arbores plantandae[178 l], ne[179 m] quis[180] se inde suspendat, nec fenestra facienda[181 n], ne per hanc se quisquam[182] precipitet. Et[183 o] quid plura conmemorem, cum[184] ea conmemorando finire non possem[185]? Quid[186 p] est in usu hominum bono[187] ac licito, unde non possit[188 q] inrogari pernicies?

III. Pars. Gratian. *Se ipsum autem*[189 r] *perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur.*

Unde Augustinus lib. I. de ciuitate Dei, [c. 17.][190]:

C. IX. *Qui Deo auctore bella gesserunt, preceptum*[191 a] *non occidendi nequaquam transgressi sunt.*

Si non licet priuata potestate alicui[192] hominem[193] occidere[194 b] innocentem[195 c], cuius occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam qui se ipsum occidit homicida est, et tanto fit nocentior, cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit[196], qua se occidendum putauit. Nam[197] si Iudae merito factum detestamur, eumque[198 d] ueritas iudicat, cum se laqueo suspendit, sceleratae illius[199] traditionis auxisse pocius, quam expiasse conmissum, quoniam, de Dei misericordia[200] desperando[201] exiciabiliter penitens, nullum sibi salubris penitenciae locum reliquit: quanto magis a sua cede[202 e] se abstinere debet qui tali supplicio quid in se puniat non habet? Iudas enim, cum se occidit, sceleratum hominem occidit, et tamen non solum Christi, uerum etiam[203] suae mortis reus finiuit hanc uitam, quia, licet propter[204 f] scelus, alio[205] tamen[206] suo[207] scelere occisus est. §. 1. Cur autem homo, qui nichil mali fecit, sibi malefaciat, et se ipsum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, atque in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum? *Item* [c. 20.]: §. 2. In[208 g] sanctis canonicisque[209] libris nobis nusquam diuinitus preceptum permissumue reperiri potest, ut uel ipsius inmortalitatis adipiscendae, uel ipsius[210 h] cauendi[211 i] curandiue[212 k] causa[213 l] nobismetipsis necem inferamus. Nam et prohibitos nos esse intelligendum est, ubi lex ait[214]: „Non occides," presertim, quia non addidit[215], proximum tuum, sicut falsum testimonium cum uetaret: „Falsum,"[216] inquit, „testimonium non dices aduersus proximum tuum." Nec[217] ideo tamen, si aduersus se ipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc se putauerit crimine alienum, quoniam regulam diligendi proximum a semetipso[218 m] accepit, quandoquidem[219] scriptum est[220]: „Diliges proximum tuum sicut[221] te ipsum." Porro si falsi testimonii non minus reus est qui de se ipso falsum fatetur, quam si aduersus proximum hoc faceret, cum in eo precepto, quo falsum testimonium prohibetur, aduersus[222] proximum prohibeatur, possitque non recte intelligentibus uideri non esse prohibitum, ut aduersus se ipsum quisque falsus testis assistat[223 n]: quanto magis intelligendum est, non licere[224] homini se ipsum occidere, cum in eo, quod scriptum est: „Non occides," nichil[225 o] deinde addito, nec[226 p] ipse utique, cui precipitur, intelligatur[227 q] exceptus? *Item*[228 r]: §. 3. „Non occides," nec te, nec alterum[229 s]. Neque enim qui se occidit aliud quam hominem occidit. §. 4. Quasdam uero[230] exceptiones eadem ipsa diuina fecit[231] auctoritas[232 t], sed his exceptis, quos Deus occidi iubet, siue data lege, ad[234 u] personam pro tempore expressa iussione, siue ipse qui[235 v] * occidit, ministerium debet[236] iubenti, sicut gladius amminiculum utenti[237 w]. Et ideo nequaquam contra hoc preceptum fecerunt, quod[238 x] dictum est: „Non occides," qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam[239] gerentes publicae potestatis secundum ius[240 y] legis, hoc est iustissimae rationis inperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham[241] non solum non est culpatus crudelitatis crimine, uerum etiam laudatus est nomine pietatis, quod uoluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito queritur, utrum pro iussu Dei sit habendum, quod Iephte[242] filiam, que patri occurrit, occidit, cum id uouisset[243] se[244] inmolaturum[245 z], quod ei uictori[246] redeunti de prelio primitus occurrisset. Nec Samson[247] aliter excusatur, quod se ipsum cum hostibus ruina domus obpressit, nisi quia Spiritus[248] latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. His igitur[249] exceptis, quos uel lex iusta[250] generaliter, uel ipse fons iustitiae Deus specialiter[251] iubet occidi, quisquis hominem uel se ipsum uel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur. *Item* [c. 26.]: §. 5. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, uelut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas; neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso[252] incipiat habere grauissimum[253] proprium[254 aa]; neminem propter sua preterita peccata, que[255 bb] magis in[256 cc] hac uita opus est, ut possint[257] penitendo sanari; neminem uelut[258] desiderio melioris uitae, que post mortem speratur, quia reum[259 dd] suae mortis melior post mortem uita non suscipit[260].

C. X. *Nemini licet sibi manus inicere.*

Idem contra Petilianum, [lib. II. c. 49.][261 a]

Tu dixisti, laqueo traditor periit, laqueum talibus dereliquit. Hoc ad nos non pertinet omnino. Neque enim ueneramur nomine martirum eos[262], qui sibi collum ligauerunt.

C. XI. *De eodem.*

Item Ieronimus in Iona Propheta, [ad cap. I., non longe a fine][263 a].

Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 8. l) est plant.: *deest* m) aut restis, ne n) facienda est o) Quid (Et: *deest*) p) Quid enim q) possit etiam r) etiam — c. 9. a) praecepta b) occidere vel c) nocentem d) eamque e) nece f) propter suum g) Neque enim frustra in h) ullius i) curandi k) cavendique l) mali causa m) semetipso dilector n) existat o) nihilo p) nullus nec q) intelligitur r) Item infra eod. capite s) non alterum: ergo nec te t) auctoritas ut[233] liceat hominem occidi u) sive ad v) Non autem* ipse occidit qui w) est utenti x) quo y) eius leges z) immolat. Deo aa) proprium, quem non polluebat alienum bb) propter quae cc) in: *deest* dd) reos — c. 10. a) contra literas Petiliani — c. 11. a) Ionam Prophetam

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * **Non autem**: Sic est emendatum ex originali, praesertim Antverpiano. Nam antea totus hic locus multo aliter se habebat. Sunt autem et alia multa restituta.

Causa XXIII. Quest. V. can. 8. 177) *finis canonis: Ivo Decr. Pan.;* nec arbor.... precipit: *deest: BEFGH Ans. Polyc.* 178) *ACD Edd. coll. o.* 179) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 180) *add.:* ex eis: *ACD Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 181) *Codd. et Edd. coll. o.* 182) quisque: *orig. Polyc.* 183) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ans. Ivo Pan.* 184) nam cum: *B;* cum ... possem: *deest: ACDF;* cum: *deest: Polyc.* 185) possim: *orig.;* possum: *Polyc.* 186) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan. Polyc.* 187) bonum ac licitum: *Ivo Pan.* 188) *Codd. et Edd. coll. o.;* possit quidem: *Polyc.* 189) *Codd. coll. o.* || can. 9. 190) *Ivo Decr.* X, 10.; *Ivo Pan.* VIII, 2. (*init. capitis usque ad* §. 2., *et* §§. 3—5.) *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 2. 191) *Codd. coll. o.* 192) alic.: *deest: orig.* 193) homini: *EGH* 194) *Codd. et Edd. coll. o.* 195) *ib.* 196) fuerit: *EGH Edd. Arg. Bas.* 197) Num. ... intellig. est: *deest: Ivo Pan.* 198) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr.* 199) ipsius: *A;* huius: *B* 200) misericordiam (de: *deest*): *orig.* 201) desperandum: *EG Ed. Bas. Turrecrem.;* desperandus: *H* 202) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (sui); — *Ivo Decr.* 203) et: *D;* et.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 204) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 205) de alio: *EGH* 206) tamen: *deest: orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 207) suo: *deest: Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 208) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 209) canonicis: *orig.* 210) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 211) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* carendi: *orig.* 212) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* (incurrendive); cavendive: *orig.;* carendive: *Ivo Decr.;* carendique: *Coll. tr. P.* 213) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ed. Bas.* (criminis causa) 214) *Exod. c.* 20. *v.* 3. 215) addit: *Coll. tr. P.* 216) *Exod. c.* 20. *v.* 16. 217) ne: *CD Ivo Decr.;* non: *AEGH Edd. Arg. Bas.* 218) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 219) quoniam quidem: *D Edd. coll. o.* 220) *Matth. c.* 22. *v.* 39. 221) tanquam: *Coll. tr. P.* 222) in: *ib.* 223) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 224) licet: *Ivo Pan.;* licere ... interficere: *AB* 225) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 226) *ib.* 227) *ib. orig.* 228) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* item scriptum est: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 229) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 230) inde: *C;* vero inde: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; tamen: *EGH Edd. Arg. Nor.;* enim: *Turrecrem.* 231) faciat: *Edd. Ven.* II. *Lugd.* I. *Par.* 232) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* auctoritate: *Ivo Pan.* 233) ut non: *orig.* 234) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 235) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* (sive autem) 236) praebet: *Edd. Lugdd.* II. III. 237) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 238) *Codd. coll. o. pr. A* (quo) 239) personas: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 240) *Codd. et Edd. coll. o.* 241) *Genes. c.* 22. 242) *Iudic. c.* 11. 243) advovisset (id: *deest*): *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 244) se: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 245) *Codd. et Edd. coll. o.* 246) victuro: *H Ed. Bas.* 247) *Iudic. c.* 10. 248) *add.:* sanctus: *Edd. Bas. Lugdd.* 249) ergo: *Ivo Pan.* 250) iuxta: *EH;* iusta: *Ed. Bas.; deest: A* 251) spec.: *deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 252) ipse: *orig.* 253) *add.:* peccatum: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I.; — *Ivo Pan.* 254) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. (propr. ne in eo perpetretur alienum); — *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 255) *Codd. et Edd. coll. o.* 256) *ib. Coll. tr. P.* 257) possit: *DEGH Ed. Bas. Coll. tr. P.* 258) quasi: *Ivo Pan.* 259) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (reus); reos eos: *Coll. tr. P.* 260) suscepit (non: *deest*): *ib.* || can. 10. 261) *Codd. coll. o.; — no.* 114. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* II, 99. (*can.:* istud dicis; *contin.*); *ib.* X, 7.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 3.; *ib.* III, 2, 14. (*can.:* Dominus declaravit; *contin.*) 262) per eos: *Coll. tr. P.* 20. || can. 11. 263) *Codd. coll. o. pr. C; — ad c.* 1. *v.* 12. — *Ivo Pan.* VIII, 3.

libenter excipere[264]. Unde et[265] in persecutionibus non licet[266] propria perire manu (absque eo, ubi castitas periclitatur), sed percutienti colla submittere.

C. XII. *Nulla fiat pro illis[267 a] oratio, qui se ipsos interficiunt.*

Item ex Concilio Bracarensi [I., c. 34.][268]

Placuit, ut hii[269 b] qui sibi ipsis uoluntarie[270] aut per ferrum, aut per uenenum, aut per[271] precipitium, aut per[272] suspendium, uel quolibet modo[273 c] inferunt[274] mortem, nulla[275 d] pro[276] illis[277] in oblatione conmemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpant[278]. Similiter et de his placuit fieri[279], qui pro suis sceleribus moriuntur[280 e].

Gratian. *Inpenitentes subaudiatur*[281]. *Idem in eodem lib. I.*[282 a]:

C. XIII. *Non est reus homicidii miles, qui potestati obediens hominem occidit*[283].

IV. Pars. Miles, cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit[284], nulla ciuitatis suae lege reus est[285] homicidii; immo, nisi fecerit, reus inperii deserti atque contempti est. Quod si sua sponte atque auctoritate fecisset, crimen[286 b] effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde punitur, si fecerit[287] iniussus, inde punietur, si non[288 c] fecerit iussus.

C. XIV. *Homicida est qui sponte occidit quos iudex iubet occidi.*

Item in questionibus Exodi, [quest. XXXIX. ad c. 11.][289]

Cum minister iudicis occidit[290] eum, quem iudex[291] iussit occidi, profecto, si id sponte facit[292], homicida est, etiamsi eum occidat[293], quem scit a iudice debuisse occidi.

C. XV. *Sicut iure laudatur obedientia, ita reprehenditur qui sibi non concessa usurpat.*

Idem [lib. XXII. contra Faustum, c. 73.][294]

Lex eterna ita medio quodam posuit loco aliqua[295 a], ut in eis usurpandis merito reprehendatur audacia, in exequendis[296 b] iure laudetur obedientia. Abraham*, si spontaneus motus fuisset in occidendo filio, execrabilis haberetur: at iubenti Deo obsecundans famulatus est.

C. XVI. *Bono animo offitia uindictae possunt inpleri.*

Idem in questionibus super Matheum, [lib. I. qu. 10.][297 a]

Offitia uindictae possunt inplere[298 b] boni[299 c] bono animo, quomodo iudex, quomodo lex[300].

C. XVII. *Non est iniquus, sed humanus, qui crimen persequitur, ut hominem liberet.*

Idem ad Macedonium, [epist. LIV.][301]

Non est iniquitatis, sed pocius humanitatis societate deuinctus[302], qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator.

C. XVIII. *Quare sint instituta regia potestas et legalia tormenta.*

Idem [in eadem epistola][303].

Non[304] frustra sunt instituta potestas regis[305 a], ius cognitoris, ungulae carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris; habeant[306 b] ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Hec cum timentur, et mali cohercentur, et boni quieti[307 c] inter malos uiuunt.

C. XIX. *Nonnumquam pocius peccat qui causam mortis prebet, quam ille, qui occidit.*

Item[308 a].

Cum homo ab homine occiditur, multum distat, utrum fiat nocendi cupiditate, uel iniuste aliquid auferendi (sicut fit ab inimico, sicut a latrone), an[309] ulciscendi uel obediendi ordine (sicut a iudice, sicut a carnifice), uel[310 b] euadendi uel subueniendi necessitate, sicut[311] interimitur latro a uiatore, hostis a milite. §. 1. Et aliquando qui causa mortis fuit pocius in culpa est, quam ille[312], qui occidit; uelut si quispiam[313] decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat. Nec tamen omnis, qui causa alienae mortis est, reus est. Velut[314 c] si stuprum quisquam[315] petat, seseque, si non inpetrauerit, interimat? Quid[316] si filius timens patris pia uerbera precipitio pereat? Quid[317] si alius homine liberato, uel ne alius liberetur, sibi ipsi[318 d] mortem inferat? Num[319] propter istas alienarum[320] mortium causas aut sceleri consentiendum est, aut uindicta peccati, que non fit nocendi, sed corrigendi studio, etiam[321] paterna[322] tollenda[323], aut opera misericordiae cohibenda sunt? Hec cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa, ne accidant, recte factorum reprimamus[324 e] uoluntatem.

C. XX. *Quod sacerdotes efficere docendo non ualent; disciplinae terrore potestas extorqueat*[325].

Item Ysidorus [lib. III. Sent. de summo bono, c. 53.][326]

Principes seculi nonnumquam intra ecclesiam potestatis adeptae culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut[327] quod non preualent[328 a] sacerdotes efficere per doctrinae sermonem[329] potestas hoc inperet[330 b] per disciplinae terrorem. Sepe per regnum terrenum celeste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam[331 c] agunt rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiae utilitas[332 d] exercere non preualet, ceruicibus superborum potestas principalis inponat, et[333], ut[334] ueneratio-

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 12. a) his b) hii: *deest* c) modo violentiam d) nulla prorsus e) puniuntur — c. 13. a) Item Augustinus in eodem lib. I. de civitate Dei c. 26. b) in crimen c) nisi — c. 15. a) aliqua hominibus b) exsequendis autem — c. 16. a) super evangelia b) impleri c) boni: *deest* — c. 18. a) regis et b) habent c) quietius — c. 19. a) Idem ibidem b) an c) Quid si enim d) ipse e) reprimere — 20. a) valet sacerdos b) impleat c) disciplinam ecclesiae d) humilitas

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XV. * Abraham: Confectum est hoc caput ex verbis B. Augustini, sed collectoris arbitratu immutatis. Atque haec quidem pars sic apud illum habet: *Quapropter si in occidendo filio spontaneus motus exsecrabilis, Deo autem iubente obsecundans famulatus non solum inculpabilis, verum etiam laudabilis invenitur, quid Moysen, Fauste, reprehendis, quod exspoliavit Aegyptios, etc.*

Causa XXIII. Quest. V. can. 11. 264) accipere: *BF Edd. coll. o. Ivo* 265) etiam: *Ivo* 266) *add.:* mihi: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 12. 267) *ACD;* eis: *BF* 268) *c.* 16. *hab. ao.* 563. *ap. Bruns* II, 35.; *Regino* II, 41.; *Burch.* XIX, 130.; *Ivo Decr.* X, 188.; XV, 140. 269) *Codd. et Edd. coll. o. pr.* (*Lugdd.* II. III.: iis); — *Hisp. Reg. Burch. Ivo* XV. 270) vol.: *deest: orig. Hisp. Reg.* 271) per: *deest: Ivo* X. 272) per: *deest: orig. Hisp. Ivo* X. 273) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo* XV.; modo uiolentiae: *Ivo* X. 274) *add.:* si ipsis: *Ivo* X. 275) *CDF orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo* X. XV. 276) pro: *deest: orig. Hisp.* 277) eis: *EGH Ed. Bas.* 278) usurparunt: *orig. Hisp. Reg. Burch.* 279) fieri: *deest: orig. Hisp.* 280) *Codd. et Edd. coll. o.* 281) subauditur: *ABC* || can. 13. 282) *CDEFGH;* item: *C;* — *lib.* I. *c.* 26.; *Ivo Decr.* X, 98.; *Ivo Pan.* VIII, 35. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 31.; *Caes.* VIII, 114. 283) interficit: *EGH;* occiderit: *A* 284) occiderit: *C Ivo Pan.* 285) tenetur: *C; deest: A* 286) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 287) fecit: *Ivo Decr.;* fecisset: *Coll. tr. P.* 288) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 14. 289) *Ivo Decr.* X, 103.; *Ivo Pan.* VIII, 39.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 33. 290) occiderit: *Ivo Pan.* 291) *add.:* vel lex: *ib.* 292) faciat: *ib. Coll. tr. P.;* id: *deest: Coll. tr. P.* 293) occidit: *Coll. tr. P.* || can. 15. 294) item: *EGH* 295) *Codd. et Edd. coll. o.* 296) *ib.* || can. 16. 297) *Codd. coll. o.;* — *Ivo Decr.* X, 106.; *Ivo Pan.* VIII, 40.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 36. 298) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D Edd. Bas. Ven.* I. (impleri); — *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 299) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 300) rex: *orig.* || can. 17. 301) item: *EGH;* — *Ep.* 153. *no.* 3. *Ed. Maur. scr. ao.* 414. — *Ivo Decr.* X, 107. (*can.:* si terrena); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 37. (*can. contin.*) 302) devictus: *F Edd. coll. o. Ivo* || can. 18. 303) *ib. no.* 16.; *Ivo Decr.* X, 108. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 37. 304) nec ideo sane: *orig.* 305) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.;* gladii: *orig.* 306) *Codd. coll. o.* 307) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (quiete); — *Ivo Coll. tr. P.* || can. 19. 308) *Codd. coll. o.;* — *ib. no.* 17.; — *Ivo l. c. Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 37. 309) aut: *EGH Ed. Bas.* 310) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 311) *add.:* quando: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 312) ipse: *AB* 313) quisquam: *orig.* 314) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 315) quisquis: *Ed. Bas.;* quispiam: *Edd. rell. pr. Arg.* 316) Quod: *EGH* 317) Quod: *ib.* 318) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 319) non: *BH;* numquid: *EG* 320) alienorum motuum: *Ivo;* alienor. mortuorum: *Coll. tr. P.* 321) aut et.: *A Edd. coll. o. pr. Bas.* 322) *add.:* verbera: *EGH Edd. coll. o.* 323) tolleranda: *D Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 324) *Codd. et Edd. coll. o.;* reprimimus: *orig. Ivo Coll. tr. P.* || can. 20. 325) extorquet: *ACDEG* 326) *imo in Ed. Areval. c.* 51. *no.* 4.; — *Burch.* XV, 43.; *Ivo Decr.* XVI, 44.; *Coll. tr. P.* III, 29, (30,) 16.; *Polyc.* VI, 1, 21. 327) ut: *deest: Burch.* 328) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 329) sermone (per: *deest*): *Burch.* 330) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ven.* I. II. *Par.* (impetret.); — *orig. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 331) *Codd. et Edd. coll. o.* 332) *ib.; Burch. Coll. tr. P.; Polyc.* (*add.:* vel humanitas) 333) vel (ut ven.: *deest*): *Polyc.* 334) sic: *Ivo Coll. tr. P.*

nem[335*] mereatur[336], uirtutem[337] potestatis inpertiatur[338e]. Cognoscant principes seculi Deo[339] se debere esse rationem reddituros[340f] propter ecclesiam, quam Christo[341g] tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax et disciplina ecclesiae per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exigit[342h], qui eorum potestati suam ecclesiam credidit[343].

C. XXI. *Et regia[344a], et sacerdotalis defendant auctoritas que ad diuinam confessionem pertinent.*

Item Leo Papa [epist. XXIX. ad Pulcheriam Augustam[345].

Res[346b] omnes[347c] aliter tutae esse non possunt, nisi que ad diuinam confessionem pertinent, et regia et sacerdotalis defendat[348] auctoritas.

C. XXII. *Sacerdotalis ammonitio quos corrigere non ualet secularis potentia corrigat.*

Item ex Concilio Turonensi III., [c. 41.][349]

Incestuosi, patricidae, homicidae multi apud nos[350] reperiuntur[351]; sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt ammonitionibus aurem accommodare, uolentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per secularis potentiae[352] disciplinam a tam praua consuetudine coherceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuerti[353a].

C. XXIII. *Malos conprimere[354], et bonos subleuare regum offitium est.*

Item Ieronimus super Hierem., [ad c. 22.][355]

Regum[356a] est proprium, facere iudicium atque[357b] iusticiam, et liberare de manu calumpniantium[358c] ui oppressos, et peregrino[359] pupilloque et uiduae, qui facilius obprimuntur a potentibus[360], prebere auxilium. Et, ut curam eis preceptorum Dei maiorem iniceret[361], intulit: „Nolite contristare,“[362] ut non solum[363d] eripiatis, sed ne patiamini quidem ut uestra conniuentia eueniat[364e] eos ab aliis contristari, „et sanguinem innocentem non effundatis in loco isto.“ Homicidas enim, et[365f] sacrilegos etc.[366] *Et post pauca:* Si, inquit, hec[367] feceritis, o reges Iuda, tenebitis pristinam potestatem.

V. Pars. Gratian. *Ipsis autem principibus et potestatibus fidem et reuerentiam seruari oportet, quam qui non exhibuerit apud Deum premia inuenire non poterit.*

Unde idem Ieronimus [in epist. ad Titum, c. 2. ad uers. Serui dominis][368]:

C. XXIV. *Eterna mercede fraudatur qui fidem et reuerentiam potestatibus seruare contempnit[369].*

Si apud dominos carnales in minimis[370a] fideles fuerint, incipient eis apud Dominum[371b] maiora[372] committi. Ornat autem doctrinam Domini qui ea, que condicioni suae apta sunt, facit, ut[373c] e diuerso confundit[374] eam qui non est subiectus in omnibus, cui[375] condicio sua displicet, qui contradictor atque fraudator in nullo bonam fidem ostendit. Quomodo enim potest fidelis esse in substantia Dei qui carnali domino fidem exhibere non potuit?

C. XXV. *Militaris disciplina regi omnia seruat.*

Item Ambrosius in lib. I. de Patriarchis, [id est de Abraham, cap. 3.][376]

Dicat[377] aliquis, cum ipse uicerit, quomodo dicit[378] Abraham ad regem Sodomorum: „Nichil sumam abs te,“ cum preda fuerit utique in potestate uictoris? Docet[379] militarem disciplinam, ut regi seruentur omnia. Sane his, qui secum fuissent in adiumentum fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam asserit tamquam mercedem laboris. Ideoque, quoniam sibi mercedem ab homine non quesiuit, a Deo accepit, sicut legimus scriptum, quia post hec uerba[380a] factum est uerbum Domini ad Abraham in uisu[381], dicens: „Noli timere Abraham; ego protegam te, et[382b] merces tua magna[383c] erit ualde.

VI. Pars. Gratian. *Preterea, sicut principibus et potestatibus fidem et reuerentiam exhibere cogimur, ita secularium dignitatum amministratoribus defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit. Quod si facere contempserint, a communione sunt repellendi.*

Unde Iohannes VIII.[384]:

C. XXVI. *Querimonias ecclesiarum qui in dignitatibus agunt attentius debent audire.*

Amministratores plane secularium dignitatum, qui ad ecclesiarum tuicionem, pupillorum ac uiduarum protectionem, rapaciumque refrenationem constituti esse proculdubio debent, quotiens ab episcopis et ecclesiasticis uiris conuenti fuerint, eorum querimonias attentius audiant, et secundum quod necessitas expetierit absque negligentia examinent et diligenti studio corrigant. Quod si Dei timorem pre oculis non habentes negligere post secundam et tertiam ammonitionem inuenti fuerint, omni communione usque ad condignam se nouerint satisfactionem priuatos.

C. XXVII. *Contrariae fortitudines non solum homines sunt sed ultrices irae Dei[385a].*

Item Ieronimus super Iohel, [ad c. 2.][386b]

VII. Pars. Non solum homines ministri sunt et ultores Dei irae his[387c], qui malum operantur[388] (unde[389] non sine causa gladium portant), sed et[390d] contrariae fortitudines, que appellantur furor et ira Dei.

C. XXVIII. *Qui crudeles iugulat non est talis, qualis patientibus uidetur.*

Idem super Ysaiam, [ad c. 13.][391]

Non est crudelis qui crudeles iugulat: sed[392a] crudelis patientibus esse uidetur[393]. Nam[394b] latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 20. e) impertiat f) reddere g) a Christo h) exiget — c. 21. a) regia potestas b) Res autem humanae c) omnes: *deest* — c. 22. a) revocari — c. 23. a) Regum officium b) et c) calumniatorum d) solum non e) quidem per vestram conniventiam (ev.: *deest*) f) et: *deest* — c. 24. a) minime b) Deum c) et — c. 25. a) verba: *deest* b) et: *deest* c) multa — c. 27. a) Non solum homines sed et contrariae fortitudines sunt ultrices b) Ioelem c) in his d) etiam — c. 28. a) sed [crudelis ideo vocatur], quod b) Nam et

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XX. * Venerationem: In variis editionibus huius libri legitur: *et ut veneratione mereatur, virtute potestatis impartiat.* In conc. Parisiensi sub Ludovico et Lothario lib. 2. cap. 2., ubi hoc refertur, legitur: *et ut venerationem mereatur, virtutem potestas impertiat.* Apud Ivonem vero, (nam Burchardi codex manifestum habet mendum), hoc modo: *et sic venerationem meretur, ut virtutem potestatis impartiat* [*impertiat:* Ivo].

Causa XXIII. Quest. V. can. 20. 335) et sic bene rationem meretur: *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 336) mereantur: *EGH* 337) ut virt.: *Burch. Coll. tr. P.*; virtute: *orig. Polyc.* 338) *Codd. coll. o. Edd. Lugdd.* II. III.; impartiatur: *Edd. rell.* 339) Deo: *deest: C*; de: *A* 340) *Codd. et Edd. coll. o.* 341) *BCDFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; Christo: *deest: C*; tuend. accipiunt: *AB* 342) *Codd. et Edd. coll. o.; Burch. Coll. tr. P. Polyc.* 343) tradidit: *AD Edd. coll. o. pr. Bas.*; *add.:* committendum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 21. 344) *Codd. coll. o.* 345) *Ep.* 60. *scr. ao.* 450. *Ed. Baller.* — *Jaffé no.* 226. — *Ans.* I, 74.; *Coll. tr. P.* I, 43, 3.; *Polyc.* I, 27, (29,) 1. 346) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. *orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 347) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 348) defendet: *Coll. tr. P.* || can. 22. 349) Turon. IV.: *EGH*; *hab. ao.* 813. *ap. Mansi* XIV, 89. — *Burch.* VII, 29.; *Ivo Decr.* IX, 65. *cf. Ansegis. Capit.* II, 43. 350) *add.:* proh dolor: *orig. Burch. Ivo* 351) inveniuntur: *AB* 352) poenitentiae: *Burch.* 353) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (converti) || can. 23. 354) opprimere: *EH* 355) *ad v.* 3. 356) *Codd. coll. o. orig.* 357) *Codd. coll. o.* 358) *Codd. et Edd. coll. o.* 359) peregrinos: *ABD* 360) potestatibus: *EGH Ed. Bas.* 361) *add.:* propheta: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; — *cf. Hierem. c.* 7. *v.* 6. 362) contristari: *EFGH Edd. coll. o.* 363) *Codd. coll. o.* 364) *Codd. et Edd. coll. o.* 365) *Codd. coll. o.* 366) *cf. infra c.* 31. 367) hoc: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* || can. 24. 368) *ad v.* 10. 369) fraudantur . . . contempnunt: *BC* 370) *Codd. et Edd. coll. o.* 371) *ABCDF* 372) *add.:* praemia: *BDEGH Edd. coll. o.* 373) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor.* 374) confundat: *Edd. Arg. Bas.* 375) et cui: *EGH* || can. 25. 376) *no.* 17. *Ed. Migne* 377) dicet: *orig.* 378) dixit: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 379) docet: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 380) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig.* 381) *cf. Gen. c.* 15. *v.* 1. 382) *Codd. coll. o.* 383) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 26. 384) *imo c.* 13. *Conc. Ravennat. hab. ao.* 877. *ap. Mansi* XVII, 339.; — *Ans.* III, 107. (110.) || can. 27. 385) *ABCDF; sed in F deest:* sed; sed etiam: *EGH* 386) *ABCDF*; — *ad c.* 2. *v.* 28.; *Ivo Decr.* X, 111.; *Ivo Pan.* VIII, 48.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 39. 387) *ABCD Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 388) comparantur: *Coll. tr. P.* 389) et: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 390) *CF Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.*; *deest: B* || can. 28. 391) *ad v.* 9.; *Ivo Decr.* X, 112.; *Ivo Pan.* VIII, 49.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 40. 392) *Codd. coll. o.*: sed quod crud.; *Ed. Arg. orig.*; sed quia: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 393) videatur: *orig. Ivo Decr.*; videbatur: *Coll. tr. P.* 394) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.*

C. XXIX. *Minister Domini*[395a] *est qui malos percutit in eo, quod mali sunt.*

Idem super Ezechielem lib. III., [ad c. 9.][396]

Qui malos percutit in eo, quod mali sunt, et habet uasa[397] interfectionis[398], ut occidat pessimos, minister est Domini[399].

C. XXX. *Non scelus admittit iudex, qui hominem*[400a] *uincit.*

Idem super epist. ad Galathas lib. II., [ad c. 3.][401]

Iudex non est auctor sceleris, homines[402b] uinciendo.

C. XXXI. *Non sanguinem fundit*[403a] *qui homicidas et sacrilegos punit.*

Idem super Hierem. [lib. IV., ad c. 22.][404]

Homicidas, et sacrilegos, et uenenarios[405] punire non est effusio sanguinis, sed[406] legum ministerium.

C. XXXII. *Principes seculi pessimis parcere non debent.*

Item Ciprianus [libro de exhortatione martyrii, c. 5.]

Si[407] audieris in una ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare illic[408a], dicentes: Eamus, et seruiamus Diis alienis[409b], quos[410] non nostis[411c], interficiens necabis[412] omnes, qui sunt in ciuitate, cede gladii, et incendes ciuitatem igni, et erit sine habitaculo[413] in eternum: non reedificabitur etiam nunc, ut auertatur Dominus[414] ab indignatione irae suae. Et dabit misericordiam tibi, et miserebitur tui, et multiplicabit te, si exaudieris uocem Domini Dei tui, et obseruaueris precepta eius. Cuius precepti et uigoris memor Matathias[415] interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduentum Christi circa Deum colendum et ydola spernenda hec precepta sunt seruata, quanto magis post aduentum Christi[416] seruanda sunt, quando ille ueniens non uerbis[417d] nos hortatus[418] sit[419e], sed et[420] factis?

C. XXXIII. *Tribulationum flagellis aliquando perfidia castigatur.*

Item Augustinus contra Petilianum, [lib. II. c. 83.][421a]

Ad fidem nullus est cogendus ut dicitis[422b], sed per seueritatem, immo et per misericordiam Dei tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Numquid, quia mores optimi libertate uoluntatis eliguntur[423], ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen male uiuendi ultrix disciplina prepostera est, nisi cura* precedens bene uiuendi doctrinam[424] pretendat. Sic[425c] igitur que aduersus uos leges constitutae sunt, non eis benefacere cogimini, sed malefacere prohibemini. Nam benefacere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit, quod est in libera uoluntate. §. 1.[426d] Cum aliquid aduersus uos leges[427e] constituunt, admoneri uos credite, ut cogitetis, quare ista patiamini[428]. Si propter iusticiam, reuera illi persecutores uestri sunt, uos autem beati[429], qui persecutionem passi[430] propter iusticiam possidebitis[431] regnum celorum. Si autem propter iniquitatem scismatis uestri, illi quidem[432f] correctores uestri sunt; uos autem[433], sicut ceteri diuersorum scelerum rei, qui penas legibus pendunt[434], profecto infelices et in hoc, et in futuro seculo[435].

C. XXXIV. *Iniuria sacramentorum Christi a regibus est uindicanda.*

Idem [in eodem lib., c. 92.][436]

Si propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor[437], quia scelus in sanctum Danielem conmissum uindicauit iustissime: quomodo uindicandum est a regibus, quod Christi sacramenta exsufflantur, si Prophetae membra, quia in periculum missa sunt, sic uindicari[438] meruerunt?

C. XXXV. *Diligentissimi rectores sunt, qui malos, ut a malo fugiant, persequuntur.*

Idem [in libro de unitate ecclesiae, c. 17.][439]

Si[440] uos contra ecclesiam Christi altaria[441a] erexisse, et a Christiana unitate, que toto orbe diffunditur, sacrilego scismate separatos esse, et corpori[442] Christi (quod est ecclesia toto orbe diffusa), rebaptizando[443b], et blasphemando, et quantum potestis obpugnando[444] aduersarios[445e] sancta et canonica scriptura[446] conuincit, non inpii atque sacrilegi[447]: illi autem, qui uos pro tanto scelere tam leuiter[448d] dampnorum[449] ammonitionibus, uel locorum, uel honorum[450], uel pecuniae priuatione deterrendos cohercendosque[451] decernunt, ut cogitantes, quare ista patiamini, sacrilegium uestrum cognitum fugiatis, et ab eterna dampnatione liberemini[452e], diligentissimi[453] rectores, et piissimi consultores deputantur.

C. XXXVI. *Non amatur seruus uel filius, cum non corripitur.*

Idem super epistolam Iohannis, [tractatu VII.][454]

Non putes, te tunc amare seruum tuum, quando eum non cedis, aut tunc[455a] amare filium tuum, quando[456b] non das disciplinam, aut tunc[457c] amare uicinum tuum[458], quando non corrigis[459d] eum. Non est ista karitas, sed languor. Ferueat karitas ad emendandum, ad corrigendum. Si sunt[460] boni mores, delectent[461]: si[462] sunt[463] mali, emendentur.

C. XXXVII.[464] *Innocentis offitium est nulli nocere, et peccantem punire.*

Idem in lib. [XIX.] *de ciuitate Dei*, [c. 16.][465]

Non est* innocentiae parcendo sinere, ut in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis offitium non

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 29. a) Dei — c. 30. a) homines b) nequam homines — c. 31. a) effundit — c. 32. a) te illic b) aliis c) novisti d) verbis tantum e) est — c. 33. a) contra literas Petiliani b) invitus c) Si d) Et infra c. 84.: §. 1. e) reges f) quid illi nisi — c. 35. a) altare b) et rebaptiz. c) adversari d) leniter e) liberemini et — c. 36. a) tunc te b) quando ei c) tunc te d) corripis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIII. * Cura: Apud B. Augustinum et Ivonem legitur: *nisi quum praecedens bene vivendi doctrina contemnitur*, sed ob glossam in vers. *Cura* non est mutatum.

C. XXXVII. * Non est: Integer locus apud B. Augustinum sic habet: *Sicut enim non est beneficentiae adiuvando efficere, ut bonum, quod maius est, amittatur, ita non est etc.*

Causa XXIII. Quest. V. can. 29. 395) *Codd. coll. o.* 396) in lib.: *BCD; — ad v.* 1.; — *Burch.* VI, 43. (*can.:* de vindicta prohibenda; *contin.*); *Ivo Decr.* X, 114.; *Ivo Pan.* VIII, 51.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 42. 397) causam: *AEGH Ed. Bas.; Burch. Coll. tr. P.* 398) interf. id est potestatem: *EGH* 399) Dei: *D Edd. coll. o. Burch.* || can. 30. 400) *Codd. coll. o. pr. B* (homines vincendo) 401) *ad. v.* 21.; — *Ivo Decr.* X, 115.; *Ivo Pan.* VIII, 52.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 43. 402) *Codd. et Edd. coll. o.;* neque hom.: *Ivo Pan.* || can. 31. 403) *Codd coll. o.* 404) *ad v.* 3.; — *Burch.* VI, 43. (*can.:* de vindicta; *cont.*); *Ivo Decr.* X, 115.; *Ivo Pan.* VIII, 53.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 44 ; *Caes.* VIII, 110. 405) fenerarios: *Edd. Arg. Bas.;* et ven.: *deest: Burch.* 406) sed . . . min.: *deest: Burch.* || can. 32. 407) *Deut. c.* 13. *v.* 12. *seqq.* 408) *Codd. et Edd. coll. o.* 409) *ib.* 410) *add.:* Deos: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 411) *Codd. coll. o. orig.;* — *cf. Macc. c.* 2. 412) interficies necabis: *BF;* interficies et: *C;* interficies necabisque: *Edd. Arg. Bas.* 413) habitatore: *EGH* 414) Deus: *ADF Edd. coll. o.* 415) *cf. Macc. c.* 2. 416) *add.:* circa Deum colendum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 417) *BCDF orig.* 418) adhortatus: *EH Ed. Bas.* 419) *CDEGH Edd. coll. o. orig.* 420) etiam: *DEFGH; deest: C* || can. 33. 421) *Codd. coll. o.;* — *no.* 184. *Ed. Maur.; Ivo Decr.* X, 75. (*can.:* Petilianus dixit; *cont.*); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 25. (*ut ap. Iv.; cont.*) 422) *Codd. et Edd. coll. o.; deest: Ivo Decr. Coll. tr. P.* 423) eligentur: *Coll. tr. P.* 424) doctrina contenditur: *ib.* 425) *ABDF Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 426) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.; ib. c.* 84. *no.* 186. 427) *Codd. et Edd. coll. o.* 428) patimini: *A; add.:* vos: *Ivo Decr.* 429) *add.:* estis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 430) *add.:* estis: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 431) quia poss.: *C Edd. coll. o.* 432) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 433) *add.:* estis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 434) pendent: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 435) *add.:* eritis: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. || can. 34. 436) *l. c. no.* 212. — *Ivo Decr.* X, 75. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 25. 437) *add.:* rex: *D Edd. coll. o. pr. Arg.* — *cf. Dan. c.* 3. 438) *add.:* in eos: *EGH* || can. 35. 439) item: *CEGH;* — *c.* 20. *no.* 55. *Ed. Maur.; Ivo Decr.* X, 75.; *Coll. tr. P. l. c.* 440) *add.:* autem: *Ivo* 441) *BCDF Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 442) corpore: *GH Edd. Nor. Ven.* I. 443) *Codd. et Edd. coll. o.* 444) expugnando: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 445) *Codd. et Edd. coll. o.* 446) sepultura: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 447) *add.:* estis: *CD Edd. coll. o.* 448) *ABCDF Ivo Coll. tr. P.* 449) damnatorum: *Coll. tr. P.* 450) bonorum: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 451) cohercendos: *Coll. tr. P.* 452) *Codd. et Edd. coll. o.;* eripiamini: *Coll. tr. P.* 453) dignissimi: *BG; deest: H* || can. 36. 454) *no.* 11. *Ed. Maur.; Ivo Decr.* X, 76.; *Ivo Pan.* VIII, 22.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 26.; — *huic canoni antecedit in C:* It. Stephanus papa luciniano episcopo. De eodem. Non autem sine causa gladium portat rex; vindex est enim contra omnes iniquos ut terrore conprimat quos nequit corrigere monitis salubribus. Aggreditur igitur secure que sunt deo placita. In nullo enim ei beatus petrus aberit cum suo ancipiti gladio si tamen saluti patriae consulat. 455) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 456) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 457) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 458) tuum: *deest: Ivo Pan.* 459) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 460) sed si: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 461) delectentur: *Edd. Nor. Ven.* I. 462) si autem: *CD Edd. coll. o. pr. Arg.* 463) sint: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; *deest: C Edd. rell.* || can. 37. 464) *in EGH antecedit c.* 38. — 465) *Ivo Decr.* X, 77.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 27.

solum nemini malum inferre, uerum etiam a peccato cohibere, uel punire peccatum, ut aut ipse, qui prius odio habetur[466 a **], corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo.

C. XXXVIII. *Non est misericors qui uiciis nutriendis parcit.*

Idem ad Letarium[467 a].

Qui uiciis nutriendis parcit et fauet[468], ne contristet pecantium uoluntatem, tam non est misericors, quam qui non uult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, et non timet, ne uulneratum doleat uel[469] extinctum.

C. XXXIX. *Enormia flagicia per seculi iudices corripiantur.*

Item Aimo super epistolam ad Romanos, [c. 13.][470*]

Sunt[471] quedam enormia flagicia, que pocius per mundi iudices, quam per antistites et rectores ecclesiarum uindicantur[472], sicut est[473 a] cum quis interficit Pontificem apostolicum, episcopum, presbiterum[474], siue diaconum. Huiusmodi reos reges et principes mundi dampnant. Ergo non sine causa gladium portat[475 b] qui talia scelera diiudicat. Sunt enim[476] maxime constituti propter homicidas[477 c], raptores, ut et[478] illos dampnent, et alios suo timore conpescant[479].

C. XL. *Furta et cetera*[480 a] *crimina a rege sunt cohibenda.*

Item Ciprianus in nono genere abusionis[481*].

Rex debet furta cohibere, adulteria punire, inpios de terra perdere, patricidas et periuros[482 b] non sinere uiuere, filios suos non sinere inpie agere.

C. XLI. *Non peccat qui ex offitio nocentem interficit.*

Item Augustinus de libero arbitrio, lib. I. [c. 4.][483]

Si homicidium est hominem occidere, potest[484 a] occidere aliquando sine peccato. Nam et miles hostem, et[485] iudex uel minister eius nocentem, et cui forte inuito atque inprudenti telum manu[486] fugit[487], non michi uidentur peccare, cum hominem occidunt[488 b *]. Sed nec etiam[489 c] homicidae isti appellari solent[491]. *Idem in questionibus Leuitici*, [quest. 68. ad cap. 19.][492]: §. 1. Cum[493] homo iuste occiditur, lex eum occidit, non tu.

C. XLII. *Non qui ad bonum, sed qui ad malum cogit persequitur.*

Item Pelagius Papa[494].

Non[495] uos hominum uaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem ecclesia faciat, dum uel[496] ea, que committuntur, reprimit[497], uel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi[498] rumoris fabulatores. Non[499] persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui uero malum uel factum iam punit, uel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut illi[500] putant, nemo nec[501] reprehendendus[502 a] a malo, nec retrahendus[503 b] ad bonum est, humanas ac[504 c] diuinas leges necesse est euacuari[505], que et malis penam, et bonis premia iusticia[506] suadente constituunt[507]. Malum autem scisma esse[508], et per exteras etiam potestates huiusmodi obprimi homines debere, et[509] canonicae scripturae auctoritas, et paternarum nos regularum ueritas docet[510]. Quisquis ergo ab apostolicis[511] diuisus est sedibus[512], in scismate[513] eum dubium non est esse, et contra uniuersalem ecclesiam altare conatur erigere. §. 1. Sed quid[514] de talibus insertus Calcedonensi[515*] sinodo canon statuat[516], gloria uestra consideret, ubi post alia sic dicit[517]: „Qui a communione semet[518 d] ipsum suspendit[519], et collectam fecit[520 e], et altare constituit, et noluit[521 f] uocanti[522] episcopo consentire, et noluit[523 g] eidem[524] acquiescere, neque obedire et prius[525 h] et secundo uocanti, hunc[526] omnino[527] dampnari, nec umquam uel orationem** mereri, nec recipere eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens et seditiones ecclesiae, per extraneam[528 i] potestatem tamquam seditiosum conprimi.“ §. 2. Et B. Augustinus de talibus dicit[529]: „Multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis[530] agenda sunt, quorum pocius utilitati consulendum est quam uoluntati. Nam in corripiendo filio[531], quamuis[532 k] aspere, numquam[533] paternus amor amittitur; fit tamen quod nollet[534] ut doleat qui etiam inuitus uidetur dolore[535] sanandus.“ Ecce uidetis, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur[536] talia cohercendo, sed diligat[537] emendando tales semper ecclesia[538]. Facite ergo etiam uos quod scientes intentionem Christianitatis uestrae frequenter hortamur, et date operam, ut talia ultra fieri non liceat, sed etiam[539] (quod uobis facillimum esse non dubito) hii, qui presumpserunt talia[540], ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. §. 3. Recolere enim debet celsitudo uestra, quid per uos Deus fecerit tempore illo, quo et[541 l] Istrias[542 m] et Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta uastantibus, non ante tamen[543] Mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum principem exinde retulissetis, et quid fieri debuisset eius iterum scriptis recognouissetis[544], et inter ubique feruentes hostes, Rauennam tamen et is, qui ordinabatur, et is, qui ordinaturus erat, prouidentia culminis uestri deducti sunt.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 37. a) plectitur* — c. 38. a) ad Lotharium — c. 39. a) est: *deest* b) portant ... diiudicant c) latrones, homicidas — c. 40. a) cetera: *deest* b) peierantes — c. 41. a) potest tamen b) occid. Evodius[490]: Assentior* c) non — c. 42. a) reprimendus b) retrahendus a malo c) et d) se e) facit f) *et* g) noluerit h) primo (et: *deest*) i) exteram k) quantumvis l) et: *deest* m) Istriam

NOTATIONES CORRECTORUM.

** **Plectitur**: Sic ex originali; antea legebatur: *prius odio habetur* nec multo aliter Ivo.

C. XXXIX. * In vulgatis citabatur ex Augustino, sed in vetustis tribuitur Haymoni, apud quem habetur.

C. XL. * Libellus hic de duodecim gradibus abusionum impressus est tomo nono operum B. Augustini, sed est etiam in uno codice Vaticano operum B. Cypriani, et in conc. Parisiensi, lib. 2. cap. 1., hoc idem nonum abusionis genus refertur ex Cypriano, quemadmodum et apud Ivonem et in Panormia.

C. XLI. * **Evodius: Assentior**: Haec sunt addita ex originali et Ivone. Est enim liber ille scriptus in dialogo.

C. XLII. * **Insertus Chalcedonensi**: Actione 4. conc. Chalcedonensis, in epistola Archimandritarum ad ipsum conc. pro rehabilitatione Dioscori, citatur can. 5. conc. Antiocheni, et eodem fere modo habetur in ea epistola, atque hic refertur. Cum neutra tamen antiqua versione ipsius conc. magnopere concordat.

** **Vel orationem**: In utroque concilio, id est Antiocheno priscae versionis, et Chalcedonensi legitur: *curationem*. Graece enim est: *καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν*.

Causa XXIII. Quest. V. can. 37. 466) *ABCDFH;* habeatur: *E;* habebatur: *G Edd. Arg. Bas.;* prius oditur: *Ivo Coll. tr. P.* || can. 38. 467) *AF Corr. Ivo Decr.;* Leuterium: *D; — Ep.* 104. *no.* 16. *scr. ad Nectarium Ed. Maur. — Ivo Decr.* X, 79.; *Ivo Pan.* VIII, 25.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 28. 468) fovet: *orig. Coll. tr. P.* 469) aut: *Ivo Pan.* || can. 39. 470) *in Ed. Migne Patr. lat.* CXVII, 481. — *Berardo* (III, 435.) *videtur potius Remigii Autissiodorensis esse.; Ivo Decr.* X, 11.; *Ivo Pan.* VIII, 5. 471) *add.:* nempe: *orig.* 472) iudicantur: *B orig.* 473) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr.;* enim: *Ivo Pan.* 474) sive presb.: *orig.* 475) *AC Ivo Decr.;* portat ... iudicat: *orig.* 476) etiam: *orig. Ivo Decr.* 477) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 478) et: *deest: orig. Ivo Pan.* 479) conpescere faciant: *orig. Ivo Decr. Pan.* || can. 40. 480) *Codd. coll. o.* 481) de novo: *EGH; — in Corp. SS. eccl.* III, 3, 166.; *Ivo Decr.* X, 96.; *Ivo Pan.* VIII, 33.; *Cypriani non est opus* 482) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Pan.;* periurantes: *orig. Ivo Decr.* || can. 41. 483) *no.* 9. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* X, 101.; *Ivo Pan.* VIII, 38.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 32. 484) *Codd. coll. o. Ed. Arg. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.; add.:* alius alium: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 485) et: *deest: Ivo Pan.* 486) a manu: *EGH;* de manu: *Edd. Bas. Par. Lugdd.* 487) figit: *Ivo Decr.;* fugerit: *E Ivo Pan.* 488) *Codd. et Edd. coll. o.* 489) Euod.: *deest: Coll. tr. P.;* Neque: *Ivo Pan.; add.:* respondet: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 490) *Codd. et Edd. coll. o.* 491) *finis canonis: Ivo Decr. Pan.* 492) *Coll. tr. P. l. c.* 34. 493) Dum: *ABC* || can. 42. 494) *Haec leguntur et in Ep. II. Pelagii* I. (558—60.) *ad Narseten, et in eiusdem ep. ad Valerianum, quam inter monumenta edidit Holstenius. — Jaffé no.* 680. — *Ans.* XII, 47. (45.); *Deusded.* I, 145.; *Polyc.* VII, 6, (5,) 10. 495) nec in hac parte: *Deusd.* 496) vel: *deest: EH Ed. Bas.* 497) reprimat: *Ans.* 498) huiuscemodi: *ib.* 499) *Ivo Decr.* X, 95. 500) quidam: *ib.* 501) aut ... aut: *ib.* 502) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 503) *ABF Ed. Arg. Ans. Deusd. Ivo Polyc.* 504) *BCEFG Ans. Deusd. Ivo Polyc.;* ad: *A* 505) evacuare: *Ans.* 506) iustitiam: *ib.* 507) constituit: *CDF Ans. Polyc.; ap. Deusded. hoc loco sequitur* §. multa (*infra* §. 2.) 508) est (et: *deest*): *Ivo* 509) ut: *Ans.* 510) *hoc loco quaedam inserta sunt ap. Deusded.* 511) apostolicarum: *ib.* 512) *add.:* secundum istam b. Augustini sententiam: *ib.* 513) scisma: *Polyc.* 514) quod: *Ans.* 515) in Calced.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 516) statuit: *EGH Ed. Bas. Ans.;* constituat: *Edd. rell.* 517) *recte Corr. monent, hunc can. neque Hisp., neque Dion. interpr. esse; sed neque cum prisca concordat.* 518) *Codd. coll. o. Ans.* 519) *add.:* ecclesiae: *Ans. Deusd.* 520) *A Ans. Deusd. Polyc.* 521) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ans. Deusd. Polyc.* 522) invocante: *Polyc.* 523) *Codd. coll o. Edd. Arg. Bas. Lugd.* I. *Ans. Deusd. Polyc.* 524) eid.: *deest: Deusd.* 525) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (et: *deest*); *Lugdd.* II. III. — *Ans.* 526) se: *Deusd.* 527) omni modo: *EGH* 528) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. Deusd. Polyc.* 529) *cf. Dist.* XLV. *c.* 11. 530) plectenda: *Deusd.* 531) filium: *ADH* 532) *ABCDF Turrecrem. Ans. Polyc.;* quamlibet: *Deusd.* 533) *add.:* tamen: *Deusd.* 534) nolit: *ib.* 535) dolere: *AC Deusd.* 536) persequebatur: *Ans.;* persequitur: *Deusd.* 537) diligit: *Deusd.* 538) *finis canonis: ib.* 539) et hoc: *Ans.;* et: *Polyc.* 540) sumpserunt: *Ans.* 541) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.;* etiam: *Ed. Bas.* 542) *Codd. coll. o. Polyc.* 543) tam.: *deest: Ans.* 544) cognovissetis: *Polyc.*

C. XLIII. *Scismaticos et hereticos seculi potestates coherceant.*

Idem Narsae, Patricio [et Duci in Italia][545].

De Liguribus, atque Veneticis, et Istriis episcopis quid dicam? quos[546] ydonea est[547] excellentia uestra[548] et ratione et potestate reprimere, et dimittitis eos in contemptum apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari, cum, si quid[549] eos de iudicio uniuersalis sinodi, quod Constantinopoli[550] per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte mouebat, ad sedem apostolicam (quomodo semper factum est) electis aliquibus[551] de suis, qui dare et accipere rationem possint[552 a], dirigere debuerunt[553], et non clausis oculis corpus Christi Domini[554 b] nostri, hoc est sanctam ecclesiam, lacerare. Nolite ergo dubitare huiuscemodi[555 c] homines principali uel iudiciali auctoritate conprimere, quia regulae Patrum[556] hoc specialiter constituerunt, ut, si qua ecclesiastici offitii persona cui subiectus est restiterit, uel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit, seu scisma fecerit, iste excommunicetur atque dampnetur. Quod si forte et[557] hoc contempserit, et permanserit diuisiones et scismata[558 d] faciendo, per potestates publicas obprimatur[559]. Ecce[560], domine, quia[561 e] animus uester forte timidus est, ne persequi uidearis, de Patrum uobis[562] auctoritate hec breuiter dirigenda curaui, cum mille alia exempla et constitutiones sint[563], quibus euidenter agnoscitur[564], ut facientes scissuras in sancta ecclesia non solum exiliis, sed etiam proscriptione rerum et dura custodia per publicas potestates debeant coherceri.

C. XLIV. *Ab ecclesiae unitate diuisi a secularibus potestatibus coherceantur.*

Idem[565 a].

Quali nos de gloriae uestrae studiis iudicio gratulemur, non solum uestram, sed multorum ac pene omnium credimus habere noticiam, et idcirco nunc de his, que uobis presentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam uestram duximus conquerendum. Tercius[566 b] siquidem atque Maximilianus, nomina tantum episcoporum habentes, et ecclesiasticam ibi unitatem perturbare dicuntur, et omnes ecclesiasticas res suis usibus applicare, in tantum, ut contra unum eorum, id est Maximilianum, usque ad nos per tam longum iter necessitate conpellente quidam infatigabiliter uenientes preces offerrent. Ob quam causam Petrum presbiterum sedis nostrae, sed et Proiectum notarium ad eadem loca duximus destinandos, ut ea, que canonicis[567] statutis a predictis pseudoepiscopis conpererint conmissa[568], uel digna ibi debeant[569] ulcione conpescere, uel eosdem ad nos usque perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam uestram petimus, ut[570] prefatis, qui a nostra sede directi sunt, in omnibus prebeatis auxilium, nec[571] putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines conprimuntur. Hoc enim et diuinae et humanae[572] leges statuerunt, ut[573] ab ecclesiae unitate diuisi, et eius pacem iniquissime perturbantes, a secularibus etiam[574] potestatibus conprimantur. Nec quicquam maius est, unde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hii, qui in suam et in[575 c] aliorum perniciem debachantur, conpetenti debeant uigore conpesci.

C. XLV. *Iniquitas prauorum, quamuis bonis proficiat, tamen punienda est.*

Item Pelagius Papa [Iohanni Patricio][576].

Relegentes litteras excellentiae uestrae, de iniuria quidem, quam[577] uobis iniquorum hominum presumptio ingessit, ualde doluimus. Sed quia scimus, occulto Dei iudicio animam uestram, etsi per aliorum iniquitatem ac[578 a] superbiam, a contaminatione scismatis custoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona operari consueuit. Nec enim sine illius prouidentia factum esse credendum est, ut insensati et peruersissimi[579 b] homines ad hoc usque prosilirent, ut, suam diuisionem catholicam esse credentes ecclesiam, a pollutione sua uos prohiberent. Sic enim per misericordiam Dei etiam factum est nescientibus illis[580 c], ut a scismaticorum communione[581 d] eruti, catholicae, quam diligitis, seruari uos contigisset ecclesiae. Quamuis igitur uestra per illorum scelus facta sit utilitas, nolite tamen inpunitam presumptionem iniquorum hominum grassari permittere. Si enim hoc, quod in uestram gloriam presumpserunt non fuerit uindicta conpressum[582], quod[583]* in minoribus[584 e] ualeant[585] puniri[586], ultra non debet ambigi. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem, et, ne eis[587] amplius talia conmittendi spes[588 f] crescat, uestris cohercionibus[589 g] reprimatur[590 h]. Ad hoc siquidem[591] Dei nutu etiam contra uos talia presumpserunt[592], ut talia uobis corrigentibus ab eorum[593 i] scelere alios possetis[594 k], Deo propitiante, munire. Quales sunt[595 l] autem qui ecclesiam fugiunt, Eufrasii[596] uos scelera (que Deus occulta amplius[597] esse noluit) euidenter informant, qui in homicidio quidem nec hominis necessitudinem, nec karitatem fratris nec sacerdotii reuerentiam cogitauit. Incestuoso autem in[598 m] adulterio etiam[599] ipsi[600 n] uindictae abstulit modum, quia, si adulterium punias, non remanet in quo uindicetur incestus. Si incestuoso ingeras penam, inultum crimen adulterii remanebit. Ecce, de quo collegio sunt qui, quantum ad superbiam suam, iniuriam uobis inferre moliti sunt, et, quantum ad prouidentiam Dei, inpollutos uos ecclesiae seruauerunt. Auferte tales ab ista prouincia, utimini oblata uobis a Deo obprimendi[601] perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur, et maxime ecclesiae Aquilegensis inuasor, qui et in scismate, et in eo** maledictus, nec honorem episcopi poterit[602] retinere[603], nec meritum.

C. XLVI. *In certamine, quod contra infideles geritur, quisquis moritur, celeste regnum meretur*[604].

Item Nycolaus exercitui Francorum[605]*.

Omnium uestrum nosse uolumus karitatem, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi celestia minime[606] negabuntur.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 43. a) possent b) Dei c) huiusmodi d) schisma e) quod — c. 44. a) Item Pelagius b) Thracius c) in: *deest* — c. 45. a) et b) peruersi c) illis hoc d) factione e) min. non f) spiritus g) coërcitionibus h) reprimantur i) eodem k) possitis l) sint m) in: *deest* n) ipsius

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLV. * Quod in minoribus: In aliquot vetustis, et apud Anselmum legitur: *quid in minoribus valeant, ambigi, etc.*
** In eo: Anselmus habet: *et a schismatico maledictus.*

C. XLVI. * Ivo part. 10. c. 87. vers. *Omnium vestrum,* hoc idem citat ex epistola Leonis IV. ad exercitum Francorum, ubi etiam affert id, quod infra ead. q. 8. c. *Omni timore.* ex eodem Leone refertur.

Causa XXIII. Quest. V. can. 43. 545) *Polyc. — Jaffé no.* 680. — *Ans.* VI, 196. (198.); *Polyc.* VII, 5, 14. 546) quod: *Polyc.* 547) est: *deest: EGH* 548) exellentiae vestrae: *Ans.* 549) sicut: *ib.* 550) Constantinopolim: *CD Ans. Polyc.; add.:* in: *Polyc.* 551) quibuslibet: *EGH Ed. Bas.;* quibusdam: *Polyc.* 552) *ACD Ans. Polyc.* 553) debuerint: *Polyc.* 554) *C Ans. Polyc.* 555) *Codd. coll. o. pr. BG; — Ans. Polyc.* 556) *c.* 5. *Conc. Antioch. — cf. cap. antecedens.* 557) et si: *Ans.;* sed: *Polyc.* 558) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.* 559) opprimantur: *EGH* 560) ecce de quo animus: *EGH;* ecce de quo animo: *Edd. coll. o.;* ecce quidem: *Ans.* 561) *ABCF Ans. Polyc.* 562) nobis: *H Edd. Arg. Bas.* 563) sunt: *Edd. Bas. Nor. Ven.* I. 564) ostenditur et agnosc.: *Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 44. 565) *ABCDFH; — fragm. ep.* I. *ad Narseten.* (555—60.) — *Jaffé no.* 650. — *Ans.* XII, 46.; *Polyc.* VII, 5, 11. 566) *ABCF Corr. Polyc.;* Arsacius: *Ans.* 567) a can.: *Ans.* 568) *add.:* fuisse: *ib. Polyc.* 569) habeant: *Ans.* 570) aut: *ib. Polyc,* 571) ne: *EGH* 572) mundanae: *C Corr. Ans.;* et div. et: *deest: Ans.* 573) et: *Ans.* 574) et.: *deest: AC* 575) *ACDF Polyc.* || can. 45. 576) *fragm. ep.* III. *ad Narset. scr. ao.* 558—60. — *Jaffé no.* 678. — *Ans.* XII, 47.; *Polyc.* VII, 5, 12. 577) in quam: *Polyc.* 578) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 579) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 580) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. Polyc.* 581) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Turrecrem. Ans. Polyc.* 582) sumserunt: *Ans.* 583) quid: *ib. Polyc.* 584) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.; add.:* omnibus: *Edd. Ven.* I. II. *Nor. Par. Lugd.* I. 585) valeat: *A Ed. Bas.;* debeat: *G* 586) pun.: *deest: F Ans. Polyc.* 587) eis: *deest: EGH* 588) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Corr. Ans.* 589) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 590) *ABDEGH Ans. Polyc.* 591) quid: *Ans.* 592) presumserint: *ib.* 593) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Corr. Ans. Polyc.* 594) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 595) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* 596) Eufragii: *Ans.* 597) ampl.: *deest: ib.* 598) *ABCF Ed. Bas. Corr. Ans. Polyc.* 599) et.: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 600) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; *— Ans. Polyc.* 601) opprimendo: *EGH* 602) potest: *Ans.* 603) obtinere: *Polyc.* || can. 46. 604) promeretur: *BC* 605) *fragm. Leonis* IV. *scr. ao.* 848. (?) — *Jaffé no.* 1971. — *Ivo Decr.* X, 87. (*can.:* omni timore; *cont.*); *Ivo Pan.* VIII, 30. (*ut in Decr. sed ex* Alexandro II.); *Coll. tr. P.* I, 60, 16. 606) non: *Coll. tr. P.*

C. XLVII. *Non sunt homicidae qui aduersus excommunicatos zelo matris ecclesiae armantur.*

Item *Urbanus II. Godifredo, Lucano Episcopo*[607].

Excommunicatorum interfectoribus (prout[608] in ordine Romanae ecclesiae didicisti[609a]) secundum intentionem[610]* modum congruae satisfactionis iniunge. Non[611] enim eos homicidas arbitramur[612], quos, aduersus excommunicatos zelo catholicae matris[613] ardentes, aliquos[614] eorum trucidasse contingit[615b]. Ne[616] tamen eiusdem ecclesiae matris disciplina deseratur[617], tenore[618c], quem diximus, penitenciam eis indicito congruentem, qua diuinae simplicitatis oculos aduersus se conplacare ualeant[619], si forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagicio incurrerint[620].

C. XLVIII. *Pax ecclesiae mesticiam consolatur perditorum.*

Item *Augustinus* [epistola L.] *ad* *Bonifatium*[621a].

Quis enim nostrum[622]* uelit aliquem inimicorum[623b] non solum perire, uerum etiam aliquid perdere? Sed si aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absalon, filius eius, in bello, quod gerebat contra patrem, fuisset exstinctus, quamuis magna cura mandauerit[624c] suis, ut eum, quantum possent, uiuum saluumque seruarent, et[625d] esset cui paternus affectus penitenti ignosceret[626], quid ei restitit[627], nisi perditum flere, et sui regni pace acquisita suam mesticiam consolari?

Gratian. *Si ergo uiri sancti et publicae potestates bella gerentes non fuerunt transgressores illius mandati: „Non occides," quamuis quosque flagitiosos digna morte perimerent; si miles suae potestati obediens non est reus homicidii, si eius inperio quemlibet flagitiosum interfecerit; si homicidas, et uenenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium; si pax ecclesiae mesticiam consolatur perditorum; si illi, qui zelo catholicae matris accensi excommunicatos interficiunt, homicidae non iudicantur: patet, quod malos non solum flagellari, sed etiam interfici licet.* §. 1. *Sed queritur, si contingat aliquos malos puniri ab his, qui non habent legitimam potestatem, an sint rei effusi sanguinis hii, per quos puniuntur?*

De his ita scribit *Ambrosius* [lib. II. de Cain et Abel, cap. 4.][628]:

C. XLIX. *Aliquando puniuntur peccata per populos diuino iussu excitatos.*

Remittuntur peccata per Dei uerbum, cuius Leuites interpres et quidam[629] executor est. Remittuntur[630a] per offitium sacerdotis sacrumque ministerium. Puniuntur quoque peccata[631b] per homines, sicut per iudices, qui potestate ad tempus utuntur. §. 1.[632c] Puniuntur peccata etiam per populos, sicut legimus, quia sepe ab alienigenis, Dei iussu excitatis propter diuinae maiestatis offensam, subactus[633] est populus Iudeorum.

Gratian. *Hinc notandum est, quod aliquando punit Deus peccata per nescientes, aliquando per scientes. Per nescientes peccata punit, sicut per Sennacherib*[634], *et per*[635] *Nabuchodonosor, et per Antiochum*[636], *et per principes Romanorum, et per nonnullos reges gentilium populum Israeliticum delinquentem afflixit aliquando, aliquando captiuauit.* §. 1. *Unde ipse*[637] *Dominus ait per Prophetam*[638]: *„Virga furoris mei Assur: ipse autem non cognouit." Assur erat uirga furoris Domini, quia per eum innumeras gentes diuina iusticia flagellare disposuit. Ipse uero non cognouit, quia in superbiam elatus uictoriam, quam assecutus fuerat, non diuinae potenciae, sed suis uiribus attribuit. Unde contra eius superbiam Dominus loquitur, dicens*[639]: *„Numquid serra gloriabitur contra eum, qui secat in ea? aut numquid exaltabitur securis contra eum, qui cedit in ea?" Quibus similitudinibus satis perspicue ostenditur, quod sicut serra et securis nec secare, nec cedere ligna possunt, nisi ab alio regantur, ac ideo contra regentem*[640d] *se superbire non debent: sic illi, per quos Deus punit, absque nutu diuinae dispositionis nichil agere ualent, ac ideo contra se regentem superbire non licet eis.* §. 2. *Tales in eo, quod puniunt, Deo seruire dicuntur; in eo autem, quod ignorantes se esse ministros irae Dei inpia uanitate superbiunt, mercedem seruitutis suae a Deo non nisi temporalem inueniunt, penam uero superbiae suae non effugiunt. Unde, cum diceret ad Prophetam de Nabuchodonosor Dominus: „Quid*[641] *dabo ei pro labore, quo seruiuit michi apud Tirum?" statim subiunxit: „Da,"*[642] *hoc est datam sibi pronuncia, „Egyptum et Ethiopiam." Cum autem in corde suo superbiens postea diceret*[643]: *„Nonne hec est Babylon, quam ego condidi in robore regni mei? etc." statim inmutauit Deus rationabilem mentem eius, et induit eum bestialitate ferina, ut ab hominibus fugiens cum bestiis uiueret.* §. 3. *Per Antiochum*[644] *quoque, cum ydolatriam*[645e] *Iudaicae plebis Dominus puniret, et pacem, quam ex lege Dei abiecta*[646], *et ex sacris nationum assumptis querebant*[647], *illis*[648] *in perniciem uerteret, quia Dei dispositionem ignorans suae facultati deuastationem illius plebis attribuit, inprecatur in eum Propheta*[649], *dicens: „Effunde iram tuam in gentes, que te non nouerunt, et in regna, que nomen tuum non inuocauerunt, ne forte dicant in gentibus: ubi est Deus eorum?"* §. 4. *Similiter, cum per Romanos peccatum mortis Christi Deus punire decreuisset, urbis*[650] *excidium et Iudaicae plebis miseram captiuitatem suis uiribus asscribere ceperunt, unde contra eos Propheta inprecatur, dicens*[651]: *„Leua manus tuas in superbias eorum, qui te oderunt," et qui multa maligne operati monumenta suae uictoriae posuerunt in medio atrio tuo.* §. 5. *Per scientes peccata puniuntur, sicut*[652f] *per filios Israel uoluit peccata punire Amorrheorum*[653], *et Chananeorum et aliarum*[654] *gentium, quarum terram Israelitis possidendam dedit, quibus etiam precepit*[655], *ut nemini eorum parcerent, sed omnes morti traderent. Quod propter peccata eorum illis contigisse ex uerbis Domini apparet, qui, cum diceret ad Abraham: „Semini*[656] *tuo dabo terram hanc," ueluti quereret, quare non modo das eam michi? audiuit: „Nondum enim sunt peccata Amorrheorum consummata." Que tunc intelliguntur fuisse consummata, cum populus ille, de Egyptiaca seruitute liberatus, terram eorum, sicut Abrahae promissum fuerat, in hereditatem accepit.* §. 6. *Cum ergo sic diuino iussu ad puniendum peccata populi excitantur, sicut populus ille Iudaicus est excitatus ad occupandam terram promissionis, et ad delendas gentes peccatrices, sine culpa noxius sanguis effunditur, et que ab eis male possidentur in ius et dominium rite transeunt bonorum.* §. 7. *Cum uero occulto instinctu aliqui mouentur ad persequendum*[657g] *malos, sicut Sennacherib, et ceteri, qui populum delinquentem persecuti sunt, licet occulto instinctu operante illorum meritis incitentur ad persequendum, tamen, quia praua intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere uel*[658] *suae dicioni subicere querunt, non sunt inmunes a*

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 47. a) didicistis b) contigerit c) eo tenore — c. 48. a) Bonif. de coërcendis haereticis b) illorum c) mandaverat d) ut — c. 49. a) Remitt. etiam b) pecc.: *deest* c) Et infra: §. 1. d) regentes e) idololatriam f) sicut Deus g) persequendos

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLVII. * Intentionem: Ivo et Panormia habent: *intentionem ipsorum;* sed ob glossam non est additum.

C. XLVIII. * Nostrum: Emendatum est ex B. Augustino, a quo parum discordat Ivo. Antea apud Gratianum legebatur: *Quis enim vestrum velit aliquem inimicorum suorum non solum etc.*

Causa XXIII. Quest. V. can. 47. 607) *fragm. Urbani* II. (1088—95.); — *Jaffé no.* 4142. — *Ivo Decr.* X, 54.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 14.; *Caes.* XV, 62. 608) prout morem R. E. nosti: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 609) *ABCDEGH Edd. Arg. Bas. Nor.* 610) morem ipsorum intentionem: *Coll. tr. P.* 611) *Ivo Pan.* VIII, 11. 612) arbitrantur: *ib.* 613) *add.:* ecclesiae: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 614) quoslibet: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 615) *Codd. coll. o. pr. B;* contigit: *Ivo Pan., ubi hic est finis canonis* 616) nec: *BEGH* 617) deseviat: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 618) *ABCF Ivo Decr. Coll. tr. P.;* secundum tenorem: *EGH Ed. Bas.;* tenore secundum quem: *D;* tenorem secund. quem: *Ed. Arg.;* eo tenore secundum quem: *Edd. rell.* 619) pervaleant: *Ivo Decr.* 620) contraxerunt: *ib. Coll. tr. P.* || can. 48. 621) *Codd. coll. o.; Ep.* 185. *no.* 32. *Ed. Maur. scr. ao.* 417.; *Ivo Decr.* X, 59. (*can.:* Quaerant schismatici); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 19. (*can.:* Schismatici dicunt) 622) vestrum: *ABCEGH Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.; add.:* non: *EGH Ed. Bas.* 623) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.; add.:* suorum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 624) *ABCD orig. Coll. tr. P.* 625) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; *Coll. tr. P.* 626) innotesceret: *Coll. tr. P.* 627) restiterit: *C;* restiterat: *B;* resisterit: *D* || can. 49. 628) *no.* 15.; *non desunt, qui hunc librum abiudicent ab Ambrosio* 629) quid.: *deest: A;* quidem: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *orig.* 630) *Codd. et Edd. coll. o.* 631) *ib.* 632) *Codd. coll. o.* 633) subiectus: *AD;* subiectus factus est: *orig.* 634) IV. *Reg. c.* 25. 635) per: *deest: ADEG* 636) II. *Mach. c.* 5. 637) et ipse: *GH* 638) *Esa. c.* 10. *v.* 5. 639) *ib. v.* 15. 640) *Codd. coll. o. pr. C* 641) *Ezech. c.* 29. *v.* 18. 19. 642) *add.:* domine: *EGH* 643) *Dan. c.* 4. *v.* 27. 644) I. *Mach. c.* 1. 645) *Codd. coll. o.* 646) abiectam: *ABDEGH* 647) querebat: *EH* 648) et illis: *ABD* 649) *Psalm.* 78. *v.* 6. 10. 650) et urb. excid. Iud. videlicet: *EGH* 651) *Psalm.* 73. *v.* 3. 652) *Codd. coll. o. pr. C* 653) *Ios. c.* 5. 6. 654) alienarum: *EGH* 655) *Deut. c.* 7. *v.* 2. 656) *Gen. c.* 15. *v.* 18. 657) *Codd. coll. o.* 658) et: *AC*

crimine. De quibus etiam notandum est, quod aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum, ut tandem per bonos correctos[659] *ipsi quoque puniantur, sicut in libro Iudicum legitur*[660] *de Iabin, rege Chananeorum, et de Madianitis, quod propter ydolatriam*[661h] *populi suscitauit eos Deus*[662], *ut Israelem*[663i] *affligerent, et terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, et per penitenciam Deum sibi placaret, ex*[664k] *Dei precepto et*[665] *Barach, comitatus Delboram*[666] *prophetissam, uxorem Lapidoth, Iabin, regem Chananeorum, et Sysaram*[667l] *ducem exercitus sui, contriuit, et Gedeon et*[668m] *Zebee et Salmana, reges Madianitarum, et Oreb et Zeb, duces eorum, morti tradidit.* §. 8. *Apparet ergo, quod aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquando per populos diuino iussu excitatos, mali pro peccatis suis non solum flagellantur, sed etiam rite perduntur. Nec est contrarium illud Augustini, quod ad Marcellinum pro circumcellionibus supplicans rogabat, ut uerberibus eos cohercet, non morte perderet. Quamuis*[669] *enim supplicando spatium uitae eis reseruari*[670] *poposcit, non tamen legum seueritatem, qua tales morte plectuntur, non obseruandam docuit.*

QUESTIO VI.

GRATIANUS.

Quod autem queritur, an mali sint cogendi ad bonum? facile apparet. Antiquus[1] *namque populus*[2a] *metu penarum ad legis obseruationem cogebatur. In euangelio quoque Dominus ait discipulis suis*[3]: „*Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt, sed pocius eum timete,*" *id est ei in timore seruite,* „*qui potest animam et corpus perdere*[4] *in gehennam.*" *Paulus quoque, cum ecclesiam Dei persequeretur, in itinere cecatus*[5] *ad Deum conuerti coactus est. Unde se abortiuo similem testatus est, dicens*[6]: „*Nouissime autem omnium tamquam abortiuo uisus est et michi.*"

Hinc Augustinus scribit [epist. L.] *ad Bonifatium*[7]*:

C. I. *Ecclesia malos debet cogere ad bonum, sicut Christus Paulum coegit.*

Scismatici dicunt: cui Christus uim intulit, quem coegit? Ecce habent apostolum Paulum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum[8a], postea docentem: prius ferientem, postea[9b] consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pena corporis ad euangelium coactus intrauit, plus omnibus illis laborauit, qui solo uerbo uocati sunt, in euangelio[10], et quem maior timor conpulit ad karitatem, eius perfecta[11] karitas foras mittit[12c] timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios[13], ut redirent, si[14] perditi filii coegerunt[15] alios, ut perirent? Quamuis et[16] illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles et[17d] salubres leges in eius gremio[18e] reuocentur, blandius pia mater amplectitur, et de illis multo amplius, quam de his[19f], quos numquam perdiderat, gratulatur. §. 1. An non pertinet[20] ad diligentiam pastoralem etiam illas oues, que non uiolenter ereptae, sed blande leniterque seductae a grege aberrauerant[21g], et ab alienis possideri ceperant[22h], inuentas ad ouile dominicum, si resistere[23] uoluerint, flagellorum terroribus uel etiam doloribus reuocare? *Item*[24i]: §. 2. A Christo coactum Paulum ostendimus. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum, que[25] prius, ut neminem cogeret, expectauit, ut[26] de fide regum atque gentium[27] predicatio[28k] prophetica conpleretur. §. 3. Etiam hinc[29l] non absurde intelligitur apostolica illa sentencia, ubi B. Paulus dixit[30]: „Parati[31m] ulcisci omnem inobedientiam, cum conpleta fuerit prior uestra obedientia." §. 4. Unde et ipse Dominus ad magnam cenam suam prius conuiuas adduci iubet, postea[32] cogi. Nam, cum ei serui[33n] respondissent[34]: „Domine, factum est quod[35] iussisti, et adhuc locus est, exite," inquit, „in uias et sepes, et quoscumque inueneritis cogite intrare." In illis ergo, qui primo[36] leniter[37] adducti sunt, conpleta est prior obediencia; in istis autem, qui coguntur, inobedientia cohercetur. *Item*[38o]: §. 5. Si[39] per potestatem[40], quam per religionem ac[41] fidem regum, tempore quo debuit, diuino munere accepit ecclesia, hii, qui inueniuntur in uiis et[42] sepibus, id est in heresibus et scismatibus, coguntur[43] intrare, non quia coguntur, reprehendant, sed quo coguntur[44p], attendant.

C. II. *Variis modis errantes corripiuntur a Domino*[45a].

Idem ad Donatistas, [epist. CLXVI.][46]

„Quod[47] errauerat," inquit[48] Dominus, „non reuocastis, et quod perierat non requisistis."[49] Hoc uobis per nos[50] ipse Deus[51] facit, ipse[52b] obsecrando, ipse minando, siue corripiendo, siue dampnis, siue laboribus, siue per ammonitiones suas occultas uel uisitationes, siue per potestatum temporalium leges.

C. III. *Non est considerandum, quod quisque cogitur, sed*[53a] *quo cogitur.*

Idem in epist. [XLVIII.] *ad Vincentium*[54].

Vides[55], ut oppinor, non esse considerandum, quod quisque cogitur, sed quale sit illud, quo[56] cogitur, utrum bonum, an malum: non quod[57] quisque bonus possit esse inuitus, sed[58] timendo quod non uult pati uel relinquit inpedientem animositatem, uel ignoratam conpellitur cognoscere[59] ueritatem, ut timens uel respuat falsum, de quo contendebat, uel querat uerum quod nesciebat, et uolens iam teneat quod nolebat. *Item*[60b]: §. 1. Mea primitus sentencia erat[61], neminem ad unitatem[62] Christi[63] cogendum esse, uerbo[64] esse[65] agendum, disputatione pugnandum[66], ratione uincendum, ne fictos catholicos haberem[67c] quos apertos hereticos noueram. Sed hec oppinio mea non contradicentium uerbis tantum[68d], sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo opponebatur michi ciuitas mea, que, cum tota esset[69] in partes[70e] Donati, ad unitatem catholicam legum inperialium timore conuersa est, quam nunc uidemus ita huius uestrae[71] animositatis perniciem detestari, ut in ea numquam fuisse credatur. Ita[72] aliae multae, que michi nomi-

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. V. c. 49. h) idololatriam i) Israël k) ex: *deest* l) Zizaram m) et: *deest* — Quest. VI. a) populus ille — c. 1. a) Christum et b) et postea c) misit d) sed e) gremium f) illis g) aberraverint h) coeperint i) Item infra k) praedictio l) hinc enim m) Paratus n) serui sui o) Item infra p) cogantur — c. 2. a) Deo b) sive ... sive — c. 3. a) sed quale sit illud b) Item infra c) haberemus ... noveramus d) tant.: *deest* e) partem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VI. C. I. * Initium huius capituli apud B. Augustinum, ibi de Donatistis agentem, sic habet: *Ubi est, quod isti clamare consueverunt, liberum est credere, cui vim, etc.* ut sup. ead. q. 4. *Quis nos.* vers. *Cui vim.*

Causa XXIII. Quest. V. can. 49. 659) correctores: *EGH* 660) *Iud. c.* 4. 661) *Codd. coll. o.* 662) Deus: *deest: A* (eosdem) *C* 663) *ADEGH* 664) *Codd. coll. o.* 665) *Iud. c.* 8. 666) Deboram: *ABCF;* Debosram: *D* 667) *Codd. coll. o.* 668) *ib. pr. C* 669) *cf. supra c.* 1. 670) servari: *CEGH; deest: A*

Causa XXIII. Quest. VI. 1) antiquitus: *EGH;* reservare: *Turrecrem.* 2) *Codd. coll. o.* 3) *Matth. c.* 10. *v.* 28. 4) m.: *EGH* 5) *Act. c.* 9. 6) I. *Cor. c.* 15. *v.* 8. || can. 1. 7) *Ep.* 185. *no.* 22. *Ed. Maur. scr. ao.* 417.; *Ivo Decr.* X, 59. (*can.:* quaerant schismatici; *cont.*); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 19. (*can. cont.*) 8) *Codd. et Edd. coll. o.* 9) *ib.* 10) I. *Cor. c.* 15. *v.* 10. 11) I. *Ioann. c.* 4. *v.* 18. 12) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 13) *add.:* suos: *Coll. tr. P.* 14) et si: *ib.* 15) cogerent: *Ed. Bas.;* coegerint: *Coll. tr. P.* 16) etiam: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 17) *Codd. et Edd. coll. o.* 18) *ib. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 19) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 20) hoc pert.: *D Edd. coll. o.* 21) *Codd. et Edd. coll. o.* 22) *ib.* 23) res ei: *AB* 24) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* it. post pauca: *Ivo;* — *no.* 23. *l. c.* 25) quem: *ACEG;* quam: *D;* qui: *BH Edd. coll. o.* 26) et: *EH Edd. coll. o.* 27) gentilium: *C Edd. coll. o.* 28) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd. orig. Ivo Coll. tr. P.* 29) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 30) dicit: *orig.;* II. *Cor. c.* 10. *v.* 6. 31) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Ivo Coll. tr. P.;* paratus sum: *Edd. rell.* 32) et post.: *D Edd. coll. o. pr. Arg.* 33) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 34) *Luc. c.* 14. *v.* 23. 35) ut imperasti: *ABF* 36) prius: *B; add.:* adventu: *EGH Ed. Bas.* 37) leviter: *BCD Ed. Ven.* II. 38) *Codd. coll. o. Coll tr. P.;* it. paullo post: *Ivo* 39) *cf. supra c.* 24. *Qu.* 4. 40) potestate (per: *deest*): *orig. Ivo* 41) et: *Coll. tr. P.* 42) et in: *orig.* 43) cogantur: *EGH Ed. Bas.* 44) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* || can. 2. 45) *BEFGH;* Per bonos Deus hereticos cogit ad fidem reverti: *ACD* 46) item: *EH;* — *Ep.* 105. *no.* 13. *Ed. Maur. scr. ao.* 409.; *Ivo Decr.* X, 64.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 24. 47) *Ezech. c.* 34. *v.* 4. 48) inq. Dom.: *deest: orig.* 49) inquisistis: *orig.* 50) vos: *Coll. tr. P.* 51) Dominus: *Ivo* 52) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 3. 53) *Codd. coll. o.* 54) *Ep.* 93. *no.* 16. *Ed. Maur.* — *scr. ao.* 408.; *Coll. tr. P.* II, 50, 34. 35. 55) *add.:* iam: *Coll. tr. P.* 56) ad quod: *EGH Edd. Lugdd.* 57) quo: *orig.; deest: Coll. tr. P.* 58) *add.:* quandoque: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 59) agnoscere: *Coll. tr. P.* 60) *Codd. coll. o.; ib. no.* 17. 61) non erat, nisi neminem: *orig.* 62) veritatem: *Edd. Arg. Nor. Bas. Ven.* I. 63) *add.:* et ecclesiae: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* 64) sed verbo: *EGH Ed. Bas.;* verum verbo: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* 65) etiam: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. 66) repugnandum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 68) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 69) ess.: *deest: AB* 70) *Codd. et Edd. coll. o.;* parte: *orig. Coll. tr. P.* 71) nostrae: *Edd. Nor. Ven.* I. 72) item: *ACD;* item et: *B Edd. coll. o.;* ita et: *EGH*

natim conmemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse quod scriptum est[73]: „Da sapienti occasionem, et sapientior erit."

C. IV. *Onere*[74] *pensionis rusticus ad Dominum*[75] *converti cogatur*[76].

Item Gregorius Maximiano Episcopo[77 a].

Iam uero, si rusticus tantae perfidiae et obstinationis fuerit inuentus, ut ad Dominum[78 b] minime uenire consentiat, tanto pensionis onere grauandus est, ut ipsa exactionis suae pena conpellatur ad rectitudinem festinare.

Gratian. *Ex his omnibus colligitur, quod mali sunt cogendi ad bonum.* §. 1. *Sed obicitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque cogitur inutiliter, cum Deus aspernetur coacta seruicia. Unde Apostolus, cum ad elemosinas Chorinthios hortaretur, ait*[79]: „*Unusquisque det*[80 c], *prout destinauit in corde suo, non ex tristicia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.*" *Unde datur intelligi, quod qui inuitus dat propter presentem pudorem, et rem et meritum perdit. Item, cum redderet causam, quare abstineret a*[81 d] *sumptibus, ait*[82]: „*Si ex necessitate euangelizauero, non erit michi gloria.*" §. 2. *Item*[83]: „*Si inuitus euangelizauero, dispensatio michi credita est. Si autem uolens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.*" *Item, cum Galathis scriberet, legalia non esse tenenda, ait*[84]: „*Si Spiritu ducimini, non estis sub lege.*" *Ex quo apparet eum, qui sub lege est, id est qui timore penae, non amore iusticiae seruit, non duci Spiritu sancto. Si autem Spiritu*[85 e] *non ducitur, Deo placere minime ualet.* §. 3. *Item*[86]: „*Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum*[87], *in quo clamamus: Abba pater.*" *Ex quibus uerbis datur intelligi, quod, etsi in ueteri testamento timore penae homines cogebantur ad bonum, tamen in nouo testamento sola libertate et dilectione iusticiae sunt inuitandi ad fidem. Unde illi dicuntur*[88] *serui et filii ancillae, pertinentes ad Ismahel: isti dicuntur liberi et filii liberae, pertinentes ad Ysaac.* §. 4. *Item Iohannes in epistola sua*[89]: „*Timor non est in karitate, sed perfecta karitas foras mittit timorem.*" *Qui autem cogitur, illo timore ducitur, qui non est in karitate; qui manus conprimit, non animum mutat, quo pena timetur, non bonum diligitur. Porro sine dilectione*[90] *boni nullus Deo placere, uel in numero bonorum connumerari poterit. Unde, cum Propheta diceret*[91]: „*Animalia tua habitabunt in ea,*"[92 f] *hereditate, ostendens, quomodo ad ipsam habitationem perueniant*[93], *subdit:* „*In dulcedine tua, quam tu preparasti*[94] *pauperi,*"[95 g] *dulcedinem uocans suauitatem boni operis, qua bonum fit non timore penae, sed delectatione iusticiae. Cum ergo sine hac dulcedine animalia in hereditate non habitent, patet, quod nemo, nisi inutiliter, ad bonum cogitur solo timore. Quicumque etenim*[96 h] *ad bonum cogitur, solo timore, non amore ducitur: non sunt ergo mali cogendi ad bonum.* §. 5. *His ita respondetur: Si bonum, ad quod mali coguntur, semper inuiti tollerarent, et numquam uoluntarii seruirent, inutiliter ad illud cogerentur. Sed quia humanae naturae est et ea, que in dissuetudinem ducuntur, abhorrere*[97], *et consueta magis*[98 i] *diligere*[99 k], *flagellis tribulationum cohibendi sunt mali a malo, et prouocandi ad bonum, ut, dum timore penae malum in dissuetudinem ducitur, abhorreatur, bonum uero ex consuetudine dulcescat. Unde Augustinus in Psal.* 127.: „*Cum per timorem* gehennae continet se homo a peccato, fit consuetudo iusticiae, et incipit quod durum erat amari, et incipit excludi timor a karitate, et succedit timor castus, de quo hic dicitur, quo timemus, ne tardet*[100 l], *ne discedat, ne eo careamus. Ille utilis*[101 m], *sed non permanet in eternum ut iste.*"

QUESTIO VII.

GRATIANUS.

Nunc autem[1] *queritur, an heretici suis et ecclesiae rebus sint expoliandi? et qui possident hereticis ablata an dicantur possidere aliena?*

De his ita scribit Augustinus ad Vincentium, [epist. XLVIII.][2]:

C. I. *Res terrenae*[3] *non nisi diuino uel humano iure tenentur.*

Quicumque uos ex occasione huius legis inperialis, non corrigendi dilectione, sed odio inimicandi persequitur, displicet nobis. Et quamuis res queque[4] terrena non recte a quoquam possideri possit, nisi uel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt, uel iure humano, quod in potestate est regum terrae, (ideoque falso res appellatis[5] uestras, quas nec iuste[6] possidetis, et secundum leges terrenorum regum amittere iussi estis, frustraque dicitis[7 a], nos eis[8] congregandis laboramus[9 b], cum scriptum legatis[10]: „Labores inpiorum* iusti edunt),"[11] sed tamen, quisquis ex occasione legis** huius, quam reges terrae Christo seruientes ad emendandam inpietatem uestram promulgauerunt, res proprias[12] uestras cupide appetit, displicet nobis. Quisquis denique ipsas res pauperum, uel basilicas congregationum, quas sub nomine ecclesiae tenebatis (que omnino non debentur nisi ei ecclesiae, que uera est Christi ecclesia) non per iusticiam, sed per auariciam tenet, displicet nobis[13]. Quisquis[14] pro aliquo flagicio uel facinore deiectum[15] a uobis*** ita suscipit, sicut suscipiuntur qui (excepto errore, quo a nobis separamini) sine crimine apud uos uixerunt, displicet nobis. Sed[16] nec facile ista monstratis[17 c], nonnullos tolleramus, quos corrigere uel punire non possumus, neque propter paleam relinquimus[19] aream Domini, neque[20] propter pisces malos rumpimus retia Domini, neque[21] propter hedos in fine[22] segregandos[23] deserimus gregem Domini, neque propter uasa facta in contumeliam migramus de[24] domo Domini.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. VI. c. 4. a) Ianuario Ep. Caralitano, lib. III. epist. 20. b) Deum c) det: *deest* d) a: *deest* e) Spiritu sancto f) ea scilicet g) pauperi Deus h) enim i) magna k) custodia diligere l) tardet sponsus m) utilis est — Quest. VII. c. 1. a) dicistis b) laboravimus c) monstratis, et si monstratis[18]

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Quum per timorem: Locus hic potius convenit cum glossa ordinaria in eundem Psalmum; sunt tamen hic aliqua ex B. Augustino, quae non sunt in glossa.

Quest. VII. C. I. * Labores impiorum: Huic sententiae simile est quod scribitur Prov. 13.: θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος, id est, ut infra, eadem c. *Quemadmodum: Thesaurizantur autem iustis divitiae impiorum.* Ubi vulgata habet: *custoditur iusto substantia peccatoris* Itemque Esaiae 61. scriptum est: καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίοις, quum ante dixisset: ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθαι. Sapientiae 10. legitur: *Ideo iusti tulerunt spolia impiorum*, infra, ead. c. *Quemadmodum.*

** Huius legis: In codice Theodosiano, lib. 16. tit. 5., sunt leges Honorii et Theodosii 43. 52. et 54., in quibus praecipitur aedificia, praedia et loca, quae ad conventicula Donatistarum vel aliorum haereticorum antea pertinuerant, ab ecclesiis catholicis vendicari, vel eisdem sociari debere. Et ad has leges videtur spectasse B. Augustinus, et hic, et in tractatu 6. in Ioannem (ut notatum est sup. distinct. 8. *Quo iure.*), et contra literas Petiliani (ut in proxime sequenti capite), et alibi.

*** Vobis: Sic est emendatum ex vetustis codicibus et originali, quum in vulgatis [Edd. Bas. Par. Lugd. I.) et hic, et infra 24. q. 1. *Quisquis.* legeretur: *nobis.* Vox autem: *deiectum*, non est mutata ob glossam. Nam in vetustis hic et infra cap. citato, et apud Ivonem et in originali est: *proiectum.*

Causa XXIII. Quest. VI. can. 3. 73) *Prov. c. 9. v. 9.* || can. 4. 74) honore: *ABF* 75) Deum: *CF;* bonum: *AB* 76) cogitur: *GH* 77) *Codd. coll. o.; imo ad Ianuar. Ep. Caral. Ep. 26. scr. ao. 594. lib.* IV. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 993. — *Coll. tr. P.* I, 55, 90. 78) *Codd. coll. o. pr. DF; — Ed. Arg. orig. Coll. tr. P.;* Dominum Deum: *Edd. rell.* 79) II. *Cor. c. 9. v. 7.* 80) *Codd. coll. o.* 81) *ib.* 82) I. *Cor. c. 9. v. 16.* 83) est: *EGH* 84) *Gal. c. 5. v. 18.* 85) *Codd. coll. o.* 86) *Rom. c. 8. v. 15.* 87) filii: *EGH; deest: A* 88) *Gal. c. 4. v. 22. sqq.* 89) I. *Ioann. c. 4. v. 18.* 90) delectatione: *BEGH* 91) *Psalm. 67. v. 11.* 92) *Codd. coll. o.;* hereditatem: *BD* 93) perveniatur: *EGH* 94) parasti: *EGH* 95) *Codd. coll. o.* 96) *ib.* 97) horrere: *EGH* 98) *CDH* 99) *BCDEGH* 100) *Codd. coll. o.* 101) *ib. pr. BC*

Causa XXIII. Quest. VII. 1) aut.: *deest: AC* || can. 1. 2) *Ep. 93. no. 50. Ed. Maur. scr. ao. 408. — Ivo Decr.* III, 179.; *Coll. tr. P.* III, 3, 21.; *Polyc.* VII, 5. *a Corr. et R. citatur, sed in Cod. coll. canonem non invenimus.* 3) Res terrena . . . tenetur: *ADF;* teneantur: *B;* Non odio sed dilectione iustus malos persequitur: *CEGH* 4) quaecunque: *Edd. coll. o. Ivo* 5) appelletis: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 6) iusti: *orig. Coll. tr. P.* 7) *Codd. coll. o. pr. A;* dicatis: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 8) in eis: *ABEGH Edd. coll. o.* 9) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 10) *Prov. c. 13. v. 22.* 11) edent: *orig. Ivo* 12) prop.: *deest: Ivo Coll. tr. P..* 13) vobis: *GH* 14) *cf. c. 38. qu. 1. C.* XXIV. 15) proiectum . . . nobis: *Ivo Coll. tr. P.* 16) *add.:* tamen: *EGH Ed. Bas.* 17) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Coll. tr. P.* 18) monstretis: *Edd. Lugdd.* II. III. *orig. Ivo* 19) relinquamus: *EH* 20) neque enim: *EGH* 21) *add.:* enim: *ib. Ed. Bas.* 22) finem: *GH* 23) congregandos: *ib. Ed. Bas.* 24) a: *Ivo*

C. II. *Catholici*[25] *non ideo aliena possident, quia ab hereticis ablata tenent.*

Idem contra Petilianum, [lib. II. c. 43.][26a]

Si de rebus uel locis ecclesiasticis, que[27b], non tenetis, querimini, possunt et Iudei[28] se iustos dicere, et iniquitatem nobis obicere, quia locum, in[29] quo inpii[30c] regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea, que tenebant heretici, secundum parem Domini uoluntatem catholici tenent? Ad omnes[31d] iniquos et inpios illa uox Domini ualet[32]: „Auferetur a uobis regnum Dei, et dabitur genti facienti[33] iusticiam.“ An frustra scriptum est[34]: „Labores inpiorum[35] pii[36e] edent[37]? Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quam quod aliquid amisistis. *Item* [c. 59.][38]: §. 1. Si qua iam concisi[39f] possidere cepistis, quia uobis[40] ablata nobis Dominus[41] dedit, non ideo concupiscimus aliena, quia illius inperio, cuius sunt omnia, facta sunt nostra, et iuste sunt nostra. Vos enim[42g] utebamini ad precisionem, nos[43] ad unitatem. Alioquin et primo populo Dei possent illi obicere alienae rei concupiscentiam, qui diuina potestate ab eorum facie, qui[44h] ea terra male utebantur, expulsi sunt, et ipsi Iudei, a quibus ablatum est regnum secundum uerba[45] Domini, et datum est genti facienti iusticiam, possunt obicere alienae rei concupiscentiam, quia ecclesia Christi possidet[46] ubi persecutores Christi[47] regnabant.

C. III. *Res ecclesiasticae ab hereticis iniuste possidentur*[48].

Idem [epist. L. ad Bonifacium][49].

Quod autem nobis obiciunt, quod res eorum concupiscamus et auferamus[50], utinam catholici fiant, et non solum que[51] dicunt sua, sed etiam nostra nobiscum in pace et karitate possideant. Usque adeo autem calumpniandi cupiditate cecantur, ut[52] non adtendant, quam sint inter se contraria que loquuntur. Ipsi certe dicunt, et inuidiosissime sibi conqueri uidentur, quod eos in nostra[53a] communione uiolento legum inperio coartamus[54]. Hoc itaque[55b] nullo modo faceremus, si res eorum possidere uellemus. Quis[56] auarus querit conpossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus[57], uel fastu dominationis elatus, desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quondam suos, modo etiam[58c] nostros socios et fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum sua[59d] teneant non solum, que habebant, sed etiam[60] nostra, que non habebant[61], que tamen, si pauperum conpares[62e] sumus, et nostra sunt, et illorum. Si[63] autem priuatim que nobis sufficiant[64] possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione dampnabili uendicamus. Quicquid igitur[65f] nomine ecclesiarum partis[66g] Donati possidebant[67h], Christiani inperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam[68] tranferre[69i] iusserunt. Cum ergo nobiscum sunt[70k] plebes ecclesiarum earundem, nobiscum[71] pauperes, qui de[72] eisdem possessiunculis alebantur, ipsi pocius foris positi desinant concupiscere aliena, sed intrent[73l] unitatis societatem[74], ut pariter gubernemus non illa tantum, que dicunt sua, uerum etiam que dicunt[75m] et nostra. Scriptum est enim[76]: „Omnia uestra[77], uos autem Christi, Christus autem Dei.“

C. IV. *Qui a corpore*[78] *Christi preciditur*[79] *spiritum iusticiae tenere non potest.*

Idem in epist. ad Vincentium[80a*].

Quemadmodum[81] membrum, si precidatur ab hominis uiui corpore, non potest tenere spiritum uitae, sic homo, qui preciditur de Christi iusti[82] corpore, nullo modo potest tenere spiritum iusticiae, etiamsi figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. In huius uero[83b] conpagem corporis ueniant[84], et labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos autem uoluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus quolibet inimico[85] iudicante purgamus, quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, ut nobiscum et illis, et nostris in societate catholica utantur, quantum ualemus, inquirimus. §. 1. Sed hoc est, inquiunt, quod nos mouet: si iniusti sumus, quare nos queritis? Quibus respondemus: querimus uos iniustos, ne permaneatis iniusti; querimus perditos, ut de inuentis gaudere possimus, dicentes[86]: „Mortuus erat frater[87], et reuixit; perierat, et inuentus est.“ Quare ergo me, inquit, non baptizas, ut abluas me[88] a peccatis? Respondeo, quia non facio iniuriam caracteri inperatoris, cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, apud te uel penitenciam non ago? Immo, nisi egeris, saluus esse non poteris. Quomodo enim[89] gaudebis te esse correctum, nisi doleas te[90] fuisse peruersum? Quid ergo, inquiunt[91], apud uos, cum ad uos transimus, accipimus? Respondeo, non quidem[92] accipitis baptismum, qui uobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit: sed accipitis unitatem Spiritus in uinculo pacis (sine qua nemo poterit uidere Deum) et karitatem, que, sicut scriptum est, operit[93c] multitudinem peccatorum[94d]. §. 2. Si[95] autem consideremus quod scriptum est in libro Sapientiae[96]: „Ideo iusti tulerunt spolia inpiorum;“ item, quod legitur in Prouerbiis[97]: „Thesaurizantur[98] autem iustis diuitiae inpiorum,“ tunc uidebimus, non esse querendum, qui habeant[99] res hereticorum, sed qui sint[100] in societate iustorum. *Item post aliqua*[101]: §. 3. Si corpus Christi tollit spolia inpiorum, et corpori Christi thesaurizant[102e] diuitiae inpiorum, non debent inpii foras[103f] remanere, ut calumpnientur, sed intrare ut pocius iustificentur. *Item post aliqua*[104]: §. 4. In[105] Christi ergo conpagem[106] corporis ueniant, et labores suos non dominandi cupiditate, sed bene utendi[107] pietate possideant. Nos autem uoluntatem nostram, ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus quolibet inimico iudicante purgauimus[108g], quando eos ipsos, quorum labores dicuntur,

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. VII. c. 2. a) contra literas Petiliani b) quae tenebatis, et c) impie d) omnes enim similes, id est ad omnes e) iusti f) praecisi g) enim his h) quia — c. 3. a) nostram communionem b) utique c) suos iam nostr. d) ea e) compauperes f) ergo g) parti h) possidebatur i) transire k) sint l) intrent in m) dicuntur — c. 4. a) Idem in eadem epist. L. b) ergo c) cooperit d) pecc. Et supra: §. 2. e) thesaurizantur f) foris g) purgamus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Antea citabatur ex epistola ad Vincentium, in qua non habetur.

Causa XXIII. Quest. VII. can. 2. 25) Iuste a catholicis possidentur quae ab hereticis auferuntur: *EFGH; in A hoc loco legitur rubr. capitis seq.* 26) *Codd. coll. o.; — no.* 102. *Ed. Maur.; Ivo Decr.* X, 75. (*can.:* Petilianus dixit; *cont.*); *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 25. (*ut ap. Iv.*) 27) *Codd. et Edd. coll. o.* 28) uideri: *A Ed. Bas.* 29) ubi: *EGH* 30) *ABCDF Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Coll. tr. P.; deest: EGH* 31) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (hos) 32) *Matth. c.* 21. *v.* 43. 33) fructum sive iust. eius: *EGH* 34) *Prov. c.* 13. *v.* 22. 35) iniustorum: *CF Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 36) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Bas.* 37) edunt: *DEG* 38) *no.* 134. 39) *Codd. coll. o. pr. CD; — orig. Ivo Coll. tr. P.* 40) quae a vobis: *EGH Ed. Bas.* 41) Deus: *ib.;* Dominus Deus: *Edd. rell.* 42) *Codd. et Edd. coll. o.* 43) non: *Coll. tr. P.* 44) *Codd. et Edd. coll. o.* 45) verbum: *AEGH Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I.; — *cf. Psalm.* 134. 46) ibi poss.: *EGH;* ibi presidet: *Corr.* 47) *add.:* prius: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* || can. 3. 48) de eodem: *A* 49) *Ep.* 185. *no.* 35. *Ed. Maur. scr. ao.* 417.; — *Ans.* XII, 59. (57.); *Polyc.* VII, 5, 15. 50) *add.:* non recte obiiciunt: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 51) quod: *Ans. Polyc.* 52) et . . . attendunt: *Ans.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Polyc.* 54) coarctemus: *C Polyc.;* coarctantur: *Ans.* 55) *Codd. et Edd. coll. o.* 56) *add.:* enim: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 57) inflatus: *Ed. Bas. Ans.* 58) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB;* etiam (modo: *deest*): *Ans. Polyc.;* et.: *deest: AB* 59) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* I.; — *Corr. orig. Ans. Polyc.* 60) et: *EGH* 61) habent: *ib.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. pr. BCF; — Ans.* 63) *cf. c. fin. qu.* 1. *C.* XII. 64) sufficiunt: *ABF* 65) *Codd. coll. o.* 66) *BF orig. Polyc.;* partes: *Codd. coll. rell. Edd. coll. o.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F; — Ans.* 68) *add.:* unitatem: *Ed. Bas.;* ecclesiae unitatem: *Edd. Lugd.* II. III.; ecclesiam: *Edd. rell.* 69) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (transferri); — *Ans. Polyc.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. III.; — *Ans. Polyc.* 71) *add.:* sint: *Edd. Lugdd.* II.; sunt: *Edd. rell. pr. Arg.;* — nob.: *deest: orig.* 72) de: *deest: Ans. Polyc.* 73) *Codd. et Edd. coll. o.* 74) societate: *Polyc.* 75) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 76) I. *Cor. c.* 3. *v.* 22. 23. 77) vestra sunt: *orig.* || can. 4. 78) communione: *EGH* 79) presciditur: *AB* 80) *Codd. coll. o.; no.* 42. *Ed. Maur. — Coll. tr. P.* II, 50, 36. 81) *add.:* enim: *orig.* 82) iusti: *deest: EGH* 83) *Codd. et Edd. coll. o.* 84) veniat . . . possideat: *CE* 85) inimicorum: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 86) *Luc. c.* 15. *v.* 32. 87) *add.:* noster: *A Edd. Bas. Lugdd.* 88) me: *deest: orig. Coll. tr. P.* 89) ergo: *EGH Ed. Bas.* 90) te: *deest: orig. Coll. tr. P.* 91) inquit: *ib.* 92) numquid: *BEGH Ed. Bas.;* non equidem: *Edd. rell.* 93) *Codd. et Edd. coll. o.* — 1. *Petr. c.* 4. *v.* 8. 94) *Codd. coll. o.; finis canonis: Coll. tr. P.* 95) *no.* 37. *l. c.* 96) *Sap. c.* 10. *v.* 19. 97) *Prov. c.* 13. *v.* 22. 98) thesaurizant: *ADF* 99) habent: *CEGH* 100) sunt: *BF Ed. Bas.* 101) *ib. no.* 40. 102) *Codd. coll. o. pr. C;* — thesaurizent: *Ed. Bas.;* thesaurizentur: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 103) *Codd. et Edd. coll. o.* 104) *ib. no.* 42. 105) *cf. supra initium capitis;* in huius: *orig.* 106) conpage: *AB* 107) vivendi: *Edd. Bas. Lugd.* I. 108) *Codd. et Edd. coll. o.*

ut nobiscum et illis, et nostris in societate catholica utantur, quantum ualemus, inquirimus.

Gratianus. *His igitur*[109] *auctoritatibus liquido monstratur, quod ea, que ab hereticis male possidentur, a catholicis iuste auferuntur, nec ideo aliena possidere dicuntur.*

QUESTIO VIII.

GRATIANUS.

I. Pars. *De episcopis uero uel quibuslibet clericis, quod nec sua auctoritate, nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere ualeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus apostolorum a Domino fuerat electus, materialem exerceret gladium, ut magistrum a Iudeorum iniuria defensaret, audiuit*[1]: *„Conuerte gladium tuum in uaginam, omnis enim, qui acceperit gladium, gladio peribit,“ ac si aperte ei diceretur: hactenus tibi tuisque predecessoribus inimicos Dei corporali gladio licuit persequi; deinceps in exemplum patienciae gladium tuum, id est tibi hactenus concessum, in uaginam conuerte, et spiritualem tantum gladium, qui*[2a] *est uerbum Dei, in mactatione*[3] *ueteris uitae exerce. Omnis enim preter illum, uel auctoritatem eius, qui legitima potestate utitur, qui, ut Apostolos ait*[4], *non sine causa gladium portat, cui etiam omnis anima subdita esse debet, omnis, inquam, qui preter huius*[5b] *auctoritatem gladium acceperit gladio peribit.* §. 1. *Item Ambrosius*[6]: *„Arma episcopi lacrimae sunt et orationes.“ Item illud Apostoli*[7]: *„Non uosmetipsos defendentes, karissimi,“ quamuis omnibus generaliter dicatur specialiter tamen prelatis dictum intelligitur.*

[PALEA.

Unde Iohannes Papa VIII. Angebergae Inperatrici, excusans Iohannem episcopum remoueri de milicia, dicit[8*]:

C. I. De eodem.

Nimium certe ueretur, et iure formidat contra professionem sui ordinis secularem miliciam exercere; terram defendere, de preliis tractare, de armis, terrenae potestatis est.]

[PALEA.

C. II. De eodem.

Item Innocentius Papa[9].

Cum a Iudeis, inquit, Dominus caperetur, et Petrus cuiusdam inobedientis aurem abscinderet, ferire prohibuit, et forma omnium sacerdotum (quorum prior erat) etiam pro se ipso capi arma carnalia prohibuit.]

[PALEA.

C. III. De eodem.

Item Ambrosius[10*].

Non pila querunt ferrea, non arma Christi milites. Coactus repugnare non noui: sed dolor, fletus, orationes, lacrimae fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere; fugere autem, et relinquere ecclesiam non soleo[11]. Seruum[12] Christi non custodia corporalis, sed Domini prouidentia sepire consueuit.]

Gratian. *Hinc etiam de his, qui in bello aut in*[13a] *rixa moriuntur, in Concilio Triburiensi sic*[14] *statutum est*[15]:

C. IV. *Pro clerico, qui in bello aut in*[16a] *rixa moritur oratio uel oblatio non offeratur.*

Quicumque clericus aut in bello, aut in rixa, aut[17b] gentilium ludis mortuus fuerit, neque in[18] oblatione, neque[19] in oratione pro eo postuletur, sed in manus incidat iudicis; sepultura tamen[20] non priuetur.

C. V. *Gradu amisso in monasterio trudantur*[21a] *clerici. uoluntarie arma sumentes.*

Item ex Concilio Tolletano [IV. c. 44.] *de clericis arma ferentibus*[22].

Clerici[23], qui in quacumque factione[24b] arma uolentes[25] sumpserint[26c], reperti[27] amisso ordinis sui gradu in monasterio[28d] perhenniter[29e*] tradantur[30].

C. VI. *Proprii gradus amissione mulctentur militaria arma clerici ferentes.*

Item ex Concilio Meldensi, [c. 37.][31]

Quicumque ex clero uidentur esse, arma militaria non sumant, nec armati incedant; sed professionis suae uocabulum religiosis moribus et religioso habitu prebeant. Quod si contempserint, tamquam sacrorum canonum contemptores et ecclesiasticae auctoritatis[32a] profanatores proprii gradus amissione mulctentur, quia non possunt simul Deo et seculo militare.

II. Pars. Gratian. *His ita respondetur: Sacerdotes propria manu arma arripere non debent; sed alios ad arripiendum, ad oppressorum defensionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari.*

Unde Leo IV. scribit Ludouico Augusto[33*].

C. VII. *Pro Sarracenis Papa iubet populum congregari*[34], *et eis ad litus maris occurrere.*

Igitur cum sepe aduersa a Sarracenorum partibus perueniant nuntia, quidam in Romanorum[35a] portum Sarrace-

EDITIO ROMANA.

Causa XVII. Quest. VIII. a) quod b) huiusmodi — c. 3. a) in: *deest* — c. 4. a) in: *deest* b) aut in — c. 5. a) tradantur b) seditione c) sumserint aut sumserunt d) monasterium e) poenitentiae* — c. 6. a) sanctitatis — c. 7. a) Romanum

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VIII. C. I. * Huic capiti et sequenti non est in vulgatis praepositum nomen Paleae. Utrumque tamen cum deinceps sequenti Palea abest a plerisque vetustis exemplaribus.

C. III. * Initium huius capitis, quod constat duobus dimetris iambicis, non est inventum. Reliqua habentur in libro 5. epistolarum, in oratione contra Auxentium, quamvis hic verba aliqua sint immutata. Nam apud B. Ambrosium habent ut infra, ead. c. *Convenior.* §. *Quid ergo turbamini.*

C. V. * Poenitentiae: Sic legitur apud Anselmum, et in codicibus conciliorum editis, et manuscriptis, quamvis in posterioribus editionibus Coloniensibus in margine sit adscriptum: *perenniter,* quemadmodum antea apud Gratianum legebatur.

C. VII. * Epistolae Leonis IV. ex quibus hoc, et duo sequentia capita sunt accepta, non exstant. In vetustis autem Pontificalibus, quod ad haec capita videtur facere, legitur, quum magna Agarenorum classis ex Africa ad vastandam Romam solvisse nunciaretur, Neapolitanos, Amalphitanos, et Caietanos navibus Hostiam venisse, ut contra Agarenos pro defensione sancti Petri, et Romana urbe dimicarent. Quorum principes Leo Papa ad se vocaverit, et cum ipsis multa tractarit. Atque ipsa prorsus verba, quae ad hoc caput pertinent, sunt haec: *Quos benigne in palatio Lateranensi suscipiens, causam, pro qua venerant, inquirit. Illi autem se ob aliud non venisse testati sunt, nisi ut superius legitur exaratum. Quorum pius Apostolicus credulus verbis, cum magno exercitu et armorum procinctu mox civitatem Hostiam properavit, omnesque cum gaudio suscepit. Illi autem videntes summum Pontificem, omnes osculari coeperunt pedes eius. Summus autem Praesul missam in ecclesia B. Aureae celebravit, omnibusque corpus dominicum tradidit, atque orationem post perceptum corpus super eos donavit: „Deus, cuius dextera B. Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, et coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit, exaudi nos propitius, et concede, ut amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos sanctae tuae ecclesiae dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur et convalescant, ut de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus appareat gloriosum.“ Die vero altera postquam praedictus Pontifex reversus est a iam praedicta civitate, ipsi sceleratorum socii sive participes (scilicet Agareni) iuxta litus maris Hostiensis multis cum navibus paruerunt. Praefati autem homines super illos facientes impetum, omnes superavere orationibus Apostolorum et sancti Praesulis.*

Causa XXIII. Quest. VII. can. 4. 109) ergo: *BEGH*

Causa XXIII. Quest. VIII. 1) *Matth. c. 26. v. 52.* 2) *Codd. coll. o.* 3) mactationem: *EGH;* actionem: *A* 4) *Rom. c. 13. v. 4.* 5) *ABCDFH:* eius: *EG* 6) *cf. c. 3.* 7) *Rom. c. 12. v. 19.* || can. 1. 8) *Haec et sqq. Paleae desid. in Codd. coll. o. pr. D; in F manu posterioris saeculi in marg. scriptae exstant.; Rolando non fuerunt notae. Non exstat inter epistolas Ioannis* VIII. || can. 2. 9) *Caput omnino incertum.* || can. 3. 10) *Polyc.* IV, 15. (16.) 2. (*can.:* quid turbamini) 11) valeo: *F Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; — *finis canonis: Polyc.* 12) servus Christi non custodia temporali, sed Domini providentia perire consuevit: *DF Edd. coll. o.* 13) *Codd. coll. o.* || can. 4. 14) sic: *deest: ABCF* 15) *Non est in Triburiensi; similia sunt apud Herardum Turon. c.* 50. 113. 134. *in Ed. Migne Patr. lat.* CXXI, 767. *sqq.*; — *Burch.* II, 233. (237.); *Ivo Decr.* VI, 308.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11.) 17. 16) *Codd. coll. o.* 17) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 18) in: *deest: Burch. Ivo Coll. tr. P.* 19) neque . . . orat.: *deest: Ivo* 20) tam.: *deest: Coll. tr. P.* || can. 5. 21) *ADEGH* 22) *imo c. 45. hab. ao. 633. ap. Bruns* I, 235.; — *Ans. ded.* V, 91.; *Reg.* I, 169.; *Ans.* VII, 187. *a Corr. citatur, quo loco tamen in Cod. coll. non exstat can. noster.* 23) de clericis: *Reg.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (quocunque facinore); — *Corr. Ans. ded.* 25) vol.: *deest: Reg.* 26) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded. Reg.* 27) rep.: *deest: Reg.* 28) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded.* 29) *Codd. et Edd. coll. o.;* poenae: *Reg.* 30) contradantur: *orig. Hisp. Reg.* || can. 6. 31) *hab. ao. 845. ap. Mansi* XIV, 827.; *Reg.* I, 177.; *Burch.* II, 211. (214.); *Ivo Decr.* VI, 286.; *Ivo Pan.* III, 168. (ex C. Aurel.) 32) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* || can. 7. 33) *fragm. ep. Leonis* IV. *scr. ao.* 852. (?); — *Jaffé no.* 1981. — *Ivo Decr.* X, 83.; *Ivo Pan.* VIII, 27. 34) congregare: *EGH* 35) *BDEFGH*

nos clam furtiueque uenturos esse dicebant. Pro quo nostrum precipimus[36 b] congregari populum, maritimumque ad litus descendere decreuimus, et egressi sumus Romam[37 c].

C. VIII. *Ultor sui gregis Papa debet esse ac*[38 a] *precipuus adiutor.*

Item[39 b].

Scire uos oportet, quod numquam ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi; sed, si necessitas ulla[40] incurrerit[41 c], presentialiter uindicamus, quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus et precipui adiutores.

C. IX. *Celeste regnum a Deo consequitur qui pro Christianorum defensione moritur.*

Idem exercitui Francorum[42].

Omni timore ac terrore deposito, contra inimicos fidei sanctae et aduersarios omnium religionum[43] uiriliter agere studete[44]. Nouit enim omnipotens[45], si quilibet uestrorum[46 a] morietur, quod pro ueritate fidei, et saluatione patriae, ac defensione Christianorum mortuus est, ideo[47 b] ab eo celeste[48] premium consequetur[49].

C. X. *Contra Longobardos precibus Adriani Papae Karolus bellum suscepit.*

Item Alcuinus[50*].

Hortatu[51] et precibus Adriani Romanae urbis episcopi exoratus[52] Karolus rex bellum contra Longobardos suscepit, quod prius quidem et a patre[53] eius[54 a] Papa[55 b] supplicante, cum magna difficultate susceptum est.

C. XI. *Iudeos non debemus persequi, sed Sarracenos.*

Item Alexander Papa [II.] *omnibus Episcopis Hispaniae*[56].

Dispar nimirum est Iudeorum et Sarracenorum causa. In illos enim, qui Christianos persecuntur, et[57] ex urbibus et propriis sedibus pellunt, iuste pugnatur; hii[58 a] ubique[59] seruire[60] parati sunt.

C. XII. *Qui crimina, que potest emendare, non corrigit, ipse conmittit.*

Item Iohannes VIII.[61] *Demago*[62] *Duci glorioso.*

Preterea deuotionis tuae studium exhortamur, ut contra marinos latrunculos, qui sub pretextu tui nominis in Christicolas debachantur, tanto uehementius accendaris, quanto illorum prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis; quoniam, licet credi possit, quod te nolente illi[63] nauigantibus insidientur[64], tamen[65], quia a te conprimi posse dicuntur, nisi eos conpescueris[66], innoxius non habeberis[67]. Scriptum quippe est: „Qui crimina, que[68 a] potest[69] emendare, non[70] corrigit, ipse conmittit.

C. XIII. *Crimina*[71 a] *pro Deo punire non est crudelitas sed pietas.*

Item Ieronimus ad Riparium [contra Vigilantium][72].

Legi syromasten[73*] Finees[74], auctoritatem[75 b] Helyae, et[76 c] zelum Simonis[77] Chananei, Petri seueritatem Ananiam et Saphiram trucidantem[78 d], Pauli[79 e] constantiam, qui Helimam magum uiis Domini resistentem eterna seueritate[80 f] dampnauit. Non est crudelitas** pro Deo crimina[81] punire[82], sed pietas. Unde et in lege dicitur[83]: „Si frater tuus, et amicus tuus[84 g], et uxor, que in sinu tuo dormit[85 h], deprauare uoluerit ueritatem[86 i], sit manus tua super eos, et effundes[87 k] sanguinem ipsorum.“[88 l]

C. XIV. *Quedam in ueteri testamento licebant, que modo*[89 a] *prohibentur.*

Item Iohannes Crisostomus super Mattheum omelia XVII. [ad c. 5.][90]

Occidit Finees[91] hominem, et reputatum est illi[92] ad iusticiam. Abraham uero[93], non solum homicida, uerum[94 b] etiam patricida (quod certe est grauius) effectus Deo magis[95 c] placuit[96 d]. Petrus uero[97 e] geminum fecit homicidium: fuit[98] tamen opus spirituale, quod factum est. Non solum[99 f] igitur respiciamus ad opera, sed ad[100 g] tempus, et ad[101 h] causam, et ad[102 i] uoluntatem, personarum quoque[103 k] differentiam, et quantacumque alia ipsis operibus acciderunt[104 l], diligentissime requiramus[105 m]. Non enim possumus aliter ad ueritatem peruenire.

C. XV. *Necessitate instante etiam*[106 a] *quadragesimalibus diebus bellum inire licet.*

Item Nycolaus[107 b] *ad consulta Bulgarorum,* [c. 46.]

Si nulla urget[108] necessitas, non solum[109 c] quadragesimali tempore, sed etiam[110 d] omni tempore est a preliis abstinendum. Si autem ineuitabilis urget inportunitas[111], nec quadragesimali tempore pro defensione tam sua quam patriae, seu legum paternarum, est bellorum proculdubio preparationi parcendum, ne uidelicet Deum uideatur homo temptare, si habet quod faciat, et suae ac illorum[112 e] saluti consulere non procurat, et sanctae religionis detrimenta non precauet.

XVI. *Petrus Ananiam et Saphiram increpando morti tradidit.*

Item Gregorius in Dialog. [lib. II. c. 30.][113]

Petrus, qui Tabitam mortuam[114] orando suscitauit,

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. VIII. c. 7. b) praecepimus — c. 8. a) et b) Item Leo c) occurrerit — c. 9. a) uestrum b) et ideo — c. 10. a) eius Pipino b) Stephano Papa — c. 11. a) hi vero — c. 12. a) quum — c. 13. a) crimen b) austeritatem c) et: *deest* d) trucidantis e) Paulique f) caecitate g) tuus: *deest* h) est i) te voluerit a veritate k) effunde l) eorum — c. 14. a) in novo b) sed c) Deo magisque d) complacuit e) vero: *deest* f) sola g) ad: *deest* h) *et* i) ad: *deest* k) et pers. differ. l) acciderint m) inquiramus — c. 15. a) etiam in b) Nicolaus Papa c) solum in d) sed omni est e) aliorum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * Quod hic refertur ex Alcuino habetur in vita et gestis Caroli M., per Eginardum scriptis. In quo libro, et apud Ivonem pro voce: *hortatu,* legitur: *rogatu.*

C. XIII. * Syromasten: B. Hieronymus Num. 25. et in c. 2. Malachiae, *σειρομάστην pugionem* interpretatur; tertio autem libro Reg. cap. 18. et lib. 4. cap. 11. *hastam,* velut etiam Hesychius, qui ait, *σειρομάστην* esse *εἶδος λόγχης.*

** Non est crudelitas: In editione Romana legitur: *non est crudelitas pro Deo pietas.* In Lugdunensi vero: *non est crudelitas pro Deo, sed pietas;* lectio tamen Gratiani non videtur reiicienda.

Causa XXIII. Quest. VIII. can. 7. 36) *Codd. coll. o. pr. EG Ivo Decr. Pan.;* fecimus: *G; deest: E* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 8. 38) *Codd. coll. o.* 39) *ib.; — fragm. scr. ao.* 852. (?); — *Jaffé no.* 1982. — *Ivo Decr.* X, 84.; *Ivo Pan.* VIII, 28. 40) illa: *EGH Ed. Bas.;* illis: *Ivo Decr.* 41) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 9. 42) item: *AC; — fragm. scr. ao.* 848.— *Jaffé no.* 1971. — *Ivo Decr.* X, 87.; *Ivo Pan.* VIII, 30.; *Coll. tr. P.* I, 60, 14. 43) regionum: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 44) *finis canonis: Coll. tr. P.; hoc loco multa inserta sunt: Ivo Decr. Pan.* 45) *add.:* Deus: *EGH Ed. Bas.* 46) *Codd. coll. o. pr. B; — Ivo Decr.* 47) *ABCD Ivo Decr. Pan.* 48) pretitulatum. *Ivo Decr.;* prestolatum: *Ivo Pan.* 49) consequitur: *BD Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. || can. 10. 50) *imo Einharti vita Car. M. c.* 6. *in Ed. Jaffé* (*Berol.* 1876.) *p.* 30.; ex gestis Caroli magni iuxta Alcuinum: *Ivo Decr.* X, 91.; *Ivo Pan.* VIII, 32.; — *ap. Deusded. p.* V., *unde citant Corr. non est inventum.* 51) rogatu: *Turrecrem. orig. Ivo Decr.* 52) exhortatus: *CDF Ivo Decr.* 53) a papa Stephano eius patre supplicante: *Ivo Decr.* 54) *ABCDF orig. Ivo Pan.* 55) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 11. 56) *fragm. ep. scr. ao.* 1061—73. — *Jaffé no.* 3485. — *in margine Decreti haec ep. directa esse dicitur: Epp. Galliae, quod melius esse videtur.* — *Ivo Decr.* XIII, 114. (*can.:* placuit nobis: *cont.*); *Ivo Pan.* VIII, 29. (*can. cont.*) 57) et: *deest: EGH* 58) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ivo Decr.* 59) utique: *Ivo Pan.* 60) sevire: *EH* || can. 12. 61) *fragm. ep. scr. ao.* 873—82. — *Jaffé no.* 2585. — *Ivo Decr.* X, 70.; *Ivo Pan.* VIII, 20. — 62) Demagol: *Ivo Decr.;* Hermanno: *Ivo Pan.* 63) illis: *Ivo Decr.* 64) insidiantur: *Ivo Pan.* 65) tam.: *deest: EGH Ed. Bas. Ivo Pan.* 66) compresseris: *Ivo Decr.* 67) haberis: *ACD Ivo Decr.;* habebis: *BF* 68) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 69) poterit: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 70) et non: *Ivo Pan.* || can. 13. 71) *BEFGH* 72) *Ep.* 109. *no.* 3. — *Ivo Decr.* X, 72.; *Ivo Pan.* VIII, 21. 73) *add.:* id est vindictam: *EGH* 74) I. *Num. c.* 25. 75) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* — *cf.* IV. *Reg. c.* 1. 76) *Codd. coll. o. pr. AB* 77) I. *Matth. c.* 10. 78) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* — *cf. Act. c.* 5. 79) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG; Ivo Pan. Codd. Ivon. Decr.;* — *cf. Act. c.* 13. 81) *voces:* criminia punire: *des.: Ivo Decr.* 82) pun. sed: *deest: orig.* 83) *Deut. c.* 13. *v.* 6. *sqq.* 84) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas.* 85) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 86) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Pan.* 87) *Codd. coll. o. orig.* 88) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* || can. 14. 89) *ACEFGH;* hodie: *BD* 90) *Ivo Decr.* X, 65.; *Ivo Pan.* VIII, 18. 91) *cf. Num. c.* 25. 92) illud: *GH;* ei: *Ivo Decr. Pan.* 93) *cf. Gen. c.* 22. 94) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas. Ivo Decr. Pan.* 95) *Codd. et Edd. coll. o.;* Domino: *Ivo Decr.* 96) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 97) *ACDEFGH;* autem: *B;* quoque: *Ed. Bas.;* tamen: *Edd. rell.;* Sed et Petrus: *Ivo Decr. Pan.* 98) fecit: *Ivo Pan.* 99) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 100) *Codd. et Edd. coll. o.: add.:* etiam: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 101) *Codd. et Edd. coll. o.* 102) *ib. pr. Nor. Ven.* I.; — *Ivo Pan.* 103) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 104) *DF Edd. coll. o. Ivo Pan.;* acciderit: *A* 105) *Codd. coll. o. pr. B* (perquiramus); — *Ed. Bas. Ivo Pan.* || can. 15. 106) *Codd. coll. o.* 107) *ABCDF; scr. ao.* 866. — *Jaffé no.* 2123. — *ap. Mansi* XV, 415. — *Ivo Decr.* X, 93.; *Ivo Pan.* VIII, 37.; *Caes.* VII, 11. 108) urgeat: *orig.* 109) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 110) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (temp.: *deest*) 111) opportunitas: *orig. Ivo Decr. Pan.* 112) *Codd. coll. o. pr. BH Ivo Pan.* || can. 16. 113) *Ivo Decr.* X, 67. (*can.:* cum b. Bonifacius); *Ivo Pan.* VIII, 19. 114) mort.: *deest: EGH*

Ananiam et Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim[115] orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam, quam perpetrauerant, increpasse. Constat ergo, quia[116 a] aliquando talia[117 b] ex potestate exhibentur[118], aliquando[119 c] ex postulatione, dum et istis increpando uitam abstulit, et illi reddidit orando.

C. XVII. *B. Gregorius quosdam hortatur, ut milites congregent, et contra hostes arma uiriliter parent.*

Idem Veloci, Magistro, [lib. XII. ep. 21.][120 a]

Et[121 b] pridem gloriae uestrae notificauimus[122 c] quia milites illuc[123] erant parati uenirę; sed quoniam inimicos congregatos et huc[124] discurrere epistola uestra significauerat, hec eos hic causa retinuit. Nunc uero utile[125] est uisum, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua ammonere[126] et hortari, ut parati sint ad laborem[127], studeat, et occasione inuenta cum gloriosis filiis nostris Marcio[128 d] et Vitalio[129 e] loquere, et quecumque uobis[130] Deo adiutore pro utilitate reipublicae persuaserint[131 f] facite; et si huc uel ad Rauennae[132 g] partes[133] nec dicendum Arnulfum[134 h] cognoueritis excurrere, uos a dorso eius ita, sicut uiros fortes condecet[135 i], laborate, quatinus opinio uestra ex laboris uestri qualitate[136] amplius in[137] republica Deo auxiliante proficiat[138]. Illud tamen pre omnibus ammonemus, ut familiam Aloyn[139 k*], et[140] Adobin, Vigildi[141], atque[142] Grussingi[143], qui cum glorioso magistro militum Mauricio esse noscuntur, sine aliqua mora uel excusatione relaxes, quatinus uenientes illuc homines predicti uiri sine aliquo inpedimento cum eis debeant ambulare.

[C. XVIII.]

Item Eiusdem Mauricio et Vitaliano, [lib. XII. epist. 23.][144]

Suppliciter gloriae uestrae per filium nostrum Vitalianum[145], cum quo et[146] tractaueratis[147 a], et uerbo et scripto mandauimus. Undecimo autem die mensis Iunii Arnulfus[148 b] hanc epistolam, quam uobis direximus, transmisit, et ideo relegentes eam uidete, si in fide[149 c] Suanenses, quam reipublicae promiserunt[150 d], perstiterunt, obsidesque[151] dignos, de quibus possitis confidere, ab eis accipite[152 e], et insuper denuo* eos[153] sacramentis astringite[154 f], reddentes eis quod[155] loco pignoris sustulistis[156 g] sermonibus[157] uestris eos sanantes. Si autem manifestissime cognoueritis, eos cum Arnulfo de sua subiectione[158] locutos fuisse, uel certe obsides ei dedisse, sicut nos[159] Arnulfi epistola, quam uobis direximus, dubios reddidit, salubri consilio pertractantes[160], ne in aliquo anima[161] uestra uel** nostra de sacramentis grauetur, quicquid reipublicae utile iudicaueritis peragite. Sed ita faciat[162] gloria uestra, ut neque sit aliquid, unde possimus ab aduersariis reprehendi, neque[163 h] utilitas reipublicae[164] (quod Dominus auertat) negligatur. Preterea[165], gloriosi filii, estote solliciti, quia, quantum conperi, hostis*** multitudinem[166] habet collectam, et Narina[167 i †] dicitur residere; ut[168 k] si huc[169] cursum, Deo sibi irato, mittere uoluerit[170], uel[171 l] loca ipsius (quantum uos Dominus adiuuerit) depredamini[172], aut certe sculcas[173 m ††], quos[174] mittes[175 n], sollicite requirant, ne dolens factum ad uos[176 o] discurrat.

Gratian. *In registro*[177 p] *etiam legitur, quod B. Gregorius ciuibus Tusciae, ut contra Longobardos arma pararent, mandauit, et militantibus stipendia decreuit. Hoc igitur*[178 q] *exemplo et premissis auctoritatibus claret, quod sacerdotes, etsi propria manu arma arripere non debeant, tamen uel his, quibus huiusmodi offitia conmissa sunt, persuadere, uel quibuslibet, ut ea arripiant, sua auctoritate ualeant inperare.*

III. Pars. §. 1. *Sed obicitur illud Nycolai ad Inperatorem Karolum*[179 a*]:

C. XIX. *Episcopi non debent militaribus occupari negociis.*

Reprehensibile ualde esse constat quod subintulisti, dicendo, maiorem partem omnium episcoporum die[180] noctuque cum aliis[181] fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare, ob idque[182] episcopi inpediantur uenire, cum militum[183] Christi sit Christo seruire, milites[184 b] uero seculi seruiant[185 c] seculo, sicut[186 d] scriptum est[187]: „Nemo militans Deo inplicat se negociis secularibus." Quod si seculi milites[188 e] miliciae student, quid[189] ad episcopos et milites Christi, nisi ut uacent orationibus[190]?

C. XX. *In morte*[191 a] *cuiuslibet hominis episcopi*[192] *se miscere formident.*

Item Gregorius [lib. VII. epist. I., ad Sabinianum][193 b].

Si in morte[194] Longobardorum me miscere uoluissem,

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. VIII. c. 16. a) quod b) haec c) aliquando vero exhibentur — c. 17. a) magistro militum b) Ut c) expressimus d) Mauricio e) Vitaliano f) statuerint g) Ravennates h) Ariulphum i) decet k) Maloin* — c. 18. a) tractetis b) Ariulphus c) fide sua d) promisere e) percipite f) obstringite g) sustulistis et h) neque in quo i) in Marchia*** k) et l) vos m) sculpas†† n) mittitis o) nos p) regesto q) ergo — c. 19. a) ad Ludovicum et Carolum Reges* b) militum c) serv.: *deest* d) secundum quod e) milites saeculari — c. 20. a) mortem b) Greg. Papa

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Maloin: Haec nomina sunt reposita, quemadmodum habentur in codicibus epistolarum impressis et manuscriptis. Antiqua autem exemplaria Gratiani a vulgatis, et inter se valde hoc loco discrepant.

C. XVIII. * Denuo: Abest haec dictio a codicibus epistolarum excusis et manuscriptis; est tamen in vetustis etiam Gratiani, et apud Anselmum.

** Vestra vel: Hae duae voces non sunt in codicibus epistolarum; sed apud Anselmum.

*** Hostis: In epistolis B. Gregorii partim legitur: *hostem collectum habet* [ita in Ed. Maur. et ap. Ans.]; partim vero: *hostis collectam habet.* Apud Anselmum vero est: *hostem collectam habet.*

† In Marchia: In epistolis impressis est: *Narinas;* in uno autem manuscripto codice [et ap. Ans.]: *Narnia.*

†† Sculpas: In plerisque vetustis, sicut etiam in codicibus B. Gregorii impressis et manuscriptis legitur: *scultas,* quae vox etiam apud Paulum Diaconum et alios scriptores significat exploratores, quod vidit etiam auctor glossae.

C. XIX. * Epistola, ex qua sumtum est hoc caput, exstat Romae in monasterio Dominicanorum, scripta Ludovico et Carolo regibus, cuius initium est: *Credimus ex Dei dono,* in qua de Carolo, sermonem proprie ad ipsum convertens, queritur Pontifex ob quasdam excusationes, et hanc praecipue, quae hoc capite continetur, nullos episcopos Romam ad synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus, qui antea erat: *Ad Carolum Imperatorem.*

Causa XXIII. Quest. VIII. can. 27. 115) eum: *Ivo Decr.* 116) *Codd. coll. o. pr. G; — Ivo Decr. Pan.* 117) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 118) exhibent: *orig.* 119) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* || can. 17. 120) *Codd. coll. o.; — Ep. 3. scr. ao. 591. lib. II. Ed. Maur. — Jaffé no. 791. — Ans. XIII, 6.; Polyc. VII, 13, (12,) 10.* 121) *D Ed. Nor. orig. Ans. Polyc.; deest: B* 122) *Codd. et Edd. coll. o.; deest: orig. Ans. Polyc.* 123) illic (*et sic deinceps*): *Ans. Polyc.* 124) hic: *Ans.* 125) *Ivo Decr. X, 90.* 126) et admon.: *EGH;* et monere: *Ans.* 127) iusticiam et ad labor.: *Edd. coll. o.; — reliqua desunt usque ad voc.* si hac *ap. Iv.* 128) *Codd. coll. o. Polyc.;* Marco: *Ed. Bas.* 129) *Codd. coll. o. Polyc.;* Vitali: *Edd. Arg. Nor. Ven. I.* 130) vob.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd. II. III.;* nobis cum: *Polyc.* 131) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd. II. III.* 132) *Codd. et Edd. coll. o.* 133) part.: *deest: Polyc.* 134) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 135) *ib. Ans. Polyc.* 136) caritate: *Ivo* 137) in: *deest: Polyc.* 138) *finis canonis: Ivo* 139) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 140) et: *deest: Ans.* 141) Adob. atque Vigildifrusin: *ABEFGH;* Inigildi: *Ans.; deest: Polyc.* 142) atque: *deest: Ans.* 143) Grusingi: *Ans.;* Lugildi Grufingi: *Polyc.* || can. 18. 144) *Ep. 30. scr. ao. 592. lib. II. Ed. Maur. — Jaffé no. 824. — Ans. XIII, 8.; Polyc. VII, 13, (12,) 13.; can. in Codd. coll. o. cum antecedente coniunctus est.* 145) simpliciter: *FH* 146) et: *deest: Edd. coll. o. Ans., neque tamen, ut R. censuit, a Corr. est insertum.;* ut: *orig.* 147) *Codd. coll. o. pr. A* (tractaveritis); tractaretis: *Edd. Lugdd. II. III. orig. Ans. Polyc.;* tractaveritis: *Edd. rell.* 148) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.;* Auriulsus: *et post:* Auriulfi: *Ans.* 149) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd. II. III.; — Ans. Polyc.* 150) *Codd. coll. o. Ans. Polgc.* 151) obsides: *Ans.* 152) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.; —* precipite: *Ans.* 153) eos: *deest: Ans. Polyc.* 154) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Ed. Bas.* (constringite); *— B* 155) quae: *EGH Ed. Bas.;* quos vel quod: *Ed. Arg.* 156) *Codd. et Edd. coll. o.* 157) in serm.: *Polyc.* 158) subditione: *orig.* 159) nos: *deest: Polyc.* 160) retractantes: *Ans.* 161) in anima: *Ans.* 162) faciet: *AB* 163) *Codd. et Edd. coll. o.* 164) nostra reipubl.: *D Edd. coll. o.;* reip. exigit: *orig. Ans.* 165) propterea: *Polyc.* 166) mult.: *deest: ib.* 167) *orig.;* et in ardias: *A;* nardias: *Polyc.;* arduis: *BCEG Ed. Bas.;* Marchias: *DF;* Mardias: *Ed. Arg.* 168) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 169) hic: *Ans.* 170) voluit: *Polyc.* 171) *BDEFGH;* aut: *A;* et: *B;* nos: *Polyc.* 172) depraedate: *Ans.* 173) *orig.* (σκούλκα *ap. script. infimae graecitatis excubias designat*); culpas: *Codd. coll. o. Polyc.;* culpas vel scultas: *Ed. Arg.;* scultas: *Edd. rell. pr. Bas. Par. Lugdd. II. III.;* occultas: *Ans.* 174) illi quos: *EGH* 175) *Codd. coll. o. pr. C — Polyc.;* milites: *C Edd. Arg. Nor. Ven. I.;* mittetis: *Edd. rell. pr. Bas.* 176) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Ven. II. Ans.* 177) *Codd. coll. o.* 178) *ib. pr. BD* || can. 19. 179) *Codd. coll. o.; — scr. ao. 865. ap. Mansi XV, 291.; — Jaffé no. 2108. — Deusded. IV, 99.; Ivo Decr. V, 334.; Coll. tr. P. I, 62, 9.; Caes. IV, 84.* 180) diu: *Deusd.* 181) omnibus: *ACEGH* 182) id: *EGH;* id quod: *DF* 183) militibus: *Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 184) *Codd. et Edd. coll. o.;* militibus: *Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 185) *Codd. et Edd. coll. o.* 186) *Codd. coll. o. orig. Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 187) *II. Tim. c. 2. v. 4.* 188) *Codd. et Edd. coll. o. Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 189) qui: *Deusd.* 190) orationi: *orig.* || can. 20. 191) *Codd. coll. o. pr. E* 192) ipsi: *B; deest: AD* 193) *ABCDF; — Ep. 47. scr. ao. 594. lib. IV. Ed. Maur. — Jaffé no. 968. —* 194) si morti: *CH;* in mortem: *Ed. Bas.*

hodie Longobardorum gens nec regem, nec ducem[195c], haberet[196d]. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis ne miscere formido.

Gratian. *Ecce quod Nycolaus Papa prohibet episcopos seculari milicia occupari, nec etiam contra maritimos piratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo Papa aduersus Sarracenos urbem egreditur, et, ut procul eos a littore arceat, populum undique conuocat, et suorum iniurias presentialiter uindicat, atque cum Gregorio milites ad arma inuitat? Sed notandum est, quosdam episcopos Leuitica tantum portione esse contentos, qui, sicut in Dei sorte tantum numerantur, sic ipsum Deum solummodo in hereditatem accipiunt, dicentes*[197]: *„Dominus pars hereditatis meae est.“*[198e] *His nichil commune est cum principibus seculi, quia temporalia penitus abiciunt, ne eorum occasione*[199] *legibus inperatorum obnoxii teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis secularis miliciae, quia, cum de decimis et*[200] *primiciis uiuunt*[201f] *tamquam summi regis filii in omni regno a terrenis exactionibus liberi sunt ita, ut dicere ualeant: „Venit*[202] *princeps mundi huius, et in nobis non habet quicquam.“ Porro alii sunt, qui non contenti decimis et primiciis, predia, uillas, et castella, et ciuitates possident, ex quibus Cesari debent tributa, nisi inperiali benignitate inmunitatem promeruerint ab huiusmodi. Quibus a Domino dicitur*[203]: *„Reddite que sunt Cesaris Cesari; et que sunt Dei Deo.“ Quibus idem Apostolus*[204]: *„Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui*[205] *uectigal, uectigal.*

Unde Ambrosius [ad Marcellinam sororem, epist. XXXIII.][206*]

C. XXI. *Ecclesiae inperatoribus non sint*[207] *obnoxiae.*

Conuenior ipse a comitibus[208a] ut per me[209b] basilicae fieret matura traditio, dicentibus, inperatorem iure suo iussisse tradi debere utpote in cuius[210c] potestate essent omnia. Respondi, si a me peteret quod meum est[211d], id est fundum meum, argentum meum[212e], huiusmodi[213] meum[214], me non refragaturum, quanquam omnia, que[215] mea sunt, sint[216f] pauperum; uerum ea, que diuina sunt, inperatoriae potestati non esse[217] subiecta. Si patrimonium petit[218g], inuadite; si corpus, occurram. Vultis in uincula rapere? uultis in mortem? uoluntatis[219h] est michi, non ego me uallabo[220] circumfusione populorum, nec altaria tenebo uitam obsecrans; sed pro altaribus gratis[221i] inmolabor. Horrebam quippe animo, cum armatos ad basilicam ecclesiae occupandam missos cognoscerem, ne, dum populus basilicam uendicat[222k], aliqua strages fieret, que in perniciem totius ueniret[223l] ciuitatis; orabam, ne tantae urbis, uel pocius[224] totius Italiae busto superuiuerem. *Et infra*[225]: §. 1. Mandatur[226], trade basilicam, hoc est: „Dic[227] aliquod uerbum in Deum, et morere,“ nec solum dic aduersus Deum, sed etiam fac aduersus Deum. Mandatur, trade altaria Dei. Urgemur igitur regalibus preceptis; sed confirmamur scripturae sermonibus, que respondit: „Tamquam[228] una ex insipientibus locuta es.“ *Et infra*[229m]: §. 2. Quid igitur[230n] turbamini? uolens numquam uos[231o] deseram; coactus repugnare non noui; dolere potero, flere potero, gemere potero; aduersus arma[232], milites Gothos quoque, lacrimae meae mea[233] arma sunt. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere. §. 3.[234p] Utinam securus essem, quod ecclesia hereticis minime traderetur; ad palatium inperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis offitio, ut in palatio magis certarem, quam in ecclesia. Sed in consistorio solet non Christus reus esse, sed iudex. Causam fidei in ecclesia agendam quis abnuat? Si quis confidit, huc ueniat. *Et infra*[235q]: §. 4. Allegatur, inperatori licere omnia, ipsius esse uniuersa. Respondeo: Noli te grauare, inperator, ut putes, te in ea, que diuina sunt, inperiale aliquod ius habere; noli te extollere, sed[236], si uis diutius inperare, esto Deo subditus[237]. Scriptum est[238]: „Que Dei Deo; que Cesaris Cesari. Ad inperatores[239r] palatia pertinent, ad sacerdotes[240s] ecclesiae. Publicorum menium tibi ius conmissum est, non sacrorum. Iterum[241] dicitur michi[242t], mandasse inperatorem, debeo et ego unam basilicam habere. Respondeo[243u], non licet tibi illam[244] habere. Quid tibi cum adultera? Adultera est enim, que non est legitimo coniugio Christi copulata. *Et infra*[245v]: §. 5. Nabute[246], sanctum uirum, possessorem uineae suae scimus interpellatum petitione regia, ut uineam suam daret, ubi rex succisis uitibus olus uile sereret, eumque respondisse: „Absit[247], ut ego Patrum meorum tradam hereditatem.“ Regem contristatum esse, quod sibi esset alienum ius relatione iusta negatum: sed muliebri concilio deceptum** morte in agrum uenisse. Sanctus enim Nabute uites suas uel proprio cruore defendit. Si ille uineam non tradidit suam, nos trademus ecclesiam Christi? Quid igitur[248] a me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus, absit a me, ut tradam Christi hereditatem. Non tradidit Nabute suam[249w], ego tradam Christi hereditatem? sed[250x] hoc addidi: absit, ut tradam Dyonisii hereditatem[251y], qui in exilio[252] causa[253] fidei defunctus est, hereditatem Eustorgii confessoris, hereditatem Myrocletis[254z], atque omnium fidelium[255] retro episcoporum. Respondi ego quod sacerdotis est[256]. Quod inperatoris est faciat inperator. Prius est, ut animam michi quam fidem auferat. *Et infra*[257]: §. 6. Tributum Cesaris est, non negatur. Ecclesia Dei est. Cesari utique non debetur[258aa], quia ius Cesaris esse non potest Dei templum. Quod cum honorificentia inperatoris dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius, quam ut inperator ecclesiae filius esse dicatur? Quod enim[259bb] dicitur[260], sine peccato dicitur, cum[261] gratia dicitur[262]. Inperator enim[263cc] intra ecclesiam est[264dd]. Bonus enim inperator querit auxilium ecclesiae, non refutat. *Et infra*[265ee]: §. 7. Si de me aliquid compelleretur et[266ff] posceretur, aut fundus, aut domus[267], aut aurum, aut[268] argentum, id quod mei iuris esset[269gg], libenter offererem[270hh]: templo Dei[271] nichil possum nec[272ii]

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. VIII. c. 20. c) duces d) nec comites haberet, atque in summa confusione esse divisa e) est: *deest* f) vivant — c. 21. a) comit. et tribunis b) per me: *deest* c) iure suo uti, eo quod in potestate eius essent omnia d) esset e) meum ius f) essent g) petitur h) voluptati i) gratius k) vendicant (populus: *deest*) l) vergeret m) Et in oratione contra Auxentium n) ergo o) ius p) Et paulo inferius q) Et in eadem epistola ad Marcellinam r) imperatorem s) sacerdotem t) michi: *deest* u) Respondi v) Et in eadem oratione contra Auxentium w) Si ille Patrum hereditatem non tradidit, ego tradam x) sed et y) hereditatem Patrum, hoc est z) Myroclis aa) debet bb) quum cc) enim bonus dd) est, non supra ecclesiam ee) Et supra in eadem oratione ff) Si de meis*** (compell. et: *deest*) gg) esset, respondi me hh) offerre ii) posse (nec: *deest*)

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXI. * Caput hoc collectum est ex variis locis epistolae ad Marcellinam, et orationis contra Auxentium de basilicis non tradendis, ut suis locis notatum est, inductis prioribus citationibus, quae erant: *Et infra*, atque ex iisdem locis multa sunt emendata.

** Deceptum: In originali statim post hoc verbum sequitur: *Nabuthe vites suas.*

*** Si de meis: Aptatus est hic locus, quantum licuit, ex originali.

Causa XXIII. Quest. VIII. can. 20. 195) *Codd. coll. o.* 196) *Codd. et Edd. coll. o.* 197) *Psalm.* 15. *v.* 5. 198) *ABCF* 199) occasionibus: *EGH* 200) seu: *ib.* 201) *Codd. coll. o.* 202) *Ioann. c.* 14. *v.* 30. 203) *Matth. c.* 22. *v.* 21. 204) *Rom. c.* 13. *v.* 7. 205) et cui: *ABDEGH* || can. 21. 206) *Ep.* 20. *no.* 8. *Ed. Migne scr. ao.* 386. 207) sunt: *ABDF* 208) *Codd. et Edd. coll. o.* 209) *ib.* 210) *ib.* 211) *Codd. coll. o.* 212) *Codd. et Edd. coll. o.;* quiduis: *Turrecrem. orig.* 213) et huius: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 214) me.: *deest: A Ed. Arg.* 215) que: *deest: EGH* 216) *BCDF Edd. coll. o.; deest: EGH* 217) sunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 218) *Codd. et Edd. coll. o.* 219) *ABCD;* voluntas: *F Ed. Bas.;* voluntate: *Ed. Arg.* 220) vallabor (me: *deest*): *Turrecrem. orig.* 221) *Codd. et Edd. coll. o.* 222) *ib.* 223) *ib.* 224) poc.: *deest: orig.* 225) *ib. no.* 16. 226) advertistis quod iubeatur cum mandatur: *orig.* 227) *Iob. c.* 2. *v.* 9. 228) *ib. v.* 10. 229) *in orat. contra Auxent. no.* 2.; *Polyc.* IV, 15, (16,) 2. (*usque ad* §. 3.) 230) *Codd. coll. o.; deest: Polyc.* 231) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 232) *cf. supra c.* 3. 233) mea: *deest: EGH* 234) *Codd. coll. o.; — ib. no.* 3. 235) *Codd. coll. o.; in ep. cit. no.* 14. 236) sed: *deest: EGH* 237) subiectus: *EGH Edd. coll. o.* 238) *add.:* enim: *Edd. Lugdd.* II. III.; — *cf. Matth. c.* 22. 239) *Codd. et Edd. coll. o.* 240) *ib.* 241) item: *EGH* 242) *Codd. et Edd. coll. o.* 243) *ABCDF Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 244) ullam: *BD Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. 245) *Codd. coll. o.; in orat. contra Auxent. no.* 17. 246) Meministi etiam, quod lectum est hodie, Nab.: *orig.* 247) III. *Reg. c.* 21. *v.* 3. 248) ergo: *EGH* 249) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B Ed. Arg.* (*totus hic versiculus deest*) 250) *Codd. et Edd. coll. o.* 251) *ib. orig.* 252) *add.:* positus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 253) in causa: *Edd. Arg. Nor.* 254) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (Myrodetis) 255) ergo: *ABC* 256) *add.:* sacerdos faciat: *C; add.:* faciam: *Edd. coll. o.* 257) *ib. no.* 35. 258) *Codd. et Edd. coll. o.* 259) *ib.* 260) *add.:* filius: *Edd. Arg. Nor.* 261) et cum: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 262) dic.: *deest: EGH Edd. Arg. Bas.* 263) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig.* 264) *Codd. et Edd. coll. o.* 265) *Codd. coll. o.; ib. no.* 5. 266) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (meo) 267) *add.:* aut ager: *EGH Edd. coll. o. pr. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 268) et: *Edd. Ven.* II. *Par. Lugd.* I. 269) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 270) *Codd. et Edd. coll. o.* 271) Domini: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 272) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (aut . . . aut)

decerpere, nec tradere illud[273kk] custodiendum, non[274] tradendum acceperim. Deinde consulere etiam me[275] inperatoris saluti[276], quia nec michi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat[277] uocem[278ll] liberi sacerdotis, si uult sibi esse consultum, recedat a Christi iniuria. Hec plena humilitatis sunt, et, ut arbitror, plena affectus eius, quem inperatori debet sacerdos.

C. XXII. *De suis exterioribus ecclesiae soluunt*[279] *tributum*[280a].
Item Urbanus Papa[281].

Tributum[282] in ore piscis piscante Petro inuentum est, quia de exterioribus suis, que palam cunctis apparent, tributum ecclesia reddit. Non autem totum piscem dare iussus est, sed tantum staterem, qui in ore eius inuentus est, quia non ecclesia dari inperatori, non pontificalis apex, qui in ore capitis ecclesiae preminet, subici regibus potest. Sed sane, ut diximus, quod in ore piscis inuenitur pro Petro et Domino dari iubetur, quia de exterioribus ecclesiae, quod constitutum antiquitus est, pro pace et quiete, qua nos tueri et defensare debent, inperatoribus persoluendum est.

IV. Pars. Gratian. *Quamuis etiam*[283] *huiusmodi non uideantur inperialibus exactionibus subiciendi. Nam, cum tempore famis cunctorum Egiptiorum terram Pharao sibi emeret, atque sub eadem fame suae seruituti cunctos*[284b] *subiceret, sacerdotibus ita necessaria subministrauit, ut nec possessionibus, nec libertate nudarentur, Domino ex tunc prenunciante*[285c], *sacerdotes in omni gente liberos esse oportere.*

Unde Constantius et Constans hanc inmunitatem dederunt ecclesiae[286], *dicentes*[287]:

[C. XXIII.]

„*In qualibet ciuitate, in quolibet oppido, uel*[288a] *uico, castello*[289], *municipio*[290], *quicumque uoto Christianae religionis*[291] *meritum eximiae singularisque*[292] *uirtutis omnibus intimauerit, securitate perpetua potiatur. Gaudere eum*[293b] *et gloriari ex*[294] *fide uolumus semper, scientes, magis religionibus, quam offitiis et labore*[295] *corporis uel sudore nostram rempublicam contineri.*" *Valentinianus quoque et Valens*[296c] *decreuerunt, dicentes:* §. 1. „*Uniuersos, quos constiterit custodes ecclesiarum*[297] *esse uel*[298] *sanctorum locorum, ac religiosis obsequiis deseruire, nullius*[299] *attemptationis molestiam sustinere decreuimus.*"[300d] *Inperator Iustinianus*[301]: §. 2. „*Sanccimus*[302] *res ad uenerabiles ecclesias, uel xenones*[303], *monasteria*[304e], *uel ptochotrophia*[305], *uel brephotrophia, uel orphanotrophia, uel gerontocomia, uel si quid*[306f] *tale aliud*[307] *consortium*[308] *descendentes ex qualicumque curiali*[309g] *liberalitate, siue inter uiuos, siue mortis causa, siue in ultimis uoluntatibus habita, lucratiuorum*[310h] *inscriptionibus liberas esse et inmunes*[311]; *lege scilicet, que super huiusmodi inscriptionibus posita est, in aliis quidem personis suum robur obtinente, in parte autem ecclesiastica, uel aliarum domuum, que his*[312i] *piis consortiis deputatae sunt, suum uigorem pietatis intuitu mitigante.*"

Hinc etiam in Parisiensi Concilio legitur[313]*.

C. XXIV. *De agro ecclesiastico presbiter non cogatur censum persoluere.*

Secundum[314] canonicam auctoritatem et constitutionem domini inperatoris Lodoici, de agro ecclesiastico, et manso, de[315a] mancipiis, que ipse suis capitulis[316]** constituit, uel si quilibet, pro loco sepulturae aliquid largitus ecclesiae fuerit, de[317] decimis† et[318b] oblationibus fidelium nullus[319] quemquam[320] presbiterorum aliquem censum persoluere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis aut[321c] dignitatis exinde quicquam subtrahat, aut[322] redhibitionem[323] quamcumque exigat temporalem. Quod si fecerit, communione usque ad satisfactionem priuetur[324], et regia potestate dare cogatur††.

[PALEA[325].

C. XXV. Item ex Concilio Wormaciensi, c. 50.[326]*

Sanccitum est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque ullo[327] seruitio attribuatur, et presbiteri in eis constituti non de decimis, neque de obligationibus[328] fidelium, non de domibus, neque[329] de atriis, uel[330] de[331] hortis iuxta ecclesiam positis, neque de prescripto manso aliquod seruicium faciant preter ecclesiasticum. Et si aliquid[332] amplius habuerint, inde maioribus[333] suis debitum seruicium inpendant[334].]

Gratian. *Hinc datur intelligi, quod de his, que inperiali*[335] *beneficio, uel a quibuslibet pro beneficio sepulturae ecclesia possidet, nullius iuri*[336], *nisi episcopi, teneatur asstricta. De his uero, que a quibuslibet emerit uel uiuorum donationibus acceperit, principibus consueta debet obsequia, ut et annua eis persoluat tributa, et conuocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.*

Unde Gelasius Papa Elpidio Episcopo[337]:

C. XXVI. *Absque auctoritate Romani Pontificis ad comitatum episcopi proficisci non audeant.*

Quo ausu, qua temeritate rescribis, ad[338a] Rauennam te parare proficisci, cum canones euidenter precipiant nullum

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. VIII. c. 21. kk) illud quod ll) enim vocem — c. 22. a) tributa b) cuncta c) pronuntiante — c. 23. a) vel: *deest* b) enim c) Gratianus quoque, Valentinianus et Theodosius d) decernimus e) xenones vel monast. f) vel denique aliud tale consort. g) curialis h) a lucrativ. i) huiusmodi — c. 24. a) et de b) etiam et c) vel — c. 26. a) ad: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIV. * Burchardus et Ivo p. 3. c. 56. simile quiddam citant ex conc. Meldensi c. 8. Verum idem Ivo eadem parte c. 175. hoc idem affert ex conc. Parisiensi, in quo videtur innovatum quod nunc exstat in conc. Meldensi c. 63.

** Capitulis: Videtur significari caput proxime sequens, quod est lib. 1. Capitularium, c. 91.

† De decimis: In dicto capite 63. conc. Meldensis, et apud Ivonem c. 175. legitur: *neque de decimis et oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem censum etc.* Ivo tamen c. 56. habet ut Gratianus.

†† Dare cogatur: In conc. est: *hoc emendare legaliter cogatur.* Ivo tamen ut Gratianus; Burchardus vero habet tantum usque ad verb. *privetur.*

C. XXV. * Abest caput hoc a plerisque vetustis exemplaribus; habetur tamen locis indicatis.

Causa XXIII. Quest. VIII. can. 21. 273) *Codd. coll. o.;* cum illud cust.: *Edd. coll. o.* 274) nec: *EGH* 275) mihi: *EGH Ed. Bas.;* consulam (me: *deest*): *orig.* 276) *add.:* oportet: *Edd. coll. o. pr Bas.* 277) accipiant: *ACDFGH* 278) *Codd. et Edd. coll.. o.* || can. 22. 279) soluant: *C;* soluitur: *EGH* 280) *Codd. coll. o. pr. A* 281) *non exstat inter epistolas Urbani* II. 282) *cf. Matth. c.* 17. 283) et: *ABEGH* 284) *Codd. coll. o.; — Gen. c.* 47. 285) *BCEFGH* || can. 23. 286) eccl.: *deest: Polyc.* 287) *imo Constantius solus.; quomodo Ans.* IV, 14. 15. 19. *c.* 16. *Cod. Theod.* (XVI, 2.) *ex Hincmaro exscripserit, apud quem et rubrica capitis exstat, videas Hüffer p.* 106.; — *Polyc.* III, 15, 19. 20.; — *can. in Codd. coll. o. cum Gratiani dicto cohaeret.* 288) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ans. Polyc.* 289) vel cast.: *BCEG Edd. coll. o.* 290) et mun.: *AEGH Edd. Arg. Bas.;* vel mun.: *Edd. rell.* 291) legis: *orig. Ans. Polyc.* 292) singularis: *C;* singulaeque: *Polyc.* 293) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 294) ex: *deest: AB* 295) laboribus: *AEFGH Ed. Bas.* 296) *Codd. et Edd. coll. o. Hincm. Ans. Polyc. —; imo Gratian. Valentinian. Theodos.; — cf. Cod. Theod. ib. c.* 26. 297) animarum uel eccl.: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 298) et: *BCEFGH Edd. coll. o.* 299) nullam: *C Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.;* non: *EGH Edd. Arg. Bas.; deest: ABDF* 300) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ans. Polyc.* 301) *Cod. Iust. c.* 22. *de SS. EE.* (1, 2.); *Ans.* IV, 22.; *Caes.* VII, 19. 302) Sanc.: *deest: EGH* 303) xenodochia: *ib.* 304) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ans.;* mon. . . . blephot.: *deest: EGH* 305) *haec et sqq. voces in Codd. et ap. Ans. valde corruptae sunt.* 306) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans.;* vel si al.: *orig.;* vel si quod tale: *Edd. Par. Lugdd.* II. III. *Turrecrem.;* si quod ad tale: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 307) aliquod: *Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. 308) *add.:* est: *Edd. Bas. Par. Lugdd.* 309) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Turrecrem. Ans.;* libertate: *ABC* 310) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Ans.* 311) inmunesque: *orig. Ans.* 312) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ans.; deest: orig.* || can. 24. 313) *Imo c.* 63. *Conc. Meldens. hab. ao.* 845. *ap. Mansi* XIV, 834.; — *Burch.* III, 53. (ex C. Meld.); *Ivo Decr.* III, 56. 175. 314) iuxta synodalia praecepta decrevimus ut nullus mortalium de: *Burch. Ivo* 56.; ut sec.: *Ivo* 175. 315) *ABEFGH Ivo Decr.* 175.; ac mancip.: *orig. Burch.;* et manc.: *Ivo Decr.* 56. 316) que . . . const.: *deest: Burch. Ivo Decr.* 56. 317) neque de dec.: *Burch. Ivo Decr.* 56. 175. 318) *ABC orig. Burch. Ivo Decr.* 56. 175.; vel: *B* 319) null.: *deest: orig. Burch. Ivo Decr.* 56. 175. 320) cuiquam presbyteros: *orig.;* cuiquam presbytero: *Ivo Decr.* 175. 321) *Codd. coll. o. pr. G; — Burch. Ivo Decr.* 56. 322) et: *Ivo Decr.* 56. 323) retributionem: *CEH;* retribut. vel redhibit.: *Ed. Bas.* 324) *finis canonis: Burch. Ivo Decr.* 56. || can. 25. 325) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. Ed. Arg.; in F manu posterioris saeculi in marg. scripta est.; —* 326) *c.* 10. *Capitul. Ludovici Pii ao.* 817. *in Mon. Germ. LL.* III, 207.; (*Anseg.* I, 85.) — *cf. Conc. Wormat. hab. ao.* 858. *c.* 50.; *Reg.* I, 24. (ex Capit.); *cf. ib. Appdx.* I, 43.; *Burch.* III, 52.; *Ivo Decr.* III, 55.; *ib.* XVI, 262.; *Coll. tr. P.* III, 3, 2. 327) alio: *orig. Ivo* 16.; ullo: *orig. ap. Baluz.* 328) oblationibus: *F orig. Reg. Burch.* (de: *deest*); — *Ivo* 3. 16. *Coll. tr. P.* 329) vel (de: *deest*): *Coll. tr. P.;* neque . . . poss.: *non sunt in C. Wormat.; leguntur tamen in Capit. Ludov.* 330) neque: *Coll. tr. P.* 331) de: *deest: orig. Reg. Burch.* 332) quid: *Ivo* 3. 333) senioribus: *orig. Burch. Ivo* 16. *Coll. tr. P.* 334) impendatur: *Ivo* 16. 335) de imp.: *EGH* 336) iuris: *F;* iure: *G;* vitae: *H* || can. 26. 337) *fragm. ep. scr. ao.* 492—96. *ap. Thiel p.* 486. — *Jaffé no.* 403. — *Ans.* VI, 118. (120.); *Deusded.* I, 139.; *Polyc.* I, 17, (19,) 9. 338) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Deusd. Polyc.*

omnino pontificum, nisi nobis ante uisis atque consultis, ad comitatum debere[339] contendere[340]*? Quemadmodum tibi[341] putas licere quod non licet, nisi quod[342] hoc[343] offitio[344] carere festinas, quo his excessibus te[345] ostendis indignum?

C. XXVII. *Absque metropolitani consilio uel prouincialium episcoporum ad inperatorem episcopi non pergant.*

Item ex Concilio Antioceno, [c. 11.][346]

Si quis episcopus, uel[347 a] presbiter, uel omnis omnino, qui est[348] sub ecclesiastica regula constitutus, preter consilium[349] uel litteras eorum episcoporum, qui intra prouinciam sunt, et maxime metropolitani, ad inperatorem perrexerit, hunc abdicari et eici non solum de conmunione debere, sed etiam propria dignitate priuari[350 b] tamquam molestum et inportunum inperialibus auribus contra ecclesiastica constituta.

Gratian. *Reprehenduntur*[351] *ergo Gallicani episcopi a Nykolao, quoniam auctoritate apostolica contempta potius arma sequi elegerant, quam apostolico conspectui sese representarent. Quamquam proficiscentes ad comitatum possunt*[352] *intelligi non secuti inperatorem, ut armis sibi auxilientur, sed ipsum cum exercitu suo cottidianis orationibus Deo commendent. In quo casu auctoritas illa Sardicensis Concilii loqui uidetur, in cuius octauo capitulo*[353 a] *Osius Episcopus dixisse legitur**:

C. XXVIII. *Qui*[354] *a religiosis inperatoribus uocati episcopi non fuerint ad comitatum non accedant*[355 b].

Si[356] uobis, fratres karissimi[357], placet, decernite, ne episcopi ad comitatum accedant[358], nisi forte hi, qui a religiosis[359] inperatoribus[360]** uel inuitati uel uocati[361] fuerint[362]. Sed quoniam sepe contingit, ut ad misericordiam ecclesiae confugiant qui iniuriam patiuntur, et[363] qui peccantes in exilium[364] uel in[365] insulas dampnantur, aut certe quamcumque[366] sentenciam suscipiunt: ideoque[367 c] subueniendum[368 d] his[369], et sine dubitatione eis est[370] petenda per[371] ecclesiam indulgentia.

Gratian. *Licet ergo prelatis ecclesiae exemplo B. Gregorii*[372] *ab inperatoribus uel quibuslibet ducibus defensionem fidelibus postulare. Licet etiam cum B. Leone*[373] *quoslibet ad sui defensionem contra aduersarios sanctae fidei uiriliter adhortari, atque ad uim infidelium procul arcendam quosque citare*[374 e]. *Effusionem uero sanguinis nulli episcoporum sua uel inperatorum auctoritate inperare licet.*

Unde in Tolletano Concilio IV. [c. 30.] *legitur*[375]:

C. XXIX. *Sacerdotes ibi consentiant fieri iudices, ubi iureiurando indulgentia promittitur.*

Sepe principes contra quoslibet maiestatis[376] obnoxios sacerdotibus negocia sua conmittunt. Quia uero sacerdotes[377 a] a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, ubi iureiurando supplicii[378] indulgentia promittitur, non ubi discriminis sentencia preparatur. Si quis ergo[379] sacerdotum contra hoc conmune consultum discussor[380] in alienis periculis extiterit, sit[381] reus effusi sanguinis apud Christum[382], et apud ecclesiam perdat proprium gradum.

C. XXX. *Non debent agitare iudicium sanguinis qui sacramenta Domini tractant.*

Item ex Concilio Tolletano XI., [c. 6.][383]

His a quibus Domini sacramenta tractanda sunt[384], iudicium sanguinis agitare non licet. Et[385] ideo magnopere talibus[386] excessibus prohibendum est, ne indiscretae presumptionis motibus agitati[387] aut quod morte plectendum est sentencia propria iudicare presumant, aut per se inferant truncationes[388] quibuslibet personis aut inferendas[389] precipiant. Quod si quisquam horum inmemor preceptorum aut in ecclesiae suae famulis[390 a], aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit[391], concessi[392] ordinis priuetur honore[393] et loco; sub[394] perpetuo quoque[395] dampnationis teneatur[396] ergastulo religatus[397]. Cui tamen conmunio exeunti ex[398] hac uita non est neganda propter Domini misericordiam[399], qui[400] non uult peccatoris mortem, sed ut conuertatur et uiuat.

Gratian. *Ceteri etiam absque iudiciali auctoritate membrorum truncationes et domorum incendia facere prohibentur.*

Unde in Decretis Euticiani Papae[401]:

C. XXXI. *Membra detruncans, domos incendens absque iudiciali auctoritate, excommunicetur.*

Si quis membrorum[402] truncationes, domorum[403] incendia fecerit, siue[404] facere iusserit aut facienti consenserit, quousque de his unicuique[405] legaliter uel[406 a] amicabiliter coram episcopo ciuitatis aliisque ciuibus non emendauerit[407 b], tamquam ethnicus et publicanus ab omni Christianorum collegio separetur.

VI. Pars. Gratian. *De incendiariis quoque Innocentius II. in uniuersali Concilio* [c. 18.] *generaliter constituit, dicens*[408]:

[C. XXXII.][409 a]

„*Pessimam quidem*[410 b] *et depopulatricem, et horrendam*[411] *incendiariorum maliciam auctoritate Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli omnino detestamur et interdicimus* §. 1.[412 c] *Si quis igitur*[413 d] *post huius nostrae prohibitionis promulgationem malo studio, siue pro odio, siue pro uindicta ignem apposuerit, uel apponi fecerit, aut appositoribus consilium aut*[414 e] *auxilium*

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. VIII. c. 27. a) aut b) privari decernimus — c. 28. a) capite b) proficiscantur c) ideo d) subv. est e) excitare — c. 29. a) sac.: *deest* — c. 30. a) familiis — c. 31. a) et b) emendaverit, ab ecclesia se privatum agnoscat. Si vero post secundam et tertiam conventionem cuncta, in quibus arguitur, non emendaverit — c. 32. a) C. XXXII. Domos incendens gratia vel odio alicuius excommunicetur. b) siquidem c) Et infra: §. 1. d) ergo e) vel

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVI. * Contendere: In Polycarpo haec sequuntur: *Quod quum longaevi vel aetate vel honore pontifices* [add.: *id est:* Cod. coll.] *Pistoriensis, Lucensis et Fesulanus nuper monstrentur fecisse, tu, qui paucorum dierum fungi sacerdotio videris* [*videaris:* ib.], *quemadmodum etc.*

C. XXVIII. * Hoc capitulum fere iisdem verbis habetur in collectione Isidori, et codice canonum, nec longe discrepat a sententia graeci canonis.

** A religiosis imperatoribus: Horum loco in collectione Isidori, et codice canonum legitur: *religiosi imperatoris literis;* itemque graece: *παρεκτὸς τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασιν μεταβάλλοιτο.*

Causa XXIII. Quest. VIII. can. 26. 339) se deb.: *Polyc.* 340) *add.:* et post pauca: *Deusd.* 341) tu: *ib.* 342) quia: *ib.* 343) hoc: *deest: AB* 344) officere: *Deusd.* 345) te: *deest: AB* || can. 27. 346) *hab. ao.* 332. *versio Hisp.; — versio Dionys.: Burch.* II, 177.; *Ans.* VI, 124. (121.); *Ivo Decr.* VI, 268 347) *EFGH Hisp.* 348) est: *deest: EGH* 349) *add.:* consilio: *Ed. Bas.;* sine concilio: *Ed. Lugd.* I.; sine consilio: *Edd. rell.* 350) *Codd. coll. o. pr. CD; — Hisp.;* decreuimus: *CD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 351) *supra c.* 19. 352) possint: *BCD* || can. 28. 353) *Codd. coll. o.; — hab. ao.* 343. — *Ans.* V, 120. (117.); *Coll. tr. P.* II, 4, 7. (*can. cont.*); *Polyc.* IV, 17, 4. (*can. cont.*) 354) episcopi nisi a rel. ... vocati fuerint: *EGH* 355) *ACD;* proficiscuntur: *H; rubr.: deest: B;* ep. ad comit. non acced.: *A* 356) si .. ne: *deest: Polyc.* 357) Kar.: *deest: Ans.* 358) non acced.: *Polyc.* 359) religiosissimi: *Hisp. Coll. tr. P.;* religiosi (a: *deest*) *Polyc.* 360) imperatoris litteris: *Hisp. Coll. tr. P. Polyc.* 361) euocati: *Hisp. Ans. Polyc.* 362) sunt: *A; — finis canonis: Ans.* 363) aut: *Polyc.* 364) exilio (in: *deest*): *ib.* 365) in: *deest: ABD Polyc.;* insulis: *Polyc.* 366) quicunque: *Hisp. Polyc.;* . . . excipiunt: *Hisp.* 367) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.; deest: Polyc.* 368) *ABCD* 369) his: *deest: Hisp.* 370) est: *deest: Coll. tr. P.;* eis est: *deest: Polyc.* 371) per eccl.: *deest: Polyc.* 372) *supra c.* 17. 373) *supra c.* 7. 374) *Codd. coll. o. pr. C* (concitare) || can. 29. 375) *imo c.* 31. *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 232.; *Ans. ded.* II, 218. (225.); *Burch.* II, 149; *Ivo Decr.* VI, 222.; *Coll. tr. P.* II, 37, 10. 376) magistratus: *Ans.* 377) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded.;* sed quia sac.: *orig. Hisp.;* et quia sac.: *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 378) suppliciis: *ABC Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III. 379) etiam: *Burch.* 380) discursor: *D Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; discors: *B* 381) fit: *Ans. ded.* 382) episcopum: *ib.* || can. 30. 383) *hab. ao.* 675. *ap. Bruns* I, 311. — *Reg.* II, 55. (ex C. Mogunt.); *Burch.* I, 201. (*ut ap. Reg.*); *Ivo Decr.* V, 315.; *Coll. tr. P.* II, 42, 3. 384) tractantur: *Reg. Burch. Ivo* 385) et: *deest: Hisp.* 386) talium: *orig. Hisp.;* talis excessus prohibendus: *Reg. Burch. Ivo* 387) agitari: *ABC Ivo* 388) mebrorum trunc.: *D Edd. coll. o. pr. Bas.; add.:* quaslibet membrorum in: *orig. Hisp.* 389) inferenda: *orig. Hisp.* 390) *Codd. et Edd. coll. o.* 391) perpetraverit: *Burch. Ivo* 392) et conc.: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo* 393) privatus: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 394) et sub perpetuae: *Reg. Burch. Ivo* 395) quoque: *deest: orig. Hisp. Collatt. citt. o.* 396) ten.: *deest: Reg. Burch. Ivo* 397) relegatus: *Edd. coll. o. pr. Arg.;* religetur: *Burch. Ivo* 398) de: *EGH Ed. Bas. Burch. Ivo* 399) *finis canonis: Reg. Burch. Ivo* 400) *Ezech. c.* 33. *v.* 11. || can. 31. 401) *imo c.* 7. *Conc. Ravennat. hab. ao.* 877; — *ap. Mansi* XVII, 338. — *Burch.* XI, 30.; *Ans.* XI, 60.; *Ivo Decr.* XIII, 40.; *Coll. tr. P.* III, 26, (27,) 1.; *Polyc.* VI, 15, 1.; *Caes.* XV, 44. 402) Homicidium memb.: *orig.* 403) et dom.: *A Edd. coll. o. pr. Arg. Nor Ven.* I. — *Coll. tr. P.* 404) aut: *orig.;* vel: *Burch. Ans. Polyc.* 405) un.: *deest: orig.* 406) *Codd. coll. o. pr. A; — orig. Ans. Coll. tr. P.* 407) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 32. 408) *can.* 18—20. *Conc. Lateran. hab. ao.* 1139. — *ap. Mansi* XXI, 531. — *Ivo Pan. in fine a R. citatur, cum tamen in ed. coll. canon non inveniatur.* 409) *ABCD, ubi canon est, pars antecedentis Gratiani dicti.* — c. 32. Qua pena multentur incendiarii: *EGH* 410) *ABCD* 411) urendam: *ib.* 412) *Codd. coll. o.* 413) *ib. orig.* 414) *ib.*

scienter tribuerit, excommunicetur, et si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum careat sepultura, nec absoluatur, nisi prius, dampno cui intulit secundum facultatem suam resarcito[415 f], *iuret*[416], *se ulterius ignem non appositurum. Penitencia autem ei detur, ut Iherosolimis aut in Hispania in seruicio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem archiepiscopus uel*[417] *episcopus hoc relaxauerit, dampnum restituat, et per annum ab offitio episcopali abstineat. Sane regibus et principibus faciendae iusticiae facultatem consultis archiepiscopis et episcopis non negamus.*"

C. XXXIII. *Homicida est, qui, publicam functionem non habens, aliquem occidit aut*[418 a] *debilitat.*

Item Augustinus in libro de ciuitate Dei[419 *].

Qui[420 b] percutit malos in eo, quod mali sunt, et habet causam** interfectionis, minister Dei est. Qui uero sine aliqua publica amministratione maleficum, furem, sacrilegum[421 c], adulterum et[422 d] periurum, uel[423] quemlibet criminosum interfecerit, aut trucidauerit[424 e], uel membris debilitauerit, uelut homicida iudicabitur, et tanto acrius, quanto non sibi a Deo concessam potestatem abusiue usurpare non timuit."

VII. Pars. Gratian. *De his autem, qui simul hominem uulnerant, queritur, si ille mortuus fuerit, quis eorum homicidii reatum incurrat?*

De his ita statutum est in Concilio apud Vermerias[425]:

C. XXXIV. *Si plures contra unum rixentur, qua pena quisque eorum feriatur.*

Si quatuor aut quinque homines, seu[426] etiam plures, contra unum hominem rixati fuerint, et ab his uulneratus mortuus fuerit, quicumque eorum[427] plagam[428 a] inposuit, secundum statuta canonum ut homicida iudicetur[429]; reliqui autem, qui eum inpugnabant, uolentes eum interficere, similiter peniteant. Qui[430 b] nec eum impugnabant, nec uulnerabant, nec consilio nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum affuerunt, extra noxam sint.

CAUSA XXIV.

GRATIANUS.

Quidam episcopus in heresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis offitio priuauit, et sentencia excommunicationis notauit. Post mortem de heresi accusatus dampnatur, et sequaces eius cum omni familia sua. (Qu. I.) *Hic primum queritur, an lapsus in heresim possit aliquos offitio priuare, uel sentencia notare?* (Qu. II.) *Secundo, an post mortem aliquis possit excommunicari?* (Qu. III.) *Tertio, an pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

Quod autem ab heretico aliquis deponi aut excommunicari non possit, facile probatur. Omnis enim hereticus aut iam dampnatam heresim sequitur, aut nouam confingit. Qui uero heresim iam dampnatam sequitur, eius dampnationis se participem facit.

Unde cum Achatius absque sinodali auctoritate ab Apostolico se dampnatum quereretur, contra Gelasius[1 *] *scribit, dicens:*

C. I. *Qui*[2] *in iam dampnatam heresim labitur, eius*[3] *dampnationis se participem facit.*

Achatius non est inuentor factus noui erroris, sed ueteris imitator, atque ideo non erat necessarium, ut aduersus eum noua scita[4 a] prodirent, sed antiqua tantummodo renouarentur[5 b]. Factus sum itaque executor ueteris constituti, non promulgator noui. Quicumque enim[6] in heresim semel dampnatam labitur, eius dampnatione se ipsum inuoluit.

C. II. *Non est retractandum quod semel sinodus statuit contra unamquamque heresim.*

Idem [in epistola ad Episcopos Dardaniae][7 a].

Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessarie[8 b] precauerunt, ut quod[9] contra unamquamque heresim coacta[10] semel sinodus pro fidei[11] conmunione et ueritate catholica atque apostolica promulgasset[12] non sinerent nouis posthec[13] retractationibus mutilari, ne prauis occasio preberetur que medicinaliter fuerant statuta pulsandi[14], sed, auctore cuiuslibet insaniae[15], ac pariter[16] errore dampnato, sufficere iudicarunt, ut quisquis[17] aliquando huius erroris communicator existeret, principali sentencia dampnationis eius esset[18] obstrictus[19]. §. 1.[20 c] Sic[21] Sabellium dampnauit sinodus, nec fuit necesse, ut eius sectatores postea dampnarentur[22 d]; sed pro tenore constitutionis antiquae[23 e], qui uel prauitatis illius uel communionis extitere[24] participes, uniuersalis ecclesia duxit esse refutandos. Sic Arrium[25], Eunomium[26], Macedonium, Nestorium, sinodus semel gesta condempnans, ulterius ad noua concilia uenire non sinit[27 f].

C. III. *Non ultra eum*[28 a] *procedere oportet, qui in heresim dampnatam recidit.*

Item Felix[29 b *].

Achatius[30] non fuit noui uel proprii inuentor erroris, ut in eum noua scita procederent[31 c]; sed alieno facinori suam conmunionem[32 d] miscuit[33]. Itaque necesse est, ut in illam recideret iusta lance sentenciam, quam cum suis successoribus per conuenientiam** sinodalem susceperat auctor erroris.

Gratian. *Si ergo ille episcopus in heresim iam dampnatam lapsus est, antiqua excommunicatione dampnatus alios dampnare*

EDITIO ROMANA.

Causa XXIII. Quest. VIII. c. 31. f) resarcto — c. 32. a) vel b) Quicunque c) sacril. et d) et: *deest* e) truncauerit — c. 34. a) plagam ei b) Qui vero — Causa XXIV. Quest. I. c. 1. a) sententia b) renovaretur — c. 2. a) Item Gelasius b) necessario c) Et infra: §. 1. d) damnar., singulas viritim synodos celebrari e) antiquae cunctos f) sivit — c. 3. a) in eum b) Felix Papa* c) prodirent d) communione se

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIII. * Prima pars huius capituli usque ad vers. *Qui vero*, citatur supra, ead. q. 5. *Qui malos.* ex commentariis B. Hieronymi in Ezechielem, ubi etiam habetur.

** Et habet causam: Supra ead. q. 5. *Qui malos.* et apud B. Hieronymum, et in glossa ordinaria, Panormia, apud Ivonem part. 10. c. 114. legitur: *habet vasa.* Exponuntur enim illa Ezechielis verba: *Unusquisque vas interfectionis habet*, sed apud Burchardum et Ivonem eadem part. c. 171. legitur ut apud Gratianum.

Causa XXIV. Quest. I. * Sententia huius capituli est eadem cum sententia capitis paulo post sequentis, id est *Achatius*, quamvis verba discrepent.

C. III. * Polycarpus lib. 1. tit. 16. citat ex Gelasio, apud quem habetur in commonitorio ad Faustum.

** Convenientiam: Sic in vetustis etiam Gratiani exemplaribus, et recentioribus editionibus conciliorum. In antiquioribus vero conciliorum et epistolarum Pontificum editionibus legitur: *conniventiam.*

Causa XXIII. Quest. VIII. can. 32. 415) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 416) et iur.: *DEGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 417) vel: *deest: BC;* vel ep.: *deest: AD* || can. 33. 418) *ABCD* 418) *Ap. Coll. citt. ad c. 29. C. XXIII. qu. 5., ubi priora cap. verba referuntur, ea quae hic habentur inde a verbis:* Qui vero, *non leguntur, et videntur quidem auctoris longe recentioris, fortassis ipsius Gratiani esse.* 420) *ABCD Ivo Decr. Pan.* 421) *Codd. coll. o.* 422) *ib.* 423) et: *A Edd. Arg. Nor. Ven.* I.; *deest: Ed. Ven.* II. 424) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 34. 425) *imo c. 11. Conc. Mogunt. hab. ao. 852. (non exstat ap. Hartzheim); — Reg.* II, 96. (ex C. Mogunt.); *Burch.* VI, 42.; *Ivo Decr.* X, 170.; *Coll. tr. P.* III, 20, (21,) 55. — *Richt. originem capitis repetit ex legib. Rotharis c. 12. (Leg. Longob. l. 1. t. 9. c. 1.)* 426) aut: *BCD* 427) eor.: *deest: Burch.* 428) *ABC Reg.* 429) *finis canonis: Reg.* 430) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Coll. tr. P.*

Causa XXIV. Quest. I. can. 1. 1) *in commonitorio ad Faustum* (*scr. ao.* 493) *verbis hinc inde mutatis — Jaffé no.* 381. 2) *rubr.: deest: AB* 3) eiusdem: *CD* 4) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 5) *Codd. coll. o. pr. EG; — Ed. Bas.* — revocaretur: *Ed. Ven.* II. 6) ergo: *AB* || can. 2. 7) *Codd. coll. o. — scr. ao. 495. no. 2. ap. Thiel p. 394. — Jaffé no. 395. — Ans.* XII, 68. (*can.:* valde mirati; *contin.*); *Coll. tr. P.* I, 46, 3.; *Polyc.* VII, 7, (8,) 1. 8) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P. Polyc.* 9) quod: *deest: orig. Polyc.; sed exstat in Codd. origin.* 10) quod acta (semel: *deest: orig.* 11) fide: *orig. Polyc.;* fide et: *Ans. Coll. tr. P.* 12) decrevisset: *orig. Ans.;* promulgassent: *Coll. tr. P.* 13) post hac: *Ed. Bas. orig. Ans.* 14) pulsandis: *ABD* 15) infamiae: *Ans.* 16) pari: *Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 17) quisque: *Polyc.* 18) esset: *deest: Ans.* 19) *inde ab hoc loco ap. Polyc. alia exstant.* 20) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 21) Sic: *deest: orig. Ans.* 22) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 23) *ib.* 24) exstiterint: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 25) Ar.: *deest: orig. Ans.* 26) sic et Eun.: *EGH Edd. Bas. Ven.* II. *Par. Lugdd.* 27) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 3. 28) *ABCD:* nova scita in eum proc. non: *EGH* 29) *Codd. coll. o. — imo Gelasius in commonit. ad Faustum scr. ao. 493. ap. Thiel p. 343. — Jaffé no. 381. — Polyc.* I, 16, (18,) 4. (Gelasius.; *can. cont.*) 30) Ach. quippe: *orig.* 31) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Turrecrem. orig.;* precidérent: *Polyc.* 32) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 33) emiscuit: *Polyc.*

non poterat. Excommunicatus enim alios excommunicare non ualet.

Unde Alexander II. scribit Valeriano Episcopo, Martiri[34*].

C. IV. *Excommunicatus alium*[35] *excommunicare non potest.*

Audiuimus, quod Henricus[36], Rauennas dictus archiepiscopus, nisus[37a] sit te excommunicare. Verum[38], quia excommunicatus te[39] non potuit[40] excommunicare, apostolica auctoritate te tuosque absoluendo mandamus exinde numquam curare.

Gratian. *Si autem*** *ex corde suo nouam heresim confinxit*[41b], *ex quo talia predicare cepit*[42], *neminem dampnare potuit, quia non*[43c] *potest deicere quemquam iam prostratus. Ligandi namque uel soluendi potestas ueris, non falsis sacerdotibus a Domino tradita est. Apostolis enim dicturus: „Quorum*[44] *remiseritis peccata, etc.“ premisit: „Accipite*[45] *Spiritum sanctum,“ ut euidenter cunctis ostenderet, eum, qui Spiritum sanctum non habet, peccata non posse tenere uel remittere. Porro Spiritum sanctum nemo nisi intra ecclesiam accipit, quia et ipsam unitatem facit per gratiam.* §. 1. *Unde non nisi congregatis in unum dictum est: „Accipite Spiritum sanctum,“ nec nisi super congregatos in unum die pentecostes*[46] *descendit Spiritus sanctus. Sicut autem extra ecclesiam non accipitur, ita extra eam nichil operatur. Cum ergo, sicut*[47d] *Apostolus ait, Spiritus*[48] *postulet****, *Spiritus inpetret, extra ecclesiam nec postulare facit, nec inpetrare. Unde Dominus dicturus: „Quodcumque*[49] *petieritis, etc.“ premisit: „Si duo ex uobis consenserint super terram*[50e], *etc.“ Et iterum: „Ubicumque*[51f] *duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi et*[52g] *ego sum in medio eorum;“ nimirum cunctis ostendens, se non habitare in cordibus eorum, qui superbiae singularitatem secuti a corporis Christi conpage semetipsos abrumpunt. In quibus autem Christus non habitat, in eis Spiritus sanctus mentium scissuras refugiens locum non habet. Cum ergo dimittere peccata uel tenere, excommunicare*[53] *uel reconciliare opus sit Spiritus sancti et uirtus Christi: apparet, quod hii, qui extra ecclesiam sunt, nec ligare, nec soluere possunt, nec reconciliando ecclesiasticae conmunioni reddere, nec excommunicando eius societate priuare, qua ipsi, heresi uel scismate polluti siue sentencia notati, penitus carere probantur. Unde, cum Dominus omnibus discipulis*[54] *parem ligandi atque soluendi potestatem daret*[55], *Petro pro omnibus et pre omnibus claues regni celorum se daturum promisit, dicens: „Tibi*[56] *dabo claues regni celorum.“ Quicumque ergo ab unitate ecclesiae (que per Petrum intelligitur) fuerit alienus, execrare non*[57h] *potest, consecrare non ualet; excommunicationis uel reconciliationis potestatem non habet. Unde Apostolus, cum fornicatorem Corinthium excommunicandum scriberet, ait*[58]: *„Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu, iam iudicaui ut presens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis uobis, et meo spiritu, cum uirtute Domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi*[59i] *sathanae in interitum carnis.“ In quo formam excommunicationis ostendens, docuit, non nisi fidelem et a fideli notandum. In nomine namque Domini atque eius uirtute cooperante non nisi fidelis aliquid operari ualet, cum nemo possit dicere*[60]: *„Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.“ Item, cum Dominus prohibeat agnum comedi extra catholicam ecclesiam, qui professione fidei ab ea sunt alieni, ab eius participatione, quam suo arbitrio reliquerunt, non repelluntur, sed abire permittuntur, sicut illi, qui audientes*[61]: *„Nisi manducaueritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, etc.,“ dixerunt: „Durus est hic sermo, et quis potest*[62] *eum audire?“ atque ita abierunt retrorsum, non repulsi, sed abire permissi. Hinc etiam Apostolus, cum de excommunicandis ageret, premisit: „Si quis frater;“*[63k] *de infidelibus autem supposuit, dicens*[64]: *„Eos, qui foris sunt, Dominus iudicabit.“ De his autem qui intus sunt, nobis iudicium conmisit. Sicut autem ex eo, quod Apostolus ait: „Frater,“ et ex his, que de fidelibus et infidelibus supposuit, apparet, non nisi fidelem excommunicandum, ita ex eo, quod fidelibus tantum hoc scribitur, uel potius, quia sicut ille, qui benedicit, maior est eo, cui benedicitur, ita*[65] *qui ex offitio maledicit maior est eo, cui maledicitur, liquido constat, eum, qui ab integritate catholicae fidei recedit, maledicendi uel benedicendi potestatem minime*[66] *habere. Catholicum namque, utpote superiorem se, maledicere non ualet; in alienum a fide, tamquam in sibi equalem, sentenciam dare non potest. Hec autem, que de hereticis, atque scismaticis, uel excommunicatis dicta sunt, uidelicet, quod ligandi uel soluendi potestatem non habeant, multorum auctoritatibus probantur.*

Ait enim Leo Papa [serm. III. in anniuersario suae assumtionis, et serm. II. de natali Apostolorum][67]:

C. V. *Non soluitur uel ligatur nisi quem*[68a] *auctoritas B. Petri soluerit aut*[69b] *ligauerit.*

Manet ergo Petri priuilegium, ubicumque ex ipsius equitate fertur iudicium, nec nimia[70c] uel[71] seueritas, uel remissio, ubi nichil erit solutum uel[72d] ligatum, nisi quod B. Petrus aut ligauerit, aut soluerit.

C. VI. *In persona Petri ecclesia ligandi et*[73] *soluendi potestatem accepit.*

Item Augustinus super Iohannem, [tract. L. ad c. 12.][74]

Quodcumque[75] ligaueris super terram[76], erit ligatum et in celo[77]. Si Petro hoc tantum dictum est, non hoc facit ecclesia. Si autem et[78a] in ecclesia fit, (utique[79b] que in terra ligantur et[80c] in[81d] celo, et que[82] soluuntur in terra soluta sunt[83e] et[84f] in celo, quia, cum excommunicat ecclesia[85], in celo ligatur excommunicatus; cum reconciliat[86] ecclesia, in celo soluitur[87] reconciliatus), si hoc ergo in ecclesia fit, Petrus, quando claues[88] accepit, ecclesiam sanctam significauit. Si in Petri persona significati sunt in ecclesia boni, in Iudae persona significati sunt in ecclesia mali.

C. VII. *Suis meritis firmus nonnumquam*[89] *turbatur alienis.*

Item Ambrosius [ad c. 5. Lucae][90*].

Non turbatur nauis, que Petrum habet: turbatur illa, que Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat[91]. In utraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est turbatur

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. c. 4. a) visus b) confinxerit c) nec d) sicut et e) terram ex omni re f) Ubi g) et: *deest* h) non: *deest* i) huiusmodi hominem k) frater, etc.; — c. 5. a) quod b) vel c) nimia est d) nihil — c. 6. a) et: *deest* b) uti c) et: *deest* d) coelo ligentur e) solvantur f) et: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Martyri: Apud Ivonem est: *Guillelmo Marcioni.* In vetustis Gratiani exemplaribus legitur: *Martyr* seu *Martur*, ut videatur hoc nomine significari voluisse, cuius ecclesiae esset episcopus. In quibusdam vero tantum est: *Valeriano Episcopo.*

** Sin autem: Non defuerunt qui crederent haec quoque esse Alexandri. Sed apud Ivonem et in Panormia non habentur, et in vetustis Gratiani codicibus hic est ea nota, quae solet apponi verbis Gratiani. Et est secundum membrum divisionis in ipso quaestionis principio a Gratiano propositae, omninoque et stylus, et quae dicuntur ad id confirmandum concurrunt.

*** Spiritus postulet: Verba ipsa Apostoli sunt haec: *Similiter autem et Spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* In glossa autem interlineari ad eum locum sunt verba sequentia: *Spiritus impetret.*

C. VII. * In plerisque vetustis est tantum: *Item Ambrosius.* In vulgatis autem addebatur: *super Marcum.*

Causa XXIV. Quest. I. can. 4. 34) *Ap. Ivo Decr.* XIV, 57. *legitur:* Guillielmo Marcioni; *in Victorino Panormiae codice* V, 133., *ut observat Baluzius:* Willermo Martinioni; *in gestis conc. Belvacensis ap. D'Acherium* I, 635.: Guillelmo Marchioni. — *fragm. ep. Alexandri* II. (1061—69) — *Jaffé no.* 3442. 35) alios: *EGH* 36) haereticus: *A Edd. coll. o.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 38) quod: *Ivo Decr. Pan.* 39) te: *deest: Ivo Pan.* 40) poterat: *A;* poterit: *B* 41) *Codd. coll. o. pr. D* (confingit) 42) ceperit: *BEGH* 43) *Codd. coll. o.* 44) *Ioan. c.* 20. *v.* 23. 45) *ib. v.* 22. 46) *Act. c.* 2. 47) *Codd. coll. o.* 48) *add.:* sanctus: *AEGH;* — *Rom. c.* 8. *v.* 26. 49) *Matth. c.* 18. *v.* 19. 20. 50) *Codd. coll. o.;* — etc.: *deest: ABCD* 51) *ib.* 52) *BCD;* et ego: *deest: A* 53) vel exc.: *AB* 54) disc.: *deest: EGH* 55) traderet: *ib.* 56) *Matth. c.* 16. *v.* 19. 57) *AB Böhmer.* 58) I. *Cor. c.* 5. *v.* 3. 59) *Codd. coll. o.* 60) I. *Cor. c.* 12. *v.* 3. 61) *Ioann. c.* 6. *v.* 54. 62) poterit: *EGH* 63) *ABCD* 64) I. *Cor. c.* 5. *v.* 13. 65) ita . . . maledic.: *deest: GH* 66) non: *AB* || can. 5. 67) *Sermo* 4. *c.* 3. *Ed. Baller.* — *Polyc.* VII, 2, 1. 68) *ACD;* cui: *B;* quae: *EH* 69) *ABCDH* 70) *ABCDGH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. — *Polyc.* 71) vel: *deest: C Edd. Bas. Par. Lugdd.* 72) *Codd. coll. o. Polyc.* || can. 6. 73) atque: *CEGH* 74) *no.* 12. *Ed. Maur.* — *Ans.* XII, 7.; *Polyc.* VII, 2, 2. 75) quaecunque: *orig.;* — *Matth. c.* 16. *v.* 19. 76) in terra erunt ligata: *orig.* 77) coelis: *Edd. coll. o.* 78) *ABCorig. Ans. Polyc.* 79) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.;* ut: *orig.* 80) *Codd. et Edd. coll. o.* 81) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.;* — *Ans.;* coelo ligantur: *Ed. Bas.;* ligata sunt: *Polyc.* 82) quecumque: *AB;* — soluta sunt et in: *Edd. coll. o.* 83) *CEGH Turrecrem. Ans. Polyc.;* soluuntur: *AB* 84) *Codd. coll. o.* 85) *add.:* in terra et: *Ed. Bas.;* in terra: *Edd. rell. pr. Arg.* 86) reconciliatur ab: *orig.* 87) manet iam solutus: *Ed. Bas.;* et in coelo soluitur: *Edd. rell.* 88) clavem: *AB* || can. 7. 89) numquam: *EGH* 90) Amb. super Marcum: *EGH;* — *lib.* IV. *c.* 5. *no.* 70. *ad c.* 5. *Lucae v.* 5.; — *Ans.* I, 37. (38.); *Polyc.* VII, 3, 1. 91) agitabas: *Ans.*

alienis. Caueamus igitur[92] perfidum, caueamus proditorem, ne per unum plurimi[93] fluctuemus[94]. Ergo non turbatur hec nauis, in qua prudentia[95] nauigat[96], abest perfidia, fides superat[97 a]. Quemadmodum enim turbari poterat[98], cui preerat is, in quo ecclesiae firmamentum est? Illic ergo turbatio, ubi modica[99] fides: ibi[100 b] securitas, ubi perfecta dilectio. Denique etsi aliis inperatur, ut laxent retia sua[101], soli tantum[102 c] Petro dicitur[103]: „Duc in altum," hoc est in profundum disputationum. Quid enim tam altum quam altitudinem diuitiarum uidere, scire[104] filium Dei, et professionem diuinae generationis assumere? quam licet mens nequeat[105] humana plene[106] rationis inuestigatione conprehendere, fidei tamen plenitudo conplectitur.

C. VIII. *Solus Petrus mandatum accepit, ut amo piscem caperet.*

Idem [ibidem paulo inferius][107].

Est aliud[108] apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicens[109]: „Mitte hamum, et eum piscem, qui primum[110 a] ascenderit, tolle."

C. IX. *Nulla perturbatio a tramite apostolicae sedis retrahat, que omnes hereses semper destruxit.*

Item Lucius Papa omnibus[111 a] *Episcopis.*

A recta fide ergo et apostolico tramite propter ullam perturbationem[112 b] nolite recedere, scientes, quoniam[113] iuxta Saluatoris sentenciam beati sunt[114] qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. Hec est[115] Apostolorum uiua[116] traditio; hec uera karitas, que predicanda est, et precipue diligenda ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda; hec sancta et apostolica mater ecclesiarum omnium Christi ecclesia, que per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicae traditionis numquam errasse probatur[117], nec hereticis nouitatibus deprauanda[118 c] succubuit, sed, ut in exordio normam fidei Christianae percepit ab[119] auctoribus suis Apostolorum principibus Christi, illibata fidetenus[120 d] manet.

C. X. *Fides Romanae ecclesiae omnes hereses*[121 a] *destruit, nullam fouet.*

Item Syxtus [Papa II. ad Gratum Episcopum, ep. I.][122]

Memor sum, me sub illius nomine ecclesiae presidere, cuius confessio a[123 b] Domino Iesu Christo est glorificata, et cuius[124] fides nullam[125 c] umquam fouet[126 d], sed omnes quidem hereses destruit[127]. Intelligo autem michi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causae, in qua[128] uniuersalis ecclesiae salus infestatur, inpendam.

C. XI. *Romana ecclesia nullis heresibus succubuit.*

Item Eusebius Papa [Episcopis Thusciae, epist. III.][129]

In sede apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio.

C. XII. *Ad Romanam referatur ecclesiam, quotiens ratio fidei uentilatur.*

Item Innocentius [Papa Episcopis Concilii Mileuitani, epist. XXVI.][130]

Quotiens fidei ratio uentilatur, arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est sui nominis et honoris auctoritatem[131 a], referre debere (ueluti[132] nunc retulit uestra dilectio) quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus[133 b] prodesse.

C. XIII. *Religionis*[134] *christianae zelum Romana ecclesia pre ceteris habuit.*

Item Iulius Papa [ad Episcopos orientales, epist. I.][135]

Offitii[136] nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christianae religionis zelus incumbit.

C. XIV. *Aliorum ora fides non timet, quam Romana conmendat ecclesia.*

Item Ieronimus [ad Damasum in expositione symboli][137].

Hec est fides, Papa beatissime, quam in catholica ecclesia didicimus, quamque semper tenuimus[138 a]; in qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri et sedem tenes et fidem. Si[139 b] autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio conprobatur, quicumque me culpare[140] uoluerit, se inperitum, uel maliuolum, uel etiam non catholicum[141], sed[142 c] hereticum conprobabit[143]. *Item:* §. 1. Sancta* Romana[144] ecclesia, que semper inmaculata permansit[145 d], Domino[146 e] prouidente et B. apostolo Petro[147] opem ferente in futuro[148] manebit, sine ulla hereticorum insultatione atque[149 f] firma et inmobilis omni tempore persistet.

C. XV. *Aliud quam Romana ecclesia neque sentire, neque uelle*[150 a] *permittitur.*

Item Marcellus uniuersis Episcopis per Antiocenam constitutis, [epist. I.][151 b]*

Rogamus uos, fratres dilectissimi[152 c], ut non aliud doceatis neque sentiatis, quam quod a B. Petro apostolo et reliquis apostolis et Patribus accepistis[153 d]. Ipse enim est caput totius ecclesiae, cui ait Dominus[154]: „Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam"[155 e]. Eius enim sedes primitus fuit apud uos, que postea iubente Domino translata est Romam, cui[156] amminiculante gratia diuina hodierna praesidemus die. Si[157 f] uero uestra Antiocena, que olim prima erat, Romanae cessit sedi, nulla est, que eius non sit subiecta ditioni[158]. Nec ab eius dispositione uos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora ecclesiastica negocia diuina disponente gratia iussa sunt referri[159], ut ab ea regulariter disponantur, a qua sumpsere principia.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. c. 7. a) aspirat b) hic c) tamen — c. 8. a) primus — c. 9. a) Galliae et Hispaniae b) persecutionem c) depravata d) finetenus — c. 10. a) omnem haeresim b) a: *deest* c) nullam heresim d) fovit — c. 12. a) auctorem b) omnibus in commune — c. 14. a) tenuimus et tenemus b) Sin c) non me d) mansit e) et Domino f) atque: *deest* — c. 15. a) docere b) Marc. Papa c) dil.: *deest* d) accepistis. Ab illo enim primo instructi estis. Ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem et alios sequi. e) meam, etc. f) Si vero ... ditioni: *postposita sunt verbis:* Nec ab ... principia

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * Sancta: Haec videntur sumta ex epistola Marci Papae ad Athanasium, sed alio modo aptata. Nam apud illum post alia quaedam sic legitur: *Non, ut nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur, sed nos et vos, illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire optaremus, et sancta Romana ecclesia, quae semper immaculata mansit, et Domino providente et B. Petro apostolo opem ferente in futuro manebit, sine ulla haereticorum insultatione firma et immobilis omni tempore persisteret.*

C. XV. * In hoc capite aliqua sunt et addita, et in suum locum restituta ex originali. Glossa autem ad verbum: *oportet*, facile transponi potest.

Causa XXIV. Quest. I. can. 7. 92) ergo: *ABEGH* 93) cum multis: *EG;* unicum fluct. multi: *Ed. Bas.* 94) flucticemus: *Polyc.* 95) providentia: *EGH Ed. Bas.* 96) navigabat: *EGH* 97) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. Turrecrem.;* spirat: *orig.;* sperat (?): *Polyc.* 98) potuit: *AB* 99) *add.:* est: *EGH Ed. Bas.* 100) *Codd. coll. o.* 101) *add.:* in capturam: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 102) *Codd. coll. o.* 103) *Luc. c. 5. v. 4.* 104) i. e. scire: *H Edd. coll. o. Turrecrem.* 105) non queat: *orig. Ans.* 106) plenae: *Edd. Lugdd.* II. III. *orig. Ans.* || can. 8. 107) *no.* 73. — *Polyc.* VII, 3, 2. 108) et al.: *orig. Polyc.* 109) *Matth. c. 17. v. 26.* 110) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (primo) || can. 9. 111) *Codd. coll. o. Turrecrem.* — *Ep. Pseudois. no. 7. ap. Hinschius p.* 179. — *Jaffé no.* XCIII. — *Ans.* I, 35. (36.; *can. cont.*); *Polyc.* I, 3, 1. (*can. cont.*); — *cf. Agathon. ep. ad Constantin. Pogonatum.* 112) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig. Ans. Polyc.* 113) quia: *orig.;* quod: *Ans.* 114) *Matth. c. 5. v.* 10. 115) *add.:* aeterna: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 116) vera: *EGH Ed. Bas.;* diua: *Polyc.* 117) probabitur: *orig.;* probatur: *Cod. Dst origin.* 118) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans. Polyc.* 119) et: *Ans.* 120) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 10. 121) *Codd. coll. o.* 122) Sixt. Papa: *EGH;* — *Ep. Pseudoisid. no. 1. ap. Hinschius p.* 189. — *Jaffé no.* XCVI. — *Ans.* I, 36. (37.); *Polyc.* I, 3, 2. 123) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 124) cuius et: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 125) *ABCD orig. Ans.* 126) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.;* fallit: *Corr.* 127) destruxit: *AB* 128) quam: *orig.;* qua: *Codd. orig.* || can. 11. 129) *Ep. Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 240. — *Jaffé no.* CXXIII. || can. 12. 130) Inn. Papa: *EGH;* — *scr. ao.* 417. *c.* 2. — *Jaffé no.* 117. — *Ans.* I, 27. (28. *can.:* diligenter et congrue); *ib.* II, 54. (53.) 131) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 132) velut: *orig.;* velut et: *Ans.* 133) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 13. 134) *add.:* nostrae: *AB* 135) *Epist. Pseudoisidor. no. 9. ap. Hinschius p.* 461. — *Jaffé no.* CXXXIX. — *Ans.* I, 38. (41 *Syricius; can. cont.*); *Polyc.* I, 3. *a Corr. citatur; sed in Cod. coll. canonem l. l. non invenimus.* 136) pro officii: *Ans.* || can. 14. 137) *non est Hieronymi.* — *Polyc.* I, 3, 6. 138) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 139) *ABCD Turrecrem. Polyc.* 140) maculare: *orig.* 141) catholico nomine: *Polyc.* 142) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (vel certe); — *Corr. Turrecrem.:* — sed: *deest: Polyc.* 143) finis canonis: *Polyc.* 144) *ex Pseudoisid. ep. Marci ad Athanasium ap. Hinschius p.* 453. 145) *Codd. et Edd. coll. o.* 146) *ib.* 147) *add.:* et Paulo: *AB* 148) *add.:* saeculo: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 149) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* || can. 15. 150) *ABCD* 151) *Codd. coll. o.* — *Epist. Pseudoisid. no. 1. ap. Hinschius p.* 223. — *Jaffé no.* CXVIII. — *Ans.* I, 15. (16.); *Polyc.* I, 15, (17,) 4. 152) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans. Polyc.* 153) *ib.* 154) *Math. c. 16. v.* 18. 155) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.;* meam, et reliq.: *orig. Ans.* 156) cui nos: *orig.* 157) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Polyc.* 158) dictioni: *orig.;* ditioni: *Cod. Dst origin.* 159) referenda: *orig. Ans. Polyc.*

C. XVI. *Alexandrinae ecclesiae a Romana dissentire non licet.*

Item Leo Episcopus Dioscoro Episcopo Alexandrino, [epist. LXXIX. al. LXXXI.][160a]

Cum[161] beatissimus Petrus apostolus[162b] a Domino acceperit principatum, et Romana ecclesia in eius permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus episcopus[163c] discipulus ipsius[164d] Marcus, qui Alexandrinam primus ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum[165*] suarum decreta firmauerit[166e], cum sine dubio de eodem fonte gratiae unus spiritus et discipuli fuerint[167f], et magistri, nec[168g] aliud ordinatus tradere potuit[169h], quam quod ab ordinatore suscepit.

C. XVII. *Professione*[170] *suae fidei aurem erroris Romana abscidit ecclesia.*

Item Gregorius[171a*].

Si Petrus uolens percussit aurem, docuit, quod aurem in specie[172] habere non deberent, quam in ministerio[173] non habebant[174b]. Sed bonus Dominus et ipsi[175] refundit auditum, secundum prophetica[176] dicta demonstrans, et ipsos, si conuertantur, posse sanari, qui in passione Christi[177c] uulnerati sunt, eo, quod omne peccatum in ministerio[178d] fidei abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est, qui claues accepit regni celorum. Ille enim condempnat, qui et absoluit, quoniam ligandi et[179] soluendi idem adeptus est potestatem. Tollit autem aurem[180e] male audientis, tollit autem gladio spirituali aurem interiorem male intelligentis. Caueamus, ne cui tollatur auricula, legitur[181f] passio Domini. Si ad diuinitatem eius referimus infirmitatem corporeae passionis, exciditur auricula, et exciditur a Petro, qui non passus est Christum prophetam estimari, sed Dei filium docuit fideli confessione signari.

C. XVIII. *Extra unitatem*[182a] *ecclesiae Spiritus sanctus non accipitur.*

Item Ciprianus [in tractatu de unitate ecclesiae][183].

Loquitur Dominus ad Petrum[184]: „Ego dico tibi[185b], quia tu es Petrus, et super hanc[186c] petram edificabo ecclesiam meam"[187]. Super unum[188] edificat ecclesiam[189], et quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, et dicat[190]: „Sicut misit me pater, et ego mitto uos. Accipite Spiritum sanctum"[191], tamen ut unitatem manifestaret[192], unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc[193] erant utique[194d] ceteri Apostoli, quod Petrus fuit[195e], pari consortio prediti et honoris et potestatis. Sed ab unitate exordium proficiscitur[196], ut ecclesia Christi[197f] una monstretur, quam unam ecclesiam in Cantico quoque[198g] Canticorum[199] Spiritus sanctus ex persona Christi[200h] Domini designat[201] dicens[202i]: „Una est columba mea, perfecta mea; una[203] est[204] matri[205] suae, electa genitrici suae." Hanc ecclesiae unitatem[206k*] et B. Paulus apostolus[207l] docet[208m], et sacramentum unitatis ostendit[209], dicens[210]: „Unum corpus, et unus spiritus: una spes uocationis uestrae[211]. Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus." Quam unitatem tenere firmiter et uendicare debemus, maxime nos[212n] episcopi, qui in ecclesia Dei[213o] presidemus, ut episcopatum quoque[214p] ipsum unum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem[215q] fallat, nemo ueritatem fidei[216] perfida preuaricatione corrumpat[217]. §. 1. Episcopatus unus est, cuius[218r] singularis[219s] in solidum pars tenetur. Et[220t] ecclesia[221] una est, que in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo[222u] multi radii sunt[223v], sed unum lumen, et rami arboris multi sunt[224w], sed robur unum tenaci radice fundatum, et quomodo[225x] de fonte uno riui plurimi defluunt, et[226y] numerositas licet diffusa uideatur[227] exundantis copiae largitate, unitas tamen[228] seruatur[229] in origine. Auelle radium solis a corpore: diuisionem[230z] unitas non capit. Ab arbore frange ramum: fructus[231] germinare non poterit. A fonte precide riuum: precisus arescit[232aa]. Sic et ecclesia Domini[233] luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit: unum tamen[234bb] est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos per[235cc] uniuersam[236] terram copia ubertatis extendit[237], profluentes largitur[238dd] riuos, latius pandit[239]: unum tamen caput[240] est, et origo una, et[241] una mater[242ee] fecunditatis[243ff] copiosa[244]. Adulterari[245gg] non potest sponsa Christi: incorrupta est et pudica. Unam domum nouit: unius cubiculi[246] sanctitatem casto[247] pudore custodit.

C. XIX. *Non habet Deum patrem uniuersalis ecclesiae relinquens unitatem.*

Idem [ibidem paulo inferius][248].

Alienus est, profanus est, hostis est: habere[249a] non potest Deum patrem qui uniuersalis ecclesiae non tenet unitatem[250b]. *Idem*[251c]: §. 1. Cum dominus[252d] discipulis

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. c. 16. a) Leo Papa b) apostolicum c) ep.: *deest* d) eius e) formaverit f) fuerit g) ne h) potuerit — c. 17. It. Ambrosius in commentariis ad c. 22. Lucae, lib. X. c. 12. b) haberent c) Domini d) fidei mysteriis e) aurem: *deest* f) dum legit. — c. 18. a) unit. sanctae b) tibi, inquit, c) istam d) utique et e) fuit et f) Christi: *deest* g) etiam h) Christi: *deest* i) et dicit k) unitatem* qui non tenet tenere se fidem credit? Qui ecclesiae renititur et resistit in ecclesia se esse confidit? Quando l) B. ap. Paulus hoc idem m) doceat n) nos: *deest* o) Dei: *deest* p) quoque: *deest* q) fratern. mendacio r) cuius a s) singulis t) Et: *deest* u) quomodo solis v) *et* w) sunt: *deest* x) quum y) et: *deest* z) divis. lucis aa) arescet bb) tamen lumen cc) in dd) largiter ee) mater est ff) foecund. successibus gg) Illius foetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eiusdem animamur. Adulterari — c. 19. a) habere iam b) qui ecclesiam non habet matrem c) Item infra: d) Domin. enim

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVI. * Traditionum: Sic est emendatum ex duobus vetustis Gratiani codicibus, Anselmo, et originali ipso. Antea legebatur: *aliis regulis et traditionibus sua decreta firmaverit.*

C. XVII. * Citabatur antea ex Gregorio, apud quem non est inventum.

C. XVIII. * Unitatem: Quae sequuntur usque ad vers. *Quando.* addita sunt ex originali, ex quo alia etiam et addita, et emendata sunt.

Causa XXIV. Quest. I. can. 16. 160) *Codd. coll. o. Turrecrem. — Ep. 9. ed. Baller. scr. ao.* 445. — *Jaffé no.* 184. — *Ans.* I, 30. (31.) 161) Cum enim: *orig.* 162) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ans.* 163) *ib. Turrecrem.* 164) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ed. Bas. Hisp.;* illius: *Edd. rell.* 165) et traditionibus: *CEGH* 166) *Codd. coll. o. Ans.* 167) *Codd. coll. o. pr. C; — Ed. Bas.* 168) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 169) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* ‖ can. 17. 170) *in ABD hoc loco exstat rubr. capit. seq.* 171) *ABCD;* Greg. Papa: *EGH; — imo Ambros. in comment. ad c. 22. Luc. v. 49—51. lib.* X. *c.* 12. *no.* 66. — *Polyc.* I, 3, (1,) 3. 172) in spem: *D Edd. coll. o.* 173) mysterio: *orig.* 174) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 175) ipse: *Polyc.;* ipsi refudit: *Turrecrem.* 176) *Esa c.* 35. 177) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 178) *Codd. coll. o. Corr. Turrecrem.;* fidei ministerio: *Edd. coll. o. Polyc.* 179) atque: *EGH* 180) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 181) *ABCD orig. Polyc.* ‖ can. 18. 182) *Codd. coll. o.; sed in A rubr. legit.:* de eodem; *in B: deest; in utroque codice nostra rubrica exstat in cap. antecedente* 183) Cypr. episcop.: *ABC;* Cypr. Papa: *D; — de unit. eccl. c.* 4. — *Deusded.* I, 216. 217. *Ans.* I, 10. (11.); *Polyc.* VII, 3, 3. 184) *Matth. c.* 16. *v.* 18. 185) *ABCD Ans.* 186) *Codd. et Edd. coll. o. Deusd. Ans. Polyc.* 187) *add.:* etc.: *Ans.; in originali atque ap. Deusded. totus exstat Matthaei locus* 188) illum: *Deusd.* 189) *add.:* et illi pascens oves committit (mandat: *Deusd.*): *Deusd. Ans.* 190) *Ioan. c.* 20. *v.* 21. 191) *in orig. et ap. Deusded. totus exstat locus* 192) manif. unam cathedram constituit et: *Deusd. Ans. sed in Cod. Vatic. Ans. deest* 193) Hoc . . . hanc Petri unit.: *deest: Polyc. ubi postea sequitur* 194) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Deusd. Ans. Polyc.* 195) *ib.* 196) *add.:* et primatus Petro datur, ut una Christi ecclesia et cathedra una monstretur. Et pastores sunt omnes sed unus grex offenditur qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur: *Ans. sed in Cod. Vatic. est ut ap. Grat.* 197) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Deusd. Ans. Polyc.* 198) *Codd. coll. o. Polyc.;* et in: *Ans.* 199) *Cant. c.* 6. *v.* 8. 200) *Codd. coll. o. pr. EH; — Turrecrem.* 201) designaverat: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 202) *Codd. coll. o. pr. C.* 203) et una: *EGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 204) est: *deest: Deusd.* 205) matris . . . genetricis: *CDE Edd. coll. o. Deusded.* 206) *Codd. et Edd. coll. o. Deusd. Ans. Polyc.* 207) *ib.* 208) *ib.* 209) ostendat: *orig.* 210) *Ezech. c.* 4. *v.* 4. 5. 211) nostrae: *ABDG Edd. coll. o. pr. Bas.; — Turrecrem. Deusded.* 212) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Deusd. Ans. Polyc.* 213) *Codd. et Edd. coll. o.* 214) *ib. orig. Deusd. Ans. Polyc.* 215) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 216) fidem veritatis: *orig.* 217) *finis canonis: Ans.* 218) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Deusd.* 219) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 220) *ib.* 221) *Ans.* V, 1. 222) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 223) *ib. Deusd. Ans.* 224) *ib.* 225) *ib. Turrecrem.* 226) *ib.* 227) videtur . . . copia: *AB* 228) *add.:* integra: *Edd. coll. o.* 229) servetur: *orig.;* servat: (?) *Ans.* 230) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 231) fructum: *AB;* fractus: *orig. Deusd. Ans. Polyc.* 232) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Deusd. Ans. Polyc.* 233) Dei: *ABEGH Ed. Bas.* 234) *Codd. et Edd. coll. o. Deusd. Ans. Polyc.* 235) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.; deest: Ans. Deusd.* 236) universa terra: *Deusd. Ans.* 237) ostendit: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 238) *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas.; Deusded.* 239) expandit: *Edd. coll. o.* 240) capere (est: *deest*): *Deusd.* 241) et una: *deest: Edd. Nor. Ven.* I. II. 242) *Codd. coll. o. orig. Deusd. Ans. Polyc.* 243) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 244) copiosae: *Edd. coll. o. pr. Bas.; Turrecrem.* 245) *Codd. et Edd. coll. o. Deusd. Ans. Polyc.* 246) cubilis: *ABEGH Ed. Bas. Turrecrem.* 247) in cast.: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* castitatem sancto . . . custodiat: *Ans.* ‖ can. 19. 248) *ib. c.* 6.; — *Deusded.* I, 217.; *Ans.* V, 2. (3.); *Polyc.* VII, 3, 4. 5. 249) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 250) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.; — finis canonis: Ans.* 251) *Codd. coll. o. — cap.* 12. *ib.; — inde ab hoc loco Gratiani et Deusdedit verba haud consonant.* 252) *Codd. et Edd. coll. o.*

suis[253] unanimitatem suaderet et pacem: „Dico,“[254] inquit, „uobis quia[255e] si duo[256f*] ex uobis conuenerint in terra, de omni re, quamcumque[257] petieritis, continget uobis a patre meo, qui est in celis. Ubicumque enim duo aut tres fuerint collecti in nomine meo, ego cum eis[258] sum,“ ostendit[259g] non multitudini, sed unanimitati deprecantium plurimum tribui. „Si duo,“[260h] inquit „ex uobis[261] conuenerint in terra:“ unanimitatem prius posuit, concordiam pacis ante premisit, ut conueniat nobis fideliter et firmiter, docuit. Quomodo autem potest ei[262] cum aliquo[263] conuenire, cui[264] cum corpore ipsius ecclesiae, et cum uniuersa fraternitate non conuenit[265]? Quomodo autem[266i] possunt duo uel[267k] tres in nomine Christi colligi, quos constat[268] a Christo et ab eius euangelio separari?

C. XX. *Ligandi et soluendi non habet potestatem qui unitatem pacis catholicae non tenet*[269a].

Item Ieronimus[270b*].

Omnibus consideratis puto me non temere dicere, alios ita esse in domo Dei, ut ipsi etiam sint eadem domus Dei, que[271] dicitur edificari super petram, que[272] unica columba appellatur, que[273] sponsa pulchra sine ruga et macula, et hortus conclusus et[274c] fons signatus et puteus aquae uiuae et paradysus cum fructu pomorum; que domus etiam claues accepit, ac potestatem soluendi et ligandi. Hanc domum si quis corrigentem corripientemque[275d] contempserit, „sit tibi,“ inquit[276], „tamquam[277e] ethnicus et publicanus.“ De hac domo dicitur[278]: „Domine[279], dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae;“ et: „Qui[280] habitare facit unanimes in domo;“ et: Iocundatus[281] sum in his, que dicta[282] sunt michi: in domum Domini ibimus;“ et[283]: „Beati, qui habitant in domo tua[284f]; in secula seculorum laudabunt te.“

C. XXI. *Varia crimina uariis penis sunt afficienda.*

Item Ieronimus[285a].

Non afferamus stateras[286] dolosas, ubi appendamus quod uolumus[287b] pro arbitrio nostro, dicentes, hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinam stateram de scripturis sanctis, tamquam de thesauris dominicis, et in illa quid sit grauius appendamus[288c]. Tempore[289d], quo Dominus priora delicta recentibus penarum exemplis cauenda monstrauit[290], et ydolum fabricatum atque adoratum est, et propheticus liber ira regis contemptoris[291] incensus, et scisma temptatum[292e], ydolatria[293f] gladio punita est, exustio libri bellica cede et peregrina captiuitate, scisma hiatu terrae, sepultis auctoribus uiuis, et ceteris celesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit, hoc esse sceleratius conmissum, quod est grauius uindicatum?

C. XXII. *Ex sola ecclesia sacrificium Dominus accipit.*

Item Gregorius in Moralibus, [lib. XXXV. c. 6.][294]

Quia ex sola ecclesia catholica ueritas conspicitur, apud se esse locum Dominus perhibet, de quo uideatur. In petra Moyses ponitur, ut Dei faciem[295a] contempletur, quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam presentiam non agnoscit[296b]. De qua soliditate Dominus dicit: „Super hanc petram edificabo ecclesiam.“[297c] §. 1.[298d] Sola quippe est, per quam sacrificium Dominus accipiat libenter: sola, que pro errantibus intercedat fiducialiter. Unde etiam[299] de agni hostia Dominus precepit, dicens[300]: „In una domo comedetis[301e], nec efferetis[302] de carnibus eius extra fores.“[303f] In una namque domo[304g] comedetur[305h], quia in una catholica ecclesia uera hostia redemptori[306i] inmolatur. De cuius carnibus diuina lex efferri foras prohibet, quia dari sanctum[307] canibus uetat[308k]. Sola est, que intra se positos ualida karitatis[311] conpage custodit. Unde et aqua[312] diluuii archam quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem, quos extra archam inuenit, extinxit[313].

C. XXIII. *Non exhibet fidem Christo qui corpus eius discerpit.*

Item Ambrosius [in oratione funebri de obitu fratris][314].

Aduocauit ad se Ciprianus episcopum Satyrum[315*] nec ullam putauit ueram, nisi uerae fidei gratiam, percunctatusque ex eo est, utrumnam[316] de catholicis episcopis esset[317], hoc est si[318] cum Romana ecclesia conueniret. Et forte ad id locorum in scismate regionis[319] illius ecclesia erat. Lucifer enim se a nostra conmunione[320a] diuiserat, et quamquam pro fide exulasset, et fidei suae reliquisset heredes, non tamen putauit fidem esse in scismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei ecclesiam non tenebant, cuius patiebantur uelut quosdam artus diuidi et membra[321] lacerari. Etenim, cum propter ecclesiam Christus passus sit, et Christi corpus sit ecclesia, non uidetur ab his exhiberi Christo fides, a quibus euacuatur eius passio, atque[322b] distrahitur. Itaque quamuis gratiae fenus[323**] teneret, et metueret tanti nominis debitor[324] nauigare, tamen eos[325c] transire maluit, ubi tuto[326] posset exsoluere. Iudicabat enim diuinae solutionis gratiam[327***] in affectu ac fide esse, quam quidem[328d] statim, ubi[329] primum copia ecclesiae liberior fuit, inplere non distulit, Dei[330] gratiam et accepit desideratam, et seruauit acceptam.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. c. 19. e) quoniam f) duobus* g) ostendens h) duobus i) autem: *deest* k) aut — c. 20. a) habet b) It. Augustinus lib. VII. de baptismo c. 51.* c) et ... et ... et: *deest* d) corripientem corrigentemque e) sicut f) tua, Domine, — c. 21. a) Idem libro II. cap. 6. b) volumus, et quomodo volumus c) appendamus: imo non appendamus, sed a Domino appensa recognoscamus. d) Tempore illo e) tentatum et f) idololatria — c. 22. a) speciem b) cognoscit c) eccl. etc. d) Et supra: §. 1. e) comedetur f) eius foras g) domo agnus h) comeditur i) redemtoris k) vetat. Sola est, in qua bonum[309] fructuose peragitur, unde et mercedem[310] denarii non nisi qui intra vineam laboraverant acceperunt — c. 23. a) commun. tunc temporis b) corpusque c) eo d) quia

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIX. * **Si duobus**: Sic legitur in octo vetustis B. Cypriani codicibus, et hic, et aliis locis, ubi haec evangelii sententia affertur. In vulgatis tamen est, ut antea apud Gratianum: *Si duo ex vobis convenerint.*

C. XX. * Antea et hoc, et sequens caput tribuebantur Hieronymo, quemadmodum etiam apud Anselmum et in Polycarpo.

C. XXIII. * **Cyprianus**: Apud B. Ambrosium et Anselmum legitur: *Advocavit ad se episcopum Satyrus.* Narrat enim Ambrosius Satyrum fratrem suum, quum in Sardiniam appulisset, ad se episcopum Sardum vocasse, ut sciret, Luciferianusne, an catholicus esset. Sed ob glossam, et eum, qui casum scripsit, non est mutatum.

** **Foenus**: Antea legebatur: *foedus.* Restitutum est ex aliquot vetustis exemplaribus, originali, et ceteris collectoribus.

*** **Solutionis**: In aliquot manuscriptis, et apud B. Ambrosium, et ceteros collectores legitur: *divinae solutionem gratiae.* Sed ob glossam non est emendatum; operae pretium autem fuerit integrum Ambrosii locum perlegere.

Causa XXIV. Quest. I. can. 19. 353) *add.:* ait ut: *CEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 254) *Matth. c.* 18. *v.* 19. 20. 255) *CDEFGH Polyc.* 256) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 257) quaecunque contingent: *EGH Edd. coll. o.* 258) his: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 259) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 260) *Codd. coll. o.* 261) vobis etc. (conu. . . terra: *deest*): *EGH* 262) ipse: *AB Edd. coll. o.* 263) alio: *Ed. Bas. Polyc.* 264) cui: *deest: AB;* qui: *Edd. coll. o.* 265) convenerit: *CEGH* 266) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 267) *Codd. coll. o.* 268) constet: *orig.* || can. 20. 269) *Codd. coll. o.* 270) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.; — imo August. de baptismo* VII, 99. *Ed. Maur. — Ans.* V, 3. (4.); *Polyc.* VII, 3, 6. 271) *Matth. c.* 16. *v.* 18. 272) *Cant. c.* 6. *v.* 8. 273) *Ephes. c.* 5. *v.* 24. 274) *Codd. et Edd. coll. o.* 275) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 276) *Matth. c.* 18. *v.* 17. 277) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans. Polyc.* 278) *Psalm.* 25. *v.* 8. 279) Dom.: *deest: Ans.* 280) *Psalm.* 67. *v.* 7. 281) Laetatus: *Edd. coll. o.; — cf. Psalm.* 121. *v.* 1. 282) dixerunt: *orig.* 283) *Psalm.* 83. *v.* 5. 284) *Codd. coll. o. Polyc.* || can. 21. 285) *Codd. et Edd. coll. o. — imo August. de baptismo* II, 6. *no.* 9. *Ed. Maur.* 286) *cf. Prov. c.* 11. *v.* 1. 287) *Codd. et Edd. coll. o.* 288) *ib.* 289) *ib.* 290) *cf. Exod. c.* 32. *Num. c.* 16. *Hierem. c.* 36. 291) cont.: *deest: ABC* 292) *Codd. coll. o. orig.* 293) *Codd. coll. o.* || can. 22. 294) Idem Greg.: *AB; — lib.* 35. *c.* 8. *in v.* 8. *cap.* 42. *Iob. Ed. Maur. — Ans.* I, 56. (57.); *Polyc.* VII, 3, 7.; *Caes.* XIII, 1. 295) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Turrecrem. Ans. Polyc.* 296) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans.;* ignoscit (non: *deest*): *Polyc.; — cf. Matth.* 16. *v.* 18. 297) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 298) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 299) et: *Ans.* 300) *Exod. c.* 12. *v.* 46. 301) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Nor. Ven.* I. (comeditis) — *Turrecrem.; add.:* agnum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 302) offeretis: *D;* deferetis: *EH;* afferetis: *Edd. Ven.* II. *Par. Lugd.* I.; — efferatur: *Ans.* 303) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Polyc.;* fores (ext.: *deest*): *Ans.* 304) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 305) *ABEGH Polyc.;* comedent: *C* 306) *ABDG Ans. Polyc.* 307) *Matth. c.* 7. *v.* 6. 308) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 309) opus bonum: *orig.* 310) *Matth. c.* 20. *v.* 9. 311) caritas: *orig.* 312) *Genes. c.* 7. 313) occidit: *Ans.* || can. 23. 314) *de excessu fratris sui lib.* I. *no.* 47.; *Ans.* XII, 48.; *Polyc.* VII, 4, 1. 315) Sat.: *deest: Polyc.;* ep. Sat.: *deest: orig.* 316) eodem: *Edd. coll. o.* 317) ess.: *deest: orig. Ans. Polyc.* 318) si: *deest: ib.* 319) religionis: *EGH* 320) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 321) membraque (et: *deest*): *EGH* 322) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 323) vel foedus: *EGH Edd. coll. o.* 324) debito: *GH* 325) *ABCD Polyc.* 326) tute: *ABD Edd. coll. o.* 327) Gratiae: *Polyc.* 328) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Ans. Polyc.* 329) ut: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 330) Deique: *orig.*

C. XXIV. *Etiam corpore ab eo est*[331] *recedendum, qui fidem Christi non habet.*

Item Beda super epistolam Iohannis [secundam, c. un.][332]

„Omnis[333], qui recedit, et non permanet in doctrina[334] Christi, Deum[335] non habet. Qui permanet in doctrina[336] Christi, hic et Filium, et Patrem habet. Si quis uenerit[337a] ad uos, et hanc doctrinam non affert[338], nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, conmunicat operibus eius malis“[339b]. Hec[340] Iohannes de scismaticis siue hereticis deuitandis[341c] que uerbis docuit etiam factis exhibuit. §. 1. Narrat enim[342] de illo auditor eius[343d] sanctissimus[344] et martir fortissimus Policarpus, Smirneorum antistes, quia[345e] tempore quodam, cum apud Ephesum balneas lauandi gratia fuisset ingressus, et uidisset ibi Cherinthum, exiliret[346f] continuo, et[347] discessit[348g] non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne et[349] balneae ipsae corruant[350], in quibus Cherinthus lauatur[351h] inimicus ueritatis. Idem etiam Policarpus Marcioni cum occurrisset aliquando, dicenti sibi: Agnosce[352i] nos? respondit: Agnosco primogenitum sathanae.

C. XXV. *Profanus est*[353] *extra ecclesiam B. Petri agnum comedere temptans.*

Item Ieronimus [ad Damasum][354].

Quoniam uetus[355a*] oriens inter se populorum furore collisus indiscissam[356] Domini tunicam et desuper textam minutatim[357b] per frusta decerpit[358c], et Christi uineam uulpes exterminant[359], inter[360d] lacus contritos, qui[361] non habent aquam, difficile[362] ubi fons[363] signatus et hortus ille conclusus sit possit intelligi, ideo michi cathedram Petri et fidem apostolico[364] ore laudatam censui consulendam, inde nunc meae animae postulans cibum, unde olim Christi uestimenta suscepi. Neque uero[365] uastitas[366] tanti[367e] elementi liquentis, et interiacens latitudo[368f] terrarum me a preciosae potuit margaritae inquisitione prohibere. Ubicumque[369] fuerit corpus, illuc[370] congregabuntur[371g] et[372h] aquilae. Profligato a sobole mala patrimonio, apud uos solos incorrupta patrum[373] seruatur auctoritas[374i]. Ibi cespite terra fecundo dominici[375] seminis puritatem centeno fructu refert, hic obruta[376] sulcis frumenta[377k] lolium auenasque degenerant. Nunc in occidente sol iusticiae oritur, in oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, supra sidera posuit thronum suum. Vos[378] estis lux mundi, uos sal terrae, uos uasa aurea et argentea: hic testea[379l] uasa[380m] uirgam ferream[381n**] et eternum operiuntur incendium[382o]. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, tamen inuitat humanitas[383]. A sacerdote[384] uictima[385] salutem, a pastore presidium ouis flagito. Facescat[386p] inuidia Romani culminis, recedat ambicio. Cum successore piscatoris[387q] discipulo[388] Christi[389r] loquor. Ego nullum premium[390] nisi Christum sequens, beatitudini[391] tuae, id est cathedrae Petri, conmunione consocior[392]. Super[393] illam petram fundatam[394s] ecclesiam scio. Quicumque[395] extra domum hanc agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe archa[396] non fuerit, peribit regnante diluuio. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem conmigraui, que Syriam iuncto[397] Barbariae fine determinat, non[398t] possum sanctum Domini, tot interiacentibus spaciis, a sanctimonia tua semper expetere, ideoque[399u] collegas[400v] tuos Egyptios confessores[401] sequor, et sub honerariis[402] parua[403w] nauicula delitesco. Non noui Vitalem, Miletum[404x] respuo, ignoro Paulinum. Quicumque[405] tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est antichristi est.

C. XXVI. *Hereticorum consortia a catholicis sunt fugienda.*

Item Ambrosius [in commentariis ad c. 9. Lucae][406].

Que dignior domus apostolicae predicationis ingressu, quam sancta ecclesia? aut quis preferendus magis omnibus uidetur[407], quam Christus[408], qui pedes suis lauare consueuit hospitibus, et quoscumque sua receperit domo, pollutis non patitur[409] habitare uestigiis, sed maculosos licet uitae prioris, in reliquum tamen dignetur[410a] mundare processus? Hic est igitur solus, quem nemo deserere debet, nemo mutare, cui bene dicitur[411]: „Domine, ad quem ibimus? uerba uitae eternae habes, et nos credimus.“ Vides executorem celestium preceptorum, qui, quoniam non mutauit hospitium, celestium[412b] consortium habitationis[413] emeruit? Fides ergo[414c] in primis ecclesiae querenda mandatur, in qua, si Christus habitator sit, haud dubie sit legendum[415d]. Si uero populus perfidus, aut preceptor hereticus deformet habitaculum[416], uitanda hereticorum conmunio, fugienda synagoga censetur, excutiendus pedum puluis, ne fatiscentibus perfidiae sterilis siccitatibus tamquam humi arido[417] arenosoque mentis tuae uestigium polluatur. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet euangelii predicator[418e], iuxta quod scriptum est: „Quis[419] infirmatur, et ego non infirmor?“ ita, si qua est ecclesia, que fidem respuat, nec apostolicae predicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidiae possit aspergere, deserenda[420] est. Quod Apostolus quoque euidenter asseruit, dicens[421]: „Hereticum hominem post unam[422] correptionem[423f] deuita.“

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. c. 24. a) venit b) malignis c) detestandis d) illius e) quod f) exilierit g) discesserit h) lavat i) Agnoscis — c. 25. a) vetusto* b) minut.: *deest* c) discerpit d) ut inter e) tanta f) longitudo g) congregantur h) et: *deest* i) hereditas k) frumenta in l) testacea m) vasa vel lignea n) virga ferrea et aeterno o) incendio p) Fatiscat q) piscatoris et r) crucis s) aedificatam t) nec u) ideo v) hic collegas w) navibus parva x) Meletium c. 26. a) dignatur b) coelestis c) igitur d) legenda e) praedicator, et tanquam propriis inania gesta pulveri comparanda allevare atque abolere vestigiis f) et secundam corrept.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXV. * Vetusto: Antea legebatur: *vetus*. Emendatum est ex originali, quoniam glossa nihilominus convenit.

** Virga ferrea: Apud B. Hieronymum legitur: *Virgam ferream et aeternum operiuntur incendium.* Sed ob glossam non est emendatum, quae etiam causa fuit, cur aliquot aliis locis satis visum fuerit indicare in margine lectionem ipsam originalis.

Causa XXIV. Quest. I. can. 24. 331) est: *deest: AEH* 332) *Coll. tr. P.* II, 50, 13. 14. 333) II. *Ioann. c.* 1. *v.* 9—11. 334) *add.:* Iesu: *EGH Ed. Bas.* 335) Hic Deum: *Edd. coll. o.* 336) *add.:* Iesu: *EGH Ed. Bas.;* Christi: *deest: AB Coll. tr. P.* 337) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 338) afferet: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 339) *Codd. et Edd. coll. o.;* maligne: *Turrecrem.* 340) *add.:* enim: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 341) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* vitandis: *Edd. coll. o.* 342) et: *Coll. tr. P.* 343) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 344) *add.:* uir: *Edd. coll. o.* 345) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 346) *C Coll. tr. P.;* exiret: *CEGH;* exilire: *AB;* exiit: *Ed. Bas.;* exire: *Edd. rell.* 347) et: *deest: ABEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 348) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D* (discederet); descenderet: *Coll. tr. P.* 349) et: *deest: CEGH Ed. Bas.* 350) nos corrumpant: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 351) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* lavantur: *Edd. coll. o.* 352) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG;* — *Coll. tr. P.* || can. 25. 353) est qui . . . . tentat: *EGH* 354) *Ep.* 15. *Ed. Migne, temporis incerti, sed genuina ut uidetur.* — *Ans.* I, 64. (65.); *Polyc.* VII, 4, 2. 355) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 356) indiscussam: *B Ed. Arg.;* — *cf. Ioann. c.* 19. *v.* 23. 357) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (munitatim); — *Turrecrem. orig. Ans. Polyc.* 358) *Codd. coll. o. pr. A* (decerpsit) *B;* — *Ans. Polyc.* 359) exterminavit: *AB* 360) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 361) qui (aquam: *deest*): *Polyc.* 362) diff. est: *H;* et diff.: *Edd. coll. o.* 363) fons ille: *AB* 364) *cf. Rom. c.* 1. 365) ideo: *E;* vero ideo: *G;* enim: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 366) vast.: *deest: Ans.* 367) *Codd. et Edd. coll. o.* 368) *ib. Polyc.* 369) *Matth. c.* 16. *v.* 28. 370) illic: *H Edd. coll. o. Vulgat.* 371) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans. Polyc.* 372) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Polyc. Vulgat.* 373) omnino: *Edd. coll. o.* 374) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 375) *cf. Matth. v.* 13. 376) obrupta: *Edd. Ven.* I. II. 377) *ABDH Edd. Arg. Bas. Ans. Polyc.* 378) *Matth. c.* 5. *v.* 14. 379) *Codd. et Edd. coll. o.;* teste seu vasa: *Ans. Polyc.;* — II. *Tim. c.* 2. *v.* 20. 380) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 381) *ABCDE orig. Ans. Polyc.* 382) *ABEGH Edd. coll. o. pr. Bas. Par. Lugdd.;* — *Polyc.* 383) humilitas: *Edd. coll. o.* 384) *add.:* ego: *AB* 385) victimae salut.: *orig.;* victimam salutis: *Ans.* 386) *orig. Ans. Polyc.;* fatescat: *ABCD* 387) *ABCDE Ans. Polyc.* 388) discipuli: *Ed. Bas.;* discipulum: *Ed. Arg.;* discipulorum: *Ans.* 389) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 390) primum: *orig. Ans.* 391) beatitudinis: *AB* 392) consortior: *D Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 393) *Matth. c.* 16. *v.* 18. 394) *Codd. coll. o. Turrecrem. Polyc.* 395) *Exod. c.* 12. *v.* 46. 396) *Gen. c.* 7. 397) iniuncto: *AB;* coniuncto: *DE Edd. coll. o.;* commixto: *G* 398) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 399) *Codd. et Edd. coll. o.* 400) *ib. Ans. Polyc.* 401) martyres et conf.: *D Edd. coll. o.* 402) honorariis: *H Ed. Bas.;* sub oneris (?): *Ans.* 403) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 404) *Codd. et Edd. coll. o.;* Meletum: *Ans. Polyc.* 405) *Matth. c.* 12. *v.* 30. || can. 26. 406) *lib.* 6. *no.* 67. *c.* 9. *Luc. v.* 5. — *Ans.* V, 23. (22.); *Polyc.* III, 30, 3. 405) videtur esse: *orig.* 408) *add.:* est: *Edd. coll. o. pr. Lugd.* I.; — *cf. Ioann. c.* 13. 409) patiatur: *DEGH Edd. coll. o. pr. Lugd.* II.; — *Ans. Polyc.* 410) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Lugd.* II. *orig. Polyc.* 411) *Ioann. c.* 6. *v.* 69. 412) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* — *Polyc.* 413) consecrationis: *orig. Ans. Polyc.* 414) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 415) *Codd. et Edd. coll. o.* 416) *add.:* ecclesiae: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 417) aridae arenosaeque: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* humidae arenosaeque mentis: *Ans.* 418) *Codd. et Edd. coll. o.* 419) II. *Cor. c.* 11. *v.* 29. 420) desideranda: *AB* 421) *Tit. c.* 3. *v.* 10. 422) primam: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* — *Ans. Polyc,* 423) *ABD Edd. coll. o. pr. Bas., in quibus est:* primam scilicet; et alteram: *EH Ed. Bas.;* et aliam: *G;* — correctionem: *EGH Edd. coll. o. pr. Arg.*

C. XXVII. *Nec peccatis solui, nec regnum celeste ingredi potest ab unitate diuisus*[424a] *ecclesiae.*

Item Beda super Mattheum [in homilia de festo apostolorum Petri et Pauli, ad c. 16. Matthei][425].

Quicumque ab unitate fidei uel societatis Petri apostoli quolibet modo semetipsos segregauerint[426b] tales nec uinculis peccatorum absolui, nec ianuam possunt celestis regni ingredi.

C. XXVIII. *Non suscipiantur*[427a] *sacrificia*[428b], *quorum fides et uita reprobatur.*

Item Ieronimus in Amos Propheta, [ad c. 5.][429c]

„Odi[430] et proieci festiuitates uestras, et non capiam odorem cetuum uestrorum. Quod si obtuleritis[431d] michi holocaustomata et munera uestra, non accipiam, et uota pinguium uestrorum non respiciam.“[432] §. 1. Odit autem Deus, et non solum odit, sed[433e] proicit[434f] festiuitates eorum*, qui non celebrant festiuitates Dei, sed suas[435]. *Et post pauca:* §. 2. Odisse** autem, et non odorari et proicere, humana loquitur similitudine, ut nos affectum Dei nostris sermonibus agnoscamus[436g]. Et[437] si holocausta obtulerint, ut[438] uideantur ieiunare, dare elemosinas, pudicitiam polliceri (que holocausta sunt uera), non ea suscipit[439] Dominus[440h]. Nam non[441i] sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita causasque diudicat. §. 3. Unde et uidua, que[442k] in corbonam duo minuta miserat[443], omnibus a Saluatore prefertur[444], quia dominus non ea, que offeruntur, sed uoluntatem respicit offerentium.

C. XXIX. *Ubi karitas non est, ibi fides uel iusticia locum non habet.*

Item Augustinus [de sermone Domini in monte, lib. I. c. 9.][445]

Ubi sana fides non est, non potest esse iusticia, quia[446] iustus ex fide uiuit. Neque scismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similiter, ubi karitas non est, non potest esse iusticia. Dilectio[447] enim proximi malum non operatur, quam si heretici[448a] haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est ecclesia[449].

C. XXX. *A fide recedens perfectionem Spiritus amittit.*

Item Innocentius [Papa ad Alexandrum, ep. XVIII.][450]

Heretici, cum a fide catholica destiterint[451a], perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt[452].

C. XXXI. *Sacri offitii* potestate penitus carent heretici.*

Item Ciprianus Magno filio salutem, [lib. I. epist. 6.][453]

Dicimus[454a] omnino omnes hereticos et scismaticos nil habere potestatis ac iuris. Propter quod Nouatianus nec debet nec potest excipi, quo minus ipse quoque extra ecclesiam consistens, et contra pacem ac dilectionem Christi faciens, inter aduersarios et antichristos conputetur. *Et*[455] *paulo post:* §. 1. Ecclesia una est, que una et intus esse et foris[456] non potest. Si enim[457] apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit. Si uero apud Cornelium fuit[458], qui Fabiano[459] episcopo legitima ordinatione successit, et quem post[460b] sacerdotii honorem martirio quoque Dominus glorificauit, Nouatianus in ecclesia non est[461], nec episcopus conputari potest, qui[462], euangelica et apostolica traditione contempta, nemini succedens a se ipso ortus est. Habere namque aut tenere ecclesiam nullo modo potest qui ordinatus in ecclesia non est. *Et paulo post*[463]: §. 2. Quod uero eundem, quem et nos[464], Deum Patrem, eundem Filium Christum[465], eundem Spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. *Et infra:* §. 3. Inuenimus[466] in tali facinore non solum duces et auctores, sed etiam[467] participes penis destinari, nisi a conmunione malorum se separauerint, precipiente per Moysen Domino et dicente[468]: „Separamini a tabernaculis hominum istorum durissimorum, et nolite tangere de[469c] omnibus, que sunt eorum[470d], ne simul pereatis in peccatis eorum.“ Et quod conminatus per Moysen fuerat Dominus inpleuit[471], ut quisque[472e] se a Chore, et[473] Dathan, et Abiron non separasset, penas statim pro inpia conmunione persolueret. Quo exemplo, ostenditur et probatur, obnoxios omnes[474f] penae et culpae futuros, qui se scismaticis contra prepositos et sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint[475], sicut etiam per Osee prophetam Spiritus sanctus contestatur[476g] et dicit[477]: „Sacrificia eorum tamquam panis luctus, omnes[478], qui manducant ea[479], contaminabuntur,“ docens scilicet et ostendens, omnes omnino cum auctoribus suis[480h] supplicio coniungi[481], qui fuerint eorum peccato[482] contaminati. Que ergo apud eos merita esse circa Deum possunt, quibus supplicia diuinitus irrogantur? *Et infra:* §. 4. Si[483] autem foris cuncti heretici et scismatici non habent[484] Spiritum sanctum, et ideo apud nos eis[485] manus inponitur, ut hic accipiatur quod illic non est[486i], nec dari potest: manifestum est, nec remissionem peccatorum per eos dari posse, quos constat[487k] Spiritum sanctum non habere.

C. XXXII. *Proprio spolientur honore qui contra pacem ecclesiae nituntur.*

Item Liberius Papa [in ep. ad Athanasium][488].

Qui[489] contra pacem ecclesiae sunt, si dignitatem aut cingulum miliciae[490] habent[491a], nudentur eis[492]. Si autem[493b] priuati, siquidem nobiles sunt[494c], suarum substantiarum proscriptionem[495] patiantur; si autem ignobiles[496], non solum in corpore uerberentur, sed[497] exilio perpetuo castigentur.

C. XXXIII. *Non consecrat*[498a] *in scismate constitutus episcopus.*

Item Pelagius Papa[499].

Pudenda, ut ita dicam, in diuisione rapina est non con-

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. c. 27. a) qui ... est divisus b) segregant — c. 28. a) suscipiuntur b) eorum sacrif. c) Amos Prophetam d) attuleritis e) sed et f) proiecit g) cognoscamus h) Dominus, nec dignatur aspicere pinguissimas hostias eorum i) Non enim k) quae in euangelio — c. 29. a) heret.: *deest* — c. 30. a) desciverunt — c. 31. a) Didicimus b) praeter c) ab d) eis e) quisquis f) omnes et g) testatur h) suis: *deest* i) nec esse k) constet — c. 32. a) habeant b) autem sunt c) exsistunt — c. 33. a) consecrat, nec consecratur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVIII. * Eorum: In commentariis B. Hieronymi hic, quemadmodum et aliis locis huius capitis, sunt aliquot verba interposita. Sed Ivo hoc loco habet ut Gratianus.

** Odisse: Ante haec verba apud B. Hieronymum et Ivonem [et in Coll. tr. P.] antecedit c. *Odit.* supra 1. q. 1.

C. XXX. * Officii: Sic est emendatum ex plerisque vetustis. Antea [Edd. coll. o.] legebatur: *sacrificii.*

Causa XXIV. Quest. I. can. 27. 424) *ABCD* 425) *Ivo Decr.* V, 25. 426) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 28. 427) *ABCD* 428) *Codd. coll. o.* 429) *ib.; — ad c. 5. v. 21. 22.; — Ivo Decr.* II, 108.; *Coll. tr. P.* III, 2, 22. 430) *Amos c. 5. v. 21. 22.* 431) *Codd. coll. o. orig. Vulgata. Ivo Coll. tr. P.* 432) respuam: *D Edd. coll. o.* 433) *ABDEGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Coll. tr. P.;* sed etiam: *C* 434) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II.; — *Ivo: — cf. C. I. qu. 1. c. 61.* 435) fest. suas: *orig.* 436) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 437) Sed: *CD;* Sed et: *Ed. Bas.* 438) aut: *orig.* 439) suscepit: *Ivo* 440) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 441) *Codd. et Edd. coll. o.;* Non sac.: *Ivo Coll. tr. P.* 442) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.; — cf. Marc. c. 12.* 443) posuerat: *AB* 444) *hoc loco multa Hieron. uerba omissa sunt, quorum tamen sensus redditur.* || can. 29. 445) *lib. I. c. 5. no. 13. Ed. Maur.* 446) *Rom. c. 1. v. 17.* 447) *Rom. c. 13. v. 10.* 448) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 449) *add.:* catholica: *Edd. coll. o. pr. Lugd.* I. || can. 30. 450) Inn. Papae: *EGH; — no. 4. scr. ao. 415. — Jaffé no. 102. — Ans.* XII, 52.; *Polyc.* VII, 5, 1. *Caes.* XIV, 4. 451) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (discesserunt); eorum auctores desciscerent: *orig.;* desisterent: *Ans. Polyc.* 452) amiserint: *Polyc.* || can. 31. 453) *ep. 69. no. 1. Ed. Vindobon. scr. ao. 255.; — Ans.* XII, 41.; *Polyc.* VII, 5, 7. 454) *Codd. oll. o. Ed. Arg. orig. Ans. Polyc.* 455) item: *AB; — ib. c. 3. Deusded.* I, 224. 456) foris esse: *EGH* 457) en.: *deest: Deusd.* 458) non fuit: *C Ans.* 459) Fauiano: *Ans. Polyc.* 460) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 461) *seqq. desunt et alia exstant: Deusd.* 462) ut qui: *Edd. coll. o.* 463) *ib. c. 8. — cf. c. 9. C. VII. qu. 1.* 464) uos: *AB* 465) Christ.: *deest: ABC* 466) *ib. c. 9. — cf. c. 70. C. I. qu. 1.* 467) et: *orig. Ans. Polyc.* 468) *Num. c. 16. v. 26.* 469) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 470) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 471) hoc inpl.: *AB* 472) *Codd. coll. o. pr. C; — orig. Polyc.; add.:* qui: *EGH Edd. coll. o.* 473) vel: *G;* et: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* 474) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 475) miscuerunt: *C orig. Ans.* 476) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 477) *Os. c. 9. v. 4.* 478) et omn.: *Edd. coll. o.* 479) ex eo: *ABC Polyc.* 480) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 481) coniugii: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 482) peccatis: *DEGH Edd. coll. o.* 483) *ib. c. 11.* 484) dant: *orig.* 485) eis: *deest: orig. Ans. Polyc.* 486) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.;* nec est: *orig.* 487) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* || can. 32. 488) *Caput Pseudoisid. ap. Hinschius p. 478. — Jaffé no.* CLIV. — *Ans.* V, 65. (69.) 489) Qui ... sunt: *deest: orig.* 490) aut militiam: *orig.* 491) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 492) de eis: *orig. Ans.* 493) *Codd. coll. o. Ans.* 494) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* consistunt: *orig.* 495) praescript.: *orig.* 496) *add.:* sunt: *H;* consistunt: *orig.* 497) sed etiam: *C;* sed et: *orig.* || can. 33. 498) *ABCD;* cons., nec consecretur: *GH* 499) *fragm. Epist. Pelagii* I. *ad Ioann. Patricium scr. inter a.* 558—60. — *Jaffé no.* 679. — *Ans.* XII, 42.; *Polyc.* VII, 5, 8.; *Caes.* XIII, 46.

secratus, sed execratus episcopus. Si enim ipsum consecrationis nomen rationabili ac uiuaci intellectu discutimus, is, qui cum uniuersali detrectat consecrari[500] ecclesia, consecratus dici uel esse poterit nulla ratione. Consecrare enim est simul sacrare. Sed ab ecclesiae uisceribus diuisus et ab apostolicis sedibus[501] separatus execrat[502] ipse pocius, non[503b] consecrat. Iure ergo execratus tantum, non consecratus poterit dici, quem simul sacrare in unitate coniunctis membris non agnoscit ecclesia. Videamus tamen, utrum uel ipsarum[504] consuetudinem partium in sua exordinatione[505c] conseruauerit[506d]. Nempe hic[507e] mos antiquus[508] fuit, ut, quia pro longinquitate uel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se inuicem Mediolanensis et Aquileiensis ordinare episcopi debuissent, ita tamen, ut in ea ciuitate, in qua ordinandus erat episcopus, alterius ciuitatis pontifex occurrere debuisset, ut[509f] ordinandi electio a presenti ordinatore ex consensu uniuersalis, cui preficiendus erat, ecclesiae melius ac facilius potuisset agnosci, et in sua qui ad episcopatum prouehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur[510] ecclesia[511]. Etenim cum, sicut diximus, ecclesia una sit, cui in Canticis Canticorum dicitur[512]: „Una est columba mea,“ nullam aliam esse constat, nisi que in apostolica est radice fundata, a quibus ipsam fidem[513g] uniuerso orbe[514] propagatam non potest dubitari. Quod ut[515h] licet uobis[516], notissimum sit omnino, beati[517] tamen Augustini testimonio conprobemus[518]. Audite, quid in quodam opere suo preclarissimus doctor ecclesiae dicat. Ait enim[519]: „Quod si nullo modo recte dici potest ecclesia, in qua[520] scisma est, restat, ut, quoniam ecclesia nulla esse non potest, ea[521] sit, quam in apostolicae sedis per successiones episcoporum radice constitutam[522] nullorum hominum[523] malicia (etiamsi nota et[524i] excludi non possit, sed pro temporum[525k] ratione tolleranda iudicetur) ullo[526] modo ualeat exstinguere.

C. XXXIV. *Unitati non*[527] *conmunicat scismaticis consentiens.*
Idem[528].

Scisma siquidem ipsum, quod grecum nomen est, scissuram sonat. Sed scisura in unitate esse non potest. Non ergo unitati conmunicat[529a] qui scismaticis conmunicat[530b]. Partes sibi ipsi fecerunt, et ab eo, quod unum est, ut apostoli Iudae[531] iam uerbis[532] loquar, semetipsos segregantes[533], Spiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur, ut[534], quia in unitate unum non sunt, ut, quia in partem[535c] esse uoluerunt[536], ut, quia Spiritum non habent, corpus[537d] Christi sacrificium habere non possint[538]. §. 1. Non autem nobis[539] nunc[540] illa questio est, utrum tollerare malos, sed utrum debeamus scismaticis sociari[541]. Si[542] etiam[543e] ipsi[544], licet in suo sensu habundantes, intra materna tamen[545] positi uiscera quererent ueritatem, a nobis repellendi non erant, donec apud eos ratione duce rei ueritas claruisset. Sed quia se ab uniuersali ecclesia diuiserunt, sicut B. Augustinus[546] ait, omnis catholicus securus eam partem detestatur, cui ecclesiam uniuersalem apostolicis sedibus roboratam non conmunicare cognoscit. §. 2. Nec enim leuigat eorum crimen, magis uero auget, quod eos restitisse diu dixistis, ne apostolicis conmunicantes sedibus in sua conmunione reciperent. In hoc enim dum et illi culpandi sunt, qui conmunicare talibus uoluerunt[547], multo magis tamen illi execrandi sunt, qui non solum in sacerdotibus conmunionem apostolicarum sedium, uerum etiam[548] in ipsis laicis spreuerunt. Sed nec illud eis prodest, quod eos[549] in eisdem litteris uel ignorantia rationis, uel simplicitate intellectus sui a nostra se conmunione suspendisse perhibetis. Id ipsum enim magis[550] est, propter quod scismatici sunt, quia non eos diuersa sentiendi iudicium, sed quedam apud se delata, sibi tamen incognita metuentes et contra apostolicam sedem temere credentes, pessima diuisit[551] oppinio. §. 3. Quod scisma specialiter esse beatus denunciat[552] Augustinus, dicens de talibus: „Aduersus auctoritatem illarum ecclesiarum[553], que ab apostolica* sede epistolas accipere meruerunt, temere credendo, inmanissimum crimen scismatis[554] a se propulsare non poterit.“[555] Ad summam, aut illos ecclesiam esse creditis[556], (et, cum duae ecclesiae esse non possint[557], nos, quod absit, scismaticos iudicabitis,) aut, si ueram[558] in apostolicis sedibus esse constat ecclesiam, et illos ab unitate diuisos cognoscite, et conmunionis questionem esse sublatam, quam ueram nisi in unitate constat esse non posse. §. 4. Noli ergo, quasi nulla scismaticorum atque ecclesiae differentia sit, uelle[559] indifferenter utrorumque sacrificiis sociari. Non est Christi corpus, quod scismaticus conficit, si ueritate duce dirigimur. Nec enim diuisum esse poterit Christum quisquam sine Apostoli[560] reprobatione confingere. Unam, ut sepe dictum est, que Christi corpus est, constat esse[561] ecclesiam que in duo uel in plura diuidi non potest. Simul enim, cum ab ea quisque discesserit[562f], ecclesia esse desistit.

C. XXXV. *Ex quo* episcopus*[563] *fidei contraria docet, alium expoliare*[564a] *non potest.*
Item Nykolaus Papa scribit Michaeli Augusto, [epist. VII.][565]

Ait Celestinus Papa**, orientalibus episcopis scribens: „Si quis ab[566] episcopo Nestorio, aut ab aliis, qui eum secuntur[567], ex quo talia predicare ceperunt, uel excommunicatus, uel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra communione et[568] durasse, et durare manifestum est, nec iudicamus eum esse[569b] remotum, quia non poterat quemquam eius remouere sentencia, qui iam se prebuerat ipse remouendum.“

C. XXXVI. *Non habeantur*[570a] *excommunicati qui ab hereticis excommunicantur.*
Item ad Clerum Constantinopolitanum[571]*.

Aperte, inquit, sedis nostrae sanxit auctoritas, nullum siue episcopum, siue clericum, seu professione aliqua Christianum, qui a Nestorio, uel eius similibus, ex quo talia

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. c. 33. b) et non c) ordinatione d) conseruauerint e) is f) ut et g) fidem in h) ut: *deest* i) et: *deest* k) temporis — c. 34. a) *et* b) communicant c) parte d) corporis e) enim etiam f) recesserit — c. 35. a) excommunicare b) esse: *deest* — c. 36. a) habentur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIV. * Ab apostolica: Apud Anselmum et in Polycarpo legitur: *quae apostolicas sedes et epistolas accipere meruerunt.* Et convenit cum verbis B. Augustini libro secundo de doctrina Christiana cap. 8., prout notatum est supra dist. 19. *In canonicis.*

C. XXXV. * Ex quo: Emendata est haec rubrica ex plerisque vetustis.

** Papa: Nicolaus hic citat epistolam Coelestini Papae, scriptam Ioanni, Iuvenali, et ceteris episcopis per orientem, prout est in conc. Ephesino Vaticanae bibliothecae, et Lutetiae impresso.

C. XXXVI. * Hic etiam citatur a Nicolao alia epistola eiusdem Coelestini, quae est inter acta ipsius conc. Ephesini.

Causa XXIV. Quest. I. can. 33. 500) consecrare: *Polyc.* 501) uel quam sep.: *ib.* 502) desecrat: *AB;* dissecrat: *D Polyc.* 503) *ABCD Ans. Polyc.* 504) ipsam: *AB* 505) *ABCD Ed. Bas. Corr. Polyc.* 506) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II.; servaverit: *Ans. Polyc.* 507) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I.; *Ans. Polyc.* 508) antiquitus: *CEGH Polyc.* 509) *Codd. et Edd. coll. o.* 510) ut ordin.: *ABD Edd. coll. o.* 511) ecclesiae: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 512) *Cant. c.* 6. *v.* 8. 513) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 514) orbi: *D Edd. Lugdd.* II. III.; *add.:* esse: *AB Edd. coll. o.* 515) *CD Edd. coll. o. Lugdd.* II. III.; — *Ans.;* et: *AB* 516) nobis: *Edd. coll. o.* 517) beatissimi: *Ans.* 518) conprobamus: *AB* 519) *Simile est in c.* 9. *Dist.* XI. 520) quo: *Polyc.* 521) ea sola: *EGH* 522) constituta: *Polyc.* 523) *add.:* malorum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 524) *ABC Corr. Ans. Polyc.* 525) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 526) nullo: *Ed. Bas. Polyc.* || can. 34. 527) nequaquam: *AB* 528) *fragm. ep. Pelagii* I. (555—60) *ad Victorem et Pancratium.* — *Jaffé no.* 675. — *Ans.* XII, 44.; *Polyc.* VII, 5, 9. *Caes.* XIII, 48. — *finis canonis exstat ap. Deusd.* I, 143. 529) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 530) *ABCD Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 531) *Iud. c.* 19. 532) verba: *AB* 533) congregantes: *Ans.* 534) et: *ib.* 535) *ABDG Ed. Bas. Polyc.* 536) noluer : *Ans.* 537) *ABCD Ans. Polyc.* 538) possunt: *EGH Polyc.* 539) vobis: *AB* 540) nunc: *deest: Ans.* 541) sociare: *Polyc.* 542) Sed: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 543) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 544) illi: *Edd. coll. o.* 545) tantum: *ABC; deest: Polyc.* 546) *supra ead. c.* 33. 547) voluerint: *ABEGH Ed. Bas.* 548) et.: *deest: Ans. Polyc.* 549) eos: *deest: ABC* 550) maius: *AB* 551) dimisit: *Ans.* 552) enunciat: *ib.* 553) eccl.: *deest: Ans.;* — *cf. Dist.* XIX. *c.* 6. 554) scismaticis: *EH* 555) poterint: *Edd. Arg. Bas.;* poterunt: *Edd. rell.* 556) cred.: *deest: Ans.* 557) possunt: *H Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.;* — *Polyc.* 558) vero: *Polyc.* 559) *add.:* etiam: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 560) *cf.* I. *Cor. c.* 1. 561) communem esse: *Ans.* 562) *Codd. coll. o. Polyc.* || can. 35. 563) Ex quo ep. fidem eccl. docet, etiam excom. potest: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 564) *CD;* spoliare: *AB* 565) *Ep. scr. ao.* 865. *ap. Mansi* XV, 194. — *Jaffé no.* 2111. — *Ivo Decr.* XIV, 38.; *Ivo Pan.* V, 134. *Coll. tr. P.* I, 62, 65. 566) vero aut ab: *orig.* 567) consequuntur: *EGH* 568) et: *deest: EGH Edd. coll. o. Ivo Pan.; neque tamen, ut R. censuit, a Corr. est insertum.* 569) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 36. 570) *Codd. coll. o.* 571) *ex eadem ep. Nicolai ad Michael. ap. Mansi* XV, 194. — *inscriptio cap. referenda est. ad ep. Coelestini a Corr. indicatam, cuius particulam profert Nicolaus.* — *Ivo Decr.* XIV, 59.; *Ivo Pan.* V, 135.; *Coll. tr. P.* I, 62, 66.

predicare ceperunt, uel conmunione uel loco suo deiecti sunt, uel eiectum[572b] uel excommunicatum uideri: sed hii omnes in nostra conmunione[573c] hucusque perdurant, quia neminem[574d] deicere uel remouere poterat qui predicans talia[575] titubabat[576]. Intellexisti[577e**], inperator, ex supra[578f] memoratis non potuisse, ut non dicamus saltim prelatum suum[579], quemlibet remouere, qui fuerant[580] olim[581g] remoti, nec deicere quemquam[582h] iam[583] ante prostrati?

C. XXXVII. *Ad iudicandum excommunicati non sunt recipiendi*[584a].

Item Nykolaus Papa [ibidem paulo inferius][585].

Miramur, quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sint[586], cum secundum apostolicos canones sine conmendaticiis litteris in sola conmunione recipi prohibeantur. Absurdum enim est, ut, cui non licet[587] etiam cum minimis iuxta sacras regulas conmunicare, liceat etiam ei de suis pene[588b] maioribus iudicare.

Gratian. *His auctoritatibus perspicue monstratur, quod, ex quo aliquis contra fidem ceperit aliqua*[589c] *docere, nec deicere aliquem*[590d] *ualet nec dampnare.* §. 1. *Obicitur tamen*[591] *illud Augustini*[592]: „*Recedentes a fide nec baptisma, nec baptizandi potestatem amittunt.*" *Cum ergo sacerdotalem unctionem utraque potestas, baptizandi uidelicet et excommunicandi, sequatur, a fide recedentes aut utramque retinebunt, aut utraque carebunt. Sed aliud est potestas offitii, aliud executio. Plerumque offitii potestas uel accipitur, ueluti a monachis in sacerdotali unctione, uel accepta sine sui executione retinetur, ueluti a suspensis, quibus amministratio interdicitur, potestas non aufertur. A fide itaque*[593] *recedentibus potestas non adimitur, sicut redeuntibus non redditur, ne non homini, sed sacramento iniuria uideatur fieri. Unde ab hereticis baptizati uel ordinati, cum ad unitatem fidei catholicae redierint, si forte intuitu ecclesiasticae*[594] *pacis in suis recipiantur*[595] *ordinibus, non iterabitur sacramentum, quod in forma ecclesiae probabitur*[596] *ministratum, sed per inpositionem manus prestabitur uirtus sacramenti, que extra ecclesiam nulli docetur esse collata. Cum ergo utraque potestas in hereticis remaneat, si hereticus catholicum uel alium hereticum excommunicauerit, ut in conmunionem*[597] *suae heresis illum deducat, quia iniqua est sentencia, pondere caret.* §. 2. *Quod si in catholicum praue uiuentem, uel in hereticum flagiciis uel facinoribus deditum, ut alias ad recte uiuendi normam uterque redeat, sentenciam dederit, an uterque, an hereticus tantum eius sentencia teneatur*[598], *merito querendum uidetur? Potest autem dici, catholicum sentencia heretici minime teneri. Non enim potest oris*[599] *gladio ferire quem*[600] *accusare uel in quem testificari non ualet. Si enim quos diuina testimonia non secuntur*[601], *quia extra ecclesiam sunt, pondus humani testimonii perdiderunt aduersus*[602] *eos, qui in ecclesia esse uidentur, nec aduersus eosdem ecclesiasticae auctoritatis pondus habere poterunt qui ab eius fide discessisse probati sunt, atque ideo ab ecclesia sunt condempnati. In hereticum autem potestatem habere uidetur hereticus, sicut et diabolus potest in malis, tamquam in suo pecore.*

Unde Augustinus scribit Vincentio Donatistae et Rogatistae, [epist. XLVIII.][603]:

C. XXXVIII. *Pro*[604a] *facinore ab hereticis excommunicatus a catholicis non est recipiendus.*

Quisquis pro aliquo facinore uel flagicio proiectum a uobis ita suscipit, sicut suscipiuntur qui excepto errore, quo a nobis separamini, sine crimine apud uos uixerunt[605], displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis, et, si monstretis, nonnullos tolleramus, quos corrigere uel punire non possumus, neque propter paleam relinquimus aream Domini, neque propter pisces malos rumpimus retia Domini, neque propter hedos in fine segregandos[606] deserimus gregem Domini, neque propter uasa facta in contumeliam migramus de domo Domini.

C. XXXIX. *Quisquis propter*[607] *disciplinam ab hereticis excommunicatur, a catholicis non est recipiendus.*

Idem ad Eusebium, [epist. CLXIX.][608]

Subdiaconus quondam[609] Hispaniensis[610a] ecclesiae, uocabulo[611] Primus, cum ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohiberetur, atque ordinata et sana precepta contempneret, a clericatu remotus est. §. 1.[612b] Ego, si Domino placet, istum modum seruo, ut quisquis[613] apud eos propter disciplinam degradatus[614] ad catholicam[615] transire uoluerit, in humiliatione penitenciae recipiatur, quo et ipsi forsitan eum cogerent, si apud eos manere uoluisset.

Gratian. *Sed istud*[616c] *Augustini*[617] *intelligitur dictum non propter sentenciam, cuius potestas nulla est extra ecclesiam, sed in detestatione*[618d] *criminum, que in hereticis, sicut in catholicis, eque sunt punienda. Potest tamen illud Augustini*[619] *de potestate baptizandi intelligi, non ligandi, aut soluendi, uel cetera sacramenta ministrandi. Baptisma namque siue ab heretico, siue etiam*[620e] *a laico ministratum fuerit, dummodo in unitate catholicae fidei accipiatur, non carebit effectu. Alia uero sacramenta, ut sacri*[621] *corporis et sanguinis Domini, excommunicationis uel reconciliationis, si ab heretico uel catholico non sacerdote ministrentur, uel nullum, uel letalem habebunt effectum. Unde et ab hominibus*[622f] *fidelibus nullatenus sunt recipienda.*

Hinc Augustinus scribit in I. lib. de unico baptismo [contra Donatistas, c. 2.][623a]:

C. XL. *In extremo positus etiam ab heretico penitenciam accipere ualet.*

Si quem forte coegerit extrema necessitas et[624b] ubi catholicum, per quem accipiat, non inuenerit, et in animo pacem catholicam custodiens[625c], per aliquem extra unitatem catholicam positum acceperit quod in ipsa erat catholica unitate percepturus[626], si statim etiam de hac uita migrauerit, non eum nisi catholicum deputamus[627]. Si autem fuerit a corporali morte liberatus, cum se catholicae congregationi et[628d] presentia corporali reddiderit, unde numquam corde discesserat, non solum non[629] inprobamus quod fecit, sed etiam securissime uerissimeque laudamus, quoniam[630e] presentem Deum credidit[631] cordi suo, ubi[632] unitatem seruabat, et sine sancti baptismi[633] sacramento (quod, ubicumque inuenit, non hominum, sed Dei esse cognouit) noluit ex hac uita migrare. Si quis autem, cum possit[634f] in ipsa[635g] accipere,

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. b) deiectum c) communione et fuerunt, et d) neminem vel e) Intellexistisne f) superius g) olim ipsi h) quemquam, qui fuerant — c. 37. a) recipiantur b) penes vos c) aliquid d) quemquam — c. 38. a) Pro aliquo — c. 39. a) Spaniensis b) Et infra: §. 1. c) illud d) detestationem e) et.: *deest* f) omnibus — c. 40. a) unico: *deest* b) et: *deest* c) pace catholica custodita d) etiam e) quia f) posset g) ipsa catholica

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Intellexistisne: Hic incipiunt propria Nicolai verba.

Causa XXIV. Quest. I. can. 36. 572) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 573) *Codd. et Edd. coll. o.; —* comm. fuerunt et: *Ivo Pan.* 574) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* 575) *add.:* in fide: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 576) titubat: *D Ed. Bas.* 577) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.;* intellexistis: *Coll. tr. P.* 578) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 579) salt.: *deest: Edd. Bas. Lugd.* I. 580) fuerat . . . remotum: *Ivo Pan.* 581) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 582) *ib. orig. Coll. tr. P.* 583) iam: *deest: Coll. tr. P.* || can. 37. 584) *Codd. coll. o.* 585) *Coll. tr. P.* I, 62, 67. 586) sunt: *EGH Edd. coll. o. Turrecrem.* 587) liceat: *Coll. tr. P.* 588) *Codd. et Edd. coll. o.* 589) *ABCD;* aliquem: *EG* 590) *ABCD* 591) autem: *ABD* 592) *c.* 97. *C.* I. *qu.* 1. 593) igitur: *EGH* 594) catholicae: *EH; deest: G* 595) recipientur: *CEGH* 596) probatur: *EGH* 597) communione: *AB* 598) detineatur: *EGH* 599) or.: *deest: ABEGH* 600) in quem: *GH* 601) consequuntur: *GH* 602) advers. . . . nec: *deest: EGH* || can. 38. 603) *cf. ad c.* 1. *C.* XXIII. *qu.* 7. 604) *Codd. coll. o.* 605) uixerint: *ABD Edd. coll. o. pr. Bas.* 606) separandos: *EGH Edd. coll. o.* || can. 39. 607) per: *BEGH Turrecrem.* 608) *Ep.* 35. *no.* 2. *Ed. Maur. scr. ao.* 396.; — *Ivo Decr.* VI, 390 *sq. Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 25. 26. 609) quidam: *EGH* 610) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ed. Bas.* (Hispalensis) 611) nomine: *EGH* 612) *Codd. coll. o.; — ib. no.* 3. 613) si quis: *EGH* 614) *add.:* est et: *ib.* 615) *add.:* ecclesiam: *ABEGH Edd. coll. o.* 616) *Codd. coll. o. pr. G* 617) *supra c.* 38. 39. 618) *CD;* discretione: *AB* 619) *cf. c.* 97. *C.* I. *qu.* 1. 620) *Codd. coll. o.* 621) sacrificium: *EGH* 622) *ABCD* || can. 40. 623) *Codd. coll. o. no.* 3. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* I, 170.; *Coll. tr. P.* III, 1, 8. *Caes.* XII, 76.; *a Corr. et R. laudant.: Ans.* IX, 49. (51.); *Polyc.* VII, 2.; *sed in Codd. coll. ibi canonem non invenimus.* 624) *Codd. coll. o. pr. C* (ut) 625) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* catholica unitate constituta: *Ivo Coll. tr. P.* 626) accepturus: *orig.* 627) esse putamus: *Coll. tr. P.* 628) *ABCD* 629) non: *deest: Coll. tr. P.* 630) *Codd. coll. o.* 631) cred.: *deest: Ivo* 632) ibi unitate: *ib.* 633) baptismatis: *EGH* 634) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 635) *Codd. et Edd. coll. o.*

aliqua mentis peruersitate elegerit[636] in scismate baptizari, etiamsi[637] postea* uenerit ad catholicam ecclesiam[638], certum[639] est ibi[640] prodesse sacramentum, quod alibi accipi[641 b] potest, prodesse[642 i] non potest; peruersus[643] et iniquus est, et tanto perniciosius, quanto scientius.

C. XLI. *Annum[644 a] peniteat qui de manu heretici nesciens prohibitam conmunionem accepit*[645].

Item Iulianus Papa[646 b].

Si quis dederit aut[647] acceperit conmunionem de manu heretici, et nescit, quod catholica ecclesia contradicit, postea[648] intelligens, annum integrum[649] peniteat. Si autem[650] scit, et neglexerit, et postea penitenciam egerit, decem annos peniteat. Alii[651] iudicant septem, et[652] quidam[653] humanius, ut[654] quinque annos peniteat[655]. §. 1. Si quis permiserit hereticum missam suam[656] celebrare in ecclesia catholica, et nescit, quadraginta dies peniteat; si pro reuerentia eius, annum unum[657 c] peniteat; si pro dampnatione ecclesiae catholicae, et consuetudinis[658] Romanorum, proiciatur ab ecclesia, sicut hereticus, nisi habeat[659] penitenciam; si[660] habuerit, decem annos peniteat. Si[661] recesserit ab ecclesia catholica in congregatione[662 d] hereticorum, et alios[663 e] persuaserit, postea si[664 f] penitenciam egerit, duodecim annos[665] peniteat, tres[666] extra* ecclesiam et[667 g] septem inter audientes[668], et duos[669] adhuc extra conmunionem[670]. De his ita[671 h] in canone[672] dicitur, ut duodecimo** anno[673] conmunionem sine[674] oblatione percipiant[675].

C. XLII. *Pocius est mortem arripere*[676] *quam de manu heretici conmunionem accipere.*

Item Gregorius [Papa lib. III. Dialog., cap. 31.][677]

Cepit Erminegildus[678] rex iuuenis terrenum regnum despiciens[679 a], et[680] forti desiderio celeste querens, in ciliciis iacere[681 b] uinculatus et[682 c] omnipotenti Deo ad confortandum[683 d] se preces effundere, tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quanto et religatus agnouerat nil fuisse, quod potuit[684 e] auferri. Superueniente[685] autem festiuitatis pascalis die, intempestae noctis silentio ad eum perfidus pater Arrianum episcopum misit, ut de eius manu sacrilegae consecrationis conmunionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed uir Deo deditus Arriano episcopo uenienti exprobrauit ut debuit, eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit, quia etsi exterius iacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reuerso episcopo Arriano[686] pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic, ubi iacebat, occiderent[687 f].

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem post mortem nullus excommunicari ualeat uel absolui, ex uerbis euangelii monstratur, quibus dicitur*[1]: „*Quodcumque ligaueris super terram etc.*" *Super terram, inquit, non sub terra; ostendens, quod uiuentes pro uarietate suorum meritorum soluere possumus uel ligare; de mortuis autem senienciam ferre non possumus.*

Unde Leo Papa scribit Rustico, Narbonensi Episcopo, [epist. XC. cap. 7. al. epist. XCII. c. 6.][2 a]:

C. I. *Non possunt ab ecclesia solui*[3 b] *post mortem qui in hac uita ab ea noluerunt absolui.*

De conmunione priuatis, et ita defunctis[4]*. Horum[5] causa iudicio Dei reseruanda[6] est, in cuius manu fuit, ut talium obitus non[7] usque ad conmunionis remedium differetur. Nos autem quibus uiuentibus non conmunicamus[8 c] mortuis conmunicare non possumus.

C. II. *Ecclesia uiuentes potest ligare uel soluere, non mortuos.*

Item Gelasius, Fausto Magistro, fungenti legationis offitio Constantinopolim[9 a]*.

Legatur, ex quo est religio Christiana, uel certe detur exemplum in ecclesia Dei a quibuslibet Pontificibus aut[10 b] ab ipsis Apostolis, ab[11] ipso denique Saluatore ueniam, nisi se corrigentibus, fuisse concessam. Auditum[12] autem[13 c] sub isto celo non[14 d] legitur omnino, nec dicitur, quod eorum[15] uoce depromitur: date nobis ueniam, ut[16 e] tamen nos in errore duremus[17]. Id quoque pariter[18] ostendant qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quoue[19] documento, siue a maioribus nostris, siue ab Apostolis ipsis (quos potiores merito fuisse non dubium est) seu ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus creditur uiuos et mortuos, siue factum est umquam, uel[20] faciendum esse mandatur? Mortuos suscitasse Christum legimus; in errore mortuos absoluisse non legimus. Et qui hoc tantum[21 f] faciendi solus habuerit[22 g]

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. I. c. 40. h) accipi quidem i) prodesse autem — c. 41. a) Per annum b) Iulius c) integrum d) congregationem e) aliis f) et postea poen. g) et: *deest* h) ita: *deest* — c. 42. a) despicere b) iacens c) et: *deest* d) confirmandum e) potuerit f) acciderent. Quod et factum est — Quest. II. c. 1. a) scribens b) absolvi c) communicavimus — c. 2. a) Gelas. Papa in commonitorio ... apud Constantinopolim* b) aut: *deest* c) enim d) nec e) dum f) certe g) habuit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XL. * Postea: In originali legitur: *etiamsi postea venire ad catholicam cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramentum, quod alibi accipi quidem potest, prodesse autem non potest, perversus, etc.* Sed ob glossam non est emendatum.

C. XLI. * Tres extra: Apud Burchardum et Ivonem legitur: *quatuor extra ecclesiam, sex inter audientes, etc.*

** Duodecimo: Burchardus et Ivo habent: *decimo.*

Quest. II. C. I. * De communione privatis, et ita defunctis: Verba haec in codice canonum sunt titulus vigesimi decreti Leonis I., et ea Burch. [neque exstant in Coll. Ans. ded., neque ap. Regin.] non habet. Reliqua vero sunt ipsius Leonis verba.

C. II. * In commonitorio, ex quo sumtum est caput hoc, antea narratur, senatores Constantinopolitanos petiisse a Gelasio, ut sibi liceret communicare cum Achatio ab apostolica sede excommunicato, hancque sibi veniam concedi poposcisse. Quorum absurdam petitionem reiiciens Gelasius, haec, quae in hoc capite continentur, ipsi Fausto, quem Constantinopolim mittebat, in commonitorio suggessit.

Causa XXIV. Quest. I. can. 40. 636) eligit: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 637) si: *Coll. tr. P.* 638) eccl.: *deest: ib.* 639) certus; *CD;* quia certus: *Ivo Coll. tr. P.* 640) illi: *EGH* 641) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 642) *ib.* 643) proculdubio peru. ... perniciosior ... scientior: *Ivo* || can. 41. 644) *Codd. coll. o.* 645) acceperit: *CEGH* 646) *CD;* — Lucianus: *ABEGH Ed. Arg.;* — *legitur in libro poenitentiali, qui Hieronymo tribui solet.* — Eutycianus: *Burch.* XIX, 105. (*can. cont.*); *Ans.* XI, 135.; *Ivo Decr.* XV, 117. (*can. cont.*); *Coll. duodec. P.* I, 228. 647) uel: *Ivo* 648) et postea: *orig.;* post: *Ans.* 549) unum: *Ans.;* anno integro: *orig.* 650) hic: *orig.* 651) Alii ... perit.: *deest: Ans.* 652) et: *deest: AB* 653) quidem: *Ed. Bas.; deest: orig. Burch. Ivo* 654) ut: *deest: C orig. Burch. Ivo* 655) pen.: *deest: C orig.* 656) suam: *deest: Ivo* 657) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C Ed. Bas.* (*deest*); — *Ans.;* anno integro: *orig.* 658) consuetudine: *Ed. Bas. Burch.* 659) poenituerit: *orig.* 660) si ... pen.: *deest: ib.;* si hab. penitenciam: *EGH* 661) At si: *EGH* 662) *ABEGH* 663) *ABCD Burch.* 664) *ABCD Ans.;* qui: *orig.* (post ... eg.: *deest*) 665) annis: *orig.* 666) quatuor: *Burch. Ivo;* tres annos: *Ans.* 667) *ABCD orig. Ans.;* et sex: *Burch. Ivo* 668) auditores: *Ivo;* intra auditores: *Ans.* 669) hos duos: *Ans.* 670) *add.:* sine oblatione accipiat: (*reliqua desunt et alia exstant*): *Ans.* 671) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 672) synodo: *orig.;* canone: *Codd. orig.* 673) duodecim annos: *CD;* annis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; decimo: *orig. Burch. Ivo* 674) sive oblationem: *orig.;* sine oblatione: *Codd. orig.* 675) recipiant: *orig.* || can. 42. 676) accipere; *AB* 677) Greg. Papa: *EGH;* — *Polyc.* VII, 6, (5,) 30.; *Caes.* XIV, 14. — *cf. c.* 72. *C.* I. *qu.* 1. 678) Ermigildus: *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* — *Polyc.* 679) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 680) sed: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 681) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 682) *Codd. coll. o. pr. E.;* — *Ed. Bas. Polyc.;* et ideo: *E Edd. rell.* 683) *C orig. Corr. Turrecrem. Polyc.* 684) *Codd. coll. o. Polyc.;* poterat: *Edd. coll. o.* 685) supervenientis: *Polyc.* 686) Arianus: *orig. Polyc.* 687) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.;* — occiderunt: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.*

Causa XXIV. Quest. II. 1) *Matth. c.* 16. *v.* 19. || can. 1. 2) *ABCD;* — *Ep.* 167. *inqu.* 8. *Ed. Baller.* — *scr. ao.* 458. *aut* 459. — *Jaffé no.* 320. — *Ans. ded.* VII, 94.; *Reg.* I, 116.; *Burch.* XI, 52.; *Ivo Decr.* XIV, 60.; *Ivo Pan.* V, 118. 3) *Codd. coll. o. pr. AB* 4) *Haec est capitis rubrica ap. Dionysium* 5) Eorum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 6) servanda: *Ivo* 7) non: *deest: orig. Ans. ded. Reg. Burch.* 8) *Codd. coll. o.* || can. 2. 9) *Codd. coll. o. Turrecrem. Coll. tr. P.;* — *scr. ao.* 493. *ap. Thiel p.* 342. — *Jaffé no.* 381. — *Ans.* XI, 7.; *Coll. tr. P.* I, 46, 2. (*can. cont.*); *Caes.* XIV, 20. 10) *Codd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 11) aut ab: *EGH* 12) auditam: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* 13) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. orig. Ans. Coll. tr. P.* 14) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 15) ex eor.: *EGH Edd. coll. o.* 16) *ABCD Ed. Bas. orig. Ans. Coll. tr. P.* 17) maneamus: *Ans.* (*finis canonis*) 18) par. etiam: *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* parum est: (ost.: *deest*); *orig.;* par esse: *Coll. tr. P.;* — parit. ost.: *Codd. orig.* 19) quo: *AB* 20) sive ... mandantur: *B;* sive mandant: *A* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.;* certam hoc: *Coll. tr. P.* 22) *Codd. coll. o. pr. C*

potestatem, B. Petro apostolo principaliter mandauit[23h]: „Quodcumque[24i] ligaueris super terram etc.“[25k] Super terram, inquit. Nam[26l] alligatione[27m] defunctum nusquam[28] dixit esse[29n] absoluendum[30o].

C. III. *Non oportet ab elemosinis eorum abstinere post mortem, quibus in uita conmunicare non destitimus*[31].

Item Urbanus [II.] *Vilimundo Episcopo*[32a].

Sane quod super Richardo, filio Borelli[33], uestra fraternitas se egisse innotuit pro zelo Dei et animarum[34] karitate, laudamus. Sed non est[35b] adeo timendum, non adeo est[36] uobis ab eius elemosinis abstinendum. Inter ceteros quippe nostrae fidei patres B. Leo[37c] doctor egregius: „Quibus inquit, uiuis, non conmunicamus[38d] nec mortuis conmunicare debemus.“ Constat ergo[39], quoniam[40], quibus uiuis (ut ex opposito[41] loquamur), conmunicamus[42e] mortuis quoque conmunicare possimus[43f]. Nos plane inter duo obpugnantia positi, inter inpios et scismaticos uidelicet, scismaticis[44] ullo[45] modo conmunicare non possumus, aut[46] licet: peccatoribus[47] uero et predonibus dispensatiue propterea[48] conmunicamus, quia et[49] ecclesiam hactenus sustentauerunt, et se fideles[50] in posterum pollicentur. Alioquin oportet[51g] de huius[52] mundi partibus exire. Sub qua etiam sponsione nos eis[53h] nuper in B. Petri nataliciis absolutionem indulsimus. Quia ergo predictus uir neque excommunicatus nominatiue, neque conmunicans cum[54] excommunicatis ex[55] nomine exiit[56], sed in Domini sui fide atque seruicio[57i], licet nobis dispensatiue, id est quamdiu eos patimur, eorum[58k] elemosinis conmunicare, et defuncti animam Christianae religionis[59] modis[60] omnibus adiuuare[61].

[C. IV.][62a*]

Item Gelasius *uniuersis Episcopis, per Dardaniam siue per Illiricum constitutis*[63b].

Nec quisquam uobis omnino[64] persuadeat, Achatio preuaricationis suae crimen fuisse laxatum, quia qui[65] post, quam in collegium[66] recidens[67] prauitatis iure[68] meruit ab apostolica conmunione secludi, in hac eadem persistens dampnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes non[69c] quesiuit omnino, nec meruit, mortuus iam non potest inpetrare. Siquidem ipsis[70] apostolis Christi uoce delegatum est: „Que ligaueritis super terram et reliqua“[71d]. Ceterum[72e] de eo, qui in diuino iudicio est constitutus, nobis fas non est aliud decernere preter id, in quo eum dies supremus inuenit. Atque ideo, nisi eius nomine refutato, ceterisque consortibus huius erroris, cum nullo prorsus eorum participare[73] debetis mensae dominicae puritatem, quam maiores nostri semper ab heretica magnopere seruauerunt pollutione discretam.

C. V. *Incorrigibilis dampnationis sentencia relaxari non potest.*

Item Leo Papa [epist. XIII. ad Pulcheriam Augustam][74*].

Dampnationis sentenciam quicumque meretur excipere[75a], si[76] in suo sensu uoluerit permanere, nullus poterit relaxare.

II. Pars. Gratian. *His auctoritatibus probatur, quod uiuentes, non mortuos soluere possumus uel ligare. Verum hoc non de omni crimine intelligendum est. Sunt enim quedam*[77] *crimina, de quibus etiam post mortem accusari possunt*[78b] *quilibet uel dampnari, ueluti*[79c] *heresis.*

Unde in prima *actione* V. Sinodi *legitur*[80*]:

C. VI. *Heretici etiam*[81] *post mortem sunt excommunicandi.*

Sane[82**] profertur a quibusdam[83], qui dicunt oportere[84] post mortem hereticos anathematizari, et sequi doctrinam in hoc sanctorum Patrum, qui non solum uiuentes hereticos condempnauerunt, sed etiam[85a] mortuos[86b], sicut eos, qui iniuste condempnati[87] sunt, reuocauerunt post mortem, et in sacris dipticis[88***] scripserunt. Quod factum est[89c] in Iohanne, et in Flauiano religiosae[90] memoriae episcopis Constantinopolitanis. *Item in actione V.:* §. 1. Augustinus ait[91]: „Si[92] forte isti libri ita designant traditorem suum, sicut Dominus designauit Iudam, legant[93d] in eis nominatim et expresse uel Cecilianum, uel eius[94e] ordinatores eorumdem librorum fuisse traditores, et nisi[95f] eos anathematizauero, ipse cum[96] eis iudicer tradidisse.“ §. 2.[97g] Que modo recitata sunt Augustinus[98] sanctae memoriae consuluit[99], et[100h†] statuit teneri[101i] ab initio in ecclesia. Inpium enim[102k] dogma iam inculpatum[103††] est[104l] et condempnatum[105] et[106m] eos, qui tali dogmati obnoxii sunt, anathematizari uult[107] ecclesiae traditio, licet etiam[108] mortui essent. Ideo

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. II. c. 2. h) mandat i) Quae k) terram ligata erunt et in coelis, et quae solveris super terram erunt soluta et in coelis l) Nam in hac m) ligatione n) esse: *deest* o) absolvi — c. 3. a) Guitmundo b) est: *deest* c) Leo Papa d) *et* e) communicavimus f) possumus g) op. nos h) eius i) servitio permansit k) eius — c. 4. a) C. IV. De eodem b) Gelas. Papa c) nec d) etc. e) Ceterum iam — c. 5. a) accipere b) potest c) velut — c. 6. a) et b) post mortem, utpote in sua impietate mortuos c) est et d) legatur e) eius: *deest* f) si non g) Et infra in eadem actione §. 2. h) et conveniunt† i) tenenti k) vero l) est: *deest* m) est et

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Epistola, ex qua hoc caput acceptum est, exstat inter alia scripta Gelasii in vetusto codice Vaticano, in quo etiam multae aliorum Pontificum epistolae habentur.

C. V. * Verba Leonis de Eutyche agentis, sunt haec: *Qui, dum videret insipientiae suae sensum catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat, nec ita ecclesiae praesules commovere, ut damnationis sententiam mereretur, quam utique, si in sua sententia voluerit permanere, nullus poterit relaxare.*

C. VI. * Hoc caput sumtum est ex variis locis V. synodi, quemadmodum fere se habet in Coloniensi quatuor tomorum editione.

** Sane: In epistola imp. Iustiniani, quae refertur in prima consessione seu collatione ipsius V. synodi, hic locus sic habet: *Hortamur autem etiam illud disceptare, quod varie profertur ab his, qui dicunt non oportere, etc.* Sed sententia non valde diversa.

*** Diptychis: Sic emendatum est ex ipso concilio, quum antea legeretur: *dicticis*. Diptycha vero duae tabulae erant, quarum altera vivorum, altera mortuorum ea nomina continebat, quae in missa recitabantur, translato vocabulo ab ostreorum diptycho, cuius mentionem facit B. Ambrosius Hexam. l. 5. c. 8. De huiusmodi autem ecclesiasticis diptychis partim vivorum, partim mortuorum, partim utrorumque, mentio fit in epistola Innocentii I. ad Decentium cap. 2., et in epistola B. Augustini 137. clero et plebi ecclesiae Hipponensis, supra 2. quaest. 1. cap. *Nomen.* et 11. q. 3. cap. *Quid obest.*, et in epistola Gelasii ad Anastasium Augustum, et in epistola episcoporum Aegyptiacae dioecesis ad Anatolium, quae habetur post conc. Chalcedonense, et alibi saepe.

† Et conveniunt: Sic est emendatum ex ipsa synodo; antea legebatur: *et statuit teneri.*

†† Inculpatum: In glossa interlineari duorum vetustorum Gratiani codicum habetur: *id est valde culpatum.*

Causa XXIV. Quest. II. can. 2. 23) *Codd. coll. o.;* mandaverat: *Edd. coll. o. — cf. Matth. c.* 16. *v.* 19. 24) *Codd. et Edd. coll. o.* 25) *ABEGH* 26) *Codd. et Edd. coll. o.* 27) *ABCD* 28) nunquam: *H Edd. coll. pr. Bas.* 29) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 30) *ABC Edd. coll. o.;* solvendum: *DEGH* || can. 3. 31) desistimus: *ABD;* non: *deest: AB* 32) *ABCEGH;* Guilimundo: *D Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* (Guilmundo); — *Nor. Ven.* I. II. (Iulimundo;) *Ivo Pan.;* — *fragm. ep. scr.* 1088—93. — *Jaffé no.* 4088. — *Ivo Decr.* XIV, 68.; *Ivo Pan.* V, 123. 33) Burelli: *ABC;* Barelli: *D* 34) salute et carit.: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 35) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (adeo est: *deest*); — *Ivo Pan.* 36) est: *deest: Ivo Decr.* 37) *ABCD Ivo Decr. Pan. — cf. supra c.* 1. 38) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 39) igitur: *EGH* 40) quon.: *deest: ABCD* 41) exposito: *AB* 42) *Codd. coll. o.* 43) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 44) impiis quidem et scismaticis (inter . . . scismaticos: *deest*): *Ivo Decr.* 45) nullo (non: *deest*): *Ivo Decr. Pan.* 46) aut lic.: *deest: Ivo Decr.;* istis autem videlicet peccat.: *Ivo Pan.* 47) istis autem licet pecc. (vero: *deest*): *Ivo Pan.* 48) pro tempore: *Ivo Decr.* 49) et: *deest: Ivo Pan.* 50) fideliores: *Ivo Decr. Pan.* 51) *ABCD* 52) his: *ABC* 53) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 54) cum: *deest: Ivo Pan.* 55) neque excommunicatis: *EGH* 56) extitit: *C;* obiit: *Ivo Decr.* 57) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 58) *Codd. et Edd. coll. o.* 59) religioni: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 60) moribus (omn.: *deest*): *Ivo Decr.* 61) adunare: *Edd. Bas. Lugd.* I. || can. 4. 62) *ABCD* 63) *ABCD Ans. — scr. ao.* 494. *c.* 5. *ap. Thiel p.* 385. — *Jaffé no.* 393. — *Ans.* XII, 30.; *Polyc.* VII, 1, 8. 64) animo: *EGH* 65) qui: *deest: ABC* 66) collegio: *EG* 67) residens: *Ans.* 68) iureque: *orig. Ans. Polyc.* 69) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 70) ipsius: *AB* 71) *ACEH Polyc.; add.:* erunt, ligata et in coelo: *C;* et quae solueritis super terram: *orig. Ans. Polyc.; — Matth. c.* 16. *v.* 9. 72) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 73) participatione: *Polyc.* || can. 5. 74) *Ep.* 31. *c.* 3. *Ed. Baller. scr. ao.* 449. — *Jaffé no.* 204. 75) *ABCDH orig.* 76) quam utique si: *orig.* 77) qued.: *deest: AB* 78) *Codd. coll. o.* 79) *ib.* || can. 6. 80) *hab. ao.* 573. — *cf. Berard.* I, 280. *sqq. — Ivo Decr.* XIV, 62. *sq. Ivo Pan.* V, 115. *seqq.; Caes.* V, 91. 81) et.: *deest: AB* 82) vane: *orig.* 83) eis: *ib.* 84) non op.: *ib. Ivo Pan.* 85) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 86) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.; add.:* anathematizaverunt: *Ivo Decr.* 87) damnati: *Ivo Pan.* 88) dictis: *CEG;* dicticis: *B Edd. coll. o. pr. Arg.;* scripturis: *D Ed. Arg.* 89) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 90) religiosis (mem.): *deest: Ivo Pan.* 91) *c.* 3. *de unitate eccl.* 92) Et si: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 93) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Par. orig. Ivo Decr.;* legantur: *Turrecrem.* 94) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Decr. Pan.* 95) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 96) cum eis: *deest: orig.* 97) *Codd. coll. o.* 98) a Gelasio: *Ivo Decr.* 99) consul. et: *deest: ib. Ivo Pan.* 100) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* et convenienter: *Ivo Pan.* 101) *C Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Ivo Pan.;* consul. statui et teneri: *AB Edd. rell.;* statuit et teneri: *DEGH* 102) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.; deest: Decr.* 103) culpatum: *Ivo Pan.* 104) *ABD Ivo Pan.* 105) damnatum: *EGH* 106) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 107) voluit: *ABEGH Edd. coll. o.* 108) et.: *deest: Ivo Decr. Pan.*

sanctae[109] memoriae Augustinus dicit: „Si[110n] modo conuinceretur Cecilianus de his, que inferuntur ei, etiam post mortem eius[111o] illum[112p] anathematizo." *Item*[113q]: §. 3. Multi episcopi congregati[114], et quedam de diuersis causis[115] ad ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, de episcopis statuerunt[116] defunctis, qui suas facultates hereticis relinquunt[117r], ut etiam[118] post mortem anathemati subiciantur. Sunt autem[119s] et[120t] Augustini sanctae memoriae dicentes epistolae, quod si qui[121] in uita sua non recte sapuerunt, licet non condempnati fuissent adhuc uiuentes, tamen[122] demonstrato peccato etiam[123] isti post mortem anathemati subiciantur. *Item*[124u]: §. 4. „Si[125] uera sunt[126v] que[127w] Ceciliano obiecta sunt, et nobis aliquando possent[128] monstrari, ipsum[129x] mortuum anathematizaremus"[130]. *Item*[131y]: §. 5. „Dicis[132], licere michi etiam[133z] de mortuis iudicare, quia iudicium non tantum de uiuis, sed etiam de mortuis[134] solet[135aa] fieri." *Item*[136bb]: §. 6. Rabula[137cc] sanctae memoriae, episcopus factus Edissenae ciuitatis, qui in sacerdotibus resplenduit[138dd], Theodorum[139ee] Mosothenum[140ff] post[141gg] mortem[142] in ecclesia anathematizauit. *Item*[143hh]: §. 7. Romanorum etiam ecclesia ante paucos annos Dioscorum†††, qui fuit Papa eiusdem ecclesiae, post mortem etiam[144ii] anathematizauit[145], cum nec in fide[146] peccasset. Et hoc sciunt omnes[147], qui degunt hic[148kk] Romae[149], et maxime qui in dignitatibus existunt, qui etiam eidem Dioscoro[150] conmunicatores permanserunt usque ad eius[151] mortem. *Item*[152ll]: §. 8. Si ad tempora Theophili sanctae memoriae uel superius aliquis recurrerit[153], etiam Origenem post mortem inueniet[154] anathematizatum. Quod etiam[155mm] in isto[156] fecit et uestra sanctitas, et Vigilius[157] religiosissimus Papa antiquioris Romae. *Item*[158nn]: §. 9. Sancta sinodus dixit: Sufficiunt[159oo] que dicta[160] et prolata sunt ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet hereticos etiam[161pp] post mortem anathematizari. *Item in actione IV.*[162qq]: §. 10. Sancta sinodus dixit: Augustini sanctae[163] memoriae, qui inter Affricanos episcopos splenduit, diuersae epistolae sunt recitatae, significantes, quod hereticos oportet etiam[164rr] post mortem anathematizari. Talem autem ecclesiasticam traditionem et alii Affricani reuerentissimi episcopi seruauerunt; sed et Romana sancta ecclesia quosdam episcopos etiam[165ss] post mortem anathematizauit, licet pro fide in uita sua non essent accusati, et utrumque apud nos gesta habita significant.

QUESTIO III.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem pro peccato alicuius tota familia excommunicanda sit, multorum exemplis probatur. Pro peccato namque Sodomitarum*[1] *paruuli eorum, qui beneficio etatis paterna flagicia nesciebant, celesti igne sunt consumpti.* §. 1. *Item*[2] *pro peccato Amalecitarum non solum paruuli eorum, sed etiam bruta animalia usque ad mingentem*[3] *ad parietem iussa sunt deleri a Domino.* §. 2. *Item*[4] *Dathan et Abiron auctores scismatis fuerunt contra Moysen et Aaron nec*[5] *tantum ipsi soli, sed omnis substantia eorum cum ipsis descendit ad inferos.* §. 3. *In nouo etiam testamento nonnumquam peccatis exigentibus grauis pestilentia deseuisse legitur, que etiam illos inuoluit, qui peccati conscientiam non habebant. Si ergo tam seuerissime pro peccatis parentum inueniuntur paruuli puniti, nulli*[6a] *dubium est, quin pro peccatis eorundem sentencia excommunicationis pariter feriri ualeant*[7]. §. 4. *His ita respondetur: Pro peccatis parentum paruulos corporaliter flagellari ex uerbis euangelii apparet, ubi discipuli*[8] *de ceco nato*[9b] *interrogasse dicuntur*[10]: *„Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cecus nasceretur?" In quibus etiam illud conpletur, quod Dominus ait ad Moysen*[11]: *„Ego sum Deus zelotes, uisitans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem." Spiritualiter autem peccatis parentum paruuli non tenentur, ex quo per sacramentum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati. Unde per Ezechielem Dominus ait*[12]: *„Anima, que peccauerit, ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portat*[13c] *iniquitatem filii; iustitia iusti super eum erit*[14], *et inpietas inpii erit super eum." Quecumque etiam peccata parentes conmiserunt, ex quo filius personaliter ab eis separatus fuerit, ei non inputantur ad penam. Unde peccato Adae ideo omnes posteri teneri dicuntur, quia nondum aliquis ex illo materialiter fuerat proseminatus. Quia uero apud Deum non sentencia sacerdotum, sed uita reorum queritur, patet, quod non est notandus sentencia quem peccati macula non inficit. Hinc etiam*[15d] *Paulus scribens Chorinthiis ait*[16]: *„Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, cum eiusmodi*[17e] *nec cibum sumere debetis." Ex quibus uerbis datur intelligi, quod nisi primum fuerit aliquis nominatus* de crimine, id est uel coram iudice accusatus et conuictus, uel in iure ipse de se fuerit confessus, quod nec sentencia est feriendus, nec ab eius conmunione est*[18f] *abstinendum. Non ergo pro alicuius peccato tota familia excommunicanda est.*

Unde Augustinus scribit ad Auxilium Episcopum, [epist. LXXV.][19]:

C. I. *Pro peccato*[20a] *patris non est filius anathematizandus.*

Si habes de hac re sentenciam certis rationibus uel scripturarum testimoniis exploratam[21], nos[22b] docere digneris, quomodo recte anathematizetur[23] pro patris peccato filius, aut pro mariti[24] uxor, aut pro domini[25] seruus, aut quisquam

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. II. c. 6. n) Quod si o) eius: *deest* p) eum q) Item supra in eadem actione r) reliquerunt s) vero t) etiam et u) Item infra: v) essent w) quae ab eis x) ipsum iam y) Item infra z) etiam hodie aa) potest bb) Et infra cc) Rambulas dd) explenduit ee) Theod. istam ff) Mopsuestenum gg) etiam post hh) item infra ii) et.: *deest* kk) hic: *deest* ll) Item infra mm) etiam nunc nn) Item infra oo) Sufficiunt quidem pp) et qq) in eadem collatione VIII. rr) *et* ss) et — Quest. III. a) non b) nato Christum c) neque pater iniq. d) et.: *deest* e) est: *deest* — c. 1. a) peccatis b) nos quoque

NOTATIONES CORRECTORUM.

††† Dioscorum: In antiquis Pontificalibus in vita Bonifacii secundi haec leguntur: *Hic* (scilicet Bonifacius) *cum Dioscoro ordinatus est sub contentione; Dioscorus in basilica Constantiniana, Bonifacius vero in basilica Iulii. Fuit itaque dissensio in clero, et populo, et senatu dies viginti octo, donec defunctus est Dioscorus V. Idus Octobris. Ipsis diebus Bonifacius zelo ductus cum grandi amaritudine coacta synodo sub vinculo anathematis chirographo damnavit Dioscorum, et reconciliavit clerum, quem chirographum in ecclesiae archivo reclusit.*

Quest. III. * Nominatus: Haec explanatio loci B. Pauli ad Corinthios et hic, ut supra 11. q. 3. *Ad mensam.* §. *Evidenter*, videtur accepta ex verbis B. Augustini in libro 50. homiliarum, hom. ultima, cap. 12. supra 2. quaest. 1. c. *Multi.*

Causa XXIV. Quest. II. can. 6. 109) et sanct.: *ib.* 110) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (illius) 112) *ib. Ivo Decr. Pan.* 113) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 114) *add.:* sunt: *CD Edd. coll. o. Ivo Pan.; — cf. c. Afric. c. 84. ap. Dionys.* 115) caus.: *deest: Ivo Decr.* 116) ipsis: *Ivo Pan.* 117) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Corr. Ivo Decr. Pan.* 118) et: *Ivo Decr.;* ita ut et: *Ivo Pan.* 119) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 120) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 121) qui: *deest: Ivo Pan.* 122) ut: *Ivo Decr.* 123) et: *Ivo Pan.* 124) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 125) Et si: *Ivo Decr. Pan.; — August. ad Bonif. ep.* 185. 126) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 127) *ib.* 127) possunt: *EGH Edd. coll. o.* 129) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 130) anathematizemus: *EGH Ed. Arg.* 131) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 132) *l. 3. contra Cresconium c.* 39. 133) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 134) de: *deest: Edd. coll. o. pr. Ven.* II. *Par. Lugdd.* 135) *Codd. et Edd. coll. o.* 136) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 137) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (Rabulas) *Edd. Bas. Par. Lugdd.* (Rabanus); Rabulas: *Ivo Decr.;* Rambula: *Ivo Pan.* 138) *ABD Edd. coll. o. pr. Bas. — Corr.; orig. Ivo Pan.;* resplenduisse dicitur: *C Ed. Bas.* 139) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 140) *ABEGH Ed. Nor. Ivo Pan.;* Mesopotemum: *C;* Mesothenum: *D;* Mosophenum: *Edd. Bas. Par. Lugdd.;* Mosothemum: *Edd. Arg. Ven.* I. II. 141) *Codd. et Edd. coll. o.* 142) *add.:* eius: *Edd. coll. o.* 143) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 144) *ABCDGH Ivo Pan.* 145) excommunicavit: *Ivo Pan.* 146) fidem: *orig. Ivo Decr.* 147) *add.:* homines: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 148) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 149) Romani: *Ivo Decr. Pan.* 150) eiusdem Dioscori: *Ivo Pan.* 151) eius: *deest: EGH* 152) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 153) recurrit: *Ivo Pan.* 154) invenit: *Edd. Arg. Bas. Lugd.* I. 155) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* 156) ipso: *orig.* 157) Iulius: *Edd. Ven.* I. II. 158) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 159) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 160) dicta sunt et prolatam eccl.: *EGH* 161) *Codd. coll. o. pr. C.* 162) *ACDH Edd. coll. o. Ivo;* item: *BEGH* 163) religiosae: *Ivo Decr. Pan.* 164) *ABCD* 165) *Codd. coll. o. pr. C* (deest); — *Ivo Pan.*

Causa XXIV. Quest. III. 1) I. *Reg. c.* 15. 2) *Num. c.* 16. 3) mingentes: *CD;* in pariet.: *ABEGH* 4) *Ioann. c.* 9. *v.* 2. 5) non tamen: *EGH;* nec tamen: *AB* 6) *Codd. coll. o.* 7) ualeat: *ABD* 8) apostoli: *EGH* 9) *Codd. coll. o.* 10) *Ioan. c.* 9. *v.* 2. 11) *Exod. c.* 20. *v.* 5. 12) *Ezech. c.* 18. *v.* 20. 13) *Codd. coll. o. pr. G* 14) etc. (et . . . cum: *deest*): *EGH* 15) *Codd. coll. o.* 16) I. *Cor. c.* 5. *v.* 11. 17) *ABCD* 18) *ABCD* ‖ can. 1. 19) Auxentium: *EGH; — Ep.* 250. *no.* 1. *Ed. Maur. scr. incerto tempore. — Ans.* XII, 67. (*can.:* vir spectabilis; *cont.*)*; Ivo Decr.* XIV, 44.; *Ivo Pan.* V, 126.; *Coll. tr. P.* III, 27. (28,) 16. 20) *Codd. coll. o. pr. A* 21) exploratum: *Ans.* 22) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 23) anathematizatur: *BC* 24) *add.:* peccato: *Edd. coll. o. Ivo Pan.;* marito . . . domino: *Ans.* 25) Domino: *Edd. coll. o. pr. Bas. Ven.* I. *Nor.*

Transferunt principes Iuda[389] terminos, quos posuerunt patres eorum, quando inmutant mendacio ueritatem, et aliud predicant quam ab Apostolis acceperunt. *Idem*[390 a]. §. 1. De hereticis manifestus est sensus, quod sophismatibus suis et arte dialectica sepe opprimant[391] ecclesiasticos. *Idem*[392 b]: §. 2. Veteres scrutans historias inuenire non possum scidisse ecclesiam, et de domo Domini populos seduxisse, preter eos, qui sacerdotes a Deo positi fuerant et prophetae, id est speculatores. Isti ergo uertuntur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponentes scandalum.

C. XXXIV. *Abiciantur qui aduersariorum conueniunt*[393] *prauitati.*

Item Leo Papa [epistola LXXIV. ad Anatolium][394].

Illud sane plurimum michi displicere significo, quod inter* ditionis[395 a] tuae clericos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum conueniant[396] prauitati, et uesaniae[397 b]** uasis misericordiae uasa[398 c] misceantur. Quibus inuestigandis et seueritate congrua cohercendis debet diligentia tua uigilanter insistere ita, ut his, quibus prodesse correctio[399 d] non potuerit[400], non parcat abscisio. Oportet enim nos[401] euangelici meminisse mandati, quod[402 e] ab ipsa ueritate precipitur, ut, si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus, a conpage corporis auferatur, quia melius sit his in seculo[403 f] carere membris, quam cum ipsis in eterna supplicia ire. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, uulneramur. Abicienda prorsus pestifera hec a sacerdotali uigore patiencia est, que sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit.

C. XXXV. *Et sodalitates et conuiuia hereticorum clerici uitare debent.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV. [c. 70. 71. 72.][404]

Clericus hereticorum aut[405 a] scismaticorum tam conuiuia quam sodalitates euitet[406] equaliter[407]. Eorum[408] conuenticula non ecclesia[409], sed conciliabula sunt[410] appellanda. Cum eis[411] neque orandum est[412], neque psallendum.

C. XXXVI. *Canonum obseruatores cum hereticis nullum debent inire certamen.*

Item Gelasius Papa [in epistola ad Episcopos Dardaniae][413].

Cum quibus erat sinodus ineunda? Catholici pontifices fuerant undique iam depulsi, soli[414 a] remanserant socii perfidorum, cum quibus nec iam licebat habere conuentum[415], dicente Psal.[416]: „Non sedi cum[417 b] concilio[418] uanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo.“ Nec ecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent conmunionem permixtamque cum perfidis, miscere[419] concilium[420]. Recte igitur per Calcedonensis sinodi formam huiusmodi preuaricatio repulsa est potius quam ad* concilium uocata[421], quod[422] nec opus erat post primam sinodum, nec cum talibus habere[423] licebat. *Idem* [in commonitorio ad Faustum][424]: §. 1. Canonum** magistris atque custodibus nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus conmunionis alienae.

C. XXXVII. *Non contradicit, sed pocius euangelio obedit qui malos excommunicat.*

Item ex epistola Urbani Papae[425].

Notandum est, quod quidam dicunt contra euangelicam parabolam nos facere, ubi de zizaniis non eradicandis Dominus precepit[426], cum excommunicatione aliquos dignos excommunicationi subicimus, et aiunt etiam S. Augustinum hoc contradicere eo[427 a] in loco, ubi ait: „Quia non est precidenda[428] unitas, ferendi sunt mali, non abiciendi.“ Quibus hoc[429] primum respondendum est: Si heretici et mali homines non sunt excommunicandi, quare ipse[430] pater sanctus[431 b] Augustinus cum legatis S. Romanae ecclesiae, et cum sanctis episcopis suis Pelagium et Celestinum[432 c], nouam heresim in sanctam Dei ecclesiam introducentes, excommunicauit, et ab ecclesia Dei separauit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista et multa his similia loquitur, tam ipse quam omnis ecclesia Dei excommunicatos habuit, et, nisi prius penituissent, et per manus inpositionem reconciliati essent, eis nequaquam conmunicabat[433]? Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice hic enarrat[434 d], aperte alibi excommunicationem fieri iubet, dicens[435]: „Frater, qui corripitur ab ecclesia, et non obedit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.“ Unde apparet liquido, aliud esse excommunicationem, et[436 e] aliud eradicationem. Qui excommunicatur enim (ut Apostolus[437] ait) ad hoc excommunicatur, ut spiritus eius saluus fiat in die Domini. Disciplina enim est excommunicatio, et non eradicatio,

[Gratian.] nisi[438 f] forte ex[439] contemptu et superbia excommunicati proueniat.

Unde Augustinus in lib. Numeri,* [hom. XV. ad c. 23.][440 a]:

C. XXXVIII. *Diuina maledictio meritum maledicti designat.*

Deus, quibus[441 b] maledicit, meritum designat eius, cui

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. III. c. 32. a) amplius damn. est b) ille: *deest* — c. 33. a) Idem infra eodem capite b) Idem ad cap. 9. — c. 34. a) dilectionis b) vasa irae** c) vasa: *deest* d) correptio e) quo f) ecclesia — c. 35. a) et — c. 36. a) solique b) in — c. 37. a) illo b) pater sanct.: *deest* c) Coelestium d) narrat e) et: *deest* f) nisi ... proveniat: *dictum sunt Gratiani* — c. 38. a) Origenes in librum Numerorum b) quando

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIV. * Quod inter: Sic est emendatum ex ipsa epistola, quum et in vulgatis [Ed. Nor. Ven. I. II. Par. Lugdd.], et in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus esset: *quod iurisdictionis tuae clerici.* In duobus tamen quemadmodum et apud Ivonem est: *inter ditionis tuae clericos.*

** Vasa irae. Sic est emendatum ex originali. Alludit enim ad locum B. Pauli Roman. 9. Apud Gratianum erat, itemque apud Ivonem: *vesaniae vasis misericordiae vasa misceantur.*

C. XXXVI. * Quam ad: In originali [nec tamen in ed. cit.] legitur: *quam per concilium, quod nec opus, etc.*

** Canonum: Gelasius in commonitorio ad Faustum, obiurgans Graecos illos, qui, quum maxime canones violarent, eorum tamen se observatores simulabant, in haec prorumpit verba: *O canonum magistros atque custodes. Nobis nullum, etc.*

C. XXXVIII. * Origenes: Sic est restitutum, quum antea esset: *Augustinus.* Et magnam huius capitis partem glossa ordinaria ad eundem locum ex ipso Origene refert, indeque nonnulla sunt emendata.

Causa XXIV. Quest. III. can. 32. 384) *Caput incertum* 385) *ABCD* 386) *Codd. coll. o. pr. H* (quia . . . errat: *deest*); — *Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. *Turrecrem.* || can. 33. 387) immutat . . . probatur: *EGH* 388) *vers.* 10. 389) Iudae: *CD; deest: Edd. Lugdd.* II. III.; inde: *Edd. rell. pr. Nor.* 390) *Codd. coll. o.; ib. v.* 11. 391) opprimunt: *Edd. Par. Lugdd.* 392) *Codd. coll. o.; — ib. c.* 3. *v.* 9. || can. 34. 393) communicent: *EH;* communicant: *G* 394) *Ep.* 155. *c.* 2. *Ed. Baller. scr. ao.* 457. — *Jaffé no.* 308.; — *Ivo Decr.* VI, 339. (*can.:* diligentiam) 395) *CD Edd. Arg. Bas. Corr. Ivo;* dictionis: *AB* 396) conniveant: *orig.* 397) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 398) *ABCD Edd. coll. o. Ivo* 399) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C.; — orig. Ivo* 400) poterit: *ACD Edd. coll. o.* 401) vos: *C Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.; — cf. Matth. c.* 18. *v.* 8. 402) *ABCD Edd. coll. o. orig.* 403) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 35. 404) *c.* 80—82. *Statutt. eccl. antiq.* (— *cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.) — *ap. Bruns* I, 148.; *Ans. ded.* V, 99.; *Coll. tr. P.* II, 18, 49—51. 405) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* vel: *Hisp.* 406) vitet: *Hisp. Ans. ded.* 407) *finis canonis: Ans. ded.* 408) haereticorum: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 409) ecclesias: *Hisp.;* ecclesiam: *Coll. tr. P.* 410) sunt: *deest: Hisp. Coll. tr. P.;* appellantur: *orig.* 411) haereticis: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 412) est: *deest: orig. Hisp.* || can. 36. 413) *scr. ao.* 495. *ap. Thiel p.* 405. — *Jaffé no.* 395.; — *Ans.* XII, 68. (*can.:* valde mirati sumus: *cont.*) 414) *ACD Edd. coll. o.;* olim: *B* 415) conu. quia moris ecclesiastici omnino non esset, cum his qui pollutam communionem tenerent . . . . ullum (ull.: *deest: Ans.*) concil. propheta quoque dicente: *orig. Ans.* 416) *Psalm.* 25. *v.* 4. 417) *Codd. et Edd. coll. o. Codd. orig. Ans.* 418) consilio: *D Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* 419) misceri: *Edd. Ven.* I. II. *Nor. Par. Lugd.* I. 420) consilium: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Corr.* 421) adducta est: *orig. Ans.* 422) quo: *Ans.* 423) haberi: *ib.* 424) *scr. ao.* 493. *ap. Thiel p.* 346. — *Jaffé no.* 381. || can. 37. 425) in ep.: *AB; — caput incertum.* 326) *Matth. c.* 13. *v.* 29. 427) *Codd. coll. o.* 428) prescidenda: *A;* predicenda: *B;* precipitanda: *C;* recidenda: *D* 429) hic: *Edd. coll. o.* 430) et ipse: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 431) *BCEGH;* pater (sanct.: *deest*): *AD* 432) *ABCDG Edd. coll. o.* 433) communicabant: *AC* 434) *ABCD Edd. coll. o.* 435) *Matth. c.* 18. *v.* 17. 436) *ABCDEH Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 437) I. *Cor. c.* 5. *v.* 5. 438) *in Codd. et Edd. coll. o. haec ad ipsum canonem pertinent* 439) ex: *deest: CD* || can. 38. 440) *Codd. coll o.; — imo Origenes.* 441) *BD Edd. Nor. Ven.* I. II.; enim quibus: *orig.;* qui: *AEG*

maledicitur, et sentenciam[442] promit, utpote quem non fallit[443] neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo[444c], hoc quia non potest scire (neque enim propositum mentemque[445] alterius alius uidere aut cognoscere potest), idcirco etiam si iudicantis uel sentenciam promentis intuitu proferat maledictum, non potest esse[446d] maledicendi causa, ubi ignoratur peccantis affectus, maxime cum humanum uicium[447] tunc sciat maledicta proferre, cum forte conuiciis aut iniuriis prouocatur. Quod uicium resecare uolens Apostolus, ne maledictis maledicta et conuiciis conuicia prouocemus, mandatum necessarium ponit, ut[448] benedicamus[449e], quo conuiciandi uicium resecetur, non[450] quo iudicandi ueritas, que homines latet, et pronunciandi auctoritas perimatur.

Gratian. *Sectae uero hereticorum quot sint, et unde nomina acceperint, Ysidorus VIII. lib. Ethimologiarum c. 5. determinat, dicens*[451]:

C. XXXIX. *Quot sint sectae hereticorum.*

Quidam autem[452] heretici, qui[453] de ecclesia recesserunt, ex[454] nomine auctorum suorum nuncupantur; quidam uero ex causis, quas eligentes instituerunt. §. 1. Symoniani[455] a Symone dicti, magicae disciplinae[456a] perito, cui Petrus in Actibus Apostolorum[457] maledixit pro eo, quod ab Apostolis Spiritus sancti gratiam pecunia[458] emere uoluisset. Hii dicunt, creaturam non a Deo esse[459b], sed a uirtute creatam quadam superna. §. 2. Menandriani[460c] a Menandro mago, discipulo Symonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab angelis factum[461] asseruit. §. 3. Basilidiani a Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passum Iesum abnegauit. §. 4. Nykolaitae a Nykolao dicti diacono ecclesiae Iherosolimorum, qui cum Stephano et ceteris constitutus est a Petro; qui, propter pulchritudinem uxorem relinquens, dixit[462d] ut[463] qui uellet ea uteretur; uersa est in stuprum talis consuetudo, ut inuicem coniugia conmutarentur. Quos[464] Iohannes in Apokalipsi inprobat[465] dicens: „Sed hoc habes, quod[466] odisti facta Nykolaitarum.“[467] §. 5. Gnostici propter excellentiam scientiae se ita appellare uoluerunt. Animam naturam esse Dei dicunt; bonum et malum Deum suis dogmatibus fingunt. §. 6. Carpocratiani[468] a Carpocrate quodam uocantur, qui dixit, Christum hominem fuisse tantum, et de utroque sexu progenitum. §. 7. Cherinthiani a quodam Cherintho nuncupati. Hii inter cetera circumcisionem obseruant, mille annos post resurrectionem in uoluptate carnis futuros predicant. Unde et grece Ciliastae[469e], latine Miliasti[470f] sunt appellati. §. 8. Nazarei dicti, qui[471] dum Christum (qui a uico Nazareus est appellatus) filium Dei confiteantur[472], omnia tamen ueteris legis custodiunt. §. 9. Ofitae a colubro nominati sunt. Coluber enim grece ofi[473g] dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes, ipsum in paradyso[474h] induxisse[475] uirtutis cognicionem. §. 10. Valentiniani a quodam Valentino[476] Platonico[477] sectatore uocati, qui eonas[478i], id est secula[479] quedam, in originem Dei creatoris induxit[480], Christum quoque de Virgine nichil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit. §. 11. Apellitae, quorum auctor Apelles princeps[481k] fuit, qui, creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis[482] Israelis[483l] illum[484] igneum affirmans qui[485m] dixit, Christum[486n] non Deum in ueritate, sed hominem in fantasia apparuisse. §. 12. Archontiaci a principibus appellantur, quia[487o] uniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse archangelorum[488] defendunt. §. 13. Adamiani uocati[489], quia[490p] Adae imitentur[491] nuditatem. Unde et nudi orant, et nudi inter se mares feminaeque[492] conueniunt. §. 14. Caiani[493q*] proinde[494r] sunt[495] appellati, quoniam Cain adorant. §. 15. Sethiani[496s] nomen acceperunt a filio Adae[497], qui uocatus est Seth, dicentes, eundem[498] esse Christum. §. 16. Melchisedechiani uocati pro eo, quod[499] Melchisedech, sacerdotem Dei[500], non hominem fuisse, sed uirtutem Dei esse[501] arbitrantur. §. 17. Angelici uocati, quia angelos colunt. §. 18. Apostolici hoc ideo[502] sibi nomen sumpserunt[503], quod nichil possidentes proprium nequaquam recipiant[504] eos[505], qui aliquo[506] in hoc mundo utuntur. §. 19. Cerdoniani a Cerdone quodam[507] nominati[508], qui duo contraria principia asseruit[509]. §. 20. Marcionistae[510] a Marcione, Stoico philosopho, appellati, qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tamquam duo principia creationis[511] et bonitatis. §. 21. Artotyritae[512] ab oblatione uocati, panem enim et caseum offerunt, dicentes, a[513] primis hominibus oblationem[514] a fructibus terrae et a fructibus ouium fuisse celebratam. §. 22. Aquarii appellati[515] eo, quod aquam solam offerunt in calice sacramenti. §. 23. Seueriani a Seuero exorti, uinum non bibunt; uetus testamentum et resurrectionem non recipiunt. §. 24. Taciani a Taciano[516t] uocati, qui et[517] Enchratitae[518] dicti, quia carnes[519] abhominantur. §. 25. Alogii[520] uocantur tamquam sine uerbo, logos[521u] enim grece uerbum dicitur. Deum enim uerbum non credunt, respuentes Iohannis Euangelium[522] et Apokalipsim. §. 26. Catafrigiis[523v] nomen prouincia Frigia[524] dedit, quia ibi extiterunt[525] auctores eorum Montanus, Prisca et Maximilla[526w]. Hii[527] aduentum Spiritus sancti non in Apostolis[528x], sed in se traditum asserunt. §. 27. Cathareae[529y] propter mundiciam ita se nominauerunt: gloriantes enim de suis meritis negant penitentibus ueniam peccatorum; uiduas, si nupserint, tamquam adulteras dampnant; mundiores se ceteris[530] predicant. Qui nomen suum si cognoscere uellent, mundanos pocius se[531] quam mundos uocarent. §. 28. Pauliani[532] a Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit, non semper fuisse Christum, sed a[533] Maria sumpsisse inicium. §. 29. Ermogeniani ab Ermogene quodam uocati, qui materiam[534] non natam[535**] introducens,

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. III. c. 38. c) Homo autem quia haec d) esse iusta e) bened. et non maledicamus — c. 39. a) artis b) esse: *deest* c) Menandrini d) dixerat e) *χιλιάσται* f) Millenarii g) *ὄφις* h) paradisum i) *αἰῶνας* k) princ.: *deest* l) Israël m) qui: *deest* n) et Christum o) qui p) quod q) Cainani* r) inde s) Sethani t) Tatiano quodam u) *λόγος* v) Cataphrygis w) Max. fuerunt x) Apostolos y) Cathari

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIX. * Cainani: Apud B. Augustinum in libro de haeresibus (ex quo magnam partem huius capitis accepit Isidorus) et in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur: *Cayani*. In uno autem eiusdem Gratiani: *Cayni*. De quibus quidem haereticis Tertullianus in libro de praescriptione adversus haereticos haec scribit: *Sunt et nunc alii Nicolaitae: Caiana haeresis dicitur.* Et paulo inferius: *Nec non etiam arripit alia quoque haeresis, quae dicitur Cainaeorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quae operata sit in ipso.*

** Non natam: Locus hic emendatus est ex plerisque vetustis et Isidoro. Antea enim legebatur: *Non naturam introducens, Deo, non naturae eam comparavit.*

Causa XXIV. Quest. III. can. 38. 442) *add.:* veram: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 443) fallat: *orig.* 444) *Codd. et Edd. coll. o.* 445) neque mentem: *AB* 446) *Codd. et Edd. coll. o.* 447) iudicium: *A Edd. coll. o. Böhm.* 448) *Rom. c.* 12. *v.* 14. 449) *Codd. et Edd. coll. o.* 450) et non: *orig.* || can. 39. 451) *Ans.* XIII. *ult.: citant Corr. Pan. Ivonis* V, 3. 4. 5.; *neque tamen in nostra neque in Brandtiana editione exstat.* 452) etiam: *orig. Ans.* 453) qui: *deest: orig.* 454) et ex: *ib.* 455) Simoniaci: *ACEGH Ans.;* dicti: *deest: Ans.* 456) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans.* 457) *cf. c,* 8. 458) pec.: *deest: Ans.* 459) *Codd. coll. o.* 460) *Codd. coll. o. Corr. orig. Ans.* 461) fact. esse: *orig.* 462) *Codd. et Edd. coll. o.; deest: orig. Ans.* 463) et ut: *Ans.* 464) Quod: *EGH* 465) *c.* 2. *v.* 6. 466) quia: *orig.* 467) *add.:* quae et ego odi: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 468) Carpogratiani .. Carpograte: *EGH* 469) *Codd. coll. o.* 470) *ABH Ans.:* Miciliastae: *G Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; miciliastes: *E;* Militiasti: *C* 471) quia: *ABCD* 472) confitentur: *A;* licet conf.: *D Edd. coll. o.* 473) *Codd. coll. o.* 474) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 475) introduxisse: *Ans.* 476) Valentiniano: *GH* 477) Platonicae: *orig.* 478) *Codd. coll. o.* 479) cetera: *D Edd. coll. o. pr. Lugd.* I.; scholas quasdam: *Ans.* 480) ind.: *deest: Ans.* 481) *Codd. et Edd. coll. o.;* quor. princeps: *orig.* 482) *add.:* et: *orig.* 483) *Codd. coll. o. orig.; deest: Ans.* 484) eum: *C; deest: A* 485) *Codd. et Edd. coll. o.;* div. . . . appar.: *deest: Ans.* 486) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 487) *Codd. et Edd. coll. o.* 488) angelor.: *Ans.* 489) vocantur: *Edd. coll. o.* 490) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 491) imitantur: *AGH* 492) et feminae: *ib.* 493) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Ans.* 494) *Codd. coll. o. Corr. orig. Ans.* 495) sunt: *deest: A;* sic: *orig. Ans.* 496) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg. Ven.* I. II. (Sechiani.); — *orig. Ans.* 497) Adam: *orig. Ans.* 498) eum: *Edd. coll. o.* 499) quo: *Ans.* 500) Domini: *EGH Edd. coll. o.* 501) esse: *deest: AB* 502) ideo: *deest: EGH* 503) assums.: *AEGH;* praesums.: *orig. Ans.* 504) recipiunt: *Ans.* 505) illos: *EGH Edd. coll. o.* 506) aliquod: *CD;* aliquid: *orig.* 507) quod.: *deest: Edd. coll. o., neque tamen, ut R. censuit, a Corr. est insertum.* 508) vocati: *C;* nuncupati: *Edd. coll. o.* 509) asserunt: *C Ans.* 510) Marcianistae: *EGH* 511) creatoris: *ACD Turrecrem. Ans.* 512) *nomen in Codd. et Edd. valde corruptum est; in plerisque:* (*DEGH Edd. Arg. Nor. Ven.* II. II. *Par.*) *legitur:* Aretateritae 513) a: *deest: orig.* 514) oblatum: *AB;* . . . celebratum: *A* 515) vocati: *AB* 516) *Codd. et Edd. coll. o.* 517) et: *deest: Edd. coll. o., neque tamen, ut R. censuit, a Corr. est insertum.* 518) Encraticae: *BD;* Eucharisticae: *EGH;* Encratici: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 519) carnem: *EGH* 520) Elogii: *CDEGH* 521) *Codd. coll. o.* 522) Evangelistae Apocalipsim: *Codd. coll. o. pr. C* 523) *DEGH orig.* 524) Phrig.: *deest: Ans.* 525) astitor.: *ib.* 526) *A orig.* 527) qui: *Ans.* 528) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ans.* 529) *Codd. coll. o. pr. B Ed. Arg. Ans.;* — Nathoroae: *B;* Mathoroae: *Edd. Ven.* I. II. 530) cunctis: *C Ed. Bas.* 531) se: *deest: Ans.* 532) Paulini: *AB* 533) de: *Ans.* 534) Mariam; *ib.;* materia: *GH* 535) naturae: *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (naturam) *B*

Deo non nato[536] eam conparauit, matremque elementorum et Deam[537] asseruit, quos Apostolus inprobat elementis seruientes. §. 30. Manichei a quodam extiterunt Persa, qui uocatus est Manes. Hic duas naturas et[538] substancias introduxit, id est bonam et malam, et animas[539] ex Deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit; testamentum uetus respuunt[540 z], nouum ex parte recipiunt. §. 31. Antropomorfitae* dicti pro eo, quod simplicitate rustica Deum habere membra humana, que in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur; antropos enim grece latine homo interpretatur. Ignorantes uocem Domini, qui ait[541]: „Spiritus est Deus.“ Incorporeus est enim; nec enim[542 aa] membris distinguitur, nec corporis mole censetur[543]. §. 32. Eraclitae[544 bb]** ab Eraclio[545 cc] auctore exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, regna celorum paruulos habere non credunt[546]. §. 33. Nouatiani a Nouato[547 dd] Romanae[548 ee] urbis presbitero exorti, qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus[549] inuadere, heresim instituit, noluit[550 ff] apostatas suscipere[551] et[552 gg] rebaptizans baptizatos. §. 34. Montani*** heretici dicti, quod tempore[553] persecutionis in montibus latuerunt, qua[554] occasione se a catholicae ecclesiae corpore diuiserunt. §. 33. Ebionitae ab Ebione dicti, siue a paupertate; Christum enim per prouectum[555 hh] solum uirum iustum putant effectum. Unde conpetenter Ebionitae[556] pro paupertate intelligentiae appellati[557] sunt. Hii enim[558] Iudei[559 ii] sunt, et ita tenent euangelium, ut legem carnaliter seruent; aduersus quos ad Galathas Apostolus scribens inuehitur[560]. §. 36. Fotiniani a Fotiniano[561 kk] Gallogreciae Sirmiae[562 ll] episcopo nuncupati, qui Ebionitarum heresim suscitans asseruit, Christum a[563] Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum. §. 37. Haeriani[564] ab Haerio quodam nuncupati sunt[565]; hii[566] offere[567] sacrificium pro defunctis spernunt. §. 38. Haetiani[568] ab Haetio sunt uocati, idemque[569 mm] Eunomiani[570] ab Eunomio quodam dialectico, Haetii discipulo, ex[571] cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem Patri asserentes Filium, et Filio Spiritum sanctum. Dicunt etiam, nullum[572] inputari peccatum in fide manentium. §. 39. Origeniani Origene[573 nn] auctore exorti sunt, dicentes, quod non possit Filius uidere Patrem, nec Spiritus sanctus Filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse, et pro diuersitate peccatorum e celis[574] usque ad terras[575] diuersa corpora quasi uincula meruisse, eaque causa factum esse[576] mundum. §. 40. Noetiani[577] a quodam Noeto uocati, qui dicebant[578] Christum eundem esse[579] et Patrem, et Spiritum sanctum, ipsamque Trinitatem in offitiorum nominibus, non[580 oo] personis accipiunt. Unde et Patripassiani uocantur, quia[581] Patrem passum dicunt. §. 41. Sabelliani ab eodem Noeto[582] pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, unde et[583] Sabelliani uocati sunt. Hii unam personam Patris, et Filii, et Spiritus sancti astruunt[584]. §. 42. Arriani ab Arrio Alexandrino presbitero[585] exorti[586 pp] sunt, qui, coeternum Patri Filium non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod Dominus[587] ait: „Ego et Pater unum sumus.“ §. 43. Macedoniani a Macedonio[588 qq] episcopo sunt dicti, negantes Deum esse Spiritum sanctum. §. 44. Apollinaristae ab Apollinare uocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo[589] sine anima assumpsisse[590 rr]. §. 45. Antidicomaritae[591] appellati sunt[592 ss], eo, quod Mariae uirginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum uiro suo fuisse conmixtam. §. 46. Metangismonitae[593]† ideo tale nomen acceperunt, quia angios[594 tt] grece uas dicitur. Asserunt enim sic esse in Patre Filium, tamquam uas minus inter[595 uu] uas maius. §. 47. Patriciani[596] a quodam Patricio nuncupati sunt, qui substantiam humanae carnis a diabolo conditam dicunt. §. 48. Coliciani[597 vv] a quodam Colitho[598 ww] nominati[599], qui dicunt, Deum non facere mala contra illud[600], quod scriptum est[601]: „Ego Dominus creans mala.“ §. 49. Floriani a Florino[602 xx], qui e contrario dicunt Deum creasse mala, contra hoc[603], quod scriptum est[604]: „Fecit Deus omnia bona.“ §. 50. Donatistae a Donato quodam Afro nuncupati sunt[605 yy], qui, de Numidia ueniens, totam pene Affricam sua persuasione decepit, asserens minorem Patre Filium, et minorem Filio Spiritum sanctum, et rebaptizans catholicos. §. 51. Bonosiani[606] a quodam episcopo Bonoso exorti produntur[607], qui Christum filium Dei adoptiuum, non proprium asserunt. §. 52. Circumcelliones dicti[608 zz] eo, quod agrestes sint[609], quos Cotopitas[610 aaa]†† uocant, supradictae heresis habentes doctrinam. Hii amore martyrii semetipsos perimunt, ut uiolenter de hac uita discedentes martyres nominentur. §. 53. Priscillianistae a Priscilliano uocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manicheorum permixtum dogma conposuit. §. 54. Luciferiani a Lucifero Sirmiae[611 bbb] episcopo orti, qui episcopos catholicos, qui instanti[612 ccc] persecutione perfidiae Arrianorum erant consentientes, et postea correcti[613] in cathedram[614 ddd] redire[615] delegerunt, dampnantes[616 eee] quod[617] crediderunt[618 fff] siue quod[619 ggg] credidisse dissimulauerunt[620 hhh], quos ecclesia catholica materno recepit[621] sinu, tamquam Petrum post fletum negationis: hanc[622] illi matris karitatem super[623] accipientes eos[624 iii] recipere nolentes, ab ecclesiae conmunione recesserunt, et cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. III. c. 39. z) recipit aa) enim: *deest* bb) Hierachitae** cc) Hieracha dd) Novatiano ee) Romae ff) nolens gg) et: *deest* hh) profectum ii) semiiudaei kk) Photino ll) Syrmii mm) iidemque nn) ab Orig. oo) non in pp) orti qq) Maced. Constantinopolitano rr) suscepisse ss) sunt pro tt) ἄγγος uu) intra vv) Coluthiani ww) Colutho xx) Floriano yy) sunt: *deest* zz) dicuntur aaa) Scototopicos†† bbb) Sardiniae ccc) Constantii ddd) catholicam eee) damn. sive fff) crediderant ggg) quod se hhh) simulaverant iii) eosque

NOTATIONES CORRECTORUM.

* Antropomorphitae: In codicibus Isidori vulgatis, et aliquot manuscriptis antecedunt haec: *Anomiani latine sine lege dicuntur*, quae tamen absunt a codice Isidori pervetusto et valde emendato monasterii B. Augustini in Carbonaria Neapolis.

** Hierachitae: Ita mutatum est ex libello B. Augustini, quamvis in aliquot ipsius editionibus sit: *Hierarchitae*. Hierachae vero haeretici meminit B. Hilarius l. 4. et 6. de Trinitate. Antea legebatur: *Heraclitae ab Heraclio*.

*** Montani: Horum nulla mentio est apud B. Augustinum, sed Montensium, quo nomine Donatistas Romae vocari solitos tradit.

† Metangismonitae: Sic emendatum est ex Isidoro et B. Augustino, quum antea legeretur: *Metangi nominati*.

†† Scototopicos: Apud Isidornm, in Panormia, et in aliquot manuscriptis Gratiani est: *Cotopitas*. Quod vero ait: *supradictae haeresis habentes doctrinam*, referendum est ad Donatistas, non ad Bonosianos.

Causa XXIV. Quest. III. can. 39. 536) naturae: *ACD Edd. coll. o.* 537) ydeam: *AEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (et ideam); — Dei eam: *Ans.* 538) et duas: *CD Edd. coll. o.* 539) animam: *EG; deest: H* 540) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 541) *Ioann. c. 4. v. 24.* 542) *Codd. et Edd. coll. o.* 543) tenetur: *Ans.* 544) *BCDEGH Edd. coll. o.;* Eraditae: *A;* Aractitae: *Ans.* 545) *BCDEGH Edd. coll. o. Ans.;* Eradio: *A* 546) dicunt: *BC Ed. Bas.* 547) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ans.* 548) *C Ans.* 549) con. est: *Ans.* 550) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugd.* I.; voluit: *Edd. rell.* 551) recipere: *Edd. Par. Lugdd.* 552) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 553) in temp.: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 554) quia: *Ans.* 555) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D* (proventum); — *Corr.;* perfectum: *Ans.* 556) Ebionaei: *Ans.* 557) compellati: *orig.* 558) en.: *deest: orig. Ans.* 559) *Codd. et Edd. coll. o.* 560) invenitur: *AC; — Gal. c.* 5. 561) *Codd. coll. o. pr. A* (Foticiano) 562) *ABCEGH Ed. Arg. orig. Ans.;* Smyrniae: *D;* Syriniae: *Edd. Ven.* I. II. *Nor.;* Smirnae: *Edd. rell.* 563) ex: *AB* 564) Heriani ... Herio: *EGH Ed. Bas.;* Ariani: *Ans.* 565) sunt: *deest: Ans.* 566) sicut hi: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 567) offerri: *Edd. coll. o.* 568) Hetiani . . . Hetio: *Codd. coll. o. pr. D;* — Boeciani . . . Boecio: *Ed. Bas.* 569) *Codd. coll. o.;* idem quod: *Ans.* 570) Eunominiani: *BEH* 571) et: *Ans.* 572) nulli: *AC Edd. Bas. Lugd.* I. *Corr.* 573) *ABH Ans.* 574) coelo: *Ans.* 575) terram: *EGH* 576) fuisse: *orig. Ans.* 577) Noeticiani: *Edd. Ven.* I. II. *Nor. Par. Lugd.* I. 578) dicebat: *Ans.* 579) esse: *deest: ib.* 580) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 581) qui: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 582) Noetio: *Ans.* 583) et: *deest: EGH Edd. coll. o., neque tamen, ut R. censuit, a Corr. est insertum.* 584) asserunt: *Ans.* 585) episcopo: *EGH* 586) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 587) *Ioann. c.* 10. *v.* 30. 588) *Codd. et Edd. coll. o.* 589) tant.: *deest: EGH* 590) *Codd. et Edd. coll. o.* 591) *nomen corruptum est in B Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 592) *Codd. coll. o.* 593) Metangis nominati: *Codd. coll. o.;* Getangi nom.: *Edd. Ven.* I. II.; Metangi nom.: *Edd. rell.* 594) *Codd. coll. o. Ans.* 595) *ABCD Ed. Bas.;* infra: *Edd. Ven.* I. II. *Par.* 596) *nomen corruptum est in: Edd. Ven.* I. II. 597) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 598) *ABD Ans.;* Colico: *C;* Colicio: *EGH Edd. coll. o.* 599) nuncupati: *C Ans.* 600) id: *Ans.* 601) *Esa. c.* 45. *v.* 7. 602) *AC Corr. orig. Ans.* 603) id: *orig. Ans.* 604) *Gen. c.* 1. *v.* 31. 605) *Codd. et Edd. coll. o.* 606) Bonosiaci: *orig. Ans.* 607) producuntur: *Ans.* 608) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans.* 609) sunt: *GH orig.* 610) *orig. Ans.; in Codd. et Edd. coll. o. nomen valde corruptum est, tamen, ut in textu posuimus legisse videntur.* 611) *ABC Ans.;* Smirniae: *Codd. rell.;* Smyrnae: *Edd. coll. o.* 612) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 613) correpti: *Ans.* 614) *Codd. et Edd. coll. o.* 615) redirent: *EGH* 616) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III, 617) *add.:* prius: *Edd. coll. o.* 618) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 619) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 620) *Codd. coll. o.;* simulaverunt; *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 621) recipit: *AEGH* 622) hac . . caritate: *GH* 623) *in Codd. coll. o. per errorem legitur:* super 624) *Codd. et Edd. coll. o.*

§. 55. Iouinianistae a Iouiniano quodam monacho[625] dicti, asserentes, nullam[626] nuptiarum[627kkk] et uirginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen. §. 56. Eluidiani ab Eluidio nominati[628], qui dicunt post natum Christum alios Mariam filios de uiro[629lll] Ioseph peperisse. §. 57. Paterniani[630] a Paterno quodam exorti, qui[631mmm] inferiores[632] corporis partes a diabolo factas opinantur. §. 58. Arabici nuncupati eo, quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo[633] utrumque resurgere. §. 59. Tertullianistae dicti a Tertulliano, presbitero Affricanae[634] prouinciae ciuitatis Cartaginensis, animam[635] inmortalem esse, sed corpoream predicantes, et animas peccatorum hominum post mortem in demones uerti[636] putantes. §. 60. Tesserescedecatitae[637] dicti, quod quartadecima luna pasca cum Iudeis obseruare[638nnn] contendunt. Nam tessera[639ooo] quatuor, deka decem significat. §. 61. Nictages a somno nuncupati, quod uigilias noctis respuant, supersticionem esse dicentes, iura temerari[640] diuina, qui noctem ad requiem tribuit. §. 62. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hii liberum arbitrium diuinae gratiae anteponunt, dicentes, sufficere uoluntatem ad inplenda iussa diuina. §. 63. Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui B. uirginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genetricem[641ppp] asseruit[642], ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, nec unum Christum in uerbo Dei et carne credidit, sed separatim[643] atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis predicauit*. §. 64. Euticiani dicti ab Eutice Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negauit existere de[644qqq] duabus naturis, sed solam in eo diuinam asseruit esse naturam. §. 65. Acephalitae[645rrr] dicti, id est sine capite. Nullus enim eorum repperitur auctor, a[646] quo exorti sint. Hii trium Calcedonensium** capitulorum inpugnatores[647], duarum in Christo substanciarum proprietatem negant, et unam in eius persona naturam predicant. §. 66. Theodosiani† et Gaianitae[648] appellati a Theodosio et Gaiano[649], qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria[650] populi peruersi electione[651] una die ordinati sunt episcopi. Hii errores Euticis[652sss] et Dioscori sequentes Calcedonense concilium respuunt, ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitae incorruptam contendunt. §. 67. Gnoitae et Tritoitae[653ttt]†† a[654] Theodosianis exorti sunt, ex quibus Gnoitae ab ignorantia dicti, quia peruersitati[655uuu], a qua exorti sunt, id adiciunt, quod[656] Christi diuinitas ignoret, que sunt futura scripta de die et hora nouissima, nec[657vvv] recordantes Christi personam nesciam[658www] loqui: „Diem[659xxx] iudicii in corde meo.“ §. 68. Tritoitae uero uocati, quod sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres asserunt[660] Deos esse, contra illud, quod scriptum est[661]: „Audi Israel, Dominus[662] Deus tuus Deus[663] unus est.“ §. 69. Sunt[664] et[665] aliae hereses sine auctore et sine nominibus. Ex quibus aliae putant trinum[666yyy] esse Deum; aliae[667] Christi diuinitatem passibilem[668] dicunt; aliae Christi de patre natiuitati[669] in tempore[670zzz] inicium temporis dant; aliae liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione[671] non credunt; aliae animam imaginem Dei negant; aliae animas conuerti in demones et in quecumque animalia existimant[672]; aliae de mundi statu dissentiunt; aliae innumerabiles mundos oppinantur; aliae aquam Deo coeternam faciunt; aliae nudis pedibus ambulant; aliae cum hominibus non manducant. He sunt hereses aduersus[673] catholicam fidem exortae[674aaaa], ab Apostolis, et[675bbbb] sanctis Patribus uel[676] conciliis predampnatae, que, dum in[677] se multis erroribus diuisae inuicem sibi dissentiunt[678], conmuni tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant. §. 70. Sed[679cccc] quicumque aliter scripturam sanctam[680] intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari potest.

C. XL. *Quare diuina prouidentia multos errare permittit*[681a].

Augustinus [de Genesi contra Manichaeos, lib. I. cap. 1.][682b]

VI. Pars. Ideo diuina prouidentia multos diuersi erroris hereticos esse permittit, ut, cum[683c] interrogant nos ea, que nescimus, sic[684d] discutiamus[685e] pigriciam, et diuinas scripturas[686f] cupiamus. Propterea[687g] Apostolus ait[688]: „ut[689h] probati manifesti fiant.“[690i] Hii autem[691] Deo[692] probati sunt, qui bene possunt docere[693k]*.

CAUSA XXV.

GRATIANUS.

Sancta[1] *Romana ecclesia quandam baptismalem ecclesiam suis muniuit priuilegiis, decimationes suae diocesis ex integro sibi attribuens. Item quoddam monasterium similiter muniuit priuilegiis propriis, decernens, ut ex propriis prediis nulli decimas persolueret. Accidit itaque, ut intra diocesim premunitae baptismalis ecclesiae prefatum monasterium alia emptione, alia donatione predia sibi inueniret. Oritur itaque contentio inter monachos et clericos de decimis.* (Qu. I.) *Nunc*[2a] *primum queritur, an clerici baptismalis ecclesiae auctoritate priuilegii decimas suae diocesis ex integro sibi ualeant uendicare?* (Qu. II.) *Secundo, an subsequenti priuilegio monachorum derogetur antiquioribus priuilegiis baptismalium ecclesiarum?*

EDITIO ROMANA.

Causa XXIV. Quest. III. c. 39. kkk) nuptarum lll) viro suo mmm) qui: *deest* nnn) observandum ooo) *τέσσαρες* ppp) matrem qqq) in rrr) Acephali sss) Eutychetis ttt) Agnoitae et Tritheitae†† uuu) ad perversitatem vvv) non www) in Esaia loquentis xxx) Dies yyy) triformem zzz) in temp.: *deest* aaaa) exortae et bbbb) et a cccc) Sed et — c. 40. a) permittat b) Item August. c) quum insultant nobis et d) vel sic e) excutiamus f) script. nosse g) Propt. et h) oportet haereses esse ut i) fiant inter vos k) docere, sed manifesti* hominibus esse non possunt, nisi quum docent. — Causa XXV. a) Hic

NOTATIONES CORRECTORUM.

* Praedicavit: In eodem vetusto Isidori codice Neapolitano hic est finis capituli, et incipit novum caput: *De Philosophis gentium.*

** Chalcedonensium: Tria capitula tractata et definita sunt in V. synodo sub Iustiniano, ut notatum est supr. dist. 15. *Sicut sancti.* Qui vero occasione horum trium capitulorum ab ecclesia recesserant, non Chalcedonensem, sed V. synodum impugnabant.

† Theodosiani: Horum meminit Liberatus in Breviario, Nicephorus lib. 18. cap. 45. 49. et 50., ac Georgius Cedrenus anno 14. Iustiniani imperatoris. B. Augustinus memorat Theodotianos a Theodotione; sed idem videtur qui Theodotus, de quo Epiphanius l. 2. tom. 1. haeresi 54.! *Theodotianos a Theodoto,* ut etiam Philastrius et Damascenus.

†† Agnoitae et Tritheitae: Sic restitutum est, quamvis in codicibus Isidori et Gratiani legeretur: *Gnoitae et Trithoitae.* De his meminit Nicephorus in locis proxime indicatis, eosque a Theodosianis profectos scribit. De Agnoitis vero multa dicit B. Gregorius lib. 8. epist. 35. et 42. ad Eulogium.

C. XL. * Sed manifesti: Haec addita sunt ex originali, itemque alia nonnulla, et emendata.

Causa XXIV. Quest. III. can. 39. 625) Manichaeo: *AEGH* 626) nullas . . . distantias: *EH* 627) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Ans.* 628) *add.:* nuncupati vel: *EGH Edd. coll. o.* 629) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Ans.* 630) *add.:* itaque: *ABEGH Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. II. 631) *Codd. et Edd. coll. o.* 632) inferioris: *CH Edd. Bas. Ven.* I. II. 633) novissimum: *Ans.* 634) Africae: *EGH; deest: A* 635) qui dicunt animam: *EGH Edd. coll. o.* 636) converti: *EH;* alterari: *G* 637) *nomen iterum in Codd. et Edd. coll. corruptum exstat;* Tesseradecatitae: *Ans.* 638) *Codd. et Edd. coll. o.* 639) *Codd. coll. o. Ans.* 640) temerare: *Ans.* 641) *C. Ed. Bas. orig. Ans.* 642) in carne: *Ans.* 643) separatum . . . seiunctum: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 644) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 645) *Codd. et Edd. coll. o.* 646) ex quo orti: *EGH Edd. coll. o.;* sunt: *ABEG* 647) inpugnantes: *EGH* 648) Gaionitae: *EGH* 649) Gaio: *Ans.* 650) *add.:* provincia: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 651) electionem: *Edd. Arg. Nor Ven.* I. II.; per pop. electionem: *Edd. rell.* 652) *CEGH;* Euticii: *ABD* . . Dioscorii: *AB* 653) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 654) ex: *Ans.* 655) *C orig. Ans.;* per diversitatem: *ABEGH* 656) quia: *Ans.* 657) *Codd. coll. o.* 658) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; loquentem: *Edd. Lugdd.* II. III. 659) *Codd. coll. o. — Esa. c. 63. v. 4.* 660) astruunt: *orig.;* statuunt: *Ans.* 661) *Deut. c. 6. v. 4.* 662) Dom.: *deest: Ans.* 663) Deus: *deest: ADEGH* 665) *add.:* autem: *Edd. Ven.* II. *Par. Lugdd.* 665) et: *deest: Ans.* 666) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 667) *add.:* etiam: *Edd. coll. o.;* et: *D* 668) possibilem esse: *A Ans.* 669) nativitatis: *BCD Edd. coll. o. pr. Nor.;* nativitatem: *EGH Ed. Nor.* 670) *ABCD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 671) descensionem: *Edd. Arg. Nor.* 672) aestimant: *ib.* 673) contra: *EGH* 674) *ABCD* 675) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 676) in: *A Ed. Bas.* 677) inter: *EGH* 678) dissentiant: *Ed. Bas. Ans.* 679) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 680) sacrosanctam: *Edd. coll. o.; deest: C* ‖ can. 40. 681) *Codd. coll. o. pr. B* 682) *Codd. coll. o.; — no. 2. Ed. Maur.* 683) *Codd. et Edd. coll. o.* 684) *ib.* 685) *ib.* 686) *ib.* 687) *ib.* 688) dicit: *orig.; I. Cor. c. 11. v. 19.* 689) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 690) *ib.* 691) Hi enim cum: *C;* illi enim: *orig.* 692) a Deo: *Edd. coll. o.* 693) *Codd. et Edd. coll. o.*

Causa XXV. 1) Sacrosancta: *EGH* 2) *ABCD*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod uero auctoritate illius priuilegii decimas sibi ex integro clerici uendicare non ualeant, hinc probatur, quia decimae iuxta decreta sanctorum Patrum quadripertito diuiduntur, quarum una pars episcopis, secunda clericis, tercia fabricis restaurandis, quarta uero pauperibus est assignata. Decreta uero sanctorum canonum neminem magis quam Apostolicum seruare oportet.*

Unde Gelasius Papa ait [in epistola ad Episcopos Dardaniae][3]:

C. I. *Constitutionem sinodi, quam*[4a] *uniuersalis ecclesiae probauit*[5] *assensus, Romanam sedem seruare oportet.*

Confidimus, quod nullus iam ueraciter Christianus ignoret, uniuscuiusque sinodi constitutum, quod uniuersalis ecclesiae probauit assensus, nullam[6] magis exequi[7] sedem pre ceteris oportere, quam primam, que et unamquamque sinodum sua auctoritate confirmauit[8b] et continuata moderatione custodit.

C. II. *Qui negligenter pascit dominicum gregem sibi conmendatum conuincitur summum non amare pastorem.*

Item Leo Papa [epist. IV. Episcopis Siciliae][9].

Diuinis preceptis et apostolicis monitis incitamur ut pro omnium ecclesiarum statu inpigro uigilemus affectu, ac, si quid umquam[10a] reprehensioni[11] inuenitur[12b] obnoxium[13c], aut ab ignorantiae inpericia, aut a[14] presumptionis usurpatione reuocemus. Ammonente[15d] enim diuinae[16e] uocis inperio, quo beatissimus apostolus[17f] trina repetitione[18g]* misticis[19] sanctionibus inbuitur, ut Christi oues qui Christum diligit pascat, ipsius sedis, cui per habundantiam diuinae gratiae presumus, reuerentia[20] cohartamur[21], ut periculum desidiae, quantum possumus, declinemus, ne professio summi Apostoli, qua se amatorem Domini[22h] testatus est, non[23i] inueniatur in nobis, quia qui negligenter pascit[24k] tociens conmendatum dominicum[25] gregem conuincitur summum non amare pastorem.

C. III. *Non debent ullo modo uariari que ad perpetuam*[26] *quietem ordinantur.*

Idem Anatholio Episcopo, [epist. LI.][27]

Que ad perpetuam generaliter[28] ordinata[29a] sunt utilitatem nulla conmutatione uarientur, nec ad priuatum trahantur commodum que ad bonum sunt conmune prefixa, sed[30] manentibus terminis, quos constituerunt[31] Patres, nemo[32] iniuste* usurpet alienum, sed intra fines proprios atque legitimos, prout quisque[33b] ualuerit[34], in latitudine se exerceat karitatis.

C. IV. *Diuinas constitutiones et apostolicae sedis decreta nulli temerare licet.*

Item Hilarius Papa [in Sinodo Romana, c. 1.][35]

Nulli fas sit sine status sui periculo uel diuinas constitutiones[36], uel apostolicae sedis decreta temerare[37], quia nos, qui potentissimi* sacerdotis amministramus offitia, talis[38a] transgressionum[39] culpa respiciet, si in causis Dei[40b] desides fuerimus inuenti, quia meminimus, quod timere debemus, qualiter conminetur[41] Deus[42] negligentiae sacerdotum. Siquidem maiori reatu delinquit qui pociori honore fruitur[43c], et grauiora facit uicia peccatorum sublimitas peccantium[44].

C. V. *In Spiritum sanctum blasphemant qui sacros canones uiolant.*

Item Damasus Papa[45].

Violatores canonum uoluntarie[46a] grauiter a sanctis Patribus iudicantur, et a sancto Spiritu (instinctu cuius ac dono dictati[47] sunt) dampnantur[48], quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue uidentur qui contra eosdem sacros canones non necessitate conpulsi, sed libenter, ut premissum[49] est, aliquid aut[50] proterue agunt, aut loqui presumunt, aut facere uolentibus sponte consentiunt[51]. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum, quoniam[52b], ut iam prelibatum est, contra eum agit[53], cuius nisu[54c] et gratia sancti[55] canones editi sunt.

C. VI. *In quibus liceat*[56a] *Romano Pontifici nouas condere leges.*

Item Urbanus Papa[57].

Sunt quidam dicentes, Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges. Quod et nos non solum non negamus, sed etiam ualde affirmamus. Sciendum uero summopere est, quia inde nouas leges condere potest, unde Euangelistae aliquid[58b]* nequaquam dixerunt. Ubi uero aperte Dominus, uel eius Apostoli, et eos sequentes sancti Patres sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed pocius quod predicatum est usque ad animam et sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli et Prophetae destruere (quod absit) niteretur, non senteneiam dare, sed magis errare conuinceretur. Sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini ecclesiam[59] contra luporum insidias optime custodierunt.

C. VII. *Contra sanctorum*[60] *statuta apostolicae sedis auctoritas aliquid concedere*[61a] *non ualet.*

Item Zosimus Papa[62]*.

Contra Patrum statuta concedere[63b] aliquid uel mutare nec[64] huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim

EDITIO ROMANA.

Causa XXV. Quest. I. c. 1. a) Constitutum ... quod b) confirmat — c. 2. a) usquam b) inveniatur c) obnoxium celeri solicitudine d) Monente e) dominicae f) ap. Petrus g) admonitione* h) Domini esse i) vana k) pascens (qui: *deest*) — c. 3. a) instituta b) quisque: *deest* — c. 4. a) talium b) Dei: *deest* c) perfruitur — c. 5. a) voluntarii b) quia c) nutu — c. 6. a) licet b) aliquid et Prophetae* — c. 7. a) *et* b) condere

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XXV. Quest. I. C. II. * Admonitione: In originali, et apud Anselmum legitur: *trina repetitione mysticae sanctionis.* Alia vero quaedam sunt emendata ex ipsa epistola.

C. III. * Iniuste: Apud B. Leonem legitur: *nemo in ius tendat alienum.* Apud Ivonem et in Capitularibus legitur: *nemo damnet alienum;* apud Anselmum vero: *nemo iniuste damnet.*

C. IV. * Potentissimi: Sic apud Anselmum, et in ceteris vetustis Gratiani exemplaribus, praeter unum, in quo habetur, ut in concilio ipso: *potissimi.*

C. VI. * Et Prophetae: Absunt hae voces a multis manuscriptis.

C. VII. * Epistola, unde sumtum est hoc caput, non est inventa; Ivo autem in loco indicato, et in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem affert hoc ex epistola Zosimi ad episcopos Narbonensis provinciae, et ipse Zosimus in prima epistola ad Hesychium narrat, se scripsisse ad episcopos Galliae et Hispaniae.

Causa XXV. Quest. I. can. 1. 3) *scr. ao.* 495. — *ap. Thiel p.* 395. — *Jaffé no.* 395. — *Ans.* I, 48. (50. *can. contin.*); *Polyc.* I, 14, (16,) 5. 4) *Codd. coll. o.* 5) probat: *ACD;* probant: *EG* 6) non aliquam: *orig.;* nullam: *Codd. orig.* 7) obsequi: *Polyc.* 8) *Codd. coll. o. pr. C;* — *Ed. Bas. Ans.;* formavit: *Edd. rell.* || can. 2. 9) *Ep.* 16. *Ed. Baller. scr. no.* 447. — *Jaffé no.* 192. — *Ans.* I, 43, (44.) *Caes.* V, 6. 10) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.* 11) reprehensione: *Ans.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Hisp. Ans.* 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) a: *deest: ACEGH Ed. Bas.* 15) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* manente: *orig.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) *Codd. coll. o.* 18) *ib. Ed. Bas. orig. Ans.* 19) mysticae sanctionis: *orig. Ans.* 20) pro rev.: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 21) cohortamur: *Hisp. Ans.* 22) *Codd. et Edd. coll. o.* 23) *ib. orig. Ans.* 24) *Codd. coll. o. Ans.;* quotiens quis: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 25) dom.: *deest: Ans.* || can. 3. 26) *add.:* generaliter: *EGH* 27) Item: *ABC;* — *Ep.* 106. *c.* 4. *Ed. Baller. scr. ao.* 452. — *Jaffé no.* 261. — *Ans.* VI, 121. (127.); — *Ivo Decr.* XVI, 317.; *Coll. tr. P.* III, 29, (30,) 240. — *Bened. Levita* II, 328.; III, 227. 28) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 29) gen.: *deest: Ivo* 30) sed et: *Ans.;* et: *Ivo* 31) statuerunt: *Ivo* 32) ne: *ABCDH* 33) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans.;* quis: *orig. Ans.* 34) voluerit: *Ivo* || can. 4. 35) *l.* 6. *scr. ao.* 465. *ap. Thiel p.* 161. — *Jaffé ante no.* 335. — *Ans.* I, 46. 63. *Ivo Decr.* V, 37.; *Polyc.* I, 7, (19,) 15. 36) institut.: *Ans.* 37) *finis canonis: Ivo* 38) *ABCD Ans.;* *deest: EGH* 39) transgressionis: *H Ed. Bas.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 41) *Ezech. c.* 3. *v.* 34. 42) Dominus: *orig.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 44) dignitatum: *orig. Ans. Polyc.* || can. 5. 45) *ad Aurel. Carthag. Caput Pseudoisid. ap. Hinschius p.* 21. — *Jaffé no.* CLX. — *Deusd.* I, 80.; *Ans.* III, 116. (112.); *Polyc.* IV, 42, 1. *Caes.* II, 36. 46) *Codd. et Edd. coll. o. orig.;* *deest: Deusd.* 47) ditati: *BCD;* dicati: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.:* — conditi: *Deusd.* 48) condemnantur: *Deusd.* 49) praefixum: *orig. Deusd.* 50) aut: *deest: A* (aliquod); *orig.* 51) *seqq. desunt et alia exstant: Deusded.* 52) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 53) agunt: *Ans.;* agit: *Cod. Vatican. Anselmi* 54) *BCDEGH orig. Ans. Polyc.;* iussu: *A Ed. Bas.* 55) *add.:* iidem: *orig. Ans. Polyc.* || can. 6. 56) *Codd. coll. o.* 57) *non est inter epp. Urbani neque* I., *neque* II. 58) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 59) ecclesias: *EGH Ed. Bas.* || can. 7. 60) patrum: *A;* sanct. patr.: *C* 61) *ABCD* 62) *ex ep. ad Epp. Vienn. et Narbon. provinciae, quae edita est post Baronium a Coustantio; scr. ao.* 417. — *Jaffé no.* 123. — *Ivo Decr.* IV, 226.; *Caes.* II, 43. 63) *ABCDH orig.* 64) ne ... possit: *Ivo*

inconuulsis radicibus uiuit[65] antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reuerentiam.

C. VIII. *Stare non ualet quod contra euangelicam uel propheticam[66] doctrinam seu constitutionem factum fuerit.*

Item Marcellinus[67]* *Papa*, [epist. II.]

Omne, quod inreprehensibile est, catholica defendit ecclesia[68]. *Et infra:* §. 1. Iniustum[69] iudicium et[70] diffinitio iniusta, regio[71] metu uel[72] iussu a iudicibus ordinata[73], non ualeat[74a]. Nequaquam[75b]** quod contra euangelicam[76c], uel propheticam, uel apostolicam doctrinam constitutionemue eorum[77d], siue sanctorum Patrum actum fuerit, stabit, et quod ab infidelibus uel[78] hereticis factum fuerit omnino cassabitur.

C. IX. *A statutis Patrum non deuiare et fidei regulam custodire prima salus est.*

Item Hormisda Papa [Episcopis Hispaniae][79].

Prima salus est rectae fidei regulam custodire, et a constitutis Patrum nullatenus deuiare.

C. X. *Profitetur Pelagius*[80a] *thomum sui decessoris*[81] *se*[82b] *per omnia seruare.*

Item Pelagius Childiberto Regi[83c].

Satagendum est, ut pro auferendo suscipionis scandalo obsequium confessionis nostrae legibus[84] ministremus, quibus nos etiam subditos esse sacrae scripturae precipiunt. Veniens etenim Rufinus uir magnificus, legatus excellentiae uestrae[85], confidenter a nobis, ut decuit, postulauit, quatinus uobis aut beatae recordationis Leonis Papae thomum[86] a nobis[87] per omnia conseruari significare[88] debuissemus, aut propriis[89] uerbis nostrae confessionem fidei destinare. Et primam quidem petitionis eius partem, quia facilior fuit, mox, ut dixit[90], inpleuimus, meque[91d] in omnibus Presulis thomum pro catholicae fidei assertione conscriptum, Deo propicio, custodire manus nostrae ad uos professione significauimus[92e]. Ut autem deinceps nullius (quod absit) suspicionis resideret occasio, etiam illam aliam partem, quam memoratus uir illustris ammonuit[93], facere maturaui[94], scilicet propriis uerbis confessionem fidei, quam tenemus, exposui[95].

C. XI. *Anathema apud Deum fiat*[96] *qui censuram Romanorum Pontificum uiolat*[97].

Item Adrianus Papa [in Capitulis, c. ult.][98]

Generali decreto constituimus[99], ut execrandum[100] anathema fiat[101a], et ueluti preuaricator fidei catholicae semper apud Deum reus existat, quicumque regum, seu episcoporum*, uel potentum deinceps Romanorum** Pontificum decretorum censuram in quoquam[102b] crediderit uel permiserit uiolandam.

C. XII. *Non licet alicui episcopo contra decreta Romanorum Pontificum aliquid agere.*

Item Damasus Papa, Stephano Archiepiscopo[103a].

Omnia decretalia[104b] cunctorum predecessorum[105c] nostrorum constituta, que de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita[106d] ab[107] omnibus[108] episcopis, ac[109e] sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus, ut si quid[110f] in illa conmiserint[111g], ueniam sibi honoris[112h] deinceps nouerint[113i] denegari.

C. XIII. *Non communicet sacris altaribus qui nescit sacris obedire canonibus.*

Item Gregorius [lib. II. ep. 7. ad Iohannem Episcopum][114].

Hec[115a] consona sanctis Patribus diffinitione sanccimus, ut qui sacris canonibus obedire nescit nec sacris ministrare[116b], uel[117c] communionem capere sit dignus altaribus[118].

C. XIV. *Seruandae*[119a] *sunt regulae a sanctis Patribus in sinodo statutae*[120].

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 1.][121]

A sanctis Patribus in unaquaque sinodo usque nunc prolatas regulas tenere[122b] statuimus.

C. XV. *Voluntatem et statuta suorum decessorum custodiat*[123a] *qui sua seruari uoluerit*[124b].

Item Gregorius ad Montanum et Thomam, [lib. V. epist. 12.][125]

Iusticiae ac rationis ordo suadet, ut qui sua a successoribus desiderat[126] mandata seruari decessoris sui proculdubio uoluntatem et statuta custodiat.

C. XVI. *Contra statuta agit sanctorum Patrum*[127] *qui non ea seruat intacta.*

Item Leo IV.[128a].

Ideo permittente Domino[129] pastores hominum sumus effecti, ut quod Patres nostri siue in sanctis canonibus siue in mundanis affixere legibus excedere minime debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod[130] ipsi diuino statuerunt consulto[131] intactum[132] non conseruamus.

II. Pars. Gratian. *Si ergo primam sedem statuta conciliorum pre omnibus seruare oportet, si*[133b] *pro statu omnium ecclesiarum necesse est illam inpigro uigilare affectu; si ea, que*

EDITIO ROMANA.

Causa XXV. Quest. I. c. 8. a) valet b) Nec quicquam** c) evangelicae, vel propheticae, aut apostolicae doctrinae constitutionem, d) successorumve eorum — c. 10. a) Pel. Papa b) se: *deest* c) Pel. Papa d) nosque e) significamus — c. 11. a) sit et veluti b) quocunque — c. 12. a) epist. IV. Prospero Episcopo b) decretalia et c) decessorum d) ita a vobis et e) ac cunctis f) quis g) commiserit h) hon.: *deest* i) noverit — c. 13. a) Hoc b) administrare c) nec — c. 14. a) Observandae b) teneri — c. 15. a) custodiant b) volunt — c. 16. a) Leo Papa b) et si

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * Marcellinus: Restitutum est ex vetustis exemplaribus. Nam in vulgatis erat: *Marcellus*.

** Nec quicquam: Emendatus est hic locus ex ipsa Marcellini epistola.

C. XI. * Seu episcoporum: Hae voces non leguntur in ipso capitulo, neque in Capitulari, sunt tamen apud Anselmum [lib. XII., nec tamen III.] et in Polycarpo.

** Romanorum: In capitulo habetur; *deinceps canonum censuram*, nec multo aliter in Capitulari. Anselmus tamen et Polycarpus habent ut Gratianus.

Causa XXV. Quest. I. can. 7. 65) vivat: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. II. || can. 8. 66) *add.:* vel apostolicam: *EGH* 67) Marcellus: *EGH; — Caput Pseudoisid. c. 4. ap. Hinschius p.* 232. — *Jaffé no.* CXVII. — *Ans.* I, 39.; *Ivo Decr.* XVI, 9.; *Coll. tr. P.* I, 28, 2. — *cf. c.* 83. *C.* XI. *qu.* 3. 68) *seqq. desunt, et alia exstant: Ans.* I. 69) *Ans.* III, 84.; *add.:* enim: *orig. Coll. tr. P.* 70) vel: *H Ed. Bas.* 71) regis: *Ans.* 72) aut iussu aut cuiuscunque episcopi aut potentis: *ib.* 73) *add.:* vel acta: *Ans.; finis canonis: ib.* 74) *ABCD Turrecrem. orig. Coll. tr. P.* 75) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 76) *ib. Coll. tr. P.* 77) *ib.;* successorum patrum (eor. . . sanct.: *deest*): *orig.* 78) aut: *orig.* || can. 9. 79) *ep. scr. ao.* 517. *c.* 4. *ap. Thiel p.* 795. — *Jaffé no.* 498. — *Coll. tr. P.* I, 49, 2. (*can.:* Bonifacius notarius) || can. 10. 80) *ABCD* 81) successoris: *AB* 82) *ABCD* 83) *ib.; — Ep. Pelagii* I. *scr. ao.* 556. *ap. Mansi* IX, 722. — *Jaffé no.* 622. — *Ivo Decr.* V, 358.; *Coll. tr. P.* I, 54, 30.; *Grat. potius sensum quam verba reddidit Pelagii.* 84) regibus: *Ivo* 85) vester (excell.: *deest*): *Coll. tr. P.* 86) scriptum: *H; deest: G;* donum: *Ivo* 87) vobis: *Coll. tr. P.* 88) significari: *Edd. Arg. Bas.* 89) a prop.: *Coll. tr. P.* 90) dixi: *ib.* 91) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.; Coll. tr. P.;* neque (?): *Ivo* 92) *CDEGH Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III.; assignavimus: *A;* signavimus: *Corr. Ivo Coll. tr. P.* 93) *add.:* Rufinus: *Ivo Coll. tr. P.* 94) matur.: *deest: Ivo* 95) exponens: *Ivo Coll. tr. P.* || can. 11. 96) fiant: *CD;* sint: *A;* . . . violant: *ACD* 97) *add.:* aliquando: *EGH* 98) *Capit. Angilr. ap. Hinschius p.* 769. — *Ans.* III, 82. (92.); *ib.* XII, 2. (3.); *Polyc.* IV, 42, 2.; *Caes.* II, 44. — *cf. Ben. Levita* II, 322. 99) censemus et constit.: *A Edd. coll. o. pr. Bas.* 100) execrandus: *EGH Ed. Bas.* 101) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. Codd. orig. Ans.* III. XII. *Polyc.; deest: orig.* 102) *ABCDH Edd. coll. o.* || can. 12. 103) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.; — Caput Pseudoisid., desumtum ex ep. Damasi de chorepiscopis ap. Hinschius p.* 515. — *Jaffé no.* CLXIII. — *Ans.* I, 47. (50.); *Polyc.* III, 22, (21,) 5. 104) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 105) *ib.* 106) *ib.;* ita vobis et: *orig.* 107) ab: *deest: D orig. Ans. Polyc.* 108) in omnib. ab ep.: *A Ed. Bas.;* in omn. ep.: *B;* omnibus ab: *EGH Ed. Arg.* 109) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 110) *Codd. et Edd. coll. o.* 111) *ib.* 112) *ib.* 113) *ib. Polyc.* || can. 13. 114) *Ep.* 7. *scr. ao.* 542. *lib.* III. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 846. — *Ans.* VI, 160. (*can.:* frater noster; *contin.*); *Coll. tr. P.* I, 55, 34.; *Polyc.* IV, 42, 3. 115) *BCD Corr. orig. Polyc.* 116) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.;* min. altaribus: *Edd. coll. o.* 117) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ans.* 118) alt.: *deest: Edd. coll. o.* || can. 14. 119) *Codd. coll. o.* 120) institutae: *C;* constit.: *A* 121) *hab. ao.* 451. — *Interpret. Hisp.* — *Coll. tr. P.* II, 10, 1. (*Dionysiana interpret.*) 122) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp.* || can. 15. 123) *Codd. coll. o. pr. B* 124) *ABCD;* desiderat: *EGH* 125) *Ep.* 12. *scr. ao.* 595. *lib.* VI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1022. — *Coll. tr. P.* I, 55, 104. 126) desiderant . . custodiant: *CDEG Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 16. 127) Patr.: *deest: ACD* 128) *Codd. coll. o.; — fragm. scr.* 847—55. — *Jaffé no.* 1998. — *Ivo Decr.* IV, 186. (Leo IV. Colorodo AEpo et Bertuso); *Coll. tr. P.* I, 60, 1. (Colorotharcho Ep. et Bertulfo) *Caes.* I, 51. 129) Deo: *Ivo* 130) quae: *ib.* 131) consilio: *A Ivo* 132) intacta . . servamus: *Ivo* 133) *ABCD; —* observare: *EGH*

a Romanis Pontificibus decreta sunt, ab omnibus seruari[134c] *conuenit; si illi, qui nesciunt sacris canonibus obedire, altaribus ministrare non debent: patet, quod contra statuta sanctorum canonum, quibus status ecclesiarum uel confundantur uel perturbantur, priuilegia ab Apostolico concedi non debent.* §. 1. *His ita respondetur: Sacrosancta Romana ecclesia ius et auctoritatem sacris canonibus inpertit*[135d]*, sed non eis alligatur. Habet enim ius condendi canones, utpote que caput et cardo est omnium ecclesiarum, a cuius regula dissentire nemini licet. Ita ergo canonibus auctoritatem prestat, ut se ipsam non subiciat eis. Sed sicut Christus, qui legem dedit, ipsam legem carnaliter inpleuit, octaua die circumcisus*[136]*, quadragesimo die cum hostiis in templo presentatus*[137]*, ut in se ipso eam sanctificaret, postea uero, ut se dominum legis ostenderet, contra litteram legis leprosum*[138] *tangendo mundauit, Apostolos*[139] *quoque contra litteram sabbati per sata pretergredientes, spicas uellentes et confricantes manibus suis, probabili exemplo Dauid, circumcisionis*[140e]*, et templi excusauit, dicens: „Non legistis, quid fecerit Abimelech, quando uenit ad eum Dauid, et dedit ei*[141f] *panes proposicionis, de quibus non licebat edere, nisi solis sacerdotibus, et comedit ipse et pueri eius?" Item*[142] *octaua die secundum legem puer circumciditur, et uos in sabbato circumciditis hominem. Item, cum iuge holocaustum ex lege offeratur, cum masculus quadragesimo*[143g]*, femina uero octuagesimo die ab ortu suae natiuitatis secundum legis inperium in templum cum hostiis presentaretur, unde sacerdotes hostias offerentes in templo litteram sabbati soluunt, et sine crimine sunt: tunc filius hominis multo magis ualet soluere litteram legis, qui est dominus etiam sabbati. Hinc etiam de eo dicitur*[144]*: „Erat Iesus*[145] *docens, tamquam potestatem habens," id est tamquam dominus legis, addens moralibus ea, que deerant ad perfectionem, umbram figuralium in lucem spiritualis intelligentiae conmutans, non tamquam scribae eorum, qui littera legis astricti non audebant aliquid addere uel conmutare. Sic et summae sedis Pontifices canonibus a*[146h] *se siue ab aliis sua auctoritate conditis reuerentiam exhibent, et eis se humiliando ipsos custodiunt, ut aliis obseruandos exhibeant. Nonnumquam uero seu iubendo, seu diffiniendo, seu decernendo*[147i]*, seu aliter agendo, se decretorum dominos et conditores esse ostendunt. In premissis ergo capitulis aliis inponitur necessitas obsequendi: summis uero Pontificibus ostenditur inesse auctoritas obseruandi, ut a se tradita obseruando aliis non contempnenda demonstrent, exemplo Christi, qui sacramenta, que ecclesiae seruanda mandauit, primum*[148k] *in se ipso suscepit, ut ea in se ipso sanctificaret. Oportet ergo primam sedem, ut diximus, obseruare ea, que mandauit decernendo, non necessitate obsequendi*[149]*, sed auctoritate inpertiendi. Licet itaque sibi contra generalia decreta specialia priuilegia indulgere, et speciali beneficio concedere quod generali prohibetur decreto.* §. 2. *Quamquam si decretorum intentionem diligenter aduertamus, nequaquam contra sanctorum canonum auctoritatem aliquid concedere inueniantur*[150l]*. Sacri siquidem canones ita aliquid constituunt, ut suae*[151m] *interpretationis auctoritatem sanctae Romanae ecclesiae reseruent. Ipsi namque soli canones ualent interpretari, qui ius condendi eos habent. Unde in nonnullis capitulis conciliorum, cum aliquid obseruandum decernitur, statim subinfertur: „Nisi auctoritas Romanae ecclesiae inperauerit aliter," uel: „saluo tamen in omnibus iure sanctae Romanae ecclesiae," uel: „salua tamen in omnibus apostolica auctoritate." Quecumque ergo de decimis uel quibuslibet ecclesiasticis negociis sacris canonibus diffiniuntur, intelligenda sunt necessario seruari, nisi auctoritas Romanae ecclesiae aliter fieri mandauerit uel permiserit. Cum ergo aliqua priuilegia ab Apostolico aliquibus conceduntur, etsi contra generalem legem aliquid sonare uideantur, non tamen contra ipsam aliquid concedere intelliguntur, cum ipsius legis auctoritate*[152] *priuilegia*[153] *singulorum penes matrem omnium ecclesiarum reseruentur. Neque enim priuilegia aliquibus concederentur, si preter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur. Priuilegia namque dicuntur quasi*[154n] *priuata legia, eo quod priuatam legem singulis generent. Quam distinctionem*[155o] *Gregorius innuens ait*[156]*: „Si hoc neque consuetudine generali neque priuilegio uendicas, restat te usurpasse quod fecisti."* §. 3. *Item Ieronimus in expositione Ionae* [ad c. 1.]: *„Priuilegia singulorum non possunt legem facere conmunem."* §. 4. *Valet ergo, ut ex premissis colligitur, sancta Romana ecclesia quoslibet suis priuilegiis munire, et extra generalia decreta quedam speciali beneficio indulgere, considerata tamen rationis equitate, ut que mater iusticiae est in nullo ab ea dissentire inueniatur, ut priuilegia uidelicet, que ob religionis, uel necessitatis, uel exhibiti obsequii gratiam conceduntur, neminem releuando ita diuitem faciant, ut, multorum detrimenta non circumspiciendo, in paupertatis miseriam nonnullos deiciant; illud*[157p] *Apostoli ad memoriam reuocantes, quod ad Chorinthios scribens ait*[158]*: „Non enim uolumus, ut aliis sit remissio, uobis autem tribulatio." Cui sacra lex principum concordans ait*[159]*: „Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus precipimus refutari, nisi forte aliquid est, quod non ledat alium et prosit petenti, uel crimen supplicantibus indulgeat."* §. 5. *Item constitutio inperatoris ad populum*[160]*: „Nec dampnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet."* §. 6. *Clerici ergo huius baptismalis ecclesiae priuilegii auctoritate muniti, suae diocesis decimas ex integro sibi uendicare ualent, nisi forte summa necessitate episcopi cogantur ad quartam suam accipiendam, et illi superhabundare monstrentur.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem antiquioribus priuilegiis subsequentibus derogari non possit auctoritate* Anacleti *probatur, qui, scribens omnibus Episcopis et reliquis Christi sacerdotibus, ait* [in epist. I. c. 37.][1]:

C. I. *Ecclesiarum priuilegia cunctis temporibus intemerata*[2] *seruentur.*

Priuilegia ecclesiarum et[3] sacerdotum* intemerata et inuiolata decreuimus[4a] cunctis manere temporibus. Leges[5] ecclesiae apostolica auctoritate firmamus, et peregrina submouemus iudicia.

C. II. *Nec nouitate mutari, nec inprobitate conuelli ecclesiarum priuilegia debent.*

Item Leo *Papa* Marciano *Augusto*, [ep. LII. al. LIV.][6]

Priuilegia ecclesiarum et monasteriorum*, sanctorum Patrum auctoritate instituta, nulla possunt inprobitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est huius sanctae sedis Pontifices perseuerantem exhibere famulatum. Dispensatio enim nobis credita est, et ad nostrum reatum tendit, si paternarum regulae sanctionum nobis consentientibus uel negligentibus uiolentur.

EDITIO ROMANA.

Causa XXV. Quest. I. c. 16. c) observari d) impertitur e) et circumcisionis f) eis g) quadragesima h) sive a i) seu dec.: *deest* k) primo l) invenietur m) suae: *deest* n) tanquam o) diffinitionem p) illud vero — Quest. II. c. 1. a) decernimus

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. I. * Sacerdotum: In originali est: *Sacerdotum S. Apostoli iussu Salvatoris intemerata et inviolata cunctis decreverunt, etc.*

C. II. * Et monasteriorum: Hae voces non sunt in epistola, neque infra ead. *Privilegia*, sed sublatae non sunt, quia ad eas spectatur infra ead. c. *postea.* vers. *Si ergo privilegia*, et Anselmus illas habet lib. 4. c. 2. Ceterum, quoniam de industria caput hoc a collectore in summam redactum est, et aliquot locis mutatum, visa sunt describenda verba ipsa Leonis: *Privilegia enim ecclesiarum, sanctorum Patrum canonibus instituta, et venerabilis Nicaenae synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est me perseverantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est, et ad meum tendit reatum, si paternarum regulae sanctionum, quae in synodo Nicaena ad totius ecclesiae regimen, Spiritu Dei instruente, sunt conditae, me (quod absit) connivente violentur, et maior sit apud me unius fratris voluntas, quam universae domus Domini communis utilitas.*

Causa XXV. Quest. I. can. 16. 134) *Codd. coll. o. pr. EGH;* servare: *H;* observare: *G;* conservare: *E* 135) *ABCD* 136) *Luc. c.* 2. 137) *add.:* est: *ADEGH* 138) *Matth. c.* 8. 139) *Matth. c.* 12. *v.* 3. *sqq.* — *cf.* I. *Reg. c.* 21. 140) *ABCD* 141) *Codd. coll. o. pr. B* 142) *Levit. c.* 12. 143) *Codd. coll. o.* 144) *Matth. c.* 7. *v.* 29. 145) *add.:* in templo: *EGH* 146) *Codd. coll. o.* 147) *ib.* 148) *ib.* 149) observandi: *EGH* 150) *Codd. coll. o.;* invenientur: *Corr.* 151) *ib. Corr.* 152) auctoritatem: *BEGH* 153) et priv.: *EGH* 154) *Codd. coll. o.* 155) *ib. Corr.* 156) *Dist. C. c.* 8. 157) *Codd. coll. o. pr. BD* 158) II. *Cor. c.* 8. *v.* 13. 159) *cf. infra qu.* 2. *c.* 15. 160) *ib. c.* 14.

Causa XXV. Quest. II. can. 1. 1) *Caput Pseudoisid.; no.* 15. *ap. Hinschius p.* 73. — *Jaffé no.* II. — *Ans.* IV, 1. 2) intacta: *EGH* 3) vel: *orig.* 4) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — omnibus decrevimus: *Ans.;* eius decreverunt: *orig.* 5) et leges: *EGH Edd. coll. o.* || can. 2. 6) *Ep.* 104. *c.* 3. *Ed. Baller. scr. ao.* 452. — *Jaffé no.* 259. — *Ans.* IV, 2.

C. III. *Priuilegio suae dignitatis aliquis ecclesiam exuere non debet.*

Item Gregorius Augustino, Anglorum Episcopo, [respons. 9.][7]

In Galliarum episcopis[8a] nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis predecessorum nostrorum[9b] temporibus pallium Arelatensis episcopus accepit, quem nos priuare auctoritate percepta minime debemus. Si ergo[10] contingat, ut fraternitas tua ad Galliarum prouincias transeat, et[11] aliquid ex auctoritate agendum fuerit[12], cum predicto Arelatensi[13] agatur episcopo, ne[14] pretermitti possit hoc, quod antiqua Patrum institutio inuenit[15]. Brittannorum uero omnes[16] episcopos tuae fraternitati conmittimus, ut indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur[17c*].

C. IV. *Statuta Apostolicorum[18] decessorum[19a] Apostolicus destruere[20] non debet.*

Idem Felici Episcopo, [lib. XII. epist. 31.][21]

Si ea destruerem, que antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iuste conprobarer, testante ueritatis uoce, que ait[22]: „Omne regnum in se ipsum[23b] diuisum," desolabitur[24c] et omnis scientia et lex aduersum se diuisa destruetur.

C. V. *Metropolitanus ius dignitatis traditae sibi antiquitus intemeratum obtineat.*

Item Leo Papa [epist. LXXXII. al. LXXXIV. ad Anastasium, c. 2.][25]

Igitur secundum sanctorum Patrum canones, spiritu Dei conditos et totius mundi reuerentia consecratos, metropolitanos singularum prouinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuae cura pretenditur[26], ius traditae sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus[27a], ita, ut a regulis prestitutis[28] nulla aut negligentia aut presumptione discedant[29].

C. VI. *Metropolitanorum inconuulsa seruari oportet priuilegia.*

Item Ormisda Papa [in epistola ad Iohannem Episc.][30]

Seruatis priuilegiis metropolitanorum uices uobis apostolicae sedis[31a] delegamus, ut inspectis[32] istis[33b], siue ea, que a nobis sunt nuper mandata, seruentur, siue[35c], que de ecclesiasticis causis tuae reuelationi[36] contigerit[37d], sub tua nobis insinuatione pandantur. Erit hoc studii ac sollicitudinis tuae, ut talem te in his, que iniunguntur, exhibeas, ut fidem integritatemque eius, cuius curam suscipis, imiteris.

C. VII. *Decreta apostolica nulla presumptione uiolentur.*

Item Gregorius Bonifatio primo Defensori, [lib. VII. epist. 17.][38]

Institutionis[39] nostrae decreta, que[40a] sunt priuilegiis et ordinatione disposita, perpetua stabilitate et sine aliqua constituimus refragatione seruari, siue que scripto decreuimus, seu[41b] que[42] in nostra presencia uidentur[43] esse disposita[44], nec a quoquam pontificum in totum uel in partem[45] ea[46] qualibet occasione conuelli decreuimus[47c] uel mutari[48]. Nam nimis est asperum, et precipue bonis sacerdotum moribus inimicum, niti quempiam quantacumque[49d] rationis excusatione[50e] que bene sunt ordinata rescindere, et exemplo[51f] docere ceteros sua quandoque posse[52g] constituta dissoluere[53].

C. VIII. *Priuilegia ecclesiarum Apostolicus debet seruare[54] illesa.*

Idem Dominico, Cartaginensi Episcopo, [lib. II. Indict. 10. epist. 39.][55]

De ecclesiasticis priuilegiis quod uestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat, quia, sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque ecclesiis sua iura seruamus, nec[56] cuilibet gratia fauente ultra quam meretur inpertior, nec ulli hoc, quod sui iuris est, ambitu stimulante derogabo: sed fratres meos per omnia honorare cupio, sicque[57a] honore singulos subuehi, dummodo non sit quod alteri iure ab altero possit opponi.

C. IX. *Quod rationabiliter diffinitum est nullo modo[58a] uiolari debet.*

Item[59b] Vigilio[60c], Arelatensi Episc. [lib. VII. ep. 117.]

Cum[61] piae desiderium uoluntatis, et laudandae diffinitionis[62d] intentio sacerdotalibus sit semper studiis adiuuanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea, que pro quiete[63e] religiosae[64f] conuersationis sunt disposita uel[65g] ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quedam ualeat presumptio perturbare: sed sicut hoc, quod[66] ratio exigebat utiliter[67h], obtinuit[68i] diffiniri, ita quod diffinitum est[69k*] non debet uiolari.

C. X. *Sibi iniuriam facit Apostolicus[70a] qui fratrum suorum iura perturbat.*

Idem [ad Natalem Episcopum, lib. II. epist. 37.][71]

Quod uero dicitis[72], nostris[73] temporibus debere seruari que a meis quoque decessoribus[74b] tradita uel[75c] custodita sunt, absit hoc[76d] a me, ut statuta maiorum consacerdotibus[77] meis in qualibet ecclesia infringam, quia michi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo.

C. XI. *Nulla presumptione uiolentur que ab Apostolis et[78] eorum successoribus sunt instituta.*

Item Iulius Papa [epist. I. ad Orientales, c. 4.][79]

Amputato totius usurpationis excessu nullus[80] presumat[81a] que sibi non uidentur esse concessa. §. 1.[82b] Ea[83]

EDITIO ROMANA.

Causa XXV. Quest. II. c. 3. a) episcopos b) meorum c) roborentur, perversi* auctoritate corrigantur — c. 4. a) praedecessorum b) ipso c) non stabit — c. 5. a) decrevimus — c. 6. a) sedis eatenus b) istis, sive ea, quae ad canones pertinent[34] c) sive ea d) contigerint — c. 7. a) quae pro defensorum b) sive c) decernimus d) quacunque e) excusat. et f) exemplo suo g) post se — c. 8. a) sicque studes — c. 9. a) in nullo debet b) Idem c) Virgilio d) devotionis e) quiete monachorum f) religiosaeque g) fuerint (sunt disp. vel: *deest*) h) utilitatis i) oportuit k) est nisi forte* ubi maior est auctoritas — c. 10. a) Apost.: *deest* b) praedecessoribus c) atque d) hoc: *deest* — c. 11. a) debet praesumere b) Et infra: §. 1.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. III. * Perversi: Addita sunt haec ex originali.

C. IX. * Nisi forte: Exceptio haec abest a plerisque vetustis, et Anselmo et codicibus Gregorii impressis et manuscriptis. In uno autem Gratiani apposita est tanquam glossa, et legitur supra 6. q. 4.

Causa XXV. Quest. II. can. 3. 7) *Ep. 64. scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1414. — *Ans.* VI, 97. (94.) — *cf. ad c.* 1. *Dist.* V. 8) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Corr. Ans.* 9) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 10) igitur: *orig. Ans.* 11) quidquid vero: *orig.* 12) debet agere: *orig.* 13) Arelatensium: *EGH Ed. Bas.* 14) nec: *Edd. coll. o. pr. Bas. Par. Lugdd.* 15) invenerit: *DEGH Edd. coll. o.* 16) omnium episcoporum curam: *orig.* 17) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* || can. 4. 18) Ap.: *deest: EGH;* Apostolorum: *A* 19) *Codd. coll. o.* 20) mutare: *ABD* 21) item: *ABC;* — *Ep.* 17. *lib.* XIV. *Ed. Maur. — supposititia est. — Jaffé no.* CCXXXIV. — *Coll. tr. P.* I,,55, 7. 22) *Luc. c.* 11. *v.* 17. 23) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. orig. Coll. tr. P. — Vulgat.* 24) *BD Ed. Bas. Vulgat.;* non stat: *C: deest: EGH* || can. 5. 25) *Ep.* 14. *c.* 2. *Ed. Baller. — scr. ao.* 446. (?) — *Jaffé no.* 189. — *Ans. ded.* I, 105. (104.); *Ivo Decr.* V, 346.; *Coll. duodec. P.* I, 29. 26) protenditur . . . traditum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 27) *A Edd. Lugdd.* II. III. *orig. Ivo;* decrevimus vel decernimus: *EGH* 28) prestitis: *BCDEGH Edd. coll. o.* 29) discedat: *Ans. ded.* || can. 6. 30) *scr. ao.* 517. *c.* 2. *ap. Thiel p.* 788. — *Jaffé no.* 496. — *Coll. tr. P.* I, 49, 1. 31) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 32) in speculis sitis et: *orig. Hisp.;* inspectis istis: *Cod. orig.* 33) *Codd. et Edd. coll. o.* 34) pert. et a nobis: *orig. Hisp.* 35) *AD orig. Coll. tr. P.;* si quid: *Hisp.;* sive quid: *orig.* 36) dignum relatione: *orig. Hisp.;* relationi: *Turrecrem.* 37) *BD Turrecrem. Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. — orig. Hisp. Coll. tr. P.; add.:* nunciari: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 7. 38) *Ep.* 14. *scr. ao.* 598. *lib.* VIII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1137. — *Ans.* IV, 5. *Polyc.* III, 15, 6. 39) constitutionis: *orig.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 41) *Codd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 42) *add.:* in eis: *orig.* 43) videantur: *Edd. Lugdd.* II. III. 44) deposita: *Ans.* 45) partemue (vel in: *deest*): *orig.* 46) ea: *deest: ib.* 47) *ABCD Edd. coll. o.* 48) immutari: *Edd. coll. o.* 49) *Codd. et Edd. coll. o.* 50) *ib. Ans. Polyc.* 51) *Codd. et Edd. coll. o.* 52) *ib. Corr. Turrecrem. Ans. Polyc.; add.:* post se: *Turrecrem.* 53) dissolui: *EGH Ans. Polyc.* || can. 8. 54) observare: *EH* 55) *Ep.* 47. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 834. — *Ans.* IV, 6.; *Polyc.* III, 15, 7.; *Caes.* VII, 15. 56) *add.:* enim: *ABEGH Ed. Bas.* 57) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 9. 58) *Codd. coll. o.* 59) *Codd. coll. o. pr. A* 60) *ACDH Edd. coll. o. Ans.;* Iulio: *BEG;* — *Ep.* 111. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1268. — *Ans.* IV, 7.; *Polyc.* III, 15, 8. 61) Dum: *Polyc.* 62) *Codd. et Edd. coll. o.* 63) *ib. Ans. Polyc.* 64) *ib.* 65) *Codd. et Edd. coll. o.;* sunt ordin.: *Ans. Polyc.* 66) quia: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 68) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 69) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig. Ans. Polyc.* || can. 10. 70) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 71) *Ep.* 52. *scr. ao.* 592. *lib.* II. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 839. 72) dicis: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 73) vestris: *AB* 74) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Turrecrem.* 75) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (et) 76) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 77) cum sac.: *Edd. coll. o.* || can. 11. 78) eorumque: *EGH* 79) *Caput Pseudoisid. no.* 8. *ap. Hinschius p.* 460. — *Jaffé no.* CXXXIX. — *Ans.* VI, 127. (132.); *Polyc.* III, 15, 3. 80) quia null.: *orig.* 81) *Codd. et Edd. coll. o.* 82) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.;* — *no.* 9. *ib.* 83) Et: *Edd. Lugdd.* II. III.

que sunt ab Apostolis eorumque successoribus instituta[84], nulla desidia negligantur, nulla dissensione uiolentur, nulla concertatione turbentur.

C. XII.[85] *Que rationabiliter ordinata sunt nulla debent refragatione turbari.*

Item Gregorius Papa, [lib. VII. Indict. 2. epist. 60. Praerecti Illustri][86].

Ecclesiasticae moderationi[87] est omnino conueniens, ut que ordinata fuerint, uel[88a*] decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.

C. XIII. *Que contra leges fiunt[89] pro infectis habeantur[90a].*

Idem in Registro, [lib. VII. Indict. 2. epist. 7. Ianuario Caralitano][91b].

Inperiali constitutione[92] sancitum est aperte, ut ea, que contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint[93].

[C. XIV.]

Cod. lib. I. tit. de precibus inperatori offerendis, Inperator Constantinus[94].

Nec dampnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet.

[C. XV.] *Inp. Theodosius et Valentinianus*[95].

Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus precipimus refutari, nisi forte sit[96a] aliquid, quod non ledat alium, et prosit petenti, uel crimen supplicantibus[97] indulgeat.

C. XVI. *Rescriptum meretur effectum, quod cum iuris et legum ratione concordat[98].*

Item Pelagius Papa Iohanni Comiti[99].

Dicenti, sacras iussiones se habere pre manibus, respondimus scire illum oportere, quod ipse clementissimus princeps generalibus legibus constituerit[100], illa sacra uniuscuiusque supplicantis[101] desiderio concessa preualere et effectui[102] mancipari[103], que cum iuris et legum ratione concordant; ea uero, que subreptione[104] uel falsis precibus forsitan inpetrantur, nullum remedium supplicantibus ferre.

Gratian. *Rescripta, siue sint adnotationes[105] siue pragmaticae sanctiones, expressam debent habere in se condicionem: Si preces ueritate nituntur[106a]. Mendax enim precator debet carere inpetratis, et quibus scripta diriguntur sunt puniendi, si precum mendacia uetuerint argui. Unde Inpp. Diocletianus, et Maximianus, et Constantius lib. I. Cod. tit. si contra ius uel utilitatem publicam[107]:* §. 1. „*Prescriptione mendaciorum opposita, siue in iuris narratione mendacium reperiatur, siue in facti, siue in tacendi fraude, pro tenore ueritatis, non deprecantis affirmatione, datum iudicem cognoscere debere, et secundum hoc de causa conuenit[108] ferre sentenciam.*“ *Item Inp. Constantinus[109]:* „*Puniri iubemus[110] decem librarum auri mulcta iudices, qui uetuerunt[111b] precum argui falsitatem.*“ *Inpp. Theodosius et Valentinianus[112c]:* §. 3. „*Et si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit[113d], careat penitus inpetratis, et, si nimia mentientis inuenitur[114e] inprobitas, etiam seueritati subiaceat iudicantis.*“ *Item Constantinus[115f]:* §. 4. „*Et si non cognitio, sed executio, mandatur, de ueritate precum inquiri oportet, ut si fraus interuenit[116], de omni[117] negocio cognoscatur.*“ *Inp. Anastasius[118g]:* §. 5. „*Omnes cuiuscumque maioris uel minoris amministrationis uniuersae[119] reip.[120h] iudices monemus, ut nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram annotationem, que generali iuri uel utilitati publicae aduersa esse uideatur[121], in disceptatione[122i] cuiuslibet litigii patiantur proferri; sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas.*“ *Cod. tit. de diuers. rescript. Inpp. Diocletianus et Maximianus[123]:* §. 6. „*Sanccimus, ut autentica ipsa atque originalia rescripta[124], etiam ex[125k] nostra manu subscripta, non exempla eorum insinuentur.*“ *Inp. Constantinus[126]:* §. 7. „*Si qua[127] beneficia personalia sine die et consule fuerint deprehensa, auctoritate careant.*“ *Inp. Zeno[128]:* §. 8. „*Uniuersa rescripta, siue in personam precantium siue ad quemlibet iudicem manauerint, que uel annotatio, uel queuis[129] pragmatica sanctio nominetur[130], sub ea condicione proferri precipimus, si preces ueritate nituntur[131l], nec aliquem fructum precator oraculi percipiat inpetrati, licet in[132] iudicio asseueret[133] ueritatem, nisi questio fidei precum inperiali beneficio monstretur inserta. Nam et magnificus uir questor, et uiri spectabiles magistri scriniorum, qui sine prefata adiectione qualecumque diuinum responsum dictauerint[134], et iudices, qui susceperint, reprehensionem subibunt, et qui illicite dictata ausi fuerint scribere cuiuscumque scrinii memoriales, seu pragmaticarii, uel adiutores primicerii, amissione cinguli ferientur.*“[135m]

C. XVII. *Priuilegia ecclesiarum nulla debent inprobitate conuelli.*

Item Leo Papa [epist. LII. al. LIV. ad Marcianum Augustum][136].

Priuilegia ecclesiarum, sanctorum[137a] canonibus instituta, et uenerabilis Nicenae[138b] fixa decretis, nulla possunt inprobitate conuelli, uel[139c] nouitate mutari.

Item Nykolaus Papa, uniuersali sinodo presidens, dixit [in Concilio Romano, c. ult.][140*]:

C. XVIII. *Anathema sit qui mandata uel decreta Romanorum Pontificum seruare contempserit.*

Si quis dogmata, mandata[141], interdicta, sanctiones uel decreta pro catholica fide uel ecclesiastica[142a] disciplina, pro correctione[143b] inminentium uel futurorum malorum a sedis apostolicae Presule[144] salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

EDITIO ROMANA.

Causa XXV. Quest. II. c. 12. a) vel rationabiliter* — c. 13. a) habentur b) Item in Regesto — c. 15. a) est c. 16. a) nitantur b) vetuerint c) Item Impp. d) attulerit precator e) inveniatur f) Imp. Const. g) Imp. Anast. h) nostrae reip. i) disceptationem k) et nostra etiam manu l) nitantur m) feriantur — c. 17. a) sanct. Patrum b) Nicaenae synodi c) nulla — c. 18. a) vel eccl.: *deest* b) correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * **Rationabiliter:** Vox ista abest a plerisque manuscriptis, et a codicibus B. Gregorii, nec reperitur infra 35. q. 9. *Omnibus modis.* Sed non est inducta, quia omnia Gratiani exemplaria habent istam vocem, etiam in rubrica.

C. XVIII. * Caput hoc exstat in concilio Romae habito, in quo Nicolaus Papa I. Thietgandum et Guntarium episcopos deposuit. Quod concilium impressum est Romae post epistolas ipsius.

Causa XXV. Quest. II. can. 11. 84) statuta: *orig.* || can. 12. 85) *c.* 12. 13. *in EG exstant post c.* 16. 86) *Ep.* 57. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. — *Jaffé no.* 1215. — *Ans.* IV, 9. 87) *add.:* disciplinae vel: *Ans.* 88) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Turrecrem. orig. Ans.* || can. 13. 89) sunt: *ABC* 90) *Codd. coll. o.* 91) *ib.; — Ep.* 7. *scr. ao.* 598. *lib.* IX. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1163. — *Caes.* II, 34. *Deusd.* I. III. *a Corr. laud., ubi nihil in Cod. coll. inventum est* 92) constitutum est . . . sanctione: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 93) sunt: *ABD;* habeantur: *H Ed. Bas.* || can. 14. 94) Cod. . . . Const.: *deest: EG;* — *l.* 3. *Cod. Iust.* (I, 19.) *dat. ao.* 354.; *can.* 14. *et* 15. *in Codd. coll. o. cum antecedente cohaerent.* || can. 15. 95) Valerius: *CD;* Theod. . . Val.: *deest: EGH;* — *l.* 7. *ib. dat. ao.* 426. 96) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 97) supplicanti: *EGH Edd. coll. o. orig.* || can. 16. 98) *Rubr. deest: ABD* 99) *Ep. scr.* 555—60. — *Jaffé no.* 669. — *Ivo Decr.* IV, 191.; *Coll. tr. P.* I, 54, 27. 100) constituit: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 101) supp.: *deest: Ivo* 102) effectum: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 103) mancipare: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 104) subreptitie: *AC;* subreptio: *Coll. tr. P.* 105) adnotatio (sint: *deest*): *AC* 106) *ABCD* 107) si contra iuris utilitatem: *Codd. coll. o. p. A; l.* 2. *Cod. Iust.* (I, 22.); — *hoc loco in EGH initium est novi canonis.* 108) convenerit: *EGH* 109) *c.* 3. *ib.* 110) debemus: *Edd. Ven.* I. II. 111) *AB Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig.;* — inventi fuerint: *CD* 112) *ACD;* Valerius: *EGH;* §. 3.: *deest: B;* — *c.* 5. *Cod. ib.* 113) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 114) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* — *orig.* 115) *Codd. coll. o.; Cod. ib. c.* 4. 116) intervenerit: *AH Edd. coll. o.* 117) omn.: *deest: CDEGH Ed. Bas.* 118) *ABCD;* — *Cod. ib. c.* 6. 119) uniu.: *deest: EGH* 120) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 121) videantur: *BCD Edd. coll. o. pr. Bas.* — *Turrecrem.* 122) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 123) *in EGH novus incip. canon verbis:* Item lib. Cod.; — *l.* 3. *Cod.* (I, 23.) 124) scripta: *EGH* 125) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Turrecrem.* — *deest: Edd. Lugdd.* II. III. *orig.* 126) *Cod. ib. c.* 4. §. 7. *sqq.; deest: B; ubi sequitur supra* §. 3. 127) quae: *EGH* 128) *ib. c.* 7. 129) quev.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 130) nominentur: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* I. III. 131) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig.* 132) in: *deest: EGH* 133) asserat: *orig.* 134) dictaverunt: *EGH* 135) *ACD Edd. coll. o. orig.* || can. 17. 136) *cf. supra ad c.* 2. — *Ans.* IV, 10. (*can.:* ad Christianum; *cont.*) 137) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 138) *ABCDH Ans.* 139) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 17. 140) *c.* 5. *Conc. Rom. hab. ao.* 863. *ap. Mansi* XV, 652.; — *Jaffé post no.* 2074. — *Deusded.* I, 124.; *Ans.* IV, 26.; *ib.* XII, 3. *Ivo Decr.* V, 35. (ex. C. Leonis IV.); *Polyc.* I, 17, (19,) 16.; *Coll. duod. P.* IX, 231.; *Caes.* II, 39. 141) mand.: *deest: Ivo* 142) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (et eccl.); catholica fide (pro: *orig. Deusd. Ivo*) eccl.: *orig. Deusd. Ans.* IV. XII. *Ivo Polyc.* 143) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* IV. 144) praeside: *orig.*

Item Gelasius Cresconio Iohanni, Mesaliae Episcopis, inter cetera[145a]:

C. XIX. *Statuta priorum*[146] *successores*[147] *seruare oportet.*

Decessorum statuta sicut legitima et iusta successorem[148] custodire conuenit, ita debet etiam male facta corrigere.

Hinc etiam Archadius et Honorius[149a]:

[C. XX.]

Quecumque, inquiunt[150b], a parentibus nostris diuersis sunt[151] statuta temporibus, manere inuiolata atque incorrupta circa sacrosanctas ecclesias precipimus. Nichil igitur a priuilegiis inmutetur, omnibus[152c], qui ecclesiis deseruiunt[153], tuicio deferatur, quia temporibus[154] nostris addi pocius reuerenciae[155] cupimus, quam ex his, que olim prestita sunt, inmutari. *Idem* [leg. 30.][156d]: §. 1. Non tam[157] nouum aliquid presenti sanctione precipimus, quam illa, que olim uidentur indulta, firmamus. Priuilegia igitur, que olim reuerentia religionis[158] obtinuit, mutilare[159e] sub penae etiam interminatione prohibemus ita, ut hii quoque, qui ecclesiae obtemperant, ipsius[160] beneficiis perfruantur. *Idem* [leg. 34.][161f]: §. 2. Si ecclesiae uenerabilis priuilegia cuiusquam[162g] fuerint uel temeritate uiolata, uel dissimulatione neglecta, conmissum duodecim[163]* librarum auri (sicut etiam prius constitutum est) condempnatione plectatur. Ipsaque** priuilegia nichilominus plenissimum per omnia obtineant uigorem.

Item Pelagius Armentario, Magistro militum, inter cetera[164]:

C. XXI. *Non liceat*[165a] *Pontifici a iure ecclesiae discedere, quod documentorum auctoritate firmatur.*

Posteaquam ecclesiae iura documentorum quoque intercedentium fuerint auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam Pontifex, uel si uult[166], permittatur habere licentiam.

Gratian. *Si ergo priuilegia monasteriorum uel quarumlibet ecclesiarum auctoritate Leonis, Gregorii, Gelasii et nonnullorum aliorum Pontificum sanctae Romanae ecclesiae inuiolata seruantur; si ea, que contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt; si Pontifex non habet*[167] *liberam*[168b] *licentiam discedendi a documentis, quibus iura ecclesiae firmantur: patet, quod posteriora priuilegia antiquioribus derogare non possunt, nec eorum auctoritate eis aliqua obicietur exceptio, cum etiam, si contra illa specialiter fierent, pro infectis essent habenda.*

II. Pars. §. 1. *His ita respondetur: Sancta Romana ecclesia sua auctoritate congregata ualet disiungere, et disiuncta congregare; rationis tamen equitate considerata. Unde uel pietatis, uel necessitatis intuitu semel a se concessa ualet uel*[169c] *in totum uel in partem conmutare. Pro necessitate namque corrigendorum uiciorum priuilegia multarum ecclesiarum uel inminuuntur, uel penitus inmutantur, siue personaliter siue generaliter.* §. 2. *Personaliter iuxta illud*[170]: *„Priuilegium omnino meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate.“*

C. XXII. *Quod*[171] *habet amittat qui quod non accepit*[172] *usurpat.*

Item Silverius Papa Vigilio Episcopo, [ep. II.][173]

Sic decet fidem[174] sanctorum Patrum in ecclesia seruari catholica, ut quod habuit[175] amittat qui inprobabili temeritate quod non accepit assumpserit[176].

C. XXIII. *Priuilegium amittit qui sua potestate non legitime utitur.*

Item Simplicius [epist. II.] *Iohanni, Episcopo Rauennati, post pauca, quibus eum ab illicita ordinatione prohibuit*[177a].

Denunciamus autem, quod si posthec[178b] aliquid[179c] tale presumpseris, et aliquem seu episcopum, uel[180d] presbiterum, seu diaconem inuitum facere forte credideris, ordinationes tibi Rauennatis uel Emiliensis ecclesiae noueris auferendas.

C. XXIV. *Ius ordinandi amittunt qui inmeritum consecrant.*

Item Leo Papa [epist. LXXXV. al. LXXXVII. ad Episcopos Africanos][181].

Si qui episcopi talem consecrauerint sacerdotem, qualem esse non liceat[182a], etiamsi aliquo modo dampnum proprii honoris euaserint, ordinationis[183b] ius ulterius non habebunt, nec umquam ei[184] sacramento intererunt, quod, neglecto diuino iudicio, inmerito prestiterunt.

Gratian. *Generaliter, ueluti dum ciuitati episcopalis dignitas perpetuo subtrahitur, que suos episcopos interimere consueuit.*

Unde Gelasius Papa scribit[185]*:

C. XXV. *Episcopalis dignitas ciuitati subtrahitur, que suos presules interimit*[186a].

Ita nos Sillanorum[187b] cedes geminata pontificum horrendi criminis[188] atrocitate confudit[189], ut diu constitutio nostrae deliberationis hesitaret[190], dum et ingerere quemquam[191c] parricidalibus exemplis detestaremur[192] antistitem, et[193] ecclesiam utcumque[194] destitutam non usque adeo iudicaremus relinquendam[195]. Quapropter iam uelut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus[196] duximus religioni consulendum, ut parrochiae uice[197] ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernetur[198], que[199] ibidem conmanentes ferro didicit[200] necare pastores, inauditoque facinore (quod[201] etiam in illis[202] prouinciis nusquam prorsus legitur accidisse[203], que bellorum continuis diuersisque incursionibus affliguntur) ut aliqua[204d] reperta sit ciuitas, que presules ministrantes[205] sibi[206] fidei Christianae[207e]

EDITIO ROMANA.

Causa XXV. Quest. II. c. 19. a) Cresconio et Ioanni — c. 20. a) Hon. inquiunt. b) inq.: *deest* c) omnibusque d) Iidem e) mutilari f) Iidem g) cuiuscunque — c. 21. a) licet b) lib.: *deest* c) vel: *deest* — c. 23. a) Simpl. Papa ... Ep. Ravennatensi b) posthac c) quicquam d) seu — c. 24. a) licet b) ordin. tamen — c. 25. a) interemit b) Scyllacaenorum c) quempiam d) haec sit rep. e) Christ. sacramenta

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XX. * **Duodecim**: In lege ipsa tam codicis Theodosiani, quam Iustiniani legitur: *quinque librarum auri.*

** **Ipsaque**: Haec usque ad finem non sunt in lege illa, sed horum loco in Theodosiano habentur ista: *Si quid igitur contra ecclesias vel clericos per obreptionem, vel ab haereticis, vel ab huiuscemodi hominibus fuerit contra leges impetratum, huius sanctionis auctoritate vacuamus.*

C. XXV. * In Polycarpo, et apud Anselmum et Ivonem continuo sequitur c. *Comperimus.* infra de cons. dist. 2.

Causa XXV. Quest. II. can. 19.* 145) *Codd. coll. o.;* Pelagius: *BCD; vox* Mesaliae *in Codd. coll. o. corrupta est. — scr. ao.* 492—96. *ap. Thiel p.* 499. — *Jaffé no.* 462. — *Deusded.* III, 92. *Ans. contra Wibertum ap. Canisius t.* 3.; — *cf. Leon. M. opp. ed. Baller.* III, CCCIV. — *Berardus Callixtum* II. *auctorem esse immerito censuit, cum in Calixti ep.* (14.) *ad Ansericum eadem verba legantur.* 146) *add.:* suorum: *EGH* 147) successorem: *ACD;* successorum: *B* 148) successione: *ABC* || can. 20. 149) *Codd. coll. o.; — Cod. Theod.* XVI, 2, 29. *dat. ao.* 395. *sed fons capitis est ap. Hincmar. Remens. Opp.* II, 319. *ed. Sirmond. — Ans.* IV, 16. 17. 18. — *in Codd. coll. o. canon cum antecedente coniunctus est.* 150) *Codd. coll. o. Hincm. Ans.* 151) sunt: *deest: Ans.* 152) *ABCD Ans.* 153) serviant: *orig.;* serviunt: *Hincm.* 154) *add.:* etiam: *EGH Edd. coll. o.* 155) reverentiam: *Edd. coll. o.* 156) *Codd. coll. o.* 157) tam: *deest: orig.* 158) *add.:* et ordinis: *Edd. Nor. Ven.* II.; vel ordin.: *Edd. rell.* 159) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Ans.* 160) his quibus ecclesia: *orig.* 161) *Codd. coll. o. — cf. Cod. Iust. l.* 13. (1, 3.) 162) *ABCD orig. Ans.* 163) XXII.: *C;* XX.: *D* || can. 21. 164) *fragm. Pelagii* I. (555—60.) — *Jaffé no.* 635. — *Deusded.* III, 106.; *Caes.* I, 24.; *Ans. contra Wibert. (ap. Canisius lect.* III.) 165) *Codd. coll. o. pr. E* 166) velit: *Deusd. Ans.* 167) habeat: *EGH* 168) *Codd. coll. o.* 169) *ib.* 170) *cf. c.* 63. *C.* XI. *qu.* 1. || can. 22. 171) Qui: *GH;* rubr.: *deest: A* 172) acceperit: *AC* 173) Virgilio: *AB;* Ep.: *deest: EGH: — cap. apocryphum ap. Blondell. p.* 603. — *Jaffé no.* CCXVIII. — *Ans.* VI, 155. (160.); *Ivo Decr.* VI, 73.; *Coll. tr. P.* I, 51, 1. 174) fides: *Ans.* 175) habuerit: *ABC* 176) usurpaverit: *Ivo* || can. 23. 177) *Codd. coll. o.; — cf. supra Dist* LXXIV. *c.* 7. 178) *Codd. coll. o.;* post tale hic: *Ed. Bas.;* post hoc: *Edd. rell. Turrecrem.* 179) *Codd. et Edd. coll. o.* 180) *Codd. coll. o.* || can. 24. 181) *cf. ad. c.* 43. *C.* I. *qu.* 1. — *Ans.* VI, 72. *Caes.* IV, 17. 182) *BCD Ans.;* esse: *deest: Ans.* 183) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 184) eidem: *CD Edd. coll. o.;* eis: *EGH* || can. 25. 185) *Gelas. Maiorico et Ioanni Epp.* (492—96) *ap. Thiel p.* 450. — *Deusded.* I, 140.; *Ans.* VI. 148. (144. *can. cont.*); *Ivo Decr.* X, 18.; *Coll. tr. P.* III, 20. (21.) 7.; *Polyc.* III, 30, 1. (*can. cont.*) 186) *Codd. coll. o.* 187) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Corr.:* Syllan.: *Edd. rell.;* Sillacinor.: *Ans. Polyc.;* Quillacinor.: *Deusd.;* quidem Latinorum: *Ivo;* Latinorum: *Coll. tr. P.* 188) sceleris: *Deusd. Polyc.* 189) confundit: *B Edd. Arg. Bas. Nor.* 190) excitaret: *Deusd.* 191) *ABCD Cod. origin. Deusd. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 192) dubitaremus: *Ivo Coll. tr. P.* 193) et ... relinqu.: *deest: Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 194) ubicunque: *Ans. Polyc.* 195) *add.:* nullatenus: *ib.* 196) *add.:* nos: *EGH* 197) vestrae: *Edd. coll. o.;* vices: *orig. Ivo;* vice: *Codd. orig.* 198) gubernentur: *orig. Deusd. Ans. Ivo* 199) quia: *Deusd. Ivo;* qui: *Coll. tr. P.* 200) didicerit: *orig.;* didicere: *Deusd. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 201) ad quod: *Deusd.;* et quod: *Ans. Polyc.* 202) nullis (in: *deest*): *orig. Ivo* 203) acciderit (legit.: *deest*): *orig. Deusd. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.;* legit. accidisse: *Codd. origin.* 204) *Codd. et Edd. coll. o.* 205) ministrandae: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par. orig. Deusd. Ans. Polyc.;* ministrando: *Ivo Coll. tr. P.;* ministrantes: *Codd. orig.* 206) sibi: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 207) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I.; — *orig. Collatt. citt. o.;* fidem Christianam: *Ivo Coll. tr. P.*

sine persecutore[208] prosternat[209]. Curandum est igitur, ut[210f] funesta pernicies cessatione propriorum sanetur antistitum, atque ita saltim furoris tanti materia subtrahatur, si[211] in quam[212] hec possit acerbitas perpetrari consistens persona ibidem defuerit, eoque modo uel illa ciuitas[213], dum in quos deseuiat[214] non habebit[215], ab huiusmodi temeritate[216] desistat, uel aliis imitandi[217] contagia dira[218] non prebeat. Egeat ergo episcopalibus subsidiis sibimet aliunde pensatis[219g], que sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat[220] sanguine dignitatem, que[221h] in utroque hac[222] est ultione plectenda, siue[223] instinctu domestico seu furiis incitata[224i] hoc conmittit externis[225]. Prebeat ergo uestra dilectio in hoc statu positae ministerium uisitationis ecclesiae, et[227] aut conueniendo pariter, aut uicissim, prout qualitas rerum causaque proposcerit, diuina misteria[226k] representet ingratis, ne, cum deuitamus zizania[228], dominica uideamur preterire[229] frumenta.

III. Pars. Gratian. *Hostiliatis quoque uel paupertatis necessitate episcopales sedes uel mutantur, uel duae in unum[230l] rediguntur, sicut sup. in tit. de mutationibus[231m] episcoporum B. Gregorius[232] fecisse legitur. Non ergo priuilegia ecclesiarum sic inuiolata permanere censentur, ut quibusdam de causis interuenientibus apostolica auctoritate eis derogari non possit; alioquin multitudo ecclesiarum ad paucitatem redigeretur, cum innumerae ecclesiae in diocesibus aliarum frequenter conditae inueniantur. Seruentur ergo priuilegia ecclesiarum cunctis inconcussa temporibus, ne uidelicet preter eius auctoritatem, a quo data sunt, contra ea liceat ire alicui.* §. I. *Sed obicitur illud Simaci Papae: „Possessiones, quas unusquisque ecclesiae suo reliquit[233n] arbitrio, etc." que sup. in tit. de alienatione rerum ecclesiasticarum leguntur asscripta. Unde datur intelligi, quod ea, que de iure uniuscuiusque[234] ecclesiae uel necessitatis, sicut peregrinis, uel pietatis intuitu, sicut religiosis domibus conferuntur, non perpetuo, sed temporaliter ab eis[235], quibus conferuntur, sunt possidenda. Quamquam illud Simaci ad necessitatis intuitum, non ad pietatis prospectum possit referri, uidelicet, ut ea, que peregrinis uel captiuis necessitas largiri suasit, non ea, que religiosis domibus ob quietem religiosae conuersationis concessa sunt prohibeantur perpetuo possideri. Vel pocius de utrisque intelligendum est, uidelicet, ut sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficiis renunciare coguntur, que eis miserationis indulsit intuitus, sic religiose uiuentes, cum a religione cessauerint, priuilegiis exuuntur[236o], que religiosa conuersatio meruit. Priuilegia ergo, que religiosis domibus conceduntur[237p], uel in eo casu accipienda sunt, in quo ita eis consulitur, quod nulli aliquid derogatur, uidelicet ut ex noualibus, quorum decimationes nulli assignatae fuerant, priuilegiorum auctoritate decimas aliquibus persoluere non cogantur, uel si propter instantem temporis necessitatem eis consuli non poterit[238], nisi aliis derogetur, ita priuilegiorum auctoritas uidetur[239q] esse seruanda, ut eorum subueniatur inopiae, non ut suarum diuitiarum augmento, et possessionum non modica extensione porrecta, baptismales seu parrochianae[240r] ecclesiae penitus destruantur.*

CAUSA XXVI.

GRATIANUS.

Quidam sacerdos sortilegus esse et diuinus conuincitur apud episcopum; correctus ab episcopo noluit cessare; excommunicatur; tandem agens in extremis reconciliatur a quodam sacerdote episcopo inconsulto; indicitur penitencia sibi sub quantitate temporis canonibus prefixa. (Qu. I.) *Primum[1a] queritur, qui sint sortilegi?* (Qu. II.) *Secundo, an sit peccatum esse sortilegum?* (Qu. III.) *Tertio, a quibus genus diuinationis sumpsit exordium?* (Qu. IV.) *Quarto, quot sint genera diuinationis?* (Qu. V.) *Quinto, an sortilegi uel diuini sint excommunicandi, si cessare noluerint?* (Qu. VI.) *Sexto, an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari a presbitero, illo inconsulto?* (Qu. VII.) *Septimo, si morientibus est indicenda penitencia sub quantitate temporis?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

Qui sint sortilegi, Ysidorus diffinit Ethimologiarum lib. VIII. [cap. 9.], *ita dicens*[2]:

C. UN. *Qui sint sortilegi?*

Sortilegi sunt qui sub nomine fictae religionis per quasdam, quas sanctorum seu apostolorum[3a] uocant sortes, diuinationis scientiam[4] profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem sortes exquirere peccatum non sit, exemplis[1a] et auctoritatibus probatur. Cum enim Achan[2b], de anathemate furtim subripuisset, et ob eius peccatum populus cesus apud Ain[3c] hostibus terga dedisset, precepit Dominus Iosue, ut sortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hostium cadere meruerat. Iosue preceptum accipiens misit sortes, primum super tribus, deinde super familias, demum super personas, et sors ita cecidit[4] super Achan. Saul[5] quoque, cum pugnans contra Philisteos iurasset, se interfecturum quicumque de populo ante solis occasum comederet, sorte deprehendit Ionathan filium suum mel comedisse, quod sceptro acceperat, quem cum morti tradere uellet, populo supplicante reuocauit sentenciam. Ionas[6] quoque, cum a facie Domini fugeret, a nautis sorte deprehensus in mari[7d] deiectus, et a ceto est absorptus. De[8] Zacharia etiam legitur, quod sorte exiit, ut incensum poneret. Matthias[9] uero similiter[10e] a B. Petro sorte in apostolatum et Iudae successor[11] eligitur. Quod ergo tantorum exemplis probatur, patet malum non esse.*

Unde et[12a] Augustinus ait in lib. Psalmorum, [in Psal. XXX. concione 2. ad uersic. In manibus tuis sortes]:

C. I. *Quid sit sors[13b].*

Sors non est aliquid mali, sed res[14c] in humana dubietate[15d] diuinam indicans uoluntatem.

II. Pars. Gratian. *His ita respondetur: Ante, quam euangelium claresceret, multa permittebantur, que tempore perfectioris disciplinae penitus eliminata sunt. Copula namque sacerdotalis uel consanguineorum nec legali, nec euangelica, uel apostolica auctoritate prohibetur, ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur. Sic et sortibus nichil mali inesse monstratur, prohibetur[16] tamen fidelibus, ne sub hac specie diuinationis ad antiquos ydolatriae[17e] cultus redirent. Unde quibusdam constellationes et futurorum signa custodientibus Apostolus ait[18]: „Dies obseruatis, et menses, et tempora, et annos. Unde timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis." Sic et astronomia, seu et[19] astrologia apud catholicos in dissuetudinem abiit, quia, dum propria curiositate his nimis erant intenti, minus uacabant his, que saluti animarum erant accommodata.*

EDITIO ROMANA.

Causa XXV. Quest. II. c. 25. f) ut illic g) pensandis h) quia i) incitata nefas k) ministeria l) unam m) mutatione n) relinquit o) exuantur p) conferuntur q) videatur r) parochiales — Causa XXVI. a) Hic prim. — Quest. I. C. UN. a) seu apost.: *deest* — Quest. II. a) et exempl. b) Achar c) Hay d) mare e) simil.: *deest* — c. I. a) etiam b) Quid sit sors: *deest* c) res est d) dubitatione e) idololatriae

Causa XXV. Quest. II. can. 25. 208) persecutione: *orig.* 209) prosterneret: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 210) *Codd. et Edd. coll. o.* 211) si ... def.: *deest: Deusd. Ivo Coll. tr. P.* 212) inquam: *AB;* in qua: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I.; — *orig.;* quam: *Codd. orig.* 213) civit.: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 214) saeviat: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 215) habeat: *orig. Polyc.* 216) cassatione: *orig.* 217) imitantibus: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 218) dir.: *deest: C;* exemplum: *Edd. coll. o.* 219) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* depensis: *orig. Collatt. citt. o.* 220) macularat: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 221) *Codd. et Edd. coll. o.* 222) haec: *Ans.* 223) *add.:* scilicet: *orig. Deusd. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 224) *Codd. et Edd. coll. o.* 225) ext.: *deest: D Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P. (apud quos hic capitis exitus est.)* 226) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ven.* I. *Corr. Cod. orig. Deusd. Ans. Polyc.* 227) et: *deest: AB* 228) zizaniam: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* — *Polyc.;* zizania divina: *Deusd.* 229) periisse: *ib.* 230) *Codd. coll. o.* 231) *ib.* 232) *cf. c.* 42. 44. *C.* VII. *qu.* 1.; *c.* 48. *C.* XVI. *qu.* 1. 233) *Codd. coll. o.;* — *cf.: c.* 61. *C.* XVI. *qu.* 1. 234) unius: *ABC* 235) his: *EGH* 236) *Codd. coll. o.* 237) *ib.* 238) potuerit: *BEGH* 239) *Codd. coll. o.* 240) *ABCD;* parochitanae: *Corr.*

Causa XXVI. *Codd. coll. o.*

Causa XXVI. Quest. I. can. un. 2) *no.* 28.; *Ivo Decr.* XI, 22.; *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 11. 3) *Codd. et Edd. coll. o.* 4) sententiam: *Coll. tr. P.*

Causa XXVI. Quest. II. 1) *Codd. coll. o.;* — et auctoritate: *AB* 2) *C Corr. Vulgata;* Achor: *BDEGH* 3) *ABCDH;* Aym.: *EG;* — *cf. Ios. c.* 7. 4) decidit: *EGH* 5) I. *Reg. c.* 14. 6) *Ion. c.* 1. 7) *Codd. coll. o.* 8) *Luc. c.* 1. 9) *Act. c.* 1. 10) *Codd. coll. o.* 11) successorem: *ABEG* ‖ can. 1. 12) *Codd. coll. o.;* — *ad v.* 16. *no.* 13. *Ed. Maur.;* — *Ivo Pan.* VIII, 77. *(can. cont.)* 13) *Codd. coll. o.* 14) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 15) *Codd. coll. o.* 16) prohibentur ... fideles: *EGH* 17) *Codd. coll. o.* 18) *Gal. c.* 4. *v.* 10. 19) et: *deest: BDEG*

*Quod autem sortibus credi non oporteat, **Ieronimus** testatur, scribens super Ionam* [c. 1.][20]:

C. II. *Exemplo Ionae uel Matthiae non oportet sortibus credi.*

Non statim debemus sub exemplo Ionae sortibus credere, uel illud de Actibus[21] Apostolorum huic testimonio copulare, ubi sorte Matthias in apostolatum eligitur[22a]*.

C. III. *Ad secularia negocia diuina oracula non sunt conuertenda.*

***Augustinus** ad iniquisitiones **Ianuarii**,* [epist. CXIX.][23a]

Hii[24], qui de paginis[25] euangelicis[26] sortes legunt, etsi optandum est, ut id[27] pocius faciant, quam ad demonia consulenda concurrant, tamen[28b] ista michi displicet consuetudo, ad negocia secularia et ad uitae huius uanitatem[29c] diuina oracula uelle conuertere.

C. IV. *Exemplo Matthiae uel Ionae non est sortibus indifferenter credendum.*

*Item **Beda** super Actus Apostolorum,* [ad c. 1.][30]

Non exemplo Matthiae, uel quod Ionas propheta sorte deprehensus[31] sit, indifferenter sortibus est credendum, cum priuilegia singulorum (ut Ieronimus ait) conmunem legem facere omnino non possint[32]. §. 1.[33a] Si qui tamen[34] necessitate aliqua conpulsi Deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum, uideant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto[35] fratrum cetu, et precibus ad Deum fusis egisse.

*De diuinis uero scribit **Augustinus*** [lib. V. super Deuter. c. 19.,] *ita dicens*[36]:

C. V. *Non sunt obseruanda que a diuinis precipiuntur, quamuis ea contingant, que ab eis prenunciantur.*

Intelligi uoluit Dominus etiam illa, que a diuinantibus non secundum Deum dicuntur, si acciderint que dicuntur, non sic accipienda, ut fiant que precipiuntur ab eis, aut colantur que colantur ab eis.

C. VI. *Instituciones hominum que sint supersticiosae uel non.*

Idem in l. [II.] *de doctrina Christiana,* [c. 19. et 20. et 21.][37]

Illud, quod est secundum institutiones hominum, partim supersticiosum est, partim non est supersticiosum[38]. Supersticiosum est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda ydola et colenda pertinens, uel ad colendam sicut Deum creaturam, partemue ullam creaturae, uel ad consultationes et pacta quedam significationum cum demonibus placita atque federata, qualia sunt molimina[39] magicarum artium, que quidam[40a] conmemorare pocius quam docere solent[41b] poetae. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiori uanitate, aruspicum et augurum libri. §. 1. Ad hoc etiam genus pertinent omnes ligaturae atque remedia, que medicorum quoque disciplina condempnat, siue in precantationibus, siue in[42] quibusdam notis, quas[43] karacteres uocant, siue in quibuscumque[44c] rebus suspendendis atque ligandis, uel etiam saltandis[45] quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes aut occultas, aut[46d] manifestas, que eminentiori[47] nomine uocant physicam[48], ut quasi non superstitionem[49] inplicare, sed naturae[50] prodesse uideantur, sicut sunt inaures in summo singularum aurium, aut de struthionum[51e] ossibus ansulae in digitis, aut cum tibi dicitur singultienti, ut dextera manu[52f] pollicem teneas. His adiunguntur milia inanissimarum[53] obseruationum, si membrum aliquod salierit, si iunctim[54] ambulantibus amicis lapis[55g], aut puer medius interuenerit. §. 2.[56h] Hinc etiam sunt illa, limen calcare, cum ante domum suam transit; redire ad lectum, si quis, dum se calciat[57i], sternutauerit; redire ad[58k] domum, si procedens[59] offenderit; uel si[60l] uestis a soricibus roditur[61m]. §. 3. Neque[63n] ab hoc genere superstitionis perniciosae segregandi sunt, qui olim[64] genethliaci propter naturalium[65o] considerationes dierum, nunc autem[66p] mathematici uocantur. Nam et ipsi, quamuis ueram stellarum positionem, cum quisque nascitur, consecuntur[67q], et aliquando[68] peruestigant[69r], tamen quod inde conantur uel actiones nostras, uel actionum euenta[70] producere[71s], nimis errant[72t]. §. 4.[73u] Hoc autem genus fornicationis animae salubriter diuina auctoritas[74v] non tacuit, neque[75] ab ea[76] sic deterruit animam, ut propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur a[77] professoribus eorum, sed[78] „etiamsi[79] dixerint uobis,“ inquit, „et ita euenerit, ne credatis eis.“ Non enim quia imago Samuelis[80] mortui Sauli[81w] uera pronunciauit[82x], propterea[83] talia sacrilegia, quibus illa imago presentata est, minus execranda sunt, aut quia in Actibus Apostolorum[84] femina[85] uentriloqua uerum testimonium perhibuit Apostolis Domini, ideo Paulus apostolus pepercit[86] spiritui illi[87], ac non pocius feminam illius demonii correctione[88y] atque exclusione mundauit. §. 5. Omnes igitur artes huiusmodi uel nugatoriae uel noxiae supersticionis, ex quadam pestifera societate hominum et demonum quasi pacta[89] infidelis et dolosae amicitiae constituta, penitus sunt repudiandae[90z] et fugiendae Christiano.

C. VII. *Non est uita, sed mors inquisitio uel curatio, que a diuinis uel magis*[91a] *expetitur.*

***Idem** in lib. de ciuitate Dei*[92].

Qui sine Saluatore salutem uult habere, et sine uera sapientia estimat[93] se prudentem fieri posse, non sanus[94], sed eger, non prudens, sed stultus in egritudine assidua laborabit, et in cecitate noxia stultus et[95b] demens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, et omnis curatio, que a diuinis et[96] magis[97], uel ab ipsis demoniis in ydolorum cultura ex-

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. II. c. 2. a) eligitur, quum privilegia singulorum non possint legem facere communem — c. 3. a) Item Aug. b) tamen etiam c) vanitatem propter aliam vitam loquentis — c. 4. a) Et infra: §. 1. — c. 6. a) quidem b) assolent c) quibusdam d) aut etiam e) struthiorum f) manu sinistrum g) lapis aut canis h) Et infra: §. 2. i) calceat k) ad: *deest* l) quum m) roditur, plus timere[62] suspicionem futuri mali, quam praesens damnum dolere n) Neque illi o) natalium p) autem vulgo q) consectentur r) aliquando etiam pervestigent s) praedicere t) errant, et vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem u) Et infra c. 23.: §. 4. v) scriptura w) Sauli regi x) praenuntiavit y) correptione z) repudianda ... fugienda — c. 7. a) magicis b) ac

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XXVI. Quest. II. C. II. * Quum privilegia: Haec usque ad finem sunt addita ex B. Hieronymo. Referuntur enim a Beda ex eodem infra ead. c. *Non exemplo.*

Causa XXVI. Quest. II. can. 2. 20) *ad c. 1. v. 7. — Ivo Decr.* XI, 21.; *Ivo Pan.* VIII, 73.; *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 10. 21) *Act. c.* 1. 22) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 3. 23) *Codd. coll. o.; — Ep.* 55. *no.* 37. *Ed. Maur. scr. ao.* 400.; *Ivo Decr.* XI, 29.; *Ivo Pan.* VIII, 74. 24) Si: *Edd. Lugdd.* II. III.; Ii: *Ed. Nor.* 25) paganis: *H Edd. Ven.* I. II. 26) evangelicas: *EGH* 27) hoc: *orig.* 28) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 29) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* || can. 4. 30) *ad c. 1. v. 1. — Ivo Pan.* VIII, 78. — *cf. supra c.* 2. 31) repreh.: *Ivo* 32) possunt: *Edd. Arg. Bas.* 33) *Codd. coll. o.*; item: *Ivo* 34) tam.: *deest: Ivo* 35) in collectione frat. fletu: *ib.* || can. 5. 36) *Ivo Decr.* XI, 10.; *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 1. || can. 6. 37) *D; in Codd. coll. rell. per errorem pro in legit.:* I. — *no.* 29. *sqq. Ed. Maur. — Ivo Decr.* XI, 13. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 2, 3. 38) sup.: *deest: orig.* 39) volumina: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 40) *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *Coll. tr. P.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Coll. tr. P.* 42) in: *deest: EGH* 43) quos: *orig. Coll. tr. P.* 44) *Codd. et Edd. coll. o.*; quibusque: *orig. Ivo* 45) aptandis: *orig.* 46) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Coll. tr. P.* 47) mitiore: *orig.* 48) physica: *ib.* 49) superstitione: *orig. Coll. tr. P.*; superstitiose: *Corr. Ivo* 50) natura: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 51) *AC Ivo*; destructionum: *BDEGH Edd. Bas. Ven.* I. II. *Coll. tr. P.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Ivo Coll. tr. P.* 53) immanissimarum: *CD Edd. caedem* 54) seiunctum: *Edd. Bas. Ven.* I. II.; seiunctim: *Ed. Arg.*; si iunctum: *Ed. Nor.* 55) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 56) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 57) *ABCD Ivo Coll. tr. P.* 58) *BCD Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 59) procidens: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 60) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 61) *ib.*; rodatur: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 62) tremere: *orig.* 63) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Turrecrem. Coll. tr. P.* 64) olim: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 65) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *Coll. tr. P.* 66) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Coll. tr. P.* 67) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.*; — *Coll. tr. P.* 68) *Codd. coll. o. Turrecrem. Coll. tr. P.* 69) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 70) eventum: *D Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; evontus: *AC Edd. rell.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Coll. tr. P.* 72) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 73) *Codd. coll. o.* 74) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Coll. tr. P.* 75) atque: *Coll. tr. P.* 76) eo: *EGH Ed. Bas.* 77) etiam a: *ib.*; et a: *Edd. rell.* 78) *Deut. c.* 13. *v.* 8. 79) etsi: *ABC* 80) I. *Reg. c.* 28. 81) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 82) *Codd. coll. o.* 83) propter: *A Coll. tr. P.* 84) *Act. c.* 16. 85) mulier: *Coll. tr. P.* 86) non pep.: *ib.* 87) illius: *ib.* 88) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I. 89) pacta quaedam: *orig.* 90) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 7. 91) *ABCD* 92) *Imo Rabanus, lib. de magorum praestigiis. — Burch.* X, 41. (*can.*: omnis sapientia); *Ivo Decr.* XI, 66. (*ut sup. B.*); *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 13. 93) existim.: *EGH* 94) saluus: *orig.* 95) *Codd. coll. o. orig. Burch. Coll. tr. P.* 96) vel: *EGH* 97) magicis: *Edd. coll. o.*

petitur, mors pocius dicenda est quam uita, et qui ea sectantur, si se non correxerint, ad eternam perdicionem[98] tendunt, Psalmista dicente[99]: „Omnes dii gentium demonia sunt,“[100] qui[101] per deceptos homines alios decipere cottidie gestiunt, ut perdicionis suae faciant eos esse participes. Itaque[102] hec uanitas[103] magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto terrarum orbe plurimis seculis ualuit[104 c] per quandam scientiam futurorum et infernorum, et per inuentiones[105] eorum inuenta sunt aruspicia, augurationes[106 d], et ipsa, que dicuntur, oracula, et nigromantia[107 e].

C. VIII. *Christiana et uera pietas planetarios expellit et dampnat.*

Idem Confessionum lib. IV. [c. 3.][108]

Illos planetarios[109], quos mathematicos uocant, plane consulere non desistebant[110 a], quod quasi nullum eis[111 b] sacrificium, et[112] nullae preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamen Christiana et uera pietas consequenter expellit[113 c] et dampnat.

C. IX. *Cultura est[114] ydolatriae[115 a] auguria seruare, et stellarum requirere cursus.*

Item Ieronimus[116].

Sed et illud adde, quoniam qui fornicatur in corpus suum peccat, non istud[117] corpus solum, quod templum Dei est effectum, sed et[118] illud, quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in omnem ecclesiam uidetur delinquere qui corpus suum maculauerit[119], quia per unum membrum macula in omne corpus diffunditur. §. 1. Est et illud obprobrium Egypti, quod, si neglexeris, et[120 b] post Iordanis transitum, et post baptismi secundam circumcisionem uetustae consuetudinis inustione suggeritur, obseruare auguria, requirere stellarum cursus, et euentus ex his[121 c] futurorum rimari[122 d], ceterisque huiusmodi supersticionibus inplicari[123]. Ydolatriae[124 e] mater namque est Egyptus, ex qua certum est huiusmodi obprobria pullulare, que, si transito[125 f] Iordane susceperis, et his te laqueis rursus illigaueris[126], tecum sine dubio obprobria Egypti trahis.

III. Pars. Gratian. *Hec autem sacrilegia[127 g] non usque adeo sunt detestanda, ut, si aliquid de area uel torculari demonibus fuerit inmolatum, quod reliquum est ideo credatur esse inmundum, aut, si ipsum, quod oblatum fuerat[128], a nobis ignorantibus sumi contigerit, ideo credamus nos deliquisse.*

Unde Augustinus ad Publicolam, CLIV.][129]:

C. X. *Non ideo reliqua sunt inmunda, quia de[130 a] area uel torculari aliquid ad demonum sacrificia tollitur.*

Si de area aut[131 b] torculari tollitur[132 c] aliquid ad sacrificia demoniorum, sciente Christiano, ideo[133] peccat, quia[134] permittit fieri, ubi prohibendi potestas est. Quod si factum[135 d] conperit, aut[136] prohibendi potestatem non habuit[137], utitur mundis reliquis fructibus, unde illa sublata[138] sunt.

C. XI. *Inmunis est a reatu qui emit quod nescit ydolis inmolatum.*

Item Ambrosius in prima epistola ad Chorinthios, [ad c. 10.][139 a]

Licet aliquid pollutum sit per accidentiam[140], id est oblationem ydoli, cum[141 b] tamen nescit qui emit, nullum patitur[142] scrupulum, et apud Deum inmunis est.

QUESTIO III. et IV.

GRATIANUS.

I. Pars. *A quibus autem genus diuinationis exordium sumpserit, uel quot sint genera eius, Augustinus[1] exponit in libro de natura demonum, ita dicens:*

C. I. *De multiplici genere diuinationis.*

Igitur genus diuinationis a Persis* fertur allatum[2]. §. 1. Varro autem[3] dixit[4 a] quatuor esse genera diuinationum[5 b], terram, aquam, aerem, et[6] ignem: hinc geomanticam[7 c], ydromanticam, aeromanticam, piromanticam dictam[8 d] autumant[9 e]. §. 2. Diuini dicti sunt[10], quasi deo pleni. Diuinitate enim se esse plenos simulant[11], et astutia quadam fraudulenta[12 f] hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera diuinationis, ars et furor. Incantatores autem[13 g] dicti[14 h] sunt qui artem uerbis peragunt. §. 3. Arioli uocati sunt propter[15 c] quod circa aras ydolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus demonum accipiunt responsa. §. 4. Aruspices nuncupantur[16 k] quasi horarum inspectores[17]; dies enim[18] et horas in agendis negociis operibusque custodiunt, et quid per singula tempora obseruare debeat[19] homo intendunt; hii etiam exta pecudum inspiciunt, et ex[20] eis futura predicunt. §. 5. Augures sunt qui uolatus auium et uoces intendunt, aliaque signa rerum uel obseruationes inprouisas hominibus occurrentes ferunt. Idem[21 l] sunt[22] et auspices; nam auspicia[23] sunt, que iter facientes obseruant. Dicta sunt autem auspicia[24 m], et auguria[25] quasi auigerum[26 n], quod[27 o] aues gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, unum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos scilicet uolatus[28], ad aures uox auium. §. 6. Phithonissae[29 p] a Phithonio[30 q] Apolline dictae[31 r], quod is auctor fuerit diuinandi.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. II. c. 7. c) invaluit d) et augurationes e) necromantia — c. 8. a) desistebam b) esset c) repellit — c. 9. a) idololatriae b) etiam c) iis d) rimari, servare somnia e) Idololatriae f) transito iam g) sortilegia — c. 10. a) ab b) vel c) tollatur d) factum non — c. 11. a) primam epistolam — Quest. III. et IV. c. 1. a) dicit b) divinationis c) geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam d) dicta e) autumat f) astuta quadam fraudulentia g) vero h) vocati i) propterea k) nuncupati l) Iidem m) auspicia quasi avium spicia[25] n) avium garria, id est avium voces et linguae. o) Item augurium quasi avigerium, quod p) Pythones q) Pythio r) dicti

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. et IV. C. I. * Persis: B. Augustinus in libro 6. de civitate Dei cap. 35. de hydromantia loquens, sic scribit: *Quod genus divinationis idem Varro a Persis dicit allatum.* Reliqua vero huius capitis sunt in libello Rabani de magorum praestigiis, quem ipse ex variis Augustini et Isidori locis collegit, et Gratianus saepe citat sub Augustini nomine.

Causa XXVI. Quest. II. can. 7. 98) damnationem: *Coll. tr P.* 99) *Psalm.* 95. *v.* 5. 100) sunt: *deest: Coll. tr. P.* 101) quia: *ib.* 102) *cf. Isid. Etym. l.* 8. *c.* 9. §. 3. 103) varietas: *ACD;* varietas vel vanitas: *B* 104) *ABCD orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 105) evocationes: *Isid.* 106) *ABCD orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 107) *Codd. coll. o.* || can. 8. 108) *Ivo Decr.* XI, 20.; *Ivo Pan.* VIII, 79.; *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 9. 109) planos (*i. e. sycophantas*)*: orig.* 110) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.; — Turrecrem. Ivo Pan.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (ab eis); *— Ivo Pan. Coll. tr. P.;* eis esset: *orig. Ivo Decr.* 112) et: *deest: Ivo Pan.* 113) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 9. 114) sunt: *ABCEG* 115) *Codd. coll. o.* 116) *imo Origenes hom.* 5. *in c.* 5. *Iosuae no.* 6. 117) in ist.: *C orig.* 118) et: *deest: ABCD;* et in illud: *orig.* 119) commaculaverit: *BEGH Edd. coll. o.* 120) *Codd. coll. o.* 121) *ib.* 122) *Codd. et Edd. coll. o.* 123) implicare: *Edd. Nor. Ven.* II. 124) *Codd. coll. o.* 125) *Codd. et Edd. coll. o.* 126) alligaveris: *A Edd. Arg. Bas.* 127) *Codd. coll. o. Corr.* 128) fuerit: *ABCD* || can. 10. 129) *Ep.* 47. *no.* 3. *Ed. Maur. — scr. ao.* 397. *— Ivo Decr.* XI, 98. (*can. cont.*)*; Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 21. 130) *Codd. coll. o.; —* ideo: *deest: AB* 131) *Codd. coll. o.;* aut de: *Coll. tr. P.* 132) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Coll. tr. P.* 133) ideo: *deest: orig.* 134) si: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 135) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 136) et: *EGH* 137) habuerit: *AEGH Ed. Bas.;* habet: *Edd. rell.* 138) oblata: *EGH* || can. 11. 139) *Codd. coll. o. — ad v.* 25. 26. *— Ivo Decr.* XI, 96.; *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 19. *Caes.* VIII, 92. 140) accidentia: *BCGH Edd. coll. o.* 141) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 142) parit: *EGH*

Causa XXVI. Quest. III. et IV. can. 1. 1) *Imo Rabanus lib. de magorum praestigiis, qui quidem per omnia fere Isidori* (*Etym.* VIII, 9.) *vestigia pressit. — Burch.* X, 43. *Ivo Decr.* XI, 68.; *Ivo Pan.* VIII, 66.; *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 15. *Polyc.* VI, (11,) 8. 2) esse inventum vel all.: *EGH Ed. Bas.;* esse allat.: *Edd. rell.* 3) aut.: *deest: orig.* 4) *Codd. coll. o.* 5) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 6) et: *deest: ib. Coll. tr. P.* 7) *Codd. coll. o. pr. D* 8) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. *Par.; orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 9) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 10) sunt: *deest: orig.* 11) assimulant: *orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EGH; — Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc. — Coll. tr. P.* (et: *deest*)*;* astutia quad. et fraudulentia: *GH* 13) *ABCDH* 14) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Pan. Polyc.* 15) *A orig. Burch. Ivo Decr. Polyc.; deest: Ed. Bas.* 16) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* nuncupati sunt: *Burch. Polyc.* 17) inspectatores: *EGH Coll. tr. P.;* spectatores: *A* 18) etenim: *Ivo Pan.* 19) debeant homines: *EGH Ed. Bas.* 20) ex: *deest: Burch.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. III. *Par.;* etiam: *orig.;* item: *Ivo Pan.* 22) sunt: *deest: Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 23) *add.:* et: *BD Edd. coll. o. Burch.* 24) *Codd. coll. o.* 25) aspicia: *orig. Burch. Ivo Decr.;* auspicia: *Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 26) *ABDEGH;* auigurium: *C* 27) *Codd. coll. o. Ed. Arg.* 28) *add.:* avium: *Ivo Pan.* 29) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; Pythonissae: *Edd. Lugdd.* II. III. *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 30) *ABCD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — Pythone: *Ivo Pan.* 31) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.*

Astrologi dicti sunt[32s] eo, quod in astris augiriantur[33t]. Genethliaci appellati sunt propter nataliciorum[34] considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim celi signa describunt, siderumque cursus[35u] nascentium mores, actus, et euentus predicere[36] conantur, id est quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat uitae qui nascitur interpretantur[37v]. Hii sunt[38], qui uulgo mathematici uocantur, cuius superstitionis genus constellationes Latini[39] uocant, id est notationes syderum, quomodo se habeant[40], cum quisque[41] nascitur. §. 7. Primum autem[42] idem[43] stellarum interpretes magi nuncupantur[44w], sicut de his legitur qui[45x] in euangelio natum Christum annunciauerunt. Postea hoc nomine soli mathematici dicti sunt. Cuius artis scientia usque ad Christum[46y] fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de celo interpretetur[47z]. Horoscopi[48] dicti[49], quod[50] horas natiuitatis hominum speculentur[51] dissimili et[52] diuerso fato[53]. Sortilegi sunt qui sub nomine etc.[54]. *Ut supra:* §. 8. Salisatores[55aa] sunt uocati, qui[56bb], dum eis membrorum quecumque partes salierint, aliquid sibi[57] exinde prosperum seu triste significari[58] predicunt.

III. Pars. Gratian. *Queritur autem de natura demonum, cuius naturae sint, an futura prescire ualeant, uel quot modis futura prenoscant?*

De his ita scribit Augustinus in eodem lib. [de diuinatione demonum, c. 3.][59]:

C. II. *Quot modis demones futura prenoscunt*[60a].

Sciendum est, hanc esse naturam demonum, ut aerii corporis sensu terrenorum corporum sensum facile precedant, celeritate etiam propter[61b] aerii corporis superiorem mobilitatem non solum cursus quorumlibet[62] hominum uel ferarum, uerum[63] etiam uolatus auium inconparabiliter uincant. Quibus duabus rebus, quantum ad aerium corpus attinet, prediti, hoc est acumine[64c] sensus et celeritate motus, multo ante cogitata[65d] prenunciant[66], uel[67] nunciant que homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit etiam demonibus per tam longum tempus, quo eorum uita protenditur, rerum longe maior experientia, quam potest hominibus propter breuitatem uitae peruenire[68e]. Per has efficacias, quas aerii corporis natura sortita est, non solum multa futura predicunt[69] demones, uerum etiam multa[70f] faciunt, que quoniam homines dicere aut[71g] facere non possunt, eos dignos quidam, quibus seruiant et quibus honores diuinos deferant, arbitrantur, instigante[72] maxime uicio curiositatis, propter amorem felicitatis falsae atque terrenae, et exellentiae temporalis[73]. [c. 5.]: §. 1.[74h] Nunc igitur, quoniam de diuinatione demonum questio est, primum sciendum est, illos ea plerumque prenunciare, que ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sepe potestatem et[75] morbos inmittere, et ipsum aerem uitiando morbidum reddere, et peruersis atque[76i] amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere, de quorum[77] moribus certi sunt, quod sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent[78] miris[79k] et inuisibilibus modis, per illam subtilitatem[80l] corpora hominum non sentientium penetrando, et se[81m] cogitationibus eorum per quedam imaginaria uisa miscendo, siue uigilantium siue dormientium. §. 2. Aliquando autem non que ipsi faciunt, sed que[82] naturalibus signis futura prenoscunt (que signa in hominum sensus uenire non possunt) ante predicunt. Neque enim, quia preuidet medicus quod preuidere nescit[83n] huius[84o] artis ignarus, ideo tamen[85p] diuinus habendus est. Quid autem mirum, si, quemadmodum ille[86q] corporis humani uel[87r] perturbata uel mortificata[88s] temperie seu bonas seu futuras malas preuidet ualetudines, sic demones[89t] in aeris affectione sibi notas, nobis ignota[90], futuras preuident tempestates? Aliquando etiam[91u] hominum dispositiones[92] non solum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione[93] conceptas, cum signa quedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prenunciant, aliis uidelicet mira, qui ista disposita non nouerunt. [c. 6.]: §. 3.[94v] Fallunt etiam[95w] studio fallendi, et inuida uoluntate, qua hominum errore letantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus suis signorumque suorum coniectoribus culpa tribuatur, quando[96] ipsi[97x] decepti fuerint uel mentiti. §. 4. Nonnumquam[98] uero ipsi maligni spiritus et illusores hominum atque inuisores[99y] salutis[100] eorum solent predicere defectum culturae suae et ydolorum ruinam, quatinus prescii uideantur quid in singulis regnis aut locis uenturum[101z], et quid aduersi suae factioni contingere possit; quod etiam illi, qui gentilium hystorias legunt, non ignorant. Quid ergo mirum, si, iam inminente templorum et simulachrorum euersione[102], quam Prophetae summi Dei tanto ante predixerunt[103aa], Serapis demon alicui[104] cultorum suorum hoc de proximo prodidit, ut suam quasi diuinationem[105bb] recedens uel fugiens conmendaret?

Pars. Gratian. *Quod autem hominum dispositiones cogitatione conceptas per exteriora signa diabolus deprehendat, non firmissima*[106cc] *ratione uidetur approbatum.*

Unde idem Augustinus ait in lib. II. retractationum, [c. 30.][107]:

C. III. *Quod ex corporeis*[108] *motibus internas animae*[109a] *cogitationes diabolus conprehendat*[110b], *res occultissima est.*

Quodam loco dixi, demones aliquando[111c] hominum dispositiones non solum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione conceptas, cum signa quedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam[112] audaciori assertione[113d] quam debui. Nam peruenire ista ad noticiam demonum per nonnulla etiam experimenta conpertum est. Sed utrum quedam signa dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem latentia, an alia ui[114e] spirituali ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. III. et IV. c. 7. s) sunt: *deest* t) augurantur u) cursu v) interpret.: *deest* w) nuncupabantur x) leg. in evang. qui y) evangelium z) interpretaretur aa) Salitores bb) quia — c. 2. a) praenoscant b) propt. eiusdem c) acrimonia d) cognita e) provenire f) multa mira g) ac h) Et infra c. 5.: §. 1. i) et k) Suadent autem miris l) subtil. suorum corporum m) seseque n) non praesidet o) eius p) iam q) ille in r) vel: *deest* s) modificata t) daemon sibi nota, ... sibi ignota, ... praevidet u) et v) Et infra c. 6.: §. 3. w) et x) vel y) invasores z) venturum sit aa) praedixerant bb) divinitatem cc) firma — c. 3. a) animi b) deprehendat c) aliquando et d) asseveratione e) vi et ea spiritali

Causa XXVI. Quest. III. et IV. can. 1. 32) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 33) *Codd. coll. o. Burch. Coll. tr. P. Polyc.* 34) natalium: *orig.* 35) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.*; per cursus: *Polyc.* 36) praedicare: *orig. Burch.* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.; add.:* in tali tempore: *Ivo Pan.* 30) sunt qui: *deest: Ivo Pan.* 39) latine: *EGH Ed. Bas.* 40) habent: *Ivo Pan.* 41) quis: *orig.* 42) *add.:* genus: *Ivo Pan.* 43) id est: *ADEGH Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 44) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 45) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.;* — *Matth. c.* 2. 46) *Codd. et Edd. coll. o.* 47) *ib. Collatt. citt. o.* 48) horospici: *EGH Ed. Bas.*; horospici vel horoscopi: *C* 49) dicti sunt: *Burch. Coll. tr. P. Polyc.* 50) qui: *Ivo Pan.* 51) specularentur: *orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 52) vel: *Coll. tr. P.* 53) fatu: *ACD;* facto: *H* 54) *supra qu. 1. c. unic.* 55) *Codd. coll. o. Corr. orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 56) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 57) sibi: *deest: Ivo Decr.* 58) significare: *Polyc.* || can. 2. 59) *imo idem Rabanus l. l., qui sua fecit quae in libro de div. daem. scripsit Augustinus;* — *Burch.* X, 45. 46. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* XI, 70. 71. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* VIII, 68.; *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 16. 17. 60) *Codd. coll. o. pr. E* 61) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 62) quarumlibet rerum ut: *Ivo Pan.* 63) vel: *Coll. tr. P.* 64) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Pan.* 65) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Burch. Coll. tr. P.* 66) pren. vel: *deest: Edd. Nor. Ven.* I. II. 67) vel nunc.: *EGH Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. II. 68) *ABCD Ivo Pan.* 69) *add.:* hominibus: *EGH Ed. Bas.* 70) *Codd. et Edd. coll. o.* 71) *ib.* 72) investigante: *Codd. coll. o. pr. AB;* — *Ed. Bas.* — *Ivo Pan.* 73) *finis canonis: Ivo Pan.* 74) *Codd. coll. o.* 75) et: *deest: EGH Ed. Bas.* 76) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 77) quibus: *Coll. tr. P.* 78) suadentibus: *ABD; deest: C* 79) *Codd. coll. o. pr. H;* — *Ed. Bas.; Coll. tr. P.;* enim miris: *H Edd. rell. Ivo Decr.* 80) *Codd. et Edd. coll. o.* 81) *Codd. coll. o. Turrecrem. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* imensibiliter pen. et se: *orig.* 82) quae ipsi: *Coll. tr. P.* 83) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 84) *ib. pr. Edd. Lugdd.* II. III. 85) *Codd. et Edd. coll. o.;* etiam: *Coll. tr. P.* 86) *Codd. et Edd. coll. o.* 87) *AEGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *orig. Burch. Ivo Decr.* 88) *Codd. et Edd. coll. o.* 89) *ib. Corr.* 90) *add.:* atque (in: *Burch.*) ordinatione: *orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 91) *Codd. coll. o.* 92) dispensationes: *Coll. tr. P.* 93) cogitationes: *C;* cogitationum: *GH* 94) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 95) *Codd. coll. o.;* autem etiam: *orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 96) quoniam: *EGH;* aliquando: *Coll. tr. P.* 97) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.;* quod: *Coll. tr. P.; add.:* mali: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 98) *Haec sunt ipsius Rabani verba quae per errorem in Augustini quasdam edd. Maurina priores sunt translata.* 99) *ABD Corr. orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 100) saluti: *Coll. tr. P.* 101) *Codd. et Edd. coll. o.;* eventurum sit.: *orig.* 102) conversione: *Coll. tr. P.* 103) *ABCD* 104) alicuius: *Coll. tr. P.;* daemoniali cui (?): *orig.* 105) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 106) *Codd. coll. o.* || can. 3. 107) *cf. cap. proxime superius* 108) corporis: *ACD* 109) *Codd. coll. o. pr. H* (animas) 110) *Codd. coll. o. pr. B* 111) *Codd. et Edd. coll. o.* 112) tunc occult.: *EGH* 113) *Codd. et Edd. coll. o.* 114) *ib.*

QUESTIO V.

GRATIANUS.

Quod autem sortilegi et diuini, si cessare noluerint, excommunicandi sint[1], *ratione et auctoritate probatur. Est enim quoddam genus culturae ydolorum, ex demonum consultationibus futura predicere. Sicut enim auarus, quia*[2] *cultum Deo debitum nummo inpendit, ydolorum cultor ab*[3] *Apostolo nominatur, sic illi*[4], *qui futura, que ex Dei oraculo nonnumquam reuelata inueniuntur, uel demonum consultatione, uel quibuslibet prestigiis inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim prescire solius Dei est, qui in sui contemplatione etiam angelos illa prescire facit. Unde Ysaias*[5] *ait: „Priora et nouissima annunciate michi, et dicam, quod Dii estis.“ §. 1. Cultores uero ydolorum a conmunione fidelium separandi sunt. Unde Apostolus ait*[6] *in epist. ad Chorinth.: „Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut ydolis seruiens, cum eiusmodi nec cibum sumere.“ Hinc etiam in decreto Gregorii iunioris,* [in Concilio Romano presidentis, c. 12.] *legitur*[7 a]:

C. I. *Anathema sit qui ariolos uel incantatores obseruat.*

Si quis ariolos, aruspices[8] uel incantatores obseruauerit[9], aut[10] philacteriis[11] usus fuerit, anathema sit.

C. II. *Quinquennio peniteant qui diuinationes expetunt*[12 a].

Item ex Anciranо Concilio, c. 23. [al. 24.][13]

Qui diuinationes expetunt, et morem[14] gentilium[15]* subsecuntur, uel[16] in domos suas huiusmodi[17] homines introducunt, exquirendi** aliquid arte magica[18 b], aut expiandi causa, sub regula quinquennii[19] iaceant[20] secundum gradus penitenciae[21] diffinitos[22 c].

C. III. *Elementa colere, lunae*[23 a] *stellarum cursus in suis operibus seruare*[24] *Christianis non licet.*

Item ex Concilio Martini Papa, [id est, ex Cap. Martini Bracarensis, c. 72.][25]

Non liceat[26] Christianis tenere[27] traditiones gentilium, et[28] obseruare uel colere elementa, aut lunae[29] aut stellarum cursus[30], aut[31] inanem signorum fallaciam[32] pro domo facienda, uel[33 b] propter segetes uel arbores plantandas, uel[34] coniugia socianda. Scriptum est enim[35]: „Omnia, que[36] facitis aut[37] in uerbo, aut in opere, omnia[38] in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.“ §. 1. Nec[39] in collectionibus[40] herbarum, que[41] medicinales sunt, aliquas obseruationes aut[42] incantationes liceat[43] attendere, nisi tantum cum symbolo diuino, aut[44] oratione dominica, ut tantum[45] Deus creator[46] omnium et Dominus[47] honoretur. §. 2. Si quis autem[48], paganorum consuetudinem[49] sequens, diuinos et sortilegos in domum[50] suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant[51], aut maleficia inueniant, uel[52] lustrationes paganorum faciant, quinque annis[53] penitenciam agat[54 c]. §. 3. Mulieribus[55] quoque[56] Christianis non liceat[57] in suis lanificiis uanitatem[58] obseruare, sed Deum[59] inuocent adiutorem, qui eis sapientiam texendi[60] donauit.

C. IV. *Sacris offitiis dediti magi uel incantatores non fiant.*

Item ex Concilio Laudicensi, c. 30.[61 a]

Non oportet sacris offitiis deditos uel[62] clericos magos aut incantatores existere, aut facere philacteria, que animarum suarum uincula conprobantur[63]. Hos[64 b] autem*, qui talibus rebus utuntur, proici ab ecclesia iussimus.

C. V. *Honore priuetur episcopus aut*[65 a] *presbiter, qui magos uel aruspices consulit.*

Item ex Concilio Tolletano IV., c. 30.[66 b]

Si quis episcopus, aut presbiter, siue[67] diaconus, uel quilibet de[68 c] ordinibus clericorum[69 d] aruspices, aut[70] incantatores, aut ariolos, aut certe[71] augures uel sortilegos, uel[72] qui profitentur artem magicam[73]*, aut[74] aliquos eorum[75] similia exercentes consuluisse[76] fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suae suspensus[77]** monasterii[78] curam[79]*** excipiat[80 e], ibique penitenciae[81] perpetuae deditus scelus admissum[82] sacrilegii soluat[83].

C. VI. *De his, qui auguriis et diuinationibus student.*

Item ex Concilio Agathensi, c. 38.[84 a]

Aliquanti[85] clerici siue[86] laici student auguriis, et sub nomine fictae religionis per[87] eas, quas[88] sanctorum Patrum[89 b] sortes uocant, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Hoc[90 c] quicumque clericus aut[91] laicus detectus fuerit uel[92] consulere uel docere, ab ecclesia habeatur[93] extraneus.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. V. c. 1. a) decretis — c. 2. a) poeniteat ... expetit b) malefica c) definitos, etc. — c. 3. a) lunae aut b) aut c) agant — c. 4. a) Laodic. b) Eos — c. 5. a) vel b) c. 28. c) ex ordine d) cler. magos aut e) suscipiat — c. 6. a) c. 40. b) Patr.: *deest* c) Haec

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. V. C. II. * Gentilium: Im graeco impresso est: *χρόνων*, sed in vetusto Vaticano et apud Balsamonem: *ἐθνῶν*.

** Exquirendi: Graece est: *ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν*, id est: *ad invenienda medicamenta.*

C. IV. * Eos autem: Quae antecedunt in hoc capite sunt ex versione Dionysii; quae autem sequuntur sunt ex prisca versione, quae est in collectione Isidori.

C. V. * Magicam: In antiquioribus conciliorum editionibus, duobus codicibus Vaticanis, et Lucensi regio, et Polycarpo legitur: *artem aliquam.*

** Suspensus: In omnibus conciliorum editionibus, et manuscriptis exemplaribus, quae collata sunt, et Polycarpo est: *depositus.* Sed ob glossam non est mutatum.

*** Curam: Sic in vetustioribus conciliorum editionibus et duobus Vaticanis codicibus; sed in recentioribus Coloniensibus est: *censuram,* in codice autem regio: *poenam.*

Causa XXVI. Quest. V. 1) sunt: *GH* 2) qui: *EGH* 3) *Ephes. c.* 5. 4) *Col. c.* 3. 5) *Esa. c.* 45. *v.* 21. 6) I. *Cor. c.* 5. *v.* 11. || can. 1. 7) *Codd. coll. o. pr. B — c.* 12. *hab. ao.* 721. *ap. Mansi* XII, 264.; — *Jaffé ante no.* 1655. — *Reg.* II, 356.; *Burch.* X, 23.; *Ans.* X, 50.; *Ivo Decr.* XI, 11.; *Ivo Pan.* VIII, 61.; *Polyc.* VI, 12, (11,) 3. 8) aut arusp.: *Burch. Polyc.* 9) *add.:* anathema sit: *Ivo Pan.* 10) aut si quis etiam: *ib.* 11) *add.:* eorum: *Edd. coll. o. pr. Arg.* || can. 2. 12) *ABCDEG* 13) *hab. ao.* 314. *versio Dionys. — Ans. ded.* VII, 106.; *Reg.* II, 354.; *Burch.* X, 5.; *Ivo Decr.* XI, 2.; *Ivo Pan.* VIII, 62.; *Polyc.* VI, 12 (11,) 19.; *Coll. duod. P.* X, 256.; — *versio Hisp.: Coll. tr. P.* II, 6, 13. 14) consuetudines: *orig.;* more: *Reg. Polyc.* 15) gentium: *EGH Ed. Bas.* 16) aut: *orig. Ans. ded. Burch. Polyc.* 17) huiuscemodi: *Ans. ded. Burch. Polyc.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 19) in canonem quinquenii incidant: *orig.* 20) iacent: *Ans. ded.* 21) pen.: *deest: orig.* 22) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 3. 23) *Codd. coll. o.* 24) observare: *EGH* 25) *c.* 72. 74. 71. 75. *Capit. Martini Brac. ap. Bruns* II, 56.; *Reg.* II, 373. 374. 355. 375. *Burch.* X, 13. 20. 6. 19. *Ivo Decr.* XII, 40. 47. 34. 46. *Coll. tr. P.* II, 47, 72. 74. 71. 75. *Coll. duodec. P.* IV, 81. 26) licet: *Burch.* 27) ten.: *deest: Reg.;* observare: *Burch.* 28) et: *deest: Reg. Burch.* 29) lunam: *ib.* 30) cursum: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo* 31) et: *Burch. Ivo* 32) *add.:* considerare: *Reg. Ivo* 33) *Codd. coll. o. Reg.* (propt.: *deest*); — *Coll. tr. P.;* vel ... plant.: *deest: Burch. Ivo* 34) et ad: *Burch. Ivo;* aut: *Reg.* 35) *Coloss. c.* 3. *v.* 17. 36) quaecunque: *Reg. Burch. Ivo* 37) aut: *deest: ib. Coll. tr. P.* 38) omn.: *deest: Reg. Burch. Ivo* 39) non: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 40) collectione: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo* 41) medicinalium (quae sunt: *deest*)*: Reg. Burch. Ivo* 42) vel: *GH Reg. Burch. Ivo* 43) licet: *Reg. Burch Ivo* 44) et: *Reg. Burch. Ivo* 45) tant.: *deest: ib.* 46) creat. omn.: *deest: ib.* 47) *add.:* noster: *ib.* 48) aut.: *deest: orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 49) consuetudines: *Coll. tr. P.* 50) domo sua: *orig. Hisp.* 51) mittat ... inveniat: *A Burch. Ivo* 52) vel ... fac.: *deest: Reg. Burch. Ivo;* aut: *Coll. tr. P.* 53) annorum: *Reg.;* annos: *Burch.* 54) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Reg.;* poeniteat: *Burch. Ivo* 55) *Ivo Decr.* VIII, 330.; — mulieres .. Christianas: *Reg. Burch. Ivo* VIII. XI. 56) quoque: *deest: orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 57) licet: *Reg. Burch.* 58) aliquam vanit.: *orig. Hisp.* 59) dominum: *orig. Hisp. Ivo* VIII. 60) extendi: *Edd. Nor. Ven.* I. II.; texendi donaverit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 4. 61) *Codd. coll. o.; — hab. a.* 343—81. *versio Dionys. — Ivo Decr.* XI, 3.; *Ivo Pan.* VIII, 63.; — *versio Hisp.: Coll. tr. P.* II, 7, 17. 62) vel: *deest: Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 63) probantur: *Edd. coll. o. pr. Bas.; — finis canonis: Ivo Decr. Pan.* 64) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 5. 65) *Codd. coll. o.* 66) *Codd. coll. o. — c.* 29. *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* I, 232. *Ans. ded.* II, 216. (223.); IV, 124.; *Reg.* II, 359.; *Burch.* X, 48.; *Ans.* XI, 130.; *Ivo Decr.* XI, 5. 73.; *Ivo Pan.* III, 169.; VIII, 64.; *Coll. tr. P.* II, 37, 9.; *Polyc.* VI, 12, (11,) 9. 67) sive: *deest: ACD Ivo Pan.* VIII.; aut: *Reg. Ivo Decr.* XI, 5. *Ivo Pan.* III. 68) *Codd. et Edd. coll. o.* 69) *ib. Ivo Decr.* XI, 5. *Ivo Pan.* III.; cler. magos et: *Ans. ded.* IV. *Ans.;* cler. magos, arusp.: *Reg.* 70) aut inc.: *deest: orig. Hisp. Ans. ded.* II. IV. *Reg. Burch. Ans. Ivo Decr.* XI, 5. 75. *Ivo Pan.* III. *Coll. tr. P. Polyc.* 71) certe ... vel: *deest: Burch. Ans. Polyc.* 72) vel (aut: *Burch.*) eos qui: *orig. Hisp. Ans. ded.* IV. *Reg. Burch. Ivo Decr.* XI, 5. 73. *Coll. tr. P.;* qui ... aut: *deest: Ans.* 73) aliquam: *orig. Hisp. Ans. ded.* II. IV. *Burch. Polyc.;* sortem aliquam: *Reg.* 74) vel: *Coll. tr. P.;* aut ... exerc.: *deest: Reg.* 75) eor.: *deest: Ans.* 76) consulere: *orig. Hisp. Ans. ded.* II. IV. *Reg.;* consulens: *Burch. Ans.* 77) depositus: *orig. Hisp. Ans. ded.* II. IV. *Reg. Burch. Ans. Ivo Decr.* XI, 5. 73. *Polyc.* 78) monasterium ingressus (cur. excip.: *deest*)*: Burch. Ans. Polyc.* 79) poenam: *orig. Hisp. Ans. ded.* II. IV.; censuram: *Reg. Ivo Decr.* XI, 73. 80) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ans. ded.* I. IV. *Reg. Ivo Decr.* XI, 5. 73.; *Ivo Pan.* III. VIII.; *Coll. tr. P.* 81) perpetua penitencia: *Ans. ded.* II. IV. 82) admissi: *Reg. Ans. Ivo Decr.* XI, 5. 75. *Ivo Pan.* VIII. 83) luat: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ans. Ivo Pan.* VIII. *Polyc.* || can. 6. 84) *ABCG;* 39.: *EH;* 35.: *D; — c.* 42. *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 154. *Burch.* X, 27. (*can.:* nec illud praetereundum); *Ivo Decr.* XI, 4.; *Ivo Pan.* VIII, 69.; *Coll. tr. P.* II, 28, 41. (*can.:* ac ne id fortasse) 85) aliqui: *Burch.* 86) vel: *Hisp. Burch.* 87) per eas: *deest: Burch.* 88) quam: *ib.* 89) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 90) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* hic: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; *deest: Burch.;* ad hoc: *Corr.* 91) vel: *orig. Hisp. Burch. Coll. tr. P.* 92) talia: *Burch.* 93) eiiciatur: *ib.* (ext.: *deest*)

C. VII. *Sors nichil aliud quam diuinatio et maleficium esse decernitur*[94].

Item Leo IV. Episcopis Brittanniae, [c. 4.][95]*

Sortes, quibus cuncta uos[96 a] uestris discriminatis prouinciis[97 b], (quas[98 c] Patres[99] dampnauerunt) nichil aliud quam diuinationes et maleficia[100] esse decernimus. Quamobrem uolumus illas omnino dampnari, et ultra inter Christianos nolumus nominari, et ne[101] exerceantur anathematis[102 d] interdicto prohibemus[103].

C. VIII. *Incantatores*[104 a] *sortilegos uelut Christi inimicos insequi oportet.*

Item Gregorius Adriano Notario, [lib. IX. ep. 47.][105]

Peruenit ad nos, quod quosdam incantatores atque sortilegos fueris insecutus, et omnino nobis sollicitudinem zelumque tuum gratum fuisse cognoscas[106 b]. Studii enim[107 c] tui sit sollicite querere, et, quoscumque huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta[108] ultione corrigere[109].

C. IX. *Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes, uel auguria, uel sortes secutus*[110].

Item ex Concilio Aurelianensi [I., c. 32.][111]

Si quis clericus, monachus[112] uel[113] secularis diuinationem[114] uel auguria crediderit[115] obseruanda, uel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscumque putauerint intimandas, cum his, qui eis[116] crediderint, ab ecclesiae conmunione pellantur.

C. X. *Contra sortilegos, et*[117 a] *ydolorum cultores, custodia pastoralis inuigilet.*

Item Gregorius [lib. VII. epist. 66. ad Ianuarium Episcopum[118]*.

Contra ydolorum[119] cultores, uel aruspices[120] atque sortilegos, fraternitatem tuam[121 b] uehementius pastorali hortamur inuigilare custodia[122 c]. Quod[124 d], si[125 e] emendare se[126] a talibus[127 f] nolle repereris[128 g], si[129 h] serui sunt, uolumus[130 i] uerberibus[131 k], castigari[132 l], si uero[133 m] liberi, inclusione digni[134 n] districtaque[135] sunt in[136] pena[137 o] dirigendi[138 p].

C. XI. *Ab ecclesia separetur auguriis et incantationibus deseruiens.*

Item ex Concilio Cartaginensi [IV.,] *c.* 39.[139 a]

Auguriis uel incantationibus seruientem[140], similiter et Iudaicis supersticionibus uel feriis inherentem a conuentu ecclesiae separandum precipimus[141].

C. XII. *Sortilegam et magicam artem episcopi modis omnibus eliminare studeant.*

*Item ex Concilio Anquirensi**, *c.* 1.[142]

Episcopi[143], eorumque[144] ministri omnibus uiribus[145 a] elaborare studeant, ut perniciosam et a zabulo[146 b] inuentam sortilegam et magicam[147] artem ex parrochiis suis penitus eradicent[148], et si aliquem uirum aut[149] mulierem huiuscemodi[150] sceleris sectatorem inueniunt[151 c], turpiter dehonestatum de parrochiis suis eiciant. Ait enim Apostolus[152]: „Hereticum hominem[153] post primam[154] et secundam correctionem[155 d] deuita, sciens, quia subuersus est qui eiusmodi[156 e] est.“ Subuersi sunt et a diabolo captiui[157] tenentur qui relicto[158] creatore suo diaboli[159] suffragia querunt, et ideo a tali peste debet mundari sancta ecclesia. §. 1. Illud etiam non est[160] omittendum, quod quedam sceleratae** mulieres retro post sathanam conuersae, demonum[161] illusionibus et fantasmatibus seductae, credunt se et profitentur, cum Diana nocturnis horis dea paganorum, uel[162] cum Herodiade, et innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, et multa[163 f] terrarum spacia intempestae noctis silentio pertransire, eiusque[164] iussionibus obedire uelut dominae, et certis noctibus euocari ad eius seruicium. Sed utinam he solae in perfidia sua perissent, et non multos secum ad[165] infidelitatis interitum pertraxissent. Nam et[166 g] innumera multitudo hac falsa opinione decepta hec uera esse credunt[167], et credendo a recta fide deuiant, et errore[168] paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra unum Deum arbitrantur[169]. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi conmissas populo Dei[170] omni instantia predicare debent, ut nouerint hec omnino[171] falsa esse, et non a diuino, sed a maligno spiritu talia fantasmata mentibus fidelium[172] irrogari[173]. §. 2.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. V. c. 7. a) vos in b) iudiciis c) quod d) sub anath. — c. 8. a) Incant. et b) cognoscas. Et infra: c) Et ideo studii — c. 10. a) et: *deest* b) vestram c) custodia, atque publice in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque a tanti labe sacrilegii et divini intentione[123] iudicii et praesentis vitae periculo adhortatione suasoria revocare. d) Quos e) tamen si f) talibus atque corrigere g) repereris ferventi comprehendere zelo te volumus et h) si quidem i) vol.: *deest* k) verberibus cruciatibusque quibus ad emendationem pervenire valeant, l) castigare m) vero sunt n) digna o) poenitentiam p) redigendi, ut qui salubria et a mortis periculo revocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem. — c. 11. a) c. 89. — c. 12. a) modis b) diabolo c) invenerint d) correptionem e) huiusmodi f) multarum g) et: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * In epistola Leonis IV. (cuius pars exstat in vetusto codice) c. 4. haec leguntur: *De expetentia* [*experientia:* Ed. Mansi] *autem divinationum vel maleficiorum scriptum quidem in sacris habemus canonibus, ut ipsa ponamus, ita: Qui divinationes, etc.* sup. ead. ex concilio Ancyrano. *Unde ad illorum similitudinem sortes, quibus vos cuncta in vestris discriminatis iudiciis, nil aliud, quam quod illi Patres damnarunt, divinationes et maleficium esse decernimus, etc.*

C. X. * Caput hoc locupletatum est ex epistola Gregorii, cum vetustis exemplaribus collata.

C. XII. * Anquirensi: Sic etiam in vetustis. Burchardus et Ivo habent: *Ancyrenci.* Verumtamen in concilio Ancyrano graeco aut latino, neque impresso neque manuscripto, est inventum, licet qui tomos conciliorum ediderunt asserant haberi in quodam vetusto codice 16. librorum partialium.

** Sceleratae: Fere eadem habentur apud B. Augustinum in libro de spiritu et anima, cap. 28. et in vita Damasi Papae I. quae exstat Romae in pervetusto de vitis sanctorum codice sanctae Mariae maioris, ubi post, quam aliqua relata sunt ex synodo Romana, in qua Damasus Macedonium et Apollinarem damnavit, adiungitur, anathematizatos in ea synodo esse maleficiis, superstitionibus et incantationibus servientes. In quibus etiam mentio est harum mulierum, quae se putabant nocturno silentio cum Herodiade et innumera multitudine mulierum super bestias equitare, et multa terrarum spatia pertransire.

Causa XXVI. Quest. V. can. 7. 94) discernit.: *AB* 95) *scr. c. a.* 850. *c.* 4. *ap. Mansi* XV, 883. — *Jaffé no.* 1977. — *Ivo Decr.* XI, 8.; *Ivo Pan.* VIII, 70.; *Coll. tr. P.* I, 60, 9. 96) *Codd. et Edd. coll. o.* 97) *ib. Turrecrem. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 98) *Codd. coll. o.* 99) alii Patr.: *Ivo Decr.;* illi Pat.: *Coll. tr. P.* 100) maleficium: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 101) ut abscindantur: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 102) *Codd. et Edd. coll. o.* 103) praecipimus: *orig.* || can. 8. 104) *Codd. coll. o.* 105) *Ep.* 53. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1403. — *Reg.* II, 358.; *Burch.* X, 4. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* XI, 33. (*can. contin.*); *Coll. tr. P.* I, 55, 85. 106) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 107) *Codd. et Edd. Reg. Coll. tr. P.* 108) ita distr.: *Burch. Ivo* 109) corrige: *Coll. tr. P.* || can. 9. 110) Qui divinationibus, auguriis, sortibusque crediderint ab ecclesiae communione pellantur: *A;* Excommunicentur clerici cum laicis, cum monachis angurii sortes secutos: *B* 111) *hab. ao.* 511. *c.* 30. *ap. Bruns* II, 166.; *in Hisp.: c.* 26.; *Coll. tr. P.* II, 29, 25. 112) vel mon.: *EGH Ed. Bas.;* aut mon.: *C;* aut laicus: *B* 113) vel: *deest: orig.* 114) divinationes: *Coll. tr. P.* 115) cred.: *deest: Hisp.* 116) eum: *EGH;* cum eis: *Edd. Par. Lugdd.* || can. 10. 117) *ACDGH* 118) *Ep.* 65. *scr. ao.* 599. *lib.* IX. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1220. — *Burch.* X, 3. *Ans.* XI, 132.; *Ivo Decr.* XI, 32. 95. *Coll. duod. P.* X, 253. 119) *add.:* namque: *Burch.;* quoque: *Ivo* 95. 120) aruspicum atque sortilegorum: *Burch. Ivo* 32. 121) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Burch. Ans. Ivo* 32. 122) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 123) intentatione: *orig. Ivo* 95. 124) *Codd. coll. o.* 125) *ib. Ans.* 126) se: *deest: Ivo* 32. 127) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 128) *ib.* 129) *ib.* 130) *ib.* 131) *ib.* 132) *ib.* 133) *ib.* 134) *ib. Burch.* 135) poenam: *AB;* districtamque .. poenam: *Edd. coll. o.* 136) in: *deest: Ans. Ivo* 32. 137) *Codd. coll. o.;* penitentia: *Ans. Burch. Ivo* 95. 138) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ans.;* — distringendi: *Ivo* 32.; religandi: *Ivo* 95.; *finis canonis: Ans. Ivo* 95. || can. 11. 139) *Codd. coll. o.* — *c.* 83. *Statt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 149. — *cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII. — *Ans. ded.* XII, 84. (ex C. hab. Valent.); *Reg.* II, 357.; *Burch.* X, 7.; *Ivo Decr.* XI, 35.; *Ivo Pan.* VIII, 72.; *Coll. tr. P.* II, 18, 88.; *Coll. duod. P.* X, 258. 140) deseru.: *EGH Ed. Bas.* 141) prec.: *deest: orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Coll. tr. P.;* decernimus: *Ivo Decr.* || can. 12. 142) Aquirensi: *EGH;* — *Sumtum esse videtur ex Capitulari quodam regum Francorum inedito.* — *Profertur a Reg.* II, 371. 373. 374. *inscr.:* Unde supra, *qua decepti Burch.* X, 1. *Ivo Decr.* XI, 30.; *Ivo Pan.* VIII, 75. *conc. Ancyrani, cuius ap. Reg. caput praecedit, fontem esse putarunt.* 143) ut ep.: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 144) et eor.: *Ivo Pan.* 145) *AEGH Edd. coll. o. Turrecrem. Coll. citt. o.* 146) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 147) maleficam: *Coll. citt. o.* 148) eradant: *Reg.* 149) ac: *Ivo Pan.* 150) huiusmodi: *ABH;* huius: *E* 151) *Codd. coll. o.* 152) *Tit. c.* 3. *v.* 10. 153) hom.: *deest: Reg. Burch. Ivo Decr.* 154) unam: *ib.* 155) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Pan.;* admonitionem: *Reg. Burch. Ivo Decr.* 156) *ABCD Collatt. citt. o.* 157) capti: *Ivo Pan.* 158) derelicto: *Collatt. citt. o.* 159) a diabolo: *ib.* 160) est: *deest: ib.* 161) dem. . . . seduct.: *deest: Ivo Pan.* 162) vel . . . Her.: *deest: Reg.* 163) *AB Collatt. citt. o.* 164) eius: *EGH* 165) in: *Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 166) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (etiam) 167) credit . . . deviat . . . arbitratur: *Reg. Ivo Decr.* 168) in errore (errorem: *Reg. Ivo Pan.*) . . . revolvitur: *Coll. citt. o.* 169) esse arbit.: *Burch.* 170) Dei: *deest: Reg. Burch. Ivo Pan.* 171) omnimodis: *Burch. Ivo Decr.* 172) infidelibus: *Ed. Arg.;* infidelium: *A Reg. Ivo Pan.* 173) *add.:* arbitramur: *BCDEGH Edd. coll. o. pr. Nor. Lugdd.* II. III. (arbitrentur)

Siquidem ipse sathanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiusque[174h] mulieris[175i] ceperit, et hanc per infidelitatem[176] sibi subiugauerit, illico transformat[177] se in diuersarum personarum species atque similitudines[178], et mentem, quam captiuam tenet, in sompnis[179] deludens, modo leta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia queque deducit, et, cum solus[180] spiritus hoc patitur, infidelis[181k] hoc[182] non in animo[183], sed in corpore euenire[184l] opinatur. Quis enim in somnis[185m] et nocturnis uisionibus[186] se non[187] extra ipsum[188n] educitur[189], et multa uidet dormiendo, que uigilando numquam uiderat? Quis[190] uero tam stultus et hebes sit, qui hec omnia, que in solo spiritu fiunt, etiam[191] in corpore accidere arbitretur, cum Ezechiel propheta uisiones[192] Domini in spiritu, non in corpore uidit[193o], et audiuit, sicut ipse dicit[195]: „Statim," inquit[196], „fui in spiritu?" Et Paulus[197] non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, quod qui[198] talia credit et his similia fidem perdit[199p], et qui rectam[200q] fidem non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est[201]: „Omnia per ipsum facta sunt."[202r] Quisquis ergo[203s] credit fieri posse, aliquam[204t] creaturam aut[205u] in melius aut in deterius inmutari, aut transformari in aliam speciem uel in aliam[206v] similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, et[207] per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, et[208] pagano deterior.

II. Pars. Gratian. *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti in perniciem suorum inimicorum altare*[209w] *sacris uestibus exuunt, aut lugubri ueste accingunt, uel consueta luminariorum obsequia Dei ecclesiis subtrahunt, uel missam pro requie defunctorum promulgatam pro uiuis celebrant hominibus.*

Quorum omnium maleficia nequissima Tolletanum *Concilium* [XIII.] *condempnat, dicens* [c. 7.][210]*:

C. XIII. *Abiciatur sacerdos qui huiusmodi*[211a] *maleficiis operam dederit.*

Quicumque sacerdotum uel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris[212b] permotus aut altare[213c] uestibus sacris[214] exuere presumpserit, aut qualibet alia lugubri ueste accinxerit, seu etiam si[215] consueta luminariorum[216d] obsequia de templo Dei subtraxerit, uel[217e] extingui preceperit[218], si eum antea uerae penitudinis coram metropolitano satisfactio non purgauit[219f], loci[220g] sui dignitate se nouerit et honore priuari; illis proculdubio personis ab hac ultionum sentencia separatis, que aut contaminationem sacrorum ordinum, uel subuersionem sanctae fidei metuentes, aut hostilitatem uel obsidionem perferentes, seu etiam diuinorum iudiciorum sentenciam metuentes[221h] fecisse contigerit, in quorum facto plus humilitas, qua Deus placatur[222], quam interni dolositas liuoris[223] declaratur. §. 1. Plerique[224] etiam sacerdotum sauciati inimicitiae dolo missam pro requie defunctorum promulgatam fallaci uoto pro uiuis student celebrare hominibus[225i] ut[226k] is, pro quo ipsum[227] offerunt[228l] sacrificium[229m] mortis[230] incurrat[231] periculum. Proinde[232] nostrae elegit unanimitatis conuentus, ut, si quis[233] deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, a proprii deponatur ordinis gradu, et tam ipse sacerdos quam etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilii perpetui ergastulo religentur[234].

III. Pars. Gratian. *Ex premissis auctoritatibus colligitur, quod arioli, aruspices, incantatores, et sortilegi, atque ceteri huiusmodi sectatores ab ecclesia sunt eliminandi, et, nisi resipuerint, perpetuo excommunicandi.* §. 1. *Sed quod in ultimo Anquirensi*[235] *capitulo ea, que per incantatores fiunt, non in corpore, sed in spiritu fieri dicuntur,* Augustinus *in libro de ciuitate Dei uidetur asserere*[236], *ita*[237] *dicens*[238]*:

C. XIV. *Que magorum prestigiis fiunt non uera, sed fantastica esse probantur.*

Nec mirum de magorum prestigiis, quorum in[239] tantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi in illis[240a] signis resisterent, uertentes uirgas in dracones[241b], aquam[242c] in sanguinem[243], cum[244d] fertur[245] in gentilium etiam libris, quod quedam maga[246e] Circe socios Ulixis mutauit[247f] in bestias. Legitur etiam[248g] de sacrificio, quod Archades deo suo Lieo[249h] inmolabant, ex quo quicumque sumerent in bestiarum formas conuerterentur[250i]. Sed hec omnia magicis prestigiis pocius fingebantur quam rerum ueritate conplerentur[251]. Ut ergo ipsi errores ignorantibus[252] manifesti fiant, de eorum proprietate atque inuentoribus iuxta traditionem[253] maiorum primum dicere congruum arbitramur. §. 1. Magi sunt qui uulgo malefici ob facinorum[254] magnitudinem nuncupantur. Hi sunt qui[255k] permissu Dei elementa concutiunt, mentes hominum turbant minus confidentium in Deo, ac sine ullo ueneni haustu uiolentia tantum[256] carminis[257] interimunt[258]. Unde et[259l] Lucanus: „Mens hausti nulla sanie polluta ueneni, incantata[260] perit." Demonibus enim accitis audent uentilare, ut quosque[261m] suos perimant[262] malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine utuntur et uictimis[263n] sepe contingunt corpora mortuorum. §. 2. Nigromantici[264o] sunt quorum precantationibus uidentur resuscitari[265] mortui, diuinare et ad interrogata respondere.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. V. c. 12. h) cuiuscunque i) mulierculae k) infidelis mens l) invenire m) somniis n) ips.: *deest* o) vidit, et Ioannes apostolus Apocalypsis sacramentum[194] in spiritu, non in corpore vidit p) perdidit q) rectam in Domino r) sunt, etc. s) ergo aliquid t) aut aliquam u) aut: *deest* v) in aliam: *deest* w) altaria — c. 13. a) huiuscemodi b) doloris vel amaritudinis c) altare divinum d) lum. sacrorum e) et f) purgaverit g) ignobilitati perpetuae mancipatus iuxta superiorem sententiam domini loci h) metuentes talia i) hom. non ob aliud k) nisi ut l) offertur m) sacr. ipsius sacrosancti libaminis interventu — c. 14. a) simillimis b) drac. et c) aquas d) cum: *deest* e) maga famosissima f) mutaverit g) et h) Lycaeo i) convertebantur k) sunt qui: *deest* l) et: *deest* m) quique n) victimis et o) Necromantici

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIII. * Principium huius capituli usque ad vers. *Plerique*, est ex 13. conc. Toletano, c. 7. Reliqua vero sunt ex 17. Toletano, c. 5., quorum conciliorum duo exemplaria sunt habita ex Hispania, et inde nonnulla hic emendata et addita.

C. XIV. * Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum praestigiis, quem ipse ex variis locis Augustini et Isidori, ut antea dictum est, confecit. Burchardus citat ex dictis Augustini.

Causa XXVI. Quest. V. can. 12. 174) *ABCD Ivo Pan.* 175) *Codd. et Edd. coll. o.* 176) *add.:* et incredulitatem: *Reg. Burch. Ivo Decr.* 177) transfigurat: *Ivo Pan.* 178) similitudinem: *ib.* 179) somniis: *ib.* 180) solus eius: *Reg.* 181) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 182) haec: *Collatt. citt. o.* 183) *add.:* esse: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 184) *Codd. coll. o. pr. E; — Coll. citt. o.* 185) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Decr.* 186) illusionibus: *Ivo Pan.* 187) non solum: *ib.* 188) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt. o.;* se ipsam: *Turrecrem.* 189) ducitur: *A;* deducitur: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* 190) quisnam: *Ivo Pan.* 191) et: *ib.* 192) quae Domini sunt spiritu: *EGH* 193) *Codd. et Edd. coll. o.* 194) sacramenta: *Collatt. citt. o.* 195) dixit: *Ivo Pan.; deest: Ivo Decr. — Apocal. c.* 4. *v.* 2. 196) inq.: *deest: Reg.* 197) II. *Cor. c.* 12. 198) quia (quod: *deest*)*: Ivo Pan.* 199) *ABCD Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.* 200) *Codd. coll. o.;* rect. in Deo: *Reg. Ivo Decr. Pan.* 201) *Ioann. c.* 1. *v.* 3. 202) *Codd. coll. o. Collatt. citt. o.* 203) *Codd. et Edd. coll. o.* 204) *ib.* 205) *ABCD Edd. coll. o.* 206) *Codd. et Edd. coll. o.;* vel in: *Ivo Pan.* 207) et: *deest: AB* 208) et ... det.: *deest: Reg.* 209) *Codd. coll. o.* || can. 13. 210) *hab. ao.* 683. *ap. Bruns* I, 341. 211) *ABCD* 212) *Codd. et Edd. coll. o.* 213) *ib.* 214) sacratis: *Hisp.* 215) si: *deest: ADH* 216) *Codd. et Edd. coll. o.* 217) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Hisp.* 218) *hoc loco quaedam omissa sunt, quae exstant et in origin. et in Hisp.* 219) *Codd. coll. o. pr. C; — Ed. Bas.* 220) *Codd. et Edd. coll. o.;* et loci: *orig. Hisp.* 221) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (met. haec) 222) placetur: *Hisp.* 223) laboris: *orig. Hisp.* 224) *c.* 5. *Conc. Tolet.* XVII. (*ap. Bruns* I, 387.) *redactus in compendium.* 225) *Codd. et Edd. coll. o.* 226) *Codd. coll. o.* 227) id ips.: *Hisp.* 228) *Codd. coll. o.* 229) *ib.* 230) *add.:* ac perditionis: *Hisp.* 231) incurrunt: *GH;* incurrit: *E* 232) Obinde: *Hisp.* 233) *add.:* sacerdotum: *ib.* 234) religantur: *A;* relegentur: *B Edd. coll. o.;* retrudatur: *G;* religati: *Hisp.* 235) Aquir: *EGH; — cf. supra c.* 12. || can. 14. 236) idem asser.: *BEGH* 237) ita: *deest: AB* 238) *imo Rabanus lib. de magorum praestigiis. — Burch.* X, 42. 44. *Ivo Decr.* XI, 67. 69.; *Ivo Pan.* VIII, 65. 67. *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 14. *Coll. duod. P.* X, 276. 239) in: *deest: Burch.* 240) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 241) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* — serpentes: *Coll. tr. P.* 242) *Codd. et Edd. coll. o.* 243) *add.:* dicantur: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 244) *Codd. coll. o. Burch. Coll. tr. P.* 245) legitur: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 246) *Codd. et Edd. coll. o.* 247) *Codd. coll. o.* 248) *ib.* 249) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Ivo Pan. Coll. tr. P.;* Leyo: *Ed. Bas.* 250) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt. o.* 251) conplebantur: *orig.* 252) ignoranter: *Burch.* 253) traditiones: *BCD* 254) *add.:* suorum: *Ivo Decr.* 255) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 256) tamen: *CH* 257) carnis: *D orig.* 258) *add.:* homines: *EGH Ed. Bas.* 259) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B; — orig. Collatt. citt. o.* 260) excantata perit: *cf. Luc. Phars. l.* 6. *v.* 457. 458. 261) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* quisque: *orig. Ivo Decr.;* quisquis: *Burch. Coll. tr. P.;* quoscunque: *Edd. rell. Ivo Pan.* 262) perimat: *orig. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 263) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Collatt. citt. o.* 264) *Codd. coll. o.* 265) resuscitati: *Turrecrem. Ivo Pan. Coll. tr. P.*

Nigro[266 p] enim grece mortuus[267], mantia[268 q] diuinatio nuncupatur, ad quos suscitandos cadaueri sanguis adicitur[269]. Nam amare sanguinem demones dicuntur, ideoque, quociescumque[270] nigromantia fit, cruor aquae miscetur, et[271 r] colore sanguinis facilius prouocantur[272 s]. §. 3. Ydromantici ab aqua dicti. Est enim ydromantia in aquarum[273 t] inspectione umbras demonum euocare, et imagines[274 u] ludificationes eorum uidere, ibique ab eis aliqua audire, ubi[275] adhibito sanguine etiam inferos perhibentur suscitare[276]**. *Et infra:* §. 4. Ad hec*** omnia supradicta pertinent ligaturae[277] execrabilium remediorum, que ars non[278] conmendat[279 v] medicorum, seu in precantationibus, seu in karacteribus[280 w] suspendendis atque ligandis, in quibus omnibus ars demonum est, ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta. Unde et[282 x] cuncta uitanda sunt Christiano, et omnino[283 y] penitus execratione repudianda atque dampnanda. §. 5. Auguria autem sunt[284 z] auium. Hec autem[285 aa] Friges primi inuenerunt. §. 6. Prestigium uero Mercurius dicitur primus[286] inuenisse. Dictum est[287] autem prestigium, quod prestringat aciem oculorum. §. 7. Aruspicinae artem[288 bb] primus Etruscis tradidisse dicitur quidam Tages[289]. Hic exanimis[290 cc] aruspicinam dictauit, et postea non apparuit. Nam dicitur fabulose arante quodam rustico subito[291] ex glebis exiluisse[292 dd], et aruspicinam dictasse, qua die[293 ee] mortuus est. Quos libros Romani ex Etrusca lingua in propriam mutauerunt. §. 8. His ergo portentis per demonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id inpudenter appetunt scire, quod nulla eis ratione conpetit inuestigare. Hec[294] potestas ideo datur inmundis spiritibus, ut peruersos[295 ff] sibi aptent[296 gg], hoc est prauos homines, seducant illos[297], qui spernunt ueritatem, et credunt mendacio, et iuxta Pauli sentenciam sanam doctrinam non ferent[298 hh], sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, et a ueritate quidem auertent auditum, ad fabulas autem conuertentur, onerati peccatis ducentur[299] uariis desideriis, semper discentes, et numquam ad scientiae ueritatem[300 ii] peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et isti resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient, insipientia[301 kk] eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. §. 9. Nec ideo† quisquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei, (qui[302] omnia, que fiunt, aut iusto iudicio facit[303], aut permissu suo ita fieri sinit), quod predicti magi leguntur similia fecisse Moysi, qui uirgam suam proiecit, et conuersa est in draconem, proieceruntque[304 ll] singuli[305 mm] uirgas suas[306], que conuersae[307 nn] sunt in dracones, sed deuorauit uirga Aaron[308] uirgas eorum. Non enim[309] fuerunt creatores draconum nec magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Insunt†† enim rebus corporeis per omnia elementa[310 oo] quedam occultae rationes seminariae, quibus cum data fuerit oportunitas temporalis atque[311] causalis, prorumpunt in species debitas suis modis et finibus: et sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut[312] nec agricolae segetum[313 pp], uel quorumcumque gignentium in terra creatores dicendi sunt, quamuis nouerint prebere quasdam uisibiles oportunitates et causas, ut illa nascantur. Quod autem isti faciunt uisibiliter, hoc illi inuisibiliter. Deus uero solus[314] unus est creator, qui causas ipsas et seminarias rationes rebus inseruit. §. 10. Preterea quidam putant querendum, quomodo scriptura narret Phithonissam[315 qq] Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saulis[316 rr] inpiissimi regis, si phithonica diuinatio errori magicae artis deputanda[317] sit. Quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse, si secundum uerba ystoriae conmodetur[318] assensus. Quomodo enim fieri poterat[319], ut arte magica attraheretur uir a[320 ss] natiuitate sanctus, et uitae operibus iustus; at[321 tt], si non attractus est, consensit[322]? Quod utrumque de iusto[323] credere aduersum[324] est. Nullum[325 uu] enim[326 vv] suffragium habet iusticia; si attractus aut[327 ww] uoluntarius[328], amisit meritum spiritale[329], quod positus in carne quesierat, quod ualde absurdum est, quia qui hinc iustus recedit permanet iustus. Porro[330 xx] hoc est prestigium sathanae, quo, ut plurimos fallat, etiam bonos habere se in potestate confingit[331]. Quod Apostolus inter cetera ostendit, dicens[332]: „Ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis.“ Ut enim errorem faceret, in quo glorificaretur[333], in habitu uiri iusti et nomine se subornauit, ut nichil proficere spem, quam predicabant Dei cultoribus[334 yy], mentiretur, quando hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit, quod de morte Saulis[335 zz] et filii[336] eius non sit mentitus, quasi magnum sit diabolo ante occasum mortem corporis preuidere, cum signa quedam soleant apparere morituris, quippe a quibus Dei protectio amota uidetur, quanto magis diabolus[337 aaa], quem angelica maiestate[338 bbb] sublimem prophetica oracula fuisse testantur, de cuius magnitudine Apostolus ait[339]: „An ignoratis altitudinem sathanae?“ Quid mirum ergo, si inminentem prope mortem potuit preuidere, cum hoc sit[340], unde fallit et se in potestate Dei uult adorari? Nam tanta ebitudine demens effectus est Saul, ut ad Phithonissam confugeret. Deprauatus enim causa peccati ad hec[341] se contulit, que dampnauerat. Sed si quis propter ystoriam[342 ccc] ea, que uerbis expressa sunt, putet non pretermittenda, ne[343] ratio ystoriae inanis sit, recte facit[344 ddd]

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. V. c. 14. p) *Νεκρὸς* q) *μαντεία* r) ut s) provocentur t) aquae u) imagineas v) condemnat w) characteribus vel in quibusque[281] rebus x) et: *deest* y) omni z) sunt: *deest* aa) Hec aut.: *deest* bb) Haruspicinam autem cc) ex horis dd) exsilivisse ee) die et ff) per vasa gg) apta hh) sustinebunt ii) scientiam veritatis kk) insip. enim ll) proiecer. ipsi mm) singulas nn) versae oo) elementa mundi pp) segetum vel arborum qq) Pythonissam rr) Saul ss) et tt) aut uu) Si enim invitus adductus est, nullum vv) enim: *deest* ww) autem (attractus: *deest*) xx) Porro autem yy) cultores zz) Saul aaa) diabolo bbb) potestate ccc) historiam et ddd) faciet

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Suscitare: Apud Rabanum hic interponitur c. *Legitur,* supra ead. q. 3. et 4.

*** Ad haec: Bona pars huius versiculi habetur apud B. August. l. 2. de doctr. Christ. cap. 20.

† Nec ideo: Similia leguntur apud B. Augustinum lib. 3. de Trinitate, c. 7.

†† Insunt: Usque ad vers. *Praeterea.* sunt magnam partem verba B. Augustini in lib. quaestionum super Exod. cap. 21.

Causa XXVI. Quest. V. can. 12. 266) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ivo Pan.;* nigron: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 267) *add.:* latine: *DEGH Edd. coll. o. pr. Arg. — Ivo Pan. Coll. tr. P.* 268) *CEG;* mantio: *Codd. coll. rell. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I.; mansio: *Ed. Ven.* II. 269) addicitur: *EGH* 270) quotiens: *orig. Coll. tr. P.* 271) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Burch. Coll. tr. P.* 272) *ib.* 273) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 274) *BCD Corr. Ed. Bas. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* imagines ludificationum: *A;* imagines ludificantes: *orig.* 275) ut: *Ivo Decr.* 276) suscitari: *orig. Burch. Coll. tr. P.; finis canonis: Coll. tr. P.* 277) et ligat.: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 278) que . . . . med.: *deest: H orig.* 279) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* conmend. (non: *deest*)*: Burch. Ivo Decr.* 280) *Codd. et Edd. coll. o.* 281) quibuscumque: *Burch.* 282) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo Pan.* 283) *Codd. coll. o.* 284) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr.;* enim sunt: *CDEG* 285) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.;* haec (aut.: *deest*)*: Burch.* 286) primum: *A;* prius: *BDEGH Ed. Bas.;* primo: *Edd. Ven.* I. II. 287) est: *deest: Burch.* 288) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr.;* aruspicii art.: *Ivo Pan.* 289) Stages: *H;* Strages: *Burch.;* Phryges (?): *orig.* 290) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 291) subito: *deest: C Ivo Pan.;* subito hic: *Ivo Decr.;* sub. hunc: *Burch.* 292) *Codd. coll. o. orig. Collatt. citt. o.* 293) *Codd. et Edd. coll. o.* 294) ac: *orig. Burch. Ivo Decr.;* at: *Ivo Pan.* 295) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 296) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (appetent); — captent: *Ivo Pan.* 297) *add.:* scilicet: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 298) *ADEG;* ferrent: *B;* ferunt: *CH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *cf.* II. *Tim. c. 4. v. 3. 4.; c. 2. v. 7.* 299) ducuntur: *orig. Ivo Decr.* 300) *Codd. et Edd. coll. o.* 301) *ib. Ivo Pan.* 302) quoniam (omn.: *deest*)*: orig.;* quia: *Ivo Pan.* 303) fiunt: *Ivo Pan.* 304) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 305) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt. o.* 306) eorum: *Burch.* 307) *ABCD* 308) Moysi: *A Ed. Bas.* 309) ergo: *orig. Burch. Ivo Pan.* 310) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 311) aut; *A;* atque caus.: *deest: orig.* 312) sic: *Burch.* 313) *Codd. et Edd. coll. o.* 314) sol.: *deest: Ivo Pan.* 315) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Par. Lugd.* I. *Ivo Pan.;* Phytoniss.: *Edd. Lugdd.* II. III. 316) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 317) disputanda: *Burch.* 318) accomodatur: *A;* commendetur: *Ivo Pan.* 319) potest: *EGH Ed. Bas.* 320) *Codd. et Edd. coll. o.* 321) *ib. pr. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* (ac); — an: *Ivo Pan.* 322) concessit: *Edd. Arg. Ven.* I. II. 323) *add.:* viro: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 324) absurdum: *Ivo Decr.* 325) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Pan.* 326) *Codd. et Edd. coll. o.* 327) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* attr. aut vol. consensus: *Edd. rell.;* si aut: *Burch.* 328) vol.: *deest: Ivo Pan.* 329) spiritualis: *orig.;* spiritualis quem: *Burch.* 330) *Codd. et Edd. coll. o.* 331) confingat: *Burch. Ivo Decr.* 332) II. *Cor. c. 11. v. 14.* 333) gloriaretur: *orig. Burch. Ivo Decr.; add.:* et ipse: *Ivo Decr.* 334) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *orig. Burch. Ivo Decr.;* cultore: *Ivo Pan.* 335) *ABCD Ivo Pan.* 336) filiorum: *Ivo Decr.* 337) *AC Corr. orig.;* diaboli: *H Ed. Arg,;* a diabolo: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 338) *ACD Corr. orig. Burch. Ivo Decr. Pan.* 339) *Apoc. c. 2. v. 24.* 340) scit: *EGH* 341) hoc: *EGH Edd. coll. o.;* . . . quod: *ib. pr. Ed. Arg.* 342) *Codd. et Edd. coll. o.* 343) nec: *Burch.* 344) *Codd, et Edd. coll. o,*

quidem: si tamen minime istud ad ueri rationem rapiat[345], sed ad uisum et ad[346][eee] intellectum Saulis[347][fff]. Neque enim reprobus factus bonum poterat intellectum habere. Historicus enim[348] mentem Saulis[349][ggg] et habitum[350] Samuelis descripsit[351], ea, que dicta sunt[352] et uisa[353], exprimens, pretermittens, si[354] uera an falsa sint. Qui[355][hhh] ait[356][iii]? „Audiens, in quo habitu esset excitatus, intellexit," inquit, „hunc Samuelem esse." Quid[357] intellexerit[358] retulit, et, quia non bene intellexit, contra scripturam alium adorauit quam Deum[359], et putans Samuelem adorauit diabolum, ut fructum fallaciae suae haberet sathanas. Ad[360][kkk] hoc enim nititur[361], ut adoretur quasi Deus. Si enim Samuel illi uere aparuisset, non utique uir iustus permisisset se adorari, qui predicauerat Dominum[362][lll] solum esse adorandum. Et quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, diceret[363][mmm] ad uirum pestilentiae, dignum[364] ardore gehennae: „Cras mecum eris?" His duobus titulis subtilitatem fallaciae suae prouidit[365][nnn] inprouidus sathanas, quia[366] et[367] adorari se permisit sub habitu et nomine Samuelis contra legem, et uirum peccatis pressum, cum magna distantia peccatorum et iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verum potest dici, uerum[368][ooo] potest uideri, si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat; ad eum enim transmigrauit, quem adorauit. Semper ergo[369] diabolus sub uelamine latens prodit se, dum ea confingit, que hereant[370][ppp] personis[371], per quas fallere nititur. §. II. Si autem quilibet[372][qqq] opponit[373][rrr], ac[374][sss] dicit, quomodo eueniunt illa, que illi diuini[375] predicunt futura? aut quomodo possunt egris prebere medelam, aut sanis inmittere egritudinem, si aliquid propriae uirtutis ac potestatis non habeant[376][ttt]? hoc a nobis[377][uuu] recipiat[378] responsum, quod ideo quisque[379] non debet eis credere, quia aliquando eueniunt que predicunt, aut sanare uidentur languidos, uel[380][vvv] ledere sanos, quia hoc[381] permissu[382] Dei fit, ut ipsi, qui hoc[383][www] audiunt uel uident, probentur, et appareat[384] quali[385][xxx] fide sint uel deuotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyses ex[386][yyy] uerbo Domini[387] populo Dei[388] precepisse, ita dicens[389]: „Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium dicat se uidisse, et predixerit signum atque portentum, et euenerit[390] quod locutus est, et dixerit tibi[391]: eamus, et sequamur Deos alienos, quos ignoras[392], et seruiamus eis: non audies uerba prophetae[393][zzz] aut somniatoris[394], quia temptat uos Dominus Deus uester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. In toto corde uestro[395][aaaa] et in tota anima uestra Dominum Deum[396] uestrum sequimini, et ipsum timete; mandata[397] eius[398] custodite, et audite uocem illius[399], ipsi seruietis, et ipsi adherebitis etc."[400] Ubi sane intelligi[401] uoluit, etiam[402] illa, que a diuinantibus non secundum Deum dicuntur, si acciderint††† que dicuntur, non[403] sic accipienda, ut[404] fiant que precipiuntur ab eis, aut[405] colantur que coluntur ab eis. Nec preter suam potestatem Deus ostendit esse, quod contingunt, sed quasi quereretur, cur ea permittat[406], causam temptationis exposuit, ad cognoscendum[407][bbbb] utique eorum dilectionem, utrum eam habeant erga Deum suum, cognoscendum[408][cccc] uero ab ipsis pocius, quam ab illo[409], qui scit omnia ante, quam fiant.

QUESTIO VI.

GRATIANUS.

Quod autem ab episcopo excommunicatus eo inconsulto ab alio reconciliari non possit, nisi forte per eius metropolitanum uel per summum Pontificem, ratione et auctoritate probatur. Presbiteri namque potestatem excommunicandi uel reconciliandi ab episcopis accipiunt, non episcopi a presbiteris, atque ideo excommunicatos a sacerdotibus reconciliare[1] *possunt, excommunicatos uero ab episcopis sacerdotes reconciliare non ualent*[2][a]. *Reconciliatio namque penitentium episcopale offitium est, non sacerdotale*[3][b].

Unde in Concilio Cartaginensi II.[4] *c.* 3. *Fortunatus*[5] *Episcopus dixit:*

C. I. *Penitentium reconciliatio, crismatis et puellarum consecratio a presbiteris non fiat.*

Si iubet sanctitas uestra, suggero. Nam memini, preterito[6] concilio[7][a] statutum, ut crisma, uel reconciliatio penitentium, nec non et[8] puellarum consecratio a presbiteris non fiat. Si quis[9] autem emerserit hoc faciens[10], quid de eo statuendum sit? Aurelius[11] episcopus dixit: Audiuit dignatio uestra suggestionem fratris et coepiscopi nostri Fortunati[12], quid ad hec dicitis? Ab uniuersis episcopis dictum est: Crismatis confectio, et puellarum consecratio a presbiteris non fiat[13]. Reconciliare[14][b] quemquam in[15] publica missa presbitero non liceat[16][c]. Hoc omnibus placet.

Gratian. *Puellarum tamen consecratio episcopo consulto per presbiterum fieri ualet.*

Unde in Cartaginensi Concilio III. [c 36.][17]:

C. II. *Permissione episcopi uirgines consecrare presbiter ualet.*

Presbiter[18] inconsulto[19] episcopo uirgines non consecret; crisma uero numquam conficiat.

C. III. *Nec diacono*[20] *ministrare, nec penitentem in ecclesia benedicere presbitero licet.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 43. et 44.][21]

Ministrare[22] diaconus, aut consecrare altare presbiter[23] non presumat. §. I. Benedictionem quoque[24] super plebem in ecclesia fundere, aut penitentem in ecclesia benedicere presbitero penitus non licebit.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. V. c. 14. eee) ad: *deest* fff) *et* ggg) Saul hhh) Quid iii) enim ait kkk) Ad: *deest* lll) Deum mmm) dicebat nnn) prodidit ooo) potest dici, verum: *deest* ppp) horreant qqq) aliquis rrr) mihi opponit sss) et ttt) habent uuu) me vvv) aut www) haec xxx) qua yyy) ex: *deest* zzz) proph. illius aaaa) vestro: *deest* bbbb) *et* cccc) cognoscendam — Quest. VI. a) possunt b) episcopalis officii . . . sacerdotalis — c. I. a) concilio fuisse b) vel reconciliare c) licere

NOTATIONES CORRECTORUM.

††† Si acciderint: Emendatus est hic locus ex B. Augustino, ut habetur sup. ead. q. 2. c. *Intelligi.* Apud Rabanum vero legitur: *si acciderint quae dicuntur non accipienda, vel etiam si fiant quae praecipiuntur ab eis, vel colantur, etc.*

Causa XXVI. Quest. V. can. 14. 345) reddat: *BCD;* redeat: *Ed. Bas.;* redd. rationem vera ratione rapiat: *H* 346) *Codd. coll. o.* 347) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 348) autem: *Ivo Pan.* 349) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 350) statum: *Edd. coll. o.* 351) scripsit: *EGH;* describit: *Ivo Pan.* 352) praedicta: *EGH Ed. Bas.* 353) et vis.: *deest: Burch.* 354) an: *A;* verane: *Edd. Lugdd.* II. III. 355) *Codd. et Edd. coll o. — cf.* I. *Reg. c.* 28. *v.* 14. 356) *Codd. et Edd. coll. o.;* ait: *Ivo Pan.* 357) quod: *BEGH Ed. Bas.;* quia (?): *orig.;* quid esse: *Ivo Pan.* 358) intellexit: *Ed. Bas.* 359) Dominum: *orig. Collatt. citt. o.* 360) *Codd. et Edd. coll. o.* 361) mentitur: *Ed. Arg.:* innititur: *Edd. Ven.* II. *Lugd.* I. *Par.* 362) *A orig. Burch. Ivo Pan.* 363) *Codd. et Edd. coll. o.* 364) et dig.: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 365) *Codd. coll. o. pr. DG; — orig. Burch.;* praevidit: *G Ivo Pan.;* prodit: *D Ed. Bas.* 366) qui: *AEGH* 367) et: *deest: B Ivo Pan.* 368) *Codd. et Edd. coll. o.* 369) enim: *Ivo Pan.* 370) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* abhorreant: *Ivo Decr.* 371) personae: *orig.* 372) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr.; —* quibuslibet: *Ivo Pan.* 373) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.;* nobis opp.: *Burch.* 374) *BCD orig. Collatt. citt. o.* 375) *add.:* et prophetae falsi: *orig.* 376) *ABCD Edd. coll. o.* 377) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.* 378) recipiant: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 379) quisquam: *orig. Burch.* 380) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo Decr.* 381) hec: *deest: Burch.* 382) permissum . . . . sit: *Ivo Pan.* 383) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 384) appareant: *GH Edd. coll. o.* 385) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Burch. Ivo Decr. Pan.* 386) *Codd. et Edd. coll. o.* 387) Dei: *Edd. coll. o.* 388) Domini: *EGH Ed. Bas.* 389) *Deut. c.* 13. *v.* 1—4. 390) venerit: *ABEGH Burch.* 391) tibi: *deest: Ivo Decr. Pan.* 392) ignoramus: *EGH* 394) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Collatt. citt. o.* 394) *add.:* huius: *orig.* 395) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 396) Deum: *deest: Ivo Pan.* 397) et mand.: *C Burch. Ivo Pan.* 398) illius: *orig. Burch. Ivo Decr.* 399) eius: *orig. Burch. Ivo Decr.* 400) etc.: *deest: Ivo Pan.* 401) *cf. supra qu.* 2. *c.* 5. 402) et: *AB Ivo Pan.* 403) non sint: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 404) vel etiam si fiant: *orig. Burch. Ivo Pan.* 405) nec: *Edd. Ven.* II. *Par. Lugdd.* 406) permittit: *orig.* 407) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 408) *Codd. coll. o. orig. Ivo Pan.* 409) eo: *Ivo Pan.*

Causa XXVI. Quest. VI. 1) *add.:* episcopi: *EGH* 2) *Codd. coll. o. pr. A* 3) *ib.* ‖ can. 1. 4) *hab. ao.* 390. *ap. Bruns* I, 118. — *Coll. tr. P.* II, 16, 2. (*can.:* Fortunatus Ep. dixit.) 5) Numidius Maxulitanus: *orig. Hisp.* 6) praeteritis conciliis: *Hisp.* 7) *Codd. et Edd. coll. o.* 8) etiam: *EGH* 9) quis: *deest: Coll. tr. P.* 10) facere: *Hisp.* 11) Geneclius: *ib.* 12) Numidii: *ib.* 13) fiant: *orig.* 14) *Codd. et Edd. coll. o.* 15) in: *deest: Hisp.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* ‖ can. 2. 17) *hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 128.; — *Coll. tr. P.* II, 17, 26. 18) ut presb.: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 19) non consulto: *Hisp.* ‖ can. 3. 20) diaconus: *AD;* diaconis: *EG* 21) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 155. 22) ordinare diacones: *Hisp.* 23) huiusmodi presb.: *orig.* 24) quoque: *deest: orig. Hisp.*

Gratian. *Ecce, quod ab episcopo excommunicatus per sacerdotem reconciliari non potest. Sed notandum est, quod reconciliatio alia est publica, alia priuata. Publica reconciliatio est, quando penitentes ante ecclesiae ingressum publice representantur, et per inpositionem manus episcopalis ecclesiae publice reconciliantur. Hec uidetur*[25] *sacerdotibus esse prohibita. Unde circa finem illius capituli non simpliciter prohibentur penitentes reconciliare, sed in publica missa. Priuata uero reconciliatio est, quando de peccatis occultis penitentes uel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis accedunt. Hec reconciliatio potest fieri per sacerdotem.*

Unde Euaristus Papa ait[26]:

C. IV. *Iussione episcopi presbiteri de occultis peccatis penitentes reconcilient.*

Presbiteri[27] de occultis peccatis[28] iussione episcopi penitentes reconcilient, et, sicut supra premisimus, infirmantes[29] absoluant et conmunicent.

C. V. *Si episcopus absens est, per presbiterum reconcilietur in periculo constitutus.*

Item ex concilio Cartaginensi II., [c. 4.][30]

Aurelius[31] episcopus dixit: Si quisquam[32] in periculo fuerit constitutus, et se[33] reconciliari diuinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbiter consulere episcopum, et sic periclitantem eius precepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio[34] roborare[35]. Ab uniuersis[36] episcopis dictum est: Placet[37] quod sanctitas uestra necessario nos instruere dignata est.

C. VI. *Qui metu mortis reconciliatur conualescens sine conmunione penitenciae inpleat tempus.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 82.][38 a]

Si quis de corpore exiens nouissimum et necessarium conmunionis uiaticum expetit, non ei denegetur. Quod si in desperatione positus post acceptam[39] conmunionem iterum sanus fuerit factus, tantum oratione[40] particeps sit, sacramentum uero[41] non accipiat[42], donec institutum[43 b] penitenciae inpleat tempus. Qui ergo[44] in exitu mortis sunt, et desiderant accipere sacramentum, cum consideratione et probatione episcopi accipere debent[45].

C. VII. *Sine manus inpositione recedentes*[46 a] *de corpore reconcilientur.*

Item ex Concilio Aurasico, [c. 3.][47 b]

Qui recedunt de corpore penitencia[48] accepta, placuit sine reconciliatoria manus inpositione eis[49 c] conmunicare[50], quod morientis[51] sufficit reconciliationi[52]* secundum diffinitiones Patrum, qui huiusmodi[53] conmunionem uiaticum congrue[54], nominauerunt. Quod[55] si superuixerint, stent in ordine penitentium, ut[56] ostensis necessariis penitenciae fructibus legitimam conmunionem cum reconciliatoria manus inpositione recipiant[57]. §. 1. Clericis quoque[58] desiderantibus penitencia[59] non est neganda. §. 2. Similiter[60] subito obmutescens (prout statutum[61] est) baptizari, aut penitenciam accipere potest, si uoluntatis preteritae[62] testimonium aliorum uerbis habet[63], aut presentis in suo nutu. §. 3. Amentibus etiam[64] quecumque pietatis sunt sunt conferenda.

C. VIII. *Aliorum testimonio moriturus reconcilietur, si obmutuit uel in frenesim uersus est.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV., [c. 76.][65]

Is[66] qui penitenciam in infirmitate[67] petit, si casu[68], dum ad eum sacerdos inuitatus uenit, oppressus infirmitate[69] obmutuerit uel in frenesim conuersus[70 a] fuerit, dent testimonium qui eum audierunt[71], et accipiat penitenciam, et, si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus inpositionem, et infundatur ori eius eucharistia. Si superuixerit, admoneatur a supradictis testibus peticioni[72] suae satisfactum[73], et subdatur statutis penitenciae legibus[74], quamdiu sacerdos, qui penitenciam dederit[75 b], probauerit[76]. *Item* [c. 78.]: §. 1.[77] Penitentes, qui in infirmitate uiaticum eucharistiae acceperint[78], non se credant absolutos sine manus inpositione, si superuixerint.

C. IX. *Cura et probatione episcopi morientes reconcilientur.*

Item ex Concilio Niceno, [c. 12.][79*]

De his uero, qui recedunt ex corpore, antiquae legis regula obseruabitur etiam nunc ita, ut, si forte quis[80] recedit[81] ex[82] corpore, necessario uitae suae non defraudetur[83] uiatico. Quod si desperatus aliquis recepta conmunione superuixerit, sit inter eos, qui sola oratione conmunicant. De omnibus tamen[84 a] his, qui a[85] corpore recedunt, in dando[86 b] eis conmunionem cura et probatio sit episcopi[87].

C. X. *Non est neganda*[88] *reconciliatio his, qui tempore necessitatis eam inplorant.*

Item Leo Episcopus [ad Theodorum, ep. LXXXIX. al. XCI.][89]

His[90], qui in[91] tempore necessitatis, et in[92] periculi[93] urgentis[94] instantia presidium penitenciae, et mox[95] reconciliationis inplorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiae Dei[96] nec mensuras possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur uenire[97 a*] moras conuersio[98], dicente[99] Dei[100] spiritu per Prophetam[101]: „Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris."[102] §. 1.[103 b] Quod si[104] ita aliqua egritu-

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. VI. c. 6. a) Mart. Bracarensis b) constitutum — c. 7. a) poenitentes reced. b) Arausico c) eos — c. 8. a) versus b) dedit — c. 9. a) enim b) tradendo — c. 10. a) veniae* b) Et infra: §. 1.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VI. C. VII. * Reconciliationi: In originali impresso ac manuscripto, et apud Burchardum et Ivonem legitur: *consolationi*, aut: *consolatione*.

C. IX. * Canon hic est ex prisca versione, quae est in collectione Isidori, et ibi est numero 12.; graece tamen et apud Dionysium est 13.

C. X. * Veniae: Sic in conciliorum editionibus, et apud Ivonem, et infra de poen. dist. 1. c. *Multiplex*. In codice autem epistolarum cum aliis S. Leonis opusculis impressarum, et apud Burchardum, et in plerisque vetustis Gratiani legitur: *venire moras*.

Causa XXVI. Quest. VI. can. 3. 25) videntur: *ABC* || can. 4. 26) *imo Herardus Turonensis in Capp. c.* 59. — *Jaffé no.* XXII. — *Burch.* XVIII, 16.; *Ans.* XI, 10.; *Ivo Decr.* XV, 38.; *Coll. tr. P.* III, 28, (29,) 8.; *Caes.* XV, 26. — *cf. Bened. Levita* II, 206. 27) ut presb.: *orig. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 28) pecc.: *deest: orig.* 29) infirmitates: *Coll. tr. P.* || can. 5. 30) *hab. ao.* 390. *ap. Bruns* I, 119. — *Ans. ded.* IV, 107.; *Reg.* I, 110.; *Burch.* XVIII, 13.; *Ans.* XI, 12.; *Ivo Decr.* XV, 2.; *Coll. tr. P.* II, 16, 3. 31) Geneclius: *Hisp.*; Aurelianus: *Ans.* 32) quispiam: *Ans.* 33) se: *deest: A Burch. Ans.* 34) concilio: *orig.* 35) corroborare: *ib.* — *finis canonis: Reg. Burch. Ans.* 36) omnibus: *EGH Edd. coll. o.* 37) plac. omnibus: *Hisp.* || can. 6. 38) *Codd. et Edd. coll. o.* — *c.* 12. *Conc. Nicaeni ex interpretat. Martini Brac.* — *ap. Bruns* II, 58. — *Coll. tr. P.* II, 17, 82. 39) perceptam: *orig. Hisp.* 40) in orat.: *Edd. coll. o. pr. Bas.*; — orationis: *Turrecrem. orig. Hisp.* 41) nam: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 42) accipiet: *orig. Hisp.* 43) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG* 44) autem: *C*; vero: *Ed. Bas.* 45) debeant: *orig. Hisp.* || can. 7. 46) *ABCD* 47) *Codd. coll. o.*; — *hab. ao.* 441. *c.* 3. 4. 12. 13. — *ap. Bruns* II, 122. — *Burch.* XVIII, 17.; *Ivo Decr.* XV, 39.; *Coll. tr. P.* II, 26, 2. 3. 7. 8. 48) poenitentes (accept.: *deest*): *Burch.* 49) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 50) communicari: *orig. Hisp.* 51) moriente: *Burch.*; morienti: *Coll. tr. P.* 52) consolationi: *orig. Hisp. Ivo*; consolatione: *Burch.* 53) eiusmodi: *EGH* 54) congruenter: *orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 55) ut: *Hisp. Burch.* 56) et ut: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; et: *orig.* 57) percipiant: *Burch.*; *finis canonis: Burch. Ivo* 58) quoque: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.* 59) poenitentiam non negandam: *ib.* 60) Sim.: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.* 61) status: *orig.* 62) aut pret.: *orig. Hisp.* 63) habeat: *Hisp.* 64) et.: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 8. 65) *c.* 20. 21. *Statt. eccl. antiq.* — *cf. ad Dist.* XVIII. *c.* 9. — *ap. Bruns* I, 148.; — *Ans. ded.* VII, 90.; *Burch.* XVIII, 10. 23. *Ans.* XI, 18.; *Ivo Decr.* XV, 8. 10. *Coll. tr. P.* II, 18, 75. 77.; *Polyc.* VIII, 1, 13. 66) Si quis: *B Ed. Arg.*: Hii qui . . . petunt: *A* (*et sic deinceps num. plural.*) 67) *add.*: positus: *Hisp.* 68) si assiduus: *Ans. ded.* 69) in infirm.: *ib.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.*; vel . . . fuer.: *deest: Burch. Ans. Polyc.* 71) audierint: *Ivo* 72) petitionis: *Polyc.* 73) satisfacturum . . se subditurum: *Burch. Ans. Polyc.* 74) legib.: *deest: Ans. ded.* 75) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 76) *finis canonis: Ans. Polyc.* 77) *Ans. ded.* VII, 91.; *Reg.* I, 123. 78) accipiunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 9. 79) *hab. ao.* 325. *versio Hisp.*; — *Coll. tr. P.* II, 1, 12. — *versio Dionys.*: *Reg.* I, 108.; *Burch.* XVIII, 6.; *Ans.* XI, 23.; *Ivo Decr.* XV, 31.; *Coll. duod. P.* X, 221. 80) quis: *deest: Hisp.* 81) recedat: *EGH Edd. coll. o.* 82) de: *EGH Ed. Bas.* 83) fraudabitur: *A*; fraudetur: *D Coll. tr. P.* 84) *Codd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 85) ex: *Hisp.* 86) *ABCD*; tradenda . . . communione: *Hisp.* 87) episcopo: *Hisp.* || can. 10. 88) deneganda: *BEGH* 89) *Ep.* 108. *c.* 4. *Ed. Baller ser. ao.* 452. — *Jaffé no.* 263. — *Reg.* I, 109. 112. *Burch.* XVIII, 4.; *Ans.* XI, 13. (*can.*: multiplex miser.); *Ivo Decr.* XV, 29.; *Coll. tr. P.* I, 43, 38. 39. — *cf. Dist.* IV. *de poen. c.* 119. 90) His autem: *Reg. Burch. Ivo* 91) in: *deest: C Ivo* 92) in: *deest: Ans.* 93) periculis: *Burch.* 94) urgente: *Reg. Burch. Ivo* 95) modum: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.*; munus: *Edd. rell.* 96) Domini: *Burch. Ivo* 97) *BCD Edd. Arg. Bas. Ven.* I. *Burch. Coll. tr. P.*; evenire: *EGH* 98) conversis: *EGH*; conversus: *A*; et alia conversio: *orig.* 99) dicente . . . . eris: *deest: Ans.* 100) Domino (spir.: *deest*): *Burch. Ivo* 101) Ezechielem proph.: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor.* — *cf. Ez. c.* 30. *v.* 15. *sec.* LXX. 102) *seqq. desunt et alia exstant: Burch. Ivo* 103) *Codd. coll. o.* 104) At si: *orig.*; si ita: *Ans.*

dine aggrauati sunt[105c], ut quod paulo ante poscebant** sub presenti[106d] significare[107e] non ualeant, testimonia eis fidelium[108f] circumstantium prodesse[109] debebunt[110g]. Simul tamen[111h] et[112] penitenciae[113], et reconciliationis beneficium consequantur[114], seruata tamen regula canonum[115] paternorum circa eorum personas, qui in dominica[116i] fide discedendo peccauerunt[117].

C. XI. *Non respuatur eius oblatio, qui festinans ad penitenciam sacerdotem inuenire non potuit.*

Item ex Concilio Epanensi[118].

Si aliquis[119] fuerit[120a]* mortuus, qui iam sit confessus, et testimonium habet bonum, et non poterat uenire ad sacerdotem, sed preoccupauit eum mors in domo aut in uia, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, et dent redemptionem pro captiuis.

Gratian. *Ecce, quod episcopo precipiente penitentes de occultis peccatis, siue in periculo constituti per presbiterum possunt reconciliari.* §. 1. *Sed si necessitate mortis peccator urgetur, et episcopus ita remotus est, quod eum presbiter consulere non possit, negabitur penitencia morienti? et beneficium reconciliationis non prestabitur penitenti, quem conuersum Deus recipit ad ueniam, iuxta illud*[121]: „*In quacumque hora peccator conuersus fuerit etc.,*" *et item*[122]: „*Conuertimini ad me in toto corde uestro*[123b], *et ego conuertar ad uos,*" *ecclesia sibi reconciliare negliget? quem intus Deus suscitauit ecclesia foris absoluere contempnet? dampnabit episcopi absentia quem gratia diuinae presenciae illustrat per lauacrum regenerationis? Morituris succurritur etiam a laicis, si presbiteri defuerint*[124c]. *Cur ergo beneficio reconciliationis per presbiterum subueniri ei*[125] *non poterit, si contigerit episcopum deesse? si secundum Augustinum qui agens in extremis confitetur socio turpitudinem criminis fit dignus uenia ex desiderio sacerdotis, cur non similiter sit dignus reconciliatione ex desiderio episcopi qui sacerdoti non negat maculam sui reatus? Item morientibus penitenciam negare presbiteri non debent.*

Unde Iulius Papa ait[126]:

C. XII. *Reus est animarum presbiter, qui penitenciam morientibus abnegat*[127].

Si[128] presbiter penitenciam abnegauerit[129] morientibus, reus erit[130] animarum, quia Dominus dicit[131]: „Quacumque die conuersus fuerit peccator ad penitenciam[132a], uita uiuet, et non morietur." Vera enim confessio[133] in ultimo tempore potest esse, quia Dominus non solum temporis, sed etiam[134] cordis inspector est[135], sicut latro[136] unius penitencia[137] momenti meruit[138] esse in paradyso in hora ultimae[139b] confessionis[140].

Item Celestinus Papa [in epist. II. ad Episcopos Galliae][141a]:

C. XIII. *Penitencia morientibus non est deneganda.*

Agnouimus[142] penitenciam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc[143] animae suae cupiunt remedio[144] subueniri[145]. Horremus[146] (fateor)[147] tantae inpietatis aliquem reperiri[148b], ut de Dei pietate[149c] desperet, quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti[150] succurrere, et periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere[151]*, quo se uelle[152d] expediri[153] desiderat et[154] liberari[155]. Quid hoc, rogo[156], aliud est quam morienti mortem addere, eiusque[157] animam sua crudelitate, ne absoluta possit esse[158], occidere? cum[159] Dominus[160e] ad subueniendum paratissimus[161], inuitat[162f] ad penitenciam, sic promittit[163g] peccatori[164h]: „In[165] quacumque hora etc.,"[166i] et item[169k]: „Nolo mortem peccatoris, sed ut[170l] conuertatur[171], et uiuat." Salutem ergo[172] homini[173] adimit quisquis mortis[174] tempore[175m] penitenciam sibi[176n] denegauerit[177], et desperauerit[178o] de misericordia[179] Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere uel in[180] momento posse non crediderit[181p]. Perdidisset[182] latro in cruce premium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horae penitencia non iuuisset. Cum esset in pena, penituit, et pro unius professione[183q] sermonis habitaculum paradysi eo[184r] promittente[185] promeruit[186]. Vera ergo ad Deum[187] conuersio in ultimis positorum mente pocius est estimanda[188] quam[189] tempore, Propheta hoc asserente taliter[190]: „Cum[191] conuersus ingemueris, tunc saluus eris." Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quouis tempore non est deneganda penitencia postulanti, cum illi[192s] se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Gratian. *Cui autem penitencia non denegatur*[193t], *nec reconciliatio sibi deneganda est. Inconsulto ergo*[194] *episcopo penitentem presbiter reconciliare non debet, nisi ultima necessitas cogat.*

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. VI. c. 10. c) fuerint d) praesentia e) sacerdotis sign. f) fidelium et g) debebunt, ut h) tamen: *deest* i) Deum a — c. 11. a) excommunicatus fuerit b) in toto corde vestro: *deest* c) desunt — c. 12. a) ad penit.: *deest* b) ultima — c. 13. a) Papa ait b) inveniri c) bonitate d) velle: *deest* e) Deus f) invitans g) promittat h) peccatori inquiens i) die conversus fuerit[167], peccata eius non imputabuntur[168] ei k) iterum l) tantum m) tempore speratam n) sibi: *deest* o) desperat p) credit q) professionem r) Deo s) ille t) negatur

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Poscebant: Quae sequuntur emendata sunt ex aliquot manuscriptis Gratiani, et ipso originali, quum in vulgatis paulo aliter haberet.

C. XI. * Excommunicatus: Addita est vox ista ex ceteris collectoribus.

C. XIII. * Redimere: Sic etiam est in manuscriptis, et in vetustioribus conciliorum editionibus. Verum in Codice canonum impresso et uno manuscripto inter decreta Coelestini num. 15. legitur: *perdere.* In recentiori autem Coloniensi conciliorum editione, itemque apud Burchardum et Ivonem est: *pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare.*

Causa XXVI. Quest. VI. can. 10. 105) *Codd. coll. o. Turrecrem. Coll. tr. P.* 106) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 107) *Codd. coll. o. Reg. Ans. Coll. tr. P.* 108) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Reg. Coll. tr. P.;* fid. ac: *Ans.* 109) testimonium prod. debebit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 110) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Ans. Coll. tr. P.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Coll. tr. P.* 112) et: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 113) poenitentiam: *Reg.* 114) consequentur: *GH Ed. Bas..; finis canonis: Reg.* 115) sanctorum patrum: *C; add.:* sanctorum: *BDEGH Edd. coll. o. pr. Arg.* 116) *DEGH Ed. Bas. Ans. Coll. tr. P.;* a dominica: *Edd. Lugdd.* II. III.; in Domini fide: *ABC;* domini fidem: *A;* a Domini: *Edd. rell.* 117) peccaverint: *Ans.* || can. 11. 118) Ispalensi: *EGH; — imo ex poenitentiali Rom., quod est ap. Halitgar.* VI, 10. — *ap. Canis.* II, 2, 126. 138.; — *sed Gratian potius sensum quam verba reddidit. — Reg.* II, 445. *Burch.* XI, 51.; *Ivo Decr.* XIV, 114. (*can.:* si episcop.); *Ivo Pan.* V, 120.; *Coll. tr. P.* III, 27, (28,) 23. *Coll. duod. P.* X, 222. 119) quis: *Ivo Decr.* 120) *Codd. et Edd. coll. o.* 121) *Ezech. c.* 18. *v.* 27. 122) *Mal. c.* 3. *v.* 7. 123) *ABCD* 124) *Codd. coll. o. pr. A* (presbiter defuerit) 125) eis: *EGH; deest: A* || can. 12. 126) *Haec est rudis eorum summa, quae ap. Coelest. in ep. ad Epp. Galliae leguntur. (cf. cap. seq.) — Legitur in poenit., quod tanquam sextum Halitgari librum edidit Canisius in Lectt. ant.* II, 2, 130. — *Jaffé no.* XLII. — *Burch.* XVIII, 21.; *Ivo Decr.* XV, 43.; *Coll. tr. P.* III, 28, (29,) 10.; *Caes.* XV, 30. — *cf. Pet. Lomb. Sentent. l.* 4. *dist.* 20. 127) negat: *EGH;* denegat: *A* 128) si quis: *Burch. Ivo* 129) denegaverit: *Coll. tr. P.* 130) est: *orig.* 131) *Ezech. c.* 8. *v.* 27. 132) *Codd. coll. o.* 133) conversio: *Halitg. Burch. Ivo* 134) et.: *deest: Coll. tr. P.* 135) *finis canonis ap. Halitgar.* 136) *Luc. c.* 25. 137) pen.: *deest: Coll. tr. P.* 138) potest: *ib.* 139) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ivo* 140) confessione: *Burch. Coll. tr. P.* || can. 13. 141) *ABCD; — Ep. ad Epp. provinc. Narbon. et Vienn. no.* 3. *scr. ao.* 428. — *Jaffé no.* 152. — *Ans. ded.* VII, 101.; *Burch.* XVIII, 22. 1. *Ans.* XI, 20.; *Ivo Decr.* XV, 44. 26. *Coll. tr. P.* I, 41, 1. — *cf. Raban. poenit. c.* 14. 142) cognovimus: *ABEGH Ed. Bas.; add.:* enim: *Ans. ded. Burch. Raban.* 143) hoc: *deest: Burch. Raban.* 144) remed.: *deest: Rab.* 145) subvenire: *EGH Ans.* 146) horrescimus: *Ans. ded.;* horrem .... liber.: *deest: Ans.* 147) tamen (fat.: *deest*) in hoc: *Rab. Coll. tr. P.* 148) *Codd. coll. o. pr. B; — Ed. Bas.; orig. Raban. Ans. ded. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 149) *Codd. coll. o. Corr. orig. Rab. Ans. ded. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 150) convertenti: *Raban.* 151) pondere: *orig. Rab. Burch. Ivo;* perdere: *Ans. ded.* 152) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.;* se ille: *orig. Raban. Ans. ded. Burch. Ivo;* se vellet: *Coll. tr. P.* 153) expedire: *Raban. Burch. Ivo* 154) et: *deest: orig. Raban. Burch. Ivo* 155) liberare: *Raban. Burch. Ivo* 156) ergo: *Burch. Coll. tr. P.* 157) atque: *Raban.;* eisque: *Ans. ded.* 158) esse: *deest: Coll. tr. P.* 159) cum .... vivat: *deest: ib.* 160) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 161) paratus: *Ans. ded.* 162) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (invitet) 163) *Codd. coll o. Ed. Bas. Ans. ded.;* promittens: *Edd. rell.* 164) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Rab. Burch.;* peccator inquit: *orig.; — cf. Ezech. c.* 33. *v.* 15. 165) in: *deest: orig. Rab.* 166) *Codd. et Edd. coll. o.* 167) *add.:* peccator: *Ans.* 168) reputabuntur: *Rab. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo* 169) *Codd. coll. o.; — Ezech. c.* 18. *v.* 23. 170) *BDEGH Ans. ded. Ans.;* ut magis: *C Edd. coll. o.;* sed tantum ut: *Raban. Burch. Ivo* 171) sed ut etc.: *EGH;* convertatur etc.: *D;* et vivat: *deest: B;* sed ... vivat: *deest: A* 172) ergo: *deest: Coll. tr. P.* 173) hominum: *Edd. coll. o. pr. Bas.; —* hominis: *Ans. ded.* 174) *add.:* praeteriti: *orig.;* in mortis: *Coll. tr. P.* 175) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Raban. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 176) *Codd. et Edd. coll. o.* 177) denegat: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* adimit; *G;* negarit: *Ans.* 178) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo;* desperet: *Edd. rell.;* desperavit: *orig. Raban. Coll. tr. P.* 179) clementia: *orig. Rab. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 180) in: *deest: orig. Rab. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 181) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* credidit: *orig. Rab. Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.* 182) *add.:* utique: *EGH Edd. coll. o. pr. Arg. — cf. Luc. c.* 23. 183) *ACD;* pro ... confessione: *BEGH Edd. coll. o.* 184) *Codd. et Edd. coll. o.* 185) promittente: *Burch.* 186) *finis canonis: Burch. Ans.; — Reg.* I, 111. 187) Dominum: *Coll. tr. P.* 188) existimanda: *EGH Edd. Arg. Bas.* 189) non: *orig.* 190) *Ezech. c.* 18. *v.* 33. 191) *Ivo Decr.* XV, 26. 192) *ABCD orig. Reg. Coll. tr. P.* 193) *Codd. coll. o.* 194) vero: *BEGH*

Unde in Cartaginensi Concilio III. [c. 32.] *legitur*[195]:

C. XIV. *Inconsulto episcopo penitentem presbiter non reconciliet, nisi ultima cogat necessitas*[196 a].

Presbiter[197] inconsulto episcopo non reconciliet penitentem, nisi absente[198] episcopo ultima[199] necessitas cogat. Cuiuscumque[200 b] penitentis publicum et uulgatissimum crimen est, quod uniuersam[201] conmouerit urbem[202 c *], ante absidam[203] ecclesiae[204 d] ei[205] manus inponatur.

QUESTIO VII.

GRATIANUS.

I. Pars. *De tempore uero*[1] *satisfactionis, an sit inponendum morituris, Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus in Penitenciali suo ita diffinit*[2]:

C. I. *In periculo constitutis penitenciae quantitas non est inponenda, sed innotescenda.*

Ab infirmis in periculo mortis positis[3 a] pura est confessio peccatorum inquirenda, non tamen illis inponenda est[4 b] quantitas penitenciae, sed innotescenda, et cum amicorum orationibus et elemosinarum studiis pondus penitenciae subleuandum, si[5 c] forte migrauerint, ne obligati et[6 d] conmunione et[7] consortio ueniae fiant alieni. A quo periculo si diuinitus ereptus[8] conualuerit, penitenciae modum a sacerdote[9] sibi inpositum diligenter obseruet, et ideo secundum auctoritatem canonicam, ne illis ianua pietatis clausa uideatur, orationibus et[10] consolationibus ecclesiasticis, sacra[11] unctione olei inuncti[12], secundum statuta[13] sanctorum[14] Patrum conmunione uiatici reficiantur.

II. Pars. Gratian. *Aliis uero pro qualitate peccati et presidentium arbitrio tempora penitenciae decernenda sunt.*

Unde Leo Papa [ep. LXXVII. al. LXXIX. ad Nicetam Episcopum, c. 6.][15 *]:

C. II. *Presidentium arbitrio prefigantur tempora penitudinis.*

Tempora[16] penitudinis habita moderatione constituenda[17] sunt[18] tuo iudicio, prout conuersorum animos prospexeris[19 a] esse deuotos, pariter[20] etiam habentes[21 b] etatis senilis intuitum, et periculorum quorumcumque, aut[22] egritudinum[23 c] respicientes[24 d] necessitates. In quibus si quis ita grauiter urgeatur, ut, dum adhuc penitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem[25 e] conmunionis gratia subueniri.

C. III. *Et qualitas criminum*[26 a], *et contricio penitentium in satisfactione inponenda a sacerdote consideretur.*

Item Nykolaus Papa[27].

De his uero, qui pro criminibus penitenciam gerunt[28 b], et ad cingulum miliciae reuertuntur, constat eos contra sacras regulas agere. Verum quia crimina non equalia sunt, perhibesque alios horum propter nimiam ebetudinem in desperationem cecidisse[29], alios ob hoc ad paganos fugisse: tibi hoc conmittimus decernendum, nimirum, qui loca et tempus[30 c] regionis[31 d] illius, modumque[32 e] culpae, nec non et penitenciam, et gemitus hominum ad confessionem uenientium presens positus inspicere uales.

C. IV. *De eodem.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 2.][33]

His, qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt, et oratione[34 *], et[35 a] confessione ac penitencia malorum suorum perfectam conuersionem[36] demonstrant, pro qualitate peccati penitenciae tempus adtribuendum est propter misericordiam et bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sunt reuocandi et ad conmunionem sunt applicandi.

C. V. *Episcopi arbitrio pro qualitate peccati penitenciae*[37] *tempora distribuantur.*

Item ex Concilio Cartaginensi III., [c. 31.][38]

Penitentibus[39] secundum differenciam peccatorum episcopi arbitrio penitenciae tempora decernantur.

C. VI. *Sine personarum acceptione inploranti penitencia detur.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV. [c. 74. 75. 80. 82. 81. 64. 79.][40]

Sacerdos[41] penitenciam imploranti absque personae[42 a] acceptione[43 b] penitenciam[44] secundum leges iniungat. Negligentiores[45] uero penitentes tardius reconcilientur[46]. Omni autem[47] tempore ieiunii penitentibus manus a sacerdotibus inponantur[48]. Diebus etiam[49 c] remissionis penitentes genua flectant[50 d], mortuos in[51] ecclesiam* efferant[52 e], et sepeliant. Die[53] autem dominico** non ieiunent. Nam qui dominico

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. VI. c. 14. a) presbyter reconciliare ... non debet b) Cuiuscunque autem c) ecclesiam* d) eccl.: *deest* — Quest. VII. a) positis per presbyteros b) est: *deest* c) et si d) a — c. 2. a) perspexeris b) habens c) aegritudinis d) respiciens e) necessitudinem — c. 3. a) criminis b) egerunt c) tempora d) religionis e) et modum — c. 4. a) et: *deest* — c. 6. a) personarum b) acceptatione c) autem d) flectant, et e) afferant

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIV. * **Ecclesiam**: Antea erat: *urbem.* Emendatum est ex plerisque conciliorum editionibus, et duobus codicibus Vaticanis, et Soriensi regio, et Burchardo et Ivone. In recentiore autem Coloniensi editione est: *quod universa ecclesia noverit.*

Quest. VII. C. II. * In epistola, et apud Burchard. et Ivonem haec antecedunt: *His vero, de quibus dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti sunt vel errore traducti, et nunc se contra catholicae fidei sacramentum egisse agnoscunt, ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram non nisi per poenitentiae remedium et per impositionem episcopalis manus communionis recipiant unitatem, temporis poenitudinis habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout etc.*

C. IV. * **Oratione**: *Καὶ προσκαρτεροῦντας τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας*, quod Dionysius vertit: *et perseverantes in oratione confessionis et poenitentiae*, cuius versio propius accedit ad verba graeca etiam in ceteris huius capitis partibus, quam prisca, quamvis in hac etiam sententia constet.

C. VI. * **In ecclesiam**: In recentiore Coloniensi conciliorum editione legitur: *ecclesiae afferant.* In antiquioribus vero editionibus, et duobus Vaticanis codicibus sic habet integer locus: *mortuos ecclesiae poenitentes efferant et sepeliant.*

** **Die autem dominico**: Pro his usque ad vocem: *catholicus*, in can. 64. [et in Hisp.] haec leguntur: *Qui dominico die studiose ieiunat non credatur catholicus*

Causa XXVI. Quest. VI. can. 14. 195) IV.: *ADH; — hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 127. — *Burch.* XIX, 40. (*can.:* ut poenitentibus); *Ans.* XI, 21. (*ut ap. Burch.*); *Ivo Decr.* XV, 4.; *Coll. tr. P.* II, 17, 23. — *Pet. Lomb. ib.* 196) *Codd. coll. o.* 197) ut pres.: *orig. Hisp. Burch. Ivo* 198) absentia episcopi: *Hisp.*; absentia episcopi cogente: *Burch. Ans.* 199) et necessitate cogente (ult.: *deest*) *orig.*; necessitate cogente: *Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 200) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 201) universa ecclesia noverit: *orig.* 202) *Codd. et Edd. coll. o.* 203) absidem: *orig.*; absidium: *Ans.*; *add.:* i. e. atrium: *BCD Ed. Bas.* 204) *Codd. et Edd. coll. o.* 205) ei: *deest: Coll. tr. P.*

Causa XXVI. Quest. VII. 1) vero: *deest* || can. 1. 2) diffinivit: *BCD*; diffinit dicens: *EGH*; — *non est in poenit. ed. Hildenbrand.* — *Burch.* XVIII, 14.; *Ivo Decr.* XV, 36.; *Coll. tr. P.* III, 28, (29,) 7.; — *Petr. Lomb.* IV, 20. 3) *Codd. et Edd. coll. o.* 4) *ib. Coll. tr. P.* 5) *Codd. et Edd. coll. o.* 6) *ABCD*; et a: *Ivo*; ex: *Burch.* 7) vel: *Ivo*; vel ex: *Burch.* 8) erectus vel ereptus: *EGH* 9) suo confessore (sibi: *deest*): *Burch. Ivo Coll. tr. P.* 10) et: *deest: EGH* 11) cum: *Burch. Ivo* 12) animati: *ib. Coll. tr. P.* 13) canonica stat.: *EGH Ed. Bas.* 14) sanct.: *deest: Coll. tr. P.* || can. 2. 15) *Ep.* 159. *c.* 6. *Ed. Baller.* — *scr. ao.* 458. — *Jaffé no.* 312. — *Burch.* IV, 48.; *Ivo Decr.* I, 242. (*can.:* His vero de quibus); — *Coll. tr. P.* I, 43, 32.; *Polyc.* III, 10, 28. 16) temporis (tempore: *Polyc.*) autem: *Burch. Ivo Polyc.* 17) constituente (sunt: *deest*): *orig.* 18) sunt: *deest: Burch. Ivo Polyc.* 19) *Codd. coll. o. Turrecrem.*; inspexeris: *Burch. Ivo Polyc.* 20) pariterque: *Burch. Ivo Polyc.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 22) autem: *Ivo* 23) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Hisp.*; aegritudinem: *Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Burch. Coll. tr. P.*; dispicientes: *Ivo*; accidentes: *Polyc.* 25) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* || can. 3. 26) *Codd. coll. o.* 27) *ex c. 4. Ep. ad Rodulf. Bituricens. scr. ao.* 864. — *ap. Mansi* XV, 390. — *Jaffé no.* 2091. — *Coll. tr. P.* I, 62, 52. 28) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. orig. Coll. tr. P.* 29) adisse: *orig.* 30) *ABCD orig. Coll. tr. P.* 31) *Codd. coll. o. pr. A; Ed. Bas. Corr. orig. Coll. tr. P.* 32) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* || can. 4. 33) *hab. inter a.* 343. *et* 381. — *versio Hisp.* — *Coll. tr. P.* II, 7, 1.; — *versio Dionys.: Burch.* XIX, 41.; *Ivo Decr.* XV, 56. 34) instant orationi: *Hisp.*; confessioni et poenitentiae . . . demonstrantes: *orig. Hisp.* 35) *Codd. coll. o.* 36) conversationem: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB*; — *Coll. tr. P.*; confessionem: *B* || can. 5. 37) pen.: *deest: AB*; — distribuant: *B* 38) IV.: *BCH*; — *hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 127. — *Reg.* I, 305.; *Burch.* XIX, 40. (*can. cont.*); *Ans.* XI, 21. (ex poenit. Rom.: *cont.*); — *Ivo Decr.* XV, 3.; *Coll. tr. P.* II, 17, 22.; *Caes.* XV, 46. 39) ut poen.: *orig. Hisp. Burch. Ans. Ivo* || can. 6. 40) ex C. Laudic: *ACD*; Laudic. vel Carthag.: *EGH*; *c.* 18. 19. 65. 67. 66. 77. 22. *Statt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 148. — *cf. ad Dist.* XVIII. *c.* 9. — *Reg.* I, 306. 312.; *Burch.* XIX, 35. 38.; *Ivo Decr.* XV, 6. 7. 13. 12. 11. *Coll. tr. P.* II, 18, 73. 74. 78. 81. 80. 63. 78. 41) ut sac.: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 42) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Corr. orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 43) *ib. Edd. coll. o.* 44) penitentiae leges (sec.: *deest*): *orig. Hisp. Collatt. citt. o.* 45) *add.:* ut (vero: *deest*): *orig. Hisp. Collatt. citt. o.*; ut negligentes: *Reg.* 46) recipiantur: *orig. Hisp. Reg. Burch.*; *finis canonis: Reg. Burch.* 47) aut.: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.*; omni .. temp.: *deest: Ivo* 48) imponatur: *A Hisp.* 49) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 50) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.*; flectent: *Coll. tr. P.* 51) mort. poenitentes ecclesiae: *orig. Hisp. Ivo*; mort. poenit. in ecclesia: *Coll. tr. P.* 52) *B Hisp. Ivo Coll. tr. P.*; offer.: *H*; auferant: *Ed. Nor.* 53) die . . . catholic.: *deest: Ivo*; die . . . Nam: *deest: Coll. tr. P.*

die studiose ieiunat non creditur[54] esse catholicus. Penitentes uero[55], qui leges penitenciae attente executuntur, si casu in itinere uel in mari mortui fuerint, ubi eis subueniri non possit[56f], memoria eorum et orationibus et oblationibus conmendetur.

Unde in VIII. Sinodo legitur[57]*:

C. VII. *Tempus penitenciae qualitatem sequitur delicti*[58a].

Pro qualitate delicti penitenciae tempus inpendatur.

C. VIII. *Tempus et modus penitendi*[59] *delinquentibus*[60] *presidentis*[61a] *inponatur iudicio.*

Item[62]*.

Hoc sit positum in iudicio eorum, qui presunt, uel quanto tempore, uel quali modo penitere debeant[63] qui delinquunt, quia etas ad[64b] eruditionem multam facit haberi differenciam penae.

III. Pars. Gratian. *Quo affectu penitentem suscipere et inpenitentem abicere debeamus*[65], *ex eadem Sinodo euidenter ostenditur, dum*[66a] *dicitur*[67]*.

C. IX. *Intimo karitatis affectu penitentem debemus suscipere.*

Penitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut Dominus ostendit, cum dicit, quia conuocaui[68b] amicos meos et uicinos, dicens: Congratulamini michi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.

C. X. *Penitentes*[69] *legem Dei*[70] *diligant, iniquitatem odio habeant.*

Item[71]*.

Affectum illum in se recipiat penitens, quem gerebat ille, qui dicebat[72a]: „Iniquitatem odio habui, et abhominatus sum;"[73] secundum[74b] ea, que scripta sunt in sexto Psalmo atque in aliis quamplurimis; uel ea[75c], que Apostolus dixit ad eos, qui secundum Deum contristati sunt[76]: „Quantum[77d] operatum[78] est," inquit,[79] „in[80e] nobis[81f] sollicitudinem, sed excusationem[82], sed indignationem, sed emulationem, sed uindictam. In omnibus exhibuistis uos cautos[83g]** esse negocio." Sed et[84] ipsis[85h] in quibus deliquit, agens multa contraria, sicut et[86] Zacheus fecit.

C. XI. *Inpenitentes tamquam ethnici habeantur.*

Item[87]*.

Erga eum, qui peccata[88] sua non punit, tales esse debemus, sicut Dominus precepit[89], dicens[90]: „Sit tibi sicut gentilis[91a] et publicanus;" et sicut Apostolus docuit[92], dicens[93]: „Subtrahite[94] uos ab omni fratre ambulante inordinate et[95] non secundum traditionem, quam tradidimus[96] uobis.

C. XII. *Melius est errare in misericordia remittendi quam in seueritate ulciscendi.*

Item Iohannes Crisostomus, [id est auctor operis imperfecti, homilia 43. ad c. 23. Matthaei.]

„Alligant autem opera grauia et inportabilia, etc." Tales sunt sacerdotes etiam nunc, qui omnem iusticiam populo mandant, et ipsi nec modicam[97a] seruant, uidelicet, non ut faciendo[98b] sint[99c], sed ut dicendo[100d] appareant iusti. Tales sunt[101e] qui[102] graue pondus uenientibus ad penitenciam inponunt, quia[103f] dicunt, et non faciunt, et sic, dum pena penitenciae presentis fugitur, contempnitur pena peccati futura. Sicut enim, si fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare, posueris, necesse habet ut aut fascem reiciat, aut sub pondere confringatur: sic et homo[104g], cui graue pondus penitenciae inponis[105h], aut penitenciam[106i] reiciet[107k], aut suscipiens, dum sufferre[108] non potest, scandalizatus amplius peccat[109l]. Deinde, etsi[110] erramus modicam penitenciam inponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem dare[111m], quam propter crudelitatem? Ubi enim paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax[112]. Si Deus benignus[113n], ut quid sacerdos eius austerus uult[114o]** apparere?

C. XIII. *Kalendarum obseruationes agere non licet.*

Item Martinus Papa, [c. 74.][115a]

IV. Pars. Non licet[116] iniquas obseruationes[117] agere kalendarum, et otiis uacare[118b] neque lauro aut uiriditate arborum cingere domos; omnis[119c] hec obseruatio paganorum[120d] est.

Zacharias Papa [in Concilio Romano, c. 9.][121a]*:

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. VII. c. 6. f) potest — c. 7. a) pro qualitate peccati impendatur — c. 8. a) praesidentium b) et eruditio — c. 9. a) quum b) convocavit . . . suos — c. 10. a) dixit b) sed et c) sed et illa d) Quantam e) hoc ipsum in f) vobis g) castos ** h) in his ipsis — c. 11. a) ethnicus — c. 12. a) modice b) facientes c) sint iusti d) dicentes e) sunt et f) qui g) homine h) imponis, necesse est, ut i) poenit. tuam k) reiiciat l) peccet m) reddere n) benign. est o) Vis apparere** sanctus? circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus. — c. 13. a) Mart. Bracarensis b) vacare gentilibus c) omnis enim d) paganismi — c. 14. a) Unde Zacharias

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Videri potest sumtum ex regulis brevioribus B. Basilii c. 106., quod notatum alibi est evenire in iis capitibus, quae ex VIII. synodo citantur.

C. VIII. Caput hoc habetur in libello B. Basilii de institutis monachorum, Ruffino interprete, c. 90. Ibi enim ultima interrogatio est haec: *Qualibus correptionibus uti oportet inter fratres ad emendationem eorum, qui delinquunt?* Responsio: *Hoc sit in iudicio positum eorum, qui praesunt, vel quanto etc.* Itaque ex interrogatione et responsione confectum est hoc caput, sicut et duo sequentia, quae apud eundem Ruffinum leguntur.

C. IX. * Burchardus et Ivo citant ex dictis Basilii episcopi, et in regulis illius brevioribus numero 8. est sententia huius capitis, quod tamen acceptum videtur ex cap. 24. eiusdem libelli de institutis monachorum. Ubi secunda interrogatio sic habet: *Poenitentes ex corde quomodò debent suscipi, pater?* Responsio: *Sicut Dominus ostendit, quum dicit, qui convocavit etc.*

C. X. * Sententia huius capitis est in regulis brevioribus, num. 5. Acceptum tamen videtur ex cap. 19. eiusdem commemorati libelli, in quo haec est interrogatio: *Quomodo quis debet poenitere in unoquoque delicto?* Responsio: *Affectum illum in se recipiens, quem gerebat ille, qui dixit: Iniquitatem etc.*

** Castos: Antea legebatur: *cautos*. Emendatum est ex libello Ruffini; in vulgata est: *incontaminatos;* graece: ἁγνούς.

C. XI. * Hoc etiam habetur in regulis brevioribus, numero. 9. In eodem vero libello c. 24. ultima interrogatio est haec: *Erga eum, qui non poenitet pro peccato, qualiter esse debemus, pater?* Responsio: *Sicut praecepit Dominus dicens: Sit tibi etc.* Apud Burchardum et Ivonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, initium sic habet: *Erga eum, qui pro peccato commisso non poenitet, tales etc.*, quod magis convenit cum praedicta interrogatione, quam quomodo est apud Gratianum.

C. XII. * Vis apparere: Locupletatus est hic locus ex indicata homilia, quum antea legeretur: *ut quid sacerdos eius austerus vult apparere.*

C. XIV. * Hoc est cap. 9. in conc. Romae a Zacharia habito, quod asservatur in Vaticana bibliotheca, et inde nonnulla sunt emendata et addita. De hac autem superstitione Bonifacius legatus Germaniae ep. 2., quae est in tomis conciliorum, ad ipsum Zachariam multa scribit, cui

Causa XXVI. Quest. VII. can. 6. 54) credatur (esse: *deest*)*: Coll. tr. P.* 55) vero: *deest: orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 56) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;— orig. Ivo Coll. tr. P.;* potuit: *Hisp.* || can. 7. 57) *imo ex Basilio, cui seqq. etiam capita* (*usque ad c.* 11.) *referuntur acceptum.* (*cf. Corr.*)*; — non ipsa sunt Basilii verba — Coll. tr. P.* II, 14, 10. 58) *Codd. coll. o.* || can. 8. 59) poenitentiae; *EGH;* poenitentis: *D* 60) delinquentium: *AC;* delinquentis: *B; deest: D* 61) *Codd. coll. o.* 62) *Coll. tr. P.* II, 14, 9. 63) debent: *Coll. tr. P.* 64) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 9. 65) debemus: *ABEGH* 66) *Codd. coll. o. pr. AG* 67) *Reg.* I, 325.; *Burch.* XIX, 39. (ex dict. Basilii); *Ivo Decr.* XV, 55.; *Coll. tr. P.* II, 14, 11. 68) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.; — Luc. c.* 15. *v.* 6. || can. 10. 69) Poenitens . . . diligat . . . habeat: *DGH* 70) Dei: *deest: AB* 71) *Reg.* I, 326.; *Coll. tr. P.* II, 14, 12. 72) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Coll. tr. P.; — cf. Psalm.* 118. *v.* 63. 73) *finis canonis: Reg.* 74) *Codd. et Edd. coll. o.;* sed ea: *Coll. tr. P.* 75) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (vel secundum ea); — vel illa: *Coll. tr. P.* 76) II. *Cor. c.* 7. *v.* 11. 77) *Codd. coll. o. pr. A; — Edd. Arg. Bas. Ven.* I. II. *Par. Coll. tr. P.; add.:* ad nos: *C* 78) operatus: *AGH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 79) inq.: *deest: Edd. Arg. Bas.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Coll. tr. P.* (in: *deest*) 81) *ABCD Edd. Bas. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 82) emendationem: *EGH* 83) *ABCD Coll. tr. P.;* incontaminatos: *EGH* 84) et: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 85) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.;* in ipsis: *Edd. rell.* 86) et: *deest: Coll. tr. P.* || can. 11. 87) *Reg.* I, 328.; *Burch.* XIX, 64.; *Ivo Decr.* XV, 78. *Coll. tr. P.* II, 14, 13. 88) pro peccato conmisso (conm.: *deest: Coll. tr. P.*) non poenitet: *Reg. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 89) praecipit: *CH Coll. tr. P.* 90) *Matth. c.* 18. *v.* 17. 91) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Reg. Coll. tr. P.* 92) iubet: *Reg. Burch. Ivo;* dic.: *deest: Reg.* 93) II. *Thess. c.* 3. *v.* 6. 94) *add.:* inquit: *Reg. Burch. Ivo* 95) et non: *deest: Burch.* 96) tradidi: *Burch. Ivo* || can. 12. 97) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 98) *ib.* 99) *ib.* 100) *ib.; —* docentes: *orig.* 101) *Codd. et Edd. coll. o.* 102) quia: *Edd. coll. o.* 103) *Codd. coll. o.* 104) *Codd. et Edd. coll. o.* 105) *ib.;* imposueris: *Ed. Bas.* 106) *Codd. et Edd. coll. o.* 107) *ib. pr. A* 108) ferre: *BEGH;* sufficere: *Ed. Arg.* 109) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* 110) si: *ABD* 111) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Corr. orig.* 112) *add.:* famulus: *ABEGH* 113) *Codd. coll. o.* 114) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 13. 115) *Codd. et Edd. coll. o.;—*item: *deest: AB;— cf.* 73. *Cap. Mart. Brac. ap. Bruns* II, 57.*— cf. conc. Laod. c.* 39.; *Turon.* II. *c.* 22.; — *Burch.* X, 15.; *Ivo Decr.* XI, 42.; *Coll. tr. P.* II, 47, 73.: *Polyc.* VI, 12, (11,) 4. 116) liceat: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 117) cogitationes: *Codd. coll. o. pr. C;* diem (iniq. ag.: *deest*)*: Coll. tr. P.* 118) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 119) *A orig. Burch. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 120) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.;* paganissima: *Coll. tr. P.* || can. 14. 121) *ABC;* Item Zach.: *EGH;* it. Macarius: *D; — hab. ao.* 743. *ap. Mansi* XII, 384. — *Burch.* X, 16.; *Ivo Decr.* XI, 43.; *Polyc.* VI, 12, (11,) 5.; *Coll. duod. P.* X, 262.

C. XIV. *Anathema sit qui ritu[122b] paganorum kalendas obseruat.*

Si[123] quis kalendas Ianuarii[124c] ritu[125d] paganorum colere, uel aliquid plus noui facere propter nouum annum**, aut mensas[126] cum lampadibus[127e] uel[128] epulis, in domibus[129] preparare, et per uicos et plateas cantatores[130f] et choros ducere presumpserit[131g], anathema sit.

C. XV. *Infirmitatibus hominum incantationes nichil remedii prestant.*

Item Augustinus[133]*.

Ammoneant[134] sacerdotes fideles populos[135], ut nouerint magicas artes incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nichil posse remedii conferre; non animalibus languentibus, claudicantibusue, uel etiam moribundis quicquam mederi[136a]**: sed hoc[137b] esse laqueos et insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et[138] si quis hec[139]*** exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur.

C. XVI. *Dies Egiptiaci, et Ianuarii kalendae non sunt obseruandae.*

Item Augustinus[140]*.

Non obseruetis dies, qui dicuntur Egiptiaci, aut kalendas Ianuarii, in quibus cantilenae quedam, et comessationes, et ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni boni fati augurio, aut aliquos[141] menses, aut tempora, aut dies, et annos, aut lunae et mensis[142a] solisque cursum[143], quia qui et[144b] has, et quascumque diuinationes, aut fata, aut auguria obseruat, aut adtendit[145], aut consentit obseruantibus inutiliter et sine causa, et[146c] magis ad sui dampnationem quam ad salutem tendit[147]; siue[148d] per quosdam numeros litterarum, et[149e] lunae, per[150f] Pitagoricam nigromantiam egrotantium uitam uel mortem, uel prospera uel aduersa futura inquirunt, siue qui adtendunt somnialia scripta, et falso[151] in[152g] Danielis nomine intitulata, et sortes, que dicuntur sanctorum Apostolorum[153], et auguria auium, aut aliqua pro domo facienda, aut[154h] coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pictaciolas[155i] pro quauis infirmitate scriptas, super homines aut[156k] animalia ponunt, preter simbolum et orationem dominicam, aut[157] magicis falsitatibus in grandinariis et[158l] tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domos[159m] euntes, aut suis domibus introducunt, ut[160] interrogent[161], sciant, se fidem Christianam et baptismum preuaricasse, et[162n] paganum, et apostatam, id est retro abeuntem et Dei inimicum, iram[163] Dei grauiter in eternum incurrisse, nisi ecclesiastica penitencia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus[164]: „Siue manducatis, siue bibitis, siue quid[165o] aliud facitis, in nomine Domini nostri[166] Iesu Christi facite[167], in quo uiuimus, mouemur, et sumus.“

De temporum quoque obseruationibus scribit Augustinus in Enchiridion, [c. 79.][168a]*:

C. XVII. *Graue peccatum est dies obseruare, et*[169b] *menses et annos.*

Quis existimaret[170c], quam magnum peccatum sit dies obseruare, et menses, et annos, et tempora, (sicut obseruant[171] qui certis diebus, siue mensibus, siue annis uolunt uel[172d] nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum uanas[173] doctrinas hominum fausta uel infausta existiment[174] tempora), nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait[175]: „Timeo uos[176e], ne forte sine causa laborauerim in uobis?“[177] *Idem super epistolam ad Galathas* [ad c. 4.][178f]: §. 1. Intelligat** lector ad tantum periculum animae pertinere supersticiosas temporum obseruationes, ut dicat[179g] Apostolus[180]: „Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis.“ Quod quamuis[181h] tanta celebritate atque auctoritate per orbem terrarum in ecclesiis legatur, plena sunt tamen[182] conuenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum a mathematicis accipiunt. Iam uero, ne aliquid inchoetur aut edificiorum, aut huiusmodi quorumlibet operum, diebus, quos Egiptiacos uocant, sepe etiam nos monere non dubitant.

C. XVIII. *Sine incantatione herbas uel petras habere licet.*

Item Ieronimus[183]*.

Demonium sustinenti licet petras uel herbas[184] habere sine incantatione.

CAUSA XXVII.

GRATIANUS.

Quidam uotum castitatis habens desponsauit sibi uxorem; illa priori condicioni renuncians, transtulit se ad alium, et nupsit illi; ille, cui prius desponsata fuerat, repetit eam. (Qu. I.) *Hic primum queritur, an coniugium possit esse inter uouentes?* (Qu. II.) *Secundo, an liceat, sponsae a sponso recedere, et alii nubere?*

EDITIO ROMANA.

Causa XXVI. Quest. VII. c. 14. b) ritum pag. et Calendarum c) Ianuarias d) et brumam ritu e) dapibus f) cantiones g) praesumserit, quod magna[132] iniquitas est coram Deo — c. 15. a) mederi; non ligaturas** ossium vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse b) haec — c. 16. a) et mensis: *deest* b) *et* c) et: *deest* d) sive qui e) ei f) et per g) in: *deest* h) aut propter i) pyctaciola k) vel l) et: *deest* m) domum n) et ut o) aliquid — c. 17. a) Enchiridio b) vel c) aestimaret d) et e) vos: *deest* f) Item g) huic loco subiecerit h) quum

NOTATIONES CORRECTORUM.

Zacharias ultima epistola respondens, mentionem huius concilii videtur facere his verbis: *Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, a die, qua nos iussit divina clementia (quanquam immeriti exsistamus) Apostoli vicem gerere, illico omnia haec amputavimus.* Idem prohibetur pluribus verbis in canonibus, qui VI. synodo adscribuntur, c. 62. Et multa in huiusmodi superstitionem scribit Tertull. in libro de idololatria, et alii graves auctores.

** Vel aliquid plus novi facere propter novum annum: Haec non sunt in codice istius concilii Vaticano.

C. XV. * Caput hoc Burchardus et Ivo citant ex dictis Augustini, apud quem similia reperiuntur in locis allatis supra ead. qu. 5. *Nec mirum.* Sed eadem omnino verba praeter ultimam clausulam leguntur in conc. Turonensi 3. c. 42., et in adiectis Capitularibus c. 94.

** Non ligaturas: Hinc usque ad vers.: *prodesse*, sunt addita ex concilio et Capitularibus.

*** Et si quis haec: Postrema haec tota clausula non legitur in concilio, neque in Capitularibus, sed apud Burch. et Ivonem.

C. XVI. * In plerisque vetustis exemplaribus est tantum: *Item*, et in Polyc. etiam refertur sine auctoris nomine.

C. XVII. * Enchiridio: Expunctae sunt voces, quae sequebantur: *id est manuali libro.* Absunt enim a vetustioribus.

** Intelligat: B. Augustinus explanans ea verba Apostoli ad Gal. 4.: *Dies observatis, et menses, et tempora, et annos,* ipsa tam ad gentiles quam ad Iudaeos referri posse demonstrat, tuncque subiungit: *Ergo eligat lector, utram volet sententiam, dummodo intelligat ad tantum etc.*

C. XVIII. * Burchardus etiam et Ivo citant ex dictis Hieronymi, sed Polycarpus auctorem non nominat.

Causa XXVI. Quest. VII. can. 14. 122) *Codd. coll. o.* 123) ut nullus: *orig.* 124) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 125) *ib. Burch.;* Ian. et bruma: *orig.* 126) menses (?): *Ivo* 127) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 128) vel ep.: *deest: orig.* 129) *add.:* suis. *Burch. Ivo Polyc.* 130) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Polyc.;* cantationes: *orig.;* cantores: *Ivo* 131) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.;* pres.: *deest: orig.* 132) maxima: *orig.* || can. 15. 133) it.: *deest: ABC; — c. 42. Conc. Turon. III. hab. ao.* 813. — *Mansi* XIV, 89. — *Burch.* X, 40.; *Ivo Decr.* XI, 65.; *Polyc.* VI, 12, (11,) 7.; *Coll. duod. P.* X, 250. — *Ben. Lev. Add.* III. *c.* 93. 134) commoneant: *Polyc.* 135) populum: *Ed. Bas.; add.:* suos: *Edd. rell. pr. Arg.* 136) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Polyc.* 137) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 138) Et: *deest: AEGH Ed. Bas.* 139) hoc: *DEGH* || can. 16. 140) It.: *deest: AB; — certum est, haec non esse Augustini, conferas vero Martini Brac. c.* 71. 73. 75. — *ap. Bruns* II, 56. — *Polyc.* VI, 12, (11,) 2. 141) aliquot: *EGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 142) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 143) cursus: *BCEGH* 144) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C Edd. Arg. Lugdd.* II. III. — *Polyc.;* — eas: *Ed. Arg.* 145) contendit: *Polyc.; add.:* aut contendit: *A* 146) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Polyc.* 147) confitetur demum: *Polyc.* 148) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Polyc.* 149) *Codd. coll. o. Polyc.* 150) *ABCD Polyc.* 151) falsa: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 152) *Codd. coll. o. pr. C; — Ed. Bas.; — Polyc.* 153) Ap.: *deest: Polyc.* 154) *Codd. coll. o. Polyc.;* coniugio copulando: *A* 155) *Codd. coll. o. Polyc.;* pictaciolas: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. *Turrecrem.* 156) *Codd. coll. o. Polyc.* 157) aut qui: *Polyc.* 158) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.; — Corr. Polyc., ubi legitur:* Grandinum 159) *A Polyc.* 160) et: *BCD Edd. coll. o.* 161) interrogant: *D Edd. coll. o. pr. Bas.* 162) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Polyc.* 163) et iram: *EGH* 164) I. *Cor. c.* 10. *v.* 31. 165) *BC Polyc.; deest: D* 166) nostri .. Christi: *deest: Polyc.* 167) faciatis: *Polyc.* || can. 17. 168) *Codd. coll. o.; — add.:* i. e. manuali libro: *EGH; — Ivo Decr.* XI, 19.; *Ivo Pan.* VIII, 80. 169) *Codd. coll. o.* 170) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 171) et obs.: *Ivo Pan.* 172) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I. *Par. orig. Ivo Decr. Pan.* 173) varias: *ABCD* 174) existimant: *AEGH Ed. Bas.* 175) *Gal. c.* 4. *v.* 11. 176) *CD orig. Ivo Decr. Pan.* 177) *finis canonis: Ivo Pan.* 178) *Codd. coll. o. — no.* 35. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* XI, 15. 179) *Codd. coll. o. Ivo; — Gal. c.* 4. *v.* 11. 180) vos: *deest: ABEGH Edd. Par. Lugdd.* 181) *Codd. et Edd. coll. o.* 182) tam.: *deest: H orig. Ivo Decr.* || can. 18. 183) *ex Poenit. Theod. ed. Hildenbr.* XXIV. §. 233.; — *Burch.* X, 50.; *Ans.* XI, 131.; *Ivo Decr.* XI, 75.; *Polyc.* VI, 12, (11,) 20. 184) holere: *orig.*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod uero*[1a] *uouentes matrimonia contrahere non possunt, multis auctoritatibus probatur.*

In Concilio namque Cartaginensi c. CIV. statutum inuenitur de uiduis, que professam continentiam preuaricate sunt[2a]:

C. I. *Excommunicentur uiduae, que religioso habitu abiecto nuptias elegerint*[3].

Sicut bonum est castitatis premium, ita et[4] maiori obseruantia et preceptione custodiendum[5] est, ut si que uiduae, quamlibet[6b] adhuc in minoribus annis positae, et inmatura[7*] etate a uiro relictae, se deuouerint[8] Deo[9c], et ueste laicali[10] abiecta sub testimonio episcopi et ecclesiae in[11] religioso habitu apparuerint, postea uero ad seculares transierint[12d] nuptias, secundum Apostolum[13] dampnationem habebunt[14], quia[15] fidem castitatis, quam Deo[16e] uouerunt, irritam facere uisae[17f] sunt. Tales ergo personae a Christianorum conmunione sequestrentur[18], neque[19] in conuiuio[20g**] cum Christianis conmunicent[21]. Nam si adulterii[***] coniuges reae sunt si suis obnoxiae uiris non fuerint[22h], quanto magis uiduae, que Dei[23i] religiositatem mutauerunt[24], crimine adulterii notabuntur, si deuotionem, quam sponte[25], non[26] coactae, Deo obtulerunt, libidinosa corriperunt[27] uoluptate[28], atque[29k] ad secundas[30] nuptias transitum fecerint? Que etsi uiolentia irruente ab aliquo oppressae[31] fuerint, ac postea delectatione[32] libidinis permanere in coniugio raptori uel uiolento uiro consenserint, dampnatione[33l] superius dicta[34m] teneantur[35] obnoxiae. De talibus Apostolus ait[36]: „Cum[37] enim[38n] luxuriatae fuerint, nubere in Christo[39o] uolunt, habentes dampnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.“

C. II. *De uiduis et uirginibus*[40], *que a religionis proposito discedunt.*

Item ex epistola Gregorii missa ad Bonifatium[41*].

Viduas a proposito discedentes uiduitatis, super quibus nos consulere[42] uoluit[43] dilectio tua, frater karissime, credo te nosse a S. Paulo[44] et a[45] multis sanctis Patribus, nisi conuertantur, olim esse dampnatas[46]. Quas[47a] nos apostolica auctoritate dampnandas, et a conmunione fidelium atque[48] a liminibus ecclesiae arcendas[49] fore censemus, usquequo[50] obediant episcopis suis, et ad bonum, quod ceperunt, inuite[51b] aut uoluntarie reuertantur. §. 1. De uirginibus autem[52] non uelatis, si deuiauerint, a sanctae memoriae predecessore nostro Papa Innocentio taliter decretum habemus[53]: „He uero, que necdum sacro uelamine tectae[54], tamen in proposito uirginali semper se simulauerint[55c] permanere, licet uelatae non fuerint, tamen[56d] si nupserint[57], aliquanto tempore his agenda penitencia est, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet[58e] bonae fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista[59] pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine uindicta non poterit, etc.“ §. 2. Si[60] uirgines nondum[61] uelatae taliter penitencia publica puniuntur, et a cetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur[62], quanto magis[63] uiduae, que perfectioris etatis et maturioris[64] sapientiae atque consilii existunt, uirorumque consortio multociens usae sunt, et[65] habitum religionis assumpserunt, et demum apostatauerunt[66], atque ad priorem[67] uomitum sunt reuersae, a nobis et ab omnibus fidelibus a liminibus ecclesiae et a cetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandae, et carceribus tradendae, qualiter iuxta apostolum[68] Paulum tradentes huiusmodi hominem sathanae[69], ut spiritus eius[70] sit saluus in die Domini. De talibus enim[71f] Dominus per Moysen loquitur, dicens[72]: „Auferte malum de medio uestri.“ De quibus[73g] per Prophetam ait[74]: „Letabitur iustus, cum uiderit uindictam inpiorum[75h]: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.“[76] De talibus namque, et eorum[77] similibus, atque eisdem consentientibus dicitur[78]: „Quia non solum qui faciunt, sed etiam[79] qui consentiunt facientibus rei sunt.“[80]

C. III. *Transire non possunt uiduae et uirgines post religionis propositum ad nuptias.*

Item ex Decreto Gelasii Papae ad Sicilienses Episcopos misso, c. 9.[81]

Neque uiduas ad nuptias transire patimur, que in[82] religioso proposito diuturna obseruatione permanserunt[83]. Similiter uirgines[84] nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis etatem peregisse[85] contigerit[86].

C. IV. *Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest*[87].

Item Ciprianus ad Pomponium de uirginitate[88a].

Nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod inspici et probari possit, an uirgo sit, cum et[89] manus obstetricum et oculus[90b] sepe fallatur[91c], et, si incorrupta

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. I. a) vero: *deest* — c. 1. a) Carth. IV. c. ult. b) quantumlibet c) Domino d) transierunt e) Domino f) ausae g) in: *deest* h) adulterae*** coniuges reatu sunt viris suis obnoxiae i) Dei: *deest* k) et l) damnationi m) comprehensae n) enim: *deest* o) in Christo: *deest* — c. 2. a) Quas et b) invitae .. voluntariae c) simulaverunt d) tam.: *deest* e) solent f) enim et g) quibus et h) inpiorum: *deest* — c. 4. a) virginibus b) oculi c) fallantur

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XXVII. Quest. I. C. I. * Immatura: In variis conciliorum editionibus, et duobus Vaticanis codicibus, et Soriensi regio legitur: *matura.* Ivo [VII, 58.] habet: *in matura.*

** Neque convivio: Sic est emendatum ex manuscriptis Gratiani exemplaribus, expunctis verbis illis: *donec ad bonum, quod coeperant, revertantur* [ita Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor.], quae ex capite sequenti videntur huc fuisse translata. In conciliorum autem impressis et manuscriptis codicibus legitur: *Tales ergo personae sine Christianorum communione maneant, quae etiam nec in convivio cum Christianis communicent.*

*** Adulterae: Sic est emendatum ex memoratis Conciliorum exemplaribus. Nam antea legebatur: *Nam si adulterii coniuges reae sunt, si suis obnoxiae viris non fuerint, quanto etc.*

C. II. * Sic etiam citant ceteri collectores. Habetur autem et paulo etiam copiosius in Capitularibus adiectis, cap. 215.

Causa XXVII. Quest. I. 1) *Codd. coll. o.* || can. 1. 2) *Codd. coll. o.; — c.* 104. *Stattut. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 150. — *Reg. Appdx.* I, 51.; *Appdx.* II, 15. (*can. cont.*); *Burch.* VIII, 39. (ex C. Aurel.) *Ivo Decr.* VII, 58.; *Coll. duodec. P.* III, 267. 3) elegerunt: *CEGH;* quaerunt: *A* 4) et: *deest: BC Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. *Reg.* I. *Burch.* 5) constituendum: *Hisp.; est tamen varietas lectionis; — Ivo Decr.* VII, 147. (*can.:* si quae viduae) 6) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Hisp. Reg.* I. II. *Burch. Ivo;* quamvis: *Edd. rell.* 7) matura: *orig. Burch.* 8) devoverunt: *EGH Ed. Bas. orig.;* voverunt: *Ivo* 147. 9) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Reg.* I. II. *Burch. Ivo* 58. 147. 10) laica: *C Ed. Arg.* 11) in: *deest: EGH orig. Hisp. Reg.* I. II. *Burch. Ivo* 58. 12) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. *Hisp. Reg.* I. II. 13) *add.:* Paulum: *Hisp. Reg.* II.; — I. *Tim. c.* 5. *v.* 12. 14) habeant: *Burch.* 15) quoniam: *orig. Hisp. Reg.* I. II. *Ivo* 147. 16) *ABCD Hisp. Reg.* I. II. *Burch. Ivo* 58. 147. 17) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 58. 18) sint alienae: *Hisp. Reg.* II.; maneant: *orig. Ivo* 147. 19) quae etiam (et.: *deest: Reg.* II.) nec in convivio: *Turrecrem. orig. Hisp. Reg.* I. II. *Ivo* 147.; neque etiam in: *Burch. Ivo* 58. 20) communione vel convi.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 21) *finis canonis: Ivo Decr.* 147. 22) *Codd. et Edd. coll. o.; — Burch. Ivo Decr.* (*missa tamen voce:* non) 23) *ib. Hisp.;* Deo: *Reg.* I. II. 24) voverant: *Hisp. Reg.* I. II. 25) spontanee: *Hisp. Reg.* I. II. (non coact.: *deest*) 26) nec: *A Burch. Ivo* 27) corripuerint: *H Ed. Bas.* 28) voluntate: *CEGH Burch. Ivo* 29) *AB orig. Hisp. Reg.* I. II. *Burch. Ivo* 30) saeculares: *Burch.* 31) praeceptae: *orig. Hisp. Reg.* I. II. 32) carnis atque lib.: *orig.* 33) *Codd. coll. o. Reg.* II. *Burch. Ivo* 34) *Codd. coll. o. Ivo* 35) tenebuntur: *Burch.* 36) enim sic ait: *Hisp. Reg.* II.; enim dicit: *Reg.* I. 37) *cf.* I. *Tim. c.* 5. *v.* 11. 38) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Reg.* II. *Burch. Ivo* 39) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Burch. Ivo* || can. 2. 40) orphanis: *AC* 41) *imo Bened. Leuita addit.* IV. *c.* 88. (*fons C. Turon. c.* 34. 35.) — *Reg. Appdx.* I, 48.; *Appdx.* II, 29. (*in utroque can. cont.*); *Burch.* VIII, 45.; *Ans.* XI, 177.; *Ivo Decr.* VII, 63. *Ivo Pan.* III, 204.; *Coll. duod. P.* III, 268. 42) consuluit (vol.: *deest*): *Ivo Pan.* 43) voluerit: *Ed. Bas.;* vult: *Burch.* 44) apostolo: *Reg.* I.; — I. *Tim. v.* 5. 45) a: *deest: Ivo Pan.* 46) damnandas: *Burch.* 47) *ABCD Ans.* 48) et: *EGH* 49) esse arc. fore: *Ed. Bas.;* esse arc.: *Edd. rell.* 50) usquedum: *orig.* 51) *Codd. coll. o. Ans. Ivo Pan.* 52) aut.: *deest: Reg.* II. 53) *cf. infra c.* 9. 54) *add.:* sint: *Ivo Pan.* 55) *ABCDEH Ivo Pan.* 56) *Codd. coll. o.* 57) *add.:* aliquando: *EG Ed. Bas.* 58) *Codd. coll. o. orig. Ans. Reg.* I. II. *Burch. Ivo Decr. Pan.* 59) ista: *deest: Reg.* I. 60) nam si: *orig. Reg.* I. II. *Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.* 61) necdum: *Burch.* 62) nisi veniant excl.: *Ivo Pan.* 63) potius: *Reg.* II. *Burch.* 64) maioris: *ACD* 65) et velari se permiserunt habitumque (que: *deest: Reg.* II.); *orig. Reg.* I. II. 66) apostaverint: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 67) prius: *Reg.* I. II. 68) *add.:* beatum: *orig. Reg.* I. II. *Burch. Ans. Ivo Pan.; —* I. *Cor. c.* 5. *v.* 5. 69) *add.:* in interitum carnis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *orig. Ivo Decr.* 70) eius: *deest: orig. Reg.* I. II. *Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 72) *Deut. c.* 13. *v.* 5. 73) *Codd. et Edd. coll. o.* 74) *Psalm.* 57. *v.* 11. 75) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 76) peccatorum: *AD Edd. coll. o.* 77) his: *H Ed. Bas.* 78) dic.: *deest: orig. Reg.* II.; — *Rom. c.* 1. *v.* 32. 79) et: *Ivo Pan.* 80) iudicandi sunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.; — Ivo Decr.* || can. 3. 81) *imo Ep. Symmachi ad Caesarium scr. ad* 513. *c.* 5. *ap. Thiel p.* 725. — *Jaffé no.* 477. — *Reg. Appdx.* II, 19.; *Burch.* VIII, 46.; *Ivo Decr.* VII, 64.; *ib.* 144. (Gelasius Caesario); *Ivo Pan.* III, 203.; *Polyc.* IV, 35, (36,) 5. (*Symmach.*); *Coll. duod. P.* III, 257. 82) in: *deest: A Reg. Burch. Ivo Pan.* 83) permanserint: *orig. Reg. Polyc.* 84) et virgin.: *Ivo Decr.* 64. 85) egisse: *Ivo Decr.* 144. *Ivo Pan.* 86) constiterit: *orig.;* contigerit: *Codd. orig.* || can. 4. 87) non pot.: *AC* 88) *Codd. coll. o. Turrecrem.; — Ep.* 4. *c.* 3. *in Ed. Vindobon. — scr. ao.* 249. 89) etiam: *BEGH* 90) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig.* 91) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (fallitur); *Lugdd.* II. III.; *orig.*

inuenta fuerit uirgo ea parte, qua mulier potest esse, poterit[92d] tamen ex[93] alia corporis parte peccasse, que corrumpi potest, et tamen inspici non potest. Certe ipse concubitus, ipse conplexus, ipsa confabulatio, et osculatio, et coniacentium duorum turpis et feda dormitio, quantum dedecoris et criminis confitetur[94e]? Si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero uideat[95], nonne indignatur et fremit, et per zeli dolorem, portat[96f] gladium in manu[97] sua? Et[98g] Christus Dominus et iudex[99] noster, cum uirginem suam sibi dicatam[100] et sanctitati suae destinatam iacere cum altero[101] cernit, quam indignatur[102] et irascitur? et quas penas in scelestis[103h] huiusmodi[104i] coniunctionibus conminatur? Cuius ut gladium spiritalem et uenturum iudicii diem unusquisque fratrum possit euadere, omni consilio prouidere et elaborare[105k] debemus.

[C. V.][106a]

Idem [in eadem epistola][107].

Quod si penitenciam huius illiciti concubitus sui egerint[108], et a se inuicem recesserint, inspiciantur iterum* uirgines ab obstetricibus diligenter, et si uirgines inuentae fuerint, accepta conmunione ad ecclesiam admittantur; hac tamen interminatione, ut, si ad eosdem masculos postmodum reuersae fuerint, aut si cum eisdem in una domo et sub eodem[109] tecto simul habitauerint, grauiore censura eiciantur[110], nec in ecclesia[111b] postmodum[112] facile recipiantur. Si autem de eis aliqua[113c] corrupta fuerit et deprehensa, agat penitenciam plenam, que hoc crimen admisit que iam[114d] non mariti, sed Christi adultera est, et ideo estimato[115] iusto tempore, postea exomoloysi[116e] sui[117f] facta ad ecclesiam redeat. Quod si obstinate perseuerant, nec se ab inuicem separant, sciant se cum hac sua[118] inpudica obstinatione numquam a nobis admitti in ecclesiam posse, ne exemplum ceteris ad ruinas[119g] delictis suis facere incipiant, nec putent sibi uitae aut salutis constare rationem, si episcopis et sacerdotibus obtemperare noluerint.

C. VI. *Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui cum moniali[120a] mechatus fuerit.*

Item ex VI. Sinodo [in Trullo, c. 4.][121]

Si quis episcopus, presbiter, aut[122b] diaconus[123], aut subdiaconus, aut lector, aut psalmista, aut hostiarius cum muliere sanctificata Deo mechatus fuerit, deponatur, quia sponsam Christi[124] corrupit; si uero laicus, excommunicetur.

C. VII. *Viduae et puellae, que post religionis habitum nubunt, a conmunione suspendantur.*

Item ex Concilio Tolletano IV., c. 8.[125]*

De uiduis[126] et puellis, que habitum[127] religionis in domibus propriis tam a parentibus, quam per se[128] mutauerunt[129], si postea contra instituta[130] patrum uel[131] precepta canonum coniugia crediderint[132] copulanda, tam diu utrique[133a] habeantur a conmunione suspensi, quousque quod illicite perpetrauerunt[134] emendent. Quod[135] si emendare neglexerint, a conmunione[136] uel[137b] omnium Christianorum conuiuio[138] perpetuo[139] sint sequestrati.

[P A L E A[140]*.

C. VIII. De eodem.

Item ex Concilio Martini Papae[141].

Viduas autem uelare pontificum nullus attemptet[142], prout statutum[143] est in decretis Gelasii Papae capitulo XIII.**, quod nec auctoritas diuina, nec canonum forma prestituit[144]. Quod[145] si propria fuerit[146] uoluntate continentiam professa, in[147] eiusdem Gelasii capitulo XXI. legitur, eius intentio pro se reddat rationem Deo, quia, sicut[148] secundum Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus[149] nubere uetabatur, sic secum habita deliberatione promissam fidem pudicitiae Deo debet custodire. Nos autem*** auctoritate Patrum suffulti in hoc sancto[150] concilio sancimus et libere iudicamus, si[151] sponte uelamen quamuis non consecratum sibi inposuerit, et in ecclesia inter uelatas Deo oblationem[152] obtulerit, uelit nolit, sanctimoniae habitum ulterius habere debet, licet sacramento confirmare uelit, eo tenore et ratione sibi uelamen inposuisse, ut iterum posset[153] deponere.]

C. IX. *De his, que uotum uirginitatis habentes nubunt, necdum sacro uelamine tectae.*

Item ex Decretis Innocentii Papae, c. 20.[in Codice canonum, et epist. 2. ad Victricium, c. 13.][154]

He uero, que nondum sacro uelamine sunt[155a] tectae, tamen in proposito uirginali semper[156] simulauerant se permanere[157b] etc. et infra[158c].

[P A L E A[159].

Licet uelatae non fuerint[160], si forte nupserint, his[161] agenda* aliquanto tempore penitencia est, quia sponsio earum[162] a Domino[163] tenebatur. Si[164] enim inter homines

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. I. c. 4. d) potuerit e) confiteatur f) fortassis et gladium in manum sumit? g) Quid h) incestis i) eiusmodi k) laborare — c. 5. a) C. V. De eodem b) ecclesiam c) aliquae corruptae fuerint ... deprehensae, agant d) quia quae e) exomologesi f) sui: *deest* g) ruinam — c. 6. a) sanctimoniali b) aut: *deest* — c. 7. a) utraeque ... suspensae ... sequestratae b) et — c. 9. a) necdum (sunt: *deest*) b) simulaverunt c) etc. et infra: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Iterum: In codicibus Cypriani impressis, et octo manuscriptis, quae Romae ad operum ipsius emendationem collata fuerunt, legitur: *interim* [sic in Ed. coll. o.], quae varietas notatur etiam in glossa.

C. VII. * In conciliis Toletanis non est inventum. Est autem lib. 7. Capitular. c. 338.

C. VIII. * Abest caput hoc a nonnullis Gratiani exemplaribus. Burchardus et Ivo [nec tamen Panorm.] citant ex conc. Maguntino, cap. 6. Habetur in conc. Triburiensi c. 25. In hoc autem capite, et duobus sequentibus citantur decreta Gelasii, ut sunt in Codice canonum [i. e. ap. Dionys.].

** Capitulo XIII.: Sic est in Codice canonum; in epistola vero eiusdem prima episcopis per Lucaniam est c. 15., sicut paulo post, quod est in capitulo 21. in eodem Codice, in epistola est c. 23.

*** Nos autem: In conc. Triburiensi legitur: *Qua auctoritate paternae suffulti sententiae in hoc sacro conventu sancimus, etc.* Haec vero eadem de vidua, quae sibi sponte velamen non consecratum imposuit, habentur in Decretalibus, c. *Viduas*, tit. *De regul.*, quod in codicibus impressis citatur ex conc. Arelatensi, in prima autem collectione et vetustis codicibus Gregorianae ex Aurelianensi.

C. IX. * His agenda: Sic est emendatum ex Codice canonum, epistola et conc. Turonico, et sic legitur supra ead. c. *Viduas*. Hoc enim loco etiam in manuscriptis erat: *ad agendam aliquanto tempore poenitentiam sit liberum.* [ita D Edd. coll. o. Hisp.]

Causa XXVII. Quest. I. can. 4. 92) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Turrecrem.* 93) et ex: *orig.* 94) *ABCD orig.*: confiteatur: *EGH Edd. coll. o.* 95) viderit: *EGH Ed. Bas.* 96) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 97) manus: *orig.* 98) *Codd. coll. o.; add.*: quia: *DEGH; add.*: cum: *B;* Et quidem si: *Ed. Bas.;* Et quid. sic: *Edd. Lugdd.* II. III. 99) Dom. iudexque (Christ.: *deest*): *EGH* 100) dedicatam: *EGH Ed. Bas.* 101) adultero: *H Ed. Bas.;* altero vel adult.: *Ed. Arg.* 102) *add.*: ei: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 103) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (scelestibus); in: *deest: Ed. Bas.* 104) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 105) *BDEGH Edd. coll. o. orig.* || can. 5. 106) *Codd. coll. o.* 107) *ib. c.* 4. 108) egerunt ... recesserunt: *EGH Ed. Bas.* 109) uno: *EGH;* uno eodem: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 110) abiciantur: *EGH Ed. Bas.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Turrecrem.* 112) postmodum: *orig.* 113) *ib.* — *orig.* 114) *ib. pr. H* (quia non) 115) existimato: *EGH* 116) *BC;* exomoloyson: *AEGH;* exhomoloyso: *Ed. Bas.;* exanioloyson: *Ed. Arg.;* exameloyson: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III.; *in iisdem (exc. Bas.) add.*: i. e. confessione vel poenitentia) 117) *Codd. et Edd. coll. o.* 118) sua: *deest: EGH* 119) *Codd. coll. o.* || can. 6. 120) *ABC* 121) *hab. ao.* 692. — *Coll. tr. P.* II, 11, 1. 122) *ABCEGH Coll. tr. P.* 123) aut subd.: *deest: C Coll. tr. P.* 124) Dei: *Coll. tr. P.* || can. 7. 125) c. 9.: *BEGH;* — *imo c.* 13. *Conc. Paris.* V. *hab. ao.* 614. — *Reg. Appdx.* I, 47.; *Appdx.* II, 35.; *Burch.* VIII, 48.; *Ans.* XI, 96.; *Ivo Decr.* VII, 66. *Coll. duod. P.* III, 243. 126) viduabus: *orig.* 127) quae sibi vestes in habitu: *ib.* 128) se ipsas: *ib.* 129) mutaverint: *Ed. Bas. orig. Reg.* I. II. *Ans.* 130) statuta: *orig. Burch.* 131) et: *Burch.* 132) crediderunt: *ACD Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *Burch.* 133) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. orig. Reg.* I. II. *Burch. Ans. Ivo* 134) perpetraverint: *C Reg.* II. 135) aut: *orig.* 136) *add.*: ecclesiastica: *ib.* 137) *Codd. coll. o. orig. Reg.* I. II. *Ans.* 138) coniugio: *Ans.* 139) in perpetuum: *orig. Ivo;* in perpetuo: *Reg.* I. II. *Burch. Ans.* || can. 8. 140) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.* — *Rolando non fuit nota* 141) *imo c.* 25. *Concil. Tribur. hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim* II, 399. — *Reg. Appdx.* II, 21. (Gelasius); *Burch.* VIII, 36. (ex C. Mogunt.); *Ivo Decr.* VII, 55.; *Ivo Pan.* III, 197. *Coll. duod. P.* III, 254. 142) tentet: *Ivo Pan.* 143) constitutum: *orig. Burch.* 144) praestitit: *Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.* 145) quae: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 146) fuer.: *deest: Reg.* 147) ut in: *ib. Burch.* 148) sic.: *deest: Burch.* 149) ut nullat.: *Ivo Decr.* 150) sacro communi conc.: *Ed. Bas.;* sacro conventu: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 151) quod si: *orig. Reg.* 152) oblationes: *Burch.* 153) possit: *orig.* || can. 9. 154) ex Decreto: *CEGH;* — *ep. scr. ao.* 404. *cap.* 13. — *Jaffé no.* 85. — *Burch.* VIII, 12.; *Ivo Decr.* VII, 18.; *Polyc.* IV, 35, (36,) 2. — *cf. supra c.* 2. 155) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* sunt consecratae: *Hisp.* 156) semp.: *deest: orig. Polyc.* 157) *A Polyc.;* simulaverint: *CDEH Ed. Bas.;* promiserant: *orig. Hisp.* 158) *Codd. coll. o. pr. D;* etc.: *deest: A* 159) *Haec Palea exstat solummodo in D* 160) sint: *D Ed. Bas. orig. Hisp.;* sunt: *Edd. rell.* 161) revocandae sunt et agenda pen. illis est quia: *Burch.* 162) eius: *orig.* 163) Deo: *D Edd. coll. o. pr. Bas. orig.* 164) Nam si (ex: *deest*): *D Edd. coll. o. Hisp. Polyc.;* Si ...... Nam: *deest: Burch.*

solet[165] bonae fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit[166], solui sine uindicta non debet[167]?]

Nam si Apostolus illas[168], que a proposito uiduitatis discesserunt[169 d], dixerat[170 e] habere dampnationem[171 f], quia primam fidem irritam fecerunt; quanto magis uirgines[172], que frangere fidem conatae sunt[173 g]?

C. X. *Non sunt admittendae ad penitenciam uirgines sacrae, si publice*[174 a] *nupserint.*

Item ex Decreto eiusdem, cap. 19. [in Codice canonum, in epistola autem ad Victricium c. 12.][175]

Que Christo[176] spiritualiter nubunt[177*], si[179 b] postea[180**] publice nupserint[181], non eas admittendas esse ad penitenciam[182 c], nisi hii[183], quibus se iunxerant[184], de[185 d] mundo recesserint[186]. Si enim de hominibus[187] hec ratio custoditur, ut quecumque uiuente uiro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendae penitenciae licentia conceditur[188 e], nisi unus de[189] his[190 f] fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, que ante[191] se inmortali sponso coniunxerat[192], et[193] postea ad humanas transmigrauit[194] nuptias[195]?

C. XI. *Ab ecclesia eliminandae et ergastulis retrudendae*[196] *sunt monachorum uel monacharum inpudicae personae.*

Item ex Concilio Triburiensi, c. 6.[197*]

Inpudicas detestabilesque personas monachorum scilicet[198 a] atque monacharum, que abiecto proposito sanctitatis illicita ac[199 b] sacrilega contagione se miscuerunt, et[200] in arbitrium[201 c**] conscientiae desperatione perductae, de illicitis conplexibus libere[202] filios procreauerint[203], a monasteriorum cetu ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus, quatinus retrusae[204] in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes purificatorio possint penitudinis igne decoqui[205], ut eis uel ad mortem[206] solius misericordiae intuitu per conmunionis gratiam possit[207] subueniri.

C. XII. *Monachus et uirgo Domino consecrata si nupserint*[208], *excommunicentur.*

Item ex eodem[209*].

Virginem, que se Deo[210] consecrauerit[211], similiter et monachum decernimus[212] non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hoc[213] inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decreuimus[214 a], ut habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus misericordiam humanitatemque largiri.

C. XIII. *Dum uiuunt, lamentis penitenciae se afficiant qui sanctimonialibus scienter copulantur*[215].

Item ex eodem[216*].

Hii igitur[217 a], qui scientes[218] sanctimonialibus[219] in[220 b] matrimonio sunt[221] ad iniuriam Christi copulati, iuxta censuram zeli Christiani separentur, et numquam eis concedatur iugali[222 c] uinculo religari[223], sed in penitenciae lamentis se uehementer, dum uiuunt, afficiant.

C. XIV. *A sacra conmunione priuentur qui sacris uirginibus se sociant.*

Item ex eodem[224*].

Virginibus[225] sacris[226] se quosdam temere[227] sociare cognouimus, et post dicatum Deo[228] propositum incesta federa sacrilegaque miscere. Quos protinus equum est a sacra conmunione detrudi[229], et nisi per publicam probatamque[230] penitenciam omnino[231] non recipi. Sed[232] tamen[233] his[234] uiaticum de seculo transeuntibus, si digne[235] penituerint, non negetur[236].

C. XV. *In monasterio reuocetur*[237] *ac recludatur que a fornicatione recedere noluerit*[238].

Item Gregorius[239*].

Peruenit ad nos, quod quidam uir nequissimus diabolico instinctu de monasterio suaserat[240 a] exire quandam Deo sacratam, atque a quodam[241] uiro, unde exierat, sit reuocata,

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. I. c. 9. d) discesserant e) dixit f) condemnationem g) virgines, quae pactionis suae fidem minime servaverunt? — c. 10. a) publice postea b) nubunt* et a sacerdote velantur[178] c) poenit. agendam d) a e) concedatur — c. 11. a) scilic.: *deest* b) atque c) abruptum** — c. 12. a) decernimus — c. 13. a) ergo b) in: *deest* c) coniugali — c. 15. a) suaserit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. X. * Nubunt: In antiqua editione conciliorum et epistolarum, et Codice canonum impresso legitur: *nupserint*, sed in duobus ipsius manuscriptis: *nubunt*, post quod verbum in omnibus sequitur: *et a sacerdote velantur*, ideoque sunt addita.

** Si publice postea: In epistolis olim Coloniae ac Lutetiae impressis legitur: *si postea nupserint, vel publice vel occulte corruptae fuerint.* In editione conciliorum Coloniensi duobus et tribus tomis: *si postea vel nupserint publice, vel occulte corruptae fuerint.* In postrema autem quatuor tomorum: *si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint.*

C. XI. * Caput hoc habetur in epistola 1. Siricii, et in Codice canonum est c. 15. inter decreta ipsius, quem etiam citant Burchardus et Anselmus [et Reg.]. Pars tamen aliqua huius capitis est in c. *Si quis sacro*, infra eadem, quod quidem habetur in conc. Triburiensi, quod exstat.

** Abruptum: Sic est emendatum ex multis editionibus epistolarum Siricii, et Codice canonum. Antea enim legebatur: *in arbitrium conscientiae propriae desperatione.*

C. XII. * Hoc est 16. caput conc. Chalcedonensis ex versione Dionysii, cuius pars citatur infra, c. *Si quis sacro.*

C. XIII. * Caput hoc a Burchardo et Ivone Paschali tribuitur.

C. XIV. * Caput hoc in epist. 1. Gelasii est num. 12. et in Codice canonum inter ipsius decreta cap. 20. Refertur quoque in Capitularibus l. 1. c. 106., et in Polycarpo Gelasii nomine.

C. XV. * De hac eadem re videtur scripta epistola Mariniano episcopo, l. 8. Regesti, epist. 9. Caput tamen hoc vel ex alia epistola est acceptum, vel in eo multa sunt immutata.

Causa XXVII. Quest. I. can. 9. 165) solent: *Ed. Bas.* 166) pepigerunt: *Hisp. Dionys. Ivo* 167) poterit: *Dion. Ivo, ubi hic est finis canonis* 168) Paulus eas: *orig. Hisp. — cf.* I. *Tim. c.* 5. *v.* 12. 169) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Polyc.*, discesserint: *Hisp.* 170) *CDEGH Ed. Bas. Hisp. Dion. Burch. Polyc.; add.:* eas: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd. Par. — Hisp. Dion.* 171) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Turrecrem. orig. Dion. Burch. Polyc.* 172) virg.: *deest: CD;* hac: *Polyc.* 173) *ACD Polyc.; add.:* pactionis suae: *BEGH Ed. Bas.;* frangere conantur: *EGH Ed. Bas.;* quae priori promissioni fidem frangent: *orig.;* quae priori promissioni (prioris promissionis: *Dion.*) fidem frangere conatae sunt: *Dion. Burch.* || can. 10. 174) *Codd. coll. o.* 175) *ib. c.* 12.; — *Ans. ded.* VI, 48.; *Reg.* II, 170. *Burch.* VIII, 13.; *Ans.* XI, 94.; *Ivo Decr.* VII, 17.; *Polyc.* VI, 20, (19,) 2.; IV, 35, (36,) 3.; *Caes.* X, 112.; *Coll. duod. P.* III, 251. 176) Deo: *Ans.;* Domino: *Polyc.* VI.; in Christo: *Reg. Burch.* 177) nupserunt: *orig. Dion. Hisp.* 178) velari meruerunt: *orig. Hisp.* 179) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (et si); — *Reg. Burch.* 180) vel pub.: *orig. Ans. Ivo Polyc.* IV. VI. 181) *add.:* vel clanculo se (se: *deest: Ans. ded. Reg. Polyc.* IV.) corruperint: *orig. Dion. Ans. ded. Reg. Burch. Polyc.* IV.; — vel occulte corruptae fuerint: *Hisp. Ans. Ivo Polyc.* VI. 182) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* ut ad gradum restituantur pristinum: *Edd. Lugdd.* II. III. 183) is cui: *orig. Dion. Ans. ded. Reg. Burch. Ans. Ivo Polyc.* IV. VI. 184) iunxerat: *Reg.* 185) *Codd. coll. o. Dion. Ans. ded. Reg. Burch. Ans. Polyc.* IV.; de saeculo: *orig.;* de hac vita: *Hisp. Ivo Polyc.* VI. 186) recesserit: *orig. Dion. Ans. ded. Reg. Burch. Polyc.* IV.; discesserint: *Hisp.;* discesserit: *Ans. Ivo Decr. Polyc.* VI. 187) omnibus: *orig. Ans Polyc.* VI.; hom. laicis: *Hisp.* 188) *Codd. et Edd. coll o. pr. Lugdd.* II. III. 189) ex: *orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Ans. Ivo Polyc.* IV. VI. 190) *ABCD Ans. ded. Reg.* 191) antea: *Ivo* 192) iunxerat: *Polyc.* VI. 193) at: *Ivo* 194) transmigraverit: *C Ed. Bas.;* transire elegit: *Ans. Ivo Polyc.* VI.; — ut transiret elegit: *Hisp.* 195 humanos amplexus: *Reg.* || can. 11. 196) tribuendae: *B;* detrudendae: *EH* 197) *Haec sunt excerpta ex Siricii ep. ad Himerium scr. ao.* 385. — *Jaffé no.* 65. — *et ex parte referuntur in c.* 23. 26. *Conc. Tribur. hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim* II, 398. — *Reg.* II, 164.; *Burch.* VIII, 29. (Siricius); *Polyc.* IV, 39, (35,) 7. (Siricius); — *a. Corr. citat. Ans.* VII, 188.; *sed non exstat in Cod. coll.* 198) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Polyc.* 199) *Codd. coll. o. Reg. Burch.* 200) et . . . procrea.: *deest: Reg.* 201) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 202) libere: *deest: Burch.* 203) procrearunt: *AB Burch. Polyc.* 204) reclusae: *CD Ed. Bas.* 205) decoquere: *Polyc.* 206) mortem saltem: *Reg. Burch. Polyc.* 207) possit indulgentia: *Polyc.* || can. 12. 208) nupserit . . . excommunicetur: *EH* 209) *imo c.* 16. *Conc. Chalcedon. hab. ao.* 451. — *versio Dionys.* — *Burch.* VIII, 30.; *Ivo Decr.* VII, 49.; *Polyc.* IV, 39, (35,) 18.; *Coll. duod. P.* III, 230.; *Caes.* X, 116. — *versio Hisp.: Coll. tr. P.* II, 10, 16. 210) Deo Domino: *Dion. Burch.* 211) consecravit: *Dion. Ivo Polyc.; add.:* post adultam aetatem: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 212) decrevimus: *AB; deest: Dion. Burch. Ivo Polyc.* 213) hoc: *deest: Ed. Arg.;* hic: *Ed. Bas.;* haec: *Edd. rell.* 214) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugd.* I. *Par. Dion. Burch. Ivo Polyc.* || can. 13. 215) se copul.: *EH* 216) *Caput incertum;* — *Burch.* VIII, 31.; *Ivo Decr.* VII, 50. 217) *ABEGH Burch.; deest: D Edd. Arg. Bas. Ivo* 218) scientes: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 219) *add.:* feminis: *Ivo* 220) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. — *Burch. Ivo* 221) sunt: *deest: Burch.* 222) *H Burch. Ivo* 223) *add.:* vel copulari: *EGH Ed. Bas.* || can. 14. 225) *c.* 20. *Ep. Gelasii ad Epp. Lucaniae scr. ao.* 494. *ap. Thiel p.* 373. — *Jaffé no.* 391. — *Ans. ded.* VI, 47.; *Reg.* II, 163.; *Burch.* VIII, 32. (Gelas.); *Ans.* XI, 95. *Ivo Decr.* VII, 51.; *Coll. tr. P.* I, 46, 18. (*can. contin.*); *Polyc.* VI, 19, 3.; *Coll. duod. P.* III, 239.; *Caes.* X, 114. 225) virg. autem: *Coll. tr. P.* 226) sanctis: *Reg.; deest: Burch.* 227) tem.: *deest: Reg.* 228) Deo: *deest: Reg.* 229) retrudi: *Ans. Polyc.* 230) privatamque: *Reg.; deest: Burch.* 231) omn.: *deest: Reg.* 232) Sed: *deest: ib.;* Et his certe: *Ans.;* aut his certe: *orig. Ans. ded. Coll. tr. P. Polyc.* 233) tantum: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 234) his: *deest: Reg.* 235) tamen: *orig. Ans. ded. Reg. Ans. Coll. tr. P. Polyc,* 236) negari: *orig. Reg. Coll. tr. P. Polyc.;* negare: *Ans.* || can. 15. 237) revocentur: *BC* 238) noluerit: *B;* nolunt: *C* 239) *haec ex ep. Greg. M. ad Marinianum Ep. Ravennat.* (*Ep.* 8. *scr. ao.* 599. *lib.* X.) *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1291. — *videtur excerpsisse Regino* II, 162.; — *Coll. tr. P.* I, 55, 84. 240) *ACD Turrecrem. Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *orig. Coll. tr. P.* 241) bono viro: *Edd. Bas. Lugdd.*

rursusque eam[242b] uir ille nequissimus iniqua suasione de monasterio eiciens, apud se[243] retineat inpudice. Volumus autem, ut episcopatus tui auctoritate in monasterio reuocetur ac[244c] recludatur.

C. XVI. *Non est fas uiduis post susceptum uelamen a sacro proposito discedere.*

Item ex Concilio Aurelianensi, c. 3.[245]

Viduae[246a], que spontanea uoluntate ab altari sacrae conuersationis[247b] uelamen suscipiunt[248], decreuit[249] sinodus[250c] in eodem proposito[251] permanere. Non enim fas esse decreuimus[252d], postquam[253] se semel Domino[254] sub uelo consecrauerint[255], iterum eis concedi Spiritui sancto mentiri.

C. XVII. *Qui sacro tectam uelamine in coniugium ducit anathema sit.*

Item ex eodem[256]*.

Si quis sacro uelamine consecratam in coniugium duxerit, et post dicatum Deo propositum incesta federa sacrilegaque miscuerit, ut in constitutis Gelasii Papae[257] capitulo XX.[258] legitur, protinus equum est a[259a] sacra conmunione detrudi, et nisi per publicam probatamque penitenciam non recipi omnino. Si[260b] penituerint, transeuntibus de seculo uiaticum non negetur. §. 1. *In Calcedonensi concilio cap. XVII.*[261c]: „Hoc perpetrantes excommunicentur[262]; confitentibus auctoritate[263d] episcopi misericordia largiatur.“ §. 2. *In*[264e] *epistola Syricii Papae cap.* 6.[265]: „Velatae et[266] Deo consecratae, si abiecto proposito sanctitatis clanculo[267] sacrilega contagione se miscuerint, et[268] illicitis conplexibus publice et libere filios procreauerint, has nuptias[269f] detestabilesque[270] personas a monasteriorum cetu et[271g] ecclesiarum conuentibus eliminandas esse iudicatum est, quatinus detrusae[272h] ergastulis tantum facinus continua lamentatione defleant.“ Unde et[273] uerbo Domini, et canonica auctoritate in hac sancta sinodo precipimus, ut omnino separentur, et iuramento colligentur[274], ut[275] ulterius sub uno non cohabitent[276] tecto.

C. XVIII. *Ad habitum redire cogatur*[277]*, et recludatur in*[278] *monasterio, qui*[279a] *religiosam uestem abiecit*[280].

Item Gregorius Vitaliano, Episcopo Sipontino, [lib. VII. Indict. 1. epist. 9.][281]

Si custos religiosi habitus[282], aut esse nosses[283] episcopus, filiam[284] gloriosae[285] memoriae Tulliani magistri militiae, te illic posito proiectis religiosis uestibus nec ad secularem reuerti habitum, nec ad nos licuisset[286] peruersam epistolam destinare. Sed quia nimia desidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad presens illicita inpune conmissa est. Nam sicut[287b], prefati sumus, si sollicitus extitisses[288], prius ad nos ultio mulieris prauissimae quam culpa debuit peruenire[289]. Quia ergo[290] tantum hebes tantumque es negligens, ut, nisi canonicam in te fueris cohercionem[291c] expertus, in aliis districtionem[292] et disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse sollicitus congruo tibi, si Domino[293] placuerit, tempore demonstrabimus[294]. §. 1. Presentia igitur scripta suscipiens, euigila et excitatus saltim exequere[295] quod pressus nunc usque ignauia distulisti. Instantiae ergo tuae sit predictam mulierem una cum Sergio defensore nostro[296] conprehendere, et statim non solum ad male contemptum habitum sine excusatione[297] aliqua reuocare, sed etiam in monasterio[298], ubi omnino[299] districte ualeat custodiri, detrudere, et ita omnem circa illam sollicitudinem exhibere, ut quam sit nefarium quod conmisit ex tua possit districtione cognoscere. §. 2. Qua in re si quis (quod non credimus) laicorum[300] aliquo tibi ingenio temptauerit obsistendum, a sanctissimae[301d] eum conmunionis participatione suspende[302e] nobisque renunciare festina, ut quantum sit execrabile quod presumit[303f], postquam consideratione propria non aduertit, emendationis qualitate cognoscat. §. 3. In his autem omnibus ita cautum stude te uigilantemque[304] ostendere, ut culpam tuam non geminare neglectu[305g], sed aliquantisper ualeas sollicitudine[306h] minuere.

C. XIX. *Districtae custodiae tradatur que*[307a] *a religionis proposito ad secularem habitum rediit*[308].

Idem Sergio Defensori, [lib. VII. Indict. 1. ep. 10.][309]

Si homo esses, aut discretionem[310] aliquam habuisses, ita regularis disciplinae debuisti custos existere, ut ea, que illicite conmittuntur, ante uindicta[311] corrigerentur[312b], quam ad nos eorum nuncius perueniret. Sed dum nimia te facit stulticia negligentem, non solum de illis offendimur, sed etiam ad ulciscendum[313c] desidiam tuam nichilominus prouocamur. Omni ergo dilatione omnique excusatione postposita filiam gloriosae memoriae Tulliani magistri miliciae, que proiectis, quas sponte assumpsit[314d], religiosis uestibus, indumentis se laicis deturpauit, una cum fratre et coepiscopo nostro Vitaliano festina conprehendere, atque ad religiosum rursus[315] habitum reuocare, ac in monasterio[316e] mittere, ubi districte[317] omnino ualeat custodiri, nec eius custodiam aliquatenus releuari permittas, quousque denuo nostra scripta susceperis. Nam si quolibet modo in hac re negligens uel lentus extiteris, ita in te districtissime noueris uindicandum, ut quod ex te nescis pena possis resecante[318f] cognoscere, quia, sicut[319g] diximus, si[320h] intellectum hominis habuisses, que[321i] facere modo preciperis, ante[322k] debueras[323l] etiam cum ultione a te[324m] facta cognoscere.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. I. c. 15. b) eam mulierem c) atque — c. 16. a) Viduas b) conversionis c) sancta synodus d) decernimus — c. 17. a) eos a b) Si tamen c) XVI. d) autem auctorit. e) Item in f) impudicas g) coetu ecclesiarumque h) retrusae — c. 18. a) quae b) si ut . . . sumus, solicitus c) coërcitionem d) sacratissimae e) suspendere f) praesumserit g) neglectus h) valeat solicitudo — c. 19. a) qui b) corrigeret c) ulciscendam d) assumserat e) monasterium f) reserante g) si ut h) si: *deest* i) haec quae k) a te l) debueramus m) ante

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Burchardus etiam et Ivo citant ex conc. Aurelianensi. Habetur autem in Triburiensi c. 23.

Causa XXVII. Quest. I. can. 15. 242) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Reg. Coll. tr. P.* 243) *add.:* nunc usque: *Reg. Coll. tr. P.* 244) *AB Reg. Coll. tr. P.* || can. 16. 245) *in his Reg.* II, 178. *concilii Tribur. c.* 25. *(ap. Hartzheim* II, 398.) *videtur reddere voluisse.* — *Burch.* VIII, 35.; *Ivo Decr.* VII, 54.; *Ivo Pan.* III, 198.; *Coll. duod. P.* III, 256. 246) *ABCD Turrecrem. Reg. Burch. Ivo Decr.* 247) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Decr.* 248) accipiunt: *EGH Ed. Bas.* — acceperunt: *Ivo Pan.* 249) decernit: *Ivo Pan.* 250) *Codd. coll. o. pr. D* 251) *add.:* eas: *Reg. Burch. Ivo Decr.* 252) *Codd. coll. o.* 253) ut postq.: *Reg. Burch. Ivo Pan.* 254) Deo: *AB Ivo Pan.* 255) *add.:* et inter velatas oblationes (oblationem: *Ivo Pan.*) fecerint (obtulerint: *Ivo Pan.*): *Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* || can. 27. 256) *c.* 23. *Conc. Tribur. hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim* II, 398. — *Reg. Appdx.* II, 20. *(can. cont.)*; *Burch.* VIII, 38. *(can. cont.)*; *Ivo Decr.* VII, 57. *(can. cont.)*; *Coll. duod. P.* III, 236. 257) *cf. supra c.* 14. 258) *i. e. in cod. Dion. Hadr.* 259) *ABCD Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *orig. Reg. Burch. Ivo* 260) *Codd. et Edd. coll. o.* 261) *ACDGH;* XXVII.: *BE* 262) excommunicantur: *Burch. Ivo* 263) *ABCD orig. Reg. Burch.* 264) *Codd. coll. o. pr. CD;* — *Reg. Burch. Ivo* 265) c. 7.: *CDEGH;* — *cf. ad c.* 11. 266) et: *deest: orig. Reg.* 267) clanculum: *Reg. Burch. Ivo* 268) vel de: *Reg.* 269) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Burch. Ivo* 270) detestabiles (pers.: *deest*): *Burch. Ivo* 271) *Codd. coll. o. orig. Reg. Burch. Ivo* 272) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 273) in: *AEGH Edd. Arg. Bas.;* — *deest: orig. Reg. Burch. Ivo* 274) colligantur: *Reg. Burch.* 275) ut: *deest: orig. Reg. Burch. Ivo* 276) cohabitare: *ib.* || can. 18. 277) cogantur . . . recludant.: *EG* 278) in mon.: *deest: ACD* 279) *Codd. coll. o. pr. E* 280) abiecerint: *EGH* 281) *Ep.* 8. *scr. ao.* 597. *lib.* VIII. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1129. — *Reg. Appx.* II, 33.; *Burch.* VIII, 49.; *Ivo Decr.* VII, 67.; *Coll. duod. P.* III, 248. 282) *add.:* esses: *Edd. Bas. Lugdd. Par.;* fuisses: *Burch. Ivo* 283) nosces: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 284) filiae: *orig.* 285) religiosae: *EGH* 286) licuisse: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 287) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Reg. Burch. Ivo* 288) esses: *Reg. Burch.* 289) venire: *Burch.* 290) igitur: *Ivo* 291) *Codd. coll. o. Burch. Ivo* 292) districtiorem disc.: *Ivo* 293) Deo: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 294) demonstramus: *Reg. Burch.* 295) exquirere: *EGH* 296) nost.: *deest: Reg. Burch.* 297) accusatione: *Burch.* 298) monasterium: *orig.* 299) omn.: *deest: Burch.* 300) clericorum vel laic.: *Edd. coll. o.* 301) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo* 302) *ABCD Corr. Reg. Burch. Ivo* 303) *B Reg. Burch. Ivo;* presumsit: *ACEG* 304) ac vigilantem: *orig. Reg. Burch. Ivo* 305) *Codd. et Edd. coll. o.* 306) *BCDEG;* sollicitudinem: *H;* sollicitudinibus: *A;* et sollicitudo: *Burch. Ivo* || can. 19. 307) *ABCD* 308) redeunt: *B;* redierit: *C* 309) *Ep.* 9. *scr. ao.* 597. *lib.* VIII. — *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1130. — *Reg. Appdx.* II, 34. 310) districtionem: *orig.* 311) illicite illic . . . vindicta: *orig. Reg.;* vindictam: *E Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 312) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 313) *Codd. coll. o.* 314) *ib. Ed. Bas. Reg.* 315) rurs.: *deest: EGH* 316) *ACDEH Edd. Arg. Bas.* 317) stricte: *orig.* 318) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.;* — *Corr. orig. Reg.* 319) *Codd. coll. o. orig. Reg.* 320) *ib.* 321) *Codd. coll. o.* 322) *Codd. et Edd. coll. o. Reg.* 323) *ib.* 324) *ib. Reg.; deest: orig.*

C. XX. *Non tribuitur*[325a] *licentia nubendi, qui continentiam seruare decreuerunt.*

Item *Augustinus de conflictu uiciorum atque*[326b] *uirtutum,* [cap. 24.]

Nubendi licentia quibusdam tribuitur: illis uidelicet[327], qui uirginitatem[328c] uel[329] castitatem[330d] uidualem nequaquam professi sunt. Quibusdam autem non tribuitur[331]: illis uidelicet, qui uirgines[332] uel[333] continentes esse decreuerunt. Fornicatio autem[334] nulli inpune conceditur.

C. XXI. *Peiores sunt adulteris qui*[335a] *continentiae propositum uiolant.*

Idem in libro de bono coniugii[336*].

Proposito meliore lapsas, si nupserint, feminas a castitate sanctiori, que uouetur Deo, adulteris esse peiores manifestum est.

C. XXII. *Monachus et uirgo, que*[337a] *se Deo dedicauit*[338b], *nuptiis iungi non possunt.*

Item ex Concilio Calcedonensi, [c. 16.][339*]

Si qua uirgo se dedicauerit Deo, similiter monachus[340], non licet[341] eis nuptiis iungi. Si uero fuerint inuenti hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus uero posse eis[342] fieri humanitatem, si ita probauerit episcopus loci.

C. XXIII. *Diaconissa, que post ordinationem nubit, anathema sit.*

Item ex eodem, [c. 15.][343]

Diaconissam non debere ante annos quadraginta ordinari statuimus[344], et hoc[345] cum diligenti probatione. Si uero susceperit ordinationem, et quantocumque tempore obseruauerit ministerium[346], et postea se nuptiis tradiderit[347], iniuriam faciens gratiae Dei, hec[348] anathema sit cum[349] eo, qui in illius nuptiis conuenerit[350].

C. XXIV. *Inter bigamas reputantur qui uirginitatem pollicitam preuaricantur.*

Item ex Sinodo Anchiritana, [c. 18.][351a]

Quotquot uirginitatem pollicitam[352] preuaricatae sunt professione contempta, inter digamos[353b], id est qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debent[354c].

C. XXV. *Virginibus Deo dedicatis nec in fine danda est conmunio, si libidini seruierint*[355].

Item ex Concilio Elibertano, [c. 13.][356]

Virgines, que Deo se dedicauerunt[357], si perdiderint* pactum uirginitatis, atque eidem libidini seruierint, non intelligentes quid amiserint, placuit nec in fine[358] dandam eis esse conmunionem. Quod si semet[359a**] persuaserint, quod infirmitate corporis lapsae fuerint, et[360b***] tempore uitae suae[361] penitenciam egerint, et[362] a coitu se abstinuerint†, placuit eas in fine[363] conmunionem accipere debere.

C. XXVI. *Cogatur ad penitenciam filia clerici, si deuota maritum duxerit.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 30.][364a]

De[365] filia episcopi uel[366] presbiteri, siue diaconi, si deuota fuerit, et maritum duxerit, si eam pater uel mater in affectum receperit[367b], a conmunione habeantur alieni. Pater uero in concilio causas se nouerit prestaturum. Mulier uero non admittatur ad conmunionem, nisi marito defuncto egerit penitenciam Si autem uiuente eo secesserit, et penitenciam, egerit[368c], uel petierit conmunionem, in ultimo fine[369] uitae suae[370d] deficiens eam[371] accipiat.

C. XXVII. *Deuota, nisi peccare desierit, non est in ecclesia recipienda.*

Item ex Concilio Tolletano I., [c. 16.][372]

Deuotam peccantem non recipiendam esse[373a] in ecclesia[374] nisi[375b] peccare desierit, et, si[376] desinens egerit[377] aptam penitenciam decem annis[378], recipiat[379] conmunionem. Prius autem, quam in ecclesia[380] admittatur[381c] ad orationem, ad nullius conuiuium Christianae mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hec, que eam[382] receperit[383], habeatur in absentia[384d*]. Corruptorem etiam par pena constringat. Que autem maritum acceperit non admittatur ad penitenciam, nisi aut[385] uiuente[386e] marito caste uiuere ceperit, aut postquam ipse decesserit.

C. XXVIII. *De monacha, que ad lapsum adulterii deducitur.*

Item Gregorius Iohanni, Episcopo Caralitano, [lib. III. epist. 9.][387a]

Si qua monacharum uel per antiquiorem[388b] licentiam, uel per inpunitatis prauam consuetudinem ad lapsum[389] adulterii deducta fuerit[390], aut in futurum[391c] fuerit perducta uoraginem, hanc post conpetentis seueritatem uindictae

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. I. c. 20. a) trib. eis b) et c) virginalem d) castimoniam — c. 21. a) quae — c. 22. a) qui b) dedicant — c. 24. a) Ancyrana b) bigamos c) debebunt — c. 25. a) sibimet** b) toto*** — c. 26. a) Mart. Bracarensis b) receperint c) poenituerit d) suae: *deest* — c. 27. a) esse: *deest* b) censemus nisi c) recipiatur d) hab. abstenta* e) adhuc ipso vivente — c. 28. a) Ianuario b) anteriorem c) stupri

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXI. * Verba ipsa B. Augustini ex libro de bono viduitatis habentur infra ead. c. *Nuptiarum.* vers. *Quapropter non possum.* Apud Bedam vero, ad c. 7. I. ad Corinthios, locus Augustini paulo aliter refertur.

C. XXII. * Hic est idem canon, qui supra ead. c. *Virginem* allatus est. Sed illa est versio Dionysii, haec vero prisca, ex qua etiam sunt duo sequentia capitula.

C. XXV. * Perdiderint: Sic in omnibus huius concilii codicibus impressis et manuscriptis, qui collati sunt, sed in conc. Moguntino III. sub Arnulpho c. 26. (ubi hoc refertur) est: *prodiderint.*

** Sibimet: In duobus Vaticanis conciliorum codicibus legitur: *Quod si semet persuaserint.* In conc. Moguntino: *Quod si semel persuasae ad infirmi corporis vitia lapsae.* In codice Lucensi regio [in orig. ed. cit. et Hisp.]: *Quod si semel persuasae aut infirmi corporis lapsu vitiatae fuerint* [*fuer.: deest:* orig. Hisp.], sicut est in margine conc. Moguntini. In tribus autem conciliorum editionibus Coloniensibus legitur: *Quod si semetipsas poenituerit, quod infirmitate etc.*

*** Toto: Abest haec dictio ab aliquot vetustis Gratiani, et vetere editione conciliorum Coloniensi, duabus Parisiensibus, et duobus codicibus Vaticanis.

† Abstinuerint: In omnibus conciliorum editionibus, et duobus codicibus Vaticanis, ac Lucensi regio [in orig. Hisp. Coll. tr. P.] sequuntur haec verba: *eo quod lapsae potius videantur,* quae tamen absunt a conc. Moguntino.

C. XXVII. * Abstenta: Sic emendatum est ex recentioribus conciliorum editionibus, codice regio Lucensi, et Martino Bracarensi c. 31., qui caput hoc repetit, quamvis in vetere editione Coloniensi unius tomi, duabus Parisiensibus, et duobus codicibus Vaticanis sit: *in absentia,* quemadmodum etiam in manuscriptis Gratiani exemplaribus.

Causa XXVII. Quest. I. can. 20. 325) *Codd. coll. o.* 326) *non est Augustini. — Ivo Decr.* VIII, 72.; *Ivo Pan.* VI, 4.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 46. 327) trib. hoc est: *orig. Collatt. citt. o.* 328) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 329) et: *Coll. tr. P.* 330) *Codd. et Edd. coll. o.* 331) conceditur: *EGH Ed. Bas.;* tribuitur id est qui: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 332) virginales: *Ivo Pan.* 333) aut: *Ivo Decr.;* et: *Ivo Pan.* 334) vero: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* || can. 21. 335) *Codd. coll. o. pr. D* 336) item: *BEGH;* coniugali: *AB — cf. infra c.* 41. || can. 22. 337) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 338) *ACDH;* dedicaverit: *BE;* dedicaverunt: *G* 339) *hab. ao.* 451. *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 10, 16.; *supra c.* 12. *idem refertur ex Dionysio.* 340) et mon.: *Hisp.* 341) licere: *ib. Coll. tr. P.* 342) posse in eis facere: *ib.* || can. 23. 343) *Coll. tr. P.* II, 10, 15.; *Polyc.* IV, 36, (37,) 1. 344) stat.: *deest: Hisp. Coll. tr. P. Polyc.* 345) hanc: *Hisp. Polyc.* 346) ad min.: *ib.* 347) tradidit: *Polyc.* 348) hic: *Ed. Bas.; —* hoc: *D Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 349) et cum: *D Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* 350) conv.: *deest: Polyc.* || can. 24. 351) *ABCDEH;* Anquirit.: *G; — c.* 19. *hab. ao.* 314. *versio Hisp.; — Coll. tr. P.* II, 2, 8.; *versio: Dionys.: Ivo Decr.* VI, 351. 552) polliciti praevaricati: *Hisp.* 353) *ABD Hisp. Coll. tr. P.* 554) *Codd. coll. o.* || can. 25. 355) serviunt: *ACDEH* 356) *hab. ao.* 305. *aut* 306. *ap. Bruns* II, 4.; — *Coll. tr. P.* II, 30, 5. 357) dedicaverint: *Edd. Nor. Ven.* I. II.; dicaverunt: *orig. Hisp.;* dicaverint: *Coll. tr. P.* 358) finem: *orig. Hisp.* 359) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Coll. tr. P.* 360) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* et omni: *orig. Hisp.* 361) *add.:* huiusmodi feminae: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 362) ut . . . abstineant: *orig. Hisp.* 363) finem: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 26. 364) *Codd. et Edd. coll. o.; — in ABCD can.* 27. devotam *antecedit canoni* 26. de filia. — *c.* 30. *inter capitula Martini Brac. ap. Bruns* II, 50.; — *cf. conc. Tolet.* I. *c.* 19. — *Coll. tr. P.* II, 47, 30. 365) *verba:* De . . . diac. *sunt capitis rubrica ap. Martinum.* 366) aut: *Coll. tr. P.* 367) *Codd. et Edd. coll. o.* 368) *BEGH orig. Hisp.* 369) fine: *deest: orig. Hisp.* 370) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 371) communionem: *orig. Hisp.* || can. 27. 372) *hab. ao.* 400. *ap. Bruns* I, 206. — *Ans.* XI, 100.; *Coll. tr. P.* II, 35, 8. 373) *Codd. et Edd. coll. o.* 374) ecclesiam: *orig. Hisp.* 375) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Ans. Coll. tr. P.* 376) si: *deest: orig. Hisp. Bas.* 377) agat: *Ans.* 378) i. e. annos decem poeniteat: *Edd. coll. o. pr. Bas.; —* post . . annos: *Ans.* 379) accipiat: *Ans.* 380) ad ecclesiam: *ib.* 381) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Turrecrem. orig. Hisp. Ans. Coll. tr. P.* 382) cum ea: *Ans.* 383) acceperit: *ib.* 384) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* hab. absentem: *Ans.* 385) aut: *deest: orig. Hisp. Ans. Coll. tr. P.* 386) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 28. 387) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.; — imo ad Ianuarium; — ep.* 9. *scr. ao.* 593. *lib.* IV. *ed. Maur. — Jaffé no.* 914. — *Ivo Decr.* VII, 123.; *Coll. tr. P.* III, 13, (14,) 7. 388) *Codd. et Edd. coll. o.* 389) lapsus: *orig.* 390) fuit: *A; —* est: *orig. Ivo* 391) *ABCD orig. Coll. tr. P.*

in aliud districtius monasterium uirginum in penitenciam[392 d] uolumus redigi, ut illic orationibus atque ieiuniis* uacet, et sic penitendo proficiat, et metuendum ceteris artioris disciplinae prestet[393] exemplum. Is autem, qui cum huiusmodi feminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, conmunione[394] priuetur, si laicus[395 e]: si uero clericus est[396 f], a suo remotus quoque offitio pro suis continue[397 g] lugendis excessibus in monasterium detrudatur[398].

C. XXIX. *Post dignam[399] penitenciam conmunionem recipiant qui in religiosas mulieres excedunt.*

Idem Ianuario Episcopo, [lib. III. epist. 24.][400]

Eos autem, qui in mulieres[401 a], que egressae sunt de monasteriis, excesserunt, et nunc dicuntur conmunione suspensi*, si fraternitas tua de tali facinore digne penituisse preuiderit, ad sacram conmunionem uolumus te reuocare.

C. XXX.[402] *De legibus inperatorum.*

Item ex Nouellis Iustiniani Inperatoris[403].

Si quis rapuerit, uel sollicitauerit, uel corruperit assistriam[404 a]*, uel diaconissam, uel monastriam[405 b], uel[406] aliam mulierem religiosam uitam uel habitum habentem[407], bona ipsius, et eorum, qui huius[408 c] sceleris conmunione contaminati sunt, religioso[409 d] loco[410] uendicentur, in quo talis mulier habitabat, per religiosos episcopos, et[411] yconomos, et[412] presides prouinciarum, et offitiales eorum; ipsi[413] autem capitali periculo[414] subiciantur. Mulier autem ubique inuestigetur, et cum suis rebus monasterio[415] cautiori tradatur[416]. Sin autem diaconissa fuerit liberos[417 e] habens legitimos, pars legitima liberis eius[418 f] prestetur.

C. XXXI.[419] *Caste[420 a] obseruent religionis[421 b] habitum, que religionis obtentu uelantur.*

Item ex Decreto Eugenii Papae [II. in Concilio Romano, c. 29.][422]*

Mulieres obtentu[423] religionis uelatae aut in monasterio regulariter uiuant, aut in domibus suis susceptum habitum caste obseruent.

C. XXXII. *Monachus uxorem ducens numquam sacri gradus sortiatur[424] offitium.*

Item ex Concilio Aurelianensi [I., c. 22. et 23.][425]

Monacho[426] orarium[427] in monasterio uel zonas[428] habere non liceat. Et si postea* uxori fuerit sociatus, tantae preuaricationis reus numquam ecclesiastici gradus sortiatur offitium.

C. XXXIII. *Ante professam continentiam[429] nubant uiduae quibus uolunt.*

Item Augustinus de bono uiduitatis, [c. 28.][430]

Viduae, que se non continent, nubant ante, quam professae* continentiam Deo uoueant. Quod nisi reddant, iure dampnantur[431].

C. XXXIV. *Non permittatur uidua[432 a] post professionem continentiae uotum deserere.*

Item Nykolaus Carolo Archiepiscopo, et eius Suffraganeis[433].

Vidua quidem, que capiti sacrum uelamen inposuit[434], si[435] inter ceteras uelatas feminas in ecclesia orauerit, et oblationes[436]* cum illis obtulerit, si[437] professa est[438 a] in eodem habitu permanere, spondens numquam uelamen religionis deponere, a[439] religionis obseruantia discedere non presumat.

C. XXXV. *Professio[440 a] uiduitatis coram episcopo facta post habitum susceptum nulli uiolari permittitur.*

Item ex Concilio Aurasico, [c. 27.][441 b]

Viduitatis seruandae professionem coram episcopo in secretario habitam, inposita coram episcopo[442]* ueste uiduali, dicimus[443 c] non[444] esse uiolandam[445]. Ipsam[446]** talis professionis desertricem merito esse dampnandam decernimus[447].

C. XXXVI. *Modus et solempnitas faciendae professionis hoc ordine seruetur.*

Item ex Concilio Tolletano [X., c. 5.][448]*

Omnes feminae uenientes ad sacram[449] religionem

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. I. c. 28. d) poenitentia e) laicus est f) est: *deest* g) continuo — c. 29. a) praedictas mulieres — c. 30. a) assisteriam* b) monacham c) huiusmodi d) a religioso e) filios f) eius legitimis — c. 31. a) Mulieres caste b) religiosum — c. 34. a) viduae b) est se — c. 35. a) Professionem ... factam ... violare b) Arausico c) dicimus: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVIII. * Ieiuniis: In plerisque editionibus epistolarum legitur: *atque ieiuniis, et sibi poenitendo proficiat, etc.* Vetus tamen codex epistolarum Vaticanus et Ivo habent quemadmodum Gratianus.

C. XXIX. * Communione suspensi: Sic emendatum est ex plerisque vetustis Gratiani, et originali ipso, quum antea legeretur [Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.]: *a communione suspendi.*

C. XXX. * Assisteriam: Omnino legendum est: *ascetriam*, ex Novellis tam graecis quam latinis, Iuliano Antecessore et Polycarpo; sed ob glossam non est mutatum.

C. XXXI. * In concilio, quod exstat in bibliotheca Vaticana, haec sunt ipsa decreti verba: *Feminae vero, quae habitum religiosum aut velamen obtentu religiositatis susceperunt, quum essent viripotentes, deinceps viro sociari non permittantur; sed eligentes monasteria regulariter vivant, aut in domibus susceptum habitum caste observent.*

C. XXXII. * Postea: Sic in vetere editione conciliorum Coloniensi, duabus Parisiensibus, et in duobus codicibus Vaticanis. Sed in recentioribus Coloniensibus legitur: *Et si postea pellici vel uxori.*

C. XXXIII. * Professae: Ita apud Ivonem quoque, et in Panormia. Sed apud B. Augustinum legitur: *ante, quam continentiam profiteantur, ante, quam Deo voveant.*

C. XXXIV. * Oblationes: In conc. Vormaciensi, apud Ivonem, et in Panormia legitur: *oblationem;* sed glossa magis fere convenit voci: *oblationes.*

C. XXXV. * Coram episcopo: Sic etiam apud ceteros collectores. Sed in omnibus editionibus conciliorum, et codicibus manuscriptis est: *a presbytero.*

** Ipsam: In vetere editione conciliorum Coloniensi, duabus Parisiensibus, et duobus codicibus Vaticanis legitur: *eius vero repudiatorem, vel ipsam,* et in Coloniensi duorum ac trium tomorum in contextu est eadem lectio, in margine vero: *raptorem vero talium, vel ipsam,* quae lectio in postrema quatuor tomorum editione in contextu posita est. Ceteri collectores habent quemadmodum Gratianus.

C. XXXVI. * In 5. can. X. conc. Toletani primum statuitur, ut feminae, quae antea religiosa veste erant indutae, moneantur, et, si parere noluerint, etiam vi cogantur in religiosa vita perseverare, et postea subiungitur: *Omnes tamen hae, seu venientes ad primam religionem, seu post transgressum resumentes iteratam conversionem, sicut praemissum est, et pallio capita contegant, et conscriptam roboratamque professionis faciant scripturam, per quam ulterius non sinantur relabi ad praevaricationis audaciam. Quae vero etc.* Panormia cetera habet ut Gratianus, tantum post vers.: *faciant* addit: *scripturamque.*

Causa XXVII. Quest. I. can. 28. 392) *Codd. coll. o. pr. C; — Ed. Bas. orig. Ivo Coll. tr. P.* 393) praebeat: *EGH Ed. Bas.* 394) omni comm.: *EGH Edd. coll. o.;* et comm.: *B* 395) *AB Coll. tr. P.* 396) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.; —* fuerit: *orig.* 397) *Codd. coll. o. pr. D; — Ivo Coll. tr. P.* 398) retrudatur: *Ed. Bas. Coll. tr. P.* || can. 29. 399) condignam: *EGH* 400) *ep.* 27. *scr. ao.* 594. *lib.* IV. *ed. Maur. — Jaffé no.* 931. 401) *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — religiosas mul.: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 30. 402) rubr.: *deest: D;* de eodem: *C* 403) *Iuliani Epit. Nov.* 115. *c.* 67. — *in ed. Haenel. c.* 493. — *Ivo Decr.* VII, 143.; *Polyc.* IV, 38, (39,) *c. unic.; Caes.* X, 124. 404) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig. Polyc.;* matricuriam: *Ivo* 405) *ABD Corr.;* monasteriam: *Ivo Polyc.;* monacham al. monastriam: *Ed. Bas.* 406) etiam feminam: *Ivo* 407) ducentem: *ib.* 408) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Polyc.* 409) *ib.* 410) monasterio: *EGH* 411) et: *deest: Ivo* 412) et per: *ib.* 413) ipse ... subiciatur: *Polyc.* 414) *add.:* iudicio vel: *Codd. coll. o. pr. AB* 415) in mon: *EGH Ed. Bas.;* monasterii cautioni: *Ivo* 416) *finis canonis: Ivo* 417) *AB Polyc.* 418) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* || can. 31. 419) *hoc loco exstat in EG can.* 38. *infra* 420) *ABCD* 421) *Codd. coll. o. pr. E* 422) *hab. ao.* 826. *ap. Mansi* XIV, 999.; *in Mon. Germ. LL.* II, 2, 12. — *Secutus est Burch. collect. Ans. ded., quae et hoc et alia conc. Eug. capita contracta refert. — Ans. ded.* VI, 41. *Burch.* VIII, 54. *Ivo Decr.* VII, 72.; *Coll. tr. P.* III, 12, (13,) 7.; *Polyc.* IV, 34, (35,) 8. *Coll. duod. P.* III, 244. 423) sub obt.: *Burch.* || can. 32. 424) mereatur: *AC;* — consortium: *A* 425) *c.* 20. 21. (*in Hisp. c.* 16. 17.) *hab. ao.* 511. *ap. Bruns* II, 164. — *Coll. tr. P.* II, 29, 16. 426) monachum: *Hisp.* 427) uti orario: *orig.* 428) tzangas: *orig.;* zancas: *Hisp.* (*est calceamentorum genus*) || can. 33. 429) professionem continentia: *CD;* professum continentiae: *A* 430) *no.* 11. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* VII, 146.; *Ivo Pan.* III, 200. — *cf. c.* 2. *Dist.* XXVII. 431) damnentur: *Ivo Pan.* || can. 34. 432) *ABCD* 433) *imo c.* 21. *Conc. Vormat. hab. ao.* 868. *ap. Hartzheim* II, 319. — *Reg. Appdx.* II, 22. (ex C. Afric.; *cont.*); — *Ivo Decr.* VII, 145.; *Ivo Pan.* III, 199. *Coll. duod. P.* III, 258. 434) imposuerit: *Ed. Bas. Ivo Pan.* 435) et: *orig.* 436) oblationem: *orig. Reg. Ivo Decr. Pan.* 437) si: *deest: Reg.* 438) *ABCD orig. Reg. Ivo Pan.* 439) et a: *B Edd. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 35. 440) *ABCD* 441) *Codd. coll. o.;* — *c.* 27. *Conc. Arausic. hab. ao.* 441. *ap. Bruns* II, 126.; — *Ans. ded.* VI, 52.; *Reg. Appdx.* I, 52.; II, 16.; *Burch.* VIII, 43.; *Ivo Decr.* VII, 61.; *Ivo Pan.* III, 201.; *Coll. duod. P.* III, 251. — *Coll. tr. P.* II, 26, 11. *a R. immerito laudatur* 442) ab episcopo: *orig. Hisp. Ans. ded. Reg.* I. II. 443) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 444) non esse: *deest: orig. Ans. ded.;* minime: *Reg.* I. 445) indicendam: *orig. Ans. ded.; finis canonis: Ans. ded.* 446) ipsam vero: *A;* eius vero raptorem vel ipsam: *Hisp.;* ipsam autem: *Ivo Decr.* 447) dec.: *deest: orig. Hisp. Reg.* I. II.; decrevimus: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 36. 448) *hab. ao.* 656. *ap. Bruns* I, 300.; *Ivo Pan.* III, 202. 449) primam: *orig. Hisp.*

pallio[450] capita[451a] contegant, et[452b] conscriptam roboratamque professionem faciant, post[453] quam scripturam non sinantur relabi ad preuaricationis audaciam. §. 1. Que uero ex omnibus his fuerint repertae animum aut uestem in transgressionem[454] dedisse, excommunicationis[455] sentenciam ferant, et rursus mutato habitu in monasteriis, donec diem ultimum claudant, sub erumpnis arduae penitenciae permaneant[456c] religatae.

C. XXXVII. *Filii sunt perditionis qui uiolant corpora feminarum Deo sacratarum.*

Item ex Concilio Arelatensi[457].

Sciendum est omnibus, quod Deo sacratarum feminarum corpora per uotum[458] propriae sponsionis et uerba sacerdotis Deo consecrata esse templa scripturarum testimoniis conprobantur, et ideo uiolatores earum sacrilegi, ac[459a] iuxta Apostolum[460] filii perditionis esse noscuntur.

[PALEA[461].

C. XXXVIII. De eodem.

Item[462].

Viduae, si prius[463], quam continentiam profiteantur[464], nubere elegerint[465], illis nubant, quos propria uoluntate uoluerint[466] habere maritos. Similis[467] conditio et[468] de uirginibus habeatur[469], nec[470] extra uoluntatem parentum uel suam cogantur accipere maritos[471].]

C. XXXIX. *In monasteriis retrudantur*[472a] *monachi uxoribus sociati.*

Item Gregorius Artemio Subdiacono, in epist. 41. [lib. I.][473b]

Et[474] quia aliquos monachorum usque ad tantum nefas prosiluisse cognouimus, ut uxores publice sortiantur, precipimus ut[475c] sub omni uigilantia[476d] requiras, et inuentos habita[477e] cohercione[478f] in monasteriis[479], quo[480g] monachi fuerant[481], remitti facias[482h].

C. XL. *De monacha que ad lapsum adulterii deducitur*[483a].

Item Innocentius Papa [II. in Concilio Romano, c. 7. §. Ut lex.][484]

Ut lex continentiae et Deo placens mundicia in ecclesiasticis personis et sacris ordinibus dilatetur, statuimus, quatinus episcopi, presbiteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici, monachi[485] atque conuersi professi, qui sacrum[486b] transgredientes propositum uxores sibi copulare presumpserint, separentur. Huiusmodi namque copulationem, quam contra ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab inuicem separati pro tantis excessibus condignam penitenciam agant. Id ipsum quoque de sanctimonialibus feminis, si (quod absit) nubere adtemptauerint, obseruari[487] decernimus[488].

Gratian. *His omnibus auctoritatibus uouentes prohibentur contrahere matrimonia, et quidam eorum, si contraxerint, separari iubentur.*

II. Pars. *Augustinus econtra*[489a] *talium separationes peccatum asserit esse, ita*[490] *dicens* [in libro de bono uiduitatis, c. 8.][491]:

C. XLI. *Coniugia uouentium non sunt dissoluenda.*

Nuptiarum bonum semper quidem est bonum, quod bonum semper[492b] in populo Dei fuit, sed[493c] aliquando fuit[494d] legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium, in quibusdam uero humanitatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per usum promiscuum feminarum, sed honesto ordine coniugali, nunc[495e] est in homine probandus affectus: et[496] ipsum tamen[497] laudabilius transcendit et uincit celestia cogitans animus Christianus. Sed quoniam[498], sicut ait Dominus, non omnes capiunt uerbum hoc, qui[499f] potest capere capiat, que se non continet nubat, que non cepit deliberet, que eggressa[500g] est perseueret; nulla aduersario detur occasio, nulla subtrahatur Christo oblatio. §. 1. In coniugali quippe uinculo, si pudicitia non[501] conseruatur[502], dampnatio non timetur. Sed in uirginali et uiduali continentia excellentia muneris amplioris expetitur, qua expetita et electa, et uoti debito oblata[503], iam non solum capescere[504h] nuptias, sed, etiam si non nubant[505], nubere[506] uelle dampnabile est. Nam ut hoc demonstraret Apostolus[507], non ait, cum in deliciis egerint[508], in Christo nubunt, sed: „nubere uolunt, habentes“ (inquit) „dampnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt,“ etsi non nubendo, tamen[509] uolendo; non quia ipsae nuptiae uel etiam[510i] talium dampnandae iudicentur[511], sed dampnatur propositi fraus, dampnatur fracti[512k] uoti fides, dampnatur non susceptio a bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremo dampnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentiae primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breuiter insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere dampnationem, que post amplioris sanctitatis propositum nubunt, non quia non dampnantur[513l], sed ne in eis[514] ipsae nuptiae dampnari putarentur; sed cum dixisset[515]: „nubere uolunt,“ continuo addidit: „habentes dampnationem,“ et dixit quare: „quoniam priorem[516m] fidem irritam fecerunt,“ ut uoluntas[517], que a proposito cecidit, appareat esse dampnata[518], siue subsequantur nuptiae siue desint. §. 2. Proinde, qui[519] dicunt talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non michi uidentur satis acute ac[520n] diligenter considerare quid dicant. Fallit quippe eos similitudo ueritatis. Quia enim coniugium Christi dicuntur eligere que Christiana sanctitate non[521o]* nubunt, hinc argumentantur quidam, dicentes: Si uiro suo uiuo que alteri nubit adultera est, sicut ipse Dominus in euangelio[522] diffiniuit[523p], uiuit autem Christus[524q], cui mors ultra non domi-

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. I. c. 36. a) capita sua b) et: *deest* c) maneant — c. 37. a) et — c. 39. monasterio recludantur b) Anthemio ... ep. 40. c) prec. ut: *deest* d) vigil. eos e) digna f) coërcitione g) quorum h) retransmittas — c. 40. a) Post professam continentiam quisquis uxorem duxerit, ab ea separetur. b) sanctum — c. 41. a) contra b) sed (quod ... semp.: *deest*) c) sed: *deest* d) fuit: *deest* e) non ... improbandos f) quae g) agressa h) capessere i) et.: *deest* k) fracta l) damnentur m) primam n) et o) non: *deest* p) diffinit q) vivo ergo Christo

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLI. * Nubunt: In aliquot vetustis, et originali legitur: *non nubunt,* et utraque lectio videtur ferri posse. Multa vero alia ex ipso B. Augustino sunt emendata.

Causa XXVII. Quest. I. can. 36. 450) et pall.: *ib.* 451) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Hisp. Ivo Pan.* 452) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.; — Turrecrem. — orig. Hisp. Ivo Pan.;* scriptam: *Edd. Lugdd.* II. III. 453) scripturam per quam ulterius non: *orig. Hisp.;* scripturam post quam: *Ivo* 454) transgressione: *orig. Hisp.* 455) et exc.: *Hisp.* 456) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo* || can. 37. 457) *imo Bened. Levita* II, 414.; — *Burch.* VIII, 51.; *Ivo Decr.* VII, 69.; *Ivo Pan.* III, 207.; *Coll. duod. P.* III, 245. 458) voluntatem: *Burch.* 459) *Codd. coll. o. pr. A; — Burch. Ivo Decr. Pan.* 460) II. *Thess. c.* 2. *v.* 3. || can. 38. 461) *Haec Palea deest: ABFH; in margine exstat scripta in C; ante can.* 31. *supra invenitur in EG; Rolando non fuit nota. — Iam Hugucc. paleam esse notavit* (*Schulte* 15.) 462) it. ex decr. Eugenii P.: *EG; — c.* 10. *Conc. Tolet.* III. *hab. ao.* 589. *ap. Bruns* I, 215. — *Ivo Decr.* VIII, 18. 19. *Coll. tr. P.* II, 36, 4. (*can.:* hoc s. affirmat concil.; — *contin.*) 463) post: *CD* 464) profitentur: *CD Edd. coll. o.* 465) elegerunt: *ib. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo* 466) voluerunt: *C;* volunt: *D Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; velint: *Edd. rell.* 467) similiter haec: *CD Edd. coll. o.* 468) et: *deest: CEG* 469) habetur: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 470) ne: *C* 471) maritum: *D Edd. coll. o.* || can. 39. 472) *ABC; in B rubr. est:* De monacha lapsa in adulterium 473) *Codd. coll. o. — Ep.* 42. *scr. ao.* 591. *lib.* I. *Ed. Maur. — Authemio. — Jaffé no.* 746. — *Ivo Decr.* VII, 122. (*can. cont.*) 474) Et: *deest: Ivo* 475) *Codd. et Edd. coll. o.* 476) *ib.* 477) *ib.;* debita: *Ivo* 478) *Codd. coll. o.* 479) monasterio: *AEG* 480) *ABD;* quibus: *CEGH Edd. coll. o.* 481) fuerint: *A;* fuerunt: *orig.* 482) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 40. 483) *ABCD* 484) *c.* 7. 8. *Conc. Rom. hab. ao.* 1139. *ap. Mansi* XXI, 525.; *ap. Ivon. Pan. lib.* VIII. *unde citat R. in ed. coll. non est inventum.* 485) et mon.: *orig.* 486) *Codd. et Edd. coll. o.* 487) observare: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 488) decrevimus: *A Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. || can. 41. 489) *Codd. coll. o.* 490) ita: *deest: EGH* 491) *no.* 11. *Ed. Maur. — Pet. Lomb. sentent. lib.* IV. *dist.* 38. — *cf. ad c. Dist.* XXVII. 492) *Codd. coll. o.;* quod bonum: *Edd. coll. o.; add.:* est: *Edd. Ven.* I. II. 493) *Codd. et Edd. coll. o.* 494) *Codd. coll. o.* 495) *Codd. et Edd. coll. o.* 496) etiam: *D orig.; deest: C* 497) tantum: *EH;* item: *G* 498) *Matth. c.* 9. *v.* 11. 499) *Codd. et Edd. coll. o.* 500) *ib.* 501) non: *deest: orig.* 502) observ.: *EGH Ed. Bas.;* servat.: *D Edd. rell.* 503) oblato: *AC* 504) *Codd. coll. o.* 505) nubatur: *orig.* 506) *cf. c.* 4. *Dist.* XXVII. 507) Ap. ait, non cum: *Edd. coll. o. pr. Bas.; —* I. *Tim. c.* 5. *v.* 11. 12. 508) degerint: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (degerent) 509) tantum: *orig.* 510) *ABCDH;* quia: *G Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 511) iudicantur: *orig.* 512) *Codd. et Edd. coll. o.* 513) *ib. orig.* 514) illis: *AC* 515) dixissent: *Edd. Ven.* I. II. 516) *ABCD* 517) voluntatem: *orig.* 518) dampnanda: *ABC Codd. coll. o.; —* dampnatam: *orig.* 519) *cf. c.* 2. *Dist.* XXVII. 520) *Codd. coll. o.* 521) *ABEGH Ed. Arg.* 522) *Marc. c.* 10. *v.* 11. — *Rom. c.* 6. *v.* 9. 523) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 524) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H* (vivit igitur Christus)

nabitur[525r], que ergo[526s] coniugium eius elegerat[527t], si homini nubit, adultera est. §. 3. Qui dicunt hoc acute quidem mouentur, sed parum adtendunt, hanc[528] argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. Cum enim laudabiliter etiam uiuente uiro ex eius consensu continentiam femina Christo uoueat, secundum[529u] istorum rationem nulla hoc facere debet[530], ne ipse[531v] Christus (quod sentire[532] nefas est) adulterium[533w] faciat, cui uiuente marito[534x] nubit. Deinde cum primae nuptiae melioris sint meriti quam secundae, absit, ut sanctarum uiduarum iste sit sensus, ut Christus eis uideatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant et antea (quando uiris suis subditae fideliter seruiebant) non carnaliter, sed spiritualiter uirum, cui ipsa ecclesia, cuius membra sunt, coniunx est, que fidei, spei et[535] karitatis integritate non solum[536y] in uirginibus sacris[537], sed etiam[538] in[539z] coniugatis fidelibus tota uirgo est. Uniuersae quippe ecclesiae, cuius illa omnia[540aa] membra[541] sunt, Apostolus dicit: „Aptaui uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo.“ Nouit autem ille uirginem coniugem sine corruptione fetare, quem in ipsa carne etiam potuit mater sine corruptione procreare. §. 4. Fit autem per hanc minus consideratam oppinionem, qua putant lapsarum a sancto proposito feminarum, si nupserint, non esse coniugia, non paruum malum, ut a maritis separentur uxores, quasi adulterae sint, non uxores; et, cum uolunt eas[542bb] separatas reddere continentiae[543], faciunt maritos earum adulteros ueros, cum suis uxoribus uiuis alteras ducunt[544cc]. §. 5. Quapropter non possum[545] quidem dicere, a proposito[546] meliore lapsas si nupserint feminas, adulteria esse, non coniugia: sed plane non dubitauerim dicere, lapsus et ruinas a castitate sanctiore, que uouetur Deo, adulteriis esse peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionem Christi pertinet, cum membrum[547dd] fidem non seruat marito, quanto grauius offenditur, cum illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatum quod[548ee] non exegerat offerendum? Cum enim quisque non reddit quod non inperio conpulsus, sed consilio conmonitus uouit, tanto magis fraudati uoti auget iniquitatem, quanto minus habuit uouendi necessitatem.

C. XLII. *De uiduis, que primam fidem irritam fecerunt*[549].

Item Gelasius [in epistola ad Episcopos Lucaniae et Brutiorum, cap. 23.][550]

De[551] uiduis sub nulla benedictione uelandis superius late[552] sufficienterque prediximus[553]. Que[554] si propria uoluntate professam pristini coniugii castitatem mutabili mente calcauerint[555], periculi earum[556] intererit, quali Deum debeant[557] satisfactione placare, quia[558] iuxta Apostolum[559] primam fidem irritam fecerunt. Sicut enim, si se forsitan continere non poterant[560], secundum Apostolum[561] nullatenus nubere uetabantur, sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiae fidem debent[562] custodire. Nos autem nullum talibus laqueum inicere, sed solum[563] adhortationes premii sempiterni penasque proponere diuini iudicii, ut et[564] nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se rationem Deo[565] reddat intentio. Cauendum est quippe quod[566] de earum moribus actibusque B. Paulus[567] testatur apostolus[568]. Quod plenius[569] exponere preterimus[570], ne sexus instabilis[571] non tam deterreri[572a], quam admoneri uideatur[573].

C. XLIII. *De eodem. Item Theodorus*[574].

Si quis votum virginitatis habens, etc.

Gratian. *Quod autem uouentes premissis auctoritatibus iubentur ab inuicem discedere, quorum uero coniugia auctoritate*[575a] *Augustini et Theodori*[576] *soluenda non sunt, in capitulo de ordinatione clericorum euidenter ostenditur.* §. 1. *Illud autem Innocentii*[577], *quo uirgines sacrae publice nubentes, illo uiuente, cui se coniunxerant, prohibentur admitti ad penitenciam, non ita intelligendum est, ut aliquo tempore excludantur a penitencia que digne penitenciam agere uoluerint; sed prohibentur admitti ad penitenciam que ab incesti copula discedere noluerint. Post propositum namque sacrae religionis non potest Deo per penitenciam reconciliari que ad habitum professionis suae redire neglexerit. Tunc enim ille, cui se iunxerat, ei defunctus erit, cum ab eius*[578b] *illicitis amplexibus hec penitus recesserit, ut iste sit sensus capituli: „Que Christo spiritualiter nubunt, si postea publice nupserint, non eas admittendas esse ad penitenciam censemus, nisi hii, quibus se iunxerant, de mundo recesserint,“ eis, subaudiendum est, nubentibus. Tunc enim uiri de mundo recedunt, tunc defunguntur, cum ab eorum*[579] *concupiscentia*[580] *ipsae penitus se alienauerint, sicut mundus ei dicitur mortuus, quem suis illecebris non astringit, et ille perhibetur mortuus mundo, qui nichil*[581c] *mundi concupiscit. Hoc autem sic*[582] *intelligendum esse, ex subsequenti exemplo idem Innocentius ostendit, dicens*[583]: *„Quecumque uiro uiuente alteri nupserit adultera habeatur*[584], *nec ei agendae penitenciae locus conceditur*[585d], *nisi unus ex his fuerit defunctus.“ Hoc de derelicta intelligendum est, que, si uiuente uiro suo alteri nubit, adultera est, nec ad penitenciam admittitur, nisi uel primus reuertatur in puluerem, de quo sumptus est, uel secundus, ab eius copula cessando, ei moriatur, ut supra dictum est. Quia ergo Christus, cui spiritualiter nubunt, iam non moritur, mors*[586] *illi ultra non dominabitur, restat, ut ille, cui secundo nubunt, eis moriatur. In utroque autem, nisi sic intelligeretur, esset contrarius Domino, dicenti per Prophetam*[587] *„In quacumque hora peccator conuersus fuerit, etc.“ et cunctis interpretibus diuinae legis inueniretur aduersus*[588]. *Probatur illud idem auctoritate illius capituli*[589], *quo deuota, que maritum acceperit, prohibetur ad penitenciam admitti, nisi uel uterque continentiam professus fuerit, uel ille, cui se iunxerat, de hoc mundo discesserit*[590e].

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Sequitur secunda questio, qua queritur, an puellae alteri desponsatae possint renunciare priori condicioni, et transferre sua uota ad*[1] *alium.* (Qu. I.) *Hic primum uidendum est, an sit coniugium inter eos?* (Qu. II.) *Secundo, an possint ab inuicem discedere?* §. 1. *Hos*[2a] *autem coniuges esse, et ex diffinitione coniugii, et auctoritate multorum facile probatur. Sunt enim nuptiae*[3] *siue matrimonium uiri mulierisque coniunctio, indiuiduam uitae consuetudinem retinens. Inter hos autem fuit coniunctio, que indiuiduam uitae consuetudinem exigebat. Fuit enim inter eos consensus, qui est efficiens causa matrimonii, iuxta illud Ysidori*[4]: *„Consensus facit matrimonium.“ Item Iohan-*

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. I. c. 41. r) dominatur s) ergo: *deest* t) elegerit u) iam sec. v) ipsum w) Christum . . . adulterum x) viro y) solis z) etiam viduis et coniug. aa) illae membra sunt bb) illas cc) duxerint dd) memb. eius ee) qui — c. 42. a) detineri — c. 43. a) auctoritatibus b) illius c) nihil in mundo d) concedatur e) decesserit Quest. II. a) Eos

Causa XXVII. Quest. I. can. 41. 525) *Codd. et Edd. coll. o.* 526) *ib.* 527) *BC Ed. Bas. orig.*; elegit: *Edd. coll. rell.* 528) hac argumentatione: *Edd. Lugdd.* II. III. 529) *ABCD Ed. Bas.* 530) debeat; *Ed. Arg.*; debebat: *Edd. rell. pr. Bas.* 531) *Codd. et Edd. coll. o.* 532) *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 533) *Codd. et Edd. coll. o.* 534) *Codd. coll. o. orig.* 535) et: *deest: orig.* 536) *Codd. et Edd. coll. o.* 537) sanctis: *orig.* 538) etiam in: *orig.* 539) *Codd. coll. o.*; etiam coniug.: *Edd. Arg. Bas.* 540) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 541) Optavi: *Edd. coll. o.*; — *cf.* II. *Cor. c.* 11. *v.* 2. 542) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 543) continentes: *Ed. Bas.* 544) *Codd. et Edd. coll. o.* 545) possunt: *AB Ed. Bas.* 546) *cf. supra c.* 21. 547) *ABCD Ed. Bas.* 548) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* || can. 42. 549) faciunt: *ACD*; *rubr.*: *deest: G* 550) *scr. ao.* 494. *c.* 21. *ap. Thiel p.* 374. — *Jaffé no.* 391. — *Ans. ded.* VI, 51.; *Reg. Appdx.* II, 14.; *Burch.* VIII, 34.; *Ivo Decr.* VII, 53.; *Polyc.* IV, 34, (36,) 5.; *Caes.* IX, 61. 551) nam de: *orig. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Polyc.* 552) latius (suff.: *deest*): *orig. Burch. Ivo Polyc.* 553) diximus (suff.: *deest*): *Ans. ded. Reg.*; duximus disserendum: *orig. Burch. Ivo Polyc.* 554) quia: *Ans. ded. Reg.* 555) calcaverit: *orig.* 556) eius: *orig. Ans. ded.*; autem: *Burch.* 557) debeat: *orig.* 558) quia . . . fec.: *deest: orig. Ans. ded. Burch. Polyc.* 559) I. *Tim. c.* 5. *v.* 12. 560) poterat (*et sic deinceps singular.*): *orig.* 561) I. *Cor. c.* 7. *v.* 9. 562) deberent: *AB*; debuit: *orig.*; debuerunt: *Reg. Burch. Ivo Polyc.* 563) solas: *orig. Burch. Ivo Polyc.* 564) et: *deest: Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Polyc.* 565) Deo: *deest: Burch.* 566) quae: *orig. Ans. ded.* 567) Paul.: *deest: orig. Reg. Burch.* 568) I. *Tim. c.* 5. *v.* 12. 569) planius: *Reg. Burch.* 570) poterimus: *Ans. ded.* 571) fragilis atque instab.: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 572) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Polyc.*; deterrere . . . admonere: *orig.* 573) videatur: *orig.* || can. 43. 574) de eod.: *deest: A cf. c.* 4. *Dist.* XXVII. 575) *Codd. coll. o.* 576) *cf. c.* 4. *cit. Dist.* XXVII. 577) *supra ead. c.* 10. 578) *Codd. coll. o.* 579) earum: *BGH* 580) *add.*: recedunt et: *EGH* 581) *Codd. coll. o.* 582) sic: *deest: EGH* 583) *cf. cap.* 10. *cit.* 584) habetur: *AEGH*; est: *D* 585) *Codd. coll. o.* 586) *Rom. c.* 6. *v.* 9. 587) *Ezech. c.* 33. *v.* 12. 588) esse advers.: *CD* 589) *cf. supra c.* 27. 590) *ACDEG*; recess.: *B*

Causa XXVII. Quest. II. 1) in: *EGH* 2) *Codd. coll. o.* 3) §. 81. *Inst. de pat. pot.* (1, 9.) *Ivo Decr.* VIII, 1. *Ivo Pan.* VI, 1. 4) *cf. infra c.* 6.

nes Chrisostomus super Matheum[5a] [id est auctor operis imperfecti, homil. XXXII. in Math.]:

[C. I.]

„*Matrimonium quidem*[6] *non facit coitus, sed uoluntas, et ideo non soluit illud separatio corporis, sed*[7b] *uoluntatis*[8]. *Ideo qui dimittit coniugem*[9] *suam, et aliam*[10] *non accipit, adhuc est maritus. Nam etsi corpore iam*[11] *separatus est, tamen adhuc uoluntate coniunctus est. Cum ergo aliam*[12] *acceperit, tunc*[13] *plene dimittit. Non ergo qui dimittit mechatur, sed qui alteram ducit.*"

[C. II.]

Item Nykolaus Papa [ad consulta Bulgarorum, c. 3.][14*]

„*Sufficiat solus secundum leges consensus eorum, de quorum*[15] *quarumque*[16a] *coniunctionibus*[17] *agitur. Qui*[18b] *solus*[19c] *si*[20] *defuerit*[21d], *cetera*[22e] *etiam*[23] *cum ipso coitu celebrata frustrantur.*"

[Gratian.] *Cum ergo inter istos consensus intercesserit, qui solus matrimonium facit, patet hos coniuges fuisse. Sed queritur, quis consensus facit*[24f] *matrimonium, an consensus cohabitationis, an carnalis copulae, an uterque? Si cohabitationis consensus facit matrimonium, tunc frater cum sorore potest contrahere matrimonium; si carnalis copulae, inter Mariam et Ioseph non fuit coniugium. Vouerat enim Maria se uirginem perseueraturam. Unde ait angelo*[25]: „*Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco?*" *id est, me non cognituram proposui. Neque enim quia tunc uirum non cognoscebat, necesse erat inquiri, quomodo posset habere filium, sed quia numquam se cognituram proposuerat.* §. 1. *Si ergo contra suum propositum postea consensit in carnalem copulam, rea facta est uoti uirginalis mente, etsi non opere uiolati. Quod de ea sentire nefas est, sed, sicut Augustinus ait*[26*]:

[C. III.]

„*Beata Maria proposuit se conseruaturam*[27a] *uotum uirginitatis in corde, sed ipsum uotum uirginitatis*[28] *non expressit ore. Subiecit se diuinae dispositioni, dum*[29] *proposuit se perseueraturam uirginem, nisi Deus ei aliter reuelaret. Conmittens ergo uirginitatem suam diuinae dispositioni consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed diuinae inspirationi in utroque obediendo. Postea uero filium genuit*[30b] *quod*[31] *corde conceperat simul cum uiro labiis expressit, et uterque in uirginitate permansit.* §. 1. *Consensus ergo cohabitandi et indiuiduam uitae consuetudinem retinendi interueniens eos coniuges facit*[32c]. *Indiuidua uero*[33d] *consuetudo est talem se in omnibus exhibere uiro*[34], *qualis ipsa sibi est, et e conuerso. Ad indiuiduam itaque consuetudinem pertinet absque consensu legitimi uiri*[35e] *orationi*[36] *aliquando non posse uacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iste consensus fuit inter istos*[37f], *patet hos*[38g] *coniuges fuisse.*"

[PALEA[39]. C. IV.

Iohannes Chrisostomus, id est auctor operis imperfecti, hom. XXXII. in Math.[40*]

Omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur. Matrimonium enim non facit coitus, sed uoluntas, et ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio[41] uoluntatis. Ideo qui dimittit coniugem suam, et aliam non accipit, adhuc maritus est. Nam etsi corpore iam separatus est, tamen adhuc uoluntate coniunctus est. Cum ergo aliam acceperit, tunc plane[42] dimittit. Non ergo qui dimittit mechatur, sed qui alteram ducit.]

Gratian. *Item auctoritate probantur*[43a] *coniuges. Ait enim Ambrosius in libro de uirginibus*, [c. 6.][44a]

C. V. *Coniugalis pactio, non uirginitatis defloratio facit matrimonium*[45b].

Cum initiatur coniugium, coniugii[46c] nomen assciscitur[47]. Non[48d] defloratio uirginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denique cum iungitur[49] uiro[50e], coniugium est, non cum uiri admixtione cognoscitur.

C. VI. *A prima fide desponsationis coniuges*[51a] *appellantur.*

Item Ysidorus Ethimologiarum lib. IX., c. 7.[52]

Coniuges uerius appellantur a prima desponsationis fide, quamuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus.

[PALEA[53*]. C. VII.

Quod condicio interposita non ualeat, ex concilio Affricano probatur.]

[PALEA[54*].

C. VIII. De eodem.

Quicumque sub condicionis nomine aliquam desponsauerit, et eam postea relinquere uoluerit, dicimus quod condicio frangatur, et desponsatio irrefragabiliter teneatur.]

C. IX. *De eodem.*

Item Augustinus de bono coniugali[55a*], [lib. I. c. 11.]

Coniunx uocatur a[56] prima desponsationis fide, quam concubitu non[57] agnouerat[58b], nec[59c] fuerat cogniturus, nec perierat, nec mendax manserat[60] coniugis appellatio, ubi nec[61] fuerat, nec futura erat carnis[62] ulla conmixtio. §. 1.[63d] Propter quod fidele coniugium ambo parentes Christi uocari meruerunt, non[64] solum illa mater, uerum etiam ille pater eius, sicut et[65e] coniunx matris eius[66], utrumque[67] mente, non carne.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. II. c. 1. a) sup. Matth.: *deest* — c. 2. a) quarumque: *deest* b) Qui consensus c) si in nuptiis solus d) forte defuerit e) cetera omnia f) faciat — c. 3. a) servaturum b) genuit et c) fecit d) vero vitae e) viri et f) *et* g) eos — c. 4. a) probantur esse — c. 5. a) de institutione virginis b) coniugium c) tunc coniugii d) Non enim e) puella — c. 6. a) coniug. verius — c. 9. a) Aug. de nuptiis et concupiscentia b) cognoverat c) Ioseph, nec d) Et infra: §. 1. e) et coniunx

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. II. * Emendatum est caput hoc ex ipsis Nicolai responsis.

C. III. * Caput hoc in vetustis exemplaribus coniunctum est superiori, et videtur a collectore ex variis locis B. Augustini, potissimum ex libello de virginitate, confectum.

C. IV. * Palea haec est in multis vetustis codicibus. Initium vero usque ad vers. *Matrimonium* est regula prima de regulis iuris, quae est in Decretalibus. Verba autem homiliae 32. sunt haec: *Omnis res, per quas causas nascitur, per easdem absolvitur. Matrimonium etc.*

C. VII. * Palea haec abest ab omnibus collatis exemplaribus, duobus exceptis, in quorum altero emendatiore ponitur tanquam summa sequentis capitis. In neutro autem ad finem capitis praecedentis erant verba illa: *Item ex concilio Africano*, et ideo sublata sunt.

C. VIII. * Haec Palea etiam in Decretalibus titul. de conditionibus appositis c. *Quicunque* [et in Comp. I. h. t. c. 1.] et in collectione in quinquaginta partes divisa (quae in tomis conciliorum est post decreta Alexandri III.) part. 6. c. 5. citatur ex conc. Africano. Sed in eo, quod exstat, non habetur.

C. IX. * Sic est restitutum ex Ivone, quum antea citaretur liber de bono coniugali.

Causa XXVII. Quest. II. can. 1. 5) *Codd. coll. o.; Ivo Decr.* VIII, 233. (*can.:* quicunque dimiserit; — *cont.*) *Pet. Lomb. Sent. lib.* IV. *dist.* 27. — *in Codd. coll. o. canones sqq. ad dictum Gratiani pertinent.* 6) enim: *Ivo* 7) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 8) voluntas: *Ivo* 9) uxorem: *EGH Ivo* 10) alteram: *Ivo* 11) iam: *deest: EGH* 12) alteram: *Ivo* 13) *add.:* eam: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 2. 14) *scr. ao.* 866. *ap. Mansi* XV, 403. — *Jaffé no.* 2123. — *Ans.* X, 30. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* VI, 107. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 17. (*can. cont.*); *Caes.* X, 27. *Pet. Lomb.* IV, 27. 15) quorumcunque: *EG* 16) *ABCD Edd. coll. o.* 17) consensu et coniunct.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 18) *Codd. et Edd. coll. o.* 19) *ib.* 20) cum: *Ivo* 21) *Codd. et Edd. coll. o.* 22) *ib.* 23) et.: *deest: Ans.* 24) *Codd. coll. o.* 25) *Luc. c.* 1. *v.* 34. || can. 3. 26) *Pet. Lomb. Sent.* IV, 30. 27) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 28) virg.: *deest: AB* 29) dum: *deest: ib.;* dum ... disposit.: *deest: C* 30) *Codd. coll. o.* 31) quem: *AB* 32) *ABCD* 33) *Codd. coll. o.* 34) marito: *EGH Ed. Bas.* 35) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 36) *add.:* etiam: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 37) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 38) *Codd. coll. o.* || can. 4. 39) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.* 40) *cf. ad c.* 1. 41) sep.: *deest: Edd. coll. o.* 42) plene eam: *Edd. coll. o.;* plene: *orig. Ivo* 43) *Codd. coll. o.* || can. 5. 44) *Codd. coll. o. — no.* 41. — *Ans.* XI, 41.; *Ivo Decr.* VIII, 2. (*can.:* desponsata viro); *Ivo Pan.* VI, 14. (*ut in Decr.*); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 2. (*ut in Decr.*); *Caes.* X, 2. 45) *ABCD* 46) *Codd. et Edd. coll. o.* 47) nanciscitur: *Edd. Par. Lugdd.;* — assumitur: *Ivo Pan.* 48) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* nam non: *Edd. rell.* 49) coniungitur: *ABD Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan.* 50) *Codd. coll. o.;* mulier viro: *Edd. coll. o. pr. Bas.* (puella viro) || can. 6. 51) *Codd. coll. o. pr. G* 52) *Ivo Decr.* VIII, 3.; *Ivo Pan.* VI, 15.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 3.; *Caes.* X, 5. — *Lomb. Sent.* IV, 27. || can. 7. 53) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. Ed. Bas. — canon est rubrica capitis sequentis.* || can. 8. 54) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. — non est inter canones Africanos, et videtur auctoris longe recentioris esse.* || can. 9. 55) *Codd. coll. o. pr. B, ubi addit.:* sive de nuptiis et concupiscentiis. — *Turrecrem. — Aug. de nupt. et concup.* I, 11. *no.* 12.; *Ivo Decr.* VIII, 14. (*can.:* quibus vero placuerit); *Ivo Pan.* VI, 16.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 15. (*ut in Ivon. Decr.*) *Lomb. Sent.* IV, 27. 56) ex: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 57) nec: *orig. Coll. tr. P.* 58) *Codd. et Edd. coll. o.* 59) *Codd. et Edd. coll. o. Arg. Bas. Nor. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 60) fuerat: *Coll. tr. P.* 61) non: *Ivo Pan.* 62) carnalis: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* 63) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 64) et non: *Ivo Decr.* 65) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B; — Ivo Pan.* 66) *add.:* fuit.: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor. — Ivo Pan.* 67) verum: *Coll. tr. P.*

C. X. *Triplex bonum coniugii fuit in parentibus Christi.*

Item in eodem [lib. et capite][68].

Omne itaque nuptiarum bonum inpletum est in illis[69] parentibus Christi, fides, sacramentum, proles. Prolem cognoscimus ipsum Dominum[70a], fidem: quia nullum adulterium; sacramentum: quia nullum diuortium; solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda[71b] concupiscentia carnis, que accidit ex peccato, sine qua[72] concipi uoluit qui[73] futurus[74] erat sine peccato.

Gratian. *Item in Leuitico*[75c] *precepit Dominus Moysi, dicens: „Si quis sponsam alterius in agro oppresserit, morte moriatur, quia uxorem alterius uiolauit.“* §. 1. *Item in legibus principum sponsa iubetur lugere mortem sponsi tamquam uiri sui.*

Item in Canonibus inuenitur[76]:

C. XI. *Frater sponsam fratris post mortem eius non potest ducere.*

Si quis desponsauerit sibi aliquam, et preueniente mortis articulo eam cognoscere non potuerit, frater eius non potest eam in[77] uxorem ducere.

[C. XII.]

Item Gregorius Mauricio Inperatori, ob quendam comitem, qui nepotis sui mortui desponsatum duxit uxorem[78*].

Qui desponsatam puellam proximi sui acceperit in coniugium, anathema sit ipse, et omnes consentientes ei, quia secundum legem Dei mori decernitur. §. 1. Nam diuinae legis mos est, sponsas appellare coniuges, ut in euangelio[79]: „Accipe Mariam coniugem tuam,“ et illud in Deuteronomio[80]: „Si quis[81] cuiuslibet hominis desponsatam puellam in agro uel in quolibet loco oppresserit[82], uel adduxerit[83a] in domum suam[84], moriatur[85], quia uxorem proximi sui uiolauit;“ non que iam[86] uxor erat, sed que a parentibus uxor fieri debebat[87]. *Et infra:* §. 2. Sicut[88] nulli Christiano licet de sua consanguinitate uel quam cognatus[89b] habuit[90] in[91] matrimonium assumere[92], ita et de consanguinitate uxoris suae[93].

C. XIII. *Uxore mortua licet uiro aliam accipere*[94a], *sed non repudiatam uel desponsatam.*

Item Ieronimus[95*].

Additur[96] aliud quartum legitimum coniugium. Dum mortua fuerit uxor cuiuslibet[97], licet illi accipere aliam, sed non repudiatam, nec[98] desponsatam uiro, sed[99] liberam[100]; similiter et mulier debet. Unde et[101] Paulus ait[102]: „Mulier, que[103] sub uiro est, ligata est sub[104] lege uiri, quamdiu uiuit uir eius.“ Viro[105] igitur uiuente uocabitur[106b] adultera, si iuncta fuerit alteri[107c] uiro[108]. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege uiri ita, ut non sit adultera, si iuncta[109d] fuerit alteri[110e] uiro.

C. XIV. *Post mortem alicuius nullus de consanguinitate eius sponsam*[111] *accipiat.*

Item Gregorius[112].

Si quis uxorem desponsauerit, uel eam subarrauerit, quamquam postmodum preueniente die mortis eius nequiuerit eam[113] ducere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio[114], et[115a] si inuentum fuerit factum, separetur omnino.

C. XV. *De eodem.*

Item Iulius Papa[116*].

Si quis desponsauerit[117] uxorem uel subarrauerit, et[118] siue preueniente die mortis, siue[119] irruentibus quibusdam aliis causis minime eam cognouerit, neque superstes eius frater, neque ullus de consanguinitate[120] eius eandem sibi tollat in[121] uxorem ullo umquam tempore[122].

II. Pars. Gratian. *His omnibus auctoritatibus probantur isti coniuges esse. Sed Augustinus contra testatur, dicens*[123*]:

C. XVI. *Non est inter eos matrimonium, quos non copulat conmixtio sexuum*[124a].

Non[125] dubium est, illam, mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse conmixtio sexus[126].

C. XVII. *Illa mulier non pertinet ad matrimonium, cum qua non celebratur nuptiale misterium*[127a].

Item Leo Papa[128*].

Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta, ut preter conmixtionem sexuum[129] non habeant in se nuptiae Christi[130b] et ecclesiae sacramentum, non dubium est, illam[131] mulierem non pertinere ad matrimonium, in[132c] qua docetur non fuisse nuptiale misterium[133d].

[PALEA[134]. C. XVIII.

Benedictus seruus seruorum Dei Grandensi Patriarchae salutem, etc.[135*].

Lex diuinae constitutionis apostolicam cathedram totius

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. II. c. 10. a) Dominum Iesum b) illa pudenda c) Deuteronomio — c. 12. a) abduxerit b) cognat. suus — c. 13. a) ducere b) vocatur c) alii d) coniuncta e) cum altero — c. 14. a) Quod — c. 16. a) sexus — c. 17. a) ministerium b) coniunctionis Christi c) cum d) ministerium

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. Apud Anselmum ante hoc caput est hic titulus rubris literis descriptus: *Capitula B. Gregorii doctoris, de linea consanguinitatis edita.* Postea vero est hic alius titulus nigris literis descriptus: *Mauricio imperatori ob delatum quendam comitem, qui nepotis sui mortui desponsatam virginem duxit uxorem.* Deinde sequitur: *Qui desponsatam etc.*

C. XIII. * Ab Ivone ante hoc caput refertur c. *Tria.* infra 36. q. 2. Neutrum tamen apud B. Hieronymum est inventum.

C. XV. * Sic est emendatum ex manuscriptis et Magistro. Nam in vulgatis [Edd. Ven. II. Par. Lugdd.] erat: *Iulianus.* In Polycarpo autem citatur: *ex concilio Triburiensi a Iulio Papa confirmato.* In quo titulo subest aliquod mendum.

C. XVI. * Caput hoc non est inventum apud B. Augustinum, et videtur summa seq. cap.

C. XVII. * In codicibus epistolarum Leonis impressis et manuscriptis in epist. 90. al. 92. ad Rusticum c. 4., itemque apud Burchardum et Ivonem longe aliter habet hic locus. *Quum societas,* inquit, *nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut praeter sexuum coniunctionem haberet in se Christi et ecclesiae sacramentum, dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium.* Verum, ut respondeat verbis Gratiani, qui manifeste utitur hoc loco depravato, itemque Magistri, et glossae, et posteriorum doctorum, nihil est in textu mutatum.

C. XVIII. * Palea haec habetur in plerisque manuscriptis. Est etiam in prima collectione Decretalium Bernardi Papiensis et in altera collectione in 50. partes divisa (quae est inserta tomis conciliorum post decreta Alexandri III.) part. 6. c. 27.

Causa XXVII. Quest. II. can. 10. 68) *ib. no.* 13. — *Ivo Decr.* VIII, 15.; *Ivo Pan.* VI, 30.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 16. *Lomb. Sent.* IV, 30. 69) ipsis: *Ivo Pan.* 70) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* — Deum: *BEGH Ed. Bas.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 72) *add.:* vere: *EGH;* quo: *Ivo Pan.* 73) quia: *Ivo Pan.* 74) fut. homo: *EGH* 75) *Codd. coll. o.* — *Deut. c.* 22. *v.* 25. || can. 11. 76) *hoc est breviarium c.* 41. *Conc. Tribur.* — *cf. infra c.* 15. 77) in: *deest: EGH Ed. Bas.* || can. 12. 78) *can. in Codd. coll. o. cum antecedente cohaeret.* — *Sunt similia in conc. Greg.* II. *hac. ao.* 721. *c.* 10. 11. *ap. Mansi* XII, 264. — *Jaffé ante no.* 1655. — *Ans.* XI, 93. (92.) *Polyc.* VI, 4, 74. *Lomb. Sent.* IV, 27. 79) *add.:* dicitur: *Edd. coll. o.* — *cf. Matth. c.* 2. *v.* 13. 80) Deuteronomii (in: *deest*)*: Ans.;* — *Deut. c.* 22. *v.* 25. 81) *add.:* invenerit: *Ans.* 82) vel oppr.: *Ans.* 83) *Codd. coll. o. Ans.: add.:* eam: *Ans.* 84) *add.:* maritali affectu, praecipiente Domino per Moysen: *Ans.* 85) morte moriatur: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 86) iam per (post: *H*) concubitum: *EGH;* — etiam: *Ans.* 87) deliberant(?): *Ans.* 88) *cf. c.* 8. *qu.* 2. *C.* XXXV. 89) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Polyc.;* cogn. eius: *Ans.* 90) habuerit: *ADEGH Ed. Bas.* 91) uxorem accipere: *Ans. Polyc.* 92) licet assum.: *EGH* 93) *add.:* vel (*deest: Ans.*) quam cognatus eius habuit, in matrimonium assumere: *Ans. Polyc.* || can 13. 94) *Codd. coll. o. pr. A* 95) *Caput incertum.* — *Reg.* II, 106. (*can.:* tria legitima coniugia); *Ivo Decr.* VIII, 41.; *Ivo Pan.* VI, 34.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 35. 96) *add.:* itaque: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 97) eius: *Reg. Ivo Pan.* 98) non: *Reg.* 99) sed lib.: *deest: ib.* 100) filiam: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 101) et: *deest: Ivo Pan.;* quod (unde: *deest*)*: Reg.* 102) docet: *Reg.* — *Rom. c.* 7. *v.* 2. 103) quia: *Reg.* 104) subdita est viro: *Coll. tr. P.* 105) *add.:* eius: *B Ivo Decr. Pan.;* ita ut sit adultera: *A* 106) *BCD Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 107) *BCDEG Ed. Bas. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* cum alio: *A* 108) marito: *EG* 109) *Codd. coll. o. Ed. Bas.; deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 110) *Codd. coll. o. Ed. Bas.;* — cum alio: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 14. 111) spons. eius: *EGH* 112) *et in hoc et in seq. capite videntur Collectores summam c.* 41. *Conc. Tribur.* (*hab. ao.* 895.) *reddere voluisse* — *Jaffé no.* CCLIII. — *Lomb. Sent.* IV, 27. 113) eam: *deest: EGH Ed. Bas.* 114) coniugem: *ib.* 115) *ABCD* || can. 15. 116) *cf. c.* 41. — *Jaffé no.* CXLIII. — *Polyc.* VI, 4, 34.; *Caes.* X, 22.; *Lomb. Sent.* IV, 27. 117) desponsavit . . . subarravit: *C Polyc.* 118) et: *deest: H Ed. Bas.;* eam: *G* 119) si: *E Ed. Bas.;* tantum: *Polyc.* 120) consanguineis: *Polyc.* 121) in: *Polyc.* 122) in temp.: *EH Ed. Bas. Polyc.* || can. 16. 123) *Haec est summa capitis seq.* — *Alger. lib. sentent. c.* 60. 61. (*can.:* non habent nuptiae) 124) *Codd. coll. o.* 125) nec pertinere poterit illa mulier: *Alger* 126) sexuum: *ib.* || can. 18. 127) *ABCD;* commercium: *EGH* 128) *in ep. Leonis ad Rusticum* (*Ep.* 107. *scr. ao.* 458. *aut* 459. *Ed. Baller.* — *Jaffé no.* 320.) — *haec sane longe aliter habentur, et ita proferuntur a Burch.* IX, 1. *Ivo Decr.* VIII, 74. 139.; *In Pan. tamen* VI, 23. *sunt ut ap. Grat.* — *Caes.* X, 40. — *cf. Ben. Lev.* III, 59, 105. 129) sexus: *Ivo Pan.* 130) *ABCD* 131) eam: *Ivo Pan.* 132) *Codd. coll. o. pr. A;* — *Ivo Pan.* 133) *Codd. coll. o. pr. E; add.:* vel commercium: *EGH* || can. 18. 134) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.* 135) *Apocrypha est.* — *ap. Jaffé deest* — *cf. Comp.* I. *lib.* IV. *t.* 2. *c.* 1.

posuit orbis terrarum magistram[136], ut quicquid ubique locorum dubitatur, ab ea ratio eiusdem requiratur. Affatus est autem nos suis litteris eiusdem cathedrae sessorem, ac percunctatus est quidam uestras[137] nomine Iohannes, pro conubio filiae suae superstitis, cuius soror defuncta cuidam iuueni, Stephano nomine, simplicibus uerbis fuerat desponsata, et ante, quam ad nuptias perueniret, morte preuenta: utrum scilicet cum eodem iuuene possit matrimonium celebrari superstitis filiae, nec ne. Namque testatus est huius rei rationem apud uos haberi ambiguam. Quam Deo docente reddimus[138] his uerbis certissimam. Protoplastus ille, radix et origo nostra, detractam sibi costam in mulierem[139] uidens formatam, prophetico spiritu inter alia protulit[140]: „Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adherebit uxori suae, et erunt duo in carne una." Quibus uerbis innotuit, non aliter uirum et mulierem posse fieri unam carnem, nisi carnali copula sibi cohereant. Qui ergo nequaquam mixtus est extraneae mulieri federe nuptiali, quo pacto per nuda sponsionis uerba possunt una caro fieri, nullatenus ualemus intueri. Propinquitas enim sanguinis uerbis[141] dicitur, non uerbis efficitur. Sed neque osculum parit propinquitatem, quod[142] nullam facit sanguinis conmixtionem. Quoniam uero ita prorsus sese habet res Iohannis istius, ut uelit secundam filiam[143] illi[144] nuptiis copulare, cui primam iam decreuerat desponsare, censura apostolici** magistratus mandamus, hoc absque ullius[145] criminis uicio posse fieri, si utriusque partis sederit[146] uoluntati†. Nam cur prohibeatur quod prohibendum numquam sancta scriptura declarat? Sed neque mundanae leges connumeratis personis, que[147] inter se nuptias non contrahunt††, de huiusmodi[148] aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis quod negandum nulla ratione docetis.][149]

Gratian. *Item Apostolus*[150] *precipit*[151 a], *ut uxor reddat debitum uiro, et uir uxori, nisi forte ex consensu ad tempus, ut expeditius uacent orationi. Unde datur intelligi, quod sine consensu alterius non licet*[152] *alteri uacare orationi.* §. 1. *Item propositum melioris uitae uir sumere non potest sine consensu uxoris, et e conuerso.*

Unde *Gregorius scribit Theutistae Patriciae*, [lib. IX. epist. 39.][153 a]:

C. XIX. *Causa religionis coniugia solui non debent.*

Sunt[154] qui dicunt, religionis causa[155] coniugia debere dissolui[156]. Verum[157] sciendum est, quia[158], etsi[159] hoc lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit. Per se enim ueritas dicit[160]: „Quod[161] Deus coniunxit homo non separet." Qui[162] etiam ait: „Non licet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis." Quis[163] ergo huic[164] legislatori[165 b] contradicat? Scimus, quia scriptum est[166]: „Erunt duo in carne una." Si igitur[167 c] uir et uxor una caro sunt[168], et religionis causa dimittit[169] uir uxorem, uel mulier uirum in hoc mundo remanentem, uel[170 d] fortasse ad illicita[171 e] migrantem, que est[172] ista conuersio*, in qua una et[173 f] eadem caro ex[174] parte transit ad continentiam, et ex parte remanet in pollutione? Si uero utrisque conueniat continentem uitam ducere, hoc quis audeat accusare? cum[175 g] certum est[176], quia[177 h] omnipotens Deus, qui minora concessit, maiora non prohibuit. Duobus enim modis sancti uiri etiam a licitis abstinere solent: aliquando, ut merita sibi apud omnipotentem Deum augeant; aliquando, ut anteactae uitae culpas detergant. §. 1.[178 i] Proinde cum boni coniuges aut meritum augere desiderant, aut anteactae uitae culpas delere, ut se[179 k] astringant, et meliorem uitam appetant, licet. Sic enim[180 l]** multos sanctorum nouimus[181] cum suis coniugibus et[182] prius continentem uitam duxisse, et postmodum ad sanctae ecclesiae regimina migrasse. Si uero continentiam, quam uir appetit, mulier[183 m] non[184] sequitur, aut quam appetit uxor uir recusat[185], diuidi coniugium non potest[186], quia scriptum est[187]: „Mulier sui potestatem corporis non habet, sed uir; similiter et uir potestatem sui corporis non habet, sed mulier."

C. XX. *Absque uiri consensu monasterio mulier deputata ad eius consortium redire non prohibetur*[188].

Idem Leoni, Episcopo Catanensi, [lib. III. ep. 34.][189]

Multorum relatione conperimus, hanc apud uos olim consuetudinem fuisse[190 a], ut subdiacones suis licite[191] miscerentur coniugibus. Quod ne denuo quisquam presumeret, a Seruo dei, sedis nostrae diacone, ex auctoritate nostri decessoris[192] isto est modo prohibitum, ut eodem tempore hii, qui iam uxoribus fuerant copulati, unum e[193] duobus eligerent, id[194] est aut certe ministrare nulla ratione presumerent, aut a suis uxoribus abstinerent[195]. Et, quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit offitio, et usque in obitus sui tempora[196 b] notarii quidem gessit offitium, et a ministerio, quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit[197]. Post cuius obitum, quia relicta eius Honorata marito est sociata, a tua[198 c] fraternitate in monasterio cognouimus deputatam[199 d]. Ideoque, si, ut fertur, eius se maritus ab administratione suspendit, antedictae mulieri non debet officere, quod ad secunda uota[200 e] coniugii migrauerit[201 f]: presertim, si non tali mente subdiacono iuncta est, ut a carnis uoluptatibus abstineret. Si ergo ita se ueritatem, quemadmodum edocti sumus, habere cognoscis, predictam mulierem de monasterio per omnia conuenit te relaxare, ut ad suum maritum sine aliqua possit formidine remeare.

C. XXI. *Ad uxorem redire cogitur*[202 a] *qui sine eius consensu religiosam uestem suscepit*[203].

Idem Adriano, Panormitano Notario, [lib. IX. epist. 44.][204]

Agathosa latrix[205] presentium questa[206] est, uirum[207 b]

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. II. c. 18. a) praecepit — c. 19. a) Theoctistae b) coelesti legislatori c) ergo d) vel etiam e) illicita vota f) una eademque g) quando h) quod i) Et infra: §. 1. k) se ad continentiam l) Et quidem** (Et quid. . . . migrasse *transposita sunt a Corr. ante verba:* Duobus enim m) uxor — c. 20. a) tenuisse b) tempus c) tua eam d) destinatam e) secundam coniugii copulationem f) migravit — c. 21. a) cogatur b) maritum

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Apostolici: In tomis conciliorum est: *censura apostolica.* In collectione prima Decretalium: *censura apostolici magisterii.*

† Si utriusque partis sederit voluntati: Haec non sunt in collectione conciliis inserta.

†† Non contrahunt: In aliquot vetustis, et in prima collectione Decretalium legitur: *nuptias contrahunt;* in altera autem collectione: *quibus inter se nuptias contrahere non licet.*

C. XIX. * Conversio: In originali est: *ista migratio vel conversio* [nec tamen in Ed. Maur.].

** Et quidem: Haec sunt restituta in suum locum, quae antea [Codd. et Edd. coll. o.] transposita fuerant inter vers. *Licet.* et vers. *Si vero.*

Causa XXVII. Quest. II. can. 18. 136) magistratum: *Ed. Bas.* 137) nostras: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; vir: *Corr.* 138) reddemus: *Edd. Bas. Lugd.* I. 139) muliere: *Ed. Bas.* 140) *Gen. c.* 2. *v.* 24. 141) verb. dic.: *deest: Ed. Bas.* 142) quia: *ib. Corr.* 143) fil.: *deest: Ed. Arg.* 144) illi: *deest: Edd. coll. o.* 145) unius: *Ed. Bas.* 146) se dederit: *Ed. Ven.* II. 147) quibus: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 148) re hui.: *Ed. Bas.* 149) decernimus: *Edd. Lugdd.* II. III.; decrevimus: *Edd. rell. pr. Bas.;* monstratis: *Corr.* 150) I. *Cor. c.* 7. *v.* 3. 151) *Codd. coll. o.* 152) liceat: *CD* ‖ can. 19. 153) *ABCD;* Theustinae: *G;* Thustinae: *EH;* — *Ep.* 45. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1395. — *Ans.* X, 18. (20.); *Ivo Decr.* VIII, 129.; *Ivo Pan.* VI, 78.; *Caes.* X, 63.; *Lomb. Sent.* IV, 27. 154) si enim (qui: *deest*): *orig.;* si dicunt aliqui: *Ivo Decr. Pan.* 155) gratia: *ACD Turrecrem.* 156) solui: *EGH* 157) ver.: *deest: orig. Ivo Decr. Pan.* 158) quia: *deest: Edd. coll. o., nec tamen ut R. censuit a Corr. est insertum.* 159) si: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 160) dixit: *Ivo Decr.;* — *Matth. c.* 19. *v.* 6. 9. 161) quae: *Ivo Decr.* 162) quae: *Ivo Decr. Pan.* 163) Quis .... una: *deest: Ivo Pan.* 164) huius: *ACD;* huius latori legis: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 165) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 166) *Gen. c.* 2. *v.* 24. 167) *Codd. coll. o. Ans.;* *deest: Ivo Decr. Pan.* 168) *add.:* et unum corpus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 169) dimittat: *Ed. Bas. Ivo Decr.* 170) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. Ivo Decr. Pan.* 171) *Codd. coll. o. Corr. Turrecrem. orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 172) est: *deest: Ivo Decr.* 173) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* ead.: *Ivo Decr.* (una et: *deest*) 174) et ex: *orig. Ans. Ivo Decr.* 175) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.;* cum . . . licet: *deest: Ans.;* cum . . . Proinde: *deest: Ivo Decr. Pan.* 176) sit: *EGH* 177) *Codd. coll. o. pr. B* 178) *Codd. coll. o.* 179) *Codd. et Edd. coll. o.* 180) *ib.* 181) legimus vel novim.: *EGH* 182) et: *deest: H Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 183) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 184) non . . . vir: *deest: Ivo Pan.* 185) recuset: *ib.* 186) licet: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan.;* *finis canonis: Ivo Decr.* 187) I. *Cor. c.* 7. *v.* 4. ‖ can. 20. 188) prohibeatur: *Codd. coll. o. pr. AC* 189) Catinensi: *BC;* Carthagin.: *D;* — *Ep.* 36. *scr. ao.* 594. *lib.* IV. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 941. — *Ans.* VII, 148.; *Polyc.* IV, 31, (32,) 41. 190) *Codd. et Edd. coll. o.* 191) lic.: *deest: orig.* 192) praedec.: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 193) de: *EG* 194) id est: *deest: EGH* 195) *finis canonis: Polyc.* 196) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ans.* 197) *seqq. desunt et alia exstant ap. Ans.* 198) *Codd. et Edd. coll. o.* 199) *Codd. coll. o. pr. D;* — *Ed. Bas. orig.;* *add.:* esse: *CD orig.* 200) *Codd. et Edd. coll. o.* 201) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* ‖ can. 21. 202) *Codd. coll. o.* 203) susceperit: *AB* 204) *Ep.* 50. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1400. — *Reg. Appdx.* II, 23.; *Burch.* IX, 48.; *Ans.* X, 19. (21.); *Ivo Decr.* VIII, 186.; *Ivo Pan.* VI, 84.; *Coll. tr. P.* I, 55, 26.; *Polyc.* VI, 5, (4,) 19.; *Coll. duod. P.* III, 157.; *Caes.* X, 64.; *Lomb. Sent.* IV, 27. 205) lat. pres.: *deest: Ans. Polyc.* 206) conquesta: *EGH* 207) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.*

suum contra uoluntatem suam in monasterio Urbici abbatis esse conuersum. Quapropter[208c] experientiae tuae precipimus, ut diligenti inquisitione discutiat[210], ne forte[211d] eius uoluntate conuersus sit[212], uel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc reppererit, et illum in monasterio permanere[213e] prouideat[214], et hanc, sicut promisit, mutare conpellat. Si uero nichil horum est, nec quondam[215] fornicationis crimen (propter quod[216f] licet[217] uxorem[218] dimittere)[219] predictam mulierem conmisisse cognoueris[220], ne illius conuersio[221] uxori relictae in seculo fieri possit perditionis occasio, uolumus, ut[222] maritum suum illi, etiamsi[223] iam[224] tonsuratus est[225], reddere[226] debeas omni[227] excusatione[228] cessante, quia[229], etsi[230] mundana* lex precipit[231] conuersationis[232g] gratia utrolibet[233] inuito solui posse coniugium, diuina tamen lex fieri non permittit[234]. Nam, nisi[235h] fornicationis causa, uirum[236i] uxorem dimittere[237] nulla[238] ratio[239k] concedit[240l], quia post, quam copulatione coniugii uiri atque[241] mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti[242], et ex parte remanere[243] in seculo.

C. XXII. *Sine uxoris consensu religionis propositum uir sumere non ualet*[244a].

Item ex VIII. Sinodo[245].

Si quis coniugatus* uult conuerti ad monasterium, non est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam si illa uiuente illo per incontinentiam alteri[246] nupserit, proculdubio adultera erit. Nec recipitur apud Deum[247] eiusdem[248b] uiri conuersio[249], cuius sequitur coniugalis federis prostitutio. Tales igitur tunc[250] sine culpa secuntur Christum derelicto[251c] seculo, si habent[252d] ex pari uoluntate castitatis consensum.

C. XXIII. *Sine conscientia episcopi uiro et uxori causa religionis diuertere non licet.*

Item ex Sinodo Eugenii Papae [II., in Sinodo Romana c. 36.][253]

Si uir et uxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint uita, nullatenus sine conscientia episcopi fiat, ut ab eo singulariter prouiso constituantur loco. Nam uxore nolente[254], aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non soluitur.

C. XXIV. *Sine uxoris uoluntate uiro continere non licet.*

Item Augustinus de adulterinis coniugiis[255a]*.

Si tu abstines sine uxoris uoluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, et peccatum illius tuae inputabitur abstinentiae.

C. XXV. *Vir non est suscipiendus in monasterium, nisi uxor*[256] *conuertatur.*

Item Gregorius Urbico Abbati, [lib. V. ep. 49.][257]

Quia Agatho lator presentium in monasterium[258a] dilectionis tuae conuerti desiderat, hortamur, ut eum omni cum dulcedine deuotioneque[259b] suscipias. §. 1.[260c] Quem tamen suscipiendum ita esse cognosce, si et[261] uxor illius[262] similiter[263] conuerti uoluerit. Nam dum unum utrorumque corpus coniugii copulatione sit factum, incongruum est partem conuerti, et partem in seculo remanere.

C. XXVI. *Continentiae uota non licet uxori suscipere, nisi eandem uir eius elegerit uitam.*

Item Nykolaus Papa [Carolo Regi][264].

Scripsit* nobis Theberga[265a] regina, se uelle[266b] dignitate seu[267c] copula exui, et sola[268] uita priuata esse contentam desiderare. Cui[269] nos scripsimus, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem uitam coniux eius Lotharius elegerit[270]. §. 1.[271d] Nam licet** sit scriptum: „Quod[272] Deus coniunxit homo non separet.“ Deus tamen, et non homo separat, quando diuini amoris intuitu ex consensu utriusque coniugis matrimonia dissoluuntur. Aliter autem[273] fieri mutuam separationem uestram prohibemus.

Gratian. *Ecce, quod coniugati sine consensu*[274e] *alterius continentiam profiteri non possunt. Sponsi uero, etiam inconsultis quas sibi desponsauerunt, exemplis et auctoritate*[275f] *probantur continentiam posse seruare. Ut enim refert B. Ieronimus, Macharius, precipuus inter Christis heremitas, celebrato nuptiarum conuiuio, cum uespere thalamum esset ingressurus, ex urbe egrediens transmarina petiit, et heremi solitudinem, sibi elegit.* §. 1. *Item B. Alexius, Epiphanii*[276g] *clarissimi*[277] *filius, similiter ex nuptiis diuina gratia uocatus, sponsam deseruit, et nudus Christo famulari cepit. Horum exemplo patet, quod sponsi non exquisito consensu suarum sponsarum continentiam profiteri ualent.*

Probatur idem auctoritate Eusebii Papae dicentis[278]:

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. II. c. 21. c) Quod quia[209] ad eiusdem abbatis culpam et inuidiam non est dubium pertinere d) forte cum e) remanere f) quod viro g) conversionis h) excepta i) vir k) ratione l) conceditur — c. 22. a) potest b) eius c) relicto d) habeant — c. 24. a) Item Ioannes Chrysostomus hom. I. in Psalm. 50.* — c. 25. a) monasterio b) dilectioneque c) Et infra: §. 1. — c. 26. a) Thietberga b) regia c) vel maritali copula d) Et in altera epistola ad Lotharium regem e) licentia alterutrius f) auctoritatibus g) Euphemiani

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXI. * Mundana: Habetur Nov. 123. c. 58., et est divisa apud Iulianum.

C. XXII. * Si quis coniugatus: Haec usque ad vers. *Nam si illo,* habentur apud B. Basilium in regulis fusius disputatis cap. 12. Burchardus quidem, Polycarpus et Ivo part. 8. c. 183. citant totum hoc caput ex dictis Basilii. Idem vero Ivo c. 220. et auctor Panormiae [l. 6. c. 85.] citant epistolam Alexandri II. Landulpho scriptam, in qua hoc idem ex B. Basilio refertur. Et pars prior illius epistolae refertur infra 33. q. 5. *Notificasti.*

C. XXIV. * Antea citabatur Augustinus de adulterinis coniugiis, apud quem l. 8. c. 4. habetur sententia, sed non verba, quare restitutus est titulus ex Ivone.

C. XXVI. * Scripsit: Usque ad vers. *Elegerit,* sunt ex epistola Nicolai I. Carolo regi scripta, cuius initium est: *Nunquam dolorem,* et exstat in codice monasterii Dominicanorum.

** Nam licet: Haec usque ad finem sunt ex epistola eiusdem Nicolai scripta Lothario, cuius initium est: *Audito revertente misso nostro,* et exstat in eodem codice.

Causa XXVII. Quest. II. can. 21. 208) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* quippe: *Ivo Pan.* 209) quia: *deest: Coll. tr. P.* 210) discutias ... repereris ... provideas ... compellas: *Coll. tr. P.* 211) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 212) sit: *deest: Coll. tr. P.* 213) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Reg. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 214) praevideat: *ABEGH* 215) quiddam: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 216) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan.* 217) *add.:* etiam: *EGH Ed. Bas.* 218) relinquere: *orig. Reg. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 219) uxores: *Edd. Lugdd.* II. III. 220) cognoverit et ne: *Ivo Pan.* 221) conversione: *Polyc.* 222) ut: *deest: EGH;* suam: *deest: EG;* illi: *deest: EGH* 223) vel si: *orig. Reg. Burch. Coll. tr. P.;* et si: *Ivo Decr.* 224) iam: *deest: Ivo Pan.* 225) sit: *EGH Ed. Bas. Coll. tr. P.* 226) ad propriam redire uxorem: *EGH;* debeat: *Ans.;* reddas (deb.: *deest*): *Burch. Ivo Decr.* 227) omnino: *Reg. Coll. tr. P.* 228) prorsus excus.: *EGH Ed. Bas.* 229) quia ... perm.: *deest: Burch. Ivo Decr. Pan.* 230) etiamsi: *AEGH* 231) precepit: *CD Ed. Bas.* 232) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 233) utrumlibet: *Ans.* 234) permisit: *EGH Ed. Bas.* 235) *Codd. coll. o.* 236) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I.; — *Reg. Burch. Ans. Ivo Decr. Polyc. Coll. tr. P.;* viro: *Ivo Pan.* 237) relinquere: *Reg. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 238) nonnulla: *Edd. Ven.* I. II. 239) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Coll. tr. P.* 240) *ib. Reg. Ans. Polyc.* 241) et: *Coll. tr. P.* 242) conu. ... parte: *deest: Ans. Coll. tr. P.* 243) manere: *EGH Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Decr.* || can. 22. 244) *Codd. coll. o. pr. A* (viro .. licet) 245) *imo Basilius — cf. Corr. — Reg.* II, 109. (ex dictis Basilii); *Burch.* IX, 45. (ut ap. Reg.); *Ans.* X, 20. (22.); *Ivo Decr.* VIII, 183. (ut ap. Reg.); *Coll. tr. P.* II, 14, 22.; *Polyc.* VI, 5, (4,) 40 *Caes.* X, 65. — *Lomb. Sent.* IV, 27. 246) alii: *Coll. tr. P.* 247) Dominum: *Ans. Polyc.* 248) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. Polyc.;* eiusmodi: *Reg. Ivo Coll. tr. P.;* huiusmodi: *Burch.* 249) conversatio: *Burch.* 250) tunc: *CD* 251) *Codd. et Edd. coll. o.* 252) *ABC Burch.;* habuerint: *H* || can. 23. 253) *hab. ao.* 826. *in Mon. Germ. LL.* II, 2, 12.; *sed potius sensus quam ipsa verba redduntur concilii canonis. — Jaffé ante no.* 1946. — *Ivo Decr.* VIII, 127.; *Ivo Pan.* VI, 76.; *Caes.* X, 98.; *Lomb. Sent.* IV, 27. 254) volente: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Ivo Pan.* || can. 24. 255) *Codd. coll. o. Ivo Pan.; — imo ex apocrypha Hom. I. Ioannis Chrysost. in Psalm.* 50. — *Ivo Decr.* VIII, 130.; *Ivo Pan.* VI, 79.; *Lomb. Sent.* IV, 27. || can. 25. 256) et uxor: *EGH* 257) *Ep.* 48. *scr. ao.* 596. *lib.* VI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1061. — Greg.: *deest: EGH* 258) *ABCD* 259) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr.* 260) *Codd. coll. o.* 261) et: *deest: Edd. Ven.* II. *Par. Lugd.* I. 262) ipsius: *orig.* 263) *add.:* cum eo: *EH Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; cum illo: *G* || can. 26. 264) *Ep. sc. ao.* 867. *ap. Mansi* XV, 2175. — *Reg.* II, 112. (*can. cont.*); *ib.* I, 108. (*can.:* itaque summo studio); *Burch.* IX, 49.; *Ans.* X, 21. (23.); *Ivo Decr.* VIII, 128. *ib.* 188. (*can.:* itaque etc.); *Ivo Pan.* VI, 77. 83. (*can.:* itaque etc.); *Caes.* X, 99. *Lombard. Sent.* IV, 27. 265) *ABEGH Edd. Bas. Par. Lugd.* I.; Theiberga: *CD Ivo Decr.;* Theoberga: *Edd. rell. Ivo Pan.;* Thieberga: *Ans.;* Thietbirga: *Reg. Ans.* 266) *ABCD Ans. Ivo Decr. Pan.* 267) *Codd. coll. o. orig. Reg. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.; add.:* maritali: *DEGH* 268) solam: *Burch.* 269) Cui rescripsimus: *EGH Ed. Bas.* 270) *finis canonis: Ans. Burch.* (*apud quem alia sequuntur*) 271) *ex ep. ad Loth. regem scr. eod. anno. ap. Mansi* XV, 323. — *Jaffé no.* 2175. 272) *Matth. c.* 19. *v.* 6. 273) aut.: *deest: A;* enim: *Ivo Pan.* 274) *Codd. coll. o.* 275) *ib.* 276) *ib.* 277) clarissimus: *CD* || can. 27. 278) *est in libro poenit. Theod. Cant., qualis est editus a Petito c.* 11. — *non exstat ap. Hildenbrand. — Burch.* VIII, 19.; *Ans.* X, 6. (7.); *Ivo Decr.* VII, 40.; *Coll. tr. P.* III, 12, (13,) 2.; *Coll. duod. P.* III, 322. *Lombard. ib.*

C. XXVII. *Desponsata puella non prohibetur monasterium eligere.*

Desponsatam puellam non licet parentibus alii uiro tradere[279]; tamen[280 a] monasterium sibi[281] licet eligere[282].

C. XXVIII. *Desponsata inpune monasterium potest eligere*[283].

Item Gregorius in Registro, [lib. VI. epist. 20. ad Fortunatum][284 a].

Decreta legalia desponsatam, si conuerti uoluerit, nullo censuerunt omnino dampno mulctari.

Gratian. *Cum ergo coniugatorum continentia, nisi ex amborum consensu, Deo offerri non ualeat; cum uir*[285] *sui corporis potestatem non habeat, sed mulier, sponsae autem monasterium possint eligere, et*[286] *sponsi non exquisito consensu sponsarum propositum melioris uitae assumere ualeant: patet, quod inter sponsum et sponsam coniugium non est.* §. 1. *Item cum secundum Augustinum* illa mulier non pertineat ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse conmixtio sexus. Item*[287 b] *secundum Leonem*[288] *illa non pertinet*[289 c] *ad matrimonium, in*[290 d] *qua docetur non fuisse nuptiale misterium*[291 e]*: apparet, quod inter sponsum et sponsam coniugium non est.* §. 2. *Item Nykolaus Papa*[292] *precepit*[293]*, de his, qui ab aduersariis excecantur, aut*[294 f] *membris detruncantur, ut ob hanc infirmitatem talium coniugia non soluantur.* §. 3. *De his autem, qui causa frigiditatis uxoribus debitum reddere non possunt, statuit Gregorius*[295] *Papa, ut uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat, quod numquam permixtione*[296 g] *carnis coniuncti una caro effecti fuissent. Tunc mulier secundas nuptias poterit contrahere; uir autem, qui frigidae naturae est, maneat sine spe coniugii.*

Unde idem scribit Venerio, Caralitano Episcopo, ita dicens*[297]:

C. XXIX. *Si mulier probauerit, quod a uiro suo numquam cognita fuerit, separetur*[298].

Quod autem interrogasti me[299 a] de his, qui matrimonio[300] iuncti[301] sunt, et nubere non possunt, si ille aliam, uel illa alium possit accipere[302], de[303] quibus[304 b] scriptum** est[305]: Vir et mulier, si se coniunxerint, et postea dixerit[306] mulier de uiro, quod non possit coire cum illa[307 c], si potest probare per uerum[308] iudicium, quod uerum sit, accipiat alium.

Gratian. *Ecce, inpossibilitas coeundi, si post carnalem copulam inuenta fuerit in aliquo, non soluit coniugium. Si uero ante carnalem copulam deprehensa fuerit, liberum facit mulieri alium uirum accipere. Unde apparet, illos non fuisse coniuges; alioquin non liceret eis ab inuicem discedere, excepta causa fornicationis; et sic discedentes oportet manere innuptos, aut sibi inuicem reconciliari.* §. 1. *Item si coniunx sponsa esset, mortuo sponso remaneret*[309] *uidua. Si autem uidua esset, uir eius ad sacros ordines conscendere non posset. Maritus enim uiduae, eque sicut et bigamus, sacerdos fieri prohibetur. Ex huius autem copula nullus prohibetur a sacris ordinibus. Ut enim ait Pelagius*[310] *Papa: „Nichil est (quantum ad hunc articulum attinet) quod ei obuiet de canonicis institutis." Apparet ergo, non fuisse hos coniuges.* §. 2. *Item si coniuges essent, discessio ab inuicem esset diuortium. Sed horum separationem negat Ambrosius esse diuortium, dicens de B. Maria, quam Ioseph sibi desponsauerat, et in suam duxerat: „Ioseph*** numquam cognouit eam. Nam si uir iustus eam cognouisset, numquam a se discedere passus esset, nec Dominus, qui uxorem preceperat a uiro non discedere, nisi causa fornicationis, conmendans eam discipulo, auctor diuortii fuisset." Ecce, conmendatio Mariae Iohanni, et detractio Ioseph*[311] *negatur fuisse diuortium, quia Ioseph non cognouerat eam. Unde apparet, eos non fuisse coniuges. Si autem B. Maria, quam Ioseph sibi desponsauerat, et in suam duxerat, coniux negatur fuisse, multo minus ista, que simpliciter sponsa erat, coniux est appellanda.*

C. XXX. *Sororem*[312] *uxoris polluens neutram ualet habere.*

Item ex Concilio Aurelianensi[313]*.

Qui dormierit cum duabus[314] sororibus, et una ex illis ante[315 a] uxor fuerat[316 b] nec unam[317 c] ex ipsis[318] habeat, nec[319] ipsi adulteri[320] umquam in[321] coniugio copulentur[322].

Gratian. *Id*[323] *est, nec propriae uxori licet sibi reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Nec etiam post mortem uxoris licet ei, uel adulterae*[324 d] *alicui copulari in coniugium*[325 e].

De sponsa uero econtra legitur in Concilio Triburiensi[326]:

C. XXXI. *De eo, qui dormiuit cum sponsa fratris sui.*

Quidam desponsauit uxorem, et dotauit[327 a], et[328] cum ea coire non potuit: quam clanculo frater eius corrupit[329] et grauidam reddidit. Decretum est, ut, quamuis nupta non potuerit[330] esse legitimo uiro, desponsatam tamen fratri frater habere non possit; sed mechus et mecha fornicationis quidem uindictam[331] sustineant, licita uero coniugia eis non negentur.

C. XXXII. *Qui*[332 a] *sponsam filii sui obprimit*[333 b]*, simul cum ea sine spe coniugii maneat.*

Item ex eodem[334].

Si quis[335] sponsam filii sui oppresserit, et postea filius eius[336] eam[337] duxerit, pater postmodum[338] non habeat uxorem, nec mulier[339] uirum[340]. Filius[341], qui[342] facinus patris ignorauit[343], aliam[344] accipiat.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. II. c. 27. a) tamen illi — c. 28. a) Regesto b) Item quum c) pertineat d) eum e) ministerium f) et g) per commixtionem — c. 29. a) me: *deest* b) his ita c) ea — c. 30. a) antea b) fuerit c) neutram d) adultero e) coniugio — c. 31. a) dotavit eam — c. 32. a) Si quis b) oppresserit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVIII. * Secundum Augustinum: Gratianus hic repetit quae sup. c. *Non est dubium,* et c. *Quum societas,* ex Augustino et Leone attulit valde corrupta, ut ibi notatum est.

C. XXIX. * Idem: Hoc idem caput infra 33. quaest. 1. citatur ex Gregorio Ioanni, Ravennati episcopo, itemque a Burchardo et Ivone p. 8. c. 178. In Panormia autem exprimitur: *Gregorius iunior* [in ed. coll. et Brandtiana simpliciter citatur ex Greg. ad Ioann. Ravennat.]. Sententia vero ipsa refertur ex Gregorio in Decretalibus tit. de frig. et malefic. cap. *Laudabilem,* et ab Ivone ead. part. cap. 80. ex Capitularibus, ubi habetur lib. 6. cap. 55.

** Scriptum: Auctor glossae hic ait: *in Lombarda,* et infra 33. q. 1. hoc eodem loco ait: *primo libro capitulari Caroli, scilicet in Lombarda.* Nunc habetur Capitul. lib. 6. c. 55. additis in extremo his verbis: *eo quod iuxta Apostolum non potuit illi reddere suum debitum.*

*** Ioseph: Verba B. Ambrosii lib. 2. comment. ad c. 1. Luc. (quae propius accedunt ad hunc locum, quam quae habentur lib. 10. ad cap. 23.) sunt haec: *Utique, si convenissent, nunquam virum proprium reliquisset, nec vir eam iustus passus esset a se discedere. Quomodo autem Dominus divortium praecepisset, quum ipsius sit sententia, quia nemo debet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis?*

C. XXX. * Aurelianensi: Hoc idem infra 32. q. 7. *Qui dormierit,* videtur citari ex conc. Moguntino. Sed in nullo Aurelianensi aut Moguntino est inventum, quemadmodum neque sequentia in Triburiensi.

Causa XXVII. Quest. II. can. 27. 279) dare: *Ans. Ivo Coll. tr. P.* 280) *Codd. coll. o. Burch. Ans. Ivo Coll. tr. P.;* tamen: *deest: Ans.* 281) sibi: *deest: Ans. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 282) *add.:* si voluerit: *Ans.* || can. 28. 283) *rubr. deest: AB; in A legit.:* de eodem 284) *Codd. coll. o.; — Ep.* 23. *scr. ao.* 597. *lib.* VII. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1101. — *Ans.* X, 8. (*can.:* Castellus praesentium; — *contin.*); *Pet. Lomb. l. c.* 285) I. *Cor. c.* 7. *v.* 4. 286) et: *deest: ACD* 287) *ABCD* 288) *cf. supra c.* 17. 289) *ABCD* 290) *Codd. coll. o.* 291) *ib.* 292) *cf. c.* 25. *qu.* 7. *C.* XXXII. 293) precipit: *AEGH* 294) *Codd. coll. o.* 295) *cf. c.* 2. *qu.* 1. *C.* XXIII. 296) *Codd. coll. o. pr. B* (per mixtionem) || can. 29. 297) *imo Rabanus ad Heribaldum* (*scr. ao.* 853.) *c.* 29. — *Reg.* II, 243.; *Burch.* IX, 40. (*can. cont.*); *Ans.* X, 26. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* VIII, 178. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* VI, 115. (*can. cont.*); *Polyc.* VI, 4, 25. (*can. cont.*); *Lomb.* IV, 34. 298) separentur: *ABC* 299) *ABCD Edd. coll. o. Ans.* 300) in matr.: *EGH Ed. Bas. Burch. Ivo Decr. Polyc.* 301) coniuncti: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 302) ducere: *Reg. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 303) de: *deest: Ivo Pan. Polyc.;* non cum auctoritate, sed de quorundam statutis respondemus, in quibus scriptum est: *Reg.* 304) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.;* quibus ita: *Edd. rell.* 305) *cf. Ben. Lev.* II, 55. 306) dicat: *AEGH Ed. Bas.* 307) *ABCDH Ed. Bas. Ans. Polyc.* 308) iustum: *orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.;* per . . . . iud.: *deest: Ben. Lev.* 309) maneret: *EGH* 310) Gelasius: *ACDH; — cf. c. ult. Dist.* XXXIV. 311) a Ioseph: *EGH* || can. 30. 312) Qui soror.: *EH* 313) *imo c.* 12. *Capit. Vermeriens. ao.* 753. *Mon. Germ. LL.* I, 23. *Reg.* II, 216.; *Burch.* XVII, 3.; *Ivo Decr.* IX, 69. 314) duobus: *orig.* 315) *Codd. coll. o.* 316) *ib.;* fuit: *Burch.* 317) *Codd. coll. o.;* nullam: *orig. Reg.* 318) illis: *orig.* 319) nec illa adultera soror, nec ille vir qui cum illa adulteravit alios umquam accipiant: *orig.* 320) adulterae: *AB Burch.;* adultero: *Edd. coll. o.* 321) in: *deest: Reg. Burch. Ivo* 322) copuletur: *Edd. Pan. Lugdd.* 323) Idem nec: *C;* Quod: *D* 324) *Codd. coll. o.* 325) *Codd. coll. o. pr. H* (*deest*) || can. 31. 326) *Videntur Burch.* XVII, 49.; *Ivo Decr.* IX, 100.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 29.; *Caes.* X, 29. *can.* 41. *Concil. Tribur. hab. ao.* 895. *paucis reddere voluisse quod suo more ante ipsos fecerat Reg.* II, 246. (*can.:* vir si duxerit uxorem) 327) *ABCD Burch. Ivo Coll. tr. P.* 328) et: *deest: EGH* 329) corrumpit: *Burch.* 330) potuit: *ABD Edd. coll. o. pr. Bas.* 331) poenam: *Ivo* || can. 32. 332) *Codd. coll. o.* 333) *Codd. coll. o. pr. C* 334) *c* 13. *Capit. Compend. ao.* 757. *in Mon. Germ. LL.* I, 28.; *Reg.* II, 218.; *Burch.* XVII, 18.; *Lomb.* IV, 27. 335) quis: *deest: orig.* 336) eius: *deest: ib.* 337) ipsam acceperit: *ib.* 338) postea: *ib.* 339) et ipsa femina non habeat: *ib.;* nec ipsa mulier: *Reg. Burch.* 340) *add.:* quia non dixit, quod pater eius cum ipsa mansisset: *orig.* 341) *add.:* vero eius: *ib.* 342) qui nesciens fecit: *ib.* 343) ignoraverit: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 344) mulierem legitimam: *orig.*

Gratian. *Si illa, quam uir sororis suae cognouerit, perpetuo copulari prohibetur, hic uero*[345], *qui sponsam fratris sui corrupit*[346], *peracta penitencia matrimonium contrahere permittitur, apparet, hanc non fuisse coniugem fratris eius.* §. 1. *Item mulier causa fornicationis a uiro suo dimissa aut ei reconciliabitur, aut illo*[347c] *uiuente manebit innupta. De sponsa uero contra inuenitur in I. libro Capitularium* [c. 105. et l. VII. c. 183.,] *in quo ita legitur*[348a]:

C. XXXIII. *Si sponsus raptam recipere noluerit, liceat sibi nubere alii.*

Raptor publica penitencia mulctetur. Raptam[349b] uero, si[350c] sponsus recipere noluerit, et ipsa eidem crimini consentiens non fuerit[351], licentia nubendi alii non negetur.

C. XXXIV. *De eadem.*

Item ex Concilio Tolletano[352*].

Statutum est a sacro conuentu, ut si quis[353] sponsam alterius rapuerit, publica penitencia mulctetur, et sine spe coniugii maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit[354], licentia nubendi alii[355] non negetur. Quod si[356] post hec coniungere se[357] presumpserint[358], utrique[359] usque ad satisfactionem** anathematizentur.

III. Pars. Gratian. *Apparet ergo, hanc non fuisse coniugem, cui uiuente sponso alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo secundum Ambrosium et reliquos Patres sponsae coniuges appellantur, et his omnibus argumentis coniuges non esse probantur? Sed sciendum est, quod coniugium desponsatione initiatur, conmixtione*[360] *perficitur. Unde inter sponsum et sponsam coniugium est, sed initiatum; inter copulatos est coniugium ratum.*

Unde Ambrosius[361*]:

C. XXXV. *In desponsatione coniugium*[362] *initiatur.*

Cum initiatur coniugium, coniugii nomen asciscitur, non cum puella uiri admixtione[363] cognoscitur.

Gratian. *Ecce, quod in desponsatione coniugium initiatur, non perficitur.*

C. XXXVI. *Coniunctorum permixtio*[364a] *matrimonium perficit*[365].

Item Ambrosius in lib. [I.] *de Patriarchis*[366*].

In omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat et perficit coniunctorum conmixtio corporalis.

C. XXXVII. *Matrimonium sponsali conuentione initiatur, conmixtione perficitur.*

Item Ieronimus super Abdiam[367a].

„Quapropter[368] in filiabus uestris fornicabuntur, et sponsae uestrae adulterae erunt." Notandum[369b], quod in filiabus dicit futuram fornicationem, et in coniugiis[370c] adulteria, que sponsali conuentione[371] initiantur, et conmixtione corporum perficiuntur.

C. XXXVIII. *Cum desponsata fuerit tradita et in usum deducta, recte coniunx appellatur.*

Item Ambrosius ad Paternum, [epist. LXVI.][372]

Si quis desponsata sibi et tradita utatur[373a*] coniugium uocatur[374].

Gratian. *Quare autem post nuptialia pacta non statim tradantur*[375b], *Augustinus in libro IV. Confessionum* [c. 3.] *ostendit, dicens*[376a]:

C. XXXIX. *Quare sponsae post pactum non statim tradantur.*

Institutum est, ut iam pactae sponsae non statim tradantur, ne uilem habeat maritus datam, quam[377b] suspirauerit[378] sponsus dilatam.

Gratian. *Iuxta hanc distinctionem intelligenda est auctoritas illa Augustini*[379]: *„Non dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse conmixtio sexus." Ad matrimonium perfectum subintelligendum est, tale uidelicet, quod habeat in se Christi et ecclesiae sacramentum. Ita et illud Leonis Papae*[380] *intelligendum est.* §. 1. *Sed obicitur illud Augustini*[381]: *„Inter Mariam et Ioseph fuit perfectum coniugium." Sed perfectum intelligitur non ex offitio, sed ex his*[382c], *que comitantur coniugium*[383d], *ex fide uidelicet, prole*[384] *et sacramento. Que omnia inter parentes Christi fuisse auctoritate Augustini probantur. Cuncta ergo, que de non separando coniugio inducta sunt, de perfecto intelliguntur, quod sponsali coniunctione*[385e] *est initiatum, et offitio corporalis conmixtionis est consummatum. Illa uero, quibus separabile coniugium ostenditur, de initiato intelliguntur, quod nondum offitio sui perfectum est.* §. 2. *Potest et aliter distingui. Sponsae appellantur coniuges consuetudine scripturae spe futurorum, non effectu presentium. Unde Ambrosius, cum dixisset*[386]: *„Cum initiatur coniugium," non addidit*[387]: *tunc res uel effectus, sed: „tunc nomen coniugii asciscitur," ostendens, tales nomen coniugii habere, non rem uel effectum. Item Augustinus, cum de parentibus Domini loqueretur, ait*[388]: *„coniuges fuerunt mente, non carne, sicut et parentes." Ex quo datur intelligi, quod sicut Ioseph pater Domini dictus est non effectu geniturae, sed offitio et cura prouidendi: sic et coniux matris eius appellatus est*[389f] *non coniugii effectu, sed subministratione necessariorum, et indiuiduae mentis affectu. Hinc Augustinus*[390] *ait: „Noli timere accipere Mariam coniugem tuam;" coniugem nominauit, quia futura erat uxor*[391]. *Hinc et*[392] *Beda super Leuiticum: „Si quis sponsam alterius uiolauerit, etc." sponsam uxorem dixit, non que tunc esset,"*[393g] *sed que futura erat uxor. Hinc et*[394a] *Ieronimus super Mattheum in euangelio*[395]: *„Cum esset desponsata."*[396]

C. XL. *Consuetudine scripturae sponsae coniuges, et sponsi uiri appellantur.*

„Genuit Ioseph uirum Mariae"[397]. Cum uirum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum, quod sponsi uiri, et sponsae uocentur uxores. *Et infra:* §. 1. Non ab alio inuenta est, nisi a Ioseph, qui pene licentia maritali futurae uxoris omnia nouerat. *Et infra:* §. 2. „Ioseph[398] fili Dauid, etc." Iam[399]

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. II. c. 32. c) eo — c. 33. a) quibus locis sic leg. b) Raptae c) si eam — c. 36. a) commixtio c. 37. a) Abd. Prophetam b) Notand. est c) coniugibus — c. 38. a) utatur rite* b) trad. sponsae — c. 39. a) lib. VIII. b) quam non c) iis d) officium coniugii e) conventione f) appellatur g) erat — c. 40. a) Hinc etiam

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIV. * In nullo Toletano conc. inventum est. Sed fere eadem leguntur in conc. Remensi Trosleiano, et lib. 1. Capitul. cap. 105. et lib. 7. c. 183., in legibus Longobard. lib. 1. tit. de rapt. mul. l. 12.

** Usque ad satisfactionem: Haec verba non sunt in Trosleiano, neque in Capitularibus; sunt tamen apud Burchardum et Ivonem [et Ans.], qui etiam citant Toletanum.

C. XXXV. * Integer textus affertur sup. ead. *Quum initiatur.*

C. XXXVI. * Caput hoc non est inventum apud Ambrosium, neque sequens apud Hieronymum.

C. XXXVIII. * Rite: Apud B. Ambrosium legitur: *utatur, coniugium vocat.* Sicut etiam apud Ivonem. Et quao antecedunt ac sequuntur ostendunt, aliam fuisse ipsius mentem, atque Gratianus putaverit et auctor Panormiae.

Causa XXVII. Quest. II. can. 32. 345) vero: *deest: BC* 346) corruperit: *CD* 347) *Codd. coll. o.* || can. 33. 348) *Codd. coll. o. — c. 24. Capit. Aquisgran. a.* 817. *Mon. Germ. LL.* I, 208.; — *Ans.* I, 99.; *Ivo Decr.* VIII, 26. (*can.:* raptus proprie; *cont.*); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 25. (*can. cont.*) 349) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 350) *ib. orig.* 351) fuit: *orig. Ivo Coll. tr. P.* || can. 34. 352) *est c.* 24. *Capit. Aquisgran. a.* 817. *in Mon. Germ. LL.* I, 208. *repetitum in Trosleiano c.* 8. *sed Grat. potius sensum quam verba reddidit. — Reg.* II, 155. (*can. consonat cum Grat.*); *Burch.* IX, 37. (*can.:* proinde placuit; *Ans.* XI, 98. *Ivo Decr.* VIII, 175. (*ut ap. Burch.*); *Lomb.* IV, 27. 353) aliquis: *Ivo* 354) fuit: *Burch.* 355) ei: *ib.* 356) si et ipsi: *Ans. Burch. Ivo* 357) se: *deest: Ans.* 358) presumserit: *A Edd. Bas. Ven.* I. II. *orig. Conc. Trosl.* 359) uterque: *Edd. coll. o.* 360) coniunctione: *BEGH* || can. 35. 361) *cf. supra c.* 5. 362) coniugii nomen asciscitur: *EGH*; rubr.: *deest: B* 363) commixtione: *EGH Ed. Bas.* || can. 36. 364) *Codd. coll. o. pr. B, ubi rubr. exstat canon.* 35. 365) *add.:* fecit vel: *EGH* 366) *caput incertum* || can. 37. 367) *ACD; — Caput incertum. — Lomb. Sent.* IV, 30. 368) *Os. c.* 4. *v.* 13. 369) *Codd. coll. o.* 370) *ib. Ed. Bas.* 371) coniunctione: *Edd. coll. o.* || can. 38. 372) *Ep.* 60. *scr. c. a.* 390. — *Ivo Decr.* VIII, 101. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* VI, 17. 373) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 374) vocat: *orig. Ivo Decr.* 375) *Codd. coll. o.* || can. 39. 376) *Codd. coll. o.*; in: *deest: BCD; — imo c.* 3. *lib.* VIII. — *Ivo Decr.* VIII, 33. *Ivo Pan.* VI, 10.; *Lomb. Sent.* IV, 27. 377) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 378) suspiravit: *EGH Ed. Bas.*; suspiraverat: *Ivo Decr.* 379) *cf. supra c.* 16. 380) *cf. supra c.* 17. 381) *cf. supra c.* 3. 382) *Codd. coll. o.* 383) *ib. Corr.* 384) et prole: *ACD* 385) *Codd. coll. o.* 386) *cf. supra c.* 5. 387) addit: *EGH* 388) *cf. supra c.* 9. 389) *ABEGH* 390) Gregorius: *ABC; — cf. c. idem.* 391) coniunx: *AEGH* 392) etiam: *CD* 393) *Codd. coll. o. pr. G* || can. 40. 394) *Codd. coll. o. pr. A (deest)* 395) *ad c.* 1. *v.* 17. 20. 396) *add.:* etc.: *EGH* 397) I. *Matth. c.* 16. 398) *ib. v.* 20. 399) Nam: *EH*; iam vero: *Ed. Bas.*

ut[400b] supra[401] diximus, sponsas uxores appellari[402], quod plenius liber aduersus Heluidium docet.

C. XLI. *De eodem. Idem super Genesim*[403]*.

„Egressus[404] itaque Loth locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias suas.“ In sequentibus filiae Loth uirgines fuisse[405a] dicuntur. Et ipse ad Sodomitas dixit: „Ecce duae filiae meae, que non cognouerunt uirum etc.“[406b] Nunc autem dicitur[407] habuisse generos. Sed[408c] quidam arbitrantur eas, que uiros habuerunt, in[409] Sodomis perisse, et que uirgines erant, cum patre exisse. Sed Hebraica ueritas habet: „Egressus[410] Loth locutus est ad sponsos suos,“[411] quod magis esse[412] uidetur ex hoc[413] quod sequitur: qui accepturi erant filias suas[414d]**.

Gratian. *Unde datur intelligi, quod scriptura sponsos generos uocat*[415].

C. XLII. *Maria coniunx dicitur more scripturae, cum simpliciter sponsa esset.*

Item Iohannes Os aureum in eod. euang.[416a]

„Prius, quam[417] conuenirent.“ Non dixit, prius, quam in sponsi adduceretur domum. Hunc enim[418b] morem seruabat antiquitas, ut sponsae in sponsorum domibus haberentur[419c]. Ut autem[420d] generi Loth apud socerum leguntur habitare[421e] cum sponsis nondum sibi copulatis lege coniugii, sic et[422f] Maria habitabat cum sponso. *Et infra:* §. 1. Neque enim[423] expellere eam de domo uoluit, sed dimittere. *Et infra:* §. 2. „Noli[424] timere accipere Mariam coniugem tuam:“ Quo sermone sponsam similiter[425] indicauit, sicut etiam eos, qui adhuc sponsi sunt, generos appellare consueuit scriptura. Quid est autem[426g] accipere? domi profecto retinere. Iam enim illam mente dimiserat. *Et infra:* §. 3. Sicut enim illam postea conmendat[427h] Christus ipsi[428i] discipulo, sic etiam[429k] nunc angelus copulat sponso, non in fedus solempne coniugii, sed in consortium conmunis habitaculi.

C. XLIII. *Dominus non conmendasset matrem discipulo, si eam Ioseph cognouisset.*

Idem in eodem om. V. [ad idem c. 1. Matth.][430a]

Si enim cognouisset eam, et loco uxoris habuisset, quomodo illam Dominus quasi absque solatio, et nichil penitus habentem discipulo conmendaret[431b], iubens illi, ut reciperet[432] eam in suam?

C. XLIV. *Maria uxor Ioseph appellatur, quia sic ab eo putabatur futura.*

Item Origenes in eodem, [hom. I. Euang.][433]

„Inuenta[434] est habens in utero.“ A B. Ioseph, qui, licet eam non contingeret, futurae tamen, ut putabat[435a], uxoris omnia nouerat[436]. *Et infra:* §. 1. Si tibi uxor nominatur, si in desponsatione[437b]* tibi esse dicitur, non tamen tibi uxor est, sed Dei unigeniti mater est eterna[438c]. *Et infra:* §. 2. Coniugem dico propterea, ut diabolo uirginitatem eius occultem[439d], ut legis instituta non destruam. In[440] sequentibus[441e] demonstrabo, quod nec ista tua coniux secundum consuetudinem coniugii habeatur, nec iste, qui[442] generatur, tuus filius esse credatur.

C. XLV. *Ad nuptias Mariae Ioseph non peruenit.*

Item Gregorius in expositione Euang. cum esset sero die illa[443a], [hom. XXVI.]

Sic quippe[444] discipulum[445b] post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit, sicut ante natiuitatem suam habere Mariam sponsum uoluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus est[446] discipulus dubitans et palpans testis uerae resurrectionis, sicut sponsus[447] matris fuerat custos integerrimae uirginitatis.

Gratian. *Ex his omnibus*[448c] *apparet, sponsas coniuges appellari spe futurorum, non re presentium. Quomodo ergo coniuges a prima fide desponsationis appellantur, si ista, que sponsa asseritur, coniux esse negatur? Sed a prima fide desponsationis coniunx dicitur appellari, non quod in ipsa desponsatione fiat coniunx, sed quia ex fide, quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges, sicut per fidem dicuntur remitti peccata, non quod ante baptisma*[449d] *per fidem remittantur, sed quia fides est causa, quare in baptismate*[450e] *a peccatis emundamur.* §. 1. *Illud autem Iohannis Crisostomi*[451]: „*Matrimonium non facit coitus, sed uoluntas;“ item illud Ambrosii*[452]: „*Non defloratio uirginitatis, sed pactio coniugalis matrimonium facit,“ ita intelligendum est: Coitus sine uoluntate contrahendi matrimonium, et defloratio uirginitatis sine pactione coniugali non facit matrimonium, sed precedens uoluntas contrahendi matrimonium*[453]*, et coniugalis pactio facit, ut mulier in defloratione suae uirginitatis uel in coitu dicatur nubere uiro, uel nuptias celebrare.* §. 2. *Item Siricius Papa*[454] *discessionem sponsae a sponso uocat coniugalem separationem, Sed talis discessio dicitur uiolatio coniugii non iam existentis, sed futuri, ut ex ipsa desponsatione sperabatur. Sic et diabolus dicitur cecidisse a beatitudine, non solum quam tunc habebat, sed etiam ad quam habendam creatus erat. Sic qui merito suae uitae uel scientiae in sacerdotem uel in*[455f] *episcopum eligitur, si interim electionem suam cassari meruerit, dicitur amittere sacerdotalem uel episcopalem unctionem, non quam iam*[456] *acceperat, sed ad quam accipiendam electus erat. Non ergo illa auctoritate sponsa coniux potest probari.* §. 3. *Sed concedatur, quod sponsa non sit coniux, tamen queritur, utrum liceat ei renunciare priori condicioni?*

Hoc autem prohibetur auctoritate Anchiritani[457a] *Concilii* [c. 11.] *in quo statutum ita*[458b] *legitur:*

C. XLVI. *Puellae desponsatae prioribus reddendae sunt, si eis raptae fuerint.*

Desponsatas puellas et post ab[459] aliis raptas placuit erui, et eis reddi, quibus ante fuerant desponsatae, etiam[460] si eis a[461] raptoribus uis illata constiterit.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVII. Quest. II. c. 40. b) et — c. 41. a) esse b) etc.: *deest* c) Sed: *deest* d) sponsos* qui accepturi erant filios eius. Necdum igitur virgines filiae matrimonio fuerunt copulatae — c. 42. a) hom. IV. ad c. 1. Matth. b) quippe c) haberentur. Quod nunc quoque fieri interdum videmus d) enim e) habitasse f) etiam g) enim h) commendavit i) ipse k) et — c. 43. a) in eod.: *deest* b) commendasset — c. 44. a) putabatur b) desponsata (in: *deest*) c) electa d) occultem, et ut Iudaeorum pravitatem excludam atque deiiciam e) consequentibus — c. 45. cum ... illa: *deest* b) disc. Dominus c) omn. auctoritatibus d) baptismum e) baptismo f) in: *deest* — c. 46. a) Ancyrani b) sic

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLI. * In hoc capite Gratianus retulit verba glossae ordinariae in cap. 19. Gen. ex Hieronymo.

** Sponsos: Sequebantur haec: *suos, quod quidem magis verum esse videtur ex hoc, quod sequitur, qui accepturi etc.*, quae sunt expuncta, quia neque apud B. Hieronymum, neque in glossa ordinaria habentur. Ex iisdem vero addita sunt a vers. *Necdum*, usque in finem, quoniam inde colligitur id, quod vult Gratianus.

C. XLIV. * Desponsata: Sic est emendatum ex ipsa homilia. Antea legebatur [Edd. coll. o. pr. Bas.]: *etsi in desponsatione uxor tibi esse dicitur*. Alia etiam nonnulla emendata et addita.

Causa XXVIII. Quest. II. can. 40. 400) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (sicut) 401) prediximus: *EG* 402) appellare: *Edd. coll. o.* ‖ can. 41. 403) item: *BDEGH; — Quaest. in Gen. c.* 19. *v.* 14. *— non omnino cum Grat. concordat.* 404) *Gen. c.* 19. *v.* 14. 405) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* 406) *Codd. coll. o.* 407) dicuntur: *CD* 408) *Codd. et Edd. coll. o.* 409) etiam in: *EGH* 410) eg. est Loth et: *ABC* 411) suos: *deest: EGH* 412) esse: *deest: AB;* verum esse: *EGH* 413) eo: *AB* 414) *Codd. coll. o. (sed cf. not.* 411—413.); *in Edd. coll. o. legitur ut infra ap. Corr.* 415) vocavit: *AC;* vocaverit: *D* ‖ can. 42. 416) *Codd. coll. o. — Hom.* IV. *ad c.* 1. *Matth. v.* 18. 417) *Matth. l. c.* 418) *Codd. et Edd. coll. o.* 419) *ib.* 420) *ib. — cf. Gen. c.* 1. 421) *ib.* 422) *Codd. coll. o.* 423) *Matth. c.* 1. *v.* 19. 424) *ib. v.* 20. 425) simpliciter: *AB Ed. Bas. Turrecrem.* 426) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 427) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 428) *Codd. coll. o.* 429) *ABCD* ‖ can. 43. 430) *Codd. coll. o.* 431) *ib. Ed. Bas.* 432) acciperet: *EGH Ed. Bas.* ‖ can. 44. 433) in eod.: *deest: AB; — hom.* 1. *ad c.* 1. *Matth. v.* 18. *inter homil. in divers. — non est Origenis.* 434) *Matth. c.* 1. *v.* 19. 435) *ABCD* 436) voverat: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 437) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 438) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (aeterni) 439) *Codd. et Edd. coll. o.* 440) et in: *orig.* 441) *ABCDH Edd. coll. o.* 442) *add.:* etiam: *Edd. coll. o. pr. Bas.* ‖ can. 45. 443) *Codd. coll. o. Turrecrem. — no.* 7. *Ed. Maur.* 444) *cf. Ioann. c.* 20. 445) *Codd. et Edd. coll. o.* 446) est: *deest: EGH* 447) sp. fuerat et matr.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 448) *Codd. coll. o.* 449) *ib.* 450) *ib.* 451) *cf. supra c.* 1. 452) *cf. supra c.* 5. 453) mat.: *deest: AB* 454) *cf. infra c.* 50. 455) *Codd. coll. o. pr. C* 456) iam: *deest: AEGH* ‖ can. 46. 457) *Codd. coll. o.; — hab. ao.* 314.; *— versio Dionys. — Ans. ded.* VII, 276. *Reg.* II, 154. *Burch.* IX, 38.; *Ivo Decr.* VIII, 176.; *Ivo Pan.* VI, 19.; *— versio Hisp.: Coll. tr. P.* II, 2, 2. 458) *ABCD* 459) ab: *deest: Burch.* 460) et ... const.: *deest: H;* et. *et post* eis: *deest: G* 461) a: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Par. Lugdd.*

C. XLVII. *Conmunione priuetur sponsa, nisi raptorem deserere, et ad sponsum suum redire uoluerit.*

Item Iohannes VIII. Rostano Archiepiscopo*[462a].

Atto[463b] presentium lator, dum in nostro seruitio fideliter excubaret, quendam uirum feminam sibi desponsatam queritur[464c] rapuisse. Et ideo fraternitas tua nostra auctoritate suffulta suffraganeos suos episcopos presentialiter conuocet, sicque[465d] unanimi sentencia, si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem, quam rapta, si ad pristinum sponsum remeare noluerit[466], omni conmunione priuentur.

IV. Pars. Gratian. *Sed aliud est priori condicioni renunciare, et de nuptiis cum alio agere; aliud est rapi, hoc est illicite constuprari.*

Unde Ysidorus Ethimolog. lib. V. c. 24.[467a] *ait*[468]:

C. XLVIII. *Quid sit raptus?*

Raptus[469] est illicitus coitus, a corrumpendo dictus; unde[470] qui rapto[471b] potitur stupro[472] fruitur.

Gratian. *Hec autem non ab alio rapta, sed alii desponsata monstratur. Raptam uero talem dici prohibet Gelasius Papa, ita dicens*[473a]:

C. XLIX. *Ibi raptus admittitur, ubi puella abducitur, de cuius ante nuptiis nichil actum*[474] *probatur.*

Lex illa preteritorum principum ibi raptum dixit[475] esse conmissum, ubi puella, de cuius ante nuptiis nichil actum fuerit[476], uideatur[477] abducta.

V. Pars. Gratian. *Quod autem in fine capituli subiungitur*[478]: „*etiam si eis a raptoribus uis illata constiterit,*" *ideo additum est, quia raptarum aliae se rapiendas exponunt, aliae uiolenter abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, prioribus*[479b] *reddendae sunt. Hec autem, ut supra dictum est, non inter raptas, sed inter alias*[480] *desponsatas connumeratur, et ideo non est huic auferenda, et priori reddenda.* §. 1. *Secuntur aliae*[481] *auctoritates, quibus ista prohibetur nubere secundo, et iubetur redire ad priora uota.*

Ait enim[482] *Siricius Papa Himerio, Episcopo Terraconensi,* [epist. I. c. 4.][483]:

C. L. *Puellam alteri*[484a] *desponsatam alter accipere non ualeat*[485b].

De coniugali uiolatione[486] requisisti, si puellam alteri[487] desponsatam alter in matrimonium possit accipere. Tale igitur[488c*] conubium[489] anathematizamus, et modis omnibus ne fiat prohibemus[490], quia illa benedictio, quam nupturae[491] sacerdos inponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione[492] uioletur.

Gratian. *Sed auctoritate hac Siricii illa prohibetur ad secunda uota transire, que in propria domo*[493d] *est ducta*[494], *et cum sponso suo est uelata et benedicta. Talium discessione uiolatur benedictio, quam nupturae sacerdos inponit. Verum hanc necdum sponsus in suam duxerat, nec cum ea benedictionem acceperat. Nec*[495e] *ergo hac auctoritate huius copula prohibetur.* §. 1. *Item illud Eusebii Papae*[496]: „*Desponsatam puellam non licet parentibus alii uiro tradere,*" *similiter*[497f] *de huiusmodi desponsata intelligitur, que uidelicet cum sponso est uelata et benedicta.* §. 2. *Item obicitur illud Gregorii*[498]: „*Que propter frigiditatem a uiro suo separata est, et alii nupta, si uir eius aliam cognouerit, illa est detrahenda secundo, et reddenda primo.*" *Sed eodem modo soluitur, quia ista uidelicet cum illo benedictionem acceperat.*

[P A L E A[499].

C. LI. Si quis alicui mulieri consensus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere.

Augustinus de fide pactionis, et consensus[500*].

Duobus modis dicitur fides, pactionis et consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere. Si[501] aliam duxerit, penitenciam debet[502] agere de fide mentita: maneat[503] tamen cum illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet[504] eam, et adherebit priori[505].

„Est[506] autem fides pactionis, quando aliquis promittit fidem alicui, quod eam ducet, si permiserit ei rem secum habere, uel etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando, etiamsi non stringit manum, corde tamen et ore consentit ducere, et mutuo se concedunt unus alii, et mutuo se suscipiunt."]

C A U S A XXVIII.

GRATIANUS.

Quidam infidelis in coniugio positus ad fidem conuersus est, uxor uero[1] *odio Christianae fidei ab eo discessit. Ille quamdam fidelem in uxorem accepit, qua mortua clericus efficitur. Tandem uitae et scientiae merito in episcopum eligitur.* (Qu. I.) *Hic primum queritur, an coniugium sit inter infideles?* (Qu. II.) *Secundo, an liceat huic aliam ducere priore uiuente?* (Qu. III.) *Tercio, an sit reputandus bigamus qui ante baptismum habuit unam, et post baptismum alteram?*

Q U E S T I O I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod*[2a] *inter infideles coniugium non sit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Paulus*[3]: „*Omne, quod non est ex fide, peccatum est.*" *Coniunctio autem infidelium non est ex fide, et ideo peccatum est. Non est ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum est. Item Augustinus**: „*Non est uera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua.*" *Ubi autem uera pudicitia esse non potest, ibi nec uerum coniugium est. Item Ambrosius***: „*Iussit Hesdras dimitti uxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non est enim putandum*[4] *matrimonium, quod extra Dei decretum est factum. Sed cum cognoscitur, est emendandum.*" *Item Augustinus****: „*Non est ratum*

E D I T I O R O M A N A.

Causa XXVII. Quest. II. c. 47. a) Rostanno b) Atho c) conqueritur d) et sic — c. 48. a) c. 26. b) rapta — c. 49. a) ita: *deest* b) priori — c. 50. a) alii b) valet c) ergo* d) propriam domum e) Non ... huiusmodi f) simil. et — Causa XXVIII. Quest. I. a) Quod autem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLVII. * Octavus: Sic est restitutum ex plerisque vetustis et Ivone. In vulgatis erat: *Chrysostomus.*

C. L. * Tale ergo: In epistolarum Siricii codicibus, et in Codice canonum, et apud ceteros collectores (praeter Panormiam), et in Capitular. Caroli Basileae impressis lib. 1. c. ult. legitur: *Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus.* Sed quoniam in casu fit mentio anathematis, non est mutatum.

C. LI. * Etiam in Decretalibus tit. de sponsa duor. c. 1. citatur ex Augustino, apud quem non est inventum.

Causa XXVIII. Quest. I. * Augustinus: Verba ipsa B. Augustini referuntur infra ead. *Sic enim.* vers. *Nec vera.*

** Ambrosius: Haec sunt potius accepta ex glossa ordinaria ad locum indicatum [1. Cor. c. 7.]

*** Augustinus: Hoc non est inventum apud B. Augustinum. Verum apud B. Ambrosium in idem c. 7. primae ad Corinthios haec leguntur: *Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei devotione est,* et similia in glossa ordinaria ibidem ex B. Ambrosio.

Causa XXVII. Quest. II. can. 47. 462) *Codd. coll. o.; — scr. inter a.* 873—82. *ad Rostannum ep. Arelat. — Jaffé no.* 2586. — *Ivo Decr.* XIV, 64.; *Coll. tr. P.* I, 63, 2. 463) *Codd. coll. o. pr. A — Coll. tr. P.;* Otto: *A Ed. Bas.* 464) *ABCD Ivo Coll. tr. P.* 465) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 466) noluerint: *Ed. Rom., quod aperte mendosum est.* || can. 48. 467) *Codd. coll. o. pr. C* (c. 30.) 468) *no.* 15. *Ivo Decr.* VIII, 26.; *Ivo Pan.* VI, 53.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 24. 469) *add.:* proprie: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.; add.:* etenim (est: *deest*): *Ivo Pan.* 470) unde Virgilius: *orig.;* unde et: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 471) *Codd. coll. o. pr. E — orig.* (qui: *deest*); — *Ivo Decr. Coll. tr. P.;* raptu: *E Ivo Pan.* 472) id est stup.: *orig.* || can. 49. 473) *Codd. coll. o. — ap. Thiel p.* 508. — *Ans.* X, 11. (12.) — *cf. c.* 2. *qu.* 1. *C.* XXXVI. *et c.* 6. X. *de rapt.* 474) act.: *deest: ABCD;* nihil agebatur: *A;* nihil probabatur: *B* 475) dicit: *Edd. Par. Lugdd.* 476) act.: *deest: CD;* fuerat: *EGH Edd. coll. o.* 477) videtur: *Ed. Bas.;* videbatur: *Edd. rell.* 478) *cf. supra c.* 46. 479) *Codd. coll. o.* 480) al.: *deest: EGH* 481) sunt vero aliae: *ib.* || can. 50. 482) unde: *EGH* 483) *no.* 5. *scr. ao.* 385. — *Jaffé no.* 65. — *Ans. ded.* VII, 38.; *Reg.* II, 153.; *Burch.* IX, 31.; *Ans.* X, 9.; *Ivo Decr.* VIII, 169. *Ivo Pan.* VI, 18.; *Caes.* X, 23. 484) *Codd. coll. o.* 485) *ACD;* alteri . . licet: *EGH* 486) velatione: *Hisp. Ans. ded.* 487) alii: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo Decr. Pan.* 488) *Codd. coll. o.; deest; Ivo Pan.* 489) coniugium: *Ivo Pan.* 490) inhibemus: *AC Ivo Pan.;* — interdicimus: *EGH Ed. Bas.* 491) nuptae: *Ivo Pan.* 492) transitione: *Ivo Decr.* 493) *ABCD* 494) conducta: *AB;* educta: *EGH* 495) *ABCD* 496) *cf. supra c.* 27. 497) *ABCH* 498) *cf. infra c.* 2. *qu.* 1. *C.* XXXIII. || can. 51. 499) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. — iam Huguec. paleam esse notavit* (*Schulte p.* 15.) 500) *Caput incertum — cf. c.* 1. *de sponsa duor. Comp.* I. *et c.* 1. X. *h. t.* 501) mox si: *Ed. Bas.* 502) agat: *Edd. coll. o.* 503) et man. cum: *Edd. Arg. Bas.* 504) dimittat: *Ed. Bas.* 505) uxori priori: *ib.;* uxori primae: *Edd. rell.* 506) *Haec et in ipsa prima Decr. Compil. tamquam pars capitis* Duobus *profertur.*

Causa XXVIII. 1) vero eius: *EGH*

Causa XXVIII. Quest. I. 2) *Codd. coll. o.* 3) *Rom. c.* 14, *v.* 23. 4) imputandum: *AB*

coniugium, quod sine Deo est. His[5b] *omnibus auctoritatibus probatur, coniugium non esse inter infideles.* §. 1. *Econtra*[6c] *inueniuntur aliae auctoritates, quibus probatur coniugium esse inter infideles. Quarum prima est illud euangelii, quod Christus ait*[7]: *„Erunt quinque in una domo, duo in tres, et tres in duos*[8] *diuidentur,“ Deinde, cum personas illas enumeraret*[9d], *uxorem in uirum esse diuidendam dixit, et e conuerso. Item: „Qui*[10] *non odit patrem, aut*[11] *matrem, aut sororem aut uxorem, propter me, non est me dignus;“ uxorem infidelem, non fidelem dicit*[12e] *odio habendam. Item: „Omnis*[13], *qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut sororem, uel uxorem*[14f], *centuplum accipiet etc.“ Uxorem in hoc loco infidelem significat, que propter Christum dimittitur, dum potius ipsa, quam Christi fides deseritur. Item Apostolus*[15]: *„Si quis frater uxorem habet infidelem, et hec consentit*[16g] *habitare cum illo, non dimittat illam, et si qua mulier habet uirum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum*[17]. *Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem.“ Item ad Titum*[18]: *„Hortare adolescentulas, ut diligant uiros suos.“ Hoc tam de fidelibus quam de infidelibus intelligendum est. Infidelibus namque uiris fideles*[19h] *mulieres propensius propter Deum debent obsequi, ut sic uiros suos Christo lucrari ualeant. Sicut in passione B. Clementis de Theodora et Sisinnio*[20] *legitur mirabiliter contigisse.*

C. I. *Bigami probantur qui ante baptismum habuerunt unam, et post baptismum alteram.*

Item Innocentius Papa Rufo et Eusebio, Episcopis Macedonibus, [epist. XXII. c. 2.][21]

Numquid non erunt admittendi in hereditatis consortium[22], qui ex ea suscepti sunt, que ante baptismum fuerit[23a] uxor? eruntque appellandi[24b] naturales[25c], quia non est matrimonium legitimum (ut uobis[26] uidetur) nisi illud, quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur a Iudeis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit[27]: „Quod[28] Deus coniunxit[29] homo non separet.“ Ac ne de his putetur[30] esse locutus, qui[31] post baptismum uxores[32] sortiuntur, hoc[33] et a Iudeis interrogatum[34], et Iudeis esse responsum meminerint. Quero[35], et[36] sollicitus quero, si una et[37] eadem sit uxor eius[38], qui ante[39d] catecuminus[40e], postea[41] fidelis fit[42], filiosque ex ea, cum esset catecuminus, susceperit, et postea alios filios[43], cum fidelis[44], utrum sint fratres appellandi, an non habeant[45] postea defuncto patre cum[46] ceteris hereditatis herciscundae[47] consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis dicitur[48f] abstulisse? Quod cum[49] ita iudicare atque sentire absurdum est, que ratio est hoc malum defendi, et uacua magis oppinione iactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit[50] inter peccata deputari quod lex precipit[51g], et Deus coniunxit[52h]?

C. II. *In fidelis potestate sit post baptismum uxorem recipere, quam ante dimiserat.*

Item ex Decreto Euticiani Papae[53].

II. Pars. Si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate eius[54] erit eam habere, uel non habere.

C. III. *Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur.*

Idem[55].

Simili modo, si unus ex coniugatis[56] baptizatus est[57], et alter gentilis[58], et[59] sequi non uult, sicut[60] dicit[61] Apostolus, infidelis si discedit[62], discedat.

C. IV. *Sine culpa relinquitur uxor, que cum fideli habitare noluerit.*

Item Augustinus de fide et operibus, [c. 16.][63]

Uxor* legitima societate coniuncta sine ulla culpa relinquitur, si cum uiro Christiano permanere noluerit. Non adtenditur, eo modo eam[64a] rectissime dimitti, si uiro suo dicat: Non ero uxor tua, nisi michi uel[65b] de latrocinio diuitias congreges[66c], aut nisi[67] solita lenocinia, quibus nostram domum transigebas, etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud uel[68] facinorosum aut[69d] flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata uel libidinem explebat, uel facilem uictum habebat uel etiam incedebat ornatior. Tunc enim ille, cui uxor hec[70] dixit[71e], si ueraciter egerit[72f] penitenciam ab operibus mortuis, quando ad baptismum accessit, habetque in fundamento fidem, que[73] per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinae gratiae, quam carnis luxuria[74g], et membrum, quod eum scandalizat[75], fortiter amputabit[76].

C. V. *Licite dimittitur uxor, que uirum suum cogere querit ad malum.*

Idem in sermone Domini in monte, lib. I. [c. 27. et 28.][77]

Idolatria[78a], quam secuntur infideles, et quelibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permisit[79] causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, et[80b] non iussit, dedit Apostolo locum monendi, ut qui uoluerit non dimittat uxorem infidelem, quo[81] sic fortassis possit[82] fidelis fieri. *Item* [c. 28.][83]: §. 1. Si infidelitas fornicatio est, et idolatria[84c] infidelitas, et auaritia idolatria, non est dubitandum, et auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest recte a fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias non tantum que in stupris cum alienis uiris aut[85] feminis conmittuntur, sed omnino quaslibet[86], que animam corpore[87] male utentem a lege Dei aberrare faciunt, et perniciose turpiterque cor-

EDITIO ROMANA.

Causa XXVIII. Quest. I. b) Ex his c) Sed econtra d) enumerasset e) dixit f) uxorem propter me g) consenserit h) fideles: *deest* — c. 1. a) fuit b) appellandi vel c) naturales vel spurii d) antea e) catechumenus et f) creditur g) praecepit h) iunxit — c. 4. a) illam b) vel: *deest* c) congeras d) vel e) dicit f) egit g) luxuriae — c. 5. a) Idololatria b) et: *deest* c) idololatria . . . idololatria

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Uxor: Locus Augustini sic habet: *Quamobrem et illud, quod dicunt, veluti probare cupientes, quantum valeat sola fides, ubi Apostolus dicit: Quod si infidelis discedit, discedat: non est enim servituti subiectus frater aut* [*vel:* Ed. Maur.] *soror in huiusmodi, id est, ut propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate coniuncta sine ulla culpa relinquatur, si cum viro Christiano propter hoc, quod Christianus est, permanere noluerit, non attendunt eo modo, etc.* Verum ob glossas, potissimum in vers. *Non attenditur,* et quoniam Ivo et Panormia habent ut Gratianus, nihil est mutatum.

Causa XXVIII. Quest. I. 5) *ABCDH* 6) *Codd. coll. o.* 7) *Luc. c.* 12. *v.* 52. 8) duo: *EH* 9) *ABCDH* 10) *Luc. c.* 14. *v.* 26. 11) vel: *EGH* 12) *Codd. coll. o.* 13) *Matth. c.* 19. *v.* 29. 14) *Codd. coll. o.* 15) I. *Cor. c.* 7. *v.* 12. *seqq.* 16) *ABCD* 17) uir. suum: *A;* eum: *B* 18) *Tit. c.* 2. *v.* 4. 19) *Codd. coll. o.* 20) Sisignio: *EGH* ‖ can. 1. 21) *scr. ao.* 414. *no.* 5. — *Jaffé no.* 100. — *Burch.* IV, 98. (*can.:* deinde ponitur; *contin.*); *Ivo Decr.* I, 292.; *ib.* VIII, 303. (*can.:* eos qui viduas; *cont.*) 22) consortio: *orig. Burch. Ivo* VIII. 23) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* VIII. 25) *ib.* 26) nobis: *A Edd. Par. Lugdd.* 27) *Matth. c.* 19. *v.* 16. 28) Quos: *C Edd. coll. o.;* quod ergo: *orig.;* quod vero: *Burch. Ivo* I. 29) iunxit: *orig.* 30) credatur: *orig. Burch. Ivo* I. VIII. 31) quae: *orig. Burch. Ivo* I. 32) ux.: *deest: Burch. Ivo* I. 33) hoc vere: *Ivo* I. 34) *add.:* esse: *CD Burch. Ivo* I. 35) *add.:* vero: *Ivo* I. 36) *Ivo Pan.* VI, 92. 37) eademque: *Burch. Ivo* I. VIII. 38) eius *deest: Ivo* VIII. *Pan.* 39) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo* I. VIII.; quam ante: *Ivo Pan.* 40) *add.:* suceperit: *Ivo Pan.* 41) *ABCD orig. Burch. Ivo* I.; post alios susceperit; *Ivo Pan.* (fit . . . fil.: *deest*) 42) sit: *EGH* 43) fil.: *deest: Burch. Ivo* I. VIII. 44) *add.:* fuerit: *Ed. Bas.;* esset: *Edd. rell. Ivo Pan.* 45) habent: *C;* dicitur: *Ivo Pan.* 46) cum cet.: *deest: orig. Ivo* VIII. *Pan.* 47) herc.: *deest: Ivo* VIII.; *add.:* familiae: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 48) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* VIII. *Pan.* 49) cum: *deest: ABC;* enim: *Ivo Pan.* 50) possint: *EGH;* — posset: *Ivo* VIII. 51) *Codd. coll. o. pr. AB;* — *Ivo Pan.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* — *Ivo* V. VIII. *Ivo Pan.* ‖ can. 2. 53) *imo ex poenitent. Theodori* §. 264. *ed. Hildenbrand.* — *Jaffé no.* CX. — *Burch.* IX, 59.; *Ivo Decr.* VIII, 195.; *Ivo Pan.* VI, 97. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 70. 54) eius: *deest: orig.* ‖ can. 3. 55) *imo ex poenitent. Theodori* §. 265. *sq. ed. Hildenbrand.* — *Burch.* IX, 60.; *Ivo Decr.* VIII, 196.; *Ivo Pan.* VI, 97.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 71. 56) eorum (ex: *deest*): *orig.* 57) erit: *ib.* 58) *add.:* remanet: *EGH;* gent. sequi cum non vult: *Ed. Bas.;* gent. est et qui: *C Edd. rell.* 59) et . . . vult: *deest: orig.* 60) ut: *Ivo Pan.* 61) dic.: *deest: Ed. Bas. orig.* — *cf.* I. *Cor. c.* 7. *v.* 15. 62) discessit: *H;* discesserit: *EG Ed. Bas.* ‖ can. 4. 63) *no.* 28. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 251.; *Ivo Pan.* VII, 32.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 92. 64) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 65) *AEGH orig. Coll. tr. P.* 66) *Codd. et Edd. coll. o.;* conferas: *Ivo Pan.* 67) si: *Ivo Pan.* 68) vel: *deest: AB;* aut: *Ivo Pan.* 69) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 70) hoc: *AB Ivo Decr. Coll. tr. P.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* — *Ivo Pan.* 72) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB;* — *Coll. tr. P.* 73) *Gal. c.* 5. *v.* 6. 74) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* — uxoriae: *orig.* 75) scandalizabat: *C Edd. coll. o.* 76) amputat: *orig.* ‖ can. 5. 77) de serm.: *BCDH; c.* 16. *no.* 45. *ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 248—50. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* VII, 29. 30. 78) *Codd. coll. o.* 79) I. *Cor. c.* 7. *v.* 15. 80) *ACDEH Edd. coll. o.* 81) cum quo: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 82) posset: *Ivo Decr.* 83) *ib. c.* 16. *no.* 46. 84) *Codd. coll. o.* 85) ac: *Ivo Pan.* 86) propter qu.: *CD Edd. coll. o. Ivo Pan.; add.:* concupiscentias: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 87) corp.: *deest: Ivo Pan.*

rumpi[88d], possit sine crimine et uir uxorem suam[89e] dimittere, et uxor uirum; quia exceptam facit Dominus causam fornicationis, quam fornicationem (sicut supra consideratum[90f] est) generalem et uniuersalem intelligere cogimur[91]. Cum autem ait: „Excepta fornicationis causa," non[92g], cuius ipsorum, uiri aut[93h] feminae. Non enim fornicantem tantum uxorem dimittere conceditur, sed quisquis[94] eam quoque uxorem dimittit, a qua ipse cogitur fornicari, causa utique fornicationis dimittit; uelut si aliquem cogat uxor sacrificare idolis. Qui talem dimittit causa fornicationis dimittit, non tantum illius, sed et[95] suae; illius, quia fornicatur: suae, ne fornicetur.

C. VI. *Que simulacrum facit, nec resipiscit, dimittatur a uiro*[96a].

Idem de adulterinis coniugiis, lib. II.[97]*

Non solum mechatio est illius[98], que[99] carnem suam coinquiat, sed etiam que[100] simulacrum facit mechatur. Quod si in his factis perseuerat, et penitenciam non agit[101], recede ab illa, et noli uiuere[102] cum illa. Sin autem, et tu particeps[103] eius[104b] peccati[105] eris.

C. VII. *Amore cuiuslibet non est a fide recedendum.*

Item Ambrosius ad Hylarium[106]*.

„Si infidelis" (dicit[107] Apostolus) „discedit[108], discedat; non est[109a] seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi," id est[110]: si infidelis noluerit[111] esse cum coniuge[112] fideli, hic agnoscat[113] fidelis suam libertatem, ne[114] ita se subiectum putet[115b] seruituti, ut ipsam dimittat fidem, ne coniugem amittat infidelem. Hoc et de filiis[116] atque parentibus, hoc et[117c] de fratribus atque[118d] sororibus intelligitur, propter Christum[119e] dimittendos esse, cum ponitur[120f] ista condicio, ut[121] Christum** dimittat, si eum[122g] secum habere desiderat. Hoc ergo et de domo et de[123h] agris, et de ceteris[124i] rebus, que iure pecuniario possidentur[125k], intelligendum[126l] est.

C. VIII. *Quod*[127a] *infideles sunt*[128] *coniuges, et quod fideli licet dimittere infidelem.*

Item Augustinus ad Pollentium, [lib. I. de adulter. coniugiis, c. 13. et 14.][129]

III. Pars. Iam nunc illud uideamus[130], quod ait Apostolus[131]: „Ceteris autem ego[132] dico, non Dominus, ad[133] inparia scilicet, ubi[134b] non ambo Christiani fuerant, coniugia locuturus[135]. Quod michi uisum est eum monendo[136] dixisse. Quia enim coniux fidelis relinquere coniugem licite potest[137c] infidelem, ideo hoc fieri non Dominus, sed Apostolus prohibet. Quod enim Dominus prohibet fieri omnino non licet. Monet ergo[138] Apostolus, quod[139d] possit esse multorum occasio lucrandorum, ut fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa licentia non utantur. Tibi autem uidetur[140], infideles quoque dimitti a fidelibus non licere, quia hoc uetat Apostolus[141], cum ego dicam licere, quia hoc non uetat Dominus; non tamen[142] expedire, quia hoc[143] ne fiat monet[144] Apostolus, qui reddit etiam rationem, cur fieri non expediat, quamuis liceat. „Quid[145e] enim scis" (inquit)[146] „mulier, si uirum saluum facies? aut unde scis[147] uir, si uxorem saluam facies?" cum etiam[148f] superius dixisset: „Sanctificatus est[149g] uir infidelis in[150] muliere fideli, et mulier infidelis sanctificata est in fratre"[151] (hoc est in Christiano). „Alioquin filii uestri[152h], inmundi essent: nunc autem sancti sunt." Sic ad lucrandos coniuges et filios Christo etiam[153] exemplis, que iam[154] prouenerant, uidetur[155] hortatus. Cur ergo non expediat etiam[156i] infideles coniuges dimitti a fidelibus, causa euidenter expressa est. Non enim propter uinculum cum talibus coniugale[157] seruandum[158], sed ut querantur[159k] in Christo, recedi ab infidelibus coniugibus Apostolus uetat. Multa sunt autem[160l] facienda non iubente lege, sed libera karitate, et ea[161] sunt in nostris offitiis gratiora, que, cum liceret nobis etiam[162] non inpendere, tamen causa dilectionis inpendimus. Unde Dominus ipse prior[163], cum se tributum non debere[164] monstrasset[165], soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad eternam salutem gerens morem[166m] consulebat. Iam uero Apostolus, quemadmodum ista conmendet[167], eius uerba testantur[168], ubi dicit[169]: „Cum[170n] sim liber ex omnibus, omnium ne seruum feci, ut plures lucrifacerem," cum paulo superius dixisset: „Numquid non habemus[171] licentiam[172o] manducandi et bibendi? numquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut et[173p] ceteri Apostoli, et fratres[174] Domini, et Cephas? An ego solus, et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis umquam? Quis plantat[175] uineam, et de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, et de lacte gregis[176q] non comedit?"[177] Et paulo post: „Si alii," inquit, „potestatis uestrae[178] iure[179r] participant, nonne[180s] magis nos? sed non sumus usi hac potestate, sed omnia tolleramus, ne quod inpedimentum demus euangelio Christi.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVIII. Quest. I. c. 5. d) corrumpunt e) suam: *deest* f) commemoratum g) non dixit h) an — c. 6. a) viro suo b) illius — c. 7. a) est enim b) deputet c) et: *deest* d) et e) Christum omnes f) proponitur g) illos h) atque agris hoc i) iis k) possidentur hoc loco l) accipiendum — c. 8. a) Quod etiam b) scilicet, hoc est c) potuit d) quo e) Quomodo f) et g) est enim h) vestri inquit i) et.: *deest* k) acquirantur Christo l) enim m) hominem n) quum paulo o) potestatem p) et: *deest* q) eius r) iure: *deest* s) quare non

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * In eo libro non exstat, sed apud Hermem in libro pastoris, mandato 4., ex quo citat Ivo [solummodo in Decr.] hoc una cum Palea *Ego dixi,* infra 34. qu. 1. et 2. Et quoniam in eo mandato tam de viro quam de muliere agitur, est aliqua verborum varietas, sed eadem sententia.

C. VII. * Sic etiam Ivo; sed habetur apud B. Augustinum epist. 89. Beda 1. Cor. 7. citat ex Augustino ad consulta Hilarii.

** Christum: Antea legebatur: *ut propter Christum dimittat; si eum secum etc.* Emendatum est ex epistola B. Augustini. Reliqua vero partim ex ipsa, partim ex vetustis Gratiani codicibus.

Causa XXVIII. Quest. I. can. 5. 88) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 89) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* 90) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 91) coguntur: *Ivo Pan.* 92) *Codd. coll. o. Ed. Bas.:* non ait: *Edd. rell.* 93) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 94) si quisq.: *EGH* 95) et: *deest: ABEGH;* etiam: *D;* sed suae et illius: *C* || can. 6. 96) *ABCD* 97) *Herm. Pastor* IV, 1, 9. (*illustr. Harnack. exhibuit nobis textum editionis a Gebhardo curandae*) *Ivo Decr.* VIII, 243. (*can.:* ego dixi pastori; *cont.*); *Ivo Pan.* VII, 34. (*can. cont.*) 98) illi: *orig. Ivo Decr.;* illis: *Codd. origin.* 99) qui: *EGH orig. Ivo Decr. Pan.;* et coinquinat; et coinquinant: *Codd. orig.* 100) qui: *Ed. Bas. Ivo Decr. Pan.;* et qui: *orig.* 101) egerit: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 102) convivere: *Ivo Decr. Pan.* 103) particeps cum illa: *EGH* 104) *ABCD orig. Ivo Pan.;* eiusdem: *EGH Ed. Bas.* 105) peccatis: *Cod. origin.* || can. 7. 106) *Ex ep. Augustin. ad Hilar. ep.* 157. *no.* 31. *scr. ao.* 414. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* VIII, 253.; *Ivo Pan.* VII, 33.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 93.; *Caes.* X, 133. 107) inquit: *orig. — cf.* I. *Cor. c.* 7. *v.* 15. 108) disc.: *deest: Ed. Ven.* II. *Par. Lugd.* I. 109) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 110) Idem (est: *deest*): *BEGH;* id est: *deest: C* 111) voluerit: *EH;* noverit: *G* 112) *add.:* sua: *EGH Edd. coll. o.* 113) cognoscat: *BCEGH Edd. coll. o.* 114) nec: *EH;* non: *Ivo Pan.* 115) *Codd. et Edd. coll. o.* 116) filiabus: *EGH Ed. Bas.;* fidelibus: *ABD Ivo Pan. Coll. tr. P.;* fil. et filiabus: *Ed. Arg.* — in fidelibus fil. et filiabus: *Edd. rell.* 117) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 118) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 119) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 120) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 121) ut propter: *C Edd. coll. o. Bas. Ivo Pan.* 122) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 123) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 124) *Codd. et Edd. coll. o.;* hoc est de his: *Ivo Pan. Coll. tr. P.;* hoc de his: *Ivo Decr.* 125) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* — *finis canonis: Ivo Decr. Coll. tr. P.* 126) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 8. 127) *Codd. coll. o.* 128) sint: *AC* 129) *no.* 14. *Ed. Maur. — Ivo Pan.* VI, 100. 130) videmus: *Edd. Lugdd.* II. III. 131) I. *Cor. c.* 7. *v.* 12. 132) ergo (aut.: *deest*): *Ivo* 133) ad . . . scil.: *deest: EGH* 134) *Codd. et Edd. coll. o.* 135) loquitur: *orig.* 136) commonendo: *Ivo* 137) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo* 138) enim: *Ivo* 139) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 140) videatur: *Ivo* 141) Dominus: *Ivo* (cum . . . Dom.: *deest*) 142) tamen dico: *CD Edd. coll. o. Ivo;* tam. exped. quidem: *Ivo* 143) haec . . fiant: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 144) ammonet: *EGH* 145) *BEGH Corr. orig. Ivo;* — *cf.* I. *Cor. c.* 7. *v.* 16. 146) inq.: *deest: Ivo* 147) *add.:* inquit: *EGH Ed. Bas.* 148) *B orig. Ivo;* enim: *C; deest: AD* 149) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 150) *add.:* videlicet: *Ivo* 151) *add.:* fideli: *Edd. Lugdd.* II. III. 152) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 153) et.: *deest: ACD;* et: *B* 154) iam: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 155) *add.:* Apostolus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 156) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo* 157) coni. pactum: *BDEGH Edd. coll. o.* 158) est serv.: *Ivo* 159) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo;* acquirant. in Christum: *orig.* 160) *Codd. coll. o. orig.* 161) eadem: *Ivo* 162) et.: *deest: ib.* 163) prius: *EGH* 164) *add.:* soluere: *Edd. coll. o. Ivo* 165) demonstrasset: *CDEGH* 166) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Ivo* 167) commendat: *Ivo* 168) testentur: *H Ed. Bas.* 169) I. *Cor. c.* 9. *v.* 19. *et* 5—7. 170) *Codd. et Edd. coll. o.* 171) habuimus: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 172) *Codd. coll. o. Ivo* 173) *AC orig. Ivo* 174) frater: *Edd. coll. o. Ivo* 175) plantavit: *orig. Ivo* 176) *AEGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *orig.;* eius greg.: *D* 177) percipit: *orig.* 178) nostrae: *C Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* II. III. *Ivo* 179) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Ven.* II.; iura: *Edd. rell. Ivo* 180) *Codd. coll o. Ed. Bas.;* nonne mag. et nos: *Edd. rell. Ivo;* non magis: *orig.*

C. IX. *Ab infidelibus coniugibus licet alicui*[181a] *recedere, sed non expedit.*

Item [ibidem, c. 18. et sequentibus.][182]

Sic enim neque[183b] recedere ab uxoribus infidelibus uel maritis[184] fideles uiri uel feminae non prohibentur a Domino, ut[185] neque iubeantur[186]. Nam si dimittere tales coniuges[187] iuberentur, nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret. Nullo modo enim quod Dominus iubet seruus Domini[188c] prohibet[189d]. *Item*[190e]: Cum ergo[191] cepisset[192] gentibus[193] euangelium predicari[194f], iunctos[195g] gentiles gentilibus conperit[196] coniugibus[197h]. Ex quibus si non ambo crederent, sed unus aut una et[198i] infidelis cum fideli consentiret habitare[199], nec[200] prohiberi a Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi: ideo scilicet non prohiberi, quia iusticia permittit a fornicante discedere, et infidelis hominis fornicatio est maior in corde, nec uera eius pudicitia cum coniuge quidem[201k] dici potest, quia omne, quod non est ex fide, peccatum est, quamuis ueram fidelis habeat pudicitiam etiam cum infideli coniuge, que[202] non habet ueram. Ideo autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non contra iussionem Domini gentiles fuerunt[203l] ambo coniuncti. §. 1. Quoniam ergo ab infideli fidelem discedere non[204m] prohibet, nec iubet Dominus: ideo, ut non discedat, Apostolus dicit[205], non Dominus, habens utique Spiritum sanctum, in quo dare posset[206n] utile et fidele consilium. Unde cum dixisset de muliere, cuius uir mortuus fuerit[207]: „Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum consilium meum," ne quis hoc consilium[208] tamquam humanum, non[209] diuinum, contempnendum putaret, adiecit: „Puto autem[210], quod et ego spiritum Dei habeam."[211] Proinde intelligendum est, etiam ipsa, que a Domino non iubentur, sed a sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim, ut quisquam catholicus dixerit, quod[212] suadet Spiritus sanctus non Dominum suadere, cum et[213] ipse Dominus sit, et inseparabilia sint opera Trinitatis. Dicit tamen Apostolus[214o]: „De uirginibus autem preceptum Domini non habeo; consilium autem do," non ut hoc consilium alienum existimemus[215] a Domino, cum continuo sequatur, et dicat: „tamquam misericordiam consecutus a Domino[216], ut fidelis essem." Secundum Deum[217] ergo dat consilium fidele in eodem[218p] spiritu, de quo ait: „Puto autem, quod[219] et ego[220] spiritum Dei habeam."[221] §. 2. Verumtamen aliud est Domini iubentis inperium, aliud[222] serui[223q] secundum misericordiam karitatis, que illi a Domino est inspirata atque donata, fidele consilium. Aliud enim[224r] ibi facere non licet[225], hic[226] autem licet, ita sane, ut licitum ipsum partim quidem expediat, partim uero non expediat. Expedit[227] tunc, quando non solum propter[228s] iusticiam, que coram Deo[229t] est, permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc inpedimentum salutis infertur; uelut cum dat consilium non nubendi Apostolus uirginibus (unde preceptum Domini se non habere testatur), licet aliud facere, id est nubere, et minus[230u] continentiae bonum[231v] tenere in[232w] nuptiis, ipsumque[233] licitum etiam expedit, quoniam in uetita et illicita[234] ruituram carnis infirmitatem sic excepit[235x] honestate[236] nubendi, ut neminem inpediat ad salutem, quamuis magis expediret magisque honestum esset, si uirgo consilium, quo preceptum eam non conpellit, arriperet. Tunc autem[237y] non expedit id, quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis aliis affert inpedimentum salutis, sicut est (unde iamdiu loquimur) discessio coniugis fidelis ab infideli, quam non prohibet Dominus precepto legis, quia coram illo iniusta non est, sed prohibet Apostolus consilio karitatis, quia infidelibus affert inpedimentum salutis non solum, quia[238] perniciosissime scandalizantur offensi, uerum etiam, quia[239], cum in alia coniugia ceciderint uiuentibus eis, a quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati difficile[240z] resoluuntur. §. 3. Ideo hic, ubi[241aa], quod licet, non expedit, non potest dici, si dimiserit infidelem, bene facit[242bb], si non dimiserit, melius facit, sicut dictum est[243]: „Qui dat nuptum[244] bene facit, et qui non dat nuptum melius facit; quoniam[245] illud non solum[246] sed[247cc] utrumque pariter licet (unde ad nichil horum precepto Domini quisque[248dd] conpellitur), sed[249ee] utrumque expedit, aliud minus, aliud amplius. Unde ad id, quod amplius expedit, consilio[250] Apostoli quicumque potest capere prouocatur. Hic[251] autem, ubi de dimittendo uel non dimittendo infidelis[252] cum fideli[253ff] coniugio queritur, utrumque quidem pariter licitum est per iusticiam, que coram Domino est, et ideo nichil horum prohibet Dominus; sed utrumque non expedit propter infirmitatem[254gg] hominum, et ideo id[255], quod non expedit, Apostolus prohibet, Domino dante sibi liberum prohibendi locum, quia neque id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus, neque id, quod prohibet Apostolus[256], iubet Dominus. Quod nisi ita esset, neque contra prohibitionem Domini Apostolus aliquid moneret, neque contra iussionem eius aliquid prohiberet. §. 4. Proinde in his duabus causis, una de nubendo uel[257] non nubendo, altera de infideli coniuge dimittenda[258hh] uel non dimittenda, aliquid simile est[259ii] in uerbis Apostoli, aliquid[260kk] dissimile. Simile quidem est illud[261ll], quod et[262mm] ibi dicit[263]: „Preceptum Domini non habeo, consilium autem do," et hic dicit: „Ego dico, non Dominus." Quale est enim: „preceptum Domini non habeo," tale est: „non dicit Dominus," et quale est: „consilium[264] do," tale est: „ego dico." Illud autem dissimile est, quia de nubendo uel[265nn] non nubendo dici potest, hoc bene fieri potest[266oo], illud autem[267pp] melius, quoniam utrumque expedit, unum[268] minus, aliud magis[269]: at uero de coniuge infideli dimittendo[270] uel non dimittendo, quoniam unum horum non expedit, aliud expedit, dici non[271] oportet, qui dimittit bene facit, et[272] qui non dimittit melius facit: sed dici oportet[273], non dimittat, quia scilicet[274qq] non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamuis liceat[275] et dimittere, quemadmodum recte dicimus melius esse quod[276rr] licet et expedit, quam id, quod licet et[277] non expedit. §. 5. His de causis factum

EDITIO ROMANA.

Causa XXVIII. Quest. I. c. 9. a) alicui: *deest* ... Idem ibidem b) neque: *deest* c) bonus d) fieri prohiberet e) Item paulo post f) praedicari iam g) coniunctos h) coniuges i) et: *deest* k) quid.: *deest* l) fuerant m) nec n) possit o) Ap.: *deest* p) eo q) conservi r) enim: *deest* s) per t) Domino u) minus quam v) bonum tamen w) nuptiarum (in: *deest*) x) excipit y) etiam z) difficillime aa) ubi id bb) faciet cc) sed: *deest* dd) quisquam ee) sed etiam ff) cum fid.: *deest* gg) infirmitates hh) dimittendo ... dimittendo ii) inuenitur kk) et aliquid ll) est illud: *deest* mm) et: *deest* nn) et oo) potest: *deest* pp) aut.: *deest* qq) etsi licet rr) quod et

Causa XXVIII. Quest. I. can. 9. 181) *Codd. coll. o.* 182) *ABCDGH; — no. 19. ed. Maur. — Ivo Pan.* VI, 101. 183) *ABCD Edd. coll. o. Ivo* 184) a mar.: *Ivo* 185) ut: *deest: EGH Edd. Bas. Lugd.* I. 186) iubentur: *EGH Edd. Bas. Par. Lugdd.; —* subeantur: *Edd. Ven.* I. II. 187) uxores: *Ivo* 188) *ABCD* 189) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 190) *Codd. coll. o. Ivo* 191) vero: *orig.* 192) *add.:* etiam: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 193) gentilibus: *Edd. Lugdd.* 194) *ABCD; —* praed. et: *EGH Edd. coll. o. Ivo;* praedicare: *Edd. coll. o. pr. Bas. — Ivo* 195) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 196) comperisset: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 197) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 198) *ib.* 199) cohabit.: *ACD* 200) non: *CD* 201) *Codd. et Edd. coll. o.* 202) qui: *orig.* 203) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 204) *ib.* 205) I. *Cor. c.* 7. *v.* 12. 206) *ABCD orig. Ivo* 207) fuerat: *Edd. coll. o. — cf.* I. *Cor. ib. c.* 40. 208) cons. meum: *AB* 209) et non: *Ivo* 210) enim: *Ivo* 211) habes: *orig.* 212) quando: *ib.* 213) etiam: *C; deest: D* 214) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo —* enim Ap.: *Ivo — cf.* I. *Cor. c.* 7. *v.* 26. 215) aestimemus: *Ivo* 216) Deo: *A Ivo* 217) Dominum: *AEG* 218) *Codd. et Edd. coll. o.* 219) quod: *deest: orig.* 220) ego: *deest: AEGH* 221) habeo: *orig.* 222) *add.:* vero: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 223) *Codd. et Edd. coll. o.* 224) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 225) liceret: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 226) hoc: *Ivo* 227) *add.:* enim: *ib.* 228) *ABCD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; *— Ivo* 229) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 230) *ib.* 231) *ib.* 232) *ib.* 233) ipsum quoque: *AC Edd. coll. o.;* ips. quaeque: *D* 234) in ill.: *AB* 235) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *— Ivo* 236) honestatem: *CD Edd. Bas. Par. Lugd.* I. *Ivo; —* honestas: *Edd. Lugdd.* II. III. 237) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo* 238) quia: *deest: Ivo* 239) quia: *deest: ib.* 240) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 241) *ib.* 242) *ib. Turrecrem. orig.* 243) I. *Cor. c.* 7. *v.* 38. 244) nuptui *et hic et infra: Edd. coll. o. Ivo* 245) quia: *Ivo* 246) utrumque illud: *ib.* 247) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 248) *Codd. coll. o. orig. Ivo* 249) *Codd. et Edd. coll. o.* 250) *cf. Matth. c.* 19. *v.* 12. 251) hoc: *orig.* 252) infideli: *ib.* 253) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ed. Bas.* (cum infideli); *— Ivo;* infidelis in fidelis coni.: *Turrecrem.* 254) *Codd. et Edd. coll. o.* 255) id: *deest: CD* 256) proh. Ap. quod iub. Deus: *Ivo* 257) vel ... nub.: *deest: BCD* 258) *Codd. et Edd. coll. o.* 259) *AB orig.* 260) *ABEH orig.* 261) *Codd. coll. o. Ivo;* quid. illud quod: *Edd. coll. o.* 262) *AB Ed. Bas. Ivo;* tibi: *E Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; et ibi: *deest: G* 263) dicitur: *BCEGH Ed. Bas. — cf.* I. *Cor. c.* 7. *v.* 25. 264) *add.:* autem: *EGH Edd. coll. o. pr. Arg.* 265) *Codd. coll. o.* 266) *ib. Ivo* 267) *ib.* 268) aliud: *orig. Ivo* 269) *add.:* autem: *EGH* 270) dimittenda ... dimittenda: *AEGH* 271) non: *deest: Ivo* 272) et: *deest: EGH* 273) non op. non dimittit: *Ivo* 274) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (si licet tamen non); *Edd. Lugdd.* II. III. *— Ivo* 275) licet: *EGH* 276) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *— Ivo* 277) nec: *orig. Ivo*

est, ut[278] exponens Domini sermonem, quem prolixum in monte habuit[279], ubi uentum est ad questionem de coniugibus dimittendis uel non dimittendis, adhibuerim[280ss] ab Apostolo[281tt], non preceptum Domini, ubi ait: „Ceteris autem ego dico, non Dominus," monens eos, qui habent[282uu] coniuges infideles, ut consentientes habitare secum non dimitterent. Quod utique ideo monendum, non iubendum fuit, quia non tanto pondere prohibentur[283vv] homines facere licita, quamuis non expediant[284], quanto pondere prohibenda sunt[285ww] illicita. Si autem alicubi Apostolus etiam illa, que iubenda sunt, monere dignatur[286xx], hoc facit[287yy] parcendo infirmitati, non preiudicando iussioni. Unde sic[288zz] dixit[289]: „Non ut confundam uos, hec scribo, sed ut filios[290aaa] karissimos moneo;" quid habet questionis, ubi ait: „Ego dico, non Dominus;" item, ubi ait[291]: „Ecce ego Paulus dico uobis, quia, si circumcidamini[292], Christus uobis nichil proderit?" Numquid etiam hic dixit[293]: Ecce[294bbb] ego dico, non Dominus? Non sunt itaque ista similia, quia etiam illa, que iubet Dominus, non est indignum uel[295ccc] contrarium, si eadem monet Apostolus. Monemus enim[296] quos karos habemus, ut faciant Domini precepta uel iussa. Cum uero dicit[297ddd]: „Ego dico, non Dominus," satis ostendit, Dominum non prohibere quod ipse prohibebat[298]. Prohibuisset autem Dominus, si esset illicitum. Ergo secundum ea, que supra[299eee] diximus multumque uersauimus, licitum erat per iusticiam; sed etiam[300] licitum non erat faciendum propter liberam beniuolentiam. §. 6. Tu autem[301fff], cui placet ita non licere quod non uetat Dominus, sed Apostolus, quemadmodum non licet quod uetat Dominus, cum exponere uoluisses, quid sibi uelit[302ggg] quod ait: „Ego dico, non Dominus," cum alloqueretur fideles, quibus essent[303] coniuges infideles, dixisti, quia Dominus iussit, ne coniugia sibimet diuersae religionis copularentur[304], et ipsum adhibuisti testimonium Domini dicentis[305]: „Non accipies uxorem filio tuo de[306] filiabus alienigenarum, ne traducat eum post Deos suos, ut[307hhh] pereat anima eius." Addidisti etiam uerba Apostoli[308], ubi ait: „Mulier alligata est[309], quamdiu uir eius uiuit; quod si mortuus fuerit uir eius, liberata est; cui[310] uult nubat: tantum in Domino." Quod ita exposuisti, ut adiungeres[311]: id est Christiano. Deinde secutus es, et addidisti[312]: Hoc est ergo Domini preceptum tam in ueteri testamento[313iii] quam in nouo, et hoc iubet Dominus, hoc docet Apostolus, ut non nisi eiusdem[314kkk] religionis et fidei maneant copulata coniugia: quare contra[315lll] Domini iussum, contra doctrinam sanctam[316mmm], contra preceptum ueteris et noui testamenti iubet Apostolus*, ut diuersae fidei maneant coniugia copulata? Quia Paulus, inquit[317nnn], predicator gentium et apostolus, iam in coniugio positos non solum monet, sed etiam iubet, ut si alter[318ooo] ex coniugibus credidisset, alterum[319ppp] non credentem, secum habitare tamen consentientem, non dimitteret. His uerbis tuis[320] aliud hoc esse, aliud illud[321], satis[322] euidenter ostendis. Illud enim de his coniugiis agitur, que non sunt primitus copulata[323qqq], ne nubat femina nisi[324rrr] suae religionis uiro, uel ne uir talem ducat uxorem; id enim (ut dicis) iubet Dominus[325], docet Apostolus, utrumque precipit[326] testamentum. Hoc autem diuersum esse quis abnuat, ibi[327sss] agitur[328] non de coniungendis, sed de coniunctis? Ambo quippe unius eiusdemque[329ttt] infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt; sed euangelium cum uenisset, alter sine altera, uel altera sine altero credidit. Si ergo aliud est hoc (quod sine scrupulo ullius dubitationis apparet), cur fidelem[330] cum infideli coniuge[331uuu] permanere non licet[332vvv] nonne etiam[333www] Dominus, sicut Apostolus iubet? Nisi forte loco isto uacat illud[334xxx] quod tam fideliter[335yyy] Apostolus[336zzz] ait: „An uultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus?" Et utique Dominus est Christus. §. 7. Intelligisne quid dicam? An in hoc explanando aliquanto diligentius inmorabor? Attende, ut rem ipsam explanandam[337aaaa] tamquam in conspectu declarandam[338bbbb] planiore sermone ponamus. Ecce, coniuges duo unius infidelitatis ita[339cccc] fuerunt, quando iuncti[340dddd] sunt. Nulla de his questio est, que pertineat ad illam Domini iussionem, doctrinamque apostolicam, et preceptum testamenti ueteris et noui, quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges, et ambo adhuc sunt infideles; adhuc tales sunt, quales fuerunt ante, quam coniungerentur[341eeee], qualesque[342] coniuncti sunt. Venitque[343ffff] euangelii predicator, credidit[344] eorum aut[345gggg] unus, aut una; sed ita, ut infidelis cum fideli habitare consentiat. Iubet fideli Dominus, ut[346hhhh] infidelem dimittat, an non iubet? Si dixeris, iubet, reclamat Apostolus: „Ego dico, non Dominus." Si dixeris, non iubet, causam requiro. Neque illam michi responsurus es, quam tuis litteris indidisti, quia Dominus uidelicet[347iiii] prohibet fideles infidelibus iungi. Hic enim nullo modo est ista causa; de[348] iam iunctis[349] loquimur, non de coniungendis[350kkkk]. Si[351] ergo tuam[352llll] causam non inuenisti, cur non uetet Dominus quod prohibet[353mmmm] Apostolus: (cernis[354nnnn] iam, ut estimo[355oooo], non esse ipsam[356], quam esse putaueras)[357pppp].

IV. Pars. Gratian. *Contra*[358] *inuenitur in Concilio Toletano IV.* [c. 62.][359]:

EDITIO ROMANA.

Causa XXVIII. Quest. I. c. 9. ss) adhibitis etiam apostolicis testimoniis dicerem, consilium esse tt) Apostoli (ab: *deest*) uu) haberent vv) prohibendi sunt ww) sunt: *deest* xx) dignatus est yy) fecit zz) ipse aaa) filios meos bbb) Ecce: *deest* ccc) neque ddd) ait eee) supra diu fff) vero ggg) vellet hhh) et iii) novo testamento, ut non nisi unius religionis et fidei coniugia sibi maneant copulata. Si hoc ergo est Domini praeceptum tam in veteri testamento quam in novo kkk) unius lll) contra hoc mmm) suam nnn) inquis ooo) unus aut una ppp) alteram vel alteram qqq) copulantur rrr) non sss) ubi ttt) eiusdem uuu) in coniugio vvv) licet: *deest* www) et (nonne: *deest*) xxx) illud: *deest* yyy) fidenter zzz) ipse Apost. aaaa) explan.: *deest* bbbb) considerandam cccc) ita: *deest* dddd) coniuncti eeee) iungerentur ffff) Venit gggg) aut: *deest* hhhh) ne iiii) videl.: *deest* kkkk) iungendis llll) tu mmmm) vetat nnnn) cernis iam oooo) existimo pppp) putaveras vide, ne forte illa sit, quae mihi visa est et tunc proferenda, et tunc defendenda: ut scilicet illud intelligamus dicere Dominum, quod habet coram illo nullo modo transgredienda iustitia, id est quod ita iubet aut vetat, ut aliud facere omnino non liceat.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. Iubet Apostolus: Quae sequuntur usque ad vers. *Iam in coniugio,* addita sunt ex B. Augustino, quemadmodum et in extremo ad vers. *Vide, ne forte,* usque ad finem, ut sit perfecta sententia. Multa autem sunt emendata ex eodem originali, cum manuscriptis etiam exemplaribus et Beda collato.

Causa XXVIII. Quest. I. can. 9. 278) ubi: *H Ed. Bas.;* ut ego: *Edd. rell. Ivo* 279) habuerit: *A;* habui: *B* 280) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG* (adhibitum est) — *Ivo* 281) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo;* consilium ab Ap,: *Ivo* — *cf.* I. *Cor. c.* 7. *v.* 12. 282) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 283) *Codd. et Edd. coll. o.* 284) expediat: *Ivo* 285) *Codd. et Edd. coll. o.;* quando prohibentur: *Ivo* 286) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 287) *ABCD Ivo* 288) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 289) dicit: *EGH Edd. coll. o.* — *cf.* I. *Cor. c.* 4. *v.* 14. 290) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 291) *Gal. c.* 5. *v.* 2. 292) circumdimini: *A Ivo* 293) dicit: *Ivo* 294) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB;* — *Ivo* 295) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 296) *add.:* eos: *D Edd. coll. o. Ivo* 297) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (dixit) 298) prohibuerat: *EGH Edd. Bas. Lugd.* I.; — prohibeat: *Edd. Ven.* II. *Par.* 299) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo;* superius: *Ivo* 300) et.: *deest: CD Ivo* 301) *Codd. coll. o. pr. CD;* — *orig. Ivo* 302) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Lugdd.* II. III. 303) esse: *GH* 304) copularent: *Ivo* 305) *Deut. c.* 7. *v.* 3. 306) a: *orig. Ivo* 307) *Codd. coll. o. Ivo* 308) *add.:* dicentis: *Ivo;* Ap. ubi dixit: *orig.* — I. *Cor. c.* 7. *v.* 39. 309) *add.:* viro: *AB* 310) et cui: *Ivo* 311) iungeres: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 312) aisti: *orig.* 313) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 314) *ib.* 315) *ib. pr. Edd. Lugdd.* II. III. 316) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 317) *ib. pr. G* 318) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 319) *ib.* 320) suis: *Ivo* 321) *add.:* esse: *EGH* 322) *add.:* quidem: *CD Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Lugdd.* II. III.; — *Ivo* 323) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 324) *ib. Corr.* 325) Deus: *orig.* 326) precepit: *Ivo* 327) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo* 328) igitur: *A;* ergo: *B; add.:* ergo: *Ed. Bas.* 329) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 330) virum fid.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* — *Ivo* 331) *Codd. et Edd. coll. o.; Turrecrem.;* inf. coniugio: *Ivo* 332) *ABCD Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugdd. Ivo* 333) *Ivo;* — *Codd. coll. o. pr. B* (non est); nonne et: *Edd. coll. o.; facile apparet quomodo lectura Ivonis corrupta sit* 334) *Codd. et Edd. coll o. Ivo* 335) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB;* — *Ivo* 336) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Arg. Lugdd.* II. III. *Edd. Lugdd.* II. III.; Ap.: *deest: Ed. Arg. orig.* — II. *Cor. c.* 13. *v.* 3. 337) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 338) *ib. pr. Edd. Lugdd.* II. III. 339) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugd.* I. *orig. Ivo* 340) *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 341) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 342) et quales: *EGH* 343) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 344) credit: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 345) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo* 346) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (ut non); — *Ivo* 347) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 348) nam de: *BEGH;* quia de: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugdd. Ivo* 349) coniunctis: *DEGH Edd. Lugdd.* II. III. *Ivo* 350) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 351) sicut: *Ivo* 352) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 353) *Codd. coll. o. Ivo* 354) *Codd. et Edd. coll. o.* 355) *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *Ivo* 356) *add.:* causam: *D Edd. coll. o.* 357) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo.* — putaveris: *Ivo* 358) econtra: *EGH* ‖ can. 10. 359) *c.* 63. *in Hisp. et ap. Bruns* I, 238.; *hab. ao.* 633. *Coll. tr. P.* II, 37, 22.

C. X. *Nisi ad fidem Iudeus accesserit, separetur ab uxore fideli.*

Iudei, qui Christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab episcopo ciuitatis illius[360a], ut, si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur, quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione, que iam in Christianam translata est fidem. Filii autem, qui ex talibus nati sunt[361b], fidem atque condicionem matris sequantur. Similiter illi[362c], qui procreati sunt de infidelibus mulieribus et fidelibus uiris, Christianam sequantur religionem, non Iudaicam supersticionem.

Gratian. *Verum hoc ideo statutum est, ne, dum fidelis salutem querit infidelis, pocius ipse cum eo*[363d] *infidelitatis perditionem inueniat. Unde in eodem Concilio* [c. 59.] *tam de filiis Iudeorum quam de*[364e] *ceteris ad fidem uenientibus statutum est, ut infidelium consortia*[365] *euitent*[366]:

C. XI.[367] *A parentum*[368a] *separentur consortio fideles*[369b], *ne eorum inuoluantur erroribus.*

Iudeorum filios uel filias[370], ne parentum ultra inuoluantur erroribus[371], ab eorum consortio separari decernimus[372], deputatos[373] aut monasteriis, aut Christianis mulieribus ac[374c] uiris, Deum timentibus, ut sub eorum conuersatione[375] cultum fidei discant, atque[376d] melius instituti[377] tam in moribus quam in fide proficiant.

C. XII. *Iudeis ad fidem uenientibus cum infidelibus*[378a] *nulla sit conmunio.*

Item [in eodem, c. 61.][379]

Sepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt; quanto magis eos, qui ad uicia proni sunt? Nulla igitur ultra conmunio sit Hebreis ad fidem Christianam translatis cum his, qui adhuc in ueteri ritu consistunt, ne forte eorum participatione[380] subuertantur. Quicumque ergo amodo[381] ex his, qui baptizati sunt, infidelium consortia non uitauerint, et hi Christianis donentur, et illi publicis cedibus deputentur.

C. XIII. *Cum Iudeis nec manducandum, nec habitandum, nec ab eis medicamentum accipiendum est*[382].

Item ex VI. Sinodo, [c. 11.][383]

Nullus eorum, qui in sacro sunt ordine[384], aut laicus azima eorum[385a] manducet, aut cum eis habitet aut aliquem eorum[386] in infirmitatibus suis uocet, aut medicinam ab eis percipiat[387], aut cum eis in balneo lauet. Si uero quisquam hoc fecerit, si clericus est, deponatur, laicus uero[388b], excommunicetur.

C. XIV. *Clerici siue laici Iudeorum conuiuia uitent, nec ad sua consortia eos recipiant*[389].

Item ex Concilio Agatensi, [c. 40.][390]

Omnes deinceps clerici siue laici Iudeorum conuiuia uitent[391a], nec eos quisquam[392] ad conuiuium excipiat[393b], quia, cum apud Christianos conmunibus cibis non utantur, indignum atque sacrilegum est eorum cibos a Christianis sumi, cum ea, que Apostolo[394] permittente nos sumimus, ab illis iudicentur inmunda, ac sic inferiores Christiani incipient[395c] esse, quam Iudei, si nos que ab illis[396] apponuntur utamur, illi uero a nobis oblata contempnant.

V. Pars. Gratian. *Ex his itaque euidenter colligitur, coniugium esse inter infideles. Illud uero Apostoli: „Quicquid*[397d] *non est ex fide, peccatum est," non ita intelligendum est, ut quicquid ab infidelibus fit peccatum esse credatur, sed omne*[398], *quod contra conscientiam*[399] *fit, edificat ad gehennam. Unde Ambrosius**: *„Peccatum est, quod aliter fit quam probatum est."* §. 1. *Item Augustinus*** *super eundem locum: „Omne, quod aliter fit quam probatur*[400e], *peccatum est; non tamen omne, quod fit cum fide, bonum est. Ignorantia enim, que est ex culpa, nocet." Hinc etiam Apostolus ait*[401]: *„Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat," id est qui non facit dampnabilem**** *semetipsum, aliter faciendo quam probet esse faciendum. Vel omne, quod non est ex fide, dicitur esse peccatum, quia quicquid non fit ea fide, ut ad eternam ualeat salutem, inutile reputatur apud Dominum*[402]. *Unde Augustinus ait: „Omnis uita infidelium peccatum est, nec ualet bonum esse quod fit absque Deo*†. *Ubi enim deest agnitio eternae et inconmutabilis ueritatis, falsa uirtus est etiam in optimis moribus."* §. 2. *Item cum dicitur: „non est uera pudicitia hominis infidelis*[403] *cum coniuge sua," negatur pudicitia esse uera quantum ad effectum, ad*[404] *premium uidelicet eternae salutis. Sicut enim apud hereticos sacramenta negantur esse uera, non quantum ad formam, sed quantum ad uirtutem, sic et uirtutes negantur apud infideles esse uerae, non quin uerae sint in eis, iuxta illud Ieronimi: „Virtutibus*†† *Romani promeruerunt inperium," sed quia effectu carent eternae salutis.* §. 3. *Item illud Ambrosii*[405]: *„Non est inputandum*[406f] *matrimonium, quod extra Dei decretum factum est; sed cum cognoscitur, est emendandum," non ostendit*[407] *coniugium non esse inter infideles. Nullo enim Domini precepto gentiles prohibentur coniungi gentilibus. Nec ergo eorum coniugium extra i. e. contra*[408g] *Dei decretum fit. Illa itaque auctoritate iubentur separari ab inuicem qui contra Dei uel ecclesiae decretum copulati sunt, utpote infideles cum fidelibus*[409h], *consanguinei*[410] *cum consanguineis, uel affines*[411] *cum affinibus. Hii omnes, si sibi inuicem copulati fuerint, separandi sunt.*

Hinc etiam idem Ambrosius in libro de Patriarchis, [lib. I. de Abraham, c. 9.][412]:

C. XV. *Fideles infidelibus*[413] *non sunt coniugio sociandi*[414a].

Caue, Christiane, gentili aut Iudeo filiam tuam tradere, Caue, inquit[415b], gentilem, aut Iudeam atque alienigenam, hoc est hereticam, et omnem alienam a fide tua uxorem accersas[416] tibi. Prima coniugii fides gratia castitatis est. §. 1.[417c] Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. Simul ad orationem nocte uobis surgendum est, et coniunctis precibus obsecrandus Deus.

EDITIO ROMANA.

Causa XXVIII. Quest. I. c. 10. a) ipsius b) exsistunt c) et hi d) ea e) de: *deest* — c. 11. a) parentum infidelium b) fideles filii c) aut d) atque in melius — c. 12. a) infideli — c. 13. a) Iudaeorum b) vero: *deest* — c. 14. a) evitent b) accipiat c) incipiat d) Omne quod e) probatum est f) putandum g) i. e. contra: *deest* h) fidelib. vel — c. 15. a) copulandi b) inquam c) Et infra: §. 1.

NOTATIONES CORRECTORUM.

V. Pars. * Unde Ambrosius: Referuntur verba glossae ordinariae in eum Pauli locum. Verba autem Ambrosii in eundem locum sunt haec: *Recte peccatum appellat quod aliter fit quam probatum est.*

** Item Augustinus: Haec non sunt inventa apud B. Augustinum, sed a vers. *Non omne,* usque ad vers. *Nocet,* sunt ex eadem glossa ordinaria ibidem.

*** Damnabilem: In glossa interlineari ibidem haec leguntur: *qui non facit se damnabilem nocendo aliis de suo bono.*

† Absque Deo: Apud B. Augustinum et in glossa ordinaria legitur: *et nihil est bonum sine summo bono.* Reliqua vero ut apud Gratianum.

†† Virtutibus: Haec non sunt reperta apud B. Hieronymum. Sententia elici potest ex B. Augustino in quinto de civit. Dei, c. 12. usque ad 15.

Causa XXVIII. Quest. I. can. 10. 360) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Coll. tr. P.* 361) *Codd. et Edd. coll. o.* 362) *ib.* 363) *Codd. coll. o.* 364) *ib.* 365) consortium: *DEGH* 366) devitent: *C;* vitent: *B* || can. 11. 367) *c.* 60. *C. Tolet.* IV. *hab. ao.* 633. *ap. Bruns* II, 238. — *Burch.* IV, 83.; *Ivo Decr.* I, 277.; *Ivo Pan.* I, 73.; *Coll. tr. P.* II, 37, 19.; *Coll. duod. P.* V, 98. 368) *ABCD* 369) *ib.* 370) *add.:* baptizatos: *Burch. Ivo Pan.* 371) errori: *orig. Hisp.* 372) decrevimus: *EGH Ed. Bas.* 373) deputandos: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* — tradique: *Ivo Decr. Pan.* 374) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 375) cura et conv.: *Ivo Decr.* 376) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 377) constituti: *Burch. Ivo Decr. Pan.* || can. 12. 378) *Codd. coll. o.* 379) *hab. ao.* 633. *c.* 62. *ap. Bruns* I, 238. *Burch.* IV, 84. *Ivo Decr.* I, 278. *Ivo Pan.* I, 74.; *Coll. tr. P.* II, 37, 21. *Coll. duod. P.* V, 99. 380) participio: *orig. Hisp.* 381) igitur: *orig. Hisp. Collatt. citt. o.* || can. 13. 382) *rubr.: deest: AB;* de eodem: *EGH* 383) *imo ex Trullana hab. ao.* 692. *Ivo Decr.* XIII, 116. (ex VII. syn.); *Coll. tr. P.* II, 11, 5. *Caes.* VIII, 102. 384) *add.:* constituti: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 385) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 386) eos (aliq.: *deest*): *Ivo Coll. tr. P.* 387) accipiat: *Ivo* 388) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* || can. 14. 389) *rubr.: deest: A;* Christiani devitent Iudaeor. conviv. (consortia: *EG*): *EGH* 390) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 154.; *Ivo Decr.* XIII, 117.; *Coll. tr. P.* II, 28, 39. 391) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* 392) quisquis: *Hisp.* 393) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 394) *cf.* I. *Tim. c.* 4. 395) *ABCD;* incipiunt: *Coll. tr. P.* 396) eis . . . contempnunt: *AB* 397) *Codd. coll. o. pr. A — Rom. c.* 14. *v.* 23. 398) et omne: *AB* 399) scientiam: *AC* 400) *Codd. coll. o. pr. G* 401) *Rom. c.* 14. *v.* 22. 402) Deum: *ADEGH* 403) et infid. etiam: *EGH* 404) et ad: *A;* id est ad: *EGH* 405) *supra ead. in princ.* 406) *Codd. coll. o.* 407) ostenditur: *ACD* 408) *Codd. coll. o.* 409) *ABEGH* 410) cons. cum: *deest: CD* 411) aff.: *deest: ACD;* consanguinei (vel: *deest*): *B* || can. 15. 412) *no.* 84. — *Pet. Lomb. Sent.* IV, 39. 413) cum infid.: *EGH* 414) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 415) *Codd. et Edd. coll. o.* 416) non acc.: *Edd. Arg. Bas.;* accipere: *Edd. rell.;* arcessas: *orig.* 417) *Codd. coll. o.*

C. XVI. *Cum hereticis catholici non misceant coniugia*[418].
Item ex Concilio Agatensi, [c. 67.][419]

Non[420] oportet cum omnibus[421a] hereticis miscere conubia, et[422] uel filios uel filias dare, sed potius accipere, si tamen se profitentur[423b] Christianos esse futuros et[424] catholicos.

C. XVII. *Christiana conmunione careat qui Iudaicae prauitati*[425] *coniugali uinculo se sociat.*
Item ex Concilio Aruernensi[426a*].

Si quis Iudaicae prauitati coniugali[427] societate iungitur[428], siue[429] Christiana Iudeo, siue Iudea[430] Christiano mulier carnali consortio misceatur[431], quicumque eorum[432] tantum nefas admisisse cognoscitur[433], a Christiano[434] cetu atque conuiuio, et a conmunione ecclesiae[435] protinus segregetur[436].

Gratian. *Item illud Augustini*[437]: „*Non est ratum coniugium, quod sine Deo est,*" *non negat coniugium esse inter infideles. Coniugium enim aliud est legitimum et non ratum, aliud ratum et non legitimum, aliud legitimum et ratum. Legitimum coniugium est, quod legali institutione uel prouinciae moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum non est, quia non est firmum et inuiolabile*[438**] *coniugium eorum. Dato enim libello repudii licet eis discedere*[439b] *ab inuicem, et aliis copulari lege fori, non lege poli, quam non secuntur. Inter fideles uero ratum coniugium est, quia coniugia, semel inita inter eos, ulterius solui non possunt. Horum quedam sunt legitima, ueluti cum uxor a parentibus traditur, a sponso dotatur, et a sacerdote benedicitur. Hec talia coniugia legitima et rata appellantur. Illorum uero coniugia, qui contemptis omnibus illis solempnitatibus solo affectu aliquam sibi in coniugem copulant, huiuscemodi*[440c] *coniugium non legitimum, sed ratum tantummodo*[441] *esse creditur.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

Quod uero uxore uiuente alteram ducere non possit[*], *testatur scriptura*[**], *dicens:* „*Alioquin si disceditis ab inuicem, et uolentes cohabitare dimittitis, et aliis*[1] *uos copulaueritis, adulteri eritis, et filii uestri, qui postea nascentur, erunt inmundi, id est spurii.*"

C. I. *Non potest aliquis*[2a] *post baptismum alteram ducere uiuente ea, que ante baptismum sibi fuerit*[3] *uirgo copulata.*
Item ex Concilio Meldensi, [c. 1.][4]

Si quis habuerit[5] uxorem uirginem ante baptismum, uiuente illa post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim[6] in baptismo soluuntur, non coniugia.

Gregorius autem contra[7] *testatur, dicens*[8*]:

C. II. *Licet fideli uxorem aliam ducere, quam*[9**] *Christianae fidei odio infidelis dimittit.*

„Si[10] infidelis discedit odio Christianae fidei, discedat. Non est enim frater aut soror[11] subiectus seruituti in huiusmodi." Non est enim peccatum dimisso propter Deum, si alii se copulauerit. Contumelia quippe creatoris soluit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur. Infidelis autem discedens et in Deum peccat, et in matrimonium, nec est ei fides seruanda coniugii, qui propterea discessit[12a], ne audiret Christum esse Deum[***] Christianorum coniugiorum.

Gratian. *Hic distinguendum est, aliud esse dimittere uolentem cohabitare, atque aliud discedentem non sequi. Volentem enim cohabitare licet quidem dimittere, sed non ea uiuente aliam superducere; discedentem uero sequi non oportet, et ea uiuente aliam ducere licet. Verum hoc non nisi de his intelligendum est, qui in infidelitate sibi*[13b] *copulati sunt. Ceterum si ad fidem uterque conuersus est, uel si uterque fidelis matrimonio coniunctus*[14c] *est, et procedente tempore alter eorum a fide discesserit, et odio fidei coniugem dereliquerit, derelictus discedentem non comitabitur; non tamen illa uiuente alteram ducere poterit, quia ratum coniugium fuerat inter eos, quod nullo modo solui potest.*

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Utrum uero bigamus sit reputandus qui ante baptismum habuerit unam, et post baptismum alteram, auctoritate Ieronimi patet. Ait enim super epistolam Pauli ad Timotheum[1*]:

C. I. *Non est bigamus qui ante baptismum habuerit unam, et post baptismum alteram.*

Oportet episcopum esse unius uxoris uirum. Verum hoc post baptismum. Ceterum, si ante baptismum habuerit[2a] unam, et post baptismum habuerit[3] alteram[4b], non est reputandus bigamus, cui prorsus innouato per baptismum omnia uetera sunt dimissa.

Augustinus uero contra testatur, et Innocentius. Ait enim Augustinus super epistolam Pauli ad Titum[5*]:

C. II. *Non debet fieri episcopus qui ante baptismum habuerit*[6] *unam, et post baptismum alteram.*

Acutius uero[7] intelligunt, qui nec eum ordinandum censuerunt, qui ante baptismum habuerit[8] unam, et post baptismum alteram. In baptismate enim crimina abolentur, non federatio coniugii dissoluitur. Sicut illa, que catecumina uitiata est, inter Dei uirgines consecrari non potest, sic et[9a] qui ante baptismum habuit unam, et post baptismum alteram, non nisi bigamus reputandus est. Amisit enim quiddam non ad uitae meritum, sed ad signaculi sacramentum.

Gratian. *Item Innocentius*[10] *Rufo et Eusebio episcopis*

EDITIO ROMANA.

Causa XXVIII. Quest. I. c. 16. a) hominibus b) profiteantur — c. 17. a) Urbanensi* b) recedere c) huiusmodi — Quest. II. c. 1. a) quis — c. 2. a) discedit b) sibi: *deest* c) iunctus — Quest. III. c. 1. a) habuit b) aliam — c. 2. a) et: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Eadem sententia quibusdam verbis mutatis habetur in conc. Avernensi c. 6. Et similia sunt in Aurelianensi II. c. 19.
** Inviolabile: Sic in omnibus vetustis exemplaribus, quae collata sunt. In vulgatis legebatur: *et ideo violabile* [Edd. coll. o. pr. Bas.].
Quest. II. * Non possit: In vulgatis sequebantur haec: *qui infidelem dimisit* [Edd. coll. o. pr. Bas.], quae in manuscr. exemplaribus non habentur.
** Scriptura: Haec non sunt verba ipsa scripturae, sed in glossa ordinaria ex Ambrosio ad ea verba 1. Cor. 7. *alioquin filii vestri etc.*, haec leguntur: *Si dimittitis, invicem nolentes cohabitare, et aliis vos copulatis, adulteri estis, et filii vestri spurii, et ideo immundi.*
C. II. * Haec non sunt inventa apud B. Gregorium, sed apud B. Ambrosium ad c. 7. 1. Corinthiorum eadem fere leguntur plenius atque aptius exposita.
** Quam: Sic etiam in vetustis; sed si legeretur: *quem*, magis videretur respondere verbis ipsius capitis.
*** Christum Deum: In loco indicato est: *ne audiret auctorem esse Christianorum Deum coniugii.*
Quest. III. C. I. * Sententia huius capitis habetur supr. dist. 26. c. *Unius*, ex glossa ordinaria 1. ad Timotheum c. 3. Beatus autem Hieronymus hanc rem et in epist. ad Tit. c. 1. attigit, et in epistola ad Oceanum copiose tractavit.
C. II. * Sententia huius capitis habetur in collectaneis Bedae et glossa ord. ad c. 1. epist. ad Titum, ut supra 26. dist. c. *Acutius*.

Causa XXVIII. Quest. I. can. 16. 418) connubia: *CD* 419) *hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 159. — *Coll. tr. P.* II, 28, 66. — *eadem fere sunt in Conc. Laod. c.* 31. — *Burch.* IX, 78. (77.) *Ivo Decr.* VIII, 204.; — *cf. ad. c.* 30. *Dist.* XXIII. 420) quoniam non: *Coll. tr. P.* 421) *ACD orig. Hisp.* 422) et: *deest: BEGH;* vel: *deest: CD;* vel et ... et: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 423) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd. — Turrecrem. orig. Hisp.* 424) et: *deest: Hisp.* || can. 17. 425) pravitatis: *AB* 426) *nomen in Codd. corruptum est, legitur:* Urbenensi: *ABEH Corr.;* Herbenensi: *CH; — est c.* 4. *Concil. Arvern. hab. ao.* 535. *ap. Bruns c.* 2. — II, 189. — *Pet. Lomb.* IV, 39. 427) iugali: *H orig. Hisp.* 428) coniungitur: *B orig. Hisp.* 429) et seu: *orig.;* id est si seu: *Hisp.* 430) Iudaeus christianae mulieri: *orig.* 431) misceantur: *Edd. Lugdd.* II. III. 432) horum: *orig. Hisp.* 433) dignoscuntur: *orig.;* noscuntur: *Hisp.* 434) Christianorum: *orig.* 435) *add.:* cuius sociatur hostibus: *orig.* 436) segregentur: *Hisp.* 437) *supra ead. in princ.* 438) indissolubile: *B* 439) *Codd. coll. o.* 440) *Codd. coll. o. pr. G* 441) tantum: *BEH; deest: G*
Causa XXVIII. Quest. II. 1) alii: *ABD* || can. 1. 2) *Codd. coll. o. pr. A* 3) fuerat: *ACDEG* 4) *Similia fere sunt in Conc. Trib. hab. ao.* 895. *c.* 39. *ap. Hartzheim* II, 403. — *Burch.* IX, 61.; *Ivo Decr.* VIII, 197.; *Ivo Pan.* VI, 98.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 72.; *Coll. duod. P.* V, 89. 5) habuit: *A Ivo Pan.* 6) eu.: *deest: Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 2. 7) econtra: *ABEH;* e contrario: *G* 8) *ex Comm. ad* I. *ep. Paul. ad Corinth. ad c.* 7. *v.* 13., *qui Ambrosio tribui solent. — non consonat Grat. cum originali. — Lomb.* IV, 39. 9) qui ... infidelem: *C;* quam infidelem: *A* 10) I. *Cor. c.* 7. *v.* 15. 11) *add.:* fidelis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 12) *ABCD;* quae .... discedit: *H;* quia Turrecrem.: *Ed. Rom.* 13) *Codd. coll. o.* 14) *CDEGH*
Causa XXVIII. Quest. III. can. 1. 1) *cf. c.* 1. *Dist.* XXVI. 2) *CDEGH;* habeat: *B* 3) habuit: *AG Edd. Lugdd.* II. III. 4) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 2. 5) Aug.: *deest: CD; — cf. c.* 3. *Dist.* XXVI. *et supra qu.* 1. *c.* 1. 6) habuit: *CDG* 7) vero: *deest: ABH* 8) habuit: *A Ed. Bas.* 9) *Codd. coll. o, Ed. Bas.* 10) *cf. c.* 3. *Dist.* XXVI. *et supra qu.* 1. *c.* 1.

Macedoniae multis argumentis probat, talem bigamum reputari. Quia ergo iste, cuius causa in presenti agitur, ante baptismum habuit unam, et post baptismum alteram, bigamus iudicatur[11], *et, licet uitae merito et industria scientiae*[12b] *polleat, tamen in episcopum ordinari non potest.*

CAUSA XXIX.

GRATIANUS.

Cuidam nobili mulieri nunciatum est, quod a filio cuiusdam nobilis petebatur in coniugem; prebuit illa assensum. Alius uero quidam ignobilis atque seruilis condicionis nomine illius se ipsum obtulit, atque eam in coniugem accepit. Ille, qui sibi prius placuerat, tandem uenit, eamque[1] *sibi in*[2] *coniugem petit. Illa se delusam conqueritur, et ad prioris copulam aspirat.* (Qu. I.) *Hic* **primum** *queritur, an sit coniugium inter eos?* (Qu. II.) **Secundo**, *si prius putabat, hunc esse liberum, et postea deprehendit, illum esse seruum, an liceat ei statim ab illo discedere?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

Quod autem coniugium sit inter eos, probatur hoc modo. Coniugium siue matrimonium[3] *est uiri et mulieris coniunctio, indiuiduam uitae consuetudinem retinens. Item consensus utriusque matrimonium facit. Quia ergo isti coniuncti sunt, ut indiuiduam uitae consuetudinem conseruarent, quia uterque consensit in alterum, coniuges sunt appellandi.* §. 1. *His ita respondetur: Consensus*[4] *est duorum uel plurium sensus in idem. Qui autem errat non sentit, non*[5] *ergo consentit, id est simul cum aliis sentit*[6]. *Hec autem errauit; non ergo consensit: non itaque coniux est appellanda, quia non fuit ibi consensus utriusque, sine quo nullum matrimonium esse potest. Sicut enim qui ordinatur ab eo, quem putat esse episcopum, et adhuc est laicus, errat, nec uocatur ordinatus, immo adhuc ab episcopo est ordinandus: sic ista errans nulli est copulata coniugio, immo adhuc est copulanda.* §. 2. *Ad hec, non omnis error consensum euacuat; qui enim accipit in uxorem*[7a], *quam putat uirginem, uel qui accipit meretricem, quam putat esse castam, uterque errat, quia ille corruptam existimat esse*[8b] *uirginem, et iste meretricem reputat*[9] *castam. Numquid ergo dicendi sunt non consensisse in eas? aut dabitur utrique facultas dimittendi utramque, et ducendi aliam? Verum est, quod non omnis error consensum excludit; sed error alius est*[10] *personae, alius*[11] *fortunae, alius condicionis, alius qualitatis. Error personae est, quando hic putatur esse Virgilius, et ipse est Plato. Error fortunae, quando*[12c] *putatur esse dIues qui*[13] *pauper est, uel e conuerso. Error condicionis, quando putatur esse liber qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus qui malus est. Error fortunae et qualitatis coniugii consensum non excludit. Error uero personae et condicionis coniugii consensum non admittit. Si quis enim pacisceretur, se uenditurum agrum Marcello, et postea ueniret Paulus dicens se esse Marcellum, et emeret agrum ab illo, numquid cum Paulo conuenit iste de precio, aut dicendus est agrum sibi uendidisse? Item si quis promitteret, se uenditurum michi aurum, et pro auro offerret michi auricalcum*[14d], *et ita me deciperet, numquid dicerer consensisse in auricalcum? Numquam uolui emere auricalcum, nec ergo aliquando in illud consensi, quia consensus non nisi uoluntatis est. Sicut ergo hic error materiae excludit consensum, sic et in coniugio error personae. Non enim consensit in hunc, sed in eum, quem hunc*[15e] *putabat esse.* §. 3. *Sed obicitur*[16]: *Iacob non consenserat in Liam, sed in Rachel: septem quidem*[17f] *annis pro Rachel seruierat. Cum ergo eo ignorante Lia esset sibi subposita, non fuit coniugium inter eos, si error personae consensum excludit, quia, ut dictum est, non in eam consenserat, sed in Rachel. His ita respondetur: Consensus est alius precedens, alius*[18] *subsequens. Precedit consensus, quando ante carnalem copulam in indiuiduam uitae consuetudinem uterque consentit; subsequitur, quando post concubinalem siue fornicarium coitum consentiunt in idem. Iacob ergo et Liam non fecit coniuges precedens consensus, sed subsequens; nec tamen ex primo concubitu fornicarii iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, et illa uxorio affectu sibi debitum persoluerit, putans lege primogenitarum et paternis inperiis se sibi iure copulatam.* §. 4. *Quod autem error personae nonnullos excuset, illa auctoritate probatur, qua soror uxoris utroque inscio, sorore uidelicet et marito, in lectulum*[19g] *eius iisse*[20h], *et a uiro suae sororis cognita perhibetur, que cum sine spe coniugii perpetuo manere censeatur, ille tamen, qui cognouit eam per ignorantiam, excusatur. Aliter etiam hoc probatur. Diabolus nonnumquam se in angelum lucis transformat, nec est periculosus error, si tunc creditur esse bonus, cum se bonum simulat. Si ergo tunc ab aliquo simplici quereret, an suae beatitudinis uellet esse particeps, et*[21] *ille responderet, se in eius consortium uelle transire, numquid dicendus esset*[22i] *consensisse in consortium diabolicae dampnationis, an non pocius in participationem eternae claritatis? Item, si quis hereticorum, nomine Augustini, uel*[23] *Ambrosii, uel Ieronimi, alicui catholicorum se ipsum offerret, atque eum ad suae fidei imitationem prouocaret, si ille preberet assensum, in cuius fidei sentenciam diceretur consensisse*[24]? *non in hereticorum sectam, sed in*[25] *integritatem catholicae fidei, quam ille hereticus se mentiebatur habere. Quia ergo hec persona decepta errore non in hunc, sed in eum, quem iste se mentiebatur esse, consensit, patet, quod eius coniux non fuerit*[26]. §. 5. *Error fortunae et qualitatis non excludit consensum, ueluti si quis consentiret in prelaturam alicuius ecclesiae, quam putaret esse diuitem, et illa esset minus copiosa, quamuis hic deciperetur errore fortunae, non tamen posset renunciare prelaturae acceptae. Similiter, que nubit pauperi, putans illum esse diuitem, non potest renunciare priori condicioni, quamuis errauerit. Error qualitatis similiter non excludit consensum; utpote si quis emerit agrum uel uineam, quam putaret*[27k] *esse uberrimam, quamuis iste erraret qualitate*[28l] *rerum, rem minus fertilem emendo, non potest tamen uenditionem rescindere. Similiter, qui ducit meretricem in*[29] *uxorem uel corruptam, quam putat esse castam uel uirginem, non potest eam dimittere, et*[30] *aliam ducere.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. **Pars.** *Secunda questio de condicione proposita est, an liceat mulieri dimittere eum, quem putabat liberum, si postea inuenerit illum seruum*[1]? *Quod uero mulieri non liceat a seruo discedere, multis rationibus uidetur posse probari. In Christo enim Iesu nec*[2a] *Iudeus, nec Grecus, nec seruus, neque liber: ergo nec in coniugio Christianorum. Eadem enim lege in fide Christi uterque regitur. Indifferenter enim ab Apostolo dicitur omnibus*[3]: „*Qui uult*[4] *nubere nubat in Domino.*" *Et item*[5b]: „*Mulier nubat cui uult; tantum in Domino.*" *Non precipitur, ut ingenua nubat ingenuo, ancilla seruo; sed quelibet nubat earum cui uult, dummodo*[6] *in Domino.*

C. I. *Licet seruis*[7a] *matrimonia contrahere.*

Item Iulius Papa, c. 4.[8*]

Omnibus nobis[9] unus pater est in celis, et unusquisque, diues et pauper, liber et seruus, equaliter pro se et pro

EDITIO ROMANA.

Causa XXVIII. Quest. III. b) industriae scientia — Causa XXIX. Quest. I. a) uxor. corruptam b) esse: *deest* c) quando hic d) orichalcum (*et sic deinceps*) e) hunc: *deest* f) si quidem g) lectum h) ivisse i) est k) putabat — Quest. II. a) nec est b) iterum — c. I. a) servo

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XXIX. Quest. II. C. I. * Caput hoc apud Burchardum et Ivonem sequitur post ultima verba capitis: *Si quis ancillam*, infra eadem.

Causa XXVIII. Quest. III. can. 2. 11) reputatur: *EH;* reputandus est: *G* 12) *Codd. coll. o.*
Causa XXIX. 1) et eam: *C;* eam: *AB* 2) in: *deest: CD*
Causa XXIX. Quest. I. 3) *cf.* §. 1. *I. de pat. pot.* 4) *cf. l.* 1. *Dig. de pactis* 5) nec: *AGH;* non . . cons.: *deest: E* 6) non sentit: *C;* consentit: *D* 7) *Codd. coll. o.* 8) *ib. pr. AB* 9) putat: *CDG* 10) est: *deest: EH* 11) al. est: *AEH* 12) *Codd. coll. o.* 13) qui vel: *EH* 14) *Codd. coll. o.* 15) *ib.* 16) *cf. Gen. c.* 29. 17) *Codd. coll. o. pr. B* 18) *add.:* est: *EGH* 19) *Codd. coll. o. pr. B* 20) *Codd. coll. o.* 21) et: *deest: CD* 22) *Codd. coll. o.* 23) vel Amb.: *deest: CD* 24) concessisse: *AC* 25) in: *deest: AH* 26) fuit: *BH* 27) *Codd. coll. o.* 28) *ib.* 29) in: *deest: AB* 30) et . . . ducere: *deest: AB*
Causa XXIX. Quest. II. 1) ille inventus fuerit servus: *EGH* 2) *Codd. coll. o.* 3) I. *Cor. c.* 7. *v.* 39. 4) volunt . . nubant: *CD* 5) *Codd. coll. o.* 6) tantum: *EGH* ‖ can. 1. 7) *Codd. coll. o.* 8) *Caput incertum — Jaffé no.* CXLIV. — *Burch.* IX, 18. (*can.:* si quis ancillam); *Ivo Decr.* VIII, 156.; *Ivo Pan.* VI, 38. (*ut ap. Burch.*) 9) vobis: *Burch. Ivo Decr.*

animabus eorum rationem reddituri[10] sunt. Quapropter omnes, cuiuscumque condicionis sint, unam legem quantum ad Dominum[11b] habere non dubitamus[12]. Si[13] autem omnes** unam legem habent, ergo sicut ingenuus dimitti non potest, sic nec[14] seruus semel coniugio copulatus ulterius dimitti poterit.

C. II. *Ancillam in matrimonio susceptam uiro dimittere non licet.*

Item Zacharias *Papa*[15].

Si quis liber ancillam in matrimonium[16] acceperit, non habet licentiam dimittere[17] eam[18] si[19] consensu amborum coniuncti sunt[20], excepta* causa fornicationis; sed una lex deinceps erit per omnia et[21] uiro et feminae.

C. III. *Inter patronum et libertam constat esse coniugium*[22a] *legitimum.*

Item Iulius *Papa*[23].

Si quis ancillam[24] suam libertate[25] donauerit, et in matrimonio[26b] sibi[27] sociauerit, dubitabatur[28c] apud quosdam, utrum[29] huiusmodi nuptiae legitimae esse uideantur, an non. Nos itaque, uetustam ambiguitatem decidentes, talia[30] conubia legitima esse censemus[31]. Si enim ex affectu fiunt[32] omnes nuptiae, nichil[33d] inpium et[34] legibus contrarium in tali copulatione fieri[35] potest, quare predictas nuptias inhibendas existimauerimus[36e]?

II. Pars. Gratian. *His ita respondetur: Non negatur, ingenuam posse nubere seruo, sed dicitur, quod si nescitur esse seruilis condicionis, libere potest dimitti, cum seruitus eius fuerit deprehensa. Illud autem Apostoli et Iulii Papae intelligendum est de his, quorum condicio utrique nota est. Huius autem condicio mulieri incognita erat; non ergo premissis auctoritatibus cogitur manere cum eo*[37f], *sed liberum illi esse ostenditur uel manere, uel discedere.*

Unde in Concilio apud Vermeriam, *cui interfuit Rex* Pipinus, *statutum est c. 6.*[38]*

C. IV. *De eo, qui ancillam ducit*[39a] *in uxorem, quam putat*[40b] *liberam esse.*

Si quis ingenuus homo ancillam uxorem alterius acceperit[41], et[42] existimat[43], quod ingenua sit, si ipsa femina fuerit postea in seruitute detecta[44]**, si eam a seruitute redimere potest[45], faciat; si[46] non[47] potest, si[48] uoluerit, aliam[49] accipiat. Si[50] autem ancillam[51] eam scierat et collaudauerat, post ut[52c]*** legitimam[53d] habeat. Similiter et mulier ingenua de[54] seruo alterius facere debet[55].

C. V. *Non licet mulieri dimittere quem sciens seruum*[56] *accepit in uirum.*

Item ex eodem, *c.* 8.[57]

Si femina[58] ingenua acceperit[59] seruum, sciens[60], quod[61] seruus esset, habeat[62] eum, quia[63] omnes unum patrem habemus in celis*. Una[64] lex erit[65] uiro et feminae.

C. VI. *Seruitutis occasione dimitti non ualet que post controuersiam status se in libertatem asseuerauerit*[66a].

Item Gregorius [lib. VI. epist. I. ad Fortunatum Episcopum][67].

Cuius[68] rei causa cum matre sua huc conpulsa anno preterito presentium uenerit[69] latrix, fraternitas tua cautius nouit, quia[70] scilicet maritus suus clericus uester ob hoc, quod de seruili fuerat condicione pulsata, a suo noscitur[71b] remouisse consortio, uosque hic positos asserunt promisisse, ut, si probare se liberam adiuuante Domino ualuisset, suo eam uos coniugio[72] reformaretis. Fraternitas igitur[73] uestra cognoscat, quod reuelante Deo libertatis auctore, approbata sit libera, nullaque in ea macula est[74] seruilis inuenta. His ergo cognitis, sine mora aliqua[75] suo[76c] eam uolumus marito restitui, nec ulterius idem uir eius argumenta sibi occasionis exquirat, quibus eam possit abicere. Nam si a uobis (quod non credimus) minime fuerit adinpletum, eamque recipere forte[77] distulerit, nos[78] illud cognoscatis cum districta uindicta corrigere[79d].

Gratian. *Cum dicitur*[80]: *„sciens illum seruum," datur intelligi, quod si nescierit*[81e], *illum seruum esse, non cogitur cum eo manere. Quia hec ergo et personae et condicionis dolum passa est, non cogitur adherere ei, cuius fraude decepta est; si uero liberum*[82] *acceperit, et ille, ut causam prestet dissidii*[83], *se alicuius seruum fecerit, nec*[84f] *uxorem dimittere, nec illa ob uinculum coniugii in seruitutem redigi poterit.*

Unde in Triburiensi *Concilio*[85]:

C. VII. *Occasione condicionis dolose mutatae uir non discedat ab ea, quam tempore libertatis accepit*[86a].

Perlatum est ad sanctam sinodum, quod quidam ingenuus ingenuam acceperit[87b] uxorem, et post filiorum procreationem occasione diuortii cuiusdam seruum se fecerit[88c], utrum necessario mulierem tenere debeat, et si tenuerit, utrum illa quoque[89] secundum secularem legem seruituti subici[90] debeat, quesitum est*. Iudicatum est, uxorem minime debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi, dum ille non ex consensu

EDITIO ROMANA.

Causa XXIX. Quest. II. c. I. b) Deum — c. 3. a) *et* b) matrimonium c) dubitatur d) et nihil e) existimemus f) illo — c. 4. a) duxit b) putabat c) prout* d) legit. quam — c. 6. a) asseruerit b) noscitur eam c) suo per vos d) correcturos e) nesciret f) nec ille — c. 7. a) acceperit b) accepit c) fecit

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Si autem omnes: Haec usque ad finem habentur quidem in Panormia, sed non apud Burchardum et Ivonem, videnturque ipsius collectoris.

C. II. * Excepta: Hinc usque ad finem non sunt in Capitularibus, neque apud Ivonem, qui illa citat. Magister vero sententiarum habet: *nisi ob fornicationem.*

C. IV. * Scriptum est nomine totius universitatis Lovaniensis ad S. D. N. Gregorium XIII., exstare in bibliotheca B. Trudonis librum manuscriptum sub hoc titulo: *Excerpta decretorum,* in quo inter alia capitula istius concilii apud Vermeriam habentur hoc et sequens caput.

** Detecta: Apud Magistrum legitur: *in servitutem deiecta;* apud Burchardum vero: *inservita,* quod verbum hac eadem notione habetur l. 3. Capitularium c. 28.

*** Prout: In aliquot vetustis codicibus est: *post ut,* itemque: *postea ut* [EG Ed. Bas.], quemadmodum et apud Burchardum et Ivonem.

C. V. * Quia omnes unum patrem habemus in coelis: Verba haec non sunt in Capitularibus, neque apud Ivonem p. 8. c. 52., ubi ipsa citat capitularia. Sunt tamen apud eundem c. 165., ubi refert ex conc. apud Vermeriam, quemadmodum nunc Gratianus.

C. VII. * Quaesitum est: Hae duae voces absunt a ceteris collectoribus [Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.] praeter Magistrum. Lex vero saecularis, cuius hic mentio fit, est inter leges Longobardorum, ut in glossa dicitur.

Causa XXIX. Quest. II. can. 1. 10) daturi: *Ivo Decr. Pan.* 11) *Codd. coll. o. Ed. Bas.; — add.:* pertinet: *Edd. coll. o. pr. Bas. Burch. Ivo Pan.* 12) *finis canonis: Burch. Ivo Decr.* 13) Si . . hab.: *deest: Ivo Pan.* 14) non: *EGH* || can. 2. 15) *legitur in* §. 290. *Poenit. Theodori ed. Hildenbrand. et in excerptionibus quae dicuntur Egberti c.* 124. — *Ivo Decr.* VIII, 53.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 40.; *Caes.* X, 32.; *Lomb.* IV, 36. — *Ben. Lev.* II, 95. 16) matrimonio; *AB;* matrimonio accipere: *orig.* 17) dimittendi: *ABG* 18) eam: *deest: orig.* 19) si ante cum: *orig.;* si prius: *Ben. Lev. Ivo Coll. tr. P.* 20) sint: *Ivo Decr.; finis canonis: orig. Ben. Lev. Ivo Coll. tr. P.* 21) et: *deest: EGH* || can. 3. 22) *ABCD* 23) *imo l.* 26. *Cod. Iust. de nupt.* (5, 4.) — *Burch.* IX, 18. (*can. contin.*); *Ivo Decr.* VIII, 156. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* VI, 37.; *Polyc.* VI, 4, 8. (*can. cont.*) 24) alumnam: *orig.* 25) in libertatem: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (libertati); *Edd. Lugdd.* II. III. 26) *AB Corr. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 27) sibi: *deest: ACD* 28) *AEGH Burch. Ivo Decr. Polyc.;* dubitabatur apud antiquos: *orig.* 29) utrumne: *orig.* 30) non esse vetitum matrimonium: *ib.* 31) censuimus: *Corr. Burch. Polyc.* 32) fuerint: *BDG;* introducuntur: *orig.* 33) *Codd. coll. o.* 34) neque: *orig.* 35) spectamus: (pot.: *deest*): *ib.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (existimavimus); *Lugdd.* II. III.; — *Corr. orig. Collatt. citt. o.* 37) *Codd. coll. o.* || can. 4. 38) *c. 6. Capit. Verner. ao.* 753. *in Mon. Germ. LL.* I, 22. — *Reg.* II, 118. *Burch.* IX, 26. *Ivo Decr.* VIII, 164. *Ivo Pan.* VI, 41. 111. *Lomb.* IV, 36. 39) *Codd. coll. o. pr. C* 40) *ABCD* 41) uxorem duxerit: *Ivo Pan.* 41. 42) pro ingenua (ex. . . . sit: *deest*): *orig.* 43) aestimat: *Ivo Decr. Pan.* 41. 111. 44) inservita: *orig. Reg. Burch.* 45) possit: *Burch.* 46) et si: *ib.* 47) redimi non: *orig.* 48) si ita: *ib.* 49) liceat ei al. accipere: *ib.* 50) si . . . hab.: *deest: orig. Reg.* 51) servam: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 41.; tamen esse: *Ivo Pan.* 111. 52) *ABCDH Burch. Ivo Decr. Pan.;* postea ut: *Ed. Bas.* 53) *ACD Burch. Ivo Decr. Pan.* 41. 54) si servum accipiat pro ingenuo (all. . . . deb.: *deest*): *orig.* 55) potest: *Reg.* || can. 5. 56) serv. esse si acceperit: *EGH* 57) *c. 5. Capit. Compendiens. ao.* 757. *in Mon. Germ. LL.* I, 28. — *Reg. Appdx.* III, 46.; *Burch.* IX, 27.; *Ivo Decr.* VIII, 52. 165.; *Ivo Pan.* VI, 42.; *Lomb.* IV, 36. — *Ben. Lev.* I, 20. 58) mulier: *Burch. Ivo Decr.* 52. 59) accepit: *orig.;* accipit: *Reg. Burch.* 60) et sciebat tunc: *orig.* 61) quia: *Burch. Ivo Decr.* 165. 62) habeat interim quo sivit: *orig.* 63) quia . . . coel.: *deest: orig. Reg.* 64) una enim: *B;* una autem: *Ivo Decr.* 52. 65) est de viris et foeminis: *orig.;* et viro: *Reg. Ivo Decr.* 165. 52. *Ivo Pan.* || can. 6. 66) *ABDH;* asseverat: *C* 67) *Ep. 1. scr. ao.* 596. *lib.* VII. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1079. 68) huius: *ABCGH* 69) venerat: *BDEH Ed. Bas.* 70) quam quia (scil.: *deest*): *orig.* 71) *B orig.* 72) coniugi reformare: *orig.* 73) igit.: *deest: ib.* 74) est: *deest: A orig.* 75) aliq. cognoscat quod revelante deo libertatis auctore approbatam: *CD* 76) *Codd. et Edd. coll. o.* 77) forte: *deest: BC* 78) vos: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 79) *Codd. et Edd. coll. o.* 80) *cf. supra c.* 5. 81) *Codd. coll. o.* 82) liberam: *EG* 83) discidii: *BCG;* desidii: *H* 84) *Codd. coll. o.* || can. 7. 85) *non exstat in Tribur. impresso.* — *Reg.* II, 204. *Burch.* IX, 75, (76) *Ivo Decr.* VIII, 212.; *Ivo Pan.* VI, 99.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 75.; *Lomb.* IV, 36. 86) *Codd. coll. o.* 87) *B Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 88) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Reg. Ivo Decr. Pan.;* fecisset: *Burch.* 89) quoque: *deest: Burch.* 90) subdi: *EH Ed. Bas.;* subigi: *G*

coniugis se seruum fecerit[91], quem liberum ipsa[92] maritum acceperat[93].

Gratian. *Queritur etiam[94], si seruus unius alterius ancillam acceperit, an sit coniugium inter eos?*

De his ita statutum est in Concilio *Cabillonensi* [II. cap. 30.][95]:

C. VIII. *Legitima seruorum coniugia sua auctoritate domini non dirimant.*

Dictum est nobis, quod quidam legitima seruorum matrimonia[96 a] potestatiua quadam presumptione dirimant, non adtendentes illud euangelii[97 b]: „Quod Deus coniunxit homo non separet.“ Unde nobis uisum est, ut coniugia seruorum non dirimantur, et si[98 c] diuersos dominos habeant, sed in uno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est, ubi legalis coniunctio fuit, et per[99] uoluntatem dominorum.

CAUSA XXX.

GRATIANUS.

Populorum frequentia quidam inpeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere; uxor[1 a] eius, dum callide uellet suscipere proprium, suscepit alienum, quem uir adoptauit sibi in filium, et ex uxore sibi filia nascitur, quam filio suo adoptiuo, spirituali uxoris, dum uterque esset in cunabulis, tradidit. Post triennium uxor[2] moritur, et conpater eius relictam conpatris uxoris suae uir clam sibi desponsauit[3]; aliquantulum temporis effluxit, et alius publice duxit eam in uxorem. (Qu. I.) *Queritur[4 b], an uxori suae debitum reddere ualeat qui proprium filium de sacro baptismate[5] suscepit?* (Qu. II.) *Secundo, an sponsalia contrahantur inter infantes?* (Qu. III.) *Tertio, an spirituales uel adoptiui filii naturalibus copulari ualeant?* (Qu. IV.) *Quarto, an uxorem conpatris uxoris suae alicui ducere[6] liceat?* (Qu. V.) *Quinto, an clandestina desponsatio manifestae preiudicet?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem proprium filium in spiritualem sibi transferens suae uxori debitum reddere non ualeat, ratione et auctoritate probatur. Nulla enim auctoritate permittitur, ut quis conmatri suae carnaliter copuletur. Hic autem uxorem suam sibi conmatrem effecit: non ergo illi ulterius carnaliter copulari poterit.*

Hinc Deusdedit S. R. E. Episcopus, scribit Gordiano, Hispaniensis[7 a] ecclesiae[8] Episcopo[9], et fratri karissimo[10]:*

C. I. *Separentur uiri ab uxoribus, que[11 b] aliquo casu natos suos[12 c] coram episcopis[13 d] tenent.*

Peruenit ad nos diaconus[14 e], sanctitatis uestrae epistolam deferens[15], quod quidam[16] uiri et[17] mulieres, preterito sabbato pascali die, pro[18 f] magno populorum incursu nescientes proprios filios[19] suscepissent ex lauacro sancto[20]. Cupis ergo scire, utrum[21 g] pro tali ratione accidenti debeant uiri ac[22] mulieres ad proprium usum[23] redire, an non. Nos uero[24] hac[25 h] re[26] mesti inquisiuimus priorum[27] dicta[28 i]. Inuenimus[29 k] in archiuis[30] apostolicae[31 l] sedis, iam talia contigisse in ecclesiis[32] Isauriae et[33 m] Ephesiorum, simulque Iherosolimorum[34 n], aliarumque[35] ecclesiarum[36 o**]. Episcopis etiam earum[37] ciuitatum ab hac apostolica sede uolentibus scire, utrum[38] uiri ac[39] mulieres redirent ad proprium torum, beatae memoriae sancti[40 p] Patres Iulius, Innocentius, et Celestinus cum episcoporum plurimorum et sacerdotum consensu[41] in Apostolorum[42] principis ecclesia prohibentes talia prescripserunt[43 q], et confirmauerunt, ut nullo modo se in[44] coniugio reciperent mulieres ac[45] uiri, quicumque[46] aliqua ratione susceperunt[47 r] natos[48 s], sed separarent[49] se, ne suadente diabolo tale[50] uicium inolescat[51]. Scitis, quia quomodo sunt septem dona Spiritus sancti, ita sunt septem dona baptismi a[52] primo ergo[53 t***] pabulo sacrati[54] salis et ingressu ecclesiae usque ad confirmationem[55] per[56 u] crisma. Hoc est a[57 v] primo[58 w] usque ad septimum[59] nullus Christianus suam conmatrem in coniugium[60] suscipere[61] debet. Et qui presumpserit tamdiu[62] anathematis uinculo religetur[63], donec[64] penitenciam digne[65] egerit.

C. II. *Ab uxore separetur[66] qui filiastrum suum coram episcopo tenuit.*

Item ex Concilio apud Vermeriam, c. 4.[67 a]*

Si quis filiastrum[68] uel[69] filiastram suam[70] ante episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab uxore sua, et aliam numquam[71] accipiat. Similiter et mulier[72 b].

EDITIO ROMANA.

Causa XXIX. Quest. II. c. 8. a) coniugia b) evangelicum c) etiamsi — Causa XXX. a) uxor autem b) Quaeritur primum — Quest. I. c. I. a) Hispalensis b) qui c) proprios d) episcopo e) diac. vester f) prae g) si h) ex hac i) Patrum nostrorum dicta k) Inven. autem l) archivis huius apostol. m) et: *deest* n) Hierosolymae o) civitatum** p) sanctissimi q) perscripserunt r) susceperint s) natos proprios t) ergo: *deest* u) conf. S. Spiritus per v) Ab hoc ergo primo w) primo Spiritus sancti dono — c. 2. a) Vermerias b) Suis . . . mul.: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XXX. Quest. I. C. I. * Hispalensis: In fragmento huius epistolae, quod est in tomis conciliorum, legitur: *Hispaniarum;* apud Anselmum vero ac Burchardum: *Hispaniensis.*

** Civitatum: Varie hic locus legitur in vetustis codicibus, et apud collectores; aptatus autem praecipue ex Anselmo est.

*** A primo: Idem factum est in hoc loco ex eodem Anselmo, Burchardo, et fragmento epistolae. Similia etiam leguntur apud Petrum Damianum in invectione in episcopum, monachos ad saeculum revocantem.

C. II. * Burchardus et Ivo 9. c. 80. citant ex conc. apud Vermerias, et ab universitate Lovaniensi scriptum fuit, in excerptis decretorum bibliothecae B. Trudonis citari ex eodem concilio. Idem autem Ivo part. 1. c. 302. et Magister sententiarum citant ex Capitularibus, ubi exstat lib. 5. c. 5.

Causa XXIX. Quest. II. can. 7. 91) fecit: *Reg. Ivo Pan.* 92) ipsa: *deest: Reg.* 93) accepit: *Burch. Ivo Decr.;* acceperit: *Ivo Pan.* 94) ergo: *EGH* || can. 8. 95) *hab. ao.* 813. *ap. Mansi* XIV, 99. — *Burch.* IX, 29.; *Ivo Decr.* VIII, 167.; *ib.* XVI, 335.; *Ivo Pan.* VI, 40.; *Coll. tr. P.* III, 29, (30,) 255.; *Lomb.* IV, 36. — *cf. Ben. Lev. Capit. Add.* III, 54. 96) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. orig. Collatt. citt. o.* 97) *Codd. coll. o.* — *Matth. c.* 19. *v.* 6. 98) *Codd. coll. o.* 99) pro voluntate: *Ivo Pan.*

Causa XXX. 1) *Codd. coll. o.* 2) ux. eius: *EGH* 3) despondit: *AC;* desponsavit . . et effl.: *EGH* 4) *ABCD;* Hic quaer.: *EGH;* primo: *H* 5) ronte: *EGH* 6) in uxorem duc.: *EGH*

Causa XXX. Quest. I. can. 1. 7) *AEGH Burch. Ans. Polyc.;* — Hispaniensi: *CDH* 8) eccl.: *deest: CEGH* 9) Coepiscopo: *ABCD* 10) *ep. apocrypha ap. Blondellus p.* 675. — *Jaffé no.* CCLXXIII. — *Burch.* XVII, 44. (*can. cont.*); *Ans.* X, 29. (36. *can. cont.*); *Ivo Decr.* I, 305.; *Ivo Pan.* VI, 127.; *Coll. tr. P.* III, 1, 18.; *Polyc.* VI, 4, 24. *Lomb.* IV, 142. 11) *ABCDG* 12) *CDEGH; deest: A;* sponsos: *B* 13) *Codd. coll. o.* 14) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 15) ferens: *orig.;* inferens: *Burch. Ans. Polyc.* 16) quidem: *Ans.* 17) etiam et: *orig. Burch. Polyc.* 18) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 19) fil. suos: *DEGH orig.;* suos fil. (prop.: *deest*): *Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 20) sanct.: *deest: Ans. Polyc.* 21) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* (an) 22) et: *orig. Burch. Ans. Polyc.* 23) *add.:* suum: *orig. Ans.* 24) enim: *orig. Burch. Ans. Polyc.;* ergo: *Coll. tr. P.* 25) *ABCD;* in hac: *EGH Edd. coll. o.* 26) ex hoc: *orig.;* tristitia: *Ans. Polyc.* 27) priora: *EG;* eorum: *B* 28) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* nostrorum dicta: *Burch. Ans. Ivo Pan. Polyc.* 29) *Codd. et Edd. coll. o.* 30) archivo: *Burch. Polyc.* 31) *Codd. et Edd. coll. o.;* ap. sed.: *deest: Ed. Bas.* 32) ecclesiae (in: *deest*): *orig.;* ecclesia: *Burch.* 33) *Codd. coll. o. orig. Collatt. citt. o.* 34) *Codd. coll. o.* 35) et aliorum: *orig.;* etiam aliarum: *A Collatt. citt.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt.* 37) et aliarum: *Ans. Ivo Decr. Polyc.;* et ear.: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 38) si: *orig. Burch. Ans. Polyc.* 39) et: *ib.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 41) conventu: *orig. Burch. Ans. Polyc.* 42) *add.:* beatorum: *orig. Ans. Polyc.;* beati: *Collatt. rell.* 43) *CD Ivo Pan.;* scripserunt: *B;* rescripserunt: *EGH Ed. Bas.;* perscrips.: *Turrecrem.* 44) in: *deest: B Burch. Ans. Polyc.;* iam in: *orig.* 45) aut: *orig. Burch. Ans. Polyc.* 46) qui quacunque ratione: *orig. Burch.;* qui per quamcunque rationem: *Ans.;* qui per quamc. causam: *Polyc.* 47) *ABH Ed. Bas. orig. Ivo Pan.;* susciperent: *Burch. Ans. Polyc.* 48) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Burch. Ans. Coll. tr. P. Polyc.;* nat. suos: *orig. Ivo Decr.* 49) separentur (se: *deest*): *C Ivo Pan.;* separent se: *AD Edd. coll. o. pr. Arg.* — *Coll. tr. P.* 50) talis peccati: *Polyc.* 51) peccati inolesc.: *orig. Burch.; add.:* per mundum et universorum error (et un. err.: *deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.*) accrescat (crescat: *Ans.; deest: Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.*): *orig. Burch. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 52) quae a: *Polyc.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 54) sacramenti: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 55) consummationem: *Polyc.* 56) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 57) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.;* Ab hoc: *Ans. Polyc.;* Ab hoc primo: *orig. Burch. Coll. tr. P.* 58) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 59) septem: *Edd. coll. o. pr. Bas. Par. Lugdd.* 60) coniugio: *orig. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* 61) sumere: *CDEGH Ed. Bas.;* recipere: *orig. Burch. Ans. Polyc.* 62) in perpetuum: *orig. Burch. Ans. Polyc.* 63) ligetur: *Ans.;* ligaretur: *Polyc.* 64) nisi: *orig. Burch. Ans. Polyc.* 65) dignam: *B Polyc.* || can. 2. 66) separentur: *BH* 67) *Codd. coll. o. Burch.;* — *c.* 15. *Capitul. Compend. a.* 757. *in Mon. Germ. LL.* I, 28. = *Reg.* II, 219.; *Burch.* XVII, 22.; *Ivo Decr.* I, 302.; IX, 80.; *Ivo Pan.* VI, 125.; *Coll. duod. P.* V, 136.; *Caes.* X, 132.; *Lomb.* IV, 42. — *Ben. Lev.* I, 7. 68) *add.:* suum: *Edd. Bas. Par. Lugdd.* 69) aut: *orig. Reg. Burch.* 70) suam: *deest: orig.* 71) non; *orig. Ivo Decr.* I.; alteram non: *Ivo Pan.* 72) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Decr.* IX. — simil. et femina alterum non accipiat: *orig.*

II. Pars. Gratian. *Econtra uero*[73] *scribit Nykolaus Salonitano Episcopo, dicens*[74]:

C. III. *Non separetur a uiro que filiastrum suum de sacro fonte leuauit.*

Nosse desideras, utrum mulier, que uiri filium ex alia femina genitum de sacro fonte leuauerit, postmodum possit cum eodem uiro copulari. Quos ideo coniungi[75a] posse decernimus[76], quia secundum canones sacros, nisi amborum consensu, nullius religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem. Pertinet[77b] ad ingens uxoris exitium, que habens odio uirum, uel infirmitatem eius non considerans, quasi causa pietatis operatur inpietatem, maxime cum Apostolus precipiat[78]: „Nolite," inquiens, „fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, ut[79] uacetis orationi; et iterum reuertimini[80] in id ipsum, ne temptet uos sathanas propter incontinentiam uestram." Ergo si non ex[81] consensu utriusque coniugis[82c] factum esse probatur, non fraudentur inuicem, sed reuertantur in id ipsum, presertim cum dicat Apostolus[83]: „Uxor sui corporis potestatem non habet, sed uir; sicut[84d] uir potestatem sui corporis non habet, sed mulier."

C. IV. *Non separetur a uiro, sed penitenciam agat que filium suum coram episcopo fraudulenter tenuit.*

Item ex Concilio Cabillonensi [II.,] *c.* 4.[85a]

Dictum est[86] nobis, quasdam feminas desidiose, quasdam uero fraudulenter, ut a uiris suis[87] separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus, ut, si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit[88] ad confirmandum, propter fallaciam suam aut propter fraudem, quamdiu uiuat[89b], penitenciam agat; a uiro tamen suo[90] non separetur.

C. V. *Separentur*[91] *et graui pena*[92a] *plectantur qui filiolam suam uel spiritualem matrem ducunt in uxorem.*

Item ex Concilio Magontiensi c. 10., *in claustro sancti Albani habito*[93b].

De eo, quod interrogastis[94], si aliquis[95] filiolam suam duxit[96] uxorem[97c], et de[98] eo, qui concubuit cum conmatre[99] spirituali, et de eo[100], qui filium suum baptizauit, et cuius[101d] uxor eum de fonte suscepit, hac[102] causa, ut discidium[103e] fieret coniugii, si postea in tali copulatione possint[104] permanere: de talibus sic respondendum est. Si filiolam aut conmatrem[105] suam aliquis in coniugio[106f] duxerit, separandos esse[107] iudicamus, et graui penitencia plectendos[108]. Si autem coniuges legitimi, unus aut ambo, ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susciperent[109], si innupti manere[110g] uoluerint, bonum est; sin autem, grauis penitencia insidiatori iniungatur, et simul maneant, et, si preuaricator coniugii superuixerit, acerrima penitencia multetur et sine spe coniugii maneat.

C. VI. *Non separentur ab uxoribus qui filiastros suos coram episcopo tenent.*

Item Nykolaus Papa Rodulfo, Bituricensi Episc.[111]

De his, qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis[112] tenent[113], id est qui filios uxoris suae de uiro priori, dum crismantur ab episcopis, super se sustinent, si inscientia[114], sicut[115] asseris, fiat, licet sit peccatum, tamen non usque ad separationem coniugii puniendus[116a] est; lugeant tamen, et digna penitencia hoc diluentes[117] Domino dicant[118]: „Delicta ignorantiae nostrae[119] ne memineris."

C. VII. *Non separetur ab uxore qui causa necessitatis filium suum*[120] *baptizauit.*

Item Iohannes Papa[121a] *Anselmo, Lemosinae ecclesiae Episcopo*[122b]*.

Ad limina beati[123c] Petri[124d] apostolorum principis hic presens homo, nomine Stephanus, orationis causa ueniens, nostro presulatui suggerendo innotuit, quod filium suum in[125] extremo uitae positum, necdum baptismatis unda lotum, absentia scilicet sacerdotum, nimia[126e] cogente baptizauit[127f], eumque ipse[128] propriis manibus retinendo suscepit[129g], atque pro[130] huius rei negocio noticiae tuae[131] patefacto reuerentia[132] tua, quasi rectitudinis zelo flagrans, prefatum hominem a sua coniuge iudicauit[133h] esse[134i] separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura[135], a Domino iunctam esse uiro uxorem, et: „Quod[136] Deus coniunxit homo non separet." Unde et Dominus in euangelio[137] non[138] dimittere posse uxorem suam, nisi causa fornicationis, apertissime[139] iubet. Et[140k] nos, tantae auctoritatis precipua[141l] freti iussione, dicimus dimittendum[142m]** esse, et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicam auctoritatem[143], si necesse fuerit facere[144], libere conceditur. Unde si[145] supradictus[146] genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte pereuntem dimitteret, sacri unda baptismatis lauit, ut eum de potestate auctoris mortis et tenebrarum eriperet[147], et in regnum[148] Christi iam regnaturum[149] sine dubitatione[150] transmitteret[151], bene fecisse laudatur; et idcirco suae[152]

EDITIO ROMANA.

Causa XXX. Quest. I. c. 3. a) iungi b) Pertinet autem c) coniug. hoc — c. 4. a) c. 31. b) vivet — c. 5. a) poenitentia b) sancti: *deest* c) in uxorem d) eius e) dissidium f) coniugium g) permanere — c. 6. a) puniendum — c. 7. a) Ioann. Papa VIII. b) Lemovicinae c) beatorum d) Petri et Pauli e) necessitate f) baptizasset g) suscepisset h) iudicaverit i) esse: *deest* k) Quapropter et l) praecipue m) omittendum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Epistola Ioannis VIII. ex qua sumtum est hoc caput, exstat in bibliotheca Vaticana, scripta Anselmo Lemovicinae ecclesiae episcopo, et in conc. Ticinensi, tempore eiusdem Ioannis cum legatis ipsius et magna parte episcoporum Italiae et Galliae habito, in subscriptionibus est: *Anselmus Lemovicensis ecclesiae episcopus.* Itaque emendatum est: *Lemovicinae,* quum antea legeretur: *Lemosinae.*

** Omittendum: Sic emendatum est ex aliquot vetustis, epistola ipsa, et Ivone. Infra etiam 34. quaest. 1. et 2. c. 1. Leo eisdem verbis utitur: *omittendum est, et inculpabile iudicandum,* quem imitari videtur Ioannes voluisse. In vulgatis erat: *dimittendam non esse.*

Causa XXX. Quest. I. can. 2. 73) vero: *deest: EGH* || can. 3. 74) Salamino: *EH; ep. incerti temporis* (858—67.) — *Jaffé no.* 2158. — *Ivo Decr.* I, 136. (Salemonio Ep.); *Ivo Pan.* VI, 124.; *Coll. tr. P.* III, 1, 21.; *Coll. duod. P.* V, 72. 75) *Codd. et Edd. coll. o.* 76) decrevimus: *CDEGH Ed. Bas.* 77) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 78) I. *Cor. c.* 7. *v.* 5. 79) *add.:* expeditius: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 80) revertamini: *Coll. tr. P.* 81) ex: *deest: Ivo Pan.* 82) *Codd. et Edd. coll. o.* 83) I. *Cor. c.* 7. *v.* 4. 84) *AB Coll. tr. P.;* sic: *Ivo Decr.;* similiter et: *Ivo Pan.* || can. 4. 85) *Codd. coll. o. — hab. ao.* 813. *c.* 31. *ap. Mansi* XIV, 99. *Burch.* XVII, 23.; *Ivo Decr.* IX, 81.; *Ivo Pan.* VII, 65.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 23.; *Lomb.* IV, 42. 86) etiam nob.: *orig. Ivo Decr. Pan.* 87) suis: *deest: EGH* 88) tenuit: *ACD* 89) *B Ed. Arg. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* vivit: *Codd. rell. Ed. Bas.* 90) suo: *deest: Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. || can. 5. 91) Separetur ... plectatur ... ducit: *EGH* 92) *Codd. coll. o.* 93) *ib. — imo ex ep. Rabani ad Heribald. scr. ao.* 853. *c.* 20. — *ap. Grat. paulo fusius res tractatur quam in orig. et ap. Regin. — Reg.* II, 197.; *Burch.* XVII, 24.; *Ivo Decr.* IX, 82.; *Ivo Pan.* VII, 66.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 24.; *Lomb.* IV, 42. 94) interrogasti: *Ivo Decr.;* quod interr.: *deest: Coll. tr. P.* 95) quis: *GH;* ille qui: *Burch. Ivo Pan.;* qui (si: *deest*): *Coll. tr. P.* 96) duxerit: *DEGH Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.;* ducit: *Burch.* 97) *AB Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 98) de eo: *deest: Ivo Pan.* 99) matre: *ABC Edd. Arg. Bas. Ivo Pan.; add.:* sua: *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 100) illo: *Burch.* 101) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Corr. Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 102) ea ratione: *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 103) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Corr. Burch. Coll. tr. P.* 104) possent: *Burch. Ivo Pan.* 105) *add.:* spiritualem: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 106) *CDEH Ed. Bas. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 107) eos esse: *Burch. Ivo Decr. Pan.* 108) *add.:* esse: *CDEH* 109) susceperint: *CGH Ivo Pan.;* suscipiant ut discidium fiat tale consilium damus: *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 110) *AB Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* || can. 6. 111) Radulfo: *EG; — ep. scr. ao.* 864. *c.* 5. *ap. Mansi* XV, 390. — *Jaffé no.* 2091. — *Ivo Decr.* I, 304.; *Ivo Pan.* VI, 126.; *Coll. tr. P.* I, 62, 53.; *ib.* III, 1, 17.; *Caes.* X, 135.; *Lomb.* IV, 42. 112) episcopo: *B Ivo Decr. Coll. tr. P.* III. 113) tenuerint: *Ivo Pan.* 114) inscienter: *Ivo Decr.* 115) ut asseritur fit: *ib.* 116) *Codd. coll. o.;* puniendi sunt: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; puniendum (est: *deest*): *orig.* 117) luentes: *EGH Ed. Bas.* 118) *Psalm.* 24. *v.* 7. 119) meae: *orig.* || can. 7. 120) suum: *deest: BH;* baptizat: *BD;* baptizaverit: *A* 121) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.* 122) *A Ans. Polyc.;* Lemosinae: *Codd. et Edd. rell. pr. B* (Lemotinae) *E* (Lemonissae); — *Ep. scr. ao.* 879. *ap. Mansi* XVII, 125. — *Jaffé no.* 2475. — *Ans.* X, 36. (37.); *Ivo Decr.* I, 306.; *Polyc.* VI, 4, 15.; *Caes.* X, 79.; *Lomb.* IV, 42. 123) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 124) *Codd. et Edd. coll. o.* 125) in: *deest: Polyc.* 126) *Codd. coll. o.;* nim. necessitate: *Edd. coll. o.;* necessaria: *Ans. Polyc.* 127) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 128) ipse: *deest: CD Ivo Decr.* 129) *Codd. et Edd. coll. o.* 130) post haec: *Ans.* 131) suae (pat. . . tua: *deest*): *Ans.* 132) reverentiae tuae: *Polyc.* 133) *Codd. et Edd. coll. o.;* placuit: *Polyc.* 134) *Codd. coll. o. pr. B; — Ans. Polyc.* 135) *cf. Prov. c.* 19. *v.* 14. *sec. LXX.* 136) Quos: *Edd. coll. o. — cf. Matth. c.* 19. *v.* 16. 137) *add.:* ait: *Ivo Pan.* 138) neminem. *orig.;* nemo . . potest: *Ivo Decr.* 139) ap. iub.: *deest: Ivo Pan.* 140) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 141) *ib.* 142) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par. Ans.;* dimitt. non esse: *Edd. Bas. Lugd.* I. *Polyc.;* dimittendam non esse: *Edd. Lugdd.* II. III. 143) sanctionem: *orig. Ivo Decr.* 144) fac.: *deest: Ans.* 145) si: *deest: CD Ans.;* etsi: *Polyc.* 146) praedictus: *orig. Polyc.* 147) eripuit: *Ivo Decr.* 148) regno: *CD* 149) regeneratum: *orig. Ivo Decr.* 150) indubitanter: *ib.* 151) mitteret: *orig. Ans. Polyc.;* misit: *Ivo Decr.* 152) cum sua uxore sociata: *orig.;* suam uxorem sociatam: *Ivo Decr.*

uxori sibi iam olim[153n] legitime sociatae inpune, quamdiu uixerit[154], iudicamus manere coniunctum, nec ob hoc contra prefatas auctoritates diuinas aliquatinus separari debere[155].

III. Pars. Gratian[156]. *Filia dicitur spiritualis non solum eius, qui accipit, sed etiam eius, qui trinae mersionis uocabulo eam sacro baptismate tingit. Dicitur etiam*[157] *spiritualis filia sacerdotis, que ei peccata sua confitetur. Harum omnium flagitiosa conmixtio*[158o] *est, et eadem pena plectenda est*[159p]. *Unde Simacus ait*[160a]:

C. VIII. *Par penitencia ei indicitur, qui spiritualem filiam, et penitencialem suam uiolare monstratur.*

Omnes, quos in penitencia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filii, ut et ipsi, quos uel nobis suscipientibus, uel sub[161b] trinae mersionis uocabulo mergentibus, unda sacri baptismatis regenerauit. Siluester quoque docens ammonet unumquemque sacerdotem[162], ut nullus causa fornicationis ad suam penitencialem accedat, quia scriptum est: „Omnes, quos in penitencia accipimus, ita nostri filii sunt, ut baptismate[163c] suscepti.“ Quapropter si quis hoc scelus perpetrauerit, non solum dignitatis honorem amittat, uerum etiam usque ad exitum[164d] iugi[165] penitenciae se subdat.

C. IX. *De eodem. Item Celestinus*[166].

Si quis[167] sacerdos cum filia[168] spirituali fornicatus[169] fuerit, sciat, se graue adulterium conmisisse. Idcirco femina si laica est, omnia[170] derelinquat et res suas[171] pauperibus tradat[172], et conuersa in monasterio[173] Deo[174] usque ad mortem seruiat[175]. Sacerdos autem[176], qui malum[177] exemplum dedit[178] hominibus[179], ab omni offitio[180] deponatur, et peregrinando[181] quindecim[182a] annis[183] peniteat, postea uero ad monasterium uadat[184], ibique[185] cunctis diebus uitae suae Deo seruiat.

C. X. *De eodem. Idem*[186a].

Non debet episcopus aut presbiter[187] conmisceri cum[188] mulieribus, que ei sua fuerint confessae[189] peccata. Si forte (quod absit) hoc contigerit[190], sic peniteat, quomodo de filia spirituali, episcopus quindecim annis[191b], presbiter duodecim[192], et deponatur; si tamen in conscientia[193c] populi deuenerit.

Gratian. *His itaque auctoritatibus apparet, quod siue proprium, siue tantummodo uiri filium mulier de sacro fonte susceperit, non ideo a uiro suo*[194] *est separanda. Quod et de uiro similiter oportet intellegi.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

Sponsalia ante septennium contrahi non possunt. Solo enim consensu contrahuntur, qui interuenire[1] *non potest, nisi ab alterutra*[2a*] *parte id intelligatur, quod inter eos agitur. Probantur*[3b] *ergo sponsalia non posse contrahi inter pueros, quorum etatis infirmitas consensum non admittit. Testatur hoc idem Nykolaus Papa dicens*[4*]:

C. UN. *Ante tempus consentiendi coniugium contrahi non potest.*

Ubi non est consensus utriusque, non[5] est coniugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, et[6] e conuerso, nichil faciunt, nisi uterque puerorum post, quam uenerit[7] ad tempus[8a] discretionis, consentiat[9**], etiamsi pater et mater hoc fecerint et uoluerint.

QUESTIO III.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem spirituales uel adoptiui filii naturalibus copulari non possint, Nykolaus Papa respondens ad consulta Bulgarorum* [cap. 2.] *testatur, ita dicens*[1]:

C. I. *Qui de sacro fonte suscipitur filius eius est, a quo suscipitur.*

Ita diligere debet homo eum, qui se[2] suscepit[3a] de[4] sacro fonte, sicut patrem. *Item:* §. 1. Est inter fratres et filios spirituales gratuita et sancta conmunio, que dicenda non est consanguinitas, sed[5b] habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos arbitror[6c] non posse fieri[7] quodlibet legale[8] coniugium[9], quodoquidem nec inter eos, qui natura, et eos, qui adoptione[10] filii sunt, uenerandae[11d] leges matrimonia[12] contrahi permittunt. *Item*[13]: §. 2. Si[14e] inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit[15], quanto potius[16] a carnali oportet inter[17] se contubernio cessare quos per celeste sacramentum regeneratio Spiritus sancti uincit[18]? Longe ergo[19f] inquit[20g] congruentius filius patris mei uel frater meus appellatur is, quem diuina gratia potius[21], quam[22h] humana uoluntas, ut filius eius[23i] uel frater meus esset, elegit; prudentiusque ab alterna corporis conmixtione secernimus[24k].

C. II. *Filia spiritualis carnali filio nullo modo nubere potest.*

Item Zacharias Episcopus, seruus seruorum Dei, reuerentissimo Theodoro Episcopo ecclesiae Ticinensis[25].

Pitacium quod[26a] nobis tua ueneranda fraternitas obtulit, per quod nos[27b] sciscitari[28] uoluisti[29c], si liceat filio[30],

EDITIO ROMANA.

Causa XXX. Quest. I. c. 7. n) olim: *deest* o) coniunctio p) est: *deest* — c. 8. a) Symmachus Papa b) sub: *deest* c) in baptism. d) exitum vitae suae — c. 9. a) duodecim — c. 10. a) Item b) annos c) conscientiam — Quest. II. a) utraque* b) probatur — C. UN. a) annos — Quest. III. a) suscipit b) sed potius c) arbitramur d) venerandae Romane e) Si ergo f) igitur g) inquit: *deest* h) quam quem i) patris mei k) secernimur — c. 2. a) quod: *deest* b) nos: *deest* c) curasti

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. * Utraque: Sic est emendatum ex plerisque vetustis, quum antea legeretur: *alterutra;* utriusque enim consensus necessarius est.
C. UN. * In Decretalibus tit. de desponsatione impub. c. 2. habetur initium huius capitis, et adiiciuntur alia ex eo Nicolai rescripto.

** Consentiat: In vulgatis codicibus sequitur [Edd. coll. o.]: *nec est coniugium, nisi sit consensus utriusque,* quae verba absunt a plerisque manuscriptis.

Causa XXX. Quest. I. can. 7. 153) *Codd. coll. o. orig. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 154) vixerint: *orig. Ivo Decr.* 155) debuisset: *Ivo Decr.* 156) *hoc Gratiani dictum in A exstat post c. un. qu. 2.; in BGH post c. 6.; in E post c. 5.* 157) et: *BCD* 158) *Codd. coll. o. pr. E* 159) *ib. pr. A* || can. 8. 160) *Codd. coll. o. pr. B; fragm. scr. c. a.* 498. *et* 514. — *Jaffé no.* 480. — *Pet. Lomb. l. c.* 161) *Codd. coll. o.* 162) sacerdotum: *Edd. coll. o. pr. Par. Lugd.* I. 163) *Codd. coll. o.* 164) *ABCD Ed. Arg.;* ex. vitae: *EGH Ed. Bas.* 165) iugi: *deest: EGH* || can. 9. 166) *Caput incertum. — Jaffé no.* CLXXXIX. — *Ans.* XI, 30. (haec sunt excerpta de lib. VI. Burchardi); *Polyc.* IV, 39, (41,) 19. *Caes.* XV, 37. 167) quis autem: *Ans.* 168) *add.:* sua: *EGH Ed. Bas. Ans.* 169) fornicaverit: *Ans.* 170) omne quod congruum est: *ib.* 171) et totas res vendat et: *ib.* 172) tribuat: *EGH Ed. Bas.;* donet: *Ans.* 173) in mon.: *deest: B; add.:* iugi poenitentia: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 174) uni Deo: *B; deest: Ans.* 175) poeniteat ibi: *Ans.* 176) aut.: *deest: ib.* 177) adulterii: *B; add.:* novum: *Ans.* 178) monstravit: *Ans.* 179) omnibus: *CD;* in terra: *Ans.; deest: Polyc.* 180) off. clericale funditus: *Ans.* 181) apprehendet peregrinationem: *ib.* 182) *Codd. coll. o. Corr. Polyc.;* XV. annis ante et postea vadat in monasterium: *Ans.* 183) annos: *B Polyc.* 184) *finis canonis: Polyc.* 185) et ibi: *Ans.* || can. 10. 186) *ACDH Corr. Polyc.; — Caput incertum. — Jaffé no.* CXC.; *Polyc.* IV, 41, 20.; *Caes.* XV, 38. 187) *add.:* aut diaconus: *Polyc.* 188) cum: *deest: ib.* 189) confessa: *CD* 190) contingit: *B;* acciderit: *Ed. Bas.* 191) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 192) *add.:* diaconus decem: *Polyc.* 193) *ABC Polyc.* 194) suo: *deest: EGH*

Causa XXX. Quest. II. 1) et interu.: *AB* 2) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* 3) *Codd. coll. o.* || can. un. 4) *Caput temp. incerti. — cf. C. I. de desp. impub. c. 4. et c. 2. X. h. t. — Ivo Pan.* VI, 122. 5) ibi non: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 6) vel: *Ivo Pan.* 7) venerint: *EH* 8) *ABCD* 9) *add.:* nec est coniugium nisi fiat utriusque consensus: *B Ivo Pan.*

Causa XXX. Quest. III. can. 1. 1) *scr. ao.* 866. *c.* 2. *ap. Mansi* XV, 402. — *Jaffé no.* 2123. — *Ivo Decr.* I, 135.; IX, 34.; *Ivo Pan.* VI, 123.; *Coll. tr. P.* III, 1, 20.; *Caes.* X, 130.; *Lomb.* IV, 42. 2) se ipsum: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 3) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Nor.* (susceperit); — *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 4) a: *B Ivo Pan.;* ex: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 5) *Codd. et Edd. coll. o.* 6) *Codd. et Edd. coll. o.* 7) esse: *orig.* 8) coniugale: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 9) connubium: *Coll. tr. P.* 10) in adopt.: *Ivo Decr.* 11) *Codd. coll. o. pr. A* 12) matrimonium: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 13) *Ans.* X, 29. (*can. cont.*) 14) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* si: *deest: Ivo Pan.* 15) coniungit: *EH* 16) magis: *Ivo Pan.* 17) inter se: *deest: Ans.* 18) iungit: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; — iunxit: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 19) *Codd. coll. o. pr. G* 20) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 21) pot.: *deest: orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 22) *Codd. coll. o.* 23) *Codd. coll. o. pr. CD orig. Ans. Ivo Pan. Coll. tr. P.; deest: Ivo Decr.;* filius meus: *D* 24) *Codd. coll. o. Ans.;* secernuntur: *Ivo Pan.* || can. 2. 25) rev. et sanctissimo: *ABD;* — *scr. int. a.* 741—52. *ap. Mansi* XII, 354. — *Jaffé no.* 1758. — *Ans.* X, 27. (32. *can. cont.*); *Ivo Decr.* I, 307.; *Ivo Pan.* VI, 128. (*can. cont.*); *Polyc.* VI, 4, 29. (*can. cont.*) 26) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan.* 27) *Codd. coll. o. Ans.;* nobis: *orig.* 28) sciscitare: *orig.* 29) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 30) filium: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.*

cuius pater alterius filiam ex sacro baptismate[31] suscepit[32d], susceptam[33], id est spiritualem[34] eius[35] patris filiam (quod dici crudele est), in[36] matrimonio[37] suscipere[38e], quod apud te enormiter asseruisti[39] contigisse. §. 1. Sed bene tua sancta fraternitas conpertum habet, quod[40] Dominus precepit[41f] Moysi[42g], dicens: „Turpitudinem* patris tui, uel matris, uel sororis non reuelabis; turpitudo enim tua est.“ Cum ergo[43]** a propria consanguinitate iubemur[44] abstinere[45], multo magis[46] a spirituali patris nostri filia omni[47] excusatione aut argumento seposito sub nimia districtione[48] nos cauere conuenit, ne in iram[49] diuinae[50h] examinationis incidat, si quis tali facinore[51] mixtus[52] minime restrinxerit[53] frena luxuriae. Unde etiam[54i] omnes[55]*** cauendi[56k] sunt a tali[57] sceleris[58] conmixtione[59], ne in perpetuum[60] pereant; sed hunc[61], qui huius perniciosae temeritatis[62l], animae suae salutem[63] despiciens, inpio[64m] se miscuit[65] matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare, et penitenciae dignae submittere, quatinus ab eterna erutam[66] dampnatione animam[67] eius lucreris[68].

C. III. *Filio suo[69a], quam de sacro fonte susceperit[70b], nullus tradere audeat.*

Item Zacharias et Deusdedit[71].

Non oportet filiam[72], quam de sacro fonte susceperit, aliquando[73] filio suo in matrimonium[74] tradere, quia in[75] diuina sentencia germani esse inueniuntur. Si quis tali facinore conmixtus[76] minime restrinxerit frena luxuriae, ab ecclesia catholica abhominabitur. Sed si conuersus fuerit, post separationem septem annis penitenciam[77] gerat. Consciis simul cum[78] auctore sit ista condicio, id est simul[79] cum cooperatoribus[80] et consentientibus peniteat[81].

II. Pars. Gratian. *Filii[82] uero, siue ante conpaternitatem siue post nati fuerint, licite coniungi possunt.*

Unde Urbanus II.[83a] scribit Vitali Presbitero Brisciensi, dicens[84]:

[C. IV.][85b]

„*Super quibus[86] consuluit[87c] nos tua dilectio, hoc uidetur nobis ex sentencia respondendum[88], ut et[89] baptismus sit, si instante necessitate femina puerum in nomine Trinitatis baptizauerit, et quod spiritualium parentum filii uel filiae, ante uel post conpaternitatem genitae[90d], possunt legitime coniungi, preter illam personam, qua[91e] conpatres sunt effecti.*“

Pascalis uero secundus, post conpaternitatem genitos copulari prohibet, scribens Regino Episcopo[92a]:*

C. V. *Qui ex conpatre uel conmatre post susceptos filios de fonte nati fuerint, coniungi non possunt.*

Post susceptum uero de fonte[93] filium uel filiam spiritualem, qui ex conpatre uel conmatre nati fuerint, matrimonio coniungi non possunt, quia leges[94] seculi non emancipatos adoptiuis prohibent copulari.

[PALEA.[95]* C. VI.

Idem[96] ex lib. XXIII.[97] Digestorum, tit. de ritu nuptiarum, perpenditur, in quo ita legitur[98]:

Per adoptionem quesita fraternitas eousque inpedit nuptias, donec manet adoptio, ideoque eam, quam pater meus adoptauit et emancipauit, potero uxorem ducere. Eque[99] et[100] si me emancipato illam in potestate[101] retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque uolenti generum adoptare, suadetur, ut filiam emancipet. Similiter suadetur ei, qui uelit nurum adoptare, ut[102] emancipet filium.]

III. Pars. Gratian. *Si quis uero aliquo fortuito casu filiam suae conmatris uxorem acceperit, non cogitur eam dimittere.*

Unde in Triburiensi Concilio legitur [c. 48.][103]:

C. VII. *Non cogitur quis dimittere filiam suae conmatris, quam duxit in coniugium.*

Illud etiam nec canonica institutione diffinimus, nec interdictione aliqua refutamus, sed propter eos, qui diuerse[104] de eo sentiunt, hoc loco aliquid conmemoramus. Si quis suae spiritualis conmatris filiam fortuitu[105a] et ita contingente rerum casu in coniugium duxerit, consilio maturiori seruato[106b] habeat, atque honeste legitimo coniugio operam det.

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Relictam uero conpatris uxoris suae nullus in coniugem ducere potest.*

Unde Nykolaus Papa scribit Constantiensi Episcopo Salomoni[1]:

C. I. *Duas conmatres alicui habere non licet.*

Sciscitatur a nobis sanctitas uestra[2], si aliquis homo

EDITIO ROMANA.

Causa XXX. Quest. III. c. 2. d) susceperit e) accipere f) praeceperit g) per Moysen h) divini examinis i) et k) omnino cavendi l) temeritatis auctor m) impiissimo — c. 3. a) suo filiam b) suscepit — c. 4. a) Urban. scribit b) C. IV. Filii vel filiae ante vel post compaternitatem genitae, legitime coniungi possunt. c) consulit d) geniti e) per quam — c. 5. a) prohibens scribit — c. 7. a) fortuito b) servato eam

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. C. II. * Turpitudinem: In decretis Zachariae (quae sunt in vetusto codice), et apud Anselmum et Ivonem habentur omnia, ut in c. 18. Levitici.

** Quum ergo: In eisdem decretis sic legitur: *Turpitudinem enim non revelare dicitur, dum a propria consanguinitate praecipimur abstinere. Multo magis, etc.*

*** Unde et omnes: Apud Anselmum est: *Unde et omnes omnino cavendae sunt talis sceleris commixtiones.*

C. V. * Anselmus lib. 10. c. 34. refert fere integram hanc epistolam, itemque Polycarpus, cuius initium est in c. *Post uxoris.* infra ead. q. 4., et continenter post illud sequitur hoc caput, et deinceps c. *Porro duorum.* infra 32. q. 2. et 3. Ipsius vero epistolae auctorem et ipsi citant Paschalem II.

C. VI. * Haec Palea habetur in aliquot vetustis, a quibus ceterae abesse solent, et non distinguitur a superiore capite.

Causa XXX. Quest. III. can. 2. 31) fonte: *Ivo Decr.*; fonte baptismatis: *Ans.* 32) *Codd. coll. o. pr. C* (ipsam); — *orig. Polyc.*; habet: *Ans.*; *deest: Ivo Decr. Pan.* 33) suscept.: *deest: orig. Polyc.* 34) sp. patrem: *orig.* 35) eiusdem: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 36) in: *deest: Ivo Pan.* 37) matrimonium: *orig. Ans. Polyc.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc.* 39) reserasti: *orig.*; disseruisti: *Ans.* 40) quid: *Polyc.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.*; precipit: *orig. Ans.*; precipiat: *Polyc.* 42) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 43) turpitudinem enim (*add.:* non: *orig.*) revelari (revelare: *Ivo Decr.*) dicitur (*add.:* eam in matrimonium ducere: *Ans.*) dum a: *orig. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 44) praecipitur: *orig. Polyc.*; praecipimur: *Ans. Ivo Decr. Pan.* 45) abstineri: *orig. Polyc.* 46) mag. dicitur: *orig.*; mag. igitur: *Polyc.* 47) omnimodo: *Polyc.*; omnimodo omni occasione: *Ans.*; omnino omni occasione: *orig.*; omni occasione: *Ivo Pan.* 48) detestatione: *orig.* 49) ira (in: *deest*): *orig.*; iram (in: *deest*): *Ivo Decr. Pan.* 50) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 51) facinori: *Ivo Decr. Pan.* 52) permixtus: *EGH Ed. Bas.* 53) restringit: *CD* 54) *ABCD* 55) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 56) cavendae: *orig. Ans.* 57) talis: *A Ivo Decr.*; talis (a: *deest*): *orig. Ans. Polyc.* 58) facinoris: *EGH Ed. Bas.* 59) commixtiones: *orig. Ans. Polyc.* 60) incautus in aeternum pereat: *orig. Ans.*; aeternum: *Ans. Ivo Decr. Pan.* 61) is qui huius: *orig.*; et eum qui eius: *Ans. Polyc.*; eos: *Ivo Decr.* 62) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig. Ivo Decr. Pan.* 63) *add.:* et auctorem: *EGH* 64) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 65) miscuerit: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; commisit: *orig.*; — miscuerunt: *Ivo Decr.* 66) erutas: *orig.*; eruti: *Ans. Ivo Decr.* 67) animas eorum: *orig. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 68) lucretis praestante Domino: *Ivo Decr.* || can. 3. 69) *Codd. coll. o.* 70) *ACEGH* 71) *Caput incertum. Ans.* X, 28. (33.); *Polyc. ib.* 37.; *Caes.* X, 77. 72) *add.:* suam: *EGH Edd. coll. o.* 73) aliquem: *A*; — aliq.: *deest: Ans. Polyc.* 74) matrimonio: *EGH* 75) in: *deest: Ans.* 76) constrictus: *B*; coniunctus: *Polyc.* 77) poeniteat: *Ans.* 78) cum eo: *EGH* 79) similis: *Polyc.* 80) operantibus: *Ans.* 81) poeniteant: *Ed. Bas. Ans.*; poena: *Polyc.* 82) Alii: *Codd. coll. o. pr. CD* || can. 4. 83) *ABC Turrecrem.*; Papa: *EGH* 84) dic.: *deest: EGH*; — *Fragm. ep.* (1088—99.) — *Jaffé no.* 4306. — *Coll. tr. P.* II, 50, 23.; *Caes.* IV, 127.; *Lomb.* IV, 42. — *testatur Baluzius in antiquis Codd. Vaticanis illum minus recte Brivensem appellari.* 85) *Codd. coll. o., ubi canon ad antecedens Grat. dictum pertinet.* 86) his quibus: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 87) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Coll. tr. P.* 88) *add.:* esse: *EGH* 89) et: *deest: BD Böhm.* 90) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 91) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* || can. 5. 92) *Codd. coll. o. pr. EG*; — *fragm.* (1100—1115.) — *Jaffé no.* 4759. — *Non haberi in antiquissimo Anselmi codice mon. S. Germani de Pratis testatur Baluzius. in cod. tamen collato exstat* X, 35. (*can.:* post *uxoris; cont.*) *adiectum cum aliis post mortem Anselmi hac inscr.:* ex ep. Paschalis P. II. ad Reginum bonum seniorem missa, *add.: subscr.:* Dat. Lateranis VI. Cal. Mai. — *Polyc.* VI, 6, 3.; *Lomb.* IV, 42. 93) sacro fonte: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 94) et leg.: *Ans.* || can. 6. 95) *Haec Palea exstat in C (in textu) D, tamquam Gratiani sit dictum. — Rolando non fuit nota* 96) Quod: *CD* 97) XXIII.: *deest: ib.* 98) *l.* 17. *Dig.* (23, 2.) 99) eamque: *CD*; *deest: Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 100) etiam: *C* 101) potestatem: *orig.* 102) quod: *CD Edd. Arg. Bas.* || can. 7. 103) *hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim* II, 405. — *Burch.* XVII, 46.; *Ivo Decr.* IX, 97.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 28.; *Lomb.* IV, 42. 104) diversa: *orig.* 105) *Codd. coll. o. Burch. Coll. tr. P.* 106) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.*

Causa XXX. Quest. IV. can. 1. 1) *fragm. Ep. scr. inter a.* 858—867. — *Jaffé no.* 2156. — *Ivo Decr.* I, 137.; IX, 35.; *Ivo Pan.* VII, 63.; *Coll. tr. P.* III, 1, 22.; *Caes.* X, 131.; *Lomb.* IV, 42. 2) tua: *Coll. tr. P.*

duas conmatres[3] habere ualeat unam post alteram. In quo meminisse debet scriptum esse[4]: „Erunt duo in carne una.“ Itaque cum constet[5], quia[6] uir et mulier[7] una caro per conubium efficiuntur, restat nimirum uirum conpatrem constitui illi[8] mulieri, cuius[9] matrimonio assumpta uxor conmater esse uidebatur, et idcirco liquet, uirum illi feminae non posse iungi[10] in copula[11], que conmater eius erat, cum qua idem fuerat una caro effectus.

C. II. *Octo annis peniteat qui duabus conmatribus conmiscetur*[12].

Item ex Concilio Calcedonensi[13]*.

Si pater et filius, aut duo fratres cum una muliere, aut si[14] cum matre[15] et filia, aut cum[16] duabus sororibus, aut cum[17] duabus conmatribus aliquis concubuerit[18], secundum antiquam et humaniorem diffinitionem octo annis[19] peniteat.

C. III. *Nullus duabus conmatribus misceatur*[20 a].

Item Innocentius Exsuperio Tolosano Episcopo[21].

Si quis unus[22]* ex coniugio filium aut[23] filiam alterius de[24] sacro fonte susceperit, aut ad crisma tenuerit, uel Christianitatis[25] misterium[26 b] dederit, ambo, et uxor[27] et uir, conpatres existunt[28] parentibus infantis, quia uir et mulier caro una effecti sunt.

II. Pars. Gratian. *Econtrario inuenitur in Concilio Triburiensi, c. 47.*[29]:

C. IV. *Uxorem conpatris ducere potest, cuius ipsa conmater non fuerat*[30].

Qui spiritualem conpatrem habet, cuius filium de[31] lauacro sacri fontis accepit[32], et eius uxor conmater non est, liceat ei defuncto conpatre suo eius uiduam ducere in[33] uxorem, si nullam habet[34] consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Numquid non possunt coniungi quos nulla propinquitas[35 a] carnalis, uel nulla[36] generatio secernit spiritualis?

C. V. *De eodem*[37].

Item ex epistola Pascalis Papae II. ad Reginum Episcopum[38 a].

Post uxoris obitum cum conmatre uxoris uiri superstitis coniugio copulari, nulla uidetur ratio uel auctoritas prohibere. Neque enim cognationi carnis cognatio spiritus conparatur, neque per carnis unionem[39] ad unionem spiritus pertransitur[40].

III. Pars. Gratian. *Notandum uero est, quod aliud est conmatrem alicuius cognoscere, atque aliud derelictam ab aliquo conmatrem alicuius fieri. Auctoritas illa Nykolai Papae et Calcedonensis sinodi illum prohibet conmatris*[41] *suae uxoris matrimonio*[42] *copulari, qui uxori suae debitum reddidit, postquam illius conmater extitit. Illa uero auctoritas Triburiensis concilii illos permittit matrimonio*[43] *copulari, cuius uxor post, quam a uiro suo derelinquitur, illius conmater efficitur, nec post conpaternitatem a uiro suo cognoscitur. Queritur autem, an uxor cum marito in baptismate simul debeant*[44 b] *suscipere puerum?*

De his ita scribit Urbanus II. Vitali, Presbytero Brixiensi*[45 a].

C. VI. *Uxor simul cum uiro filium alicuius in baptismate non suscipiat.*

Quod autem uxor cum marito in baptismate[46 b] non debeat suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe et infamia conseruetur inmunis, dignum esse decreuimus[47 c], ut utrique insimul ad hoc aspirare[48] minime presumant. Quia uero piaculare flagicium conmisit qui duabus conmatribus uel[49 d] duabus sororibus nupsit, magna iuxta modum culpae penitencia sibi[50] debet iniungi.

Gratian. *Illud uero*[51] *Triburiensis concilii: „Qui spiritualem habet conpatrem etc.,“ ante hanc prohibitionem dictum intelligitur, uel uxor conmater accipiatur non ex eodem filio cum uiro, sed ex alio.*

QUESTIO V.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem clandestina coniugia fieri non debeant, Euaristus Papa testatur, scribens Episcopis Affricae,* [epist. I.][1]:

C. I. *Clandestina coniugia fieri non debent.*

Aliter legitimum* non fit[2] coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere[3] uidentur, et a quibus custoditur uxor petatur[4], et[5] a parentibus[6 a] propinquioribus[7] sponsetur, et legibus dotetur[8], et suo tempore sacerdotaliter, ut[9] mos est, cum precibus et oblationibus[10] a[11] sacerdote benedicatur, et[12] a paranimphis, ut[13] consuetudo docet, custodita et[14] sociata, a proximis congruo tempore petita[15] legibus dotetur[16 b]**, ac[17] solempniter accipiatur, et biduo uel triduo orationibus uacent, et[18] castitatem custodiant. *Item:* §. 1. Ita[19] peracta legitima scitote esse conubia[20]; aliter uero presumpta non coniugia, sed[21] adulteria, uel[22] contubernia, uel[23] stupra, aut[24] fornicationes potius, quam legitima coniugia[25] esse non dubitate[26], nisi uoluntas propria suffragauerit[27], et uota succurrerint legitima.

EDITIO ROMANA.

Causa XXX. Quest. IV. c. 3. a) commisceatur b) ministerium — c. 4. a) proximitas — c. 5. a) in epistola ad b) debeat — c. 6. a) Brixiae b) baptismate simul c) decernimus d) velut — Quest. V. c. 1. a) parentib. et b) detur**

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. IV. C. II. * In conc. Chalcedonensi nihil huiusmodi exstat tractatum aut definitum. Ex eo tamen refertur etiam in fragmento poenitentiali incerti auctoris, eodemque modo citatur infra c. *Post uxoris.*

C. III. * Ex uno: In plerisque vetustis exemplaribus, et eadem collectione decretorum incerti auctoris legitur: *Si quis unus ex coniugio.* In epistola vero Innocentii Exsuperio Tolosano episcopo scripta hoc non habetur.

C. VI. * Presbytero: Antea legebatur: *Episcopo.* Emendatum est ex omnibus vetustis, quae collata sunt. Et eadem citatio est supra hac eadem causa, q. 3. *Super quibus.*

Quest. V. C. I. * Legitimum: In epistola ipsa [et Coll. tr. P.] interiiciuntur haec: *sicut* [*ut:* orig. Coll. tr. P.] *a patribus accepimus, et a sanctis apostolis, eorumque successoribus traditum invenimus.*

** Detur: Antea legebatur: *a legibus dotetur,* quod iam superius dictum erat. Emendatum est ex vetustis editionibus conciliorum, Capitularibus, Anselmo et Ivone.

Causa XXX. Quest. IV. can. 1. 3) *add.:* spirituales: *Ivo Decr.* I. IX. *Pan.* 4) *Gen. c. 2. v. 24.* 5) constat: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* II. III. 6) quod: *BEG* 7) uxor: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 8) illi: *deest: AB* 9) cui in: *Ivo Decr.* I. *Coll. tr. P.* 10) coniungi: *Edd. coll. o.* 11) copulam: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* II. III. || can. 2. 12) miscetur: *BEGH* 13) *in extremo l. XI. Ans. legitur ignoti auctoris libellus de variis incestus speciebus, ex Conc. Chalced. allegatus ex quo Grat. hoc caput suum fecit. — Ans.* XI, 178. (*can.:* initium omnis peccati; — *cont.*) 14) si quis: *EGH;* si: *deest: Ans.* 15) conmatre: 16) cum: *EGH deest: Ans.* 17) cum: *deest: ib.* 18) coierit (aliq.: *deest*): *ib.* 19) annos: *ib.* || can. 3. 20) *Codd. coll. o. pr. A* (*rubr.: deest*) 21) Inn. Papa: *EGH;* Toletano: *Codd. coll. o. pr. C* (Tolesano) — *In antiqua Herovalliana collectione, quam ex parte edidit Petit post capp. Theodori, profertur post canonem ex Innocentio repetitum* (*p.* 233.) *unde factum est, ut et ipsum Innocentii esse putaretur, quod accidit. Ans.* IX, 23.; *Polyc.* VI, 6, 1. 22) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (coniugibus); *Lugdd.* II. III. — *Coll. Herov. Polyc.* 23) vel: *Ans.* 24) de: *deest: Polyc.* 25) ad Christ.: *Ans. Polyc.* 26) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Corr. Coll. Herov. Ans. Polyc.;* ded.: *deest: Ans. Polyc.* 27) mulier: *Polyc.* 28) facti sunt: *ib.* || can. 4. 29) *c.* 48.: *CDEG; — hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim* III, 403. — *Burch.* XVII, 45.; *Ivo Decr.* IX, 96.; *Ivo Pan.* VII, 67.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 27.; *Polyc.* VI, 6, 2. (*can. cont.*); *Lomb.* VI, 42. 30) fuerit: *CG;* erat: *D* 31) vel de: *Ivo Pan.* 32) acceperit: *BC;* suscepit: *Corr.* 33) in: *deest: Polyc.* 34) habeat: *DG Burch. — Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.; deest: H* 35) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 36) in id: *orig. Collatt. citt. o.* || can. 5. 37) De eod.: *deest: BDH* 38) *Codd. coll. o.; — cf. ad c. 5. qu. 3. ead.; — Ans.* X, 34. (35. *cont.*); *Polyc.* VI, 6, 3.; *Lomb.* VI, 42. 39) unitionem .. unitionem: *Ans. Polyc.* 40) pertransit: *Polyc.* 41) commatri: *AEGH* 42) in mat.: *ib.* 43) in mat.: *ib.* 44) *Codd. coll. o. pr. AH* || can. 6. 45) *Codd. coll. o.;* Episcopo: *C; — cf. ad c. 4. qu. 3. — Jaffé no.* 4307. — *Coll. tr. P.* II, 50, 24. (*can. cont.*); *Caes.* IV, 127.; *Lomb.* VI, 42. 46) *ABCD Coll. tr. P.;* in bapt.: *deest: C* 47) *ABDEGH Edd. Bas.* 48) spirare: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 49) *ABCD* 50) sibi: *deest: Coll. tr. P.* 51) ergo: *AB*

Causa XXX. Quest. V. can. 1. 1) *Caput Pseudoisid. no. 2. ap. Hinschius p.* 87. — *Jaffé no.* XIX. — *Ans.* X, 2.; *Ivo Decr.* VIII, 4. 5.; *Ivo Pan.* VI, 31.; *Coll. tr. P.* I, 3, 2.; *Polyc.* VI. 4, 1.; *Caes.* X, 6.; *Lomb.* IV, 28. — *Ben. Lev.* III, 463. 2) sit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 3) habeat: (vid.: *deest*): *Ans. Polyc.;* et a quib. custod.: *deest: orig.* 4) petita (ux.: *deest*): *orig.* 5) etiam nisi a: *ib.* 6) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 7) propinquioribusque non: *orig.* 8) detur: *Ans.* 9) ut . . . est: *deest: ib. Polyc.* 10) *add.:* orationibus vel: *EGH* 11) a sac.: *deest: Polyc.* 12) et . . . soc.: *deest: Coll. tr. P.* 13) ut . . doc.: *deest; Ans. Polyc.* 14) consociata: *D Edd. coll. o.* 15) pet. leg.: *deest: Ans. Polyc.* 16) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 17) et: *orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 18) et . . . custod.: *deest: Coll. tr. P.* 19) ita peracta: *deest: Ivo Pan.;* si peracta fuerint: *Coll. tr. P.* 20) coniugia: *orig. Coll. tr. P. Polyc.* 21) sed aut: *orig. Ans. Coll. tr. P. Polyc.* 22) aut: *Ans. Coll. tr. P. Polyc.;* vel contub.: *deest: orig.* 23) aut: *ib. orig.* 24) vel: *ib.* 25) conubia: *Ivo Pan.* 26) dubitatur: *D Edd. coll. o. Ivo Pan.; — finis canonis: Coll. tr. P.* 27) subfragerit: *orig.*

C. II. *Nuptias occulte*[28a] *celebrari*[29b] *non licet.*

Item ex Decreto Hormisdae Papae, c. 6.[30c*]

Nullus[31] fidelis, cuiuscumque condicionis sit, occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote publice nubat in Domino.

C. III. *Nuptiae publice celebrari debent.*

Item Nykolaus ad consulta Bulgarorum, [c. 3.][32]

Nostrates, tam mares quam feminae, non ligaturam auream, uel argenteam, aut ex quolibet metallo conpositam, quando nuptialia federa contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia[33], que futurarum sunt nuptiarum promissio[34a], federa quoque[35] consensu eorum[36], qui hec contrahunt, et eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur; et post, quam arrhis sibi sponsam sponsus per digitum fidei annulo[37] insignitam[38b] desponderit, dotemque utrique placitam sponsus ei[39] cum scripto pactum hoc continente coram inuitatis ab utraque parte[40] tradiderit (aut mox aut apto tempore, ne uidelicet ante tempus lege diffinitum tale quid facere presumant)[41c], ambo ad nuptialia federa perducuntur[42], et primum[43d] in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur, sicque demum benedictionem et uelamen celeste suscipiunt[44]. *Item:* §. 1. Hec[45] sunt, preter alia[46], que ad[47] memoriam non occurrunt, pacta coniugiorum solempnia. Peccatum autem esse, si hec cuncta in nuptiali federe non interueniant, non dicimus[48e].

C. IV. *In contrahendo coniugio ista sunt obseruanda.*

Item Leo Papa[49*].

Qualis[50] debeat esse uxor[51], que habenda est secundum[52] legem. Virgo casta, et desponsata in uirginitate, et dotata legitime, et a parentibus tradita[53a] sponso, et a paranimphis accipienda, et ita secundum legem et euangelium publicis nuptiis[54] in coniugium[55] liquide[56] sumenda, et omnibus diebus uitae suae[57b] (nisi ex consensu, et causa uacandi Deo) numquam propter[58] hominem separanda[59], et, si fornicata fuerit**, dimittenda, sed[60] illa uiuente altera non ducenda, quia[61] adulteri[62] regnum Dei non possidebunt, et penitencia illius[63***] per scripturam[64] recipienda[65].

C. V. *Quomodo sponsus et sponsa ad benedictionem accedant.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV., [c. 13.][66]

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus[67a] uel a paranimphis offerantur* in ecclesia sacerdoti[68b], qui, cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reuerentia[69c] benedictionis in uirginitate permaneant.

C. VI. *Sine publicis nuptiis nullus ducat uxorem.*

Item ex Concilio Arelatensi, c. 6.[70]

Nullum sine dote fiat coniugium; iuxta[71] possibilitatem fiat dos, nec sine publicis nuptiis quisquam nubere uel[72] uxorem ducere presumat.

Gratian. *His omnibus auctoritatibus occultae nuptiae prohibentur, atque ideo, cum contra auctoritatem fiunt nuptiae, pro infectis haberi*[73] *debent.*

II. Pars. §. 1. *Sed queritur, quid sibi uelint solempnitates illae uelaminis et annuli, que in coniugiis obseruantur?*

De his ita scribit Ysidorus in II. lib. de offitiis, c. 16.[74a]:

C. VII. *Quare feminae uelantur, dum maritantur.*

Feminae[75], dum maritantur, ideo[76] uelantur, ut[77] nouerint, se semper[78] uiris[79b] suis subditas[80] esse et humiles. §. 1. Item, quod nubentes post benedictionem uitta[81*] inuicem, uno[82c] uinculo copulantur, uidelicet fit[83] ideo, ne conpagem coniugalis unitatis[84] disrumpant. §. 2. At uero, quod eadem[85] uitta candido purpureoque colore permiscetur, candor quippe est[86d] mundicia uitae, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo et continentia[87e] et** lex continendi[88f] ab utrisque ad tempus admoneatur, et posthec[89] reddendum debitum non negetur. §. 3. Item[90], quod in primis[91g] annulus a sponso sponsae datur, fit[92h] nimirum uel propter mutuae dilectionis[93i] signum, uel propter id magis, ut eodem pignore corda eorum iungantur. Unde et quarto digito annulus[94k] inseritur, ideo[95l] quod in eo uena quedam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perueniat.

C. VIII. *Nuptiae dicuntur ab obnubendo*[96], *eo quod caput suum obnubere soleant*[97].

Ambrosius in libro de Patriarchis[98a].

III. Pars. Nec illud otiosum[99], quod cum Rebecca ueniret, uidit Ysaac deambulantem[100b], et cum interrogasset quis esset, cognito, quod ipse esset, cui duceretur uxor, descendit, et caput suum obnubere cepit, docens uerecundiam nuptiis preire debere. Inde enim et[101] nuptiae dictae, quod pudoris gratia se puellae obnuberent.

IV. Pars. Gratian. *Sed obicitur premissis: Multa sunt, que prohibentur, que, si fiant, ex postfacto conualescunt. Prohi-*

EDITIO ROMANA.

Causa XXX. Quest. V. c. 2. a) occultas b) celebrare c) Decretis — c. 3. a) promissa b) insignitum c) fieri praesumatur d) primum quidem e) dicimus, quemadmodum Graecos vos adstruere dicitis — c. 4. a) tradita et a b) suae: *deest* — c. 5. a) parent. suis b) in eccl. sac.: *deest* c) reverentia ipsius — c. 7. a) in: *deest;* c. 19. b) maritis c) quasi uno d) ad munditiam (est: *deest*) e) continentiae f) lex** (et: *deest*) tenenda g) primis negotiis h) fit hoc i) fidei k) annulus idem l) ideo: *deest* — c. 8. a) Item Ambros. b) ambulantem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. * Apud Burchardum, Ivonem, Polycarpum, et in collectione, quae est tomo 3. conciliorum post decreta Alexandri III., part. 49. cap. 10., citatur similiter ex decretis Hormisdae. Verum in secunda collectione Decretalium, tit. de clandest. despons. citatur ex Alexandro III., qui primus auctor huius capitis esse non potest; quippe qui posterior fuit Gratiano.

C. IV. * Burchardus etiam, Anselmus, Ivo et Panormia citant ex Leone. Sed fere idem in conc. Remensi Trosleiano c. 8., et lib. 7. Capitular. c. 179. refertur ex B. Augustino, et infra 36. q. 2. c. *Tria.* (quod citatur ex B. Hieronymo) in illis verbis: *et reliqua, quae sequuntur in praedictis,* videntur indicari quae in hoc capite continentur.

** Fuerit: In conc. Trosleiano et Capitularibus sequitur: *et vir eius voluerit.*

*** Illius; In iisdem legitur: *et poenitentia illi recipienda.*

C. V. * Offerantur: Sequebatur: *in ecclesia sacerdoti,* quae absunt a conciliorum editionibus et codicibus manuscriptis, Burchardo et Ivone [exstant ap. Burch. et in Ivon. Pan.] nec habentur sup. dist. 23. c. fin., ubi hoc idem affertur.

C. VII. * Vitta: In editione Isidori Coloniensi legitur: *vittae uno invicem vinculo copulantur, videlicet ne compagem etc.* In Vaticano autem codice: *post benedictionem a Levita uno invicem, etc.*

** Continentiae lex: Sic emendatum est ex originali impresso et manuscripto. Antea enim legebatur: *ut hoc signo et continentia, et lex continendi ab utrisque ad tempus admoneantur.*

Causa XXX. Quest. V. can. 2. 28) *ABCD* 29) *Codd. coll. o. pr. B* 30) *Codd. coll. o.; —c. 7.: CEGH — Videtur Burch. Herardi Turon. c.* 130. *reddere voluisse. — cf. Thiel p.* 1006. — *Burch.* IX, 3.; *Ivo Decr.* VIII, 141.; *Ivo Pan.* VI, 5.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 63.; *Polyc.* VI, 4, 16. 31) et null.: *Burch. Ivo Decr.;* ut null.: *Ivo Pan. Coll. tr. P. Polyc.* ‖ can. 3. 32) *scr. ao.* 866. *c.* 3. *ap. Mansi* XV, 142. — *Jaffé no.* 2123. — *Ivo Decr.* VIII, 6. (*can. contin.*); *Ivo Pan.* VI, 9.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 5.; *Caes.* X, 7. 33) *add.:* foedera: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* 34) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 35) quaeque: *orig.* 36) horum: *ABDH* 37) a se annulo: *orig. Ivo Decr. Pan.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 39) eius: *CD Edd. coll. o. Ivo Pan.* 40) parte: *deest: Ivo Pan.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 42) producuntur: *Ivo Pan.* 43) *Codd. et Edd. coll. o.* 44) suscipiant: *B;* accipiunt: *Coll. tr. P. — finis canonis: Ivo Pan.* 45) *Ivo Pan.* VI, 32.; — Sunt praeter haec alia: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 46) illa: *BEH* 47) nunc ad: *orig.* 48) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* ‖ can. 4. 49) *cf. Corr. — Ben. Lev.* III, 179.; *Burch.* IX, 2.; *Ans.* X, 3.; *Ivo Decr.* VIII, 140.; *Ivo Pan.* VI, 36.; *Polyc.* VI, 4, 12.; *Caes.* X, 60. 50) scribit namque de legitimo matrimonio b. Augustinus ita: tales esse debet: *Ben. Lev.* 51) coniux: *EGH Ed. Bas.* 52) ut sec. leg. sit casta in virginitate: *Ben. Lev.* 53) *Codd. et Edd. coll. o. Ben. Lev. Ans.* 54) *add.:* honeste: *Ben. Lev. Burch. Ans. Polyc.* 55) coniugio: *Ben. Lev.* 56) liquideque: *Ans.;* et liquide: *Ivo Pan.;* licite: *Ben. Lev.* 57) *ABCD Ben. Lev. Ans. Ivo Pan. Polyc.* 58) per: *AH* 59) *add.:* est: *EGH Edd. coll. o.* 60) sed nec: *Edd. Bas.* (non: *deest*); — *Lugd.* II. 61) I. *Cor. c.* 6. *v.* 9. 62) adulterae: *Ans.* 63) illis: *Burch. Ans.;* illi: *Ben. Lev.* 64) scripturas: *Burch. Ans. Ivo Decr. Pan.* 65) accipienda: *Ben. Lev.* ‖ can. 5. 66) *cf. ad c. fin. Dist.* XXIII. 67) *Codd. et Edd. coll. o.* 68) *ib.* 69) *ib.* ‖ can. 6. 70) *imo ex Ben. Lev.* II, 133. — *Burch.* IX, 6.; *Ivo Decr.* VIII, 144.; *Ivo Pan.* VI, 6. 71) iuxta . . . dos: *deest: orig.* 72) vel . . . ducere: *deest: ib.* 73) habere: *EH* ‖ can. 7. 74) *Codd. coll. o. — no.* 6. — *Ivo Decr.* VIII, 7. 8.; *Ivo Pan.* VI, 8.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 7. 8. 9.; *Caes.* X, 9. 75) quod fem.: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 76) ideo: *deest: ib. orig.* 77) scilicet ut: *orig. Ivo Pan.;* significat ut: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 78) per haec: *orig.* 79) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 80) subiectas: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 81) vita: *AD Edd. Arg.* (*add.:* id est) *Nor. Lugdd.* II.; uno scilicet invic.: *C;* inita: *B;* a Levita (invic.: *deest*): *orig.;* vittae: *Ivo Decr.* 82) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 83) fit ideo: *deest: orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 84) *add.:* invicem: *EGH* 85) ea: *Ivo Pan.* 86) *ABCD Ed. Bas. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* est ad mund.: *Edd. rell.* 87) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. Ivo Pan.* 88) *Codd. et Edd. coll. o.* 89) post hoc: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 90) Illud vero: *orig.* 91) *ABCD orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* prim. nuptiis: *Ivo Pan.* 92) *ABCD* 93) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 94) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 95) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.:* ideo quia: *Edd. coll. o. Ivo Pan.;* id est quod: *Ivo Decr.* ‖ can. 8. 96) a nubendo: *EGH* 97) debent: *E:* deb. vel solent: *GH* 98) *Codd. coll. o.; de Abraham* I, 9. 99) *add.:* est: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 100) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 101) et: *deest: EGH Ed. Bas.*

bentur uouentes[102] *matrimonia contrahere, que tamen si contraxerint, inuiolata permanere*[103] *oportet. Sic et clandestina coniugia contra leges quidem fiunt, tamen contracta dissolui non possunt, quia ex legitimo uoto subsequente corroborantur. Unde et*[104c] *Euaristus, cum dixisset*[105]*: „aliter coniugia presumpta non sunt, sed adulteria;" addidit: „nisi uoluntas propria suffragauerit, et uota succurrerint legitima."*

Hinc etiam in Nouellis[106]*:*

[C. IX.]

„Si quis diuinis tactis scripturis iurauerit mulieri, legitimam se eam uxorem habiturum, uel si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illa[107] *legitima uxor*, quamuis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit."*

[Gratian.] *His ita respondetur: Coniugia, que clam contrahuntur, non negantur esse coniugia, nec iubentur dissolui, si utriusque confessione*[108] *probari poterunt: uerumtamen prohibentur, quia mutata alterius eorum uoluntate, alterius confessione fides iudici fieri non potest*[109]. *Unde publice, cum alterius uota in alteram partem se transtulerint, pro*[110] *priori coniugio, quod iudici incertum est, sentencia ferri non poterit. Incerta enim (ut Syxtus*[111] *Papa scribit episcopis per Hispaniam constitutis) nemo pontificum iudicare presumat, et quamuis uera sint, non tamen credenda sunt nisi que certis indiciis conprobantur, nisi que manifesto iudicio conuincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur. Hinc etiam Victor*[112] *Papa scribit Theophilo episcopo: „Incerta, karrissime*[113]*, nullatenus iudicemus, quousque ueniat Dominus, qui latentia producet in lucem, et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Quamuis enim uera sint, non tamen credenda sunt nisi que manifestis indiciis conprobantur, nisi que manifesto iudicio conuincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur."*

C. X. *Ante iustam probationem nullus iudicandus aut dampnandus est.*

Item Euaristus Papa, [epist. II.] *omnibus Episcopis*[114].

Nullum ante ueram iustamque probationem iudicare aut dampnare debemus, teste[115] Apostolo, qui ait[116]: „Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit?" Mala itaque audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam umquam credat; sed ante audita diligenter inquirat, nec[117a] precipitando quicquam aliquis[118] agat.

C. XI. *Non sunt aliqua iudicanda prius, quam certis demonstrentur indiciis.*

Item Eleutherius Papa, [epistola ad Galliae prouincias][119].

Iudicantem oportet cuncta rimari, et ordinem rerum plena[120] inquisitione discutere, interrogandi et[121a] respondendi[122] obiciendique prebita patiencia ab eo, ut ibi ambarum[123] actio partium illuminata[124]* sit pleniter[125], nec litigantibus prius uelit iudex[126] sua sententia obuiare, nisi quando[127b] iam peractis omnibus nichil habeant[128] in questione, quod proponant, et tamdiu actio uentiletur, quousque ad[129] ueritatem[130] rei perueniant[131c]. Frequenter[132] interrogari[133d] oportet, ne aliquid pretermissum forte remaneat, quod annecti conueniat.

Gratian. *Ex premissis manifestissime*[134e] *colligitur quod pro incertis a certis recedendum non est, nec in re dubia certa danda est sentencia. Cum autem fides dubiae rei nisi testium approbatione uel legitima confessione iudici fieri non ualeat, testes autem*[135] *auctoritate Calixti*[136] *Papae de aliis causis uel negociis testimonium dicere non ualeant, nisi de his, que sub eorum presentia facta noscuntur: apparet clandestina coniugia ideo esse prohibita, quia, cum alter eorum coniugalem affectum se ad alterum*[137] *habuisse negare uoluerit, legitimis probationibus conuinci non poterit, quibus deficientibus, iudicis sentencia rite absolutus, reatum adulterii uterque incurrit*[138]*, dum utroque eorum uiuente aliis se copulauerint.*

CAUSA XXXI.

GRATIANUS.

Uxorem cuiusdam[1] *alius constuprauit; eo mortuo adulter adulteram sibi in uxorem accepit; filiam ex ea susceptam cuidam in coniugem se daturum iurauit; illa assensum non prebuit; deinde pater alii eam tradidit; a primo reposcitur.* (Qu. I.) *Queritur: an possit duci in coniugium que prius est polluta per adulterium?* (Qu. II.) *Secundo, an filia sit tradenda inuita alicui?* (Qu. III.) *Tertio, an post patris sponsionem illa possit nubere alii?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Adulterio polluta prohibetur duci in coniugium auctoritate Leonis Papae, qua dicitur*[2]:

C. I. *Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium*[3].

Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio.

Sed Augustinus econtra testatur, scribens ad Valerium de nuptiis et concupiscentia, [lib. I. c. 10.][4]:

C. II. *Licet alicui ducere in matrimonium quam prius polluit per adulterium*[5a].

Denique mortuo eo[6b], cum quo fuit uerum conubium fieri potest coniugium*, cum qua[7c] precessit[8] adulterium. *Item in libro de bono coniugali*, [c. 14.][9]: §. 1. Posse sane fieri licitas[10d] nuptias ex personis[11] licite[12e] coniunctis, honesto placito[13f] subsequente[14g], manifestum est.

Gratian. *Hec ultima auctoritas*[15h] *de concubinis loquitur, perhibens, concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata, quam dum uiuente uiro suo aliquis*[16i] *ducit in coniugium, committit adulterium; cuius adulterii*[17] *aliquam habet ueniam, dum eius copula creditur esse licita.* §. 1. *Illud uero Leonis Papae de ea intelligendum est, que a uiro suo non erat repudiata, cuius uiuebat uir, reddens ei coniugale debitum.*

EDITIO ROMANA.

Causa XXX. Quest. V. c. 8. c) et: *deest* — c. 10. a) ne — c. 11. a) et: *deest* b) quando ipsi c) perveniatur d) interrogare e) manifeste — Causa XXXI. Quest. I. c. 2. a) polluit adulterio b) viro c) quo d) lic.: *deest* e) male f) placito postea g) consequente h) auctoritas Augustini i) quicunque

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Uxor: Apud Iulianum Antecessorem, ex quo videtur sumtum hoc capitulum, sequitur: *si tamen coniuncta fuerit.*

C. XI. * Illuminata: In locis indicatis legitur: *limitata.* In plerisque autem vetustis Gratiani exemplaribus: *luminata.*

Causa XXXI. Quest. I. C. II. * Fieri potest coniugium: In editionibus operum B. Augustini, et uno Vaticano codice, unoque item Gratiani exemplari legitur: *fieri verum connubium non potest.* In duobus vero Vaticanis recentioribus eiusdem libri abest negatio.

Causa XXX. Quest. V. can. 8. 102) vov. castitatem: *EGH* 103) manere: *CD* 104) *Codd. coll. o. pr. AB* 105) *supra ead. c.* 1. || can. 9. 106) *Iul. Ep. Nov.* 67. *c.* 4. *in ed. Haenel. c.* 244. — *Ivo Decr.* VIII, 44.; XVI, 142.; *Ivo Pan.* VI, 7.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 36.; *ib.* III, 29, (30,) 85.; *Caes.* X, 25.; *Lomb.* IV, 28. 107) ipsa: *Coll. tr. P.* 15. 108) professione: *EG;* ex conf.: *AC* 109) poterit: *ACEH* 110) pro: *deest: EH* 111) *Ep.* 2. 112) *Ep.* 1. 113) kar.: *deest: EGH* || can. 10. 114) *Caput Pseudoisid. no.* 9. *ap. Hinschius p.* 92. — *Jaffé no.* XX. — *cf. c.* 20. *Qu.* 1. *C.* II. 115) testante: *EGH* 116) *Rom. c.* 14. *v.* 4. 117) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. 118) quis: *CD;* aliquid: *B Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; alius: *Ed. Bas.* || can. 11. 119) *est. c.* 26. *inter capitula Angilr. ap. Hinschius p.* 763. — *Ans. in fine lib.* III.; *Ivo Decr.* VI, 316. (*can.:* de accusationibus); 317. (*cont.*); *Ivo Pan.* IV, 119. 104. — *Polyc.* V, 1. *a Corr. et R. laudatur, sed ibi canonem nostrum non invenimus.* 120) plana: *GH Ed. Bas.* 121) *Codd. coll. o. pr. B* (et resp.: *deest*) 122) ac proponendi adiiciendique: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 123) amb.: *deest: orig.* 124) luminata: *AB;* limitata: *orig. Ivo Decr.* 125) *seqq. desunt et alia exstant: Ivo Pan.* 126) iud.: *deest: orig. Ans.* 127) *Codd. et Edd. coll. o.* 128) habeat: *C;* habuerint: *orig. Ans.* 129) ad: *deest: orig. Ans.* 130) veritas: *ib.* 131) *ABCD;* inveniatur: *Ans.* 132) *add.:* etiam: *Ed. Bas.;* ergo: *orig.* 133) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Ivo Pan.* 134) *Codd. coll. o.* 135) aut.: *deest: CD* 136) *cf. c.* 15. *Qu.* 9. *C.* III. 137) alteram: *EH* 138) incurret: *AB*

Causa XXXI. 1) alicuius: *EGH*

Causa XXXI. Quest. I. can. 1. 2) *imo c.* 51. *Conc. Tribur. hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim Conc.* II, 406. — *Lomb.* IV, 35. — *cf. infra c.* 3. 3) matrimonio: *EH;* uxorem: *G* || can. 2. 4) concupiscentiis: *CD;* — *no.* 11. *Ed. Maur.* — *Lomb.* IV, 35. 5) *ABC* 6) *Codd. et Edd. coll. o.* 7) *ib.* 8) prius fuit: *orig.* 9) coniugii: *EGH;* — *no.* 17. *Ed. Maur.; Ivo Decr.* VIII, 10. (*can.:* nec concubinae); *Ivo Pan.* VI, 45. (*can.:* ut connub.) 10) *Codd. et Edd. coll. o.* 11) pers.: *deest: orig. Ivo Decr. Pan.* 12) *Codd. et Edd. coll. o.* 13) *Codd. coll. o.* 14) *Codd. et Edd. coll. o.* 15) *Codd. coll. o.* 16) *ACD;* inscius: *B* 17) adulterium: *BH;* adulterium et aliq.: *A*

Unde in Concilio[18] *apud Altheum habito presente Conrado Rege statutum est c. 6.*[19]:

C. III. *Nullus ducat in coniugium quam prius polluit per adulterium.*

Illud uero communi decreto secundum canonum instituta diffinimus et preiudicamus, ut, si quis cum uxore alterius uiuente eo fornicatus fuerit, moriente marito sinodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, nec[20 a] ulterius ei coniungatur matrimonio[21], quam prius polluit adulterio[22]. Nolumus enim, nec Christianae religioni conuenit, ut ullus[23] ducat in coniugium quam prius polluit per[24] adulterium.

Gratian. *Hic subaudiendum est, nisi peracta post*[25 b] *penitenciam et si nichil in morte*[26 c] *uiri machinatus fuerit, uel si uiuente uiro fidem adulterae non dedit, sumpturum*[27 d] *eam sibi in coniugem, si uiro eius superuiueret.*

Unde in Concilio Triburiensi legitur[28]*.

C. IV. *Post mortem uiri non potest adulteram in coniugium ducere qui uiro uiuente iuramentum sibi futurarum prebuit nuptiarum.*

Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius uxorem stupro uiolasse, et insuper mechae uiuente uiro suo iuramentum dedisse, ut post legitimi mariti[29] mortem, si superuixisset[30], duceret eam[31 a] uxorem, quod et[32] factum est. Tale igitur[33 b] conubium prohibemus et anathematizamus.

C. V. *Post peractam penitenciam uiduam in coniugem ducere poterit*[34], *quam uiuente uiro polluit adulterio*[35 a].

Item in eodem[36]*.

Si[37] quis uiuente marito coniugem illius adulterasse accusatur, et, eo in proximo defuncto, eandem sumpsisse dinoscitur, omnimodis penitenciae publicae subiciatur[38]. De quo etiam post penitenciam prefata[39 b]**, si expedierit, seruabitur regula; nisi forte idem[40 c], aut mulier uirum, qui mortuus fuerat[41], occidisse notentur[42 d], aut propinquitas, uel alia[43] quelibet actio[44] criminalis inpediat. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe coniugii cum penitencia perpetuo maneant[45].

[PALEA[46]. C. VI.

Item ex Concilio apud Vermerias[47]*.

Si qua mulier in[48] mortem mariti[49] sui cum aliis consiliata sit[50], et ipse uir aliquem[51] illorum se defendendo occiderit, si[52] probare potest ille uir, eam[53] ream esse consilii, potest (ut nobis uidetur) ipsam uxorem dimittere, et[54], si uoluerit, aliam ducere[55]**. Ipsa autem insidiatrix penitenciae subiecta absque spe coniugii maneat.][56]

C. VII. *Post penitenciam reconcilietur ad conmunionem uidua, que mechum suum in*[57] *uirum accepit*[58].

Item ex Concilio Elibertano, [c. 72.][59]

Si qua fuerit uidua mechata, et postea eundem habuerit maritum[60], post quinquennii tempus acta[61] legitima penitencia placuit eam ad conmunionem[62]* reconciliari.

II. Pars. Gratian. *Sed obicitur*[63]: *Dauid cum Bersabee*[64 a] *adulterium conmisit, et mortem Uriae machinatus est, et tamen Bersabee eandem postea duxit in uxorem. Sed in ueteri testamento multa permittebantur propter infirmitatem, que in euangelii perfectione eliminata sunt: sicut permittebatur quibuslibet dare libellum repudii, ne per odium funderetur sanguis innoxius. Quod postea Dominus in euangelio prohibuit, dicens uxorem a uiro non esse dimittendam, nisi causa fornicationis. Quedam permittebantur causa infirmitatis, et sacramenti futurorum: sicut*[65] *Dominus permisit filiis Israel offerre animalia sibi in sacrificium, que in Egipto consueuerant inmolare demonibus, malens ea sibi offerri quam idolis, et ut essent illis*[66] *sacramenta futurorum. Sic et Bersabee permissa est duci in uxorem, non magis causa suae infirmitatis, quam significatione futurorum.* §. 1. *Sed est alia ratio, qua uxor defuncti huic nubere non possit. Generaliter enim prohibentur uiri et mulieres frequenter*[67] *matrimonina contrahere. Unde in conubio*[68 b] *nuptiarum secundarum presbiteri interesse non debent, sicut in Neocesariensi Concilio* [c. 3. et 7.] *legitur*[69]:

C. VIII. *Fides et conuersatio penitenciam adbreuiet*[70 a] *eorum, qui frequenter ducunt uxores.*

De his, qui frequenter uxores ducunt, et de his, qui[71 b] sepius nubunt, tempus quidem[72 c] his manifestum constitutum est[73], sed[74] conuersatio et fides eorum tempus adbreuiat[75]. §. 1. Presbiterum[76] uero secundarum nuptiarum conubio[77 d]* interesse non debere; maxime cum** precipiatur[78] secundis nuptiis penitenciam tribuere: quis erit[79] presbiter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis?

C. IX. *Secundum ueritatis rationem fornicari conuincitur qui secundam ducit*[80 a] *uxorem.*

Item Iohannes Crisostomus, [id est auctor operis imperfecti in Matth., hom. XXXII.]

Hac ratione et Apostoli preceperunt secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam

EDITIO ROMANA.

Causa XXXI. Quest. I. c. 3. a) ne b) prius peracta poenitentia c) in mortem d) se sumtur. — c. 4. a) eam: *deest* b) ergo — c. 5. a) per adulterium b) praefatam* c) vir d) notetur — c. 7. a) Bethsabee *et sic deinceps* b) convivio — c. 8. a) breuiat b) quae c) quidem poenitentiae d) convivio* — c. 9. a) duxit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Huius capituli sententia quidem est in c. 40. conc. Triburiensis, quod exstat. Sed quum Burchardus hoc citet ex cap. 3., videtur alterius esse, quod desideratur.

C. V. * Burchardus et Ivo citant ex conc. Meldensi c. 69. ubi habetur. In Decretalibus vero tit. de eo, qui dux. in ux. quam poll. per adult. c. Quum haberet, Clemens III. hoc ipsum citat ex conc. Triburiensi, ut Gratianus et Panormia.

** Praefatam: In Meldensi legitur: *praefata*, ut indicetur regula iam ibi tradita c. 65., et citatur infra 36. q. 2. *Si autem.*

C. VI. * Haec Palea est in multis vetustis exemplaribus, in quibus Paleae esse non solent. Citatur autem ex concilio apud Vermerias etiam in excerptis decretorum monasterii B. Trudonis, et apud Burchardum et Ivonem, quamvis in Decr. tit. de divort. c. 1. corrupte in vulgatis codicibus sit: *Ex concilio apud Vormaciam.* Antea quidem in titulo huius Paleae legebatur: *Ex concilio Elibertano apud Vermerias* [ita Edd. coll. o. pr. Bas., in qua simpliciter ex conc. Eliberit. laudatur]. Inducta vero est dictio: *Elibertano*, quae spectat ad sequens capitulum. Palearum enim interpositio saepenumero in titulis occasionem huiusmodi erroribus dedit.

** Et si voluerit aliam ducere: Absunt haec ab Ivone. In Decretalibus autem legitur: *potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere.*

C. VII. * Ad communionem: In variis exemplaribus huius concilii tam impressis quam manuscriptis legitur: *communione reconciliari.*

C. VIII. * Convivio: In vulgatis erat: *connubio.* Emendatum est ex vetustis, et originali ipso. Graece est: *μὴ ἑστιᾶσθαι.*

** Maxime quum: Locus hic graece sic habet: *ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις;* id est: *Nam poenitentiam petente bigamo, quis erit presbyter, qui hoc ipso, quod interest convivio, nuptiis consentit?*

Causa XXXI. Quest. I. can. 3. 18) Conciliis: *Codd. coll. o. pr. AB* 19) Alpheum: *Codd. coll. o. pr. AD;* Alphenum: *D Ed. Bas.:* Alphesum: *Edd. rell. Ivo Pan.; — imo c.* 51. *C. Tribur. hab. ao.* 895. *ap. Hartzheim* II, 406. — *Burch.* IX, 74. (75.); *Ivo Decr.* VIII, 211.; *Ivo Pan.* VII, 10. 11.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 75. 20) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ivo Pan.* 21) in matr.: *EGH Ed. Bas.* 22) *finis canonis: Coll. tr. P.* 23) illam: *Ivo Pan.* 24) adulterio: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 25) *ABC* 26) *Codd. coll. o. pr. AB* 27) *Codd. coll. o.* ‖ can. 4. 28) *c.* 40. *Conc. Tribur. hab. ao.* 895. (*ap. Hartzheim* II, 404.) *redactus in compendium; — Burch.* IX, 66.; *Ivo Decr.* VIII, 202.; *Ivo Pan.* VII, 9.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 74.; *Lomb.* IV, 35. 29) viri: *CD* 30) superviveret: *EGH Ed. Bas.* 31) *Codd. et Edd. coll. o.;* in ux.: *B Edd. coll. o.* 32) et: *GH deest: Ivo Pan.* 33) *Codd. coll. o. pr. B; — Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* ‖ can. 5. 34) potest: *BG* 35) *Codd. coll. o. pr. B* 36) *imo c.* 69. *Conc. Meldens. hab. ao.* 845. *ap. Mansi* XIV, 835. — *Reg.* II, 237.; *Burch.* IX, 65.; *Ivo Decr.* VIII, 201.; *Ivo Pan.* VII, 12.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 73. — (*can. ap. omnes contin.*) 37) is qui: *orig. Collatt. citt. o.* 38) subigatur: *ib.* 39) *AC orig. Reg. Burch. Coll. tr. P.* 40) *AB orig. Collatt. citt. o.;* idem vir: *Codd. coll. rell. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. *Lugdd.* II. III. *Turrecrem.* 41) fuerit: *CH* 42) *ABCD orig. Reg. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 43) al.: *deest: Coll. tr. P.* 44) causa: *Ivo Pan.* 45) permaneant: *ib.* ‖ can. 6. 46) *Haec Palea deest: Codd. coll. o. — Rolando non fuit nota* 47) *c.* 5. *Capit. ap. Vermer. a.* 753. *in Mon. Germ. LL.* I, 22. *sed non sunt verba originalis in canone. — Reg.* II, 117.; *Burch.* VI, 41.; *Ivo Decr.* X, 169. 48) in: *deest: Ed. Bas. Reg. Burch. Ivo* 49) viri: *Ivo* 50) est: *Reg. Burch. Ivo* 51) hominem (ill.: *deest*): *Reg.* 52) et si: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; et hoc: *Reg.;* et si hoc: *Burch. Ivo* 53) eam . . . pot.: *deest: Reg.* 54) et . . . duc.: *deest: Ed. Arg. Ivo* 55) accipiat: *Reg.;* uxorem accipere: *Burch.* 56) permaneat: *Burch.* ‖ can. 7. 57) in: *deest: A;* ut: *B* 58) acceperit: *ABC* 59) *hab. ao.* 305 *aut* 306. *ap. Bruns* II, 11.; *Coll. tr. P.* II, 30, 13. (*can. cont.*) 60) virum: *B Coll. tr. P.* 61) peracta: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 62) communioni: *orig. Hisp.* 63) *add.:* illud: *EGH* 64) *Codd. coll. o. et sic deinceps* 65) *Levit. c.* 9. 66) ill.: *deest: EGH* 67) freq.: *deest: EH* 68) *Codd. coll. o.* ‖ can. 8. 69) *hab.* 314—25. — *versio Hisp. — Coll. tr. P.* II, 3, 23.; — *versio Dionysiana: Burch.* IX, 22.; *Ans.* X, 69.; *Ivo Decr.* VIII, 160.; *Lomb.* IV, 42. 70) *Codd. coll. o. pr. A* (adbreviat) 71) *BH Edd. coll. o. orig. Hisp.* 72) *ABCD Ed. Bas. Coll. tr. P.:* quidem quod: *Hisp.* 73) *add.:* observare: *Hisp.* 74) autem: *ib.* 75) adbreviet: *CD* 76) *Burch.* II, 133.; *Ivo Decr.* VIII, 48.; *Ivo Pan.* VI, 67.; *itidem ex Dionysio.* 77) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.; add.:* in: *EGH Ed. Bas.* 78) potatur: *Hisp.* 79) ergo est: *ib.* ‖ 80) *ABCD*

quidem accipere secundum preceptum Apostoli licitum[81b] est, secundum ueritatis[82c] rationem uere fornicatio* est. Sed cum[83d] permittente Deo publice et licenter conmittitur, fit honesta fornicatio. Propterea bene dixit[84], quia Moyses hoc permisit, non precepit. Aliud est enim precipere, aliud permittere. Quod enim permittimus** nolentes precipimus, quia malas hominum uoluntates ad plenum prohibere non possumus.

C. X. *Ut uitetur periculum fornicationis, secunda matrimonia conceduntur.*

Item Ieronimus de uirginibus[85a].

Quomodo uirginibus fornicationis periculo[86b] concedit nuptias, et excusabile facit quod per se non appetitur, ita eodem fornicationis periculo[87c] concedit uiduis secunda matrimonia[88]. Melius est enim, licet alterum et tertium, unum uirum nosse, quam plurimos, id est tollerabilius est uni homini prostitutam esse, quam multis. Siquidem et illa in euangelio[89d] Samaritana, sextum maritum habere se dicens, arguitur a Domino, quod non sit uir eius; ubi enim numerus maritorum est, ibi uir, qui proprie unus est, esse desistit[90e]. Una costa a principio in unam uxorem uersa est. „Et erunt," inquit[91], „duo in carne[92f] una," non[93] tres, neque quatuor, alioquin[94g] non duo, sed[95] plures. Primus Lamech sanguinarius atque[96h] homicida unam carnem in duas diuisit uxores; fratricidium et digamiam[97i] eadem cataclismi pena deleuit: de altero septies, de altero septuagies septies uindicatum est. Quantum distant[98k] in numero, tantum et[99] in[100] crimine. §. 1. Quam sancta sit digamia[101], hinc[102] ostenditur, quod digamus[103l] ad[104m] clerum eligi non potest, et idem[105n] Apostolus ad Timotheum: „Vidua," inquit, „eligatur non minus[106o] sexaginta annorum, que fuerit[107] unius uiri uxor." Hic[108p] commune[109q] preceptum de his uiduis est[110], que ecclesiae pascuntur elemosinis, et idcirco etas prescribitur, ut illae tantum accipiant pauperum cibos, que iam laborare non possunt[111]. Simulque considera, quod que duos habuit[112] uiros, etiamsi[113] anus est[114], et decrepita, et egens, ecclesiae stipes non meretur accipere; si autem panis illi tollitur elemosinae, quanto magis[115r], qui descendit de celo, quem qui indigne comederit, reus erit uiolati corporis et sanguinis Domini[116s]? Quamquam hec testimonia, que supra posui, in quibus uiduis conceditur, ut, si uelint, denuo nubant, quidam interpretantur super[117] his uiduis, quas amissis maritis sic inuenerat[118t] fides Christi.

III. Pars. Gratian. *Verum hoc eum ad*[119u] *exhortationem uidualis continentiae, non in condempnationem*[120] *secundarum et deinceps nuptiarum*[121v] *dixisse, quam multorum auctoritatibus constat licitas*[122] *esse, ut ex uerbis eiusdem datur intelligi. Ait enim ad Pamachium* [in Apologetico contra Iouinianum][123]:

C. XI. *Nec secundae*[124a], *nec tertiae, nec deinceps nuptiae sunt condempnandae.*

Aperiant, queso, aures obtrectatores mei, et uideant, me concessisse secundas et tercias nuptias in Domino. Qui secundas et tercias nuptias[125b] non dampnaui, primum potui dampnare matrimonium? *Idem*[126c]: §. 1. Non dampno[127] digamos[128d], imo nec trigamos, et[129] si dici potest, octogamos. *Idem*[130e]: §. 2. Ego[131f] nunc libera uoce proclamo, non dampnari in ecclesia digamiam[132], imo nec trigamiam, et ita licere quinto, et sexto, et ultra, quomodo et secundo marito nubere[133].

C. XII. *Secunda coniugia, sicut et prima, licita esse probantur.*

Item Augustinus lib. II. contra aduersarium legum et Prophetarum, [c. 11.][134]

Deus[135] masculum et feminam propagandi generis causa nuptiali castitate coniunxit, et secundas nuptias, que in nouo quoque[136a*] testamento permittuntur, licitas esse monstrauit.

[C. XIII.][137a]

Idem super primam epistolam ad Chorinthios[138*].

„Quod[139] si dormierit uir eius." Non dicit, primus uel secundus, uel quartus[140b], nec nobis diffiniendum est quod non diffinit[141] Apostolus. Unde[142] nec ullas debeo[143] dampnare nuptias, nec eis uerecundiam numerositatis auferre[144**]. Dominus[145] autem septemuiram non dampnauit, nec dicit in resurrectione non posse esse, sed tantum: „Neque nubent, neque nubentur." Unde[146] nec contra humanae uerecundiae sensum audeo dicere, ut quotiens uoluerint[147] nubant, nec ex corde meo quotaslibet nuptias condempnare[148]. Quod dicitur uniuirae, hoc[149c] omni uiduae[150]: „Beatior[151d] erit, si sic permanserit."

QUESTIO II.

GRATIANUS.

Quod autem aliqua non sit cogenda nubere alicui, Ambrosius testatur super primam epistolam ad Chorinthios: „Nubat uidua[1a] *cui uult: tantum in Domino; id est quem sibi aptum putauerit, illi nubat; quia inuitae nuptiae solent malos prouentus habere.*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXI. Quest. I. c. 9. b) licit.: *deest* c) veritatis autem d) dum — c. 10. a) Hier. contra Iovinianum lib. I. b) ob forn. periculum c) ob eandem fornicationem vitandam d) evangelio Ioannis e) desiit f) carnem unam g) alioqui iam h) et i) bigamiam k) distat l) bigamus m) in n) ideo o) minor p) Hoc q) omne r) magis ille panis s) Christi t) invenerit u) in v) nuptiarum putamus — c. 11. a) Nec duas nec tres b) nupt.: *deest* c) Idem ibidem d) bigamos e) Idem ibidem f) Ego etiam — c. 12. a) utroque* — c. 13. a) C. XIII. De eodem b) quotus c) hoc et d) Beatior autem — Quest. II. a) vidua: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Vere fornicatio: Longe cautius loquitur verus Ioannes Chrysostomus cum alibi, tum potissimum in epistola ad viduam iuniorem de non iterando coniugio, quae nuper Romae est impressa, negatque perspicue secundum matrimonium fornicationem esse.

** Quod enim permittimus: Sic est in glossa ordinaria ad c. 5. Matthaei, in vers. *Libellum repudii.* Sed in hom. citata hoc modo: *Quod enim praecipimus semper placet; quod autem permittimus nolentes praecipimus.*

C. XII. * Utroque: In originali est: *novo quoque,* cuius verae lectionis sunt vestigia in aliquot Gratiani exemplaribus. Habent enim: *uno quoque.* Ac certe de vetere testamento nulla erat dubitatio. Sed non est mutatum, quoniam auctor glossae videtur legisse: *utroque.*

C. XIII. * Gratianus retulit verba glossae ordinariae ad c. 7. primae ad Corinthios ex Augustino, in libro de bono viduitatis, c. 12.

** Auferre: Antea erat: *inferre.* Emendatum est ex glossa et B. Augustino, cuius verba referunt ceteri collectores.

Causa XXXI. Quest. I. can. 9. 81) *Codd. et Edd. coll. o.* 82) *Codd. coll. o.* 83) *Codd. et Edd. coll. o.* 84) *add.:* Deus: *Ed. Bas.; —* Christus in evangelio: *Codd. rell.; — cf. Deut. c.* 24. *v.* 1.; *Matth. c.* 19. *v.* 8. || can. 10. 85) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I.; Hier. de virg. contra Iovinianum: *Edd. Lugdd.* II. III. — *contra Iovin. lib.* I. *no.* 14. 86) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 87) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (ob idem forn. periculum) 88) *add.:* contrahere: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 89) *Codd. et Edd. coll. o.; — Ioann. c.* 4. 90) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 91) *Gen. c.* 2. *v.* 24. 92) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 93) *add.:* dixit: *Edd. Ven.* I. II. *Nor. Par. Lugd.* I. 94) *Codd. et Edd. coll. o.* 95) si: *orig.* 96) *Codd. coll. o.* 97) *ib. pr. EG* 98) *ACD orig.* 99) et: *deest: BD* 100) in: *deest: AG* 101) bigamia: *EG* 102) *add.:* etiam: *Codd. coll. o. AB; — Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 103) *ABCDH orig.* 104) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B Lugdd.* II. III. 105) *Codd. et Edd. coll. o. — cf.* I. *Tim. c.* 5. *v.* 9. 106) *Codd. coll. o.* 107) fuit: *EGH* 108) *ABCD orig.;* hinc: *E; Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 109) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 110) est: *deest: Codd. coll. o. pr. B* 111) possint: *CD* 112) habuerit: *ABEH* 113) etsi: *EGH* 114) sit: *orig.* 115) *Codd. et Edd. coll. pr. B Lugdd.* II. III.; magis panis: *B* 116) *Codd. et Edd. coll. o. Vulgat. — cf.* I. *Cor. c.* 11. *v.* 27. 117) de: *BG* 118) *Codd. et Edd. coll. o.* 119) *Codd. coll. o.* 120) condemnatione: *CD* 121) *ABCD* 122) lic.: *deest: EH* || can. 11. 123) *ep.* 48. *no.* 6. *Ivo Decr.* VIII, 270.; *Ivo Pan.* VI, 62.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 100—102.; *Caes.* X, 105.; *Lomb.* IV, 42. 124) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 125) *ib. pr. C; — Ivo Pan.* 126) *Codd. coll. o. — no.* 8. *ib.; — ad Iovinian. lib.* 1. *no.* 15. 127) damnavi: *Ivo Decr.* 128) *ABCH Ivo Pan. Coll. tr. P.* 129) sed et: *EGH* 130) *no.* 18. *ib.* 131) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 132) bigam.: *Ivo Pan.* 133) recte nub.: *Edd. Bas. Par. Lugdd.; —* non nub.: *Edd. Nor. Ven.* I. II. || can. 12. 134) *no.* 37. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* VIII, 269. (*can.:* iste Abrahae); *Ivo Pan.* VI, 22. 61.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 99.; *Lomb.* IV, 42. 135) Deus qui: *Ivo Decr. Pan.* 22. 61. *Coll. tr. P.* 136) *C orig. Ivo Decr. Pan.* 61.; uno quoque: *Codd. rell. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Ivo Pan.* 22. *Coll. tr. P.* || can. 13. 137) *Codd. coll. o.* 138) *imo c.* 12. *no.* 15. *ex lib. de bono viduitatis Ed. Maur. — ipsa profert Augustini verba: Polyc.* VI, 4, 50.; — *Lomb.* IV, 42. 139) I. *Cor. c.* 7. *v.* 39. 140) *ACEH Edd. coll. o. pr. Bas.;* tercius: *BDG Ed. Bas.* 141) diffinivit: *ABEG* 142) *Ivo Decr.* VIII, 268.; *Ivo Pan.* VI, 59. (*can.:* de tertiis et quartis) 143) audeo: *Ivo Pan.* 144) inferre: *B Edd. coll. o.; seqq. desunt et alia exstant ap. Ivon. Decr.* 145) Dom.... nub.: *deest: Ivo Pan.; — cf. Matth. c.* 22. *v.* 28. *sqq.* 146) item: *Ivo Pan.* 147) voluerit nubat: *H Ivo Pan.; add.:* femina: *Ivo Pan.* 148) *finis canonis: Ivo Pan.* 149) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 150) I. *Cor. c.* 7. *v. alt.* 151) *ABCD*

Causa XXXI. Quest. II. 1) *Codd. coll. o.; —* I. *Cor. c.* 7. *v.* 39.

„*Tantum autem in Domino:*“ *Id*[2b] *est, ut sine suspicione turpitudinis nubat, et uiro suae religionis nubat.*

C. I. *Iuramento patris non cogitur puella nubere, cui numquam assensum prebuit*[3a].

Item Iudicium Urbani Papae[4].

Si uerum esse constiterit, quod nobis legati Iordanis[5] principis retulerunt, scilicet, quod ipse coactus et dolens filiam suam infantulam nolentem, flentem[6], et pro uiribus renitentem, non assentientibus, sed[7] ualde dolentibus matre et parentela, Rainaldo[8] Rodelli[9b] filio desponsauerit, quoniam canonum[10] et legum auctoritas[11] talia sponsalia (ut infra ostenditur) non approbat, ne ignorantibus leges et canones nimis durum quod dicimus uideatur, ita sentenciam temperamus, ut, si princeps cum filiae, matris[12], et parentelae assensu id, quod ceptum est, perficere uoluerit, concedamus. Sin autem, legatus noster utrasque partes audiat, et si nichil fuerit ex parte supradicti Rainaldi amplius, quod inpediat, ab ipso Iordane[13] sacramentum, quod ita constent[14] hec, ut dicta sunt, accipiat, et nos canonum ac legum scita sequentes deinceps non prohibemus, quin alii uiro, si uoluerit, predicta filia eius tantum in Domino nubat.

[PALEA.[15] C. II.

Econtra Hormisda Papa scribit Eusebio Episcopo[16*].

Tua sanctitas nos[17] requisiuit, frater uenerande, de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere uult, si sine uoluntate filii adulti facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem de filio nondum adulto, uoluntas cuius nondum discerni potest, pater eum, cui uult, in matrimonium[18] tradere, et post, quam filius peruenerit ad perfectam etatem, omnino obseruare et adinplere debet. Hoc[19] ab omnibus orthodoxae fidei cultoribus sancitum a[20] nobis tenendum mandamus.]

C. III. *Quorum unum futurum est corpus, unus debet esse et animus: atque ideo nulla inuita est copulanda alicui.*

Item[21a] *Sanctio*[22*], *Regi Aragonum*[23].

De neptis tuae coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione firmasti, hoc equitate dictante decernimus, ut, si illa uirum illum, ut dicitur[24], omnino rennuit, et in eadem uoluntatis auctoritate persistit, ut uiro illi prorsus se deneget[25] nupturam, nequaquam eam inuitam et renitentem eiusdem uiri cogas sociari coniugio. Quorum enim unum corpus est, unus debet esse et animus, ne forte, cum uirgo fuerit alicui inuita copulata[26], contra Domini[27] Apostolique preceptum aut[28] reatum discidii[29b], aut crimen fornicationis incurrat. Cuius uidelicet peccati malum in eum redundare constat, qui eam coniunxit inuitam. Quod[30] pari tenore de uiro[31c] est sentiendum.

C. IV. *Non licet*[32a] *deserere uiro quam premissis dotibus in*[33b] *publica attestatione duxit uxorem.*

Item Nykolaus[34] *Radualdo*[35c] *Portuensi, et Iohanni Ficolensi*[36] *Episcopis.*

Lotharius rex[37] (in conmonitorio* profitetur, Gualdradam se a patre[38] accepisse, et sororem postmodum admisisse Huberti[39]. Ubi primum diligenti inuestigatione inquirite, et si eundem gloriosum regem predictam Gualdradam premissis dotibus, coram testibus, secundum legem, et ritum, quo nuptiae celebrari solent, per omnia inueneritis accepisse, et publica manifestatione eadem Gualdrada in matrimonium ipsius admissa est, restat, ut perscrutemini, cur illa repudiata sit, uel filia Bosonis admissa. Sed quia idem gloriosus rex metu Thebergam[40d] se admisisse dicit[41], metu unius hominis non[42] debuit[43] tantus rex contra diuinum preceptum in inmane precipitium mergi[44]. In hoc certe[45] magis reprehensibilem se ostendit, in quo amorem Dei amori mundi postposuit, cum nec etiam** occisores corporis sint timendi, contra iusticiam hominem inpellentes. Nichil itaque precipimus aliud uobis, manifestatione sua eodem rege conuicto, nisi ut secundum canonicam auctoritatem nostra uice freti causam illius diffiniatis. Si uero minime probatum fuerit Gualdradam uxorem fuisse legitimam, neque nuptiis more[46e] celebratis, per benedictionem scilicet sacerdotis, filio nostro Lothario extitisse coniunctam, suggerite illi, ut non moleste ferat legitimam sibi (si ipsa innocens apparuerit) reconciliari uxorem. §. 1.[47f] Preterea uos scire uolo, quia prefata Theberga apostolicam sedem bis et ter appellauit, et se a prefato glorioso[48] rege questa[49] est iniuste fuisse deiectam, et ui coactam falsum contra se conposuisse piaculum. Nam eo tempore appellationis suae libellum ad apostolicam sedem misit, in quo non quidem adhuc confessam, sed ut contra se falsum diceret crimen, cogi sese[50] innotuit, insuper subiungens: „Quod[51] si amplius conpulsa fuero, scitote, non ueritate, sed timore mortis et euadendi studio (quia aliter non possum) quod uoluerint[52] dicam“[53g]. Unde uobis precipimus, ut cum eadem Theberga ad condictam sinodum, sicut statuimus, aduenerit, causam eius diligenti examinatione tractetis, et, si ei obicitur, quod illa se crimen aliquod admisisse[55] confessa fuisset, et econtra[56], illa uiolentiam se pertulisse proclamauerit, uel si inimicos iudices illos[57] sibi fuisse testata fuerit, tunc illud renouetis iudicium secundum equitatis normam, ut iniusticiae mole non obprimatur.

Gratian. *His auctoritatibus euidenter ostenditur, quod nisi libera uoluntate nulla est copulanda alicui.*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXI. Quest. II. b) Hoc — c. 1. a) adhibuit b) Rodeli — c. 3. a) Item Urbanus II. b) dissidii c) viro etiam — c. 4. a) liceat b) et c) Radoaldo d) Thiebergam (*et sic deinceps*) e) secundum morem f) Et infra: §. 1. g) dicam. Vos tamen[54] memores estote mei, haec vobis insinuantis.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. II. C. II. * Palea haec in Decretalibus est c. 1. tit. de despons. impub. et in vulgatis quidem citatur ex Honorio; sed in prima Decretalium collectione ex Hormisda, ut hic.

C. III. * Sanctio: Sic est emendatum ex vetustis exemplaribus, Panormia et historiis regum Aragonum. Nam antea erat: *Sacratio.*

C. IV. * In commonitorio: Haec verba videntur accipienda quasi pro titulo, et seiuncta a ceteris, ut indicetur, caput hoc sumtum esse ex commonitorio, quod Nicolaus legatis suis Rodoaldo Portuensi, et Ioanni Ficolensi episcopis dederit. Nam totius capituli verba sunt ipsius Nicolai legatos monentis, quomodo se in ea causa gerere debeant. Datum vero ab eo fuisse commonitorium his ipsis legatis, Nicolaus in epistola ad episcopos in Convicinum congregatos, in appendice bibliothecae SS. Patrum, testatur his verbis: *Porro quid de Lotharii uxoribus censuerimus* (*quoniam et de hoc nostro scripsistis praesulatui*) *in epistolarum nostrarum, quas per fratres et coëpiscopos nostros Rodoaldum et Ioannem in Galliam misimus, poteritis exemplaribus reperire. Quae videlicet exemplaria una cum commonitorio, quod praefatis fratribus nostris pro hac eadem causa ad Lotharium regem missis dedimus, per fratrem et coëpiscopum nostrum Odonem vestrae sanctitati transmisimus.*

** Quum nec etiam: Haec verba non sunt hoc loco apud Ivonem, sed paulo superius post illa verba: *admisisse se dicit,* multa interiiciuntur, in quibus et haec continentur, licet alio ordine. Sed ob glossam non est mutatum.

Causa XXXI. Quest. II. 2) *Codd. coll. o.* || can. 1. 3) *Codd. coll. o. pr. AC* 4) *fragm. ep. Urbani Papae* (1088—99.) — *Jaffé no.* 4311. — *Ivo Decr.* VIII, 23.; *Ivo Pan.* VI, 108.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 21.; *Caes.* X, 128.; *Lomb.* IV, 29. 5) Iordani: *BG Edd. Arg. Bas. Corr. Ivo Decr.* 6) et flent.: *Coll. tr. P.* 7) vel: *ib.* 8) Ramaldi: *A Ivo Pan. Coll. tr. P.* 9) *B Edd. coll. o. pr. Bas. Par. Lugdd.;* — Radelli: *CD Ed. Bas.;* Ridelli: *A Ivo Decr. Pan.;* Recodelli: *E;* Ridelfi: *Coll. tr. P.;* Rideli: *Corr.* 10) et can.: *EGH Ed. Bas.* 11) auctoritate ... approbant: *Ivo Pan.* 12) et mat.: *EGH Ivo Pan.* 13) Iordano: *AB Ivo Pan.* 14) constet: *EH* || can. 2. 15) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; — Rolando non fuit nota.* 16) *Caput incertum. — cf. Thiel p.* 1006. — *cf. c.* 1. X. *de desp. imp. et. c.* 2. *Comp.* I. *h. I.* 17) a nobis: *Comp.* I. 18) in matrimonio: *Ed. Bas.;* in matrimonio copulare: *Comp.* I. 19) haec omn. orthodoxae fidei sancimus et vobis tenenda mandamus: *Comp.* I. 20) et a nobis: *Edd. Nor. Ven.* I. II.; et a vobis: *Ed. Arg.;* a vobis: *Edd. Bas. Lugdd.* I. III. || can. 3. 21) *Codd. et Edd. coll. o.;* idem: *AEGH* 22) Sacratio: *CEGH Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.;* it. ad eundem: *Ed. Arg.;* Satino: *Ivo Decr.* 23) *Ep. Urbani* II. (1088—99.) — *Jaffé no.* 4113. — *Ivo Decr.* VIII, 24.; *Ivo Pan.* VI, 109.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 22. 24) dicitis: *EGH* 25) denegaret: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 26) data: *Ivo Pan.* 27) Deum: *ib.* 28) aut ... peccati: *deest: ib.* 29) *CEGH Coll. tr. P.* 30) *Abest haec ultima clausula ab orig. ed. Mansi, et a Cod. Panormiae Victorino, quo Berardus usus est. et ab Hildeberto Caenomanensi ep.* 42. 31) *Codd. coll. o.;* est sciendum: *Edd. coll. o. pr. Bas.; Lugdd.* II. III. || can. 4. 32) *Codd. coll. o.* 33) *ABC;* et in: *D* 34) *add.:* Papa: *CEGH* 35) *ACEH;* Radulfo: *BG;* Rainaldo: *D* 36) Sicolensi: *Codd. coll. o. pr. C;* Siculensi: *C Edd. Bas.;* Sicoliensi: *Edd. rell. — Ep. scr. ao.* 863. *ap. Mansi* XV, 367. — *Jaffé no.* 2055. — *Ivo Decr.* VIII, 334.; *Coll. tr. P.* I, 62, 26. 37) rex: *deest: orig.* 38) promissis dotibus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 39) Hutberti: *A Coll. tr. P.;* Ulberti: *B;* Hucberti: *orig.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* Theutberg.: *orig.;* Theiberg.: *Ivo Decr.* 41) *hoc loco ap. Grat. quaedam desiderantur, quae exstant: orig. Ivo Coll. tr. P.* 42) non: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 43) debuerat: *EGH Ed. Bas.* 44) immergi: *ib.* 45) ergo: *ib. C* 46) *Codd. et Edd. coll. o.* 47) *Codd. coll. o.* 48) glor.: *deest: BC* 49) conquesta: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 50) se: *BC* 51) quia: *BCG* 52) voluerit: *BCDG* 53) *Codd. et Edd. coll. o.* 54) autem: *orig.* 55) commisisse: *EGH Ed. Bas.; deest: B* 56) contra: *orig.* 57) ill.: *deest: ib. Ivo*

QUESTIO III.

GRATIANUS.

Quod autem post parentum sponsionem aliis nubere non ualeant, auctoritate **Elibertani** *Concilii* [c. 54.] *monstratur, qua dicitur*[1]:

C. UN. *De parentibus, qui fidem frangunt sponsaliorum.*

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore a[2a] conmunione abstineant. Si uero[3b] idem[4c] sponsus uel sponsa in illo[5] graui crimine non[6] fuerint* deprehensi, excusati erunt parentes[7]. Si[8] uero[9] in eodem fuerint uicio, et polluerint se consentiendo[10], superior sentencia seruetur.

Gratian. *Ecce, quod non licet parentibus sponsalia filiorum suorum frangere. Verum hoc de illis intelligendum est, que illorum consensu contrahuntur.*

CAUSA XXXII.

GRATIANUS.

Quidam[1a], *cum non haberet uxorem, quandam meretricem sibi coniugio copulauit, que erat sterilis, neptis ingenui, filia originarii; quam cum pater uellet alii tradere, auus huic eam copulauit, causa solius incontinentiae. Deinde hic, penitencia ductus, ex ancilla propria filios sibi querere cepit. Postea de adulterio conuictus et punitus quendam rogauit, ut ui uxorem suam opprimeret, ut sic eam dimittere posset, quo facto quandam infidelem sibi copulauit, ea tamen condicione, ut ad Christianam religionem transiret.* (Qu. I.) *Hic* **primum** *queritur, an licite meretrix ducatur in uxorem*[2]? (Qu. II.) **Secundo**, *an ea, que causa incontinenciae ducitur, sit coniux appellanda?* (Qu. III.) **Tercio**, *cuius arbitrium aliqua sequatur, an liberi aui, an originarii patris?* (Qu. IV.) **Quarto**, *si uiuente uxore liceat alicui ex ancilla filios querere?* (Qu. V.) **Quinto**, *si ea, que uim patitur, pudicitiam amittere conprobetur?* (Qu. VI.) **Sexto**, *si adulter adulteram possit dimittere?* (Qu. VII.) **Septimo**, *si uiuente dimissa aliam possit accipere?* (Qu. VIII.) **Octauo**, *si infidelem sub premissa condicione licet*[3b] *alicui fidelium in coniugem ducere?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem meretrix in coniugem duci non debeat, multis auctoritatibus et*[4] *rationibus probatur. Illa enim, que adulterii rea conuincitur, nisi post peractam penitenciam in coniugii consortio retineri non debet*[5].

Unde **Iohannes Crisostomus**, [id est auctor operis imperfecti hom. XXXII.] *ait super Matth. c.* 9.[6a]

C. I. *Patronus turpitudinis est qui uxorem suam adulteram dimittere noluerit.*

Sicut[7] crudelis et iniquus est qui castam[8] dimittit, sic[9] fatuus est et iniustus qui retinet meretricem. Patronus enim[10b] turpitudinis[11c] est, qui celat crimen uxoris.

C. II. *Causa fornicationis uir dimittat uxorem, non tamen alteram*[12] *ducat.*

Item **Ieronimus** [in comm. ad c. 19. Matth.][13]

Ait[14a] Dominus in euangelio[15]: „Quicumque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mechatur, et qui dimissam duxerit, mechatur.“ Sola fornicatio est, que uxoris uincit[16b] affectum; imo, cum illa unam carnem in aliam diuiserit, et se fornicatione a marito separauerit, non debet teneri, ne uirum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura[17]: „Qui tenet adulteram stultus et inpius est.“ Ubicumque est igitur fornicatio uel[18] fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumpniam faceret innocenti, et ob secundam copulam nuptialem[19c] ueteri copulae[20d] crimen inpingeret, sic priorem dimittere iubetur[21] uxorem, ut prima uiuente secundam non habeat.

C. III. *Sola uiri fornicatio uxorem maculat.*

Idem in epistola Pauli ad Corinthios [1. c. 6. in glossa ordinaria][22].

In coniugio quis[23] positus quecumque peccata fecerit, non propriam infuscant[24] coniugem; sed[25] fornicatio etiam[26a] uxorem coinquinat, ut iam[27] non sit uiro[28] suo licita, sed[29b] adultera.

C. IV. *Qui uxorem suam dimittere noluerit adulteram, duobus annis peniteat, si ei debitum reddiderit.*

Item **Iohannes Crisostomus**[30]*.

Si quis uxorem suam inuenerit adulteram, et postea deinceps placuerit habere eam in matrimonio, duobus annis peniteat ideo, quia cum adultera mixtus[31a] sit, que adhuc crimine suo non est purgata, aut abstineat se a matrimonio eius, donec expleatur satisfactio criminis penitenciae suae, ideo, quia post satisfactionem penitenciae non meretur uocari adultera. Similiter, si uxor inuenerit uirum suum adulterum, non ad inparia iudicatur.

II. Pars. Gratian. *Subauditur, nisi ab adulterio mulier uoluerit recedere, quo casu uxorem suam uir recipere potest, nullum periculum ei illaturus.*

Unde **Pelagius Papa** *Melleo Subdiacono*[32]:

C. V. *Post penitenciam adulterii uxorem suam*[33a] *uir recipere potest.*

De Benedicto[34] quoque[35], quem[36] uxorem alienam facinoroso spiritu indicasti[37] sustulisse, et in suum hactenus presumere detinere consortium, si hoc rerum ueritas habet, iubemus experientiae tuae, ut eum cum ipsa quoque adultera districte non differas mactare, et caluatos ab inuicem separare[38], et illum quidem ad Lucium defensorem in Apuliae prouinciae patrimonium sine dilatione[39b] migrare; illam uero, siquidem maritus suus sine aliquo dolo recipere[40c] forte uoluerit, tua ordinatione sub cautela recipiat, nullum ei[41d] dumtaxat de cetero simile conmittenti periculum illaturus. Si uero omnino eam recipere[42] noluerit, in alium quendam locum, in quo ei non liceat male uiuere, prouida eam dispensatione[43] constitue.

EDITIO ROMANA.

Causa XXXI. Quest. III. C. UN. a) se a b) tamen c) iidem — Causa XXXII. a) Quidem vir b) liceat — Quest. I. c. 1. a) c. 19. b) Nam patr. c) turpit. eius — c. 2. a) Dixit b) vincat c) nuptiarum d) cop.: *deest* — c. 3. a) et.: *deest* b) sed quasi — c. 4. a) commixtus — c. 5. a) suam: *deest* b) dilatione fac c) accipere d) ei nihil

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. C. UN. * Non fuerint: In originali legitur sine negatione, itemque apud Ivonem, a quo praeterea abest dictio: *illo,* sicque habet: *in gravi crimine fuerint deprehensi.*

Causa XXXII. Quest I. C. IV. * Caput hoc non est inventum apud B. Ioannem Chrysostomum. Et videtur canon alicuius concilii aut poenitentialis. Simile quiddam habetur in conc. Nannetensi c. 12.

Causa XXXI. Quest. III. can. 1. 1) *hab. ao.* 305. *aut* 306. *ap. Bruns* II, 9.; *Reg.* II, 151.; *Ivo Decr.* VIII, 46.; *Coll. tr. P.* II, 30, 11. 2) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Reg.;* abstineantur: (*add.:* tempora: *Reg.*) *orig. Hisp. Reg.* (a com.: *deest*) 3) *Codd. et Edd. coll. o.* 4) *ib. orig. Hisp. Reg. Ivo Coll. tr. P.* 5) illo: *deest: orig. Hisp. Reg. Coll. tr. P.* 6) non: *deest: orig. Hisp. Collatt. citt.* 7) *finis canonis: Reg. Ivo* 8) vero: *deest: orig. Hisp.* 9) iisdem fuerit vitium: *ib.* 10) cons.: *deest: ib.*

Causa XXXII. 1) *Codd. coll. o. pr. B* 2) coniugium: *EGH* 3) *Codd. coll o.*

Causa XXXII. Quest. I. 4) et auct.: *deest: AB* 5) potest: *EGH;* consortium . . debet: *AB* || can. 1. 6) *Codd. coll. o.; imo c.* 19. — *opus apocryphum. — Ans.* X, 31. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* VII, 8.; *Lomb.* IV, 35. 7) sic. autem: *Ans. Ivo* 8) *add.:* uxorem: *Ans.* 9) sic et: *ib.* 10) *Codd. coll. o.* 11) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 2. 12) aliam: *AEGH;* adulteram dimittit: *B* 13) *ad c.* 19. *Matth. v.* 9.; *Ivo Decr.* VIII, 43.; *Ivo Pan.* VII, 7.; *Lomb.* IV, 35. 14) *B Ivo Decr. Pan.* 15) *Matth. c.* 19. *v.* 9. 16) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 17) *Prov. c.* 18. *v.* 22. 18) et: *orig.;* aut: *Ivo Pan.* 19) *Codd. et Edd. coll. o.* 20) *ib. Ivo Pan.* 21) iubet: *Ivo Pan.* || can. 3. 22) *ad v.* 18. — *Ivo Decr.* VIII, 42. (*can.:* in legitimo coniugio) 23) quis: *deest: Ivo* 24) infuscat: *AB Ed. Bas.* 25) si autem fornicatur cum alia maculat eam: *Ivo* 26) *Codd. et Edd. coll. o.* 27) iam: *deest: Ivo* 28) viro suo: *deest: ib.* 29) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 4. 30) *Sunt sane similia in Conc. Nannetensi c.* 12. (*hab. ao.* 658), *quod citant Corr.* (*cf. Reg.* II, 130.); *ipsa tamen verba nullibi sunt inventa* 31) *ABCD Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 5. 32) *Caput incerti temporis* (555—60.) — *Jaffé no.* 662. — *Ans.* XI, 94. (93. Melito); *Coll. tr. P.* I, 54, 23. 33) *Codd. coll. o. pr. BH* 34) Benedictum (quoque): *EGH* 35) quoque: *deest: Ans.* 36) quem quia: *ib.;* qui: *Coll. tr. P.* 37) iudicasti: *H Edd. coll. o. pr. Bas.* 38) separa: *Ans.* 39) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 40) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Turrecrem. Coll. tr. P.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 42) accipere: *BC* 43) dispositione: *Ed. Arg. Turrecrem. Ans. Coll. tr. P.*

C. VI. *Qui adulterae reddit debitum, tribus annis*[44] *peniteat.*

Item ex Penitenciali Theodori[45].

Si quis uxorem suam scit[46] adulteram, et non uult dimittere eam, sed in matrimonio[47] habere, tres[48a] annos peniteat[49], et[50] quamdiu illa[51b] penitet*, abstineat se[52] ab illa.

C. VII. *Adulterio purgato per penitenciam potest fieri reconciliatio coniugii.*

Item Augustinus ad Polentium [de adulterinis coniugiis,] *lib. II.* [c. 6.][53]

Quod autem tibi durum uidetur, ut post adulterium reconcilietur[54a] coniux, si fides adsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus uel baptismate ablutos, uel penitencia esse sanatos? Hec crimina in ueteri lege Dei nullis sacrificiis mundabantur, que[55] in lege[56]* noui testamenti sine mundatione[57b] mundantur, et ideo tunc omnino[58] prohibitum est[59c] ab alio[60] contaminatam[61d] accipere[62e] uxorem, quamuis[63] Dauid Saulis filiam, quam pater eiusdem mulieris ab eo separatam dederat alteri, tamquam noui testamenti prefigurator sine cunctatione[64] receperit[65]. Nunc autem, posteaquam[66f] Christus ait adulterae[67]: „Nec ego te condempnabo[68]; uade, deinceps noli[69] peccare:“ quis non intelligat[70] maritum debere ignoscere quod uidet ignouisse Dominum[71] amborum? nec iam se debere adulteram dicere, cuius penitentis crimen deletum est a Deo[72g]?

C. VIII. *De eodem.*

Idem de adulterinis coniugiis[74a].

Non erit turpis neque difficilis etiam post patrata[75b] atque purgata adulteria reconciliatio coniugii[76c], ubi per claues regni celorum non dubitatur fieri remissio peccatorum; non ut post uiri diuortium adultera reuocetur, sed ut post Christi consortium adultera non uocetur.

C. IX. *Cum fornicationis uicium excluditur, castitatis uirtus asciscitur.*

Item Ambrosius [l. II. de Cain et Abel, c. 4.][77]

Cum renunciatur inprobitati, statim asciscitur uirtus. Egressus enim maliciae uirtutis operatur ingressum, eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.

C. X. *Non habetur fallax apud Deum qui penitendo ad ueritatem reuertitur.*

Item Gregorius [hom. XXIX. Euangel.][78]

Apud misericordem namque iudicem nec ille fallax habebitur[79a], qui ad ueritatem reuertitur, etiam postquam mentitur, quia omnipotens Deus, dum libenter nostram penitenciam suscipit, ipse suo iudicio hoc, quod errauimus, abscondit.

Gratian. *Quod si in adulterio perseuerare elegerit, patronus turpitudinis et lenocinii reus maritus habebitur, nisi eam adulterii ream facere uoluerit. Unde in VIII. libro Cod. tit. de adult. et stupro Inp.*[80b] *Seuerus et Antoninus: „Crimen lenocinii contrahunt qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerunt*[81c]*, non qui suspectam habuerunt*[82d] *adulteram.“* §. 1. *Hoc in mulieribus non obtinet. Non enim eis permittitur maritos suos adulterii reos facere. Unde in libro, et tit. eodem, idem Imp.*[83e]*: „Publico iudicio non habere*[84] *mulieres adulterii accusationem, quamuis de matrimonio*[85f] *uiolato queri uelint, lex Iulia declarat, que cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis priuilegium detulit.“* §. 2. *Si ergo, ut ex his auctoritatibus colligitur, adulteram retinere nulli permittitur, multo minus in coniugium duci licebit cuius pudicitiae nulla spes habetur. Debet enim inter coniuges fides seruari et sacramentum, que cum defuerint, non coniuges, sed adulteri appellantur.*

Unde Augustinus scribit contra Iulianum, l. I.[86a]

C. XI. *Veritas nuptiarum non consistit in conmixtione maris et feminae.*

Non[87a] in sola, ut deliras, conmixtione maris et feminae nuptiarum ueritas est, quamuis sine illa[88b] nuptiae[89c] filios procreare[90] non possint. Sed alia sunt proprie ad nuptias pertinentia, quibus ab adulteriis nuptiae decernuntur[91d], sicuti[92] est tori coniugalis fides, et cura ordinate filios procreandi, et (que maxima differentia est) bonus usus mali, hoc est bonus usus concupiscentiae carnis, quo bono[93] adulteri male utuntur.

Gratian. *Hec sunt bona, quibus conmendantur*[94e]*, et ab illicito usu discernuntur.*

III. Pars. *Contra*[95a] *uero Ambrosius*[96]* *inprobare nuptias uidetur, dicens:*

C. XII. *Primae ac*[97b] *secundae nuptiae hac auctoritate inprobari uidentur.*

Nuptiae terram replent[98], uirginitas paradisum. Sed et[99] hoc intuendum est[100] dumtaxat iuxta hebraicam ueritatem, quod[101c] scriptura in primo, et tertio, et quarto, et quinto, et sexto die expletis operibus singulorum dierum[102d] dixit: „Et uidit Deus, quia[103] bonum est[104]; in secundo[105] die hoc[106] omnino subtraxit, nobis intelligentiam derelinquens, non esse bonum dupplicem numerum, qui ab unione diuidat, et prefiguret federa nuptiarum. Unde et in arca Noe[107] omnia[108] animalia, quecumque bina ingrediuntur, inmunda sunt. Inpar numerus mundus est, quamquam in duplici numero intelligatur[109e] et aliud sacramentum, quod nec[110f] in bestiis quidem, et inmundis auibus digamia[111] conprobata sit: bina enim et bina[112g] ingrediuntur inmunda,

EDITIO ROMANA.

Causa XXXII. Quest. I. c. 6. a) tribus annis b) illa: *deest* — c. 7. a) reconcil. coniugi b) mundatione legali c) erat d) contamin. viro e) recipere f) postquam g) crimen divina[73] credit miseratione deletum? — c. 8. a) Idem eodem libro, c. 9. b) perpetrata c) coniugum — c. 10. a) habetur b) IX. lib. Cod. de adult. . . . Impp. c) retinuerunt d) habuerint e) libro eod. et tit. . . . iidem Impp. f) matr. suo — c. 11. a) Non enim b) illa commixtione c) nuptae d) discernuntur e) commendantur nuptiae — c. 12. a) Econtra b) vel c) quod quam d) (dier.: *deest*) dixerit e) ostendatur f) ne g) et bina: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VI. * Et quamdiu poenitet: In plerisque vetustis est: *et quamdiu illa poenitet.*

C. VII. * Quae in lege: Apud B. Augustinum legitur [in Ivon. Decr. Pan. et ap. Polyc.]: *quae* [*add.: in lege:* Ivo Pan.] *novi testamenti, in* [*in: deest:* Ed. Maur. Ivo Decr. Pan. Polyc.] *sanguine Christi* [*Christi: deest:* ib.] *sine dubitatione mundantur.* Sed ob glossam non est emendatum.

C. XI. * In Panormia citatur eodem modo, itemque apud Ivonem, nisi quod habet: *libro secundo.* Sententia quidem saepe habetur apud B. Augustinum, et contra Iulianum, nuptias diffinientem corporum commixtionem, disputat potissimum l. 5. c. ult.

C. XII. * Ambrosius: Sic etiam in manuscriptis. Sed apud ipsum non est inventum. Habetur apud B. Hieronymum lib. 1. contra Iovinianum.

C. II. *Qualem quisque uult inuenire uxorem, talem se seruet eidem.*

Idem de uerbis Domini, tractatu [siue serm.] *XLVI.*[14]

Si ducturi estis uxores, seruate uos uxoribus uestris. Quales uultis eas inuenire*, tales et ipsae uos inueniant. Quis iuuenis[15] est, qui non castam uelit ducere uxorem? et si accepturus est uirginem, quis non intactam desideret? Intactam queris? intactus esto; queris puram? purus esto[16a]. Non enim illa potest, et tu non potes.

C. III. *Iudicium de*[17] *alio expetere non debet qui de*[18a] *se iudicari contempnit*[19].

Idem in epistola ad Paxentium, Comitem Arrianum, [epist. CLXXIV.][20a]

Iniquum est, ut quisque[21] de alio iudicare uelit, et iudicari de se nolit.

C. IV. *Viri grauius sunt puniendi quam mulieres de adulterio.*

Idem de adulterinis coniugiis, [lib. II. c. 8.][22]

Indignantur mariti, si audiant adulteros uiros pendere similes adulteris[23] feminis penas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet et uirtute uincere, et exemplo regere feminas.

C. V. *Sicut uir est caput mulieris, sic adulterando grauius delinquit quam mulier.*

Idem de decem cordis, [c. 3.][24]

„Non[25] mechaberis," id est non ibis ad aliquam aliam preter uxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab uxore[26], et non uis reddere hoc[27] uxori? et cum debeas in[28] uirtute precedere uxorem, (quoniam castitas uirtus est) tu sub uno impetu libidinis cadis? et uis uxorem tuam uictricem esse, tu[29] uictus iaces? et cum tu caput sis uxoris[30a] precedit[31b] te ad Deum cuius caput es? uis tuam domum capite deorsum pendere? Caput enim mulieris est[32] uir. Ubi autem melius uiuit mulier quam uir, capite deorsum pendet domus. Si caput est uir, melius debet uiuere uir[33], et precedere in omnibus bonis factis uxorem suam[34c].

Gratian. *His auctoritatibus monstratur, quod adulter adulteram dimittere non ualet.*

QUESTIO VII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Nunc autem queritur, si ille, qui dimiserit uxorem suam causa fornicationis, illa*[1] *uiuente aliam ducere poterit*[2a]? *Quod autem hoc fieri non possit, testatur Augustinus in libro de bono coniugali* [c. 7.] *dicens*[3]:

C. I. *Vinculum coniugii fornicatione dissolui non potest.*

Interueniente diuortio non aboletur[4a] confederatio nuptialis, ita ut sibi coniuges sint etiam separati, cum illis autem[5] adulterium conmittitur[6b], quibus etiam fuerint post suum repudium copulati.

C. II. *Nulla ratione dissoluitur coniugium, quod semel initum probatur.*

Idem de adulterinis coniugiis, lib. II. [c. 4. et 5.][7]

Licite dimittitur uxor[8a] ob causam fornicationis, sed manet uinculum prioris. Propter quod fit reus adulterii quicumque[9b] duxerit dimissam[10] ob[11c] causam fornicationis. Sicut autem[12d], manente in se sacramento regenerationis, excommunicatur quisquis[13e]* reus criminis est, ita que separatur a uiro numquam carebit sacramento coniugii[14f], etiamsi non[15g] reconcilietur uiro[16h]. Carebit autem, si mortuus fuerit uir eius. Reus uero excommunicationis[20i] ideo numquam carebit regenerationis sacramento, etiam[21] non reconciliatus, quia[22] numquam moritur Deus[23].

C. III. *Siue uir ab uxore, siue uxor a uiro causa fornicationis discesserit*[24], *alteri adherere*[25a] *prohibetur.*

Idem super epistolam Pauli ad Chorinthios[26]*.

Apostolus[27] dicit**: „His, qui sunt in coniugio[28], pre-

EDITIO ROMANA.

Causa XXXII. Quest. VI. c. 1. a) est: *deest* b) quo enim c) temetipsum — c. 2. a) noli esse impurus — c. 3. a) de: *deest* b) Pascentium — c. 5. a) uxoris tuae b) praecedet c) suam, ut illa imitetur virum, et sequatur caput suum — Quest. VII. a) possit — c. 1. a) aboletur illa b) committant — c. 2. a) coniunx b) qui c) etiam ob d) enim e) excommunicatus quis (est: *deest*) f) nec illo sacramento caret (ita ... coniugii: *deest*) g) numquam h) reconcil. Deo: ita, manente in se vinculo foederis[17] coniugalis, uxor dimittitur ob causam fornicationis, nec[18] carebit illo vinculo, etiamsi[19] nunquam reconcilietur viro. i) excommunicatus — c. 3. a) alteram habere

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VI. C. II. * Eas invenire: In originali et apud Ivonem [et in Coll. tr. P.] est: *Quales eas vultis ad vos venire, tales et vos debent ipsae* [*tal. vos debet:* Ed. Maur. Ivo Coll. tr. P.] *invenire.*

Quest. VII. C. II. * Excommunicatus quis: Totus hic locus est restitutus ex originali, et multa alia cum ex eodem, tum ex vetustis exemplaribus emendata.

C. III. * Est apud Bedam 1. Corinth. 7. ex lib. 1. B. Augustini de sermone Domini in monte, cap. 26.

** Apostolus dicit: Apud B. Augustinum in 1. libro de sermone

---

Causa XXXII. Quest. VI. 1) *Ioa. c.* 8. *v.* 7. 2) *Luc. c.* 6. *v.* 42. || can. 1. 3) *c.* 16. *no.* 47. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 250. (*can.:* ex quo intelligatur); *Ivo Pan.* VII, 31.; *Lomb.* IV, 35. 4) *add.:* enim: *Ivo Pan.* 5) *Codd. et Edd. coll. o.* 6) *Rom. c.* 2. *v.* 1. 7) *Codd. et Edd. coll. o.* 8) alium: *CG* 9) *Codd. coll. o. pr. A* (teips. ... iudic.: *deest*): *Ivo Decr. Pan.;* ead. ... iudic.: *deest: Ivo Pan.* 10) *add.:* tu: *Edd. coll. o.* 11) *add.:* suam: *CD Edd. coll. o. Ivo Pan.* 12) *add.:* et inmunis: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 13) dix.: *deest: Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* || can. 2. 14) Item ... verbo: *BEGH;* XL.: *CGH;* XLVII.: *AB;* XLVIII.: *ED;* — *Sermo* 132. *no.* 2. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 45.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 37. 15) vivens: *C Edd. coll. o.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 3. 17) ex: *EGH* 18) *Codd. coll. o.* 19) contempsit: *DEGH;* contempnet: *B* 20) *ABCEH;* — *Ep.* 238. *no.* 1. *temporis incerti Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VI, 392.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 27. 21) quisquam: *D;* quis: *Edd. Lugdd.* II. III.; — quisquis: *Coll. tr. P.* || can. 4. 22) *no.* 7. *Ed. Maur.;* — *Ivo Decr.* VIII, 242. (*can.:* quod tibi durum videtur); *Ivo Pan.* VII, 36.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 88.; *Lomb.* IV, 35. 23) adulterinis: *Coll. tr. P.* || can. 5. 24) *Sermo* 9. *Ed. Maur.;* *Ivo Decr.* VIII, 263.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 97. 25) *Exod. c.* 20. *v.* 14. 26) *add.:* tua: *EGH* 27) illud: *B;* tuae: *G* 28) in: *deest: EG* 29) et tu: *Edd. coll. o. Ivo* 30) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 31) *ib. orig.* 32) es (vir: *deest*): *EGH* 33) vir: *deest: Codd. et Edd. coll. o. pr. ABD;* (*non est igitur, ut R. censuit a Corr. insertum*); — *add.:* quam mulier: *CEGH Edd. coll. o.* 34) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo;* suam: *deest: EGH*

Causa XXXII. Quest. VII. 1) si illa: *EGH* 2) *Codd. coll. o.* || can. 1. 3) *no.* 7. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 9.; *ib.* 235. (*can.:* reddere vero debitum; *cont.*); *Ivo Pan.* VII, 6. (*can. cont.*) 4) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt. o.* 5) etiam: *Edd. coll. o.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 2. 7) *no.* 4. *Ed. Maur. Ivo Decr.* VIII, 235.; *Ivo Pan.* VII, 5. (*can. cont.*) 8) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 9) *Codd. et Edd. coll. o.* 10) dux. uxorem: *Ivo Pan.* 11) *Codd. et Edd. coll. o.* 12) *ib. Ivo Pan.* 13) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* quisquis (est: *deest*): *Ivo Decr.;* cuiusquam: *orig.;* excommunicatus quisquis reus est: *Edd. coll. o.* 14) *Codd. et Edd. coll. o.* 15) *ABCD Edd. coll. o.* 16) *ib.;* — *in Codd. et Edd. coll. o. desunt verba infra a nobis notata.* 17) foed.... fornic.: *deest: Ivo Pan.* 18) non caret coniugii sacramento: *ib.* 19) etsi: *ib.* 20) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Nor. Ven.* I. (excommunicatis) — *Ivo Pan.* 21) etiamsi ... rec. fuerit: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AC* 22) quoniam: *orig.* 23) *add.:* cui est copulatus in baptismo: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* — *Ivo Pan.;* Deus: *deest: Ivo Decr.* || can. 3. 24) discesserint ... prohibentur: *BC* 25) *Codd. coll. o.* 26) *imo de serm. Domini in monte c.* 16. *no.* 43. *Ed. Maur.* — *Reg.* II, 104.; *Burch.* IX, 71. (72.); *Ivo Decr.* VIII, 208.; *Ivo Pan.* VII, 2.; *Polyc.* VI, 4, 45.; *Lomb.* IV, 35. — *omnes* ex dictis Augustini: *Reg. add.:* de serm. Dom. in monte; *Pan.:* super ep. Pauli ad Corinth.) 27) Ap. Paulus: *Collatt. citt. o.* — I. *Cor. c.* 7. *v.* 10. 28) *add.:* inquit: *orig.*

cipio non ego, sed Dominus, uxorem a uiro[29] non discedere; quod si discesserit[30], manere innuptam, aut reconciliari uiro suo.“ Potest enim fieri, ut discedat ea causa, quam[31b] Dominus permisit[32]. At[33c], si feminae licet uirum dimittere[34d] propter[35e] causam fornicationis[36f], quid respondebimus de hoc, quod dicit[37g] posterius: „Et uir uxorem[38] non[39h] dimittat?“ quare non addit[40]: „excepta causa fornicationis,“ quod Dominus permittit? nisi quod[41i] similem formam uult intelligi, ut, si dimiserit, (quod causa fornicationis permittitur), maneat sine uxore[42], aut reconcilietur uxori? *Et post pauca*[43]: §. 1. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti[44]. Sed quia permisit, non iussit.

[C. IV.]

Idem de sermone Domini in monte, [lib. I. c. 25.][45]

Fieri potest, ut uir dimittat uxorem causa fornicationis, quam Dominus exceptam esse uoluit[46]. Iam uero si nec illi nubere conceditur uiro[47] uiuo, a quo recessit, neque huic alteram ducere uiua uxore[48], quam dimisit, multo minus fas est illicita[49] cum quibuslibet stupra conmittere.

C. V. *Ab uxore dimissus, uel dimissa a uiro, ad penitenciam redigantur, nisi aut continenter uiuere, aut sibi reconciliari uoluerint.*

Item ex Concilio Mileuitano, [c. 17.][50]

Placuit, ut secundum euangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito alteri coniungatur[51a], sed ita maneant[52], aut[53] sibimet[54] reconcilientur. Quod si contempserint[55], ad penitenciam redigantur.

C. VI. *Mechatur qui a uiro dimissam ducere presumit.*

Item Augustinus [l. I.] *de sermone Domini in monte*, [c. 25.][56]

Dominus ad illud confirmandum, ut non facile dimittatur uxor, solam causam fornicationis excepit, ceteras uero uniuersas[57] molestias, si que[58a] extiterint, iubet pro fide coniugali, et[59b] pro castitate fortiter sustineri. Et mechum dicit[60c] etiam uirum, qui eam duxerit[61], que soluta est a uiro.

C. VII. *Adultera probatur que uiuente marito*[62a] *alteri nubit*[63].

Item Ieronimus ad Amandum Presbiterum*[64].

Omnes[65] causationes Apostolus amputans apertissime diffiniuit, uiuente uiro esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo michi proferas raptoris uiolentiam, matris prestationem[66], patris auctoritatem, propinquorum cateruam, seruorum insidias[67b], parentum dampna rei familiaris. Quamdiu uiuit[68] uir, licet adulter sit, licet[69] sodomita, licet[70] flagiciis omnibus coopertus, et ab uxore propter hec scelera derelictus, maritus[71c] est reputatus[72d], cui alterum uirum accipere non licet[73]. Non[74e] hoc[75f] Apostolus propria auctoritate decernit[76], sed Christo in se loquente Christi uerba sectatus[77g] est, qui ait in euangelio[78]: „Qui dimittit[79h] uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mechari, et qui dimissam acceperit adulter est.“ Unde et Apostoli grauem coniugii sarcinam intelligentes[80]: „Si ita est,“ inquiunt, „non expedit homini uxorem accipere.“ Ad quod[81i] Dominus, „qui potest,“ inquit[82], „capere[83] capiat,“ statimque sub exemplo trium eunuchorum uirginitatis infert beatitudinem, que nulla carnis lege retinetur[84k]**.

C. VIII. *Mulieri fideli, que uirum adulterum dimittit, alii nubere non licet.*

Item ex Concilio Elibertano, [c. 9.][85]

Fidelis femina, que adulterum maritum reliquerit fidelem, et alterum[86] ducit[87a], prohibeatur ne ducat. Si autem[88] duxerit, non prius accipiat conmunionem, quam[89] is, quem reliquerit[90b], de seculo exierit, nisi forte[91c] necessitas infirmitatis dare[92] conpulerit.

C. IX. *Ad penitenciam est cogendus qui multis nuptiis*[93] *copulatur.*

Item ex Concilio Martini Papae, [id est ex cap. Martini Bracarensis, c. 80.][94]

Si quis fuerit multis nuptiis copulatus, penitenciam agat. Conuersatio autem et fides penitentis[95] tempus conprehendat[96]*.

C. X. *Qui ob fornicationem uxorem dimittit, et aliam ducit, mechari probatur.*

Item Augustinus de adulterinis coniugiis, lib. I. [c. 9.][97]

Quemadmodum non recte[98] dici potest: si[99a] nescit homo[100], non peccat, (sunt enim etiam[101] peccata ignorantium, quamuis minora quam scientium), ita[102] non[103] recte dici potest: si[104b] causa fornicationis dimiserit uxorem uir[105], et aliam duxerit, non mechatur. Est enim mechatio etiam eorum, qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus, sed utique minor, quam eorum, qui non propter fornicationem dimittunt[106c].

II. Pars. Gratian. *Sunt enim in fornicatione gradus, ut,*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXII. Quest. VII. c. 3. b) qua c) Aut d) dimittere etiam e) praeter f) fornicationis et non licet viro g) dixit h) ne i) quia — c. 5. a) coniungantur — c. 6. a) quae forte b) et: *deest* c) dixit — c. 7. a) viro b) insid. atque contemtum c) maritus eius d) reputatur e) Nec f) haec g) secutus h) dimiserit i) quos h) tenetur** — c. 8. a) duxit b) reliquit c) forte: *deest* — c. 10. a) si ergo b) ergo si c) dimittunt, et alteras ducunt

NOTATIONES CORRECTORUM.

Domini in monte c. 26. legitur: *sed consulamus Apostolum, ne quid temere dicamus.* His, qui sunt in coniugio, *inquit*, praecipio, etc. Apud Bedam vero 1. Corinth. 7. *His, qui sunt in coniugio praecipit per Apostolum Dominus, uxorem, etc.* Multa vero et in hoc et in sequentibus capitibus: *Fieri, et Dominus*, emendata sunt ex iisdem B. Augustino et Beda in locis indicatis.

C. VII. * Amandum: Sic in plerisque vetustis. Nam in vulgatis erat: *Damasum.* Sunt autem aliqua in hoc capite emendata ex ipso originali, ubi glossa non obstitit.

** Post haec verba apud B. Hieronymum sequitur c. *Non satis.* 34. quaest. 1. et 2.

C. IX. * Comprehendat: In originali [et in Hisp.], et apud Ivonem est: *compendiat tempus.* Apud Burchardum corrupte: *compendit.* Et in conc. Neocaesariens, c. 3. supra, 31. quaest. 1. *De his*, unde hoc sumtum est, legitur: *abbreviat.* Sed ob glossam non est mutatum.

Causa XXXII. Quest. VII. can. 3. 29) *add.:* suo: *Edd. coll. o.* 30) discesserint: *Burch.* 31) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 32) permittit: *orig.* 33) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (et); — *Ivo Pan.* 34) *Codd. et Edd. coll. o.* 35) *ib. Ivo Decr. Polyc.;* causa (pr.: *deest*): *Burch. Ivo Pan.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt. o.* 37) *ib.* 38) *add.:* suam: *Edd. coll. o.* 39) *Codd. coll. o. Collatt. citt. o.* 40) *Edd. Lugdd.* II. III. *Collatt. citt. o.* 41) *Codd. coll. o.* 42) coniuge: *Burch.* 43) *ib. no.* 45. 44) dimittere: *D Edd. coll. o. Burch.* || can. 4. 45) *c.* 14. *no.* 39. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 237. (*can.:* dominus ad illud); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 84, 46) voluerit: *Coll. tr. P.* 47) *add.:* suo: *Edd. coll. o.* 48) *add.:* sua: *ib.* 49) *add.:* eos: *Coll. tr. P.* || can. 5. 50) *ex conc. Carthag. hab. ao.* 407. *ap. Dionys. c.* 102.; *in Hisp.: C. Milevit. c.* 17. — *Ans. ded.* VII, 35. (*can. cont.*); *Reg.* II, 103. (*ex c. Afric.; cont.*); *Burch.* IX, 64.; *Ans.* X, 15, (17.); *Ivo Decr.* VIII, 200.; *Polyc.* VI, 4, 13. 51) *BD orig.* 52) permaneant: *Burch.* 53) ut: *Ans. ded. Ans.* 54) sibi: *Reg.* 55) *add.:* hoc: *Burch.* || can. 6. 56) *c.* 14. *no.* 39. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 237. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* VII, 4. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 83.; *Lomb.* IV, 35. 57) innumerabiles: *EGH Ivo Pan.;* univers. et innumerabiles: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* universales: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 58) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 59) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 60) *A Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 61) duxit: *EGH* || can. 7. 62) *Codd. coll. o.* 63) nupserit: *CG* 64) Damasium: *Ed. Bas.;* Damascum: *Edd. rell. pr. Nor. Lugdd.* (Damasum); — *ep.* 55. *no.* 3.; — *Ivo Decr.* VIII, 239.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 86.; — *Polyc.* VI, 4. *a Corr. et R. laudatur, sed in Cod. coll. ibi canonem non invenimus.* 65) Accusationes: *Ed. Arg.;* omnes occasiones: *C* 66) persuasionem: *orig.* 67) *Codd. coll. o. pr. D;* — *Edd. Arg. Ven.* I. II. *Coll. tr. P.;* et par. damna: *D Edd. Nor. Par. Ivo Decr.;* insid. et par. contumelias, damna: *Ed. Lugd.* I.; insid., par. contumelias, damna: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 68) vivat: *Coll. tr. P.* 69) lic.: *deest: ib.* 70) licet: *deest: ib.* 71) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 72) *BH Ivo Decr. Coll. tr. P.;* est deputatus: *EG;* est reputandus: *ACD;* est reputandus eius scilicet cui: *Edd. coll. o.* 73) *finis canonis: Ivo Coll. tr. P.* 74) *Codd. et Edd. coll. o.* 75) *Codd. coll. o.* 76) decrevit: *Edd. Arg. Bas.* 77) *Codd. coll. o. pr. B* 78) *cf. Matth. c.* 19. *v.* 9. 79) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 80) *ib. v.* 10. 12. 81) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 82) inqu.: *deest: B Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 83) hoc capere: *eaedem Edd.* 84) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 8. 85) *hab. ao.* 305. *aut* 306. *ap. Bruns* II, 3.; — *Reg.* II, 102. (*can.:* Item femina); *Burch.* IX, 63. (*ut ap. Reg.*); *Ans.* XI, 97.; *Ivo Decr.* VIII, 99. (*ut ap. Reg.*); *Coll. tr. P.* II, 30, 3. (*ut ap. Reg.*) 86) adulterum: *D Burch. Ivo Decr.;* alt. maritum: *Edd. Par. Lugdd.* 87) *Codd. coll. o. pr. B;* — *Ed. Bas. orig. Hisp. Collatt. citt. o.* 88) aut.: *deest: orig. Hisp.* 89) nisi (is: *deest*): *orig. Hisp.* 90) *Codd. et Edd. coll. o.* 91) *ib. orig. Reg. Burch. Ans. Ivo;* forsitan: *Hisp.* 92) dare: *deest: Ans.* || can. 9. 93) nupt.: *deest: ABC* 94) *c.* 2. *C. Neocaesar. ex interpretat. Martini Brac. ap. Bruns* II, 58.; — *Burch.* IX, 20.; *Ivo Decr.* VIII, 158.; *ib.* 332.; *Coll. tr. P.* II, 47, 80. 95) poenitendi: *Ivo* 332. 96) comprehendit: *Coll. tr. P.* || can. 10. 97) *Ivo Decr.* VIII, 255.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 96. 98) hic recte: *orig.* 99) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 100) homo: *deest: orig.* 101) et: *BC; deest: D* 102) *add.:* etiam: *B Edd. coll. o.* 103) nec illi: *orig.* 104) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 105) *add.:* suam: *Coll. tr. P.* 106) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.*

sicut grauius peccat adulter quam fornicator, sic grauius delinquit qui nec sua dimissa aliam ducit, eo, qui suam dimittens aliam cognoscit; grauius quoque, qui uxorem habens ad coniugem proximi sui accedit, quam qui sine uxore[107d] *thorum alterius uiolat, uel uxoratus ad solutam accedens. Sed hos omnes incestuosi transcendunt, quos uincunt contra naturam delinquentes.*

Unde Augustinus *de adulterinis coniugiis*[108*]:

[C. XI.]

„*Adulterii malum uincit fornicationem, uincitur autem ab incestu. Peius est enim cum matre*[109], *quam cum aliena uxore concumbere. Sed omnium horum pessimum est quod contra naturam fit, ut si uir membro mulieris non ad hoc concesso uoluerit uti. Usus enim naturalis si ultra modum prolabitur, in uxore*[110] *quidem ueniale*[111] *est, in meretrice dampnabile*[112]. *Iste*[113a], *qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. Tantum*[114] *ualet ordinatio creatoris et ordo creaturae, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exceditur, longe sit tollerabilius, quam in eis, que concessa non sunt, uel unus uel rarus excessus.*“

C. XII. *Minus est secundum naturam coire, quam contra naturam delinquere.*

Item Ambrosius *in libro de Patriarchis*, [lib. I. de Abraham, c. 6.][115]

Offerebat[116] sanctus Loth filiarum pudorem. Nam etsi illa quoque flagiciosa inpuritas erat, tamen minus erat secundum naturam coire, quam aduersus naturam delinquere[117]. Preferebat domus suae uerecundiae hospitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes[118] inuiolabilem.

C. XIII. *Grauiora sunt flagicia, que contra naturam probantur.*

Item Augustinus *Confessionum lib. III.*, [c. 8.][119]

Flagicia, que sunt contra naturam, ubique ac[120a] semper repudianda[121b] atque punienda sunt; qualia Sodomitarum fuerunt. Que si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur, que non sic fecit homines, ut se illo uterentur[122c] modo. Violatur quippe ipsa societas, que cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse[123] auctor est, libidinis peruersitate polluitur.

C. XIV. *Turpior et flagitiosior est usus contra naturam, quam fornicationis uel*[124] *adulterii.*

Idem contra Iouinianum, lib. I.[125*]

Usus naturalis et licitus est sicut[126a] in coniugio, et illicitus sicut in adulterio. Contra naturam uero[127] semper illicitus, et proculdubio flagiciosior atque turpior, quem S. Apostolus[128] et in feminis, et in[129] masculis arguebat, dampnabiliores uolens intelligi, quam si in[130] usu naturali uel adulterando uel fornicando peccarent.

C. XV. *Omnis inmunda pollutio fornicatio est, licet uaria sint peccata fornicationis.*

Item Ysidorus [lib. II. de summo bono, c. 39.][131]

III. Pars. Non solum de conmissa fornicatione peccatum regnat in homine, sed, si adhuc delectatur[132a], atque animum teneat, proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulterium est[133b]: fornicatio animi[134c] seruitus est idolorum. Est autem et[135] spiritualis fornicatio, de qua[136] Dominus ait[137]: „Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo.“ Omnis inmunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis quisque diuersa turpitudinis uoluptate[138] prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi uaria gignuntur flagicia, quibus[139d] regnum Dei clauditur, ut[140e] homo a Deo separetur. §. 1. Inter cetera septem uicia fornicatio maximi est sceleris[141f], quia per carnis inmunditiam templum Dei uiolat[142g]. Sunt autem[144*] quedam[145], que sicut animalia absque ulla discretione indesinenter libidini seruiunt, quas ego nec mutis pecudibus[146h] conparauerim. Pecora enim cum conceperint[147], ultra non indulgent maribus copiam sui.

C. XVI. *Adulterium secundum in penis obtinet locum.*

Item ex epistola [I.]* Clementis [ad Iacobum][148].

Quid in omnibus peccatis est[149] adulterio grauius[150]? Secundum namque in penis obtinet locum, quem[151a] quidem primum illi habent[152], qui aberrant a Deo, etiamsi sobrie uixerint.

Gratian. *His auctoritatibus euidentissime monstratur, quod quicumque causa fornicationis uxorem suam dimiserit, illa uiuente aliam ducere non poterit, et, si duxerit, reus adulterii erit.*

IV. Pars. §. 1. *His ita respondetur. He auctoritates de eis locuntur, quorum continentiam carnalis infirmitas non inpedit, uel de his, qui, prestantes causam discidii*[153b], *aliorum coniunctione se reddiderunt*[154c] *indignos.*

Unde Ambrosius *super* [1.] *epist. Pauli ad Chorinthios:* [ad c. 7.][155*]:

[C. XVII.]

„„*Uxor*[156] *a uiro non discedat, nisi causa fornicationis; quod si discesserit, aut maneat innupta, aut reconcilietur uiro suo; et uir similiter non dimittat uxorem.*““ *Ideo non subdit de uiro quod de uxore premisit, quia uiro licet ducere aliam.*“

C. XVIII. *Licet ducere aliam infirmo*[157a], *cui sua ob infirmitatem corporis debitum reddere non ualet*[158].

Item Gregorius iunior Bonifatio Episcopo, [epist. IV.][159b*]

Quod posuisti[160c], si[161] mulier infirmitate correpta[162] non[163] ualuerit uiro debitum reddere, quid eius faciat[164]

EDITIO ROMANA.

Causa XXXII. Quest. VII. c. 10. d) non habens uxorem — c. 11. a) Sed iste — c. 13. a) et b) detestanda c) uteretur — c. 14. a) est in coniug. sicut illicit. in adult. — c. 15. a) delectetur b) est: *deest* c) animae d) quibus et e) et ... separatur f) vitium fornicationis maximum scelus g) violat, et tollens membrum[143] Christi facit membrum meretricis. h) pecoribus — c. 16. a) quoniam b) dissidii c) reddiderint — c. 18. a) viro b) Greg. III. c) proposuisti

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * In multis vetustis caput hoc coniunctum est superiori, atque in eo referuntur verba B. Augustini hinc inde collecta, potissimum ex libro de bono coniugali c. 8. 9. et 11., quem etiam librum citat Ivo et Magister.

C. XIV. * Caput hoc neque in libro de bono coniugali, (quem contra Iovinianum se scripsisse B. Augustinus lib. 2. Retractat. cap. 22. profitetur), neque in libris contra Iulianum, quorum quintum citat Ivo, est inventum. De his tamen flagitiis agitur lib. 2. de nuptiis et concupiscentia, c. 19. et 20.

C. XV. * Sunt autem: Haec non sunt inventa apud Isidorum, sed apud Origenem hom. 5. ad c. 19. Gen., et similia apud B. Hieronymum in c. 5. epistolae ad Ephesios.

C. XVI. * Locum hunc ex epistola Clementis citat Nicolaus I. in epistola omnibus archiepiscopis et episcopis in regno Lotharii, quae incipit: *Optaremus*, et exstat Romae in bibliotheca monasterii Dominicanorum.

C. XVII. * In eo Ambrosii loco pluribus verbis haec res exponitur; sed contrariam sententiam asserit B. Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 4. et 7., quod refertur sup. ead. quaest. 4. *Nemo*, et in comment. ad cap. 16. Lucae, toto cap. 1. libri 8., cuius pars refertur infra 33. quaest. 2. *An quod.*

C. XVIII. * Epistola, ex qua capitulum hoc acceptum est, impressa exstat tomo 3. Conciliorum, et manuscripta in bibliotheca monasterii Dominicanorum, et quae citantur infra 33. qu. 1. *Quod autem*, et c. sequ., videntur esse huius Gregorii III.

Causa XXXII. Quest. VII. can. 10. 107) *Codd. coll. o.* || can. 11. 108) *c.* 8. 9. 11. *no.* 8. *sqq.* — *Ivo Decr.* IX, 110. (*can.:* peius est alienum) *magis ad ipsa Aug. verba accedit;* — *Lomb.* IV, 38. 109) commatre: *EH* 110) uxorem: *BC* 111) *add.:* peccatum: *Edd. coll. o.* 112) *add.:* est: *BC* 113) *Codd. coll. o. pr. D;* iste quidem: *G;* istud quod: *Edd. coll. o.;* illud quod: *D* 114) *add.:* enim: *BEGH Edd. coll. o.* || can. 12. 115) *no.* 52. — *Ivo Decr.* IX, 115. 116) *cf. Gen. c.* 19. 117) *finis canonis: Ivo* 118) gent.: *deest: B;* nationes: *G* || can. 13. 119) *Ivo Decr.* IX, 105.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 30. 120) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 121) *ib.* 122) *ib.* 123) ille: *orig.* || can. 14. 124) et: *BC* 125) *Caput incertum;* — *Ivo Decr.* IX, 106.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 31. 126) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.; sed vox:* et: *deest: Edd. coll. o.* 127) vero: *deest: EGH* 128) *Rom. c.* 1. *v.* 26. 129) in: *deest: Ivo* 130) etiam: *EGH* || can. 15. 131) *c.* 39. *no.* 17. 132) *ABCD Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.;* — *orig.;* — delectabatur: *EGH* 133) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 134) *Codd. coll. o.* 135) est: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* 136) secundum quod: *orig.* 137) *Matth. c.* 5. *v.* 28. 138) voluntate: *Edd. coll. o.* 139) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 140) *Codd. et Edd. coll. o.* 141) *ACEH Corr. orig.;* fornic. maximum est scelus: *BD* 142) *Codd. et Edd. coll. o.;* — violatur: *DEGH Edd. coll. o.* 143) membra ... membra: *orig.* 144) *Origin. hom.* V. *ad c.* 19. *Gen. no.* 4. 145) *add.:* scilicet mulieres: *EGH Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III.; quidam qui: *CD* 146) *ABCD* 147) concipiunt: *EGH* || can. 16. 148) *ex priori parte ep. Clem.* I., *quam edidit Rufinus.* — *c.* 5. *ap. Hinschius p.* 32. — *Jaffé no.* IX. — *Ivo Decr.* VIII, 99.; *Ivo Pan.* VII, 21.; *Coll. tr. P.* I, 1, 4. (*can.:* Et ad te); *Lomb.* IV, 28. 149) est: *deest: orig.* 150) *finis canonis: Coll. tr. P.* 151) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 152) *add.:* locum: *EGH;* obtinent: *Ivo Pan.* 153) *Codd. coll. o. pr. AB* 154) *Codd. coll. o.* || can. 17. 155) *non est Ambrosii.* — *Lomb.* IV, 35. 156) I. *Cor. c.* 7. *v.* 10. 11. 157) *Codd. coll. o. pr. D* 158) potest: *AB* 159) *Ep. scr. ao.* 726. *ap. Jaffé Mon. Mogunt. p.* 89. — *Jaffé no.* 1667. — *Ans.* VII. *in fine; Ivo Decr.* VIII, 78.; *Ivo Pan.* VI, 112. 160) *ABD orig.;* posuistis: *CDEGH Ans.* 161) quodsi: *orig.* 162) corrupta: *Edd. Arg. Bas.* 163) nunquam: *Ivo Decr.* 164) faciet: *BCD*

iugalis[165]: bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentiae uacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille, qui se non poterit continere, nubat magis; non tamen ei[166 d] subsidii opem subtrahat[167 e], quam[168] infirmitas prepedit[169], non[170] detestabilis culpa excludit.

V. Pars. Gratian. *Sed illud Ambrosii a falsatoribus dicitur[171] insertum. Illud[172] Gregorii sacris canonibus, imo euangelicae et apostolicae doctrinae penitus inuenitur aduersum. Quidam uero, sentenciam Ambrosii seruare cupientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, ut ob quamlibet fornicationem uir licite dimittat uxorem, et uiuente dimissa aliam ducat, sed[173] de incestuosa tantum[174] fornicatione intelligitur[175 f], cum uxor uidelicet alicuius, patri et[176] filio, fratri uel[177 g] auunculo uiri sui, uel alicui similium se construprandam publice tradiderit. Hec autem, quia[178] uiro suo se illicitam reddidit[179] in perpetuum, dum per copulam consanguinitatis[180] in primum, uel secundum, uel tertium gradum transiuit affinitatis[181 h], licite dimittitur, et ea uiuente superducitur alia. Hic si quis contendat, non magis uiro, quam mulieri licitum esse, si uir alicuius eodem modo fornicetur, sciat, uirum ab Ambrosio appellatum non sexu, sed animi uirtute; mulierem[182] quoque nominatam sentiat non sexu corporis, sed mollicie[183 i] mentis. Sed quia nulla auctoritate permittitur, ut uiuente uxore alia superducatur, intelligitur illud Ambrosii in supradicto fornicationis genere: non tamen, quod uiuente dimissa aliam ducere possit, sed post mortem fornicariae uel fornicarii, (quorum uterque, ut supra dictum est, a corruptione luxuriae mulier appellatur), ille[184], qui a fornicatione mundus est, uir siue[185 k] mulier aliis copulari possunt; adulteri autem, si superuixerint, nullo modo aliis copulari poterunt.*

Sic et illud intelligitur, quod in Capitulo cuiusdam Concilii legitur[186]:*

C. XIX. *Licitum coniugium non negetur illi, cuius uxor cum suo fratre dormiuit[187 a].*

Quedam cum fratre uiri sui dormiuit: decretum est, ut adulteri numquam coniugio copulentur; illi uero, cuius uxor stuprata est, licita coniugia non negentur.

Sic et illud Maguntiensis Concilii intelligitur[188 a]:*

C. XX. *Disiungantur, et numquam coniugio copulentur, qui quodlibet infra subiectorum admiserit[189 b].*

Si quis uiduam duxerit[190] uxorem, et postea cum filiastra[191 c] fornicatus fuerit, seu cum[192] duabus sororibus[193], aut si qua cum[194] duobus fratribus[195], seu cum patre et filio[196], si[197] quis relictam fratris, si quis neptem, aut nouercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam polluerit, eos disiungi, et ulterius numquam coniugio[198 d] copulari precipimus.

C. XXI. *Sororem uxoris polluens neutram habere ualet[199]. Item[200].*

Qui dormierit cum duabus sororibus, et una ex illis antea uxor fuerit[201], neutram[202] ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri umquam in[203] coniugio copulentur.

C. XXII. *Causa adulterii uxorem relinquens continentiam[204] seruet.*

Item illud Gregorii[205].

Hii uero, qui uxores suas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec illam[206 a] aliam uxorem accipere, uel alium uirum, quamdiu ambo uiuunt. Si autem adultera mortua fuerit, uir eius, si uult, nubat, tantum in Domino; adultera uero numquam, etiamsi mortuus fuerit uir eius. Omnibus tamen diebus uitae suae acerrimae penitenciae lamenta persoluat.

C. XXIII. *Neutram habeat qui sororem uxoris polluit.*

Item ex Decreto Zachariae Papae[207].

Concubuisti cum sorore uxoris tuae? si fecisti, neutram habeas, et si illa, que uxor tua fuit[208 a], conscia sceleris non fuit[209], si se[210] continere non uult, nubat in Domino cui uelit. Tu autem et adultera sine spe coniugii permaneatis[211], et, quamdiu uiuitis[212 b], iuxta preceptum[213] sacerdotis penitenciam agite.

C. XXIV. *Cum nouerca, uel filiastra, uel[214] sorore uxoris[215 a] dormiens ad coniugium non potest[216 b] peruenire; uiris[217 c] earum legitima non negantur[218] coniugia.*

Item ex Triburiensi Concilio[219].

Si quis cum nouerca sua dormierit, neuter potest[220] ad coniugium peruenire; sed uir eius potest, si uult, aliam accipere, si se continere non potest. §. 1. Similiter qui[221 d] cum filiastra sua, uel cum[222] sorore suae uxoris dormierit, obseruandum[223] est.

Gratian. *Quamuis illud, quod in fine Maguntiensis concilii ponitur, a nonnullis non de legitime coniunctis, sed de fornicariis dictum intelligatur, uidelicet ut fornicarii discedant ab inuicem, et sine spe coniugii maneant[224 e]; illud uero Gregorii ad Bonifatium Anglicis* pro tempore permissum est, quibus B. Gregorius in quarta et quinta generatione coniugia contrahi permisit; alias autem inane esset, cum Augustinus dicat in[225 f] sermone Domini in monte: „Si uxorem quis habeat sterilem, etc."*

C. XXV. *Ob infirmitatem uel dampna corporis coniugium[226 a] solui non licet[227].*

Item Nykolaus ad Carolum, Maguntiensem Episcopum[228].

VI. Pars. Hii[229], qui matrimonium sani contraxerunt[230 b], et uni ex duobus amentia[231], aut[232] furor, aut[233] aliqua in-

EDITIO ROMANA.

Causa XXXII. Quest. VII. c. 18. d) ei: *deest* e) subtr. ab illa f) intelligi g) et h) affinitas i) mollitia k) vel — c. 19. a) dormierit — c. 20. a) Moguntinensis b) admiserint c) filiastra sua d) in coniugio — c. 22. a) eam — c. 23. a) fuerit b) vixeritis — c. 24. a) suae uxoris b) poterit c) viris tamen d) si quis e) permaneant f) in libro de — c. 25. a) coniugia b) contraxerint

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XIX. * Simile legitur lib. 5. Capitularium, c. 19.

C. XX. * Sensus huius capitis est in Concilio I. Moguntino c. 56., et II. sub Rabano c. 29., et lib. 5. Capitul. c. 101., ubi etiam pleraque eadem verba habentur.

C. XXIV. * Anglicis: Vere hic auctor glossae animadvertit, Gratianum, quod Gregorius III. scripsit ad Bonifacium legatum Germaniae pro causis Germanorum, retulisse ad ea, quae multo ante B. Gregorius I. scripserat ad Augustinum, Anglorum episcopum, dispensando cum Anglis ad fidem nuper conversis super gradibus consanguinitatis et affinitatis, et habetur infra 35. qu. 2. et 3. c. *Quaedam lex*, et qu. 5. c. *Ad sedem.*

Causa XXXII. Quest. VII. can. 18. 165) coniugalis: *Codd. coll. o. pr. AB; Ivo Pan.* 166) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr. Pan.* 167) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan.* 168) cui: *orig.*; quod: *Ans. Ivo Decr.* 169) propedit: *Ivo Decr.* 170) non tamen: *Edd. coll. o. Ivo Pan.*; et non: *orig.*; cum non: *Ans. Ivo Decr.* 171) esse ins.: *EGH* 172) istud: *ABEGH* 173) sed: *deest: BEGH* 174) tant.: *deest: ib.* 175) *Codd. coll. o.* 176) vel: *EGH* 177) *Codd. coll. o.* 178) quae: *B Böhm.* 179) reddiderit: *EGH* 180) sanguinitatis: *EH* 181) *Codd. coll. o. Corr.* 182) mulieres: *GH* 183) *ABCD* 184) et ille: *EGH* 185) *Codd. coll. o.* || can. 19. 186) *simile aliquid habetur in c. 11. Capit. Compend. ao. 757. in Mon. Germ. LL. I, 28.; — ap. Ben. Lev. I, 19., quem Corr. et R. laudaverunt nihil simile reperitur.* 187) *Codd. coll. o. pr. CD* || can. 20. 188) *Codd. coll. o.; — eadem fere sunt in c. 56. C. Mogunt. hab. ao. 813. et in c. 29. C. Mog. hab. ao. 847. (ap. Hartzheim* II, 160.), *et ap. Ben. Lev.* I, 101., *et ap. Raban. in ep. ad Heribald. c. 20., ex qua referuntur a Reg.* II, 226.; — *Burch.* XVII, 9.; *Ivo Decr.* IX, 71. 77.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 19. 189) *ACDEG;* admittunt: *H;* rubr.: *deest: B* 190) ducit: *Edd. Par. Lugd.* I.; duxit: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 191) *ABCD Reg. Ivo Decr.* 77. *Pan. Coll. tr. P.* 192) nupserit: *C. Mog.* 847.; concubuerit: *Ivo Decr.* 71. *Coll. tr. P.; add.:* nupserit: *Reg.* 193) *add.:* altera manente uxore: *D Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.; Ivo Pan.* 194) nupserit: *orig. cit. Ivo Decr.* 77. *Coll. tr. P.* 195) *add.:* nupserit: *Burch.* 196) *add.:* fornicata fuerit: *ib. Ivo Decr.* 71. *Coll. tr. P.* 197) item si: *orig. cit.;* tales copulationes anathematizari et disiungi praecipimus nec unquam amplius coniugio copulari sed sub magna districtione fieri: *Burch. Ivo Decr.* 71. *Coll. tr. P.; finis canonis: ib.* 198) *Codd. coll. o. Reg. Ivo Decr.* 77. *Ivo Pan.* || can. 21. 199) *rubr.: deest: AB* 200) *similia sunt in c. 12. Capit. Vermer. in Mon. Germ. LL.* I, 23. — *cf. c.* 30. *C.* XXVII. *qu.* 2. — *Reg.* II, 216. 201) fuit: *AEGH* 202) nullam: *orig. Reg.* 203) in: *deest: Reg.* || can. 22. 204) *add.:* per pactionem: *EGH* 205) *Simile in Cap.* I, 43. *legi immerito contendit R. — Jaffé no.* CCLV. — *Polyc.* VI, 4, 28.; *Caes.* X, 58.; *Lomb.* IV, 34. 206) *Codd. coll. o. Polyc.* || can. 23. 207) *imo ex libro poenitentiali qui insertus est* XIX, 5. *Burchard. collectarii. — Lomb. l. c.* 208) *Codd. coll. o. pr. B* (fuerat); — *Burch.* 209) fuerit: *D Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 210) se: *deest: C Edd. Arg. Bas.* 211) permanebitis: *EH;* manebitis: *G* 212) *ABC;* vivatis: *Burch.* 213) praecepto (iuxta: *deest*): *EGH;* praecepta: *Burch.* || can. 24. 214) vel cum: *EGH* 215) *ABC* 216) *Codd. coll. o.* 217) *Codd. coll. o. pr. C* (sed vir.) 218) negentur: *BCH* 219) *Similia sunt in c.* 10. 11. *Capit. Vermer. a.* 753. *in Mon. Germ. LL.* I, 23.; *Reg.* II, 215.; *Burch.* XVII, 17. 220) possunt: *Reg. Burch.* 221) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.; — Reg. Burch.* 222) cum: *deest: CDG* 223) stare potest: *orig. Reg. Burch.* 224) *Codd. coll. o.* 225) *ib.; — supra ead. qu.* 5. *c.* 18. || can. 25. 226) *ABC* 227) *add.:* potest (possunt: *G*) vel: *EGH* 228) *imo ex interpret. ad Pauli Sent. l.* 2. *t.* 20. *c.* 4. *ed. Haenel. — Reg.* II, 129. (ex lege Romana); *Burch.* IX, 28.; *Ans.* X, 27.; *Ivo Decr.* VIII, 166.; *Ivo Pan.* VI, 93.; *Polyc.* VI, 4, 27.; *Lomb.* IV, 34. 229) Si: *orig. Reg. Polyc.* 230) *Codd. et Edd. coll. o.* 231) dementia: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I.; amentiam: *Ans.* 232) vel: *Ans.* 233) aut ... infirm.: *deest: orig.*

firmitas accesserit, ob hanc infirmitatem[234] coniugia talium solui non possunt. Similiter est sciendum[235c] de his, qui ab aduersariis excecantur[236], aut membris truncantur[237], aut a barbaris exsecti[238] fuerint.

C. XXVI. *Furiosus et furiosa matrimonium contrahere non possunt.*

Item Fabianus Papa[239].

Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt[240]; sed si[241] contractum fuerit, non separentur[242].

VII. Pars. Gratian. *Ut ergo ex premissis colligitur, non licet huic dimissa uxore sua*[243a] *aliam ducere. Manet enim inter eos quoddam uinculum coniugale, quod nec ipsa separatione dissoluitur.*

Unde Augustinus ait in libro de bono coniugali, [cap. 7.][244]:

C. XXVII. *Sterilem uxorem dimittere, et causa fecunditatis aliam ducere alicui*[245] *non licet.*

Tantum ualet[246a] sociale uinculum, ut, cum[247] causa procreandi colligitur[248b], nec[249] ipsa causa procreandi soluatur[250]. Posset[251] enim homo dimittere sterilem uxorem et[252c] ducere, de qua filios haberet[253d], et tamen non licet. *Item* [c. 15.][254]: §. 1. Manet[255] uinculum nuptiarum, etiam si[256e] proles, cuius causa initum[257] est, manifesta sterilitate non subsequatur, ita, ut iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen uel ipsa causa filiorum, atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulauerint, adulterium conmittunt, ipso[258f] autem coniugio manente. Plane uxoris uoluntate adhibere aliam, unde communes filii nascantur unius conmixtione ac semine, alterius autem[259] iure ac[260] potestate, apud antiquos patres fas erat. Utrum et nunc fas sit, temere non dixerim.

[C. XXVIII.][261a]

Idem in eodem[262b].

Usque adeo manent[263] inter uiuentes semel[264] inita iura[265] nuptiarum, ut potius inter se sint coniuges etiam[266c] separati, quam cum his, quibus[267d] adheserunt. *Et post*[268e*]: §. 1. Manet inter uiuentes quoddam[269] uinculum[270] coniugale, quod nec separatio, nec cum altero[271] copulatio possit auferre[272f]; sicut apostata anima, uelut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramentum fidei non amittit, quod lauachro[273] regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubio redeunti, si amisisset abscedens. Habet autem hoc[274], qui recessit[275], ad cumulum supplicii, non ad meritum premii.

QUESTIO VIII.

GRATIANUS.

Cum itaque probatum sit, quod hic uxorem suam dimittere, et aliam ducere non potest, queritur, si liceat ei hac condicione peccare, ut infidelem ad fidem adducat? Quod non posse fieri Augustinus affirmat, in lib. [I.] *de adulterinis coniugiis* [c. 24.] *ita dicens*[1]:

C. UN. *Non debet aliquis a continentiae uoto recedere, etiamsi*[2] *infidelis Christianam se fieri polliceatur.*

Non solum[3] mechandum non est, (quod faciunt[4a] quidam[5b], sed omnis, qui dimittit uxorem suam, et ducit alteram, etsi propterea[6] duxerit, ut Christianam faciat,) sed etiam quisquis non alligatus uxori continentiam Deo uouit[7c], nullo modo debet ista conpensatione peccare, ut ideo credat uxorem sibi esse ducendam, quia promisit que nuptias eius appetit, futuram se esse Christianam. Quod enim cuiquam[8] ante, quam uouisset, licebat, cum id se numquam facturum uouerit, non licebit: si tamen id uouerit, quod uouendum sit[9d], sicuti est perpetua uirginitas, uel[10] post* experta conubia solutis a uinculo coniugali uidualis castitas[11], seu[12] ex consensu uouentibus et carnalia debita sibi inuicem relaxantibus fidelibus castisque coniugibus (quod alterum sine altera, uel[13] alteram sine altero uouere fas non est) iugis[14] continentia. Hec ergo, et si qua alia sunt, que rectissime uouentur, cum homines uouerint, nulla condicione rumpenda sunt, que sine ulla condicione uouerunt.

CAUSA XXXIII.

GRATIANUS.

Quidam uir[1] *maleficiis inpeditus uxori suae debitum reddere non poterat. Alius interim clanculo eam corrupit; a uiro suo separata corruptori suo publice nubit; crimen, quod admiserat, corde tantum Deo*[2] *confitetur; redditur huic facultas cognoscendi eam: repetit uxorem suam; qua recepta, ut expedicius uacaret orationi, et ad carnes agni purus*[3a] *accederet, continentiam se seruaturum promisit; uxor uero consensum non adhibuit.* (Qu. I.) *Queritur*[4b], *an propter inpossibilitatem coeundi, a uiro suo*[5] *aliqua sit separanda?* (Qu. II.) *Secundo, an post separationem ei nubere ualeat, cum quo prius fornicata est?* (Qu. III.) *Tertio, si sola confessione cordis crimen possit deleri?* (Qu. IV.) *Quarto, si tempore orationis quis ualeat reddere coniugii*[6] *debitum?* (Qu. V.) *Quinto, an uir sine consensu uxoris continenciam uouere possit, uel si minis uel terroribus licentiam uouendi ab ea extorquere ualeat?*

QUESTIO I.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem propter inpossibilitatem reddendi debitum mulier a uiro suo separari non possit, auctoritate euangelica et apostolica probatur. Sic enim Christus ait in euangelio*[7]: „*Nulli licet dimittere uxorem suam, nisi causa fornicationis,*" *uel qua alter eorum (sicut Augustinus exponit) fornicatus fuerit, uel ad quam alter alterum pertrahere uoluerit. Item Apostolus*[8]:

EDITIO ROMANA.

Causa XXXII. Quest. VII. c. 25. c) sentiendum — c. 26. a) sua: *deest* — c. 27. a) valet illud soc. vinc. coniugum b) colligetur c) et aliam d) habeat e) etsi f) ipsi ... coniuges manent — c. 28. a) C. XXVIII. De eodem b) Id. lib. I. de nuptiis et concupiscentia c. 10. c) coniuges qui ab alterutro separ. sunt d) quibus aliis e) Et paulo post f) auferre; manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum foederis — Quest. VIII. C. UN. a) facit b) non quidam c) voverit d) fuit — Causa XXXIII. a) purius b) Hic primum quaeritur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVIII. * Et paulo post: Apud B. Augustinum hic interiicitur c. *Denique,* supra 31. qu. 1. Addita vero nonnulla sunt, et emendata in hoc capite ex ipso originali, quemadmodum et in praecedenti.

Quest. VIII. C. UN. * Vel post: Hic locus in vulgatis B. Augustini codicibus, et etiam apud Ivonem usque ad vers. *Haec ergo,* paulo aliter habet.

Causa XXXII. Quest. VII. can. 25. 234) *add.:* et causam: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 335) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* sciend. (est: *deest*): *Ivo Pan. Polyc.* 236) caecantur: *orig.* 237) detruncantur: *Reg. Burch. Ans. Ivo Pan. Polyc.; finis can.: ib.* 238) exsecuti: *EGH* || can. 26. 239) Papa: *deest: BC; imo Paulus Sentent. l.* II. *tit.* 20. *c.* 4. *ed. Haenel.* — *Jaffé no.* LXXX. — *Reg.* II, 128. (ex lege Rom.); *Burch.* IX, 30.; *Ans.* X, 28.; *Ivo Decr.* VIII, 168.; *Ivo Pan.* VI, 92.; *Polyc.* VI, 4, 2.; *Caes.* X, 19.; *Lomb.* IV, 34. 240) non poss.: *BC* 241) et si: *EGH;* si fuerit contr. matr. furore non tollitur: *orig.* 242) separetur: *Reg. Burch.* 243) *Codd. coll. o.* || can. 26. 244) ait: *deest: CG;* — *no.* 7. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 254.; *Ivo Pan.* VI, 28.; 105.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 94. 95. 245) alicui: *deest: BC* 246) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 28. 105. *Coll. tr. P.* 247) non: *Coll. tr. P.* 248) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 28. 105. *Coll. tr. P.* 249) ut nec: *Edd. Bas. Ven.* I. II. 250) dissoluatur: *H Edd. coll. o. pr. Bas.;* — *finis canonis: Ivo Pan.* 28. 251) possit: *orig.* 252) *AB orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 253) *Codd. et Edd. coll. o.* 254) *ib. no.* 17. 255) *add.:* autem: *Ed. Bas.;* enim: *orig.* 256) *B orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 257) initium: *Coll. tr. P.* (?) 258) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* ipsi aut. coniugi manente plane: *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 259) aut.: *deest: EGH* 260) et: *Ivo Pan.* || can. 28. 261) *Codd. coll. o.* 262) *ib.* — *imo de nuptiis et concupisc. lib.* I. *c.* 10. *no.* 11. *Ed. Maur.;* — *Ivo Decr.* VIII, 12. 13.; *Ivo Pan.* VI, 74.; *Coll. tr. P.* III, 15, 31. *a Theinero immerito laudatur;* — *Lomb.* IV, 31. 263) maneant: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 264) sem.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 265) foedera: *EH* 266) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 267) *Codd. et Edd. coll. o.* 268) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 269) quiddam: *orig.* 270) vinc.: *deest: orig. Ivo Decr.* 271) *add.:* viro: *Edd. coll. o.;* — adultero: *Ivo Decr.* 272) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 273) in lav.: *Edd. coll. o.* 274) hoc: *deest: orig.* 275) recesserit: *CD orig. Ivo Decr.*

Causa XXXII. Quest. VIII. can. un. 1) *no.* 30. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* VIII, 73.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 47. 2) etsi: *ABEG* 3) *add.:* autem: *orig.* 4) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 5) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 6) *add.:* eam: *D Edd. coll. o.* 7) *Codd. et Edd. coll. o.* 8) cuique: *orig.* 9) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* (est) 10) vel continentia: *orig. Coll. tr. P.;* vel continentia vidualis: *Ivo* 11) vid. cast.: *deest: orig. Ivo Coll. tr. P.* 12) vel: *ib.* 13) et: *Coll. tr. P.* 14) coniugalis: *EGH;* iug. cont.: *deest: orig. Ivo Coll. tr. P.*

Causa XXXIII. 1) vir: *deest: ABEGH* 2) Deo: *deest: AB* 3) *ABCD Corr.* 4) *ACD;* prim. quer.: *EGH* 5) suo; *deest: BC* 6) coniugi: *A; deest: BC*

Causa XXXIII. Quest. I. 7) *Matth. c.* 19. *v.* 9. 8) *Rom. c.* 7. *v.* 1.

„*Mulier, quanto tempore uiuit uir eius, alligata est legi ipsius,*“ *non legi reddendi sibi debitum, sed non transferendi se ad alium. Item*[9]: „*His, qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, sed Dominus, uxorem a uiro*[10] *non discedere, nisi causa fornicationis.*“ *Euangelica itaque et apostolica auctoritate prohibetur mulier a uiro*[11 a] *discedere, nisi ob causam illam cunctis notissimam, qua interueniente si discesserit, oportet eam manere innuptam, aut reconciliari uiro suo. Unde datur intelligi, quod inpossibilitas reddendi debitum non facit discidium*[12 b] *coniugii.* §. 1. *His ita respondetur: Coniugium confirmatur offitio, ut supra* probatum*[13] *est; postquam uero offitio confirmatum fuerit, nisi causa fornicationis non licet uiro uxorem dimittere, uel uxori a uiro discedere. Verum ante, quam confirmetur, inpossibilitas offitii soluit uinculum coniugii.*

Unde Gregorius *scribit* Iohanni*, *Rauennati Episc.*[14]:

C. I. *Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem uir cognoscere non potuit*[15 a].

Quod autem interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt, et nubere non possunt, si ille aliam, uel illa alium ducere possit? De quibus scriptum est: „Vir et mulier, si se coniunxerint, et dixerit postea mulier de uiro, quod non possit coire cum ea, si potest probare, quod uerum sit, per iustum iudicium, accipiat alium. Si autem ille aliam acceperit, separentur.

[C. II.] *Item ex epistola* eiusdem[16].

De his requisisti[17], qui ob causam frigidae naturae dicunt se inuicem non posse operam[18] carni[19] dantes conmisceri. Iste uero si non potest ea uti pro uxore, habeat eam[20] quasi sororem. Quod si retinaculum uoluerint[21] coniugale rescindere, maneant utrique innupti. Nam si huic non potuit[22] naturaliter concordare, quomodo alteri conueniet[23]? Igitur si uir aliam uult uxorem accipere, manifesta patet ratio, quia[24], suggerente[25] diabolo odii fomitem[26], exosam eam habuit[27], et idcirco[28] eam[29] dimittere mendacii falsitate molitur. Quod si mulier causatur, et dicit: Volo mater[30] esse, et[31] filios procreare[32 a], uterque[33] eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat, ut numquam per conmixtionem carnis[34] coniuncti una caro effecti fuissent[35], tunc uidetur mulierem secundas[36] posse contrahere nuptias. Humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem, qui frigidae naturae est, maneat sine coniuge. Quod si et[37] ille aliam copulam acceperit, tunc hii, qui iurauerant[38 b], periurii, crimine rei teneantur, et penitencia peracta priora cogantur recipere conubia.

II. Pars. Gratian. *Hoc autem seruari precipitur, cum uterque idem fatetur. Ceterum si uir asseruerit*[39], *se reddidisse debitum uxori, et illa diffitetur, cui potius habenda sit fides, merito queritur.*

De his in Concilio apud Conpendium *habito ita statutum est*[40]:

C. III. *In ueritate uiri consistat, si mulier negat se cognitam ab eo.*

Si quis accepit[41] uxorem, et habuit[42] eam[43] aliquo tempore, et ipsa femina[44] dicit, quod numquam[45] coisset cum ea, et ille uir dicit, quod sic fecit[46], in ueritate uiri consistat[47], quia uir est caput mulieris.

III. Pars. Gratian. *Ecce, quod inpossibilitas reddendi debitum uinculum soluit coniugii. Sed hoc de naturali inpossibilitate statutum est. Hec autem maleficii inpedimento, non frigiditate naturali debitum coniugale prohibente, a uiro suo separata est. Unde queritur, si liceat ei etiam in hoc casu a uiro suo discedere, et alii se copulare?*

De his ita scribit Igmarus *Remensis Archiepiscopus*[48]:

C. IV. *De*[49 a] *his, qui maleficiis inpediti coire non possunt.*

Si per sortiarias atque maleficas* occulto, sed[50] numquam[51] iniusto[52] Dei iudicio permittente, et diabolo preparante[53], concubitus[54] non[55] sequitur, hortandi sunt quibus ista eueniunt, ut corde contrito et spiritu humiliato Deo et sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, et profusis lacrimis, et largioribus elemosinis, et[56] orationibus atque[57] ieiuniis Domino satisfaciant, et[58] per exorcismos ac cetera munia ecclesiasticae medicinae ministri ecclesiae tales, quantum annuerit Dominus, qui Abimelech[59] et[60 b] domum eius Abrahae orationibus sanauit, sanare procurent. Qui[61 c] si forte sanare[62 d] non potuerint[63], separari ualebunt; sed post, quam alias nuptias expetierint, illis in carne uiuentibus, quibus iunctae[64 e] fuerint[65 f], prioribus, quos reliquerant, etiamsi possibilitas concumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt.

Gratian. *Sed in hoc uidetur contrarius premisso capitulo Gregorii. Ibi enim post possibilitatem redditam iubetur separari ab eo, cui secundo nupserat, et redire ad primum. Hic autem uiuente eo, cui secundo copulata fuerat, primo*[66] *reconciliari non poterit.*

QUESTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem ei, cum quo prius fornicata fuerat*[1], *post separationem nubere possit, superius probatum est. Mortuus est enim sibi uir eius. Ex quo, iudicio ecclesiae ab eo separata, ab eius lege soluta est. Unde iuxta Apostolum*[2] *nubat cui uult, tantum in Domino.* §. 1. *Sed queritur, si sine ecclesiastico iudicio nulla causa discidii rationabiliter probata ab ea discessisset, an esset cogendus redire ad eam. De hoc ita statutum est in Concilio* Cartaginensi, *cui interfuit* Augustinus, c. 30.[3]*:

C. I. *Non licet alicui uxorem dimittere, nisi causa discidii primum*[4] *ecclesiae probetur.*

Seculares[5], qui coniugale consortium nulla[6]** grauiori

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. I. a) viro suo b) dissidium — c. 1. a) poterit — c. 2. a) procreare, et b) iuraverint c. 4. a) Quid de b) ac c) Quod d) sanari e) iuncti f) fuerant.

NOTATIONES CORRECTORUM.

Causa XXXIII. Quest. I. Pars. I. * Ut supra: Videtur indicari c. *Non dubium*, et c. *Quum societas*, supr. 27. qu. 1., de qua re ibi notatum est.
C. I. * Ioanni: Repetenda sunt quae sunt notata in hoc idem caput supra 27. qu. 2.
C. IV. * Maleficas: In vulgatis [EGH Edd. coll. o.] sequebatur: *artes*, quae vox abest a plerisque vetustis codicibus ac ceteris collectoribus.
Quest. II. Pars I. * Etiam in codicibus manuscriptis et apud Ivonem part. 8. c. 328. citatur ex conc. Carthaginensi, in quo nullo inventum est, sed in Agathensi cap. 25. (ex quo citat Ivo eadem part. 8. capit. 231.), et Capitular. 7. c. 305.
C. I. ** Nulla: In recentioribus conciliorum editionibus in conc. Agathensi legitur: *sine graviori;* in Capitularibus: *absque graviori*; sed in antiquis editionibus Parisiensibus conciliorum, et duobus codicibus Vaticanis [et Hisp.]: *consortium graviori.*

Causa XXXIII. Quest. I. 9) I. *Cor. c.* 7. *v.* 10. 10) *add.:* suo: *CD* 11) *ACD;* non: *B* 12) *CEGH* 13) dictum: *EGH* || can. 1. 14) Archiep.: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB Ed. Arg. — imo Raban. ad Heribald.—cf. c.* 29. *C.* XXVII. *qu.* 2. *et Coll. ibi citt.* 15) *Codd. coll. o. pr. AB* (potest) || can. 2. 16) *Caput incertum; — Jaffé no.* CCLXXI. — *Burch.* IX, 44.; *Ans.* X, 25.; *Ivo Decr.* VIII, 182.; *Ivo Pan.* VI, 116.; *Polyc.* VI, 4, 17.; *Lomb.* IV, 34. 17) quaesistis: *E:* quaesisti: *GH;* requisistis: *Burch. Ivo Pan.* 18) opera: *CD* 19) carnis: *ACDH Ivo Decr.* 20) eam: *deest: Ans. Burch. Ivo Decr. Pan. Polyc.* 21) iugale volunt: *ib.* 22) poterit: *EGH Edd. coll. o.* 23) concordabitur: *B;* conveniat: *Ed. Bas. Ivo Pan.* 24) quod: *Ivo Pan.* 25) succedente: *Burch. Ans. Ivo Decr. Polyc.* 26) fomite: *EGH Edd. coll. o. pr. Lugd.* II.; — *Ivo Pan. Polyc.* 27) habuerit: *EGH* 28) ideo: *Ivo Pan.* 29) illam: *Burch. Ivo Decr. Polyc.;* vel illam: *Ans.* 30) materfamilias: *Polyc.* 31) et: *deest: Ans.* 32) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt. o.* 33) utique: *Ans.* 34) carn.: *deest: Burch.* 35) sunt: *Ans.;* essent: *Ivo Pan.* 36) *Rom. c.* 6. *v.* 19. 37) et: *deest: Ans.* 38) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I.; iuraverunt: *Edd. rell.; Ivo Pan. Polyc.* 39) asseruit: *EGH;* — asserit: *B* || can. 3. 40) *c.* 20. *Capitul. Compend. ao.* 757. *in Mon. Germ. LL.* I, 29. — *non sunt ipsa verba Capit.* — *Reg.* II, 245.; *Burch.* IX, 42.; *Ivo Decr.* VIII, 180.; *Ivo Pan.* VI, 119.; *Lomb.* IV, 34. 41) acceperit: *CDEGH Edd. Bas. Ven.* II. *Par. Lugdd.; Ivo Pan.* 42) habuerit: *CDEGH Ed. Bas. Ivo Pan.* 43) ipsam: *Burch. Ivo Decr.* 44) fem.: *deest: Burch.* 45) non: *Reg. Burch. Ivo Decr. Pan.* 46) fecerit: *AC Ivo Pan.;* fecisset: *Burch.* 47) stat.: *Burch.* || can. 4. 48) *ad Rodulphum et Rotarium ao.* 860. — *Ivo Decr.* VIII, 194.; *Ivo Pan.* VI, 117.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 69.; *Lomb. ib.* 49) *Codd. coll. o.* 50) sed: *deest: EGH* 51) *add.:* vel nusquam: *orig. Coll. tr. P.* 52) iusto: *E; deest: G* 53) operante: *orig.* 54) accidit (conc. n. seq.: *deest*): *orig.* 55) non: *deest: EG* 56) et: *deest: BCD* 57) et: *D; deest: BC* 58) et: *deest: EGH* 59) *cf. Gen. c.* 20. 60) *Codd. coll. o.* 61) *DEGH orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 63) potuerunt: *B;* valuerint: *G;* poterint: *Edd. Nor. Ven.* I. II.; poterunt: *orig.* 64) *Codd. coll. o. pr. B: — orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 65) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 66) primo: *deest: BC*

Causa XXXIII. Quest. II. 1) fuerit: *EGH* 2) I. *Cor. c.* 7. *v.* 39. || can. 1. 3) c. 25.: *AEH Corr.; — imo c.* 25. *Conc. Agath. hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 151.; *Ans. ded.* VII, 116. (Conc. Agath.); *Reg.* II, 110. (*ut in Ans. ded.*); *Ivo Decr.* VIII, 231. 328.; *Ivo Pan.* VI, 106.; *Coll. tr. P.* II, 28, 23. 4) prius: *EGH* 5) hi (si: *Ivo Pan.*) vero saec.: *orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Ivo Decr.* 328.; hi qui: *Coll. tr. P.* 6) nulla: *deest: orig. Hisp. Ans. ded.*

culpa dimittunt uel etiam[7] dimiserunt, et, nullas causas discidii[8 a] probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut[9] illicita aut aliena presumant: si ante, quam apud[10] episcopos[11] conprouinciales discidii causas[12] dixerint, et[13] prius, quam iudicio[14 b] dampnentur, uxores suas[15] abiecerint, a conmunione ecclesiae[16 c] et[17] sancto[18 d] populi cetu pro eo, quod fidem et coniugia[19] maculant, excludantur.

C. II. *Lex diuina prohibet uirum uxorem dimittere, nisi causa fornicationis.*

Item Ambrosius super Lucam, [ad c. 16.][20]

An quod in subditos nefas est in conparem fas est? dimittis ergo uxorem quasi iure[21]*, sine crimine, et putas, hoc[22 a] tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed prohibet lex[23 b] diuina. Qui hominibus obsequeris, Deum uerere; audi legem Domini, cui obsecuntur etiam qui leges ferunt: „Quos[24 c] Deus coniunxit homo non separet."

C. III. *Absque causae cognitione a uiro suo dimissa ad omnia restituatur*[25].

Item Nykolaus Papa Karolo Inperatori[26 a]**.

Istoria ecclesiastica, ab Eusebio Cesariensi episcopo confecta, de muliere quadam, que de[27 b] castitate a marito accusabatur, ait: „Preceptum[28] est ab inperatore lege lata, ut primo permitteretur ei libere rem familiarem diutius ordinare; tunc deinde[29 c] responderet obiectis. Hoc omnes leges tam ecclesiasticae quam uulgares publicaeque precipiunt." §. 1. Si[30] autem de mulieribus et secularibus uiris[31] hec constituta sunt, multo magis ecclesiasticis hominibus[32] et sacerdotibus sunt concessa.

C. IV. *Nisi post restitutionem, neque de coniugii federe, neque de adulterii crimine inter uirum et uxorem iudicium est agitandum.*

Item Nykolaus Papa [in epistola Karolo Regi][33]*.

II. Pars. Siue[34] de coniugii federe, siue de adulterii crimine iudicium sit agitandum, nulla ratio patitur[35], Thebergam[36 a] cum Lothario posse inire[37 b] certamen, nisi prius ad tempus suae fuerit reddita[40] potestati, et consanguineis propriis libere[41] sociata. Inter que[42 c] etiam locus prouidendus[43] est, in quo nulla uis multitudinis[44] formidetur[45 d], nec[46 e] sit difficile testes producere uel ceteras[47] personas, que tam a sanctis canonibus, quam a uenerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersiis requiruntur[48].

III. Pars. Gratian. *In hoc capitulo*[49 f] *quamuis causa uideatur exposita, quare sua auctoritate non licet alicui uxorem dimittere, qua cessante ipsa quoque prohibitio cessare uidetur: tamen quia ipsa separatio pena est, et pena nulli est inferenda nisi per iudicem, generaliter hoc intelligendum est, ut siue ob causam premissam, siue nulla causa existente, non liceat alicui sua auctoritate uxorem dimittere. Quod etiam de pena homicidii uel qualibet alia intelligendum est.*

Unde Nykolaus Papa scribit Rodulpho, Bituricensi Archiepiscopo[50]:

C. V. *Coniugia penitus interdicantur his, qui suas uxores*[51 a] *occidunt.*

Interfectores suarum coniugum sine[52] iudicio, cum non addis, adulterarum, uel aliquid[53] huiusmodi, quid aliud habendi sunt[54] quam[55] homicidae, ac per hoc ad penitenciam redigendi? Quibus penitus coniugium denegatur, exceptis adolescentibus, de quibus est B. Leonis Papae XXV.* regula decretalium, imo indulgentia obseruanda[56].

Gratian. *In hoc capitulo*[57 b] *uidetur Nykolaus*[58] *permittere maritis causa adulterii, uel alterius eiusmodi*[59 c] *criminis, uxores suas interficere. Sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali criminosos feriri iubet; illo uidelicet gladio, quo Petrus*[60] *iubetur mactare et manducare. De quo etiam gladio*[61 d] *Christus ait in euangelio*[62]: „*Non ueni pacem mittere in terram, sed gladium.*"

Hinc idem Nykolaus scribit Albino Archiepiscopo[63]:

C. VI. *Non licet alicui uxorem*[64 a] *adulteram occidere.*

Inter hec uestra sanctitas addere studuit, si[65] cuius uxor adulterium perpetrauerit, utrum marito illius[66] liceat secundum mundanam legem eam interficere. Sed sancta Dei ecclesia numquam mundanis constringitur legibus; gladium non habet, nisi spiritualem[67]; non[68] occidit, sed uiuificat.

C. VII. *Penitencia eius, qui propriam uxorem absque causa perimit*[69 a].

Item Pius Papa[70].

Quicumque propriam uxorem absque lege, uel[71] sine causa et certa probatione interfecerit, aliamque[72] duxerit uxorem, armis depositis publicam agat penitenciam, et, si contumax fuerit[73], et episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi, qui seniorem suum interfecerit.

C. VIII. *Penitencia Astulphi, qui uxorem suam interfecerat*[74 a].

Item Stephanus V. Astulpho[75 b].

Admonere te cum[76] lacrimis et multo gemitu cordis[77] curamus[78], fili Astulphe; sed[79] non filius dici debes[80], qui

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. II. c. 1. a) dissidii b) in iudicio c) sanctae eccl. d) sanct.: *deest* — c. 2. a) id b) lex: *deest* c) Quod — c. 3. a) Regi b) pro c) demum — c. 4. a) Thietbergam b) inire conflictum[38] uel levissimum[39] controversiae subire c) itaque d) sit ... formidanda e) et non f) capite — c. 5. a) coniuges b) capite c) huiusmodi d) glad.: *deest* — c. 6. a) uxor. suam — c. 7. a) peremit — c. 8. a) interfecit b) Steph. Papa

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. * Quasi iure: Sic etiam in vulgatis B. Ambrosii codicibus. In tribus Gratiani manuscriptis est: *quam scis vivere sine crimine.*

C. III. * Huius mulieris meminit Iustinus in primo Apologetico pro Christianis, et Eusebius ecclesiasticae historiae l. 4. cap. 16. Verba quidem huius capitis in epistolis Nicolai impressis aut manuscriptis non sunt inventa, sed habentur fere eadem in praefatione Isidori in suam canonum collectionem. Praestat tamen Iustinum et Eusebium adire. Fortasse autem in hoc cap. translatus est titulus ex sequenti.

C. IV. * Epistola, ex qua acceptum est hoc caput, habetur Romae in codice monasterii Dominicanorum, et ex ea aliqua sunt addita et emendata.

C. V. * XXV.: Hoc eodem numero habetur in Codice canonum inter decreta seu regulas Leonis [*i. e.* ap. Dionys. cf. infra c. 14.].

Causa XXXIII. Quest. III. can. 1. 7) et.: *deest: BC Coll. tr. P.; add.:* si: *Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* II. III.; *Ivo Pan.;* et: *Ivo Decr.* 328. 8) *ACEGH orig. Hisp. Ivo Decr.* 231. *Coll. tr. P.* 9) ut aut ad ill. acced., aut al.: *Ed. Bas.;* ut aut acced. ad ill. aut ad al.: *Edd. Lugdd.* II. III.; — aut: *deest: Ans. ded.* 10) ad: *Ans. ded.;* ante: *Reg. Ivo Pan.* 11) episcopum comprovincialem: *Reg. Coll. tr. P.* 12) causam: *Reg.* 13) et etiam: *EGH* 14) *AB orig. Hisp. Reg. Ivo Decr.* 231. 328. *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 15) suas: *deest: orig. Hisp. Reg. Ivo Decr.* 231. 328. *Coll. tr. P.* 16) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Ivo Decr.* 231. 328. *Pan. Polyc.* 17) ac: *Reg.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ven.* I. II. *Lugdd.* II. III. *orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Ivo Decr.* 328.; *Pan. Coll. tr. P.;* sancti: *Edd. Ven.* I. II. *Reg.;* sui: *Ivo Decr.* 231. 19) coniugii (et: *deest*): *Reg. Ivo Decr.* 231. ‖ can. 2. 20) Unde Amb.: *EGH;* — *lib.* VIII. *ad. v.* 18. *no.* 4. 5. 21) quam scis: *C;* quam iure: *A* 22) *Codd. et Edd. coll. o.* 23) *ib.* — *cf. Matth. c.* 19. *v.* 6. 24) *ABCD* ‖ can. 3. 25) restituantur: *BC* 26) *Codd. et Edd. coll. o.; praefatio Pseudois. no.* 6. *ap. Hinschius p.* 18. 27) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 28) *add.:* et interdictum: *orig.;* vel inditum: *orig. ap. Pseudois.* 29) *ABCD orig.* 30) Si *et sqq. non exstant ap. Pseudoisid.* 31) hominibus: *orig.* 32) viris: *ib.* ‖ can. 4. 33) *Ep. scr. ao.* 867. *ap. Mansi* XV, 320. — *Jaffé no.* 2174. — *Reg.* II, 115. (*can. cont.*); *Burch.* IX, 52. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* VIII, 116. (*can.:* sicut multorum relatu; *cont.*); *Polyc.* VI, 4, 71. 34) preterea sive: *Reg. Burch.* 35) patet: *Reg. Polyc.* 36) *Codd. et Edd. coll. o.;* Theutbergam: *orig.;* Thiebirgam: *Reg. Burch. Polyc.;* Theibergam: *Ivo* 37) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 38) legalem confl.: *orig.* 39) legitimum: *ib. Reg. Burch. Ivo* 40) redd.: *deest: Ivo* 41) lib.: *deest: ib.* 42) *AC;* itemque: *Codd. rell.;* inter quos: *orig. Reg. Burch. Ivo Polyc.* 43) previdendus: *Ivo* 44) magnitudinis: *Burch.* 45) *Codd. et Edd. coll. o.;* sit formidandnm (?): *Polyc.* 46) *AB Edd. Lugdd.* II. III.; ne: *Codd. et Edd. rell.* 47) certas: *GH* 48) requirantur: *Ivo* 49) *Codd. coll. o.* ‖ can. 5. 50) Papa: *deest: ACD;* Radulpho: *BEG;* Bituriensi: *CDGH;* — *Ep. scr. ao.* 864. *c.* 6. *ap. Mansi* XV, 390. — *Jaffé no.* 2091. — *Ivo Decr.* VIII, 125.; *Ivo Pan.* VII, 15.; *Coll. tr. P.* I, 62, 54. (*can. cont.*); *Caes.* X, 97.; *Lomb.* IV, 38. 51) *Codd. coll. o.* 52) sive iud.: *deest: orig.* 53) aliq.: *deest: Coll. tr. P.* 54) sunt: *deest: Ivo Decr.* 55) nisi: *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 56) servanda: *Ivo Pan.* 57) *Codd. coll. o.* 58) *add.:* Papa: *EGH* 59) *ABC* 60) *cf. Act. c.* 10. 61) *Codd. coll. o.* 62) *Matth. c.* 10. *v.* 34. ‖ can. 6. 63) *Exstat in ep. quae directa esse dicitur a Nicolao ad Epp. Germaniae, Carolum Mogunt. et alios, et adiecta est ap. Mansium* XV, 142. *conc. Mog. hab. ao.* 857. — *Ivo Decr.* VIII, 124. 133.; *Ivo Pan.* VII, 14.; *Coll. tr. P.* I, 62, 24.; *Lomb. l. l.;* — *ap. Polyc.* VI, 10., *unde citant Corr. non est repert.* 64) *Codd. coll. o.* 65) ut si: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 66) eius: *C;* ipsius: *orig. Ivo Decr.* 233.; *Pan. Coll. tr. P.; deest: Ivo Decr.* 124. 67) *add.:* ac divinum: *orig.* 68) quo non: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* ‖ can. 7. 69) *Codd. coll. o.* 70) *imo Cap. Wormat. ao.* 829. *c.* 3. *in Mon. Germ. LL.* I, 353. — *Jaffé no.* XLVIII. — *Reg.* II, 75. (ex Capit.); *Burch.* VI, 37.; *Ans.* X, 56. (57.); *Ivo Decr.* X, 166.; *Lomb. l. l.* 71) et: *Edd. coll. o.* 72) quicunque propria uxore derelicta, vel absque lege aut (vel ... aut: *deest: Reg.*) sive causa (*add.:* et certa probatione: *Reg.*) interfecta aliam: *orig. Reg.* 73) fuer. comprehendatur a comite et ferro vinciatur et in custodia (custodiam: *Reg.*) mittatur, donec ad nostram notitiam deducatur: *orig. Reg.* ‖ can. 8. 74) *BCD;* interfecerit: *H* 75) *ABCD;* — *Imo Paulinus Foroiuliens. ep. ad. Heistulphum* (*ao.* 794.), *ut recte inscribitur a Burch.* VI, 40. *cuius textus ceteroquin ab Ivo Decr.* VIII, 126.; *Ivo Pan.* VII, 16., *et qui hunc secutus est, Gratiano plurimum recedit.* 76) cum: *deest: BC* 77) cord.: *deest: Burch.* 78) curo: *ib.* 79) si tamen: *B Burch.* 80) deberes: *B;* — debeas: *Burch.*

tam crudeliter infelix[81] homicidium perpetrasti. Nam occidisti uxorem tuam, partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi[82] sociatam[83], sine causa mortis, non tibi resistentem, non[84] insidiantem quocumque[85c] modo uitae tuae. Non inuenisti eam cum alio uiro nefariam rem facientem, sed concitatus[86] a diabolo, inpio[87] furore flammatus[88d], more latronum[89] atrocius[90] eam gladio tuo, crudelior omni bestia, interemisti, et nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum inprobe predo. Qui matri non pepercisti, filios[91e] tuos[92] orphanos fecisti, inducere[93] super eam uis mortis causam post mortem, per[94] unum hominem[95f] homicidam et reprobum testem[96g]. Quoniam[97] nec euangelium, nec ulla diuina humanaque lex[98] unius testimonio etiam idoneo quempiam[99] condempnat uel iustificat[100]: quanto magis per istum scelestum et flagiciosissimum[101] nec[102] illa uiua debuit condempnari, nec a te* post mortem eius accusari? Prius[103] causa criminis subtiliter erat inuestiganda, et tunc, si ita[104] fuisset inuenta, secundum legis tramitem debuit excipere[105h] ultionis uindictam. Nam si[106] uerum (quod absit) fuisset, sicut[107i] adulter mentitus est, post septem[108] annos peracta penitencia[109] dimittere eam per approbatam causam poteras, si uoluisses; occidere tamen[110] eam nullatenus debuisti. Non[111] enim uult Deus mortem peccatoris, sed ut conuertatur ad penitenciam, et uiuat. Idcirco placeat tibi consilium nostrum[112], et[113] facias[114k] hoc, quod melius tibi et[115l] leuius uideri potest[116]: miserere animae tuae, ut non sis tuus[117m] tibimet ipsi homicida. Relinque[118] quapropter[119], te rogamus, hoc malum[120] seculum, quod te traxit ad tam inmanissimum peccati facinus; ingredere monasterium[121], humiliare sub manu[122] abbatis, multorum[123n] fratrum precibus adiutus obserua cuncta supplici[124o] animo, que tibi fuerint inperata[125], si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis et[126] refrigeret[127] animam tuam prius, quam crucieris perpetuis[128] flammis. Hoc[129] leuius et melius tibi[130] esse certissime scias[131]. Sin autem publicam penitenciam, permanens in domo tua uel in hoc mundo, uis agere (quod tibi peius, et[132] durius, et grauius esse non dubites) ita, ut agere debeas[133p], exhortamur, omnibus[134] diebus, quibus penitere debes, uinum et omnem[135q] siceram non bibas, carnem numquam[136r] ullo tempore comedas, preterquam[137] in Pasca, et in[138] die Natalis Domini; in pane, et aqua, et sale[139] penitenciam age; in ieiuniis, in[140s] uigiliis, orationibus[141t], et[142] elemosinis omni tempore perseuera; armis numquam cingere, nec in quolibet loco litigare presumas. Uxorem numquam ducere, concubinam non[143] habere, nec adulterium committere audeas[144]; in balneo numquam laueris[145], in conuiuiis[146] letantium numquam te misceas; in ecclesia segregatus ab aliis Christianis post hostium et postes humiliter te repone; ingredientium et egredientium suppliciter[147] orationibus conmendare[148u], conmunione[149] corporis et sanguinis Domini cunctis diebus uitae tuae indignum te existimes; in ultimo tamen exitus[150] uitae tuae die, si merueris, pro uiatico, si sit qui tribuat[151], tantummodo uenialiter tibi ut accipias concedimus. Sunt et alia multa, que tibi[152v] durius et satis acrius erant iuxta magnum pondus peccati, infelix, adicienda. Sed si hec omnia, que tibi[153] misericorditer supra[154] dicta sunt, perfecto corde Domino auxiliante feceris et custodieris, confidimus de inmensa clementia Dei, remissionem te tuorum habiturum peccatorum, et secundum dictum[155] iusti bonique pastoris resoluet[156] te sancta ecclesia ab hoc uinculo peccati in terris, ut per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine acquisiuit, solutus sis in celis. Si autem aliter feceris, et sanctae matris ecclesiae tam salubrem admonitionem despexeris, ipse tibi sis[157] iudex, et in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis[158w]; sanguis tuus super caput tuum; nos alieni a consortio tuo pro aliorum filiorum[159] Dei salute, ipso opitulante, omni sollicitudine nitimur desudare[160], et Domini misericordiam attentius cottidie inplorare.

C. IX. *Potius uxore uiuente quis aliam ducat, quam humanum sanguinem fundat.*

Item Augustinus *de adulterinis coniugiis,* [lib. II. c. 15.][161]

Si[162] (quod uerius dicitur)[163] non licet homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere: quis est[164] tam demens, qui dicat ei: fac quod non licet[165], ut liceat tibi quod non licet? Cum enim[166] utrumque secundum legem Christi illicitum sit, siue adulteram occidere, siue alteram[167] ducere illa[168] uiuente, ab utroque est abstinendum, non illicitum pro illicito faciendum. Si enim facturus est quod non licet, iam faciat adulterium, et non faciat homicidium, ut uiuente uxore[169a] aliam[170b] ducat, non[171c] humanum sanguinem fundat[172d].

IV. Pars. Gratian. *In premissis auctoritatibus quique prohibentur adulteras coniuges suas occidere; sed post septem annorum penitenciam permittitur eis*[174] *illas dimittere. Si autem illas interfecerint, iubentur sine spe coniugii perpetuo*[175] *manere, nisi forte*[176] *propter lapsum iuuenilis incontinentiae ad matrimonia contrahenda eis misericordia inpendatur. Clericis autem conceditur, si uxores eorum peccauerint, sine mortis acerbitate habere eas in custodia, et ad ieiunia eas cogere, non tamen usque ad necem affligere.*

Unde in Tolletano Concilio I. [c. 7.] *legitur*[177]:

C. X. *Clerici, si uxores eorum peccauerint, preter necem eas domi custodiant, et ad salutaria eas*[178] *ieiunia cogant.*

Placuit, ut, si quorumcumque[179] clericorum uxores peccauerint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. II. c. 8. c) quoque d) inflammatus e) et filios f) hominem: *deest* g) testem incusare vis mortuam h) accipere i) sicut ille k) fac l) leviusque (et: *deest*) m) tu n) et multorum o) simplici p) debes q) omn.: *deest* r) nullo unquam s) et t) et oration. u) commenda te v) tibi nimis w) permanebis et — c. 9. a) uxore sua b) alteram c) et non d) fundat. Quod si est utrumque nefarium, non debet alterum pro altero[173] perpetrare, sed utrumque vitare.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VIII. * Nec a te: Apud Burchardum et Ivonem [Decr.] legitur: *nec tu poteris* [*poter.: deest:* Ivo Decr.; *pot. eam:* Burch.] *post mortem eius excusari* [*incusare:* Burch.].

Causa XXXIII. Quest. II. can. 8. 81) inf.: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* 82) tibi: *deest: Burch.* 83) consoc.: *Ivo Pan.* 84) nec: *Burch.* 85) *ABCD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Decr. Pan.* 86) incitatus: *Burch.* 87) et inp.: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 88) *ABCE Ivo Decr.* 89) latrocinii: *Burch.* 90) atrocior: *ib.* 91) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 92) *add.:* ideo: *Burch.* 93) ut super induceres (eam vis: *deest*)*: Burch.* 94) et per hoc: *B;* et per: *Burch.* 95) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 96) *ABCDH Ivo Decr.* 97) hoc: *Burch.* 98) lex concedit ut unius: *ib.* 99) aliquis condemnetur vel iustificetur: *ib.* 100) vivificat: *EGH* 101) flagiciosum: *B Burch.* 102) si nec: *Burch.* 103) *add.:* enim: *Edd. coll. o.; add.:* a: *EGH* 104) rea esset: *Burch.* 105) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 106) etsi: *Burch.* 107) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 108) octo: *Ivo Decr.* 109) *add.:* forsitan: *ib. Pan.* 110) tam.: *deest: Burch.* 111) *in seqq. omnino differt Grat. a Burch. — Ezech.* c. 33. v. 11. 112) meum: *BG* 113) ut: *Edd. Arg. Bas.* 114) *Codd. coll. o. pr. CD; — Edd. Arg. Bas. Ivo Decr.* 115) *Codd. coll. o. pr. C; — Ivo Decr. Pan.* 116) poterit: *G Edd. coll. o.* 117) *ABDEH Ed. Bas. Ivo Decr. Pan.; deest: G Edd. Par. Lugdd.* II. III. 118) relinquere: *Ivo Pan.* 119) propter: *EG;* propter hoc: *H;* quap. . . . rog.: *deest: Burch.* 120) malignum: *Burch.* 121) in mon.: *Ivo Decr. Pan.* 122) manibus: *Ivo Pan.* 123) *ABG Ivo Decr.* 124) *ABD Corr. Ivo Decr.* 125) *add.:* ab abbate: *Burch.* 126) et . . . flam.: *deest: ib.* 127) refrigeretur anima tua: *Ivo Pan.* 128) in perp.: *ib.* 129) istud consilium: *Burch.* 130) salubrius (mel.: *deest*) est (tibi: *deest*)*: Burch.;* tibi esse: *deest: Ivo Decr. Pan.* 131) ut scias; *Burch., ap. quem reliqua omnino a Grat. verbis discrepant.* 132) et dur.: *deest: EGH* 133) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 134) ut omn.: *CD Edd. coll. o.* 135) *ABCD Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. *Ivo Decr. Pan.* 136) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H* (*pro* nunq. *legit.* non); — *Ivo Decr. Pan.* 137) preter: *C Ivo Decr.;* in: *deest: Ivo Decr.* 138) in: *deest: Ivo Decr.* 139) saleque poenitere debes: *ib.* 140) *ABDEGH Ivo Decr.* 141) *AEGH Ivo Decr.;* in orat.: *Ivo Pan.* 142) et: *deest: EGH* 143) nunquam: *BCDG Edd. coll. o.;* nec: *E* 144) aud.: *deest: Ivo Decr.* 145) lavaberis: *EGH;* lavare… miscere (te: *deest:*) *Ivo Pan.: Ivo Decr. Pan.* 146) convivio: *BCD;* convivium: *EGH* 147) simpliciter: *Ivo Pan.* 148) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 149) et com.: *EGH* 150) exitu (die: *deest*)*: EGH* 151) *add.:* tibi: *BCD Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. — Ivo Pan.* 152) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 153) tibi: *deest: Ivo Decr.* 154) sup.: *deest: Edd. coll. o. Ivo Pan., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit.* 155) imperium: *Burch.;* donum: *Ivo Decr.* 156) resolvit: *Ivo Pan.* 157) sit: *EH* 158) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 159) fidelium: *CD Edd. coll. o.* 160) et desud.: *Ivo Pan.* || can. 9. 161) *no.* 15. *Ed. Maur. — Ivo Decr.* VIII, 242. (*can.:* quod tibi durum); *Ivo Pan.* VII, 17.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 91. 162) Sicut: *H;* hic: *E;* si autem: *orig.* 163) *add.:* esse: *Ivo Decr. Coll. tr. P.;* est: *Ivo Pan.* 164) *add.:* enim: *CDEGH* 165) *add.:* tibi: *Coll. tr. P.* 166) en.: *deest: BC* 167) aliam: *C Ivo Pan.;* adulteram: *D* 168) ea: *Edd. coll. o.* 169) *Codd. coll. o. orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 170) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 171) *Codd. coll. o.* 172) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 173) per alterum: *Edd. coll. o. Ivo Pan.* 174) illis: *CDEGH* 175) in perp.: *EGH* 176) *add.:* per (post: *EG*) septem annor. poenitentiam: *EGH* || can. 10. 177) I.: *deest: EGH; — hab. ao.* 400. *ap. Bruns* I, 204.; *Ivo Decr.* VIII, 283.; *Coll. tr. P.* II, 35, 3. 178) eas: *deest: AGH* 179) cuicumque: *orig. Hisp.;* quaecunque: *Ivo Decr.*

mariti earum hanc potestatem, preter necem custodiendi, ligandi[180a] in domo sua, ad ieiunia salutaria, non mortifera eas[181] cogentes, ita, ut inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruicia[182b] non habeant. Cum uxoribus autem ipsis, que peccauerant[183], non[184] cibos[185c] sumant, nisi forte ad timorem Dei acta penitencia reuertantur.

V. Pars. Gratian. *Nunc autem queritur, quare sacris canonibus sit institutum, ut post septem annos penitentes in pristinum statum reuocentur*[186]?

De his ita scribit Ysidorus ad Masonem[187a] *Episcopum,* [in prefatione ad librum de summo bono]:

C. XI. *Quare sit institutum post septem annos in pristinum statum penitentem*[188b] *redire.*

Hoc[189] ipsum, quod canonum censura post septem annos remeare penitentem in pristinum statum precepit[190c*], non[191d] electione[192e] proprii arbitrii sancti Patres, sed potius ex sentencia diuini iudicii sanxerunt. Nam legitur, quod Maria[193] soror Aaron[194] prophetissa, dum detractionis[195] aduersum Moysen incurrisset delictum, illico stigmate leprae[196] perfusa[197] est, cumque peteret Moyses, ut emundaretur, precepit[198] eam Dominus[199f] extra castra septem diebus egredi, et post emundationem rursus eam in[200] castra[201] admitti. Maria ergo soror Aaron caro intelligitur sacerdotis, que, dum superbiae dedita sordidissimis cogitationum[202] maculatur contagiis[203], extra castra septem diebus, hoc[204] est extra collegium sanctae[205] ecclesiae septem annis proiciatur[206g], ut[207] post emundationem[208h] uiciorum loci uel[209] pristinae dignitatis recipiat[210] meritum. *Et post pauca:* §. 1. In fine autem** epistolae[211] hoc adiciendum putaui, ut, quotiescumque in gestis conciliorum discors sentencia inuenitur, illius[212] magis teneatur sentencia, cuius antiquior aut[213] potior[214i] extat auctoritas.

Gratian. *Hoc*[215k] *quamquam de sacerdotibus uideatur specialiter dictum, generaliter tamen de omnibus penitentibus oportet intelligi. Ad imitationem namque illius dominicae sentenciae Dauid*[216] *de adulterio et homicidio reprehensus unius ebdomadae ieiunium in satisfactionem*[217] *admissi sceleris Deo legitur obtulisse. Hinc etiam ecclesiastica consuetudine est usurpatum, ut maiorum criminum penitencia septem annorum spacio concludatur, nisi uel offitii exellentia, uel criminum magnitudo uulgarem consuetudinem excedens (ueluti dum contra naturam humanae societatis parentibus, uel liberis, uel aliis huiusmodi*[218l] *personis inpudice adheremus, uel dum relicto naturali usu contra naturam more Sodomitico fornicamur, uel usque ad coitum brutorum animalium prolabimur), premissum spacium transcendere cogat.*

VI. Pars. §. 1. *De penitentibus quoque queritur, an eis generaliter post penitenciam peractam coniugia concedantur? Generaliter enim canonica auctoritate penitentes prohibentur ad secularem miliciam redire, uel matrimonia contrahere.*

Unde Siricius Papa [epist. I. ad Himerium Episcopum, c. 5.][219]:

C. XII. *Penitentes matrimonia contrahere prohibentur.*

De his uero[220] non incongrue[221] dilectio tua[222] sedem apostolicam credidit consulendam, qui[223] acta penitencia tamquam canes et[224a] sues ad uomitus pristinos et[225] uolutabra redeuntes, et miliciae cingulum, et ludicras uoluptates, et noua coniugia, et inhibitos denuo appetiuere concubitus, quorum inprofessam[226b] continentiam[227] generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia iam suffragium[228c] non habent penitendi, id duximus[229] decernendum, ut sola intra[230d] ecclesiam fidelibus oratione iungantur, sacris[231] misteriorum celebritatibus[232] (quamuis non mereantur) intersint, a dominicae autem mensae conuiuio segregentur, ut hac saltim districtione correcti[233e] et ipsi in[234] se sua errata castigent, et aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscenis cupiditatibus retrahantur[235]. Quibus[236] tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, uiatico munere, cum ad Dominum ceperint proficisci, per conmunionis gratiam uolumus subueniri[237], quam formam et circa mulieres, que se post penitenciam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus.

Gratian. *Sed quia timore soluendi coniugii nonnulli ad penitenciam accedere differunt, uel propter lapsum adolescentiae, quem formidant, penitenciae remedium suscipere negligunt, auctoritate*[238f] *canonica*[239] *permittitur eis uel contracta matrimonia retinere, uel alia contrahere.*

Unde Leo Papa scribit Galerio Episcopo Tripolitano[240]:

C. XIII. *Ex indulgentia post penitenciam legitima*[241a] *non negentur matrimonia*[242b].

Audiuimus a quibusdam, quod in uestris diocesibus et[243c] finibus Christianorum cetus leui occasione[244] se subtrahunt[245] penitenciae iugo, dicentes, quia, si penitenciam agimus, coniugii debemus relinquere copulam; in quo errant et de ueritatis calle discedunt, quia pro omnibus illicitis penitenciam unusquisque Christi[246] nominis cultor sustinere atque[247d] peragere summopere debet, dicente[248] Domino: „Penitenciam agite, appropinquabit enim regnum celorum.“ Coniugium uero legitimum nulli orthodoxorum penitenciam sustinenti soluere licet. *Et infra:* §. 1. Sacris[249] uos expedit eos alloquiis[250e] edocere, ut[251f] erroris eripiantur caligine, et licitis copulationibus iuncti de omnibus illicitis penitenciam agere procurent[252].

C. XIV. *Propter lapsum iuenilis incontinentiae non negentur penitentibus licita coniugia.*

Item Leo IV.[253a]

In adolescentia constitutus si urgente aut[254] metu mortis, aut captiuitatis periculo[255] penitenciam gesserit[256b], et postea timens lapsum incontinentiae iuuenilis copulam uxoris elegerit, ne crimen fornicationis incurreret, rem uidetur fecisse uenialem, si preter coniugem nullam omnino cognouerit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid[257] sit tollerabilius estimamus[258].

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. II. c. 10. a) ac ligandi b) servitia forte c) cibum — c. 11. a) Massonem b) poenitentes c) praecipit, etc. ut in tractatu ordinandorum de lapsis* d) non hoc e) ex electione f) Deus g) proiicitur h) emendationem i) prior k) Hoc autem l) eiusmodi — c. 12. a) ac b) professam c) suffugium d) citra e) correpti f) ideo auctor. — c. 13. a) legitimam b) coniugia c) *et* d) ac e) eloquiis f) ut ab — c. 14. a) Leo Papa ad Rusticum epist XC. al. XCII. c. 11. b) gessit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * Ut in tractatu ordinandorum de lapsis: Absunt haec a plerisque vetustis, sed non sunt expuncta, quia sic solet citare Gratianus, ut indicatur c. *Presbyter,* supr. dist. 82.

** In fine autem: Haec usque ad finem absunt ab uno antiquo Gratiani exemplari.

Causa XXXIII. Quest. II. can. 10. 180) *Codd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 181) eas: *deest: orig. Hisp.* 182) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. Ivo* 183) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 184) ne: *orig.;* nec: *Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 185) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 186) revocetur: *Codd. coll. o. pr. AB* || can. 11. 187) *Codd. coll. o. pr. B;* — Massenum: *Corr.* — *cf. ad c.* 28. *Dist.* L. — *Ans.* VIII, 37. (*can.:* veniente ad nos); *Ivo Decr.* VI, 398.; *Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 33.; *Polyc.* IV, 39, (41,) 11. (*ut ap. Ans.*) 188) *ABCD* 189) nam et: *Ans. Polyc.;* (ipse); — nec: *Ivo Decr.* 190) *BDEGH Ans. Coll. tr. P.; deest: C; verba infra notata desunt, Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 191) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 192) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 193) *cf. Num. c.* 12. 194) Moysi: *Ans. Polyc.* 195) obtrectationis: *orig. Ans. Polyc.;* distractionis: *Ivo Decr.* 196) lepra (stigm.: *deest*): *Ans. Polyc.* 197) percussa: *D Edd. coll. o. pr. Arg.* — *Ans. Ivo Polyc.* 198) precipit: *Polyc.* 199) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 200) intra: *Ivo* 201) castro: *Ans.;* castris: *Polyc.* 202) corruptionum: *orig. Ans. Polyc.* 203) illecebris: *Ivo* 204) id: *Ans. Polyc.* 205) sanct.: *deest: Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 206) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ans. Coll. tr. P.* 207) quibus: *Ans. Polyc.* 208) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P. Polyc.* 209) sive: *Ans. Polyc.* 210) recipiet: *ABEGH Coll. tr. P.;* recipit: *Ans. Polyc.* 211) *add.:* huius: *Ans. Polyc.* 212) *add.:* concilii: *Ans.* (magis: *deest*) 213) et: *CEGH Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 214) *Codd. coll. o. Ans. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 215) *Codd. coll. o.* 216) *cf.* II. *Reg. c.* 12. 217) satisfactione: *BDEGH* 218) *Codd. coll. o. pr. A* || can. 12. 219) *scr. ao.* 385. — *Jaffé no.* 65. — *Burch.* XIX, 57.; *Ivo Decr.* XV, 71.; *Ans.* XI, 151. 220) vero: *deest: Ans.* 221) congrue: *ib.* 222) tua: *deest: ib.* 223) quia peracta: *EGH* 224) *Codd. coll. o.* 225) et ad: *Burch. Ivo* 226) *Codd. et Edd. coll. o.* 227) incontinentiam: *AEGH Ans.* 228) *Codd. coll. o. pr. AD;* — *Hisp.;* suffrag. vel suffug.: *C;* — suffugiunt: *Ans.* 229) diximus: *Codd. coll. o. pr. C* 230) *ABCD Edd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo* 231) sacrae . . celebritati: *orig. Burch. Ivo* 232) solennitatibus: *Edd. Arg. Bas.* 233) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo* 234) in re: *deest: Ivo* 235) extrahantur: *Hisp.* 236) Quos: *orig. Hisp.* 237) sublevari: *orig.;* subvenire: *Burch.* 238) *Codd. coll. o.* 239) canonum: *EGH* || can. 13. 240) *Caput omnino incertum; cf. Berard.* II, 1, 297.; — *Coll. tr. P.* I, 60, 11. 12. (*Leo IV.*) *Caes.* XV, 39. 241) *ABCDG* 242) *ACEGH* 243) *Codd. coll. o.* 244) occas.: *Coll. tr. P.* 245) subtrahant: *EGH* 246) Christiani: *ib.* 247) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 248) *Matth. c.* 3. *v.* 2. 249) *add.:* enim: *Edd. Arg. Bas.* 250) *ABCD Ed. Bas.* 251) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 252) curent: *Edd. Arg. Bas. Nor.* || can. 14. 253) *Codd. et Edd. coll. o.; imo ep.* 167. (*scr. ao.* 458. *aut* 459.) *inqu.* 13. *Leon.* I. *Ed. Baller.* — *Jaffé no.* 320. — *Ans.* XI, 106. (*can. cont.*). 254) aut: *deest: CH* 255) vinculo: *EGH* 256) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 257) quod: *BEGH* 258) existimamus: *CEGH*

C. XV. *Hec penitencia est inponenda ei, qui matrem occiderit*[259].

Item Nykolaus Papa Rhatoldo, Episcopo sanctae Argenteae Retensis[260a]*.

VII. Pars. Latorem presentium matricidam esse cognouimus. Cui precipimus, ut[261] sub penitenciae iugo permaneat ita, ut per annum unum[262b] ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilicae stans[263c] orans, et[264] deprecans Deum perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Conpleto uero anni circulo introeundi licentiam in ecclesiam[265] habeat; tantum[266d] inter audientes stet, et[267e] nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis sacrae conmunionis illi[268f] gratia concedatur, oblationes uero non offerat, nisi prius[269] aliorum septem annorum curricula expleantur. §. 1. In[270g] his autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec uinum bibere presumat, exceptis festis diebus atque dominicis, et a Pasca usque ad[271] Pentecosten. Et, quocumque ire uoluerit, nullo uehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur; arma non sumat, nisi contra paganos; ieiunet autem tribus[272] diebus per ebdomadam usque ad uesperam[273]. A propria[274h] ac legitima coniuge[275] non separetur, ne in fornicationis uoraginem corruat, quod ne fiat optamus. Si autem ante annorum trium[276] cursum finis uitae illius appropinquauerit, corporis et[277] sanguinis Domini[278] nostri Iesu Christi particeps fiat; sin autem, ut supra statui[279i] efficiatur[280]. Tamen, si illius conuersationem[281k] et lacrimarum fontem[282] in omnibus uideritis floridis actionibus et optimis[283] operibus pullulare, humanius circa eum[284l] sollicitudo peruigil appareat, mitisque omnibus[285] demonstretur.

C. XVI. *Post penitenciam legitimam*[286a] *adolescentibus permittuntur licita coniugia.*

Item[287]*.

VIII. Pars. Si quis cum duabus fuerit sororibus fornicatus, aut cum his personis, de quibus sancta scriptura prohibet, si dignam egerit penitenciam, et castitatis non ualuerit sustinere continentiam[288], liceat ei legitimam in coniugio uxorem accipere. Similiter et mulier[289b], que tali fuerit scelere lapsa, ut fornicationis non perducatur ad chaos. Sed hoc de laicis uiris ac[290] mulieribus solummodo statuimus.

C. XVII. *Puniatur qui hec crimina conmittit, non tamen legitimam dimittat uxorem.*

Idem[291a].

Si quis cum matre[292]* spirituali fuerit fornicatus[293], anathematis (ut scitis)[294] percutitur[295] ictibus. Similiter autem[296] et[297] illum percutere promulgamus, qui[298] cum ea, quam de sacro[299] fonte baptismatis susceperit[300], aut[301] cum illa, quam ante episcopum tenuerit[302], cum sacro crismate fuerit uncta[303], fornicationis[304] perpetrauerit scelus; legitimam tamen[305], si habuerit[306b], non dimittat[307] uxorem.

IX. Pars. Gratian.[308c] §. 1. *Quos enim*** *Deus coniunxit iudex*[309] *sua auctoritate separare non debet.*

Quamquam Ysidorus[310] *hoc aliter intelligat, dicens:*

C. XVIII. *Non homo separat quos pena condempnat.*

„Quos[311] Deus coniunxit homo non separet.“ Queris quomodo? subaudis[312a] uiolenter, sine lege, absque ratione quos Deus coniunxit homo non separet. Non enim homo separat quos pena dampnat[313b], quos reatus accusat, quos maleficium coartat.

Gratian. *Verum*[314] *hoc pro his dictum intelligitur, quos iudices seculi pro suis sceleribus legum seueritate percellunt, quos uel morte puniunt, uel deportari iubent.*

C. XIX. *De eodem.*

Item ex Concilio Tolletano VI. [c. 8.][315]

X. Pars. Antiqui et sanctissimi est[316] patris[317] sentencia Papae Leonis, ut is, qui in etatis[318] adolescentia positus, dum mortis formidat casum, si[319a] peruenerit ad penitenciae remedium, si coniugatus forte[320] fuerit incontinens, ne postea adulterii lapsum incurrat, redeat ad pristinum coniugium, quousque possit adipisci temporis maturitate continentiae statum, quod nos ut[321b] de uiris, ita et[322c] de feminis equo modo censemus. Non quidem[323] hoc[324] generaliter et canonice[325] preceptum[326d], sed constat[327e] uobis[328f] pro humana fragilitate indultum ea dumtaxat ratione, ut si is, qui penitenciae non est legibus deditus, ante[329] ab hac uita discesserit[330g], quam ex consensu[331] ad continentiam unus[332] eorum* fuerit regressus, superstiti non liceat denuo ad uxoris[333] transire amplexus. Si autem illius uita extiterit superstes, qui non accepit[334] absolutionem[335] penitentis, nubat, si se[336] continere non potest, et alterius consortio fruatur uxoris. Quod in[337h] utroque sexu pari

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. II. c. 15. a) ecclesiae Argentoratensis b) integrum c) stans: *deest* d) tamen e) sed f) ei g) In: *deest* h) propria quidem i) statuimus k) conversionem l) eum vestra — c. 16. a) dignam b) mulieri c. 17. a) Item b) habuit c) *in Ed. Rom. ad ipsum canon. pertin.* — c. 18. a) subaudi b) condemnat — c. 19. a) si: *deest* b) sicut c) et: *deest* d) est praecept. e) constat a f) nobis g) decesserit h) de

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XV. * Poenitentia parricidarum, quae hic praecipitur, habetur in conc. Wormaciensi c. 30.

C. XVI. * Ivo citat hoc, quemadmodum et sequens, ex Nicolao ad Carolum Archiepiscopum et eius suffraganeos. Idem vero habetur in conc. Wormaciensi cap. 33., nisi quod pro illis verbis: *lapsa, ut fornicationis non perducatur ad chaos,* in eo legitur: *lapsa fornicationis, liceat.*

C. XVII. * Cum matre: Sic in Panormia, et apud Ivonem part. 9. cap. 36.; sed apud eundem p. 1. c. 138. legitur: *si quis cum commatre,* sicut etiam in conc. Wormaciensi.

** Quos enim: Haec non sunt in Wormaciensi, neque apud Ivonem, sed fere eadem in Panormia.

C. XIX. * Unus eorum: In antiquis conciliorum editionibus est: *eorum, unde;* in uno Vaticano codice: *alter eorundem;* in codice Lucensi regio: *ad continentiam eorum fuerit;* in posterioribus autem Coloniensibus editionibus: *alter ad continentiam eat, unde fuerit regressus.* Itaque in tanta varietate retenta est vulgata lectio Gratiani, quae est in manuscriptis quoque ipsius exemplaribus.

Causa XXXIII. Quest. II. can. 15. 259) occidit: *ABD* 260) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (Argentinae Retensis); — *Burch. Ans. Ivo Polyc.;* — Rodulfo: *CDH Corr. Turrecrem.;* Radulfo: *BE Edd. coll. o. Polyc. — imo ad Ep. Argentoratensem scr. ao.* 858—67. *ap. Mansi* XV, 459. — *Jaffé no.* 2159. — *Burch.* VI, 46. (*can.:* dum universis); *Ans.* XI, 52. (51. *can. cont.*); *Ivo Decr.* X, 173. (*can.:* dum de universis; *cont.*); *Polyc.* VI, 10, (9,) 6. (*ut ap. Iv.; cont.*) 261) *inde ab hac voce can. consonat cum orig. et Collatt. citt.* 262) *Codd. coll. o. pr. C; — orig. Ivo Polyc.;* unum ann. (per: *deest:*) *Burch.* 263) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 264) ac: *A orig. Burch. Ivo Polyc.;* quatenus tanto liberetur piac.: *Burch.* 265) ecclesia: *BH* 266) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — Burch. Ans. Polyc.* 267) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo Polyc.* 268) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 269) postquam: *orig. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 270) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 271) ad: *deest: AB Polyc.* 272) tres dies: *orig. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 273) vesperum: *Burch. Ivo* 274) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 275) uxore: *AB; add.:* sua: *Ivo* 276) triennium (curs.: *deest*): *AEGH* 277) et sang.: *deest: orig.* 278) Dom. . . . Christi: *deest: C;* Dom. nost.: *deest: GH* 279) *Codd. coll. o. pr. E* 280) efficitur: *Ans. Polyc.* 281) *B orig. Burch. Ivo* 282) fonte: *Polyc.* 283) bonis: *EGH* 284) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 285) in omn.: *Edd. coll. o.* ‖ can. 16. 286) *BCD; rubr.: deest: A* 287) *Idem: Corr.; — c.* 33. *Conc. Wormat. hab. ao.* 868. *ap. Hartzheim* II, 315. — *Ivo Decr.* IX, 31. (ex C. Wormat.); *Coll. tr. P.* I, 62, 22. (Nicol.) 288) servare: *BC* 288) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; *orig. Ivo Coll. tr. P.;* et: *deest: Ivo* 290) et: *C Coll. tr. P.* ‖ can. 17. 291) *Codd. coll. o. Corr.; — ib. c.* 34. — *Reg.* II, 229.; *Ivo Decr.* I, 138.; IX, 36.; *Coll. tr. P.* I, 62, 23. (Nicol.) 292) commatre: *orig. Reg. Ivo Decr.* I. 293) *add.:* usque ad dignam satisfactionem (poenitentiam: *Reg.*): *orig. Reg.* 294) ut scit.: *deest: orig. Reg.* 295) percutiatur: *CG orig. Reg. Ivo Pan.* 296) aut.: *deest: orig. Reg.* 297) et . . . promulg.: *deest: Reg.* 298) si: *Reg.* 299) sac.: *deest: ib.* 300) suscepit (bapt.: *deest*): *ib.* 301) vel (c. ill.: *deest*): *ib.* 302) tenuit: *ib.* 303) inuncta: *EGH* 304) fornicatus fuerit: *Reg.* 305) autem: *orig. Reg.* 306) *Codd. coll. o. orig. Reg. Ivo Decr.* I. IX. *Pan.* 307) dimittere cogatur: *Ivo Decr.* IX. *Pan.;* dimittit: *Ivo Decr.* I. 308) *in Codd. coll. o. signum quo Gratiani dicta distingui solent, exstat* 309) homo iudex; *H;* homo (sua auct.: *deest*): *Ivo Pan.* ‖ can. 18. 310) *cf. Isid. de offic.* II, 20. 311) *Matth. c.* 19. *v.* 6. 312) *Codd. coll. o.* 313) *ib.* 314) *in B seqq. desunt usque Dist.* I. *c.* 6. *de penit.; in A Gratiani dictum exstat sed canones desiderantur iidem.* ‖ can. 19. 315) Tol. VIII.: *EGH; — hab. ao.* 638. *ap. Bruns* I, 254.; *Coll. tr. P.* II, 38, 3.; *Caes.* XV, 70. 316) haec est: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* 317) patr.: *deest: Edd. coll. o.; ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit* 318) aetate adolescentiae: *orig. Hisp.* 319) *CDEGH Edd. coll. o. Turrecrem.* 320) et forte: *orig. Hisp.* 321) *CDGH Edd. coll. o.* 322) *DG Edd. Par. Lugdd. orig. Hisp. Coll. tr. P.;* et ita: *Edd. rell.;* et: (ita: *deest*): *C* 323) quod: *EH* 324) hoc: *deest: Hisp.* 325) legitime: *orig. Hisp.* 326) *C orig. Hisp. Coll. tr. P.* 327) *Codd. et Edd. coll. o.* 328) *ib. pr. Ed. Arg.* 329) antea: *DEGH* 330) *DEH orig. Hisp. Coll. tr. P.* 331) communi cons.: *Edd. Bas. Lugdd.* 332) un.: *deest: orig. Hisp.* 333) uxorios: *ib.* 334) acceperit: *D Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 335) benedictionem: *orig. Hisp.* 336) se: *deest: Coll. tr. P.* 337) *Codd. et Edd. coll. o.*

modo[338 i] a nobis[339] manifestum est esse decretum, ita uidelicet, ut in his[340 k] omnibus sacerdotis expectetur[341] ordinatio, ut, iuxta quod etatem aptam[342] prospexerit[343 l], penitenciae[344] absolutionis[345 m] tribuat legem.

[TRACTATUS DE PENITENCIA.][1*]
QUESTIO III.
GRATIANUS.

His breuiter decursis, in quibus extra negocii finem aliquantulum euagati sumus, ad propositae causae terciam questionem pertractandam, qua queritur:

DISTINCTIO I.
GRATIANUS.

I. Pars. *Utrum sola*** *cordis contritione, et secreta satisfactione, absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere, redeamus. Sunt enim qui dicunt, quemlibet*[2] *criminis ueniam sine confessione*[3 a] *ecclesiae et sacerdotali iudicio posse promereri*[4], *iuxta illud Ambrosii super Lucam,* [ad cap. 22.]

[C. I.][5]

„*Petrus doluit et fleuit, quia*[6] *errauit, ut homo. Non inuenio quid dixerit; scio*[7 a], *quod fleuerit. Lacrimas eius lego, satisfactionem non lego.*“

[C. II.] *Item Iohannes Chrisostomus*[8 a*].

„*Lacrimae lauant*[9 b] *delictum, quod uoce*[10] *pudor est confiteri.*“

[C. III.] *Item Propheta*[11].

„*Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.*“[12]

[C. IV.] *Item*[13].

„*Dixi, confitebor aduersum me iniusticiam meam Domino, et tu remisisti inpietatem peccati mei.*“

Quod Augustinus exponens, ait[14*]:

[C. V.]

„*Magna pietas Dei, ut ad solam promissionem peccata dimiserit.* §. 1. *Nondum pronunciat ore, et tamen Deus iam audit in corde, quia ipsum dicere quasi quoddam pronunciare est. Votum enim pro opere reputatur.*“

[C. VI.] *Cod. lib. I. tit.*[15 a] *de Episc. et Cler. Inp. Iouinianus*[16 b].

II. Pars. „*Si quis non dicam rapere, sed attemptare tantum*[17 c] *matrimonii iungendi causa sacratissimas uirgines ausus fuerit, capitali pena ferietur.*“[18 d]

[C. VII.] *Lib.*[19 a] *Cod. tit. de postulando Inp.*[20 b] *Leo et Ant.*[21] *Nicostrato P. P.*

„*Nemo uel in foro magnitudinis tuae, uel in prouinciali iudicio, uel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicae*[22] *religionis fuerit inbutus misteriis. Sin autem*[23] *aliquid quoquo modo uel quadam machinatione factum uel attemptatum fuerit, offitium quidem sublimitatis tuae centum librarum auri iacturam pro condempnatione sustineat.*“

[C. VIII.] *Idem*[24 a].

„*Quicumque uero*[25 b] *ausus fuerit contra prouidum nostrae serenitatis decretum offitium aduocationis*[26] *per subreptionem arripere, et prohibitum patrocinium prestiterit, aduocationis*[27 c] *offitio remotus stilum proscriptionis atque perpetui exilii specialiter sustinebit; scituris etiam prouinciarum rectoribus, quod is, sub cuius amministratione aliquid huiusmodi fuerit attemptatum, partis bonorum dimidiae proscriptionem, et penam exilii per quinquennium sustinebit.*“

[C. IX.] *Item lib. IX. tit. ad legem Iuliam maiestatis,* [l. 5.][28 a]

„*Quisquis cum militibus*[29 b] *cogitauerit (eadem enim seueritate uoluntatem sceleris, qua*[30] *effectum iura puniri uoluerunt).*“[31 c]

[Gratian.] *Item ad legem Corneliam de sicariis*[32]: „*Is qui*[33 d] *cum telo ambulauerit hominis necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit, uel cuius dolo malo*[34] *factum erit*[35] *conmissum, legis Corneliae de sicariis coherceatur*[36 e] *pena.*“

[C. X.] *Inpp. Valentinianus*[37], *Valens, et Gratianus*[38].

„*Si quis necandi infantis piaculum aggressus aggressaue*[39] *fuerit*[40 a], *sciat, se capitali supplicio esse puniendum.*“

[C. XI.] *Inpp. Gratianus et Valentinianus*[41 a].

„*Si forte mulier marito mortis parasse insidias, uel quolibet alio genere uoluntatem occidendi habuisse inueniatur, uel forte*[42 b] *maritus eo*[43 c] *modo insequetur*[44 d] *uxorem, in eadem questione non solum ab omni familia mariti, sed etiam uxoris*[45 e] *(que tamen tunc temporis domi fuerit) querendum est, sine cuiusquam defensione.*“

[C. XII.] *Item Digest. tit. de iniuriis, l. Sed est questionis*[46].

„*Si quis tam masculum quam feminam, siue ingenuos siue libertinos, inpudicos facere attemptauerit, iniuriarum tenebitur.* §. 1. *Sed et*[47] *si serui pudicitia attemptata sit*[48 a], *iniuria*[49 b] *locum habet.* §. 2. *Attemptari pudicitia dicitur, cum id agitur, ut ex pudico inpudicus fiat.* §. 3. *Non solum*[50] *is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit, uerum ille quo-*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. II. c. 19. i) quomodo k) his: *deest* l) perspexerit m) absolutionis vel districtionis — Quest. III. Dist. I. a) confessione facta — c. 1. a) invenio — c. 2. a) Ioann. Cris.: *deest* b) lavent — c. 6. a) tit.: *deest* b) Iovianus c) tantummodo d) feriatur — c. 7. a) Item lib. II. b) Impp. Leo et Anthemius — c. 8. a) C. VIII. Iidem AA. ibidem continenter b) vero: *deest* c) ab advocat. — c. 9. a) lib. IX. Codicis b) militibus etc. c) voluerunt, ipse quidem etc. d) Si quis e) coërcetur — c. 10. a) sit — c. 11. a) (et: *deest*) Valentinianus, Theodosius, et Arcadius b) si forte c) eodem d) insectetur e) uxoris suae — c. 12. a) fuerit b) iniuriarum

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. III. Dist. I. Pars I. * Gratianus ad explicandam hanc tertiam quaestionem multa attulit. Quam perlongam tractationem qui eum secuti sunt in septem distinctiones diviserunt. In antiquioribus enim exemplaribus nulla est distinctionum separatio; in aliquibus vero in margine tantum est: *Distinctio prima, secunda, etc.*

** Utrum sola: Haec coniungenda sunt cum superioribus, quemadmodum in pervetustis sunt coniuncta; ab illis enim pendent.

C. II. * Item: Sequebatur: *Ioannes Chrysostomus,* apud quem haec ipsa omnino verba non sunt inventa. Sed apud B. Ambrosium post ultima verba capitis praecedentis sequitur: *Sed quod defendi non potest ablui postest. Lavent lacrimae delictum etc.* Nec multo aliter in serm. 46. de Petri poenitentia, et Ambrosium citat Magister sententiarum.

C. V. * Initium usque ad vers. *Nondum,* est Cassiodori, quem citant glossa ordinaria et Magister. Quae vero sequuntur magnam partem sunt ex B. Augustino.

Causa XXXIII. Quest. II. can. 19. 338) *ib. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 339) nos . . . decreuisse: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 340) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.; — orig. Hisp. Coll. tr. P.* 341) expeteretur: *C;* expetetur: *EGH* 342) actam: *orig. Hisp.* 343) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Hisp.* 343) continentiae: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 345) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.*

Causa XXXIII. Quest. III. 1) *rubr.* tract. de pen.: *deest: Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.; omnis qu. 3.; deest: F* — Dist. I. 2) quamlibet: *CD* 3) *Codd. coll. o.* 4) mereri: *CD* || can. 1. 5) *vers.* 55. 56. — *lib.* IV. *no.* 88. — *Lomb.* IV, 17. 6) qui: *EG* 7) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 2. 8) *Codd. et Edd. coll. o. — Lomb. l. c.* 9) *Codd. et Edd. coll. o.* 10) voce: *deest: D Edd. coll. o., neque tamen, ut R. censuit, a Corr. est insertum.* 11) *Psalm.* 50. *v.* 19. 12) despicias: *C;* despiciet: *DH* || can. 4. 13) *Psalm.* 31. *v.* 5. || can. 5. 14) *gloss. ord. ad Psalm.* 31. *v.* 5. — *Petr. Lomb. ib. — cf. c.* 4. *qu.* 1. *C.* XVII. || can. 6. 15) *ABCD* 16) *Codd. coll. o. pr. D;* Iustinianus: *D Edd. coll. o. — l.* 5. *Cod.* (1, 3.) *dat. ao.* 364. — *cf. c.* 3. *Qu.* 2. *C.* XXXVI. 17) *Codd. coll. o. orig.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. pr. BCD Corr.; — orig.* || can. 7. 19) *AB;* eodem: *Codd. rell.* 20) *Codd. coll. o. pr. A* 21) *Codd. coll. o.;* Antonius: *BE;* Antonin.: *G; — l. ult. Cod.* (2, 6.) 22) catholicus: *EH* 23) *add.:* aliud: *B Ed. Bas.; add.:* talium: *D Edd. rell.* || can. 8. 24) *Codd. coll. o.;* idem Augustinus: *D Edd. coll. o.* 25) *ABGH orig.* 26) usurpationis: *EH* 27) *ABCD orig.* || can. 9. 28) *Codd. coll. o.; — l.* 5. *Cod,* (9, 8.) *dat. ao.* 397. *cf. c.* 21. *Qu.* 1. *C.* VI. 29) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 30) quae: *BC;* quod: *D* 31) *Codd. et Edd. coll. o.;* voluerint: *EGH* 32) *l.* 7. (*in Ed. Krüger. l.* 6.) *Cod.* (9, 16.) 33) *AB orig.* 34) malum: *BC; deest: EGH* 35) fuerit: *Codd. et Edd. coll. o. pr. AD* 36) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 10. 37) Valent.: *deest: DEGH;* Valens: *AB* 38) Valerius: *Codd. coll. o. — l.* 8. *Cod. ib.* 39) vel aggressu: *BEGH* 40) *Codd. et Edd. coll. o.* || can 11. 41) *Codd. coll. o.; — l.* 9. *Cod. ib.* (*Valent. Theod. et Arcad. dat. ao.* 385.) Valerius: *Codd. coll. o.* 42) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 43) *ib.* 44) *AD;* insequitur: *Codd. rell. Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 45) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 12. 46) secundae quaest.: *Codd. coll. o. pr. A; — l.* 9. §. 4. *l.* 10. 11. *Dig.* (47, 10.) 47) et; *deest: Edd. Arg. Bas.* 48) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 49) *Codd. et Edd. coll. o.;* iniuriarum actio; *Corr.* 50) solus: *ABGH*

que continetur[51], *qui dolo fecit, uel qui curauit ut*[52] *cui mala pugno percuteretur.*"

[C. XIII.] *Item apud Labeonem*[53a].

„*Si quis pulsatus quidem non est, uerum*[54] *manus aduersus eum leuatae*[55], *et sepe territus*[56b], *quasi uapulaturus, non tamen percussus*[57c], *iniuriarum actione tenetur.*"

III. Pars. *Contra libro eodem titulo de penis*[58a]:

[C. XIV.]

„*Cogitationis penam nemo patiatur.*"[59b]

[C. XV.] *Titulo de extraordinariis criminibus*[60a].

„*Sollicitatores alienarum*[61] *nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter uoluntatem*[62b] *perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur.* §. 1.[63c] *Qui stuprum puero (abducto*[64d] *uel corrupto comite) persuaserit, aut mulierem aut*[65e] *puellam interpellauerit, quidue inpudicitiae gratia fecerit, domum* prebuerit pretiumue, quo is persuadeat, dederit, perfecto flagicio punitur capite, inperfecto in insulam deportatur. Corrupti comites summo supplicio afficiuntur.*"

[C. XVI.] *Item titulo de furtis*[66].

„*Vulgaris est questio, an is, qui ex aceruo frumenti modium sustulit, totius rei furtum faciat, an uero eius tantum, quod abstulit. Ofilius*[67] *totius acerui furem esse putat. Nam et qui aurem alicuius tetigit (inquit Trebatius) totum eum uideri*[68a] *tetigisse. Proinde et qui dolium aperuit, et exinde*[69b] *parum abstulit uini*[70c], *totius furtum*[71] *uidetur fecisse. Sed uerum est, in tantum eum*[72d] *furti actione teneri, quantum abstulerit*[73e]. *Nam et si quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit*[74], *et omnes res, que in eo erant, contrectauerit*[75], *atque ita discesserit, deinde reuersus unam ex his abstulerit, et ante, quam reciperet*[76] *se quo*[77] *destinauerat, deprehensus fuerit, eiusdem rei et*[78] *manifestus, et nec manifestus fur erit. Sed et si quis segetem ante lucem* secat et contrectat, eius*[79], *quod*[80] *secat, manifestus et*[81] *nec manifestus fur*[82] *est.*"

[C. XVII.] *Item lib. II. tit. Quod quisque iuris, l.* 1.[83a]

„*Hec autem uerba: „„Que*[84b] *statuerit qui iurisdictioni*[85] *preest,*"" *cum effectu accipimus, non uerbotenus; et ideo, si*[86], *cum uellet statuere, prohibitus*[87] *sit, nec effectum decretum habuit*[88], *cessat edictum. Nam „„statuit"" uerbum rem perfectam significat, et consummatam iniuriam, non ceptam.*"

[CAP. XVIII.]

„*Penae*" (*sicut in Digest. tit. de penis legitur*)[89] „*legum interpretatione molliendae sunt pocius, quam exasperandae.*"[90]

[Gratian.] *Atque ideo proprium casum non excedunt; sed que de raptu uirginum, uel de aduocatis, seu de crimine maiestatis, uel de sicariis dicta sunt, fauore religionis et fidei, atque principali odio sicariorum introducta sunt. Iniuriarum uero pro earum uarietate multipliciter quis reus fieri potest. Varietas itaque criminum uarietatem inducit penarum.*

Unde in Digestis tit. de penis[91]:

[C. XIX.]

[IV. Pars.] „*Aut facta puniuntur, ut furta cedesque; aut dicta, ut conuicia et*[92] *infidae aduocationes; aut scripta, ut*[93] *falsa*[94] *et famosi libelli; aut consilia, ut*[95] *coniurationes, aut*[96a] *latronum*[97] *conscientia, quosque alios suadendo monuisse*[98b] *sceleris est instar.* §. 1. *Sed hec quatuor genera consideranda sunt septem modis: causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu.* §. 2. *Causa, ut in uerberibus, que inpunita sunt a magistro illata*[99] *uel parente*[100], *quoniam emendationis animo*[101c], *non iniuriae gratia uidentur adhiberi. Puniuntur*[102], *cum quis per iram ab extraneo pulsatur*[103d]. §. 3. *Persona duppliciter spectatur, eius qui fecit, et eius qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus serui, quam liberi; et aliter qui*[104e] *in dominum parentemue ausus est, quam qui in extraneum et*[105f] *in magistratum quam qui*[106g] *in priuatum. In huius rei*[107h] *consideratione etatis quoque ratio habeatur*[108]. §. 4. *Locus facit, ut idem uel furtum, uel sacrilegium sit, et capite luendum, uel minore supplicio.* §. 5. *Tempus discernit emansorem*[109] *a fugitiuo*[110i]*, *et effractorem*[111] *uel furem diurnum ac nocturnum*[112k]. §. 6. *Qualitate*[113l], *factum uel atrocius, uel leuius est, ut furta manifesta a non*[114m] *manifestis discerni solent, rixa*[115n] *a crassaturis, expilationes a furtis, a*[116] *uiolentia petulantia, de*[117] *qua re maximus apud Grecos orator Demosthenes sic ait*[118o]. §. 7. *Quantitas discernit furem ab abigeo. Nam qui unum suem subripuerit, ut fur cohercebitur: qui gregem, ut abigeus.* §. 8. *Euentus spectatur*[119], *ut a clementissimo*[120]*** *queque*[121p] *facta; quamqum lex non*[122] *minus eum, qui inuentus*[123q] *occidendi hominis causa cum telo fuerit, quam eum, qui occiderit, puniat,*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 13. a) Item lege b) territus est c) percussit utili — c. 14. a) lib. eodem: *deest* b) patitur — c. 15. a) Item tit. b) voluntatem tamen c) Et infra: §. 1. d) abducto ab eo e) puellamve (aut: *deest*) — c. 16. a) videtur b) inde c) vini abstulit, non tantum eius, quod abstulit, verum d) eos e) abstulerunt — c. 17. a) quisquis b) Quod — c. 19. a) est b) iuvisse c) animo: *deest* d) pulsatus est e) qui quicquam f) et: *deest* g) vel h) huiusmodi i) furtivo* k) a nocturno l) Qualitate, quum m) nec n) rixae o) ait: *Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργήν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία, οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν (καίπερ ὂν δεινὸν) ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν ἔνια ὁ παθὼν οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀθρώπους ἀηθεῖς ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι.* Id est: *Non enim iram plaga concitavit, sed ipsa facti indignitas. Neque tam ingenuis grave est caedi (quanquam grave est) quam per contumeliam caedi. Siquidem multa is, qui alium caedit, admittere potest (quorum magnam partem is, qui verberibus affectus est, alteri renunciare** ac repraesentare nequit) habitu corporis, vultu, vociferatione, nunc ut contumeliam inferens, nunc ut inimicum se gerens, nunc pugnum ducens, nunc in malam caedens. Haec movent, haec de statu mentis deturbant homines propudii ac sugillationis non assuetos.* p) quoque q) inv.: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XV. * **Domum**: Sic etiam in sententiis Pauli l. 5. t. 4. vers. *Qui puero;* sed in Pandectis Florentinis legitur: *donum.*

C. XVI. * **Ante lucem**: In Pandectis Florentinis legitur: *sed et qui segetem luce secat.*

C. XIX. * **Furtivo**: In aliquot vetustis codicibus et originali est: *fugitivo.* Sed ob glossam non est emendatum.

** **Alteri renunciare**: Haec in suum locum sunt restituta.

*** **Clementissimo**: Sic emendatum est ex Pandectis Florentinis, quum antea legeretur: *dementissimo.* Quod in Basilicis lib. 60. tit. 52. l. 16. sic explicatur: *Vir clemens, nec seditiosus, si arma sumat, quasi occidendi causa, non punitur ut homicida, nisi et eventus sequatur. In seditiosis autem etiam sine eventu animi propositum punitur, ob id solum, quod armati processerint,* ut l. 1. ad legem Corneliam de sicariis.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. can. 12. 51) tenetur: *EGH Edd. coll. o. pr. Arg.* (*deest*) 52) ut maxilla: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 13. 53) *Codd. coll. o.; — ib. l.* 15. 54) ausus: *EH* 55) levare: *BH Arg.; add.:* sunt: *EG Edd. coll. o. pr. Arg.* 56) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 57) *Codd et Edd. coll. o.* || can. 14. 58) *Codd. coll. o.; l.* 18. *Dig.* (48, 19.) 59) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* || can. 15. 60) *Codd. coll. o.; l.* 1. *Dig.* (47, 11.) 61) aliarum: *CD* 62) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 63) *Codd. coll. o.* 64) *Codd. et Edd. coll. o.* 65) *Codd. coll. o.* || can. 16. 66) Idem: *CEGH; tit.: deest: BCD; — l.* 21. *Dig.* (47, 2.) 67) Ofidius: *EGH* 68) *ADH orig.* 69) *Codd. coll. o.* 70) *Codd. et Edd. coll. o.* 71) videtur fur esse: *orig.* 72) *Codd. et Edd. coll. o.* 73) *Codd. coll. o.;* abstulit: *Ed. Bas.;* abstulerunt: *Edd. rell.* 74) aperuit: *BDH Edd. coll. o. pr. Bas.* 75) contractauerit: *ABDGH* 76) receperit: *EGH* 77) quod: *BH* 78) et: *deest: BC* 79) eiusdem rei quod: *Ed. Arg.;* eius quam: *Edd. Par. Lugdd.* 80) qui: *CDEH* 81) et: *deest: ABCD Ed. Bas.* 82) fur est: *deest: EGH;* man. est fur et nec man. fur erit: *Ed. Arg.;* man. est fur, et nec man. erit: *Edd. Nor. Ven.* I. II.; man. est, fur et nec manif.: *Edd. Par. Lugdd.* || can. 17. 83) *Codd. coll. o.; — l.* 1. §. 2. *Dig.* (2, 2.) 84) *Codd. coll. Edd. Arg. Bas. Nor.;* statuit qui: *Edd. Par. Ven.* I. II. 85) iurisdictionibus: *BEGH Ed. Arg.* 86) sic: *EGH* 87) prohibitum: *ib.* 88) habuerit: *ib. Edd. Arg. Bas.* || can. 18. 89) *l.* 42. *Dig,* (48, 19.) 90) *add.:* nimis: *ABDH;* exasperanda.: *D;* asperandae: *orig.* 91) *l.* 16. *Dig. de poen.* (48, 19.) 92) et: *deest: B;* etiam: *D* 93) aut: *ABD* 94) *add.:* charta: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 95) aut: *ABCD* 96) *Codd. coll. o.* 97) conscient. ut (aut: *D*) latronum: *ABCD* 98) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugd.* I. (innuisse;) — *Lugdd.* II. III. 99) allata: *orig.* 100) a par.: *EGH* 101) *Codd. et Edd. coll. o.* 102) *add.:* autem: *ABEGH Edd. Bas. Lugd.* II. 103) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B* (puniuntur); — *Ed. Lugd.* III. 104) *Codd. coll. o.;* qui quid: *orig.* 105) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (vel) 106) *Codd. et Edd. coll. o.* 107) *Codd. coll. o. Ed. Bas.; —* eius rei: *orig.* 108) habetur: *ABCD Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 109) et invasorem: *EGH;* emans . . . . effract.: *deest: AB* 110) *ACDEG orig.* 111) fractorem: *EGH* 112) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 113) *ABCD Edd. coll. o. pr. Nor.* 114) *Codd. coll. o.* 115) *Codd. coll. o.* 116) a viol.: *deest: ABC* 117) de . . . . ait: *deest: ABEGH* 118) *Codd. et Edd. coll. o. — interpretatio verbor. graecor. (extant in orat. c. Mediam habita) plane diversa est ab ea, quae in Digest. circumfertur.* 119) spectetur: *orig.* 120) dementissimo: *CEGH Edd. coll. o.* 121) *Codd. coll. o.* 122) non: *deest: CEGH* 123) *Codd. et Edd. coll. o.*

et[124] *ideo apud Grecos exilio uoluntario fortuiti casus luebantur, ut apud precipuum poetarum scriptum est.*"[125r]

[C. XX.]*

V. Pars. *Cogitatio non meretur penam lege ciuili, cum suis terminis contenta est. Discernuntur tamen a maleficiis ea, que de iure effectum desiderant. In his enim non nisi animi iudicium consideratur.*

Unde in ***Digestis*** *tit. de repudiis*[126]:

[C. XXI.]

„*Diuortium non est uerum nisi, quod animo perpetuam*[127] *constituendi*[128] *dissensionem*[129a] *fit*[130]. *Itaque*[131] *quicquid calore*[132b] *iracundiae fit*[133c], *uel dicitur, non aliter*[134d] *ratum est, quam si perseuerantia apparuerit*[135e], *iudicium animi fuisse. Ideoque per eum*[136f] *calorem misso repudio, si breui*[137] *reuersa est uxor, nec diuertisse uidetur.*"

Hinc etiam in ***Canonibus***[138]:

[C. XXII.]

„*Si quis iratus crimen alicui obiecerit, etc.*"

VI. Pars. [Gratian.] *Ex consilio autem uelut ex facto aliquem teneri* ***Augustinus***[139]* *probat, ita dicens:*

C. XXIII. *Non solum qui manibus occidunt, sed etiam quorum consilio et fraude alii occiduntur, homicidae probantur.*

Periculose[140a] se decipiunt[141], qui existimant, eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, et non potius eos, per quorum consilium, et fraudem, et exhortationem homines exstinguntur. Nam Iudei Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt[142b], sicut scriptum[143] est: „Nobis non licet interficere quemquam." Sed tamen illis Domini mors inputatur, quia ipsi lingua eum interfecerunt[144], dicentes: „Crucifige, crucifige[145] eum." Unde unus Euangelista dicit[146c], Dominum crucifixum esse hora tertia[147], alius sexta[148], quia Iudei crucifixerunt eum hora tertia lingua, milites hora sexta manibus. Qui ergo hominem tradidit[149], ille interfecit[150] eum, Domino dicente[151]: „Maius peccatum habet qui me tradidit[152] tibi." Unde Psal.[153]: „Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae[154], et[155] lingua[156] eorum gladius acutus." Subiciant[157] ergo se penitenciae quorum consilio sanguis funditur[158], si ueniam promereri uoluerint[159].

C. XXIV. *Interfectores fratrum, detractores eorum, eosque odientes, homicidae habentur*[160].

Item ex epistola ***Clementis*** [I. ad Iacobum][161].

Homicidiorum[162] uero[163] tria genera esse dicebat B.[164] Petrus, et penam eorum parilem fore[165] dicebat[166]. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita[167a] detractores[168] eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat, quia[169] et[170] qui occidit fratrem suum, et[171] qui odit, et qui detrahit, ei[172] pariter homicidae[173] esse demonstrantur[174b].

C. XXV. *In maleficiis uoluntas pro opere reputatur*[175].

Item ***Ieronimus*** *in Ysaia*, [c. 33.][176a]

Omnis iniquitas, et oppressio, et iniusticia, iudicium sanguinis est: et, licet gladio non occidas[177b], uoluntate tamen interficis[178c].

C. XXVI. *De eodem.*

Item ***Ciprianus*** [tract. IV. de mortalitate.][179]

Numquid Cayn[180], cum Domino[181a], munus offerret peremerat[182b] fratrem? et tamen parricidium[183] mente conceptum Deus prouidus ante dampnauit. Ut illic cogitatio mala et perniciosa conceptio Deo prouidente prospecta est, ita et in Dei seruis, apud quos[184c] cogitatur, et martirium mente concipitur, animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Aliud est[185d] martirio animum deesse, aliud animo defuisse martirium. Qualem te inuenit Dominus, cum uocat, talem pariter et iudicat, quando ipse testatur et dicit[186e]: „Et scient omnes ecclesiae, quia ego sum scrutator renum[187f] et cordis."

C. XXVII. *Homicida est qui fratri suo mala suadet*[188a].

Item ***Augustinus*** [tract. XLII. ad c. 8. Ioannis.][189]

Noli putare, te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala persuades, occidis. Et ut scias, quia occidis[190], audi Psalmum: „Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum machera[191] acuta."

C. XXVIII. *Occidit qui ad nocendum mouetur.*

Idem [lib. XIX. contra Faustum, c. 23.][192]*

Homicidium lege uetitum putabatur non aliud esse, nisi corporis peremptio. Aperuit ergo[193] Dominus, omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidii genere deputari.

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 19. r) est:

Εὖτέ με τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀποέντος
Ἤγαγεν ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ἤματι τῷ, ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος,
Νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς. Id est:

Quo puerum me tempore vestras duxit ad aedes,
Ex Opoënte pater, dira pro caede patrata,
Ob talos nempe ira percitus Amphidamantis,
Quum gnatum imprudens simul invitusque peremi.

c. 21. a) discessionem b) in calore c) vel fit d) prius e) apparuit f) eum: *deest* — c. 23. a) Perciniose b) occiderunt c) dixit — c. 24. a) ita et b) monstrantur — c. 25. a) Esaiam b) occidat c) interficit — c. 26. a) Deo b) iam peremerat c) quos confessio d) est enim e) testetur et dicat f) renis — c. 27. a) persuadet

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XX. * Huic, quod in vulgatis est distinctum caput, in plerisque vetustis est apposita nota illa, qua indicatur esse verba Gratiani.

C. XXIII. * Caput hoc collectum est ex variis locis B. Augustini, videlicet ex lib. 3. de consensu Evangelistarum c. 13., explanatione Psalm. 56. et 63., et tractat. 114. et 115. in Ioannem.

C. XXVIII. * Verba propria B. Augustini sunt haec: *Quia enim non intelligebant homicidium, nisi peremtionem corporis humani, per quam vita privaretur, aperuit Dominus, etc.*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. can. 20. 124) et . . . script. est: *deest: Codd. coll. o. pr. C* 125) *Codd. et Edd. coll. o.; — add.:* graecum: *Edd. Bas. Lugd.* II. — *cf. Hom.* II. *l.* 23. *v.* 85—88. || can. 21. 126) *l.* 3. *Dig.* (24, 2.) 127) perpetua: *BCH;* perpetratam: *G* 128) constitutione: *ABC;* obstinatione: *H* 129) *EGH orig.;* dissensione: *ABC* 130) facit: *EH* 131) ita: *BCH* 132) *Codd. coll. o.* 133) *ib.* 134) *Codd. et Edd. coll. o.* 135) *ib. pr. Ed. Arg.* (approbaverit) 136) *Codd. et Edd. coll. o.* 137) in brevi: *H Edd. coll. o.;* brevi tempore: *C* || can. 22. 138) *cf. c.* 5. *Qu.* 3. *C.* II. || can. 23. 139) *Reg.* II, 49. (ex dictis Hieronymi, *ubi non exstat; Reginonis verba cum Gratiani haud consonant*); *Burch.* VI, 31. (*sine inscr.*); *Ans.* XI, 44.; *Ivo Decr.* X, 160.; *Polyc.* VI, 10, (9,) 7.; *Caes.* XV, 78. 140) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. pr. B* (a periculo); —*Reg. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 141) decipiuntur: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* — se: *deest: AC* 142) *ABC Ed. Bas. Reg. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 143) *cf. Ioann. c.* 18. *v.* 31. 144) crucifixerunt: *Burch. Ivo* 145) crucif.: *deest: C Reg. Burch. Ivo Polyc.* 146) *ABC Turrecrem. Reg. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 147) *Marc. c.* 15. *v.* 25. 148) *Luc. c.* 23. *v.* 44. 149) tradiderit: *C Ed. Bas.;* tradit: *Edd. Lugdd.* II. III. *Reg. Burch. Ans. Ivo Polyc.* 150) interficit: *A Edd. coll. o. pr. Nor. Par. Lugd.* I.; — *Reg. Burch. Ans. Ivo* (eum: *deest*); — *Polyc.* 151) *Ioann. c.* 19. *v.* 11. 152) tradet (tibi: *deest*): *B;* — tradit: *Burch.* 153) *Psalm.* 56. *v.* 5. 154) sagitta: *AB Reg.* 155) et: *deest: Burch. Ivo* 156) linguae: *ib.* 157) subiacent (se: *deest*): *Burch.* 158) effunditur: *ib.* 159) volunt: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.; Reg.* || can. 24. 160) probantur: *EGH* 161) *Caput Pseudoisid. no.* 40. *ap. Hinschius p.* 43. — *Jaffé no.* IX. — *Burch.* VI, 28. (*can. cont.*); *Ans.* XI, 43. (42.); *Ivo Decr.* X, 157. (*can. contin.*); *Polyc.* VI, 10, (9,) 1. (*can. cont.*) 162) homicidarum: *Ivo* 163) vero: *deest: Edd. Arg. Bas. Ans.* 164) B. Petr.: *deest: Burch. Ivo* 165) forte: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 166) docebat: *A orig.* 167) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 168) *add.:* quoque: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 169) et qui: *deest: Burch.* 170) occiderit: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 171) et: *deest: Burch.;* et . . . odit: *deest: C Ans.* 172) ei: *deest: B orig. Burch. Polyc.* 173) hom.: *deest: ABC;* homicida: *EH Edd. coll. o. pr. Bas. — orig. Burch. Ivo* 174) *BC;* demonstratur: *EH Edd. coll. o. pr. Bas.;* — monstratur: *Burch. Ivo* || can. 25. 175) conputatur: *ACEH* 176) *Codd. coll. o.; — in c.* 33. *v.* 15. 177) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* 178) *ib.* || can. 26. 179) *c.* 17. *in ed. Vindob.* 180) *Gen. c.* 4. 181) *Codd. coll. o.* 182) *Codd. et Edd. coll. o.* 183) fratricidium: *Edd. coll. o.* 184) *Codd. et Edd. coll. o.* 185) *ib. orig.* 186) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* — *Turrecrem.;* — *cf. Apoc. c.* 2. *v.* 23. 187) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* || can. 27. 188) *CEGH;* suo detrahit: *B* 189) *no.* 11. *Ed. Maur.* 190) *Psalm.* 56. *v.* 5. 191) gladius acutus: *B;* glad. acut. vel mach. ac.: *Ed. Bas.* || can. 28. 192) Item: *BG* 193) ergo: *deest: orig.*

C. XXIX. *Furti tenetur*[194a] *qui solo timore non furatur.*

Item Augustinus [lib. L. Hom., homil. 28.][195]

Si propterea non facis furtum, quia times ne uidearis[196], intus[197b], in corde fecisti; furti[198] teneris, et nil tulisti.

C. XXX. *Non ideo minus delinquit, cui sola deest facultas.*

Idem de libero arbitrio, [lib. I. c. 3.][199]

Si cui etiam non contingat facultas concumbendi cum coniuge[200a] aliena, planum tamen aliquo modo sit eum[201b] cupere, et, si potestas detur, facturum esse, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur[202]. Item, sicut auctoritas testatur: §. 1. Voluntas* remuneratur, non opus. Voluntas autem[203] in cordis contritione est, opus uero in oris confessione.

Gratian. *Luce clarius constat cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti.*

[C. XXXI.] *Item Prosper* [lib. II. de uita contemplatiua, cap. 7.][204]

„*Porro illi, quorum peccata humanam noticiam latent, non*[205a] *ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea confiteri uel*[206b] *emendare noluerint, Deum, quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Et quid eis prodest humanum iudicium uitare, cum, si in malo suo permanserint*[207], *ituri sunt*[208c] *in eternum, Deo retribuente*[209], *supplicium? Quod si sui*[210d] *ipsi iudices fiant, et ueluti suae iniquitatis ultores, hic in se uoluntariam penam seuerissimae*[211] *animaduersionis exerceant, temporalibus penis mutabunt eterna supplicia, et lacrimis ex uera cordis conpunctione*[212] *fluentibus restinguent*[213] *eterni ignis incendia.*"

[C. XXXII.] *Et infra*[214a]*.

„*Facilius Deum sibi placabunt illi, qui non humano conuicti iudicio, sed ultro agnoscunt crimen, qui aut*[215] *propriis illud confessionibus produnt, aut nescientibus aliis (quales occulti sunt) ipsi*[216] *in se uoluntariae excommunicationis sentenciam ferunt, et ab altari, cui ministrabant, non animo, sed offitio separati uitam suam tamquam mortuam plangunt, certi, quod reconciliati*[217b] *sibi efficacis penitenciae fructibus a*[218c] *Deo non solum amissa recipiant, sed etiam ciues supernae ciuitatis effecti ad gaudia sempiterna perueniant.*"

VII. Pars. [Gratian.] *Hoc idem probatur auctoritate illa prophetica*[219]: „*In quacumque hora peccator fuerit conuersus, et ingemuerit.*"[220d] *Non enim dicitur: ore confessus fuerit, sed tantum:* „*Conuersus fuerit, et ingemuerit, uita uiuet, et non morietur.*" *Hinc Iohel*[221a] *Propheta ait:*

[C. XXXIII.]

„*Scindite corda uestra, et non uestimenta uestra.*"[222b]

[Gratian.] *Ostendens contritionem*[223c] *cordis, que in eiusdem scissione intelligitur, non in confessione oris, que pars est exterioris satisfactionis, quam scissuram uestium nominauit, a parte totum intelligens, peccata dimitti.*

Hinc etiam per eundem Prophetam Dominus ait[224]*:

C. XXXIV.

„*Conuertimini ad me*[225a] *et ego*[226b] *conuertar ad uos.*"

[Gratian.] *Conuersio autem dicitur quasi cordis undique uersio*[227]. *Si autem cor nostrum undique ad Deum a malo uertitur, mox conuersionis suae fructum meretur, ut Deus ab ira*[228c] *ad misericordiam conuersus peccati prestet indulgentiam, cuius primo preparabat uindictam. Unde datur intelligi, quod etiam ore tacente ueniam consequi possumus. Hinc etiam leprosi illi*[229], *quibus Dominus precepit, ut ostenderent se sacerdotibus, in itinere, ante, quam ad sacerdotes uenirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quod ante, quam sacerdotibus ora nostra ostendamus, id est peccata*[230d] *confiteamur, a lepra peccati mundamur*[231]. *Hinc etiam Lazarus*[232] *de monumento uiuus prodiit; non prius de monumento est eductus, et postea a Domino suscitatus*[233], *sed lapide remoto, quo monumentum claudebatur, in sepulchro reuixit, et foras uiuus prodiit.* §. 1. *Hinc etiam, ut Dominus ostenderet, quod non sacerdotali iudicio, sed largitate diuinae gratiae peccator emundatur, leprosum tangendo mundauit*[234], *et postea ut*[235e] *sacerdoti sacrificium ex lege offerret precepit. Leprosus enim tangitur, cum respectu diuinae pietatis mens peccatoris illustrata conpungitur. Unde post trinam negationem Petrus*[236], *Domino eum respiciente, profudit amaras lacrimas, quibus culpam suae negationis diluit. Leprosus semetipsum sacerdoti representat, dum peccatum suum sacerdoti penitens confitetur. Sacrificium offert ex lege, dum satisfactionem ecclesiae iudicio sibi inpositam factis exequitur. Sed ante, quam ad sacerdotes*[237f] *perueniat, emundatur, dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati uenia indulgetur. Hinc etiam medici negantur resuscitare*[238g] *aliquem, ut resuscitatus confiteatur, dum per Prophetam dicitur*[239]: „*Numquid medici resuscitabunt*[240], *et confitebuntur tibi?*" *Item*[241]: „*A mortuo, ut auctoritas ait*[242], *uelut ab eo, qui non est, perit confessio.*" *Unde penitens ille, qui timore octauae territus exclamauerat*[243]: „*Domine, ne in furore tuo arguas me,*"[244h] *postea supplicans aiebat:* „*Saluum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem nullus confitebitur tibi.*" *Si ergo nullus confitetur*[245i], *nisi suscitatus*[246k], *nemo autem uiuit eternae gehennae filius, et perpetua dampnatione dignus, patet, quod ante, quam quisque confiteatur peccatum, a reatu suae preuaricationis, quo eterna sibi debebantur supplicia, per gratiam internae conpunctionis absoluitur.* §. 2. *Item: Si ante, quam quisque confiteatur, a Domino resuscitatur, uel resuscitatus uiuit, dum confitetur, uel post resuscitationem*[247l] *iterum mortuus est, et confitetur. Sed, sicut ante, quam resuscitaretur mortuus, confiteri non poterat, sic post resurrectionem*[248] *mortuus confiteri non ualet. Restat ergo, ut resuscitatus uiuat, dum peccatum confitetur***. *Habet itaque resuscitatorem*[249m] *suum sibi presentem, seque inhabitantem.*

Ut[250a] *enim*[251b] *Augustinus ait in Psal. LXII.*[252c]*:

[C. XXXV.]

„*Resuscitatus corpore uiuit absente suscitatore*[253]. *Non autem sic resuscitatus in anima.*"

[Gratian.] *Cum enim Deus sit uita animae, anima uero uita corporis, sicut corpus uiuere non potest anima absente, ita non nisi Deo presente anima uiuere ualet. Habet itaque anima sibi Deum presentem per gratiam, que*[254d] *uiuens peccatum suum con-*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 29. a) tenentur ... furantur b) intus fecisti — c. 30. a) hac coniuge b) id eum — c. 31. a) nec b) aut c) sint d) sibi — c. 32. a) Et infra ibidem b) reconciliato c) a: *deest* d) ingemuerit etc. — c. 33. a) etiam b) vestra: *deest* — c. 34. a) me in toto corde vestro b) ego: *deest* c) ira sua d) pecc. nostra e) postea sacerd. ... offere f) sacerdotem g) suscitare h) me, neque in ira tua corripias me i) confitebitur k) resuscitatus l) resurrectionem m) suscitatorem — c. 35. a) Unde b) enim: *deest* c) in Psalm. LXX. d) qua

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXX. * Voluntas: Haec usque ad finem sunt ex homilia 26. operis imperfecti in Matthaeum.

C. XXXII. * In plerisque vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori; in nonnullis autem reliqua etiam usque ad c. *Medicina.*

C. XXXIV. * Confecta est sententia ista ex verbis Ioëlis cap. 2., et Zachariae cap. 1.

** Confitetur: Hic in vulgatis [Edd. coll. o. pr. Bas.] interiiciebantur haec: *Ergo sola contritio, in qua fit resuscitatio, tollit peccatum,* quae absunt a plerisque et emendatioribus Gratiani codicibus.

C. XXXV. * In glossa ordinaria in Psal. 70. vers. *Deus docuisti,* in vers. *Mirabilia,* ex Augustino haec afferuntur: *Quid mirabilius, quam mortuos suscitare? Suscitatus corpore vivit etiam absente suscitatore, non sic suscitata anima sine Deo,* quae sententia fusius exponitur apud B. Augustinum concione secunda in eundem Psalmum.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. can. 29. 194) *Codd. coll. o.* 195) *Sermo* 17. *no.* 4. *Ed. Maur.* 196) iudiceris: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 197) *Codd. et Edd. coll. o.* 198) fur: *orig.;* furti reus: *CEGH* || can. 30. 199) *no.* 8. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* VIII, 104.; *Ivo Pan.* VII, 19. 200) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 201) *Codd. et Edd. coll. o.* 202) *finis canonis: Ivo Decr. Pan.* 203) enim: *BEH* || can. 31. 204) *Imo Iulianus Pomerius, cuius hic liber est; — Pet. Lomb. L.* IV. *dist.* 17. 205) *Codd. coll. o.* 206) *CEGH;* et: *B* 207) perseveraverint: *EGH* 208) *Codd. et Edd. coll. o.* 209) tribuente: *EGH* 210) *Codd. coll. o. Edd. Par. Lugdd.;* sui ipsi iud.: *Edd. rell.* 211) sevissimae: *EH;* sepissime: *G* 212) contritione: *EGH;* contrit. vel conpunct: *C* 213) restringent: *AB Ed. Bas.;* restringunt: *C;* restringerent: *EG;* restringeret: *H;* refrigescent: *Ed. Arg.;* exstinguent: *Edd. Nor. Par. Lugdd.* || can. 32. 214) *Codd. coll. o.* 215) autem: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 216) et ipsi: *EGH* 217) *Codd. et Edd. coll. o.* 218) *ib.* 219) *Ezech. c.* 33. *v.* 12. 220) *Codd. coll. o.* || can. 33. 221) *A;* etiam idem: *Codd. rell.; — Joel c.* 2. *v.* 13. 222) *ABC vulgat. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 223) *Codd. coll. o.* || can. 34. 224) *Joel ib. v.* 12. *Zachar. c.* 1. *v.* 3. 225) *Codd. coll. o. Zachar.* 226) *Codd. coll. o.;* et ... vos: *deest: Joel* 227) eversio: *EGH* 228) *ABCGH* 229) *cf. Luc. c.* 17. 230) *ABC* 231) mundaremur: *G;* mundemur: *E* 232) *Ioann. c.* 11. 233) *add.:* est: *EGH* 234) *Matth. c.* 8. 235) *Codd. coll. o.* 236) *Luc. c.* 22. 237) *Codd. coll. o.* 238) *ib. Turrecrem.* 239) *Psalm.* 87. *v.* 11. 240) suscitabunt: *AB* 241) *Eccles. c.* 17. *v.* 26. 242) dicit: *ABEGH* 243) *Psalm.* 6. *v.* 2. 5. 6. 244) *Codd. coll. o.* 245) *ABC* 246) *Codd. coll. o.* 247) *ABC* 248) resuscitationem: *AEH* 249) *Codd. coll. o.* || can. 35. 250) *BC* 251) *Codd. coll. o. pr. A* 252) *Codd. coll. o. — imo in Psalm.* 70. 253) resuscitatore: *EGH* 254) *BCEG*

fitetur, eamque uita[255]*, que Deus est, inhabitat, quam inhabitando uiuere facit. Si autem illam inhabitat, ergo templum Spiritus sancti facta est, ergo illuminata est, ergo a tenebris peccatorum expiata est, ergo templum diaboli esse desiit, que ad lucem uenit, cuius respectus tenebras fugat. Nulla enim (ut ait Apostolus)*[256] *conuentio Christi ad Belial, nulla participatio lucis ad tenebras, nulla conmunicatio iusticiae et iniquitatis, nullus consensus templo Dei cum ydolis. Item, ut Christus ait*[257]: „*Omnis, qui odit malum, in*[258] *luce agit.*" *Qui autem in luce agit, operatur, sicut Augustinus ait, cum Deo*[259e]*. Qui autem in Christo operatur, eius filius probatur. Cuius enim opera quisque facit, eius filius esse perhibetur. Unde quibusdam Dominus ait*[260]: „*Si filii Abrahae estis, opera Abrahae facite.*" *Item:* „ *Vos ex patre diabolo estis, quia opera patris uestri uultis facere.*" *Nemo autem filius Dei et diaboli simul esse potest.* „*Nemo*[261] *enim,*" *ut ipse ait,* „*potest duobus Dominis seruire.*" *Item, ut* Iohannes *ait in epistola sua* [I. cap. 3.][262]:

[C. XXXVI.]

„*Qui natus est ex Deo, non peccat*"[263].

[Gratian.] *Ergo nec est filius diaboli*[264]*. Solo enim peccato filii diaboli sumus. Ergo de regno eius translati sumus in regnum karitatis filii Dei, et*[265] *sumus erepti de potestate tenebrarum, et facti*[266] *filii lucis. Cum ergo ante confessionem*[267]*, ut probatum est, sumus*[268] *resuscitati per gratiam, et filii lucis facti, euidentissime apparet, quod sola contritione cordis sine confessione oris, peccatum remittitur.*

[C. XXXVII.] *Item*[269a].

„*Omnis*[270]*, qui non diligit*[271]*, manet in morte.*"

[Gratian.] *Si ergo uiuit, et diligit; si diligit, dilectio in eo*[272b] *est; dilectio autem in malo non est. Est enim fons bonorum proprius, in quo non conmunicat alienus. Ergo bonus factus est iste per gratiam ante confessionem peccati: non itaque malus est; bonus enim et malus aliquis simul esse non potest. Quod si malus non est, membrum diaboli non esse probatur: nec*[273] *ergo dignus est gehenna, que diabolo et eius membris*[274] *solummodo debetur, sicut eterna beatitudo solummodo membris Christi paratur. Non ergo in confessione peccatum remittitur*[275]*, quod iam remissum esse probatur. Fit itaque confessio ad ostensionem penitenciae, non ad inpetrationem ueniae, sicut*[276c] *circumcisio data est Abrahae*[277] *in signum iusticiae,*non in causam iustificationis, sic confessio sacerdoti offertur in signum ueniae acceptae, non in causam remissionis accipiendae.*

II. Pars. §. 1. *Alii e contra*[278d] *testantur, dicentes sine confessione oris et satisfactione operis neminem a peccato posse mundari*[279]*, si tempus satisfaciendi habuerit. Unde Dominus per Prophetam ait*[280]: „*Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris.*"

[C. XXXVIII.] *Item* Ambrosius *in lib. de Paradyso.* [cap. 14.][281]

„*Non potest quisquam iustificari a peccato, nisi fuerit peccatum ante confessus.*"

[C. XXXIX.] Idem *in serm.* [I.] *Quadragesimae*[282].

„*Ecce nunc tempus acceptabile adest, in quo confessio a morte animam liberat, confessio aperit paradysum, confessio spem saluandi tribuit. Unde scriptura dicit*[283]: „ „*Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris.*" " *His*[284] *uerbis ostenditur, quia non meretur iustificari qui in uita sua peccata non*[285] *uult confiteri. Illa*[286a] *confessio uos*[287b] *liberat, que fit*[288] *cum penitencia.* §. 1. *Penitencia*[289] *uera est dolor cordis, et amaritudo animae pro malis, que quisque conmisit*[290]*. Penitencia est et*[291] *mala preterita plangere, et plangenda iterum non conmittere.*"

[C. XL.] *Item* Iohannes Os aureum [in hom. de penitencia, que incipit: „Prouida mente"][292].

„*Perfecta penitencia cogit peccatorem omnia libenter sufferre.* §. 1.[293a] *In corde eius*[294] *contritio*[295]*, in ore*[296] *confessio, in opere tota humilitas: hec est fructifera*[297] *penitencia.*"

[C. XLI.] Idem[298].

„*Non potest quis gratiam Dei*[299a] *celestis accipere, nisi purgatus*[300b] *fuerit ab omni sorde peccati per penitenciae confessionem, per donum baptismi salutaris.*"

[C. XLII.] *Item* Augustinus [in lib. de continentia, cap. 6.][301]

„*Nullus debitae grauioris penae accipit ueniam, nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debeat, soluerit penam. Ita enim*[302] *inpertitur*[303] *a*[304] *Deo largitas misericordiae, ut non relinquatur*[305a] *iusticia disciplinae.*"

[C. XLIII.] Idem *Vincentio*, [epist. XLVIII.][306]

„*Neminem*[307] *putes ab errore ad ueritatem, et*[308a] *a peccato quocumque seu paruo seu magno ad correctionem*[309] *sine penitencia posse transire.*"

[C. XLIV.] Idem [in lib. L. Homil., hom. 49.] *de penitencia*[310].

„*Agite penitenciam, qualis agitur in ecclesia, ut oret pro uobis ecclesia. Nemo dicat sibi: occulte ago, apud Deum ago, nouit Deus, qui ignoscit*[311] *michi*[312]*, quia*[313] *in corde ago. Ergo sine causa dictum est:*[314] „ „*Que solueritis in terra soluta erunt et*[315] *in celo.*" " *Ergo sine causa claues datae sunt ecclesiae Dei, frustramus euangelium*[316] *Dei*[317]*, frustramus uerba Christi, promittimus*[318] *uobis*[319] *quod ille negat: nonne uos decipimus? Iob dicit*[320]: „ „*Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri.*" " *Atque ideo*, si*[321] *non potuistis habere uel noluistis pudicitiam coniugalem, seu continentiam, et deuiastis a proposito, uel uinculo*[322] *coniugali, uel deuotione*[323] *continentiae, sit in uobis humilitas et dolor penitenciae. Apertius dico: Nemo dicat, non intellexi. Quia*[324a] *post uxores uestras illicito concubitu uos maculastis, si preter uxores uestras cum aliqua concubuistis, agite penitenciam etc.*"

[C. XLV.] *Item* Ieronimus *super Exodum*[325]*.

II. Pars. „ „*Et*[326] *uenit, inquit, Aaron, et omnes presbiteri de Israel, manducare panem cum socero Moysi in conspectu Dei.*" " *Omnia ergo, que faciunt sancti, in conspectu Dei faciunt, peccator*[327a] *autem a conspectu Dei fugit. Denique scriptum est, quia Adam, postquam peccauit, fugit a conspectu Dei, et*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 35. e) in Christo — c. 37. a) Item Ioannes ibidem b) corde c) et sicut d) contrario — c. 39. a) Illa ergo b) nos — c. 40. a) Et infra: §. 1. — c. 41. a) doni b) prius purgatus — c. 42. a) rel. etiam — c. 43. a) vel a quocunque — c. 44. a) Qui — c. 45. a) peccatores ... fugiunt

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLIV. * Atque ideo: Additae sunt istae duae voces a collectore, quoniam mutatus ab ipso est ordo verborum B. Augustini. Nam apud B. Augustinum haec, quae hic sequuntur, antecedunt iis, quae supra sunt posita.

C. XLV. * Hic etiam, ut saepe alibi observatum est, homil. 11. Origenis ad c. 18. Exodi sub nomine B. Hieronymi citatur.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. can. 35. 255) uitam: *EGH* 256) II. *Cor. c.* 6. *v.* 15. 257) *Joann. c.* 3. *v.* 20. 258) cum: *EGH* 259) *Codd. coll. o.* 260) *Joann. c.* 8. *v.* 39. *seqq.* 261) *Matth. c.* 6. *v.* 24. || can. 36. 262) ait: *deest: AB;* — I. *Ioann. c.* 3. *v.* 9. 263) peccatum facit: *Vulgat.* 264) *add.:* ei sumus ergo dei eius: *EGH* 265) et: *deest: AB* 266) *add.:* sumus: *AEGH;* — I. *Coloss. c.* 1. *v.* 13. 267) lucem confessionis: *EGH* 268) simus: *AC* || can. 37. 269) *Codd. coll. o. pr. C* (it. Ioann.); — I. *Ioann. c.* 3. *v.* 14. 270) omnis: *deest: Vulgat.* 271) *add.:* Deum: *Edd. Bas. Par. Lugdd.* 272) *ABC;* eodem: *EGH* 273) non: *EG* 274) angelis: *EG* 275) dimittitur: *ib.* 276) *Codd. coll. o.* 277) *cf. Genes. c.* 17. 278) *ABC* 279) emundari: *BC* 280) dicit: *A; deest: B;* — *Esa. c.* 43. *v.* 26. || can. 38. 281) *no.* 71. — *Pet. Lomb. lib.* 4. *dist.* 17. || can. 39. 282) *Sermo* 25. *no.* 1. *in ed. Migne;* — *abiudicant hunc sermonem ab Ambrosio VV. DD.; Pet. Lomb. ib.* 283) *Esa. c.* 43. *v.* 26. 284) hic iis: *orig.* 285) noluerit: *Ed. Bas.;* noluit: *EGH Edd. rell.* 286) *ABC Ed. Bas.;* illa vero: *orig.* 287) *ABC Ed. Bas.;* non: *orig.* 288) non fit: *orig.* 289) *cf. Dist.* III. *de penit. c.* 1. 290) *add.:* vel consensit: *Edd. coll. o.* 291) et: *deest: EGH Edd. coll. o.; neque tamen, ut R. censuit, a Corr. est insertum.* || can. 40. 292) *in ed. Paris.* 1867. *t.* 5. *sed omissa tamquam supposititia a Maurinis.* — *Pet. Lomb. l.* IV. *dist.* 17.; — *cf. Dist.* III. *de penit. c.* 8. 293) *Codd. coll. o.* 294) enim: *AEG* 295) *add.:* est: *orig.* 296) ore eius: *ib.* 297) *add.:* perfecta et: *ib.* || can. 41. 298) *Imo Chromatius;* — *cf. Dist.* IV. *de consecrat. c.* 4. 299) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 300) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Turrecrem.* || can. 42. 301) *no.* 15. *Ed. Maur.* — *Ans.* XI, 142.; *Polyc.* VI, 20, (19,) 32. 302) atque: *orig. Ans. Polyc.* 303) impartitur: *orig.* 304) a Deo: *deest: ib. Ans. Polyc.* 305) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* || can. 43. 306) *ep.* 93. *scr. ao.* 408. *no.* 53. *Ed. Maur.* — *Ans.* XI, 68.; *Polyc.* VI, 20, (19,) 19. 307) Nec quemquam: *orig.* 308) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 309) corruptionem: *Edd. Ven.* II.; correptionem: *Edd. rell. pr. Par. Lugdd.* || can. 44. 310) *August. Sermo.* 392. *no.* 3. *in Ed. Maur.* — *suppositicius est; Polyc. ib. a Correct. citatur, sed in Cod. coll. canonem l. c. non invenimus* 311) ignoscat: *Edd. Ven.* II. *Par. Lugdd. orig.* 312) quae: *A Edd. coll. o.* 313) *add.:* meo: *orig.* 314) *Matth. c.* 16. *v.* 19. 315) et: *deest: orig.* 316) evangelium: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 317) Dei: *deest: orig.* 318) si prom.: *Edd. Bas. Lugdd.* 319) verbis: *C Edd. Bas. Lugd.* II.; nobis verbis: *B* 320) *Iob. c.* 31. *v.* 33. 321) si: *deest: AB* 322) a vinculo: *AB;* vinculi coniugalis: *orig.* 323) vel a dev.: *A;* — vel devotae: *orig.* 324) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 45. 325) *Imo Origenes hom.* 11. *no.* 5. *ad c.* 18. *Exodi* 326) *Exod. c.* 18. *v.* 12. 327) *Codd. coll. o. orig.*

interrogatus respondit[328]: „„„Audiui,“ “ inquit[329b], „„„uocem tuam, et abscondi me, quia nudus eram.“ “ Sed et Cayn[330c], de[331d] fratricidio[332e] condempnatus[333f] a Deo: „„„Exiit,“ “[334] inquit, „„„a facie Dei, et habitauit in terra Naim[335].“ “ Exiit[336g] ergo a facie Dei qui indignus est conspectu eius[337h]. Sancti autem manducant et bibunt in conspectu Dei, et omnia, que agunt, in conspectu Dei[338i] agunt. Ego amplius adhuc locum presentem discutiens uideo, quia qui pleniorem scientiam Dei accipiunt, et plenius diuinis inbuti sunt disciplinis, isti, etiamsi malum faciunt, coram Deo faciunt, et in conspectu eius faciunt, sicut ille, qui[339] dixit[340]: „„Tibi soli peccaui, et malum coram te feci.“ “ Quid ergo plus habet qui malum coram Deo facit? Continuo[341k] penitet, et dicit: Peccaui. Qui autem discedit a conspectu Dei, nescit conuerti, et peccatum penitendo purgare. Hoc ergo interest, malum coram Deo[342] facere, et a Dei conspectu discessisse[343] peccantem.“

[C. XLVI.] *Item Augustinus*[344a]*.

„Sed et[345b] continuo, qui dixerat[346]: „„„Sicut Adama faciam te, et sicut Seboym,“ “ que duae urbes ex uicinia Sodomorum parilis excidii traxere consortium, „„„Conuersum est,“ “ inquit, „„„cor meum: in me[347c] ipso conturbata[348d] est anima[349e] mea; non faciam secundum iracundiam furoris mei.“ “ Nonne ergo[350f] apparet, quod ideo nobis peccantibus indignatur[351g] Dominus Iesus, ut indignationis suae terrore nos conuertat? Indignatio ergo eius non ultionis executio, sed magis absolutionis operatio est.“

[C. XLVII.] *Item Ambrosius in lib. de Paradyso,* [cap. 14.][352a]

„„„Serpens[353] decepit me, et manducaui.“ “ Venialis[354] culpa, quam sequitur professio delictorum. Ideo non desperata mulier, que non reticuit Deo, sed magis confessa est peccatum quam medicabilis[355b] sentencia secuta est. Bonum est condempnari in peccato, et flagellari in delicto, ut cum hominibus flagellemur. Denique[356] Cayn, qui[357c] uoluit crimen negare, indignus iudicatus est, qui puniretur in peccato, sed remissus est sine prescripto[358d] penae, fortasse non tam[359e] maiore crimine parricidii (illud enim conmisit[360] in fratrem) quam sacrilegii, quod Deo credidit mentiendum, dicens[361]: „„„Nescio; numquid custos fratris mei sum ego?“ “ Et ideo accusatori eius diabolo accusatio reseruata est, ut cum eius[362] angelis flagelletur, qui cum hominibus noluit flagellari. §. 1. Nam[363f] pastor ille euangelicus[364] lapsam ouem uexisse legitur, non abiecisse, et[365] Salomon ait: „„„Noli esse nimis[366g] iustus.“ “ Debet enim iusticiam temperare moderatio. Nam quemadmodum[367h] tibi curandus[368i] prebeatur, quem fastidio habeas[369]? qui contemptui se, non conpassioni medico suo putet futurum?“

[C. XLVIII.] *Idem*[370a].

„Libenter ignosco, prompte indulgeo, misericordiam[371] malo[372] quam sacrificium, quia per sacrificium iustus conmendatur, per misericordiam peccator redimitur. „„„Non[373] ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitenciam[374b].“ “ In lege sacrificium, in euangelio misericordia est[375]; lex[376] per Moysen data est, per me gratia.“

C. XLIX.] *Item Leo Episcopus Theodoro, Foroiuliensi Episcopo,* [epist. LXXXIX. al. XCI.][377]*

mus, quia, donec seruierunt Chusarsathon hi[764e], *qui traditi fuerant pro delictis suis*[765], *et non clamauerunt ad Dominum, nemo suscitatus est, qui saluare eos posset*[766]. *Cum uero clamauerunt*[767] *ad Dominum, tunc suscitauit Dominus saluatorem Israel, et saluauit eos.*“

[C. LXX.] *Idem* [Ieronimus in c. 5. epistolae ad Ephesios][768].

„*Ecclesia Christi*[769a] *est, non habens maculam neque rugam, aut aliquid*[770] *istiusmodi. Qui ergo peccator est, et*[771] *aliqua sorde maculatus, de ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subiectus dici. Possibile autem est, ut, quomodo*[772] *ecclesia*[773], *que prius rugam habuerit*[774b] *et maculam*[775c]*, *et inmunditiam postea restituta est, ita et peccator currat ad medicum, quia*[776] *non habent opus sani medico, sed male habentes, ut curent*[777d] *uulnera ipsius*[778e], *et fiat de ecclesia, que est corpus Christi.*“[779]

[C. LXXI.] *Idem* [in c. 1. Amos.][780]

„„*Super*[781] *tribus sceleribus Damasci, et super quatuor non conuertam eum.*“ “[782a] *Iuxta tropologiam hoc possumus dicere. Primum peccatum est cogitasse que mala sunt. Secundum, cogitationibus*[783] *acquieuisse peruersis. Tertium, quod mente decreueris opere conplesse. Quartum, post peccatum non agere penitenciam, et*[784b] *suo sibi conplacere delicto.*“

[C. LXXII.] *Idem* [epist LXV. ad Pammachium et Oceanum][785].

„*Secunda post naufragium tabula est culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem, imitamini et correctum. Errauimus iuuenes, emendemur*[786] *senes; iungamus gemitus et*[787a] *lacrimas copulemus.*“

[C. LXXIII.] *Idem*[788]*.

„*Quia diuinitatis natura clemens est et pia, magisque ad indulgentiam quam ad uindictam prona, quia non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat: si quis post lapsum peccatorum ad ueram penitenciam se conuertit*[789], *cito a misericordiae*[790b] *iudice ueniam inpetrabit.*“

[C. LXXIV.] *Idem in Malachia*[791a]*.

„*Ne forsitan*[792b] *peccati memores tardius reuertantur,* „„*adhuc,*“ “ *inquit,*[793] „„*sedere uos faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis,*“ “ *ut, quod facit baptisma, hoc faciat penitencia, et habitent*[794] *in tabernaculis Saluatoris, hoc est in ecclesia.*“[795c]

[C. LXXV.] *Idem* [in c. 9. Danielis][796].

„*Predixerat*[797] *Iheremias septuaginta annos dessolationis templi, post quos rursum ueniret populus in Iudeam, et edificaretur*[798] *ibi*[799a] *templum et*[800] *Iherusalem. Que res Danielem non facit negligentem, sed magis prouocat ad rogandum, ut quod Deus per suam clementiam promisit per eorum*[801b] *inpleat preces, ne negligentia*[802c], *et superbia pariat*[803d] *offensam.* §. 1. *Denique in Genesi legimus, centum et*[804e] *uiginti annos penitenciae constitutos ante diluuium*[805f], *quia tanto tempore, hoc est centum annis, noluerunt*[806] *agere penitenciam, nequaquam expectat, ut et uiginti alii*[807] *conpleantur, sed infert ante quod postea fuerat conminatus. Unde*[808] *Iheremiae*[809g] *dicitur ob duriciam cordis*[810] *populi Iudeorum*[811]: „„*Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam*[812h] *te.*“ “ *Et ad Samuel*[813]: „„*Usquequo*[814] *luges super Saul? Et*[815] *ego abieci eum.*“ “ *In cinere igitur*[816] *et sacco postulat inpleri*[817] *quod promiserat Deus, non quod*[818i] *esset incredulus futurorum, sed ne securitas negligentiam, et negligentia preparet*[819k] *offensam.*“

C. LXXVI. *Operibus misericordiae non Deum emimus, sed nosmetipsos redimimus.*

Item Ambrosius in sermone in Dominica de Abraham[820]*.

„Medicina[821] misericordiae[822] tollit peccata magna.“ Habemus[823a] plura subsidia, quibus peccata nostra redimimus[824b]: pecuniam habes, redime peccatum[825] tuum. Non uenalis est Dominus, sed tu ipse uenalis es. Peccatis tuis uenundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua; uilis[826] pecunia, sed preciosa est misericordia. §. 1. „Elemosina,“ inquit[827], „a peccato liberat.“

Gratian. *Crimina*[828] *ergo elemosinis redimuntur.*

[C. LXXVII.] *Item Iohannes Os aureum,* [homil. IX. ad c. 6. epist. ad Hebraeos*].

„*Medicamentum fortius, quod maxime operatur in penitencia, hoc est*[829]. *Sicut in preceptis medicinae medicamentum multas quidem herbas accipit, unam autem dominantissimam: sic et in penitencia ista*[830] *herba dominantior et potentior est, et uniuersum ipsa efficit. Audi enim quid dixit*[831a] *diuina scriptura:* „„*Date elemosinam, et ecce*[832], *omnia munda sunt uobis.*“ “

[C. LXXVIII.] *Item Ambrosius in lib.* [I.] *de penit.*, [c. 2.][833]

„*Deus diffinitionem*[834] *non facit, qui misericordiam suam omnibus promisit, et sacerdotibus suis relaxandi licentiam sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggerauerit*[835a] *exaggeret*[836b] *penitenciam. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus.*“

[C. LXXIX.] *Idem* [lib. II. de penit., c. 10.][837]

„*Fleat pro te mater ecclesia, et culpam tuam lacrimis lauet. Videat te Christus merentem, et*[838a] *dicat*[839]: „„*Beati tristes, quia*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 69. e) ii — c. 70. a) Christi gloriosa b) habuit c) maculam* in iuventutem et munditiam d) curentur e) ipsorum et fiant — c. 71. a) eam b) et in — c. 72. a) et: *deest* — c. 73. a) misericorde — c. 74. a) in c. 12. Oseae* b) forte c) ecclesiae — c. 75. a) ibi: *deest* b) horum c) negl. superbiam d) pariant e) et: *deest* f) diluv. qui g) ad Hieremiam h) audiam i) quo k) pareret — c. 76. a) Habem. etiam b) redimamus — c. 77. a) dicit — c. 78. a) exaggeravit b) exaggeret etiam — c. 79. a) ut

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXX. * Et maculam: Restitutus est ex originali. Antea legebatur: *et maculam, et immunditiam, et postea restituta est.*
C. LXXIII. * Caput hoc est in commentariis ad c. 3 lamentationum Hieremiae, qui non sunt B. Hieronymi, sed Rabani.
C. LXXIV. * Antea citabatur ex eodem in Malachiam.
C. LXXVI. * Caput hoc habetur in libro de Helia et ieiunio, et ibi haec antecedunt: *Etsi gravia deliquimus, magnum medicum invenimus, magnam medicinam gratiae eius accepimus.* Medicina enim tollit peccata magna. Abest autem vox: *misericordiae,* etiam a loco Ecclesiastici, c. 10.

C. LXXVII. * Graece sic habet: *τὸ γὰρ μάλιστα ἰσχυρὸν ἐργαζόμενον τὸ φάρμακον τῆς μετανοίας τοῦτο ἐστί. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν βοηθημάτων ἐστὶ φάρμακον, πολλὰς μὲν λαμβάνον βοτάνας, μίαν δὲ τὴν κυριωτάτην, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς μετανοίας αὕτη ἡ βοτάνη κυριωτέρα, καὶ τὸ πᾶν αὕτη γένοιτο ἄν.* Id est: *Nam quod maxime validum reddit medicamentum poenitentiae, hoc est. Et sicut in medicinalibus auxiliis est medicamentum, quod multas quidem herbas recipit, sed unam praecipuam ac potentissimam: ita etiam in poenitentia haec ipsa est potentior herba, ipsaque omnino totum praestiterit. Audi etc.*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. can. 69. 764) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (illi); *Lugd.* II. (Chusaratonii); *Lugd.* III. (Chusaratoni) 765) suis: *deest: orig.* 766) possit: *BEGH;* eos saluaret: *A* 767) clamaverint: *Edd. Bas. Lugd.* II. || can. 70. 768) *ad c. 5. v. 24.* 769) *Codd. et Edd. coll. o.* 770) quid: *orig.* 771) et: *deest: EGH* 772) quando: *GH* 773) *add.:* Christi: *EGH* 774) *Codd. coll. o.;* habuerat: *orig.* 775) *Codd. et Edd. coll. o.* 776) *Luc. c. 5. v. 31.* 777) *BCEGH;* curet: *A Ed. Bas.* 778) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 779) Chr.: *deest: BEGH;* — corp. eius: *A* || can. 71. 780) *in c. 1. v. 3—5.* 781) *Am. c. 1. v. 3.* 782) *ABC Edd. coll. o. Turrecrem. orig. Vulgat.;* ad eum: *EGH* 783) in cogit.: *EH* 784) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 72. 785) *Ep. 84. no. 6. scr. ao. 390. — Pet. Lomb. lib. IV. dist. 14.* 786) emendemus: *EGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 787) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Ed. Bas.* || can. 73. 788) *Imo Rabanus.; — cf. Corr.* 789) converterit: *Edd. Bas. Lugdd.* I. II. *Turrecrem.* 790) *Codd. coll. o. pr. C; — Edd. Bas. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. || can. 74. 791) *Codd. coll. o.; imo in c. 12. Oseae v. 9.* 792) *Codd. coll. o. pr. A; — orig.* 793) *Ose. c. 12. v. 9.* 794) habitet: *EGH* 795) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; add.:* Saluatoris: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 75. 796) *c. 9. v. 2.* 797) *cf. Ier. c. 29. et 52.* 798) aedificarent: *Ed. Bas.;* reaedificaretur: *Ed. Arg.;* reaedificarent: *Edd. rell.;* aedificarentur: *orig.* 799) *Codd. coll. o. pr. G* (illic); — *Edd. Arg. Bas.;* — ibidem: *Edd. rell.* 800) in: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 801) *Codd. coll. o.* 802) *Codd. et Edd. coll. o.* 803) *ib. pr. Ed. Bas. — orig.* 804) *Codd. coll. o.* 805) *Codd. et Edd. coll. o.* 806) voluerunt: *Edd. Ven.* I. II. 807) *add.:* anni: *Edd. coll. o.* 808) Unde et: *orig.* 809) *Codd. et Edd. coll. o.* 810) cord. et: *EH* 811) *cf. c. 7. v. 16.* 812) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.; — orig.* 813) Samuelem: *CEGH;* I. *Reg. c. 16. v. 1.* 814) quo tu luges Saul: *A;* quo tu Saul: *C* 815) cum... abiecerim: *AC* 816) ergo: *EGH* 817) adimpleri: *ib.* 818) *Codd. et Edd. coll. o.* 819) *CEGH Ed. Bas.;* separaret: *B;* pariat: *Edd. rell.* || can. 76. 820) serm. Domini: *EGH; — de Helia et ieiunio c. 20. no. 75.* 821) *Eccl. c. 10. v. 4. sec.* LXX. 822) enim: *orig.* 823) *Codd. et Edd. coll. o.* 824) *ib. pr. A* 825) peccata tua: *EGH; add.:* vilis pecunia sed pretiosum est peccatum tuum: *A* 826) vilis est: *EGH Edd. coll. o. pr. Arg.* (nihil vilius est); — pec. tua: *EGH Ed. Bas.* 827) *Tob. c. 12. v. 9.* 828) *A; in Ed. Rom. pertinet ut in Codd. coll. rell. ad Ambrosium apud quem non exstat.* || can. 77. 829) *add.:* eleemosyna: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 830) ista herb.: *deest: EGH* 831) *Codd. coll. o. pr. G; — Ed. Bas. — Luc. c. 11. v. 14.* 832) ecce: *deest: CEGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 78. 833) *lib. I. c. 3. no. 10.* 834) distinctionem: *orig.* 835) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — orig.* 836) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 79. 837) item: *BC; — lib. II. c. 10, no. 92.* 838) *Codd. coll. o.* 839) *add.:* tibi: *EGH; — Matth. c. 5. v. 5.*

gaudebitis,"" Amat, ut pro uno multi rogent. Denique in euangelio[840] *motus uiduae lacrimis, quia plurimi pro ea flebant, filium eius resuscitauit."*

[C. LXXX.] *Idem* [eodem lib. II. c. 11.][841]

„Adam de paradyso statim post culpam Deus eiecit. Non distulit; sed statim separauit a deliciis, ut ageret penitenciam; statim tunica[842a] *uestiuit eum*[843b] *pellicea, non serica."*

[C. LXXXI.] *Item Augustinus ad Felicianum*[844a]*.

V. Pars. *„Tres sunt autem*[845b] *actiones penitenciae, quas mecum uestra eruditio recognoscit*[846c]*. Una est, que nouum hominem parturit, donec per baptismum*[847d] *salutare*** *omnium preteritorum fiat ablutio*[848] *peccatorum. Omnis*[849e] *enim, qui iam uoluntatis suae arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum peniteat uitae ueteris, nouam*[850] *non potest inchoare. Ab hac penitencia, cum baptizantur, soli paruuli inmunes sunt. Nondum enim uti possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem remissionemque originalis peccati prodest eorum fides, a quibus offeruntur.* §. 1.[851f] *Altera uero*[852] *penitencia est, cuius actio per totam uitam istam, qua in carne degimus mortali, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Primo*[853]*, quia nemo*[854g] *uitam eternam, incorruptibilem inmortalemque desiderat, nisi eum uitae huius temporalis, corruptibilis, mortalis*[855h] *peniteat. Non enim sic quisque in nouam uitam per sanctificationem baptismi nascitur, ut, quemadmodum ibi deponit omnia peccata preterita, ita etiam statim mortalitatem ipsam carnis, corruptionemque*[856] *deponat.* §. 2.[857i] *Tertia*[858] *est actio penitenciae, que pro illis peccatis subeunda est, que legis Decalogus continet, et de quibus Apostolus ait*[859k]: *„„Si enim nos*[861l] *iudicaremus, non a Domino utique*[862] *iudicaremur."" Et infra*†: §. 3. *„Est etiam*[863]†† *penitencia humilium et bonorum fidelium pena*[864] *cottidiana, in qua pectora tundimus, dicentes*[865]: *„„Dimitte nobis debita nostra*[866m] *etc.""*[867n] *Neque*[868o] *ea dimitti nobis uolumus, que dimissa in baptismo non dubitamus, sed illa utique, que humanae*[869] *fragilitati quamuis parua, tamen crebra subrepunt, que, si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, eo oppriment, sicut unum aliquod*[870] *grande*[871] *peccatum. Quid enim interest ad naufragium, utrum non grandi fluctu nauis operiatur et obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, et per negligentiam derelicta*[872] *atque contempta inpleat nauem atque submergat? Propter hec ieiunia, elemosinae*[873p]*, et orationes inuigilant: in quibus cum dicimus: „„Dimitte nobis*[874q]*, sicut et nos dimittimus*[875]*,"" manifestamus nos habere quod nobis dimittatur, atque in his uerbis humiliantes animas nostras cotidianam quodammodo agere penitenciam non cessamus."*

[C. LXXXII.] *Item Gregorius*[876]*.

VI. Pars. *„Si peccatum Dauid Dominus transtulit tam detestabile, quid est, quod post*[877] *omnia, que de eodem peccato per Prophetam ei a Domino dicta sunt, postmodum tanta*[878] *tollerauit? Sed proculdubio Dominus delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse homo*[879a] *hoc in se penitens*[880] *punit, aut hoc Deus cum homine uindicans percutit. Nequaquam igitur peccato*[881] *parcitur*[882]*, quia nullatenus sine uindicta*[883] *laxatur*[884]*. Sic*[885] *enim Dauid audire post confessionem meruit*[886]: *„„Dominus transtulit peccatum tuum,"" et tamen multis*[887] *post cruciatibus afflictus ac fugiens reatum culpae, quam*[888] *perpetrauerat, exsoluit. Sicut*[889b] *nos salutis unda a culpa primi hominis*[890] *absoluimur. Sed tamen, reatum eiusdem culpae diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus*[891]***, quia delicta nostra siue per nos, siue per semetipsum resecat etiam*[892]*, cum relaxat*[893]*. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in*[894] *eis in perpetuum non uult uidere."*

[C. LXXXIII.] *Item Augustinus* [de peccatorum meritis et remiss. lib. II., c. 34.][895]

„Sicut primi[896] *homines postea iuste uiuendo merito*[897] *creduntur per Domini sanguinem ab extremo iudicio*[898] *liberati*[899] *non tamen illa*[900a] *uita meruerunt ad paradysum reuocari: sic et caro peccati, etiamsi peccatis remissis homo in ea*[901] *iuste uixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit*[902] *de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro Regnorum*[903]*, ad quem cum Propheta missus esset, eique propter*[904] *peccatum, quod admiserat*[905]*, euentura mala*[906b] *conminaretur, confessione peccati ueniam meruit, respondente Propheta, quod illud ei flagitium facinusque remissum*[907] *sit; et tamen consecuta sunt que Deus*[908] *fuerat conminatus, ut sic humiliaretur a filio. Quare et nunc*[909]* *dicitur, si Deus propter peccatum illud fuerat conminatus, cur dimisso peccato, quod erat ei*[910c] *minatus*[911]*, inpleuit? nisi quia rectissime, si*[912d] *dictum fuerit, respondetur*[913e]*, remissionem illam peccati factam, ne homo a*[914] *percipienda uita inpediretur eterna; subsecutum uero illud*[915f] *conminationis exemplum, ut pietas hominis in*[916] *illa humilitate exerceretur atque probaretur. Sic et mortem corporis*[917] *propter*[918g] *peccatum Deus homini inflixit, et post peccatorum remissionem propter exercendam iusticiam non ademit."*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 80. a) tunicam b) eum: *deest* — c. 81. a) It. Aug. lib. L. Homil., homilia ult., c. 3.* b) autem: *deest* c) recogn. Sunt enim usitatae in ecclesia et diligenter attendentibus notae. d) baptisma e) Et paulo post: Omnis f) Et infra c. 4.: §. 1. g) nullus h) mortalisque i) Et infra c. 9.: §. 2. k) ait: „Quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt." In hac ergo poenitentia maiorem quisque in se severitatem debet exercere, ut a se ipso iudicatus, non iudicetur a Deo[860] sicut idem Apostolus ait: l) nosmetipsos m) nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. n) etc.: *deest* o) Neque enim p) et eleemosynae q) nobis debita nostra — c. 82. a) homo: *deest* b) Sic — c. 83. a) in illa b) mala ex iracundia Dei c) ei: *deest* d) si sic e) respondebitur f) illius comminationis effectum g) propter hoc

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXXI. * Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini in lib. 50. Homil., hom. ult. (quae etiam habentur fere eadem in libro de poenitentiae medicina, c. 2.) et in epist. 108. ad Seleucianam.

** Baptisma salutare: In homilia legitur: *per baptismum salutare;* in libro autem de poenitentiae medicina: *quae novum hominem per baptismum parturit, donec salutaris omnium praeteritorum peccatorum fiat ablutio.*

† Et infra: Quae sequuntur integre habentur in epistola ad Seleucianam; sententia tamen et aliqua verba leguntur etiam in eadem homilia c. 8., et in libro de poenitentiae medicina eodem c. 2., ubi de secunda actione poenitentiae agitur. Referuntur enim ad illa, quae nunc subiiciuntur.

†† Est etiam: Antea legebatur: *Est enim.* Emendatum est ex loco indicato, et duobus vetustis Gratiani exemplaribus. Longe enim diversa est haec poenitentia a proxime commemorata.

C. LXXXII. * Caput hoc integrum quidem habetur commentariis, qui nomine Eucherii sunt editi, l. 2. Reg. c. 8., sed magnam quoque partem apud B. Gregorium l. 9. Moralium c. 27.

** Obimus: Apud B. Gregorium sequitur: *Bene ergo dicitur:* „sciens, quod non parceres delinquenti," *quia* etc.; repetit enim ipse verba illa Iob sibi ad interpretandum proposita. Eucherius autem habet ut Gratianus.

C. LXXXIII. * Quare et nunc: In originali legitur: *Quare et hic non dicitur.* Sed ob glossam non est mutatum. Alia vero multa ex eodem sunt emendata.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. can. 79. 840) *cf. Luc. c.* 7. || can. 80. 841) Id.: *deest: BC; — lib.* II. *c.* 11. *no.* 99. 842) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG* (tun.: *deest*) 843) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* || can. 81. 844) *Codd. coll. o. — imo Sermo* 351. *no.* 2. *Ed. Maur. — ep.* 265. *no.* 8. *ad Seleucianam scr. — Pet. Lomb. lib.* IV. *dist.* 16. 845) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;—orig.* 846) *Codd. et Edd. coll. o.;* cognoscit: *EGH* 847) *A orig.* 848) abolitio: *AB Corr.* 849) *Codd. coll. o. — cf. Dist.* IV. de consecr. *c.* 96. 850) *add.:* vitam: *BC* 851) *Codd. coll. o. — ib. no.* 3. 852) enim: *EG* 853) primum: *BC* 854) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 855) *Codd. coll. o. pr. A* (et mortal.) 856) *add.:* vitae: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 857) *Codd. coll. o.* 858) *add.:* vero: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 859) *Codd. et Edd. coll. o.;* I. *Cor. c.* 1. *v.* 31. 860) Domino: *orig. — Gal. c.* 5. *v.* 21. 861) *Codd. coll. o. pr. A* 862) utique: *deest: EGH Ed. Arg. orig.* 863) enim: *EGH Edd. coll. o.; deest: A* 864) pene: *orig.* 865) *Matth. c.* 6. *v.* 52. 866) *Codd. et Edd. coll. o.* 867) *Codd. coll. o.* 868) *BC Edd. coll. o.: neque tamen vox:* enim *a Corr. ut R. censuit, est inserta.* 869) humana fragilitate: *EGH* 870) aliq.: *deest: A Ed. Bas.* 871) grave: *EGH Ed. Arg.* 872) derelictam: *ib.* 873) *Codd. et Edd. coll. o.* 874) *ABC* 875) *add.:* etc.: *C; add.:* de. n. etc.: *EGH* || can. 82. 876) It. Augustin. al. Gregor.: *Ed. Arg.;* Augustin.: *Ans. — Ans.* XI, 157. 877) postea: *A; deest: orig.* 878) omnia: *A;* tanta: *deest: orig. Ans.* 879) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.; — orig. Ans.* 880) penitus: *EGH Edd. coll. o.;* punitus: *B* 881) peccatum: *Ans.* 882) parcit: *orig. Ans.* 883) interdicto: *Ans.* 884) dimittit: *orig.* 885) sicut: *Edd. coll. o.* 886) II. *Reg. c.* 12. *v.* 13. 887) mult.: *deest: orig.* 888) quod: *orig.* 889) *Codd. coll. o.* 890) parentis absoluit: *orig.* 891) luimus: *GH;* obimus vel luimus: *Ed. Arg. ex glossa* 892) et: *Ans.* 893) laxat: *EGH Edd. coll. o.* 894) in eis: *deest: orig.* || can. 83. 895) *no.* 55. *Ed. Maur.; — Ans.* XI, 158. 896) *add.:* ergo illi: *orig.* 897) unde mer.: *ib.* 898) supplicio: *A Ans.* 899) separari: *Ans.* 900) *ABC Ans.* 901) in ea: *deest: EGH* 902) contraxit: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 903) *cf.* II. *Reg. c.* 12. 904) hoc: *C;* propter hoc: *B;* ob: *EGH* 905) commiserat: *Ans.* 906) *Codd. et Edd. coll. o.; —* mala extra iracundiam: *Ans.* 907) dimissum: *EGH* 908) Dominus: *ib.* 909) hic nunc: *Ans.* 910) *Codd. et Edd. coll. o.* 911) comminatus: *G Edd. coll. o.* 912) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans.* 913) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 914) ad percipiendum vitam . . aeternam: *EGH* 915) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 916) etiam in: *EGH Edd. coll. o.;* et in: *C;* et: *B* 917) corp. et: *A orig.* 918) *Codd. et Edd. coll. o. orig.*

C. LXXXIV. *Doloris mensura potius quam temporis in*[919] *actione penitenciae consideranda est.*

Idem in omelia de penitencia[920].

VII. Pars. In actione penitenciae, ubi tale[921a] conmissum est, ut is, qui conmisit, a Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris[922]: „Cor enim contritum et humiliatum Deus non despiciet.“[923b] Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum noticiam nisi per uerba* uel quecumque alia signa procedit, cum sit coram illo, cui dicitur[924]: „Gemitus meus a te non est absconditus;“ recte constituuntur ab his, qui ecclesiis[925c] presunt, tempora penitenciae, ut satisfiat etiam ecclesiae, in qua remittuntur ipsa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Ergo[926]** cum tanta[927] est plaga peccati, atque inpetus morbi, ut medicamenta corporis[928] et sanguinis Domini differenda[929] sint, auctoritate antistitis debet se quisque[930d] ab altario remouere[931e] ad agendam penitenciam, et eadem auctoritate reconciliari.

C. LXXXV. *Idem in eadem* [hom. L., c. 11.][932]

Iudicet se ipsum homo[933a] uoluntate, dum potest, et mores conuertat in melius, ne, cum iam non poterit[934b], preter uoluntatem a Domino iudicetur. Et cum in[935] se protulerit seuerissimae medicinae sed tamen utilissimae[936c] sentenciam, ueniat ad antistites, per quos illi claues in ecclesia ministrantur tamquam[937d] bonus iam incipiens esse fillius, maternorum membrorum ordine custodito, a prepositis sacramentorum[938e] accipiat satisfactionis suae modum, in[939f] offerendo sacrificio contribulati cordis deuotus et supplex[940], id tamen agat, quod non solum ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam ceteris ad exemplum, ut, si peccatum eius non solum in graui eius malo, sed etiam in tanto scandalo aliorum est, atque hoc expedire utilitati ecclesiae uidetur antistiti, in noticia[941] multorum, uel coram[942g] totius plebis multitudine[943h], agere penitenciam non recuset, nec[944i] resistat, ne[945k] letali et mortiferae plagae per pudorem addat tumorem. §. 1.[946l] Multi enim corriguntur, ut Petrus; multi tollerantur, ut Iudas, etc.

C. LXXXVI. *Mortificatio uiciorum magis quam abstinentia ciborum penitenti est necessaria.*

Item Ieronimus[947]*.

Mensuram[948a] temporis in agenda penitencia idcirco non satis aperte prefigunt canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant, qualiter unumquodque emendandum[949] sit, sed magis in arbitrio sacerdotis[950] intelligentis relinquendum statuunt, quia apud Deum non tam ualet mensura temporis, quam doloris, nec abstinentia tantum ciborum, quam[951] mortificatio uiciorum. Propter quod tempora[952b] penitenciae pro[953] fide et conuersatione penitentium abbreuianda precipiunt, et pro[954] negligentia[955] protelanda existimant[956c]. Tamen pro quibusdam culpis modi penitenciae sunt[957d] inpositi[958e].

C. LXXXVII. *Item Iohannes Crisostomus* [id est, auctor operis imperfecti in Matthaeum, homil. 40.][959]

Quis aliquando uidit[960] clericum cito penitenciam agentem? et[961a] si deprehensus humiliauerit se, non ideo dolet, quia peccauit, sed confunditur, quia perdidit[962] gloriam suam.

VII. Pars. Gratian. *His auctoritatibus asseritur, neminem sine penitencia et confessione propriae uocis a peccatis posse mundari*[963]. *Unde premissae auctoritates, quibus uidebatur probari, sola contritione cordis ueniam prestari, aliter interpretandae sunt, quam ab eis exponantur. Negationem namque*[964] *Petri secuta est satisfactio lacrimarum, et trina confessio dominicae dilectionis, qua penitus deleuit peccatum trinae negationis. Non ergo necessaria sibi erat certa satisfactio peccati, cuius totum uitae tempus obedientiae inpendebatur sui conditoris. Imitabatur enim illud propheticum*[965]: „*Declina a malo, et fac bonum;*“ *et illud Ysaiae*[966]: „*Derelinquat inpius uiam suam, et uir iniquus cogitationes suas etc.*“ *Amplius horum a peccatore nichil exigitur. Non ergo illa auctoritate Leonis Papae satisfactio penitenciae negatur esse necessaria cuilibet delinquenti, sed ei tantum, qui B. Petrum imitatus huic seculo penitus abrenunciat, et cunctorum uiciorum fomitem in se funditus mortificat.* §. 1. *Item illud Iohannis Crisostomi*[967]*: „*Lauant*[968b] *lacrimae delictum, quod uoce est pudor confiteri;*“ *et illud aliud, quod scribit*[969] *in epistola ad Ebreos*: „*Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque*[970c] *apud alios accuses; sed obedire te uolo Prophetae dicenti*[971]: *Reuela uiam tuam ante Dominum*[972d]. *Ergo confitere peccata tua, apud uerum*[973] *iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua***, *sed conscientiae tuae memoria, et tunc demum spera, te misericordiam posse consequi, si habueris in mente peccata tua continue, numquam malum in corde aduersus proximum*[974e] *tenebis,*“[975f] *non ita intelligendum est, ut sine confessione oris peccata dicantur dimitti, sed sine publica satisfactione. Secreta namque peccata secreta confessione et occulta satisfactione purgantur, nec est necesse, ut que semel sacerdoti confessi fuerimus denuo confiteamur, sed lingua cordis, non carnis apud iudicem uerum ea iugiter confiteri debemus. Hinc etiam idem Iohannes Crisostomus ait*[976]: „*Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, et frequenter**** *ea*[977] *in conspectu Dei pronuncies, et pro eis clementiam eius depreceris, citius illa delebis. Si autem nunc obliuiscaris peccatorum tuo-*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 84. a) tale crimen b) spernit c) ecclesiae d) se quisque: *deest* e) removeri — c. 85. a) homo in istis b) poterit etiam c) sed tam. util.: *deest* d) et tanq. e) sacrorum f) ut in g) etiam h) multit.: *deest* i) *et* k) non l) Et infra: §. 1. — c. 86. a) Mensuram autem b) ipsa tempora c) protelanda. Exstant tamen d) sunt: *deest* e) impositi, iuxta quos ceterae perpendendae sunt culpae, quum sit facile per eosdem modos vindictam et censuram canonum aestimare — c. 87. a) Sed et b) Lavent c) neque ut te d) Revela Domino viam tuam. Ante Deum e) prox. tuum f) retinebis

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXXIV. * Nisi per verba: Ab originali [et ab Ivone] abest dictio: *nisi*, sed habita est ratio glossae.

** Ergo: Haec non sunt in Enchiridio, sed in epist. 118. ad Ianuarium, sub alterius persona. Ita enim loquitur: *Alius contra: imo, inquit, si tanta est plaga peccati, etc.*

C. LXXXVI. * Caput hoc, quod Burchardus etiam et Ivo citant ex dictis B. Hieronymi, Beatus Rhenanus in suis annotationibus in Tertullianum testatur se legisse in antiquo poenitentiali. Et ex eo, ac ceteris collectoribus nonnulla sunt emendata, et postrema clausula etiam aucta. Sententia autem habetur etiam 7. Cap. c. 21., et in epistola Basilii ad Amphilochium c. 2, et in synodo Metensi anni 859., cap. 10.

C. LXXXVII. * Ioannis Chrysostomi: Supra ead. c. *Lacrimae*, notatum est, haec esse verba B. Ambrosii, quem citat Magister sententiarum.

** Non lingua: Graece est: *εὐχόμενος, εἰ καὶ μὴ τῇ γλώττῃ, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ*: id est: *preces fundens, si minus lingua, at saltem memoria.*

*** Et frequenter: *Συνεχῶς αὐτὰς προσφέρῃς τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν δέῃ*; id est: *assidue illa offeras Deo, et pro ipsis depreceris.*

Causa XXIII. Quest. III. Dist. I. can. 84. 919) temp. satisfactione penitencia: *ACGH* 920) *ex Enchiridio c.* 65. *no.* 17. — *Ivo Decr.* XV, 23.; *Coll. tr. P.* III, 28, (29,) 3.; *Polyc.* VI, 20, (19,) 22. (*can.:* neque de ipsis); *Pet. Lomb. lib.* IV. *dist.* 20. 921) *Codd. el Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P. Polyc.* 922) *Psalm.* 50. *v.* 19. 923) *AB Coll. tr. P.;* — *finis canonis: Polyc.* 924) *Psalm.* 37. *v.* 10. 925) *Codd. coll. o. pr. G;* — *Ed. Bas. Turrecrem. orig. Ivo Coll. tr. P.;* in ecclesiis: *Ed. Arg.* 926) *Ex ep. ad Ianuarium; Ep.* 54. *no.* 4. *Ed. Maur.* 927) *Pet. Lomb. lib.* IV. *dist.* 17. 928) talia (corp. . . Dom.: *deest*): *orig.* 929) deserenda: *Coll. tr. P.* 930) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.;* quisque (se: *deest*): *orig.* 931) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* || can. 85. 932) *Sermo.* 351. *no.* 9. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* XV, 24.; *Coll. tr. P.* III, 28, (29,) 4.; *Pet. Lomb. lib.* IV. *dist.* 17. 933) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 934) *Codd. et Edd. coll. o.;* pot. eam: *Coll. tr. P.* 935) ipsa in: *orig.* 936) *A Edd. coll. o.;* sed tamen utillimae: *Codd. rell.;* med. (disciplinae: *Coll. tr. P.*), sed tamen medicinae sent.: *orig. Coll. tr. P.* 937) *Codd. et Edd. coll. o.* 938) *ib. orig. Ivo Coll. tr. P.* 939) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EG* (scilicet in) 940) *add.:* persistat: *Ivo* 941) in notitiam: *CE Ed. Bas.;* innocentiam: *B* 942) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (vel communi); vel: *deest: C* 943) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AB* 944) *Codd. et Edd. coll. o.* 945) *Codd. coll. o. pr. C;* — *Ed. Bas.;* nec: *C Edd. rell.* 946) *Codd. coll. o.;* — *ib. no.* 10. — *cf. c.* 18. *C.* II. *qu.* 1. || can. 86. 947) *Idem invenitur in praefatione, praemissa libro poenitentiali, qui expressus exstat ap. D'Acherium* I. — *Burch.* XIX, 31.; *Ans.* XI, 145.; *Ivo Decr.* XV, 49.; *Pet. Lomb. lib.* IV. *dist.* 20. 948) *ABC* 949) crimen emendatum: *Ans.* 950) sac. sic: *BC* 951) quantum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 952) *ABC Burch. Ans. Ivo* 953) pro: *deest: Burch. Ans. Ivo* 954) pro: *deest: ib.* 955) negligentiam: *Ans.* 956) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Burch. Ans. Ivo;* aestimant: *Edd. rell.* 957) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ans. Ivo;* — *finis* 958) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* || can. 87. 959) *Opus apocryphum* 960) videt: *A Edd. coll. o. pr. Bas.* 961) *Codd. et Edd. coll. o.* 962) perdit: *AC;* amisit: *B* 963) emundari: *BC* 964) quoque: *EGH;* — *cf. Luc. c.* 22. 965) *Psalm.* 36. *v.* 27. 966) *Esa. c.* 55. *v.* 7. 967) *Ambrosius supra c.* 2. 968) *Codd. coll. o.* 969) *ABC;* — *hom.* 31. *in ep. ad Hebraeos* 970) *Codd. coll. o.* 971) *Psalm.* 36. *v.* 5. 972) *Codd. coll. o.* 973) ver. Deum: *EGH* 974) *ABC* 975) *Codd. coll. o.* 976) *in ead. hom.* 31. — ait: *deest: ABC* 977) ea: *deest: EGH*

rum, tunc eorum recordaberis nolens[978g], quando[979] in toto mundo publicabuntur, et in conspectu proferentur[980] omnium tam amicorum quam inimicorum tuorum, et sanctorum angelorum, celestiumque uirtutum. Non enim ad Dauid solum dicebat[981]: „„Tu[982h] secreto fecisti ego cunctis manifestabo;"" sed etiam ad omnes nos hoc[983] dicitur." §. 2. *Similiter et illud Prosperi intelligitur[984]: „Qui crimen suum ultro agnoscunt[985i], et aut propriis confessionibus illud produnt, aut nescientibus aliis, quales occulti sunt etc." Aliis nescientibus, id est occulta confessione istis peccatum suum confitentibus, non publice illud manifestantibus. Item illud Prophetae[986]: „Dixi: confitebor, et tu remisisti," id est remissibilem iudicasti, „inpietatem peccati mei." Ita et illud Augustini intelligitur[987]: „Magna pietas Dei, ut ad solam promissionem peccata dimiserit," id est remissibilia iudicauerit. Item[988k]: „Votum pro opere reputatur, cum deest facultas operis." Unde uotum confessionis reputatur pro opere uocis, cum deest facultas confessionis. Item[989]: „Voluntas remuneratur, non opus," ita intelligitur: uoluntas facit opus remunerabile, non opus uoluntatem. Item illud[990]: „In quacumque hora peccator conuersus fuerit,"[991l] conuerti dicitur qui omnino uertitur: omnino[992] uertitur, cuius opus, uox et cogitatio ita mortificationi desudat peccati, sicut prius seruierat iniquitati. Ita et illud[993] intelligitur: „Conuertimini ad me etc." Item: „Scindite corda uestra, et non uestimenta,"[994] eis dicitur, qui nulla interiori satisfactione precedente, sed[995] sola exteriori se Deum posse placare confidunt. Item cuncta, que de leprosis mundatis uel de Lazaro suscitato[996m] inducuntur, ad contritionem cordis, non[997] ad ueniam remissionis referenda sunt. Obstinatio enim animi, et confessionis contemptus, quedam mors est inpietatis et lepra superbiae, a qua quisque reuiuiscit, dum sibi per gratiam dolor delicti et uotum confessionis inspiratur.* §. 3. *Ad hunc etiam articulum pertinent ea, que de uiuentibus, uel in luce[998] ambulantibus, uel dilectionem Dei habentibus, uel de habitaculis[999] Spiritus sancti factis dicta sunt, ut hec omnia quisque dicatur assecutus ex cordis contritione, quam habet, non ex plenaria peccati remissione, quam nondum inuenit. Sicut enim in baptismate peccatum remittitur, et tamen eius pena reseruatur, sic per contritionem cordis quisque a Deo resuscitari dicitur, licet adhuc peccati reatu teneatur. Non ergo premissis auctoritatibus uel argumentis sine confessione oris et satisfactione operis aliquis probatur a peccato mundari.*

II. Pars. §. 4. *Econtra auctoritas illa Iohannis Crisostomi[1000] et Prosperi[1001] contra mentem auctoris extorta uidetur. Non enim dicitur: „non tibi dico, ut te publice accuses," sed: „non tibi dico, ut apud alios te accuses." Sic et Prosper non ait: „omnibus," sed simpliciter: „aliis nescientibus." Unde euidentissime† datur intelligi, quod sine confessione oris possunt peccata deleri. Ea uero, que ad exhortationem penitenciae et confessionis dicta sunt, non huic sentenciae contraria[1002n] uidentur. Vel enim sunt uerba exhortationis, non iussionis, sicut illud[1003]: „Confitemini alterutrum peccata uestra,"[1004o] uel si qua iubendo dicta sunt, non ad oris confessionem, sed cordis, non ad exteriorem satisfactionem, sed ad[1005p] interiorem referenda sunt.* §. 5. *Est enim penitencia alia interior, alia exterior. Interior penitencia est illa, de qua Augustinus ait[1006]: „Omnis, qui suae uoluntatis arbiter est constitutus, non potest inchoare nouam uitam, nisi peniteat eum ueteris uitae." Item de eadem Petrus in Actibus Apostolorum legitur dixisse[1007]: „Penitenciam agite, et baptizetur unusquisque uestrum." Quod de interiori penitencia, non de[1008q] exteriori dictum accipitur. De exteriori uero[1009] penitencia Ambrosius ait super epistolam ad Romanos[1010]: „Gratia Dei in baptismate non requirit[1011r] gemitum uel[1012] planctum, non opus aliquod, sed solam[1013s] confessionem cordis, et omnia gratis condonat." Quecumque ergo de penitencia iubendo dicta sunt, non ad exteriorem, ut diximus, sed ad[1014t] interiorem referenda sunt, sine qua nullus umquam Deo reconciliari potuit[1015u].* §. 6. *Illud autem Augustini[1016], quo quisque negatur ueniam consequi[1017v], nisi prius quantulamcumque peccati soluerit penam, non huic sentenciae inuenitur aduersum. Nullus enim asseritur a peccato mundari, nisi penam peccati passus fuerit. Sed aliud est peccatum sacerdoti confiteri, et eius arbitrio de peccato satisfacere: atque aliud Deo confiteri corde, et secreta satisfactione in se ipso peccatum punire. Est enim penitencia (ut ait Augustinus)[1018] dolor cordis, quo quisque in se punit quod deliquit. De hac iterum satisfactione idem ait in Psalm. L. exponens: „Quoniam iniquitatem†† meam ego cognosco[1019]. Tu ne punias, quia ego punio: ignosce, quia ego cognosço[1020w] non dissimulo." Et infra: „Sic Deus misericordiam dat, ut seruet ueritatem, ut nec[1021x] peccata eius sint inpunita, cui ignoscit. Ignoscit enim se ipsum punienti. Misericordia est, quod homo liberatur; ueritas, quod peccatum punitur." Idem in Psalmo[1022y] LXXXIV.: „Veritas de terra oritur[1023z], id est confessio de[1024aa] homine, ut se accuset, et sic iusticia de celo prospexit, ut publicanus[1025] confitens rediit iustificatus; iusticia[1026bb] prospicit[1027cc], quasi Deus dicat: parcamus huic, quia non parcit sibi; ignoscamus, quia agnoscit. De[1028dd] celo ergo iusticia prospexit, id est, a Deo data est iustificatio penitenti."[1029ee]* §. 7. *Hec ergo secreta satisfactio leuium siue occultorum criminum Deo offerenda est, nec sine pena relaxari probantur que sic expiari creduntur. Ea uero, que de publica satisfactione uel oris confessione dicuntur, in publicis et manifestis criminibus intelligenda sunt. Peccata namque Nabuchodonosor[1030], que Propheta misericordiis et elemosinis redimi suasit, peccata quoque Niniuitarum, que publica satisfactione expiata sunt, cunctis nota erant. Et publica noxa (ut Augustinus[1031] testatur) publico eget remedio.* §. 8. *Premissis itaque auctoritatibus pro manifestis criminibus manifesta probatur offerenda satisfactio et oris confessio. Latentia uero peccata non[1032] probantur sacerdoti necessario confitenda[1033], et eius arbitrio expianda.*

III. Pars. §. 9. *Econtra[1034] ea, que in assertione huius sentenciae dicta sunt, partim ueritate nituntur, partim pondere carent. Sine contritione etenim[1035] cordis nullum peccatum posse dimitti, occulta uero peccata secreta satisfactione, publica quoque manifesta penitencia expiari debere, firmissima constat ratione subnixum. Porro sine confessione oris, si facultas confitendi non defuerit, aliquod graue delictum expiari, auctoritati[1036] penitus probatur aduersum. Quomodo enim secundum auctoritatem Leonis[1037] Papae sine supplicationibus sacerdotum indulgentia nequit obtineri, si sine confessione oris a peccato possumus emundari? Quis enim supplicabit pro peccato[1038], quod nescit?* §. 10. *Item, quomodo secundum Augustinum[1039] frustrat claues ecclesiae qui sine arbitrio sacerdotis penitenciam agit, si sine oris confessione criminis indulgentiam inpetrat?* §. 11. *Item, quomodo secundum Ambrosium[1040] ius ligandi et soluendi solis sacerdotibus a Domino creditur esse permissum, si quisque suo arbitrio se ipsum peccando ligat, uel secreta penitencia, secundum Prosperum,*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 87. g) et nolens h) Quae tu i) cognoscant k) Item ibidem l) fuerit etc. m) resuscitato n) contraire o) vestra etc. p) ad: *deest* q) de: *deest* r) quaerit s) solum contritionem t) ad: *deest* u) poterit v) posse consequi w) agnosco (non dissimulo: *deest*) x) non y) Psalmum z) orta est aa) ab bb) iustitia de coelo cc) prospexit dd) Et infra: De ee) confitenti

NOTATIONES CORRECTORUM.

† Unde evidentissime: Loquitur ex persona adversam partem sustinentis. Vere enim ex illis auctoritatibus non hoc colligitur. Qui enim sacerdoti tanquam Deo confitetur, is minime dicitur se apud alios accusare, sed potius nescientibus aliis se ipsum punire. Ac manifesto Chrysostomus dicit id, quod nunc negatur dicere: *Non dico,* inquit, *tibi, publica te ipsum, neque apud alios te accusa.* Hoc enim secundum membrum valet idem ac primum: ut apud alios se accusare sit idem, quod se ipsum publicare. Quare paulo post Gratianus ipse haec, quae nunc afferuntur, refellit: *Econtra ea, quae in assertione, etc.*

†† Quoniam iniquitatem: Hic, et in aliis duobus sequentibus locis non refert ipsa omnino verba B. Augustini, sed sententiam.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. can. 87. 978) *Codd. coll. o.* 979) cum: *EGH* 980) proferantur: *A;* proferuntur: *C* 981) II. *Reg. c.* 12. *v.* 12. 982) *Codd. coll. o.* 983) hec: *B;* dicentur: *BC* 984) *supra c.* 32. 985) *ABC* 986) *Psalm.* 31. *v.* 5. 987) *supra c.* 5. 988) *ABC;* idem: *EG* 989) *supra c.* 30. 990) *supra c.* 32. 991) *ABC* 992) omn. vert.: *deest: EGH* 993) *supra c.* 34. *et* 33. 994) *add.:* vestra: *AB* 995) sed: *deest: AC* 996) *Codd. coll. o. pr. C* 997) et: *GH* 998) lucem: *BEGH; et post:* de dilectione: *AB* 999) habitaculum: *ABC Corr.* 1000) *cf. huius dicti* §. 1. 1001) *cf. supra c.* 32. 1002) *Codd. coll. o. pr. A* 1003) *Iac. c.* 5. *v.* 16. 1004) *ABC* 1005) *ib.* 1006) *supra c.* 31. *in pr.* 1007) *Act. c.* 2. *v.* 38. 1008) *Codd. coll. o.* 1009) vero: *deest: AH* 1010) *cf. c.* 99. *Dist.* IV. *de consecr.* 1011) *Codd. coll. o.* 1012) non: *BC* 1013) *Codd. coll. o.;* ex corde professionem: *Corr.* 1014) *ib.* 1015) *ib.* 1016) *cf. supra c.* 42. 1017) *ABC* 1018) *cf. infra Dist.* III. *de pen. c.* 4. 1019) agnosco: *BGH* 1020) *Codd. coll. o.* 1021) *ABC* 1022) *Codd. coll. o.;* LXXIV.: *AEGH* 1023) *Codd. coll. o. pr. A* 1024) *Codd. coll. o.* 1025) *cf. Luc. c.* 18. 1026) *Codd. coll. o. pr. A* 1027) *Codd. coll. o. pr. G* 1028) *Codd. coll. o.* 1029) *ib. pr. BC* (penitentis) 1030) *cf. Dan. c.* 4. *Ion. c.* 3. 1031) *Gloss. ord. ad c.* 5. *Marci* 1032) non: *deest: CEGH* 1033) offerenda vel conf.: *EGH* 1034) contra: *B;* e contrario: *EGH* 1035) enim: *BC* 1036) auctoritate: *ib.* 1037) *supra c.* 49. 1038) peccatis quae: *EH* 1039) *supra c.* 44. 1040) *supra c.* 51.

in[1041] *se ipsum senteciam profert excommunicationis, atque post satisfactionem absque sacerdotali iudicio se ipsum Deo uel altario*[1042 ff] *eius reconciliat?* §. 12. *Non sunt hec premissis auctoritatibus consentanea: sed multorum exemplis probantur aduersa. Filiam*[1043] *namque archisynagogi turbis eiectis Dominus resuscitauit*[1044 gg]*: non tamen, nisi presentibus matre et patre puellae, Petro quoque, Iacobo, et Iohanne, uitae reddita est. In quo moraliter instruimur, ut secreta peccata*[1045]*, que per mortem puellae intelliguntur, non nisi supplicationibus ecclesiae, que per matrem et patrem puellae designantur, et sacerdotum ministerio, qui per Petrum*[1046] *et ceteros intelliguntur, a Domino existimentur dimitti.* §. 13. *Item in Leuitico*[1047]†††: *„Qui domum suam uel agrum Domino uouendo*[1048 hh] *consecrauerit, non potest eam redimere, nisi syclo sanctuarii, sacerdote quoque (non ipso) supputante annorum numerum usque ad iubileum.“ In quo similiter docemur, quod quicumque domum conscientiae uel agrum conuersationis per penitenciam Domino offerre, atque precio bonorum operum de uana uitae suae conuersatione se ipsum redimere uoluerit, non potest hoc facere, nisi syclo sanctuarii, id est operibus penitenciae, sacra scriptura prefixis. Unde uenientibus ad se turbis B. Iohannes non ait simpliciter*[1049]*: facite penitenciam, uel fructus penitenciae, sed addidit*[1050 ii]*: „dignos,“ ut pro qualitate uidelicet*[1051] *peccatorum qualitas offeratur operum bonorum. Non par enim debet esse fructus boni operis eius, qui nichil uel parum deliquit, atque eius, qui grandia conmisit. Ille tamquam nullius criminis sibi conscius usum sibi in rebus licitis prebet; hunc tamquam multis grauatum etiam a licitis temperare oportet. In*[1052] *iubileo plena remissio prestabatur. Unde per eum perfecta remissio peccati figuratur. Sacerdos ergo numerum annorum usque ad iubileum supputat, cum eius arbitrio penitenciae tempora diffiniuntur, quibus quisque plenam peccati remissionem inueniat. Non enim (sicut Esicius*[1053] *ait super eundem locum) statim post diffinitam*[1054] *penitenciam quisque a peccato plene mundatur.* §. 14. *Cum ergo, ut ex premissis colligitur, tempora penitenciae sacerdotis arbitrio diffiniantur, euidentissime apparet, sine confessione propriae uocis peccata non dimitti. Quis enim tempora penitenciae alicui prefiget, nisi primum peccata sua sibi manifestare curauerit*[1055]*?* §. 15. *Item: Taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quisque celare desiderat, ne iniquitas sua aliis manifesta fiat, ne talis reputetur apud homines foris, qualem se iamdudum exhibuit diuino conspectui. Quod ex fonte superbiae nasci nulli dubium est; species etenim*[1056] *superbiae est, se uelle iustum uideri, qui peccator est; atque ypocrita conuincitur qui ad imitationem primorum parentum uel*[1057 kk] *tergiuersatione uerborum peccata sua leuigare contendit*[1058]*, uel, sicut Cayn*[1059]*, peccatum suum reticendo penitus supprimere querit*[1060]*. Ubi autem superbia regnat, uel ypocrisis, humilitas locum habere non ualet*[1061 ll]*. Sine humilitate uero alicui ueniam sperare non licet. Nec ergo, ubi est taciturnitas confessionis, uenia speranda est criminis. Probatur hoc idem auctoritate* Augustini, *qui in libro de penitencia*[1062 a] [c. 10.] *ait:*

[C. LXXXVIII.]

„Quem penitet omnino peniteat, et dolorem lacrimis ostendat, representet uitam suam Deo per sacerdotem[1063]*, preueniat iudicium Dei per confessionem. Precepit*[1064] *enim Dominus mundandis, ut ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali presentia confitenda*[1065] *peccata, non per nuncium, non per scriptum manifestanda. Dixit enim: „„Ora monstrate,““ et: „Omnes,“ non unus pro omnibus; non alium statuatis nuncium, qui pro uobis offerat munus a Moyse*[1066] *statutum, sed qui per uos peccastis per uos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc precepit Dominus, ut neminem peniteret in occulto. In hoc enim, quod per se ipsum dicit sacerdoti, et erubescentiam uincit timore*[1067] *offensi, fit uenia criminis. Fit enim ueniale per confessionem quod criminale erat in*[1068] *operatione, et, si non statim purgatur, fit tamen uitale* quod conmiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit qui erubescentiae dominans nichil eorum, que conmisit, nuncio Dei denegauit. Deus enim qui*[1069 b] *misericors et iustus est; sicut conseruat misericordiam in iusticia, ita et iusticiam in misericordia. Opus enim est misericordiae peccanti peccata dimittere: sed oportet, ut iustus iuste misereatur. Oportet enim, ut non solum quid, sed in quo doleat consideret, si dignus est, non dico iusticia, sed misericordia. Iusticia enim sola dampnat; sed dignus est misericordia qui spirituali labore petit*[1070] *gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam, et, quoniam uerecundia magna est pena, qui erubescit pro Christo fit dignus misericordia. Unde patet, quia*[1071 c] *quanto*[1072] *pluribus confitebitur*[1073] *in spe ueniae turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur*[1074 d] *gratiam*[1075 e] *remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere. Quibus enim remittunt remittit Deus*[1076 f]*. Lazarum enim iam de monumento suscitatum*[1077] *obtulit discipulis*[1078 g] *soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdoti*[1079 h]*. Dixit enim*[1080]*: „„Quodcumque solueritis super terram erit solutum*[1081 i] *et in celis,““ hoc est: ego Deus, et omnes celestis miliciae ordines, et omnes sancti in gloria mea laudant*[1082] *uobiscum et confirmant quos ligatis et soluitis. Non dixit: quos putatis ligare et*[1083 k] *soluere, sed in quos exercetis*[1084] *opus iusticiae aut misericordiae. Alia autem opera uestra in*[1085] *peccatores non cognosco*[1086 l]*.* §. 1. *Quare, qui*[1087] *confiteri uult peccata, ut inueniat gratiam, querat sacerdotem scientem ligare et soluere, ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet et petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit.* §. 2. *Tanta itaque uis confessionis est, ut, si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sepe enim contingit, quod penitens non potest uerecundari*[1088 m] *coram sacerdote, quem desideranti nec locus, nec tempus offert*[1089]*. Et si ille, cui confitebitur, potestatem soluendi non habeat*[1090 n]*, tamen fit dignus uenia ex desiderio sacerdotis, qui confitetur socio turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum ibant*[1091 o] *ostendere*[1092] *ora sacerdotibus ante, quam ad eos peruenirent. Unde patet, Deum*[1093 p] *ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sepe quidem eos querunt sed*[1094 q] *sani et leti*[1095 r]*; dum*[1096] *querunt ante*[1097]*, quam*[1098 s] *perueniant*[1099]*, moriuntur. Sed misericordia est Dei ubique, qui et iustis** nouit parcere, etsi non tam cito, sicut*[1100 t] *soluerentur a sacerdote.* §. 3. *Qui ergo*[1101] *omnino confitetur, et*[1102 u] *sacerdoti meliori, quam potest, confiteatur*[1103 v]*, si peccatum occultum est, sufficiat referre in noticiam sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. Nam in resurrectione*[1104 w] *filiae principis pauci interfuerunt, qui uiderent*[1105]*. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam ciuitatis delata,*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 87. ff) altari gg) suscitavit hh) voverit vel ii) addit kk) vel: *deest* ll) potest — c. 88. a) lib. de vera et falsa poen. b) qui: *deest* c) quod d) consequetur e) misericordiam f) Dominus g) Dominus discipulis h) sacerdotibus i) solvetur et in coelis k) aut l) agnosco m) confiteri n) habet o) irent p) Dominum q) sed: *deest* r) laeti; sed s) quam ad eos t) sicut si u) et: *deest* v) confit. et w) resuscitatione

NOTATIONES CORRECTORUM.

††† Levitico: Itidem et hoc loco refertur sententia Levitici in c. 27., non ipsa verba; idemque paulo post fit de Hesychio.

C. LXXXVIII. * Vitale: In originali est: *veniale,* sed aderat glossa.

** Et iustis: Si consideretur tota traditionis series, videtur legendum: *et istis;* veruntamen omnes codices collati concordant cum lectione Gratiani.

Causa XXIII. Quest. III. Dist. I. can. 87. 1041) in se ips.: *deest: B;* ips.: *deest: EG;* in se ipso: *AC* 1042) *Codd. coll. o.* 1043) *Matth. c.* 9. 1044) *Codd. coll. o.* 1045) pecc.: *deest: EGH* 1046) *add.:* et Iohannem: *ib.* 1047) *Levit. c.* 27. *v.* 18. 1048) *Codd. coll. o. Corr.* 1049) *Luc. c.* 3. *v.* 8. 1050) *Codd. coll. o.* 1051) vulnus: *EGH* 1052) *Levit. c.* 25. *v.* 10. 1053) *cf. Gloss. ord. ad c. cit. Levit.* 1054) finitam: *EGH* 1055) curavit: *GH* 1056) enim: *AB* 1057) *Codd. coll. o.* 1058) contendunt: *H;* contendant: *G* 1059) *Gen. c.* 4. 1060) quaerunt: *EGH* 1061) *ABC;* loc. non habet: *G* ‖ can. 88. 1062) *ABC; non est Augustini; Pet. Lomb. lib.* IV. *dist.* 17. 1063) sacerdotes: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 1064) *Luc. c.* 17. *v.* 14. 1065) confitendi: *EH;* penitendi: *G;* confitenda esse: *B* 1066) *Levit. c.* 9. *v.* 7. 1067) et tim.: *EGH;* timore Dei: *orig.* 1068) per operationem: *EG* 1069) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig.* 1070) querit: *BC Ed. Bas.* 1071) *Codd. coll. o.* 1072) quantum: *Edd. Ven.* I. II. *Par.;* quando: *Ed. Lugd.* I. 1073) confitetur: *Edd. Bas. Lugdd.* 1074) *Codd. et Edd. coll. o.* 1075) *ABC orig.* 1076) *BC orig.* 1077) suscitavit: *BEGH* 1078) *ABC* 1079) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 1080) *Matth. c.* 16. *v.* 19. 1081) *C Ed. Bas. orig. Vulgat.* 1082) laudantur: *H;* laudamus: *G* 1083) *Codd. coll. o. orig.* 1084) exercueritis: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1085) inter: *EGH* 1086) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 1087) *cf. Dist.* VI. *de pen. c.* 1. 1088) *Codd. et Edd. coll. o.* 1089) offerret: *EGH* 1090) *Codd. et Edd. coll. o.* 1091) *CEGH Edd. coll. o. orig.* 1092) monstrare ora sua: *G;* se ost.: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1093) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 1094) *Codd. coll. o.* 1095) *ib.* 1096) Deum: *Edd. coll. o. orig.;* dum eos: *AG* 1097) et ante: *orig.* 1098) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 1099) pervenirent: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 1100) *Codd. coll. o.;* sicut et si: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; sicut soluuntur: *Ed. Bas.* 1101) igitur: *orig.* 1102) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AC* 1103) *ib.; orig.* 1104) *Codd. et Edd. coll. o. — cf. Luc. c.* 18. 1105) viderunt: *AEGH*

nondum extra domum in noticiam portata[1106x]. *Intus*[1107] *resuscitauit quam intus inuenit, relictis solis Petro, et Iacobo, et Iohanne, patre*[1108y] *et matre puellae, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesiae. Quos autem extra inuenit, animaduertendum est, quomodo*[1109] *suscitauit. Flebat enim*[1110] *turba post filium uiduae. Fleuit*[1111] *Martha et Maria, supplicantes pro fratre. Flebat et*[1112z] *turba, que Mariam fuerat secuta*[1113], *lacrimis Mariae admonita. In quo docemur peccantibus publice non proprium, sed ecclesiae sufficere meritum.“*

C. LXXXIX. *Sufficit illa confessio, que primum Deo, deinde sacerdoti offertur.*

Item Leo Papa, [epist. LXXVIII. al. LXXX.][1114]

IX. Pars. Quamuis plenitudo fidei uideatur esse laudabilis, que propter Dei timorem apud homines erubescere non ueretur, tamen, quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea, que[1115a] penitenciam[1116] poscunt, non timeant publicare, remoueatur[1117] inprobabilis[1118b] consuetudo, ne multi a penitenciae remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut timent[1119c] inimicis suis[1120] sua facta reserare[1121], quibus[1122d] possint[1123e] legum percelli constitutione. Sufficit[1124] enim illa confessio, que primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis penitentium precator accedit. Tunc enim[1125f] plures ad penitenciam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Gratian. *Quibus auctoritatibus, uel quibus rationum firmamentis utraque sentencia confessionis et satisfactionis nitatur*[1126g], *in medium breuiter proposuimus*[1127h]. *Cui autem harum potius adherendum sit, lectoris iudicio* reseruatur. Utraque enim fautores habet sapientes et religiosos*[1128] *uiros.*

Unde Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus ait in Penitenciali suo[1129]*.

[C. XC.]

„*Quidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Greci**. Quidam uero sacerdotibus confitenda esse percensent, ut*[1130] *fere*[1131] *tota sancta ecclesia. Quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam, ita dumtaxat, ut*[1132] *Deo, qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, et hoc perfectorum est, et*[1133a] *cum Dauid dicamus*[1134]: „„*Delictum meum cognitum tibi feci, et iniusticiam meam non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniusticiam*[1135b] *meam Domino, et tu remisisti inpietatem peccati mei.*“ “ *Sed tamen Apostoli*† *institutio nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra, et oremus pro inuicem, ut saluemur. Confessio itaque, que soli*[1136] *Deo fit, quod*[1137] *iustorum est, purgat peccata. Ea uero, que sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque, salutis et sanctitatis*[1138] *auctor et largitor, plerumque prebet hanc suae penitenciae*[1139] *medicinam*[1140]†† *inuisibili amministratione*[1141], *plerumque medicorum operatione.*“

DISTINCTIO II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quia uero de penitencia semel cepit haberi sermo, aliquantulum altius repetendum uidetur, diuersorum sentencias certis auctoritatibus munitas in medium proponentes. Alii dicunt penitenciam semel tantum esse utilem. Unica enim est, nec reiterari potest. Si uero reiteratur, precedens penitencia non fuit. Et si de sentencia iudicis eius merito peccata uidentur esse remissa, apud eius tamen presentiam, cui omnia futura presentia sunt, numquam habentur remissa: quia non est seruata sentencia illa ueri sacerdotis*[1]: „*Vade, et amplius noli peccare.*“ *Item*[2]: „*Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*“ *Item ex VIII. Sinodo*[3]*:

C. I. *Primam uicii causam non penitus extinguit qui in idem*[4a] *illam postea recidit.*

Si quis semel notatus fuerit inuidiae uel contentionis uicio, et rursum in hoc ipsum inciderit, sciat, se primam[5b] causam[6c], ex qua inuidia uel contentio nascitur, in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per contraria atque aduersa curari[7], id est per humilitatis exercitium. Exercitia uero humilitatis sunt, si se uilioribus offitiis subdat, et ministeriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantiae et humanae gloriae uicium curari poterit, ut in[8d] consuetudine humilitatis affectus iam ultra non incidat[9e] arrogantiae et uanae gloriae delictum. Sed[10f] in huiuscemodi[11g] singulis uiciis cura similis adhibetur[12h].

Gratian. *Item sine karitate nulli adulto peccatum remittitur. Non autem habet karitatem qui aliquando peccaturus est criminaliter.*

Unde Augustinus ad Iulianum Comitem[13]*.

[C. II.]

„*Karitas, que deseri potest, numquam uera fuit.*“

[C. III.] *Idem super epistolam* [I.] *Iohannis*, [tract. 8.][14]

„*Radicata est karitas? securus esto; nichil mali procedere potest.*“

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. c. 88. x) deportata y) et patre z) etiam — c. 89. a) qui b) tam improbab. c) metuunt d) pro quibus e) possunt f) enim demum g) innitatur h) exposuimus — c. 90. a) ut b) iniustitias meas — Dist. II. c. 1. a) idem: *deest* b) primam illam c) causam de qua superius diximus d) in: *deest* e) incid. in f) Atque g) huiusmodi h) adhibeatur

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXXIX. * Lectoris iudicio: Certissimum est, et pro certissimo habendum, peccati mortalis necessariam esse confessionem sacramentalem, eo modo ac tempore adhibitam, quo in concilio Tridentino post alia concilia est constitutum.

C. XC. * Burchardus etiam et Ivo caput hoc citant ex Poenitentiali Theodori. In Capitularibus adiectis c. 58. haec leguntur: *Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata; quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam, ita duntaxat, ut et Deo, a quo est remissio peccatorum, confiteamur peccata nostra, et cum David dicamus:* Delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitiam meam non abscondi. Dixi, confitebor adversum me iniustitias meas Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei, *et secundum Apostoli institutionem confiteamur alterutrum peccata nostra, et oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quae Deo fit, purgat peccata. Ea vero, quae sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis et sanitatis auctor et largitor est plerumque medicorum operatione.* In conc. Cabilonensi 2. c. 33. eadem fere habentur, addita ad initium voce: *quia*, et nonnullis aliis in extrema clausula, quae notabuntur.

** Ut Graeci: Haec verba, itemque illa: *ut tota fere sancta ecclesia*, et illa: *et hoc perfectorum est*, et illa: *quod est iustorum*, absunt quemadmodum a Capitulari, ita etiam a concilio.

† Sed tamen Apostoli: In Capitulari et concilio pendet adhuc oratio, et priori illi membro: *ut et Deo etc.* redditur nunc alterum membrum his verbis: *et secundum Apostoli institutionem etc.*

†† Suae poenitentiae medicinam: In concilio atque apud Burchardum [neque tamen in Cod. coll.] et Ivonem legitur: *suae potentiae.* A Capitulari autem (prout ex ipsius lectione animadverti potest) totum istud primum abest periodi membrum.

Dist. II. C. I. * Habetur in libro de institutis monachorum, interprete Ruffino c. 22., ex Basilio in regulis brevioribus num. 289.

C. II. * In antiquis editionibus epistolarum B. Augustini erat epistola 111. ad Iulianum, in qua erat hoc caput. Nunc est in tomo 4. sub titulo de salutaribus documentis ad quendam comitem c. 7. Apud Hieronymum vero in epistola ad Ruffinum simile quiddam legitur: *Amicitia*, inquit, *quae desinere potest, vera nunquam fuit.*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. I. can. 88. 1106) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 1107) *Luc. c.* 7. 1108) *Codd. coll. o.* 1109) quando: *AC;* quoniam: *B* 1110) en.: *deest: A;* autem: *pr. A; — orig.* 1111) *Ioan. c.* 11. 1112) *Codd. coll. o. orig.* 1113) consecuta: *EGH* || can. 89. 1114) *Ep.* 168. *Ed. Baller. scr. ad Epp. Campaniae ao.* 459. — *Jaffé no.* 321. — *Ivo Decr.* XV, 167. (*can.:* illam enim contra); *Coll. tr. P.* I, 43, 42.; *Pet. Lomb. lib.* IV. *dist.* 17. 1115) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 1116) per penit.: *EGH* 1117) amoveatur: *Ivo* 1118) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo;* tamen inprob.: *Coll. tr. P.* 1119) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (erubescant.. timeant); — *Turrecrem. Coll. tr. P.* 1120) suis: *deest: EGH* 1121) reserari: *orig. Hisp. Ivo* 1122) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (a quibus); — *Lugdd.* II. III.; — *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 1123) *ABC Ed. Bas. orig. Ivo Coll. tr. P.;* possit: *Hisp.* 1124) *cf. supra c.* 61. 1125) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 1126) *ABC* 1127) *ib.* 1128) religionis: *EGH* || can. 90. 1129) *Non exstat inter capitt. Theodori quae sunt expressa; legitur tamen in c.* 33. *Conc. Cabilonens.* II. *hab. ao.* 813. (*ep. Mansi* XIV, 100.); *et in Capp. Theodulphi* (*quem nomen dedisse verisimile est*) c. 30. — *Burch.* XIX, 145.; *Ivo Decr.* XV, 155.; *Coll. tr. P.* III, 28, (29,) 12. 1130) ut . . . eccl.: *deest: C Cabil.* 1131) fere: *deest: Burch. Coll. tr. P.* 1132) et: *Conc. Cab.;* ut et: *Ivo* 1133) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.; — Conc. Cabil. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 1134) *Psalm.* 31. *v.* 5. *sq.* 1135) *Codd. coll. o.* 1136) soli: *deest: C Cabil.* 1137) quod . . . est: *deest: ib.* 1138) sanitatis: *Ivo Coll. tr. P.* 1139) potent.: *Conc. Cab. Ivo* 1140) med.: *deest: Burch. Coll. tr. P.* 1141) administrationem: *Ivo*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. 1) sent. veritatis: *EGH; — Ioann. c.* 8. *v.* 11. 2) id. c. 5. v. 14. 3) *imo Basilius. — cf. Corr. — Coll. tr. P.* II, 14, 14. || can. 1. 4) *ABC;* etiam idem: *GH; rubr.: deest: E* 5) *Codd. et Edd. coll. o.* 6) *ib. Coll. tr. P.* 7) evitari vel curari: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 8) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 9) *ABCH Coll. tr. P.* 10) *Codd. et Edd. coll. o.;* sed et: *Coll. tr. P.* 11) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 12) *CGH Edd. Arg. Bas. Coll. tr. P.; —* adhibentur: *B* || can. 2. 13) *Non est Augustini sed Paulini Aquileiensis. — Pet. Lomb. lib.* III. *dist.* 31. || can. 3. 14) Id. August. in epistola: *EGH; — no.* 9. *Ed. Maur. — Pet. Lomb. ib.*

[C. IV.] *Item Gregorius in Moralibus*[15a].

„„*Valida*[16] *est, ut mors, dilectio.*“ “ *Virtuti etenim mortis dilectio conparatur, quia nimirum mentem, quam semel ceperit*[17], *a delectatione mundi funditus occidit.*“

[C. V.] *Item Prosper in lib.* [III.] *de contemplatiua uita*, [c. 13.][18*]

„*Karitas est, ut michi uidetur, recta uoluntas, ab omnibus terrenis ac presentibus prorsus auersa*[19], *iuncta Deo*[20] *inseparabiliter et unita*[21], *igne*[22] *quodam Spiritus S. a quo est et ad quem refertur, incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis*[23] *nescia, nulli uicio mutabilitatis obnoxia, supra omnia, que carnaliter diliguntur, excelsa, affectionum omnium potentissima, diuinae contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis celestium preceptorum, mors criminum, uita uirtutum, uirtus pugnantium, palma uictorum, sanctarum mentium anima*[24], *causa meritorum bonorum, premium perfectorum; sine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis nec*[25] *potuit peccare, nec*[26] *poterit; fructuosa in penitentibus, leta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, uictoriosa in martiribus, operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid operis boni est uiuet.*“[27a] *Item*[28b]: §. 1. „*Hec est karitas uera, germana, perfecta, quam excellentiorem uiam nominat S. Apostolus*[29c]. *Sicut enim*[30d] *sine uia nullus peruenit quo tendit, ita sine karitate, que dicta est uia, ambulare non possunt homines, sed errare.*“ *Item* [ibidem cap. 15.]: §. 2. „*Ergo si karitatem Deo exhibeamus, et proximo de*[31] *corde puro, et conscientia*[32] *bona, et fide non ficta, facile peccato resistimus, bonis omnibus habundamus, seculi blandimenta contempnimus, et omnia, que difficilia humanae fragilitati sunt, uel aspera etiam, cum dilectione*[33e] *perficimus, si tamen Deum karitate perfecta, que nobis ab*[34f] *illo est, ex toto corde et*[35g] *ex tota anima, et ex totis uiribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum; quem si ex toto corde diligamus, nichil erit in nobis, unde peccati desideriis seruiamus. Et quid est diligere Deum, nisi illi*[36] *occupari*[37h] *animo, concipere fruendae uisionis*[38] *eius affectum, peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximum, quem*[39] *in se censuit diligendum, in ipso amore seruare*[40] *legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contempnendus est, diligunt, aut corpora sua minus diligenda plus diligunt, aut proximos non sicut se ipsos, aut Deum plus quam se ipsos forte non diligunt.*“ *Item*[41i]: §. 3. „*Corpus nostrum, quia pars nostri est, ad hoc nobis*[42] *diligendum est*[43], *ut saluti eius ac fragilitati naturaliter consulamus, et agamus, quatinus spiritui ordinate subiectum ad eternam salutem accepta inmortalitate et incorruptione perueniat.*“ *Item*[44k]: §. 4. „*Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas utilitates nostras, non propter speranda*[45l] *beneficia uel accepta, non propter affinitates uel consanguinitates, sed propter hoc tantum, quod sunt naturae nostrae participes, diligamus.*“ *Item*[46m]: §. 5. „*Non illi proximi nostri tantum credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iungit, sed proximi nostri credendi sunt omnes homines naturae nostrae, sicut dixi*[47], *participes.*“ *Item*[48n]: §. 6. „*Proinde, secundum*[49o] *nos proximos omnes*[50] *diligimus*[51], *quando*[52] *ad mores bonos, et ad*[53p] *eternam uitam consequendam, sicut nobis, eorum saluti consulimus; quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus, et, sicut nobis subueniri optaremus*[54q], *ita eis*[55r] *subuenimus*[56], *aut, si facultas defuerit, uoluntatem subueniendi tenemus. Quapropter*[57s] *est proximi*** *tota dilectio, ut bonum, quod tibi conferri*[58] *uis, uelis et proximo*[59t]. *Illi uero*[60] *plus quam se diligunt Deum, qui pro eius amore suae ad tempus saluti non parcunt, se ipsos tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus propriis, patriae suae extorres fieri, parentibus, et uxoribus, ac filiis*[61u] *renunciare parati sunt, et, ut totum dicam, ipsam mortem corporis non solum non refugiunt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes a corporis sui uita magis, quam a Deo uita*[62] *uitae suae discedere.*“

[C. VI.] *Item Beda super Iohannem*, [ad c. 1.][63]

„*Querendum est interea, quomodo speciale*[64] *filii*[65a] *Dei*[66] *agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit et manserit Spiritus*[67]. §. 1.[68b] *Quid magni est filio Dei, quod in ipso manere Spiritus*[69] *astruatur? Notandum*[70c], *quod semper in Domino manserit Spiritus sanctus; in sanctis autem hominibus*[71], *quamdiu mortale corpus gestauerint*[72], *partim maneat*[73] *in eternum, partim rediturus secedat*[74]. *Manet quippe apud eos, ut bonis insistant actibus, uoluntariam paupertatem diligant, mansuetudinem consequantur*[75d], *pro eterno desiderio lugeant, esuriant et sitiant iusticiam, misericordiam*[76], *munditiam*[77] *cordis, et*[78] *tranquillitatem pacis amplectantur: sed et pro obseruatione iusticiae persecutionem pati non uereantur*[79], *elemosinis, orationibus, ieiuniis, ceterisque Spiritus fructibus*[80] *insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos*[81] *suscitandi, demones*[82] *eiciendi, uel etiam prophetandi habeant*[83] *facultatem. Manet semper, ut*[84] *possint habere uirtutes, ut*[85e] *mirabiliter ipsi uiuant. Venit ad tempus, ut etiam aliis per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant.*“

[C. VII.] *Item Apostolus* [I. Cor. 13.][86]

„*Karitas numquam excidit.*“[87]

[C. VIII.] *Item Augustinus super ep.* [I.] *Iohannis*, [tract. 3.][88]

„*Unctio inuisibilis Spiritus sanctus est*[89], *unctio inuisibilis karitas est**, *que, in quocumque fuerit, tamquam radix illi erit*[90a], *quamuis ardente sole arescere*[91] *non potest, nutritur calore solis, non arescit.*“

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. c. 4. a) lib. X. Moralium c. 22. — c. 5. a) vivit b) Item infra c) Apostolus, et vere ipsa est via, quae ducit per se ambulantes ad patriam quia sicut d) enim: *deest* e) delectatione f) ex g) et: *deest* h) copulari i) *et* k) Item infra l) sperata m) *et* n) Item infra o) sicut p) ad: *deest* q) optamus r) eis pro viribus s) Quap. haec t) proximo et malum, quod tibi nolis accidere, nolis et proximo. u) filiis eius — c. 6. a) filium b) Et infra: §. 1. c) Notandum ergo d) sequantur pro aeternorum e) et ut — c. 8. a) erit quae

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * Caput hoc confectum est ex verbis Prosperi hinc inde collectis, et prior pars habetur etiam in tractatu de laudibus caritatis, inter opera B. Augustini tomo 9., eodem fere modo, quo apud Gratianum. Atque emendata quaedam, et etiam addita nonnulla sunt ex ipso B. Prospero. Sed operae pretium fuerit integrum locum apud ipsum legere; copiose enim et ornatissime explicatur.

** Haec est proximi: Ita legitur non modo in originali, sed etiam in vetustioribus Gratiani codicibus; in vulgatis erat: *Quapropter, carissime, tota dilectione satage, ut bonum, etc.*

C. VIII. * Unctio invisibilis caritas est: Hinc usque ad finem eodem modo se habent apud Magistrum, atque apud Gratianum. Sed apud B. Augustinum aliter: *Unctio invisibilis*, inquit, *caritas illa est, quae, in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit; quamvis ardente sole arescere non potest. Omne, quod radicatum est, nutritur calore solis, non arescit.* Ita non negat caritatem posse arescere, sed quod in caritate radicatum est.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. can. 4. 15) *Codd. coll. o. — lib.* X. *c.* 21. — *Pet. Lomb. ib.* 16) *Cant. c.* 8. *v.* 6. 17) ad delectationem: *EGH;* ad dilectionem: *B;* dilectione: *Corr.* || can. 5. 18) *Imo Iulianus Pomerius, cuius hic liber est.* 19) adversa: *BEGH* 20) vero Deo: *BC Edd. coll. o. pr. Arg.* 21) ignita: *Edd. Bas. Par. Lugdd.* 22) igni: *AB Edd. Nor. Ven.* I. II. 23) corrumpi: *orig.* 24) arma: *CEGH Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; Arma vel anima: *Ed. Arg.* 25) non: *EGH* 26) nec pot.: *deest: ib.* 27) *Codd. coll. o. pr. A; Edd. coll. o. pr. Arg.* (viret uel vivet) 28) *Codd. coll. o. pr. A* (*deest*) 29) *Codd. et Edd. coll. o.* — I. *Cor. c.* 3. *v.* 10. 30) *ib.* 31) de: *deest: BC* 32) scientia: *EGH* 33) *Codd. et Edd. coll. o.* 34) *ib. pr. A; — orig.* 35) *Codd. coll. o. pr. A* 36) illum: *CEGH;* eum: *Ed. Bas.* 37) *ABEH orig.;* occupare: *G Ed. Bas.* 38) iussionis: *EGH* 39) *add.:* ipse: *orig.* 40) reservare: *EGH* 41) *Codd. coll. o.* 42) a nobis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 43) est: *deest: EGH* 44) *Codd. coll. o.* 45) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 46) *Codd. coll. o.* 47) diximus: *EGH* 48) *Codd. coll. o.* 49) *BEGH Ed. Arg. Corr. orig.* 50) nostros: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 51) diligamus: *BC* 52) quoniam: *EGH* 53) *ABC orig.* 54) *Codd. et Edd. coll. o.* 55) *ib.* 56) subveniamus: *EGH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 57) *EGH;* quap. proximi tota dilectione, ut bonum: *C;* quap. prox, tota intentione amandi sunt: *A;* quap. carissime tota dilectione satage, ut bonum: *B Edd. coll. o. pr. Arg.* 58) inferri: *BC;* conferre: *H;* fieri: *Edd. Bas. Lugdd.; deest: Edd. rell.* 59) *Codd. et Edd. coll. o.* 60) vero qui: *EGH* 61) *Codd. et Edd. coll. o.* 62) qui est vita: *Edd. Bas. Lugdd.* || can. 6. 63) *Pet. Lomb. lib.* III. *dist.* 31. 64) spirituales: *CG* 65) *Codd. et Edd. coll. o.* 66) Deo: *GH* 67) *add.:* sanctus: *EGH Edd. coll. o. — cf. Ioann. c.* 1. *v.* 33. 68) *Codd. coll. o.* 69) *add.:* sanctus: *Edd. coll. o.* 70) *AC Ed. Arg.;* not. itaque est: *Edd. Lugdd.* II. III.; not. quoque est: *Ed. Bas.;* notandumque: *BEGH;* notandumque est: *Edd. rell.* 71) hom. qui: *EGH* 72) gestaverit: *CH Ed. Bas.;* gestaverunt: *Edd. rell.* 73) manet . . secedit: *Edd. Bas. Par. Lugdd.* 74) recedat: *orig.* 75) *Codd. et Edd. coll. o.* 76) misericordiamque: *BCH* 77) mundiciamque: *EGH;* et mund.: *A* 78) et tamen: *EH* 79) reuereantur: *BC Ed. Bas.* 80) *add.:* sancti: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 81) mort. susc.: *deest: orig.* 82) et dem.: *orig.* 83) possint habere uirtutem: *ib.* 84) ut . . . uirt.: *deest: ib.* 85) *Codd. coll. o.* || can. 7. 86) *v.* 8.; *Lomb. lib.* III. *dist.* 31. 87) excidet: *AC* || can. 8. 88) *no.* 12. *Ed. Maur. — Pet. Lomb. ib.* 89) est: *deest: orig.* 90) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 91) ardescere: *EGH*

[C. IX.] *Item Gregorius super Ezechielem*, [hom. III.][92]

„*Pennata*[93a] *animalia, minime reuertuntur, cum incedunt, quia sancti predicatores, sic a terrenis actibus ad spiritualia transeunt*[94b], *ut ad ea, que reliquerant*[95c], *ulterius nullatenus reflectantur.*“ *Et paulo post:* „„*Nemo*[96] *mittens manum suam*[97d] *in aratrum, etc.*“ “[98e] *Manum quippe in aratrum mittere est quasi per quendam conpunctionis uomerem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retro post aratrum aspicit, qui post exordia boni operis ad mala reuertitur, que reliquit*[99]. *Quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per Prophetam dicitur*[100]: „„*Non reuertebantur, cum incederent*[101].“ “ *Et paulo post:* „*Unde et*[102f] *Paulus:* „„*Unum uero, que retro sunt*[103], *oblitus*[104], *in ea, que sunt ante*[105g], *extendens me, sequor ad palmam supernae uocationis.*“ “ *In anteriora etenim extentus, eorum, que retro sunt, oblitus fuerat, quia temporalia despiciens sola que sunt eterna requirebat.*“[106h]

[C. X.] *Idem in eodem, omel. V.*[107a]

„„„*Non*[108] *reuertebantur, cum incederent,*“ “[109] *quia electi quique sic ad bona tendunt, ut ad mala perpetranda non redeant.* „„*Qui*[110] *enim perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.*“ “ *Et, sicut per Salomonem dicitur*[111]: „„*Iustorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectum diem.*“ “ *In eorum namque animo*[112b] *bonum desiderium atque intellectus lucis intimae iam pars diei est; sed quia usque ad finem uitae in uirtute proficiunt, ad perfectum diem tunc ueniunt*[113], *quando ad regna celestia perducti, in ea luce, quam desiderant, iam minus aliquid non habebunt.*“

[C. XI.] *Idem in eodem omelia V.*[114a]

„*Potest discursus atque mobilitas Spiritus sic*[115] *intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam uirtutes semper manet*[116b]; *iuxta quasdam uero recessurus uenit, et uenturus recedit. In fide enim*[117c], *spe atque karitate, et in bonis aliis, sine quibus ad celestem patriam non potest perueniri*[118d] (*sicut est castitas, humilitas, iusticia atque misericordia*) *perfectorum corda non deserit. In prophetiae uero uirtute, doctrinae*[119] *facundia*[120], *miraculorum exhibitione, electis*[121e] *aliquando adest, aliquando se subtrahit.*“ *Et paulo post:* §. 1. „*In his itaque uirtutibus, sine quibus ad uitam minime peruenitur, Spiritus sanctus in cordibus electorum suorum permanet, unde recte stabilis dicitur*[122]*. *In his uero, per quas sanctitatis uirtus ostenditur, aliquando misericorditer presto est, aliquando misericorditer recedit.*“

Unde Ambrosius super epist. II. ad Chorinthios, [ad c. 6.]:*

[C. XII.]

„*Ficta karitas est, que deserit in aduersitate.*“

II. Pars. [Gratian.] *Ex premissis itaque apparet, quod karitas semel habita ulterius non amittitur. Qui autem*[123a] *karitatem semel habuerit criminaliter ulterius peccare non poterit, ut ad gratiam, non ad naturam inpossibilitas referatur. Quod autem karitatem habens criminaliter peccare non possit, testatur Augustinus*[124] [in lib. L. Homiliarum,] *omel. 8. dicens:*

[C. XIII.]

„*Quia*[125] *radix omnium malorum est cupiditas, et radix omnium bonorum est karitas, et simul ambae esse non possunt, nisi una radicitus*[126a] *euulsa fuerit, alia plantari non potest*[127b]. *Sine causa aliquis*[128] *conatur ramos incidere, si radicem non contendit euellere.*“

[Gratian.] *Cum ergo qui criminaliter peccat karitatem numquam habuisse probatur, euidenter colligitur, penitenciam non agere, qui quandoque criminaliter peccauit*[129c].

*Unde Augustinus**:

[C. XIV.]

„*Karitas est aqua, de qua Dominus ait*[130] *in euangelio*[131]: „„*Qui biberit ex aqua*[132], *quam ego dabo ei, non sitiet in eternum.*“ “

[Gratian.] *Reprobus ergo*[133], *cum eternis*[134a] *mancipatus incendiis in eternum sitiat*[135], *quomodo bibet aquam uiuam, aut quomodo potabit aquam salientem in uitam eternam, qui, quasi plumbeus demersus*[136] *in ima, penas luit dampnationis eternae? Item: Sine karitate quomodo ueram contritionem cordis quis habere poterit? quomodo ergo delictorum remissionem? que*[137] *si*[138] *non*[139b] *dimissa, quomodo non omnia prorsus ad penam exigenda*[140c]? *Item Dominus*[141]: „*Amen, amen dico uobis, qui credit in me habet uitam eternam.*“ *Qui ergo non habet uitam eternam non credit in Christum. In Christum uero credit qui karitatem habet. In Christum quippe credere est amando in ipsum tendere. Hec est fides, ut diffinit Apostolus, que per dilectionem operatur; huic duntaxat delictorum remissio promittitur. Quod si karitas a fide Christianorum seiungi nequit, cui scilicet soli uenia promittitur, quomodo qui karitatem non habuit*[142d] *fidem Christianorum habuit, id est in Christum credidit? quomodo ergo ueniam delictorum accepit? quam*[143] *si non accepit, quomodo non omnia prorsus opera eternis sunt*[144] *ferienda suppliciis? Item Dominus*[145]: „*Ego sum panis uiuus, qui de celo descendi; si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum.*“ *Qui ergo non uiuit in eternum non manducauit panem uiuum: sed qui non manducauit in*[146e] *eum non credidit. Hoc est enim manducare panem uiuum, quod credere in Christum, id est amando tendere in ipsum. Cum igitur*[147f] *reprobus in eum non crediderit, quem non manducauit, et ita fidem Christianorum (qua sola peccata relaxantur) non habuerit*[148], *quomodo, si uiuit Dominus, cui omne iudicium dedit Pater, iudicium perpetuae dampnationis effugiet omnium non solum actualium, sed etiam*[149] *originalium?*

III. Pars. §. 1. *Hec, que de karitate dicuntur, de perfecta intelligi possunt, que semel habita numquam amittitur. Exordia uero karitatis enutriuntur, ut crescant, et conculcantur, ut deficiant. Nemo enim repente fit summus, sed in bona conuersatione, que sine karitate nulla est, a minimis quisque inchoat, ut ad magna perueniat. Sunt itaque gradus non solum inter uirtutem et uirtutem, sed etiam*[150g] *in eadem uirtute.*

Unde Gregorius super Ezechielem [homil. XV.] *scribit, dicens*[151]:

[C. XV.]

„*Dum*[152a] *sanctam ecclesiam Dominus suscipit*[153], *in gra-*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. c. 9. a) Pennata animalia, videlicet b) pertranseunt c) reliquerunt d) suam: *deest* e) aratr. et aspiciens retro aptus est regno Dei f) et: *deest* g) anteriora h) quaerebat — c. 10. a) in eundem b) animis — c. 11. a) Idem ibidem b) permanet c) etenim d) veniri e) electis suis — c. 12. a) enim — c. 13. a) penitus b) poterit c) peccat — c. 14. a) in aeternis b) non sunt c) exigenda sunt d) habuerit e) in: *deest* f) ergo g) et — c. 15. a) Quum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XI. * Unde recte stabilis dicitur: Haec ex paulo superiore B. Gregorii disputatione aliis verbis huc sunt a collectore translata.

C. XII. * Referuntur verba glossae ordinariae, nam B. Ambrosii sunt haec: *Simulata caritas in his est, qui in necessitate deserunt fratres.*

C. XIV. * Haec sententia non est inventa apud B. Augustinum, licet in Psalm. 103. ad vers. *Qui tegis aquis*, caritatem velit aquis significari quemadmodum et Prosper, et glossa ordinaria et interlinearis ad eundem locum.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. can. 9. 92) *lib. I. ad Ezech.* I, 9. 93) *Codd. et Edd. coll. o.* 94) *ib.* 95) *ib.* 96) *Luc. c. 9. v. 62.* 97) *Codd. et Edd. coll. o.* 98) *AEGH*; etc.: *deest: C Edd. coll. o.*; aratr. a. e. r. d.: *B* 99) dereliquit: *H*; derelinquunt: *EG* 100) *Ezech. c. 1. v. 17.* 101) ambularent: *Vulgat.*; *add.*: qui electi quique sic ad bona tendunt, ut ad mala perpetranda non redeant. Qui enim perseveraverint usque in finem, hic saluus erit: *A* 102) *Codd. coll. o.*; — *Phil. c. 3. v. 13.* 103) sunt: *deest: AC* 104) obliviscens: *H Edd. coll. o. pr. Bas.* (unum uero quod retro est oblitus) 105) *A Corr. orig.*; ad anteriora: *EGH* 106) *Codd. coll. o. orig.* || can. 10. 107) *Codd. coll. o. pr. A* (inscr.: *deest*) — *hom. 5. in Ezech. c. 1. v. 12.* 108) *Ezech. c. 1. v. 17.* 109) ambularent: *orig.* 110) *Matth. c. 10. v. 22.* 111) *Prov. c. 4. v. 18.* 112) *Codd. et Edd. coll. o.* 113) perveniunt: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 11. 114) *Codd. coll. o. pr. A* (eod.: *deest*); — *ib. no. 11.*; *Petr. Lomb. lib.* III. *dist.* 31. 115) requisitione alterius considerationis: *orig.* 116) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg. Nor. Ven.* I. II. (maneat) 117) *Codd. coll. o.* 118) *ib. orig.* 119) fecunda perf.: *H Edd. coll. o.* 120) fecundia: *H*; fecunditate: *C*; foecunda: *B* (doctr.: *deest*); — *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 121) *Codd. et Edd. coll. o.* 122) esse perhibetur: *orig.* || can. 12. 123) *Codd. coll. o.* || can. 13. 124) *Sermo 270. no. 1. in Appdice Ed. Maur. t. V. — non est Augustini. — Pet. Lomb. lib.* III. *dist.* 31. 125) *I. Tim. c. 6. v. 10.* 126) *ABC Ed. Bas. Corr. orig.* 127) *Codd. et Edd. coll. o.* 128) ergo aliq.: *orig.* 129) *BEGH Corr.*; peccabit: *AC* || can. 14. 130) ait: *deest: AC* 131) *Ioan. c. 4. v. 13.* 132) bib. aquam: *EGH* 133) enim: *A*; autem: *EGH* 134) *Codd. coll. o.* 135) sitiet: *AEGH* 136) dimersus: *AEGH* 137) que: *deest: EGH*; quo . . . Item: *deest A, ubi legitur:* nam cuius peccata caritate non operiuntur in eterna pena usque ad novissimum quadrantem penitus expetuntur. 138) si: *deest: EG* 139) *BCEGH* 140) *ib.*; exigendam: *BC* 141) *Ioan. c. 6. v. 47.* 142) *Codd. coll. o. pr. AE* 143) quam . . . suppliciis: *deest: A, ubi legitur:* qui hoc non habet, unde veniam accipere speret. 144) sunt: *deest: BGH* 145) *Ioann. c. 6. v. 51.* 146) *Codd. coll. o.* 147) *ABC* 148) habuit: *GH* 149) et.: *deest: BC* 150) *Codd. coll. o.* || can. 15. 151) *ad c. 40. Ezech. no. 3.* 152) *Codd. coll. o. pr. E*; — *Ed. Bas. Par. Lugd.* I. *orig.* 153) suscepit: *Edd. Bas. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I.

dibus eius dinoscitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendendo proficit[154], *tantum Deus hominibus ex eius uirtute*[155b] *innotescit. De his quoque gradibus B. Iob loquitur, dicens*[156]: „„*Per singulos gradus meos pronunciabo illum.*““ *Omnipotentem quippe Dominum*[157] *per singulos gradus suos pronunciat, qui per incrementa uirtutum, que accipit*[158c], *ei semper laudem suae*[159] *pietatis reddit. Si quidam*[160] *gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret*[161]: „„*Ambulabunt de uirtute in uirtutem.*““ *Nec mirum, si de uirtute in uirtutem gradus sunt, quando ipsa*[162d] *unaqueque uirtus quibusdam quasi gradibus augetur*[163e], *et sic per incrementa meritorum ad summam*[164f] *perducitur.* §. 1. *Alia*[165g] *namque sunt uirtutis exordia, aliud*[166] *prouectus*[167h], *aliud perfectio. Si enim et*[168] *ipsa fides ad perfectionem suam non gradibus quibusdam duceretur, sancti Apostoli minime dixissent*[169]: „„*Auge*[170i] *nobis fidem.*““ *Et quidam uenit ad Dominum*[171k], *qui curari uoluit filium suum; sed requisitus, an crederet, respondit*[172]: „„*Credo, Domine, adiuua incredulitatem meam.*““ *Pensate, rogo, quod dicitur. Si credebat, cur incredulitatem dicebat? Si uero incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiae suorum meritorum gradibus fides crescit, uno eodemque tempore is, qui necdum perfecte crediderat, simul et credebat, et incredulus erat.* §. 2. *Hos nimirum gradus Dominus sub messis nomine describit, dicens*[173]: „„*Sic est regnum Dei, quemadmodum si iactet*[174l] *homo semen in terram*[175], *et dormiat, et exsurgat nocte ac die, et semen germinet, et crescat, dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica; et cum ex se*[176] *produxerit fructus, statim mittit*[177] *falcem, quoniam adest tempus messis.*““ *Semen homo iactat in terram*[178], *cum cordi suo bonam intentionem inserit, et post, quam semen iactauerit*[179], *dormit, quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte uero surgit*[180m] *ac die, quia inter aduersa et prospera proficit, et semen germinat et crescit, dum nescit ille, quia, et*[181n] *cum*[182o] *adhuc metiri sua incrementa non ualet, semel concepta uirtus ad prouectum*[183p] *ducitur, et ultro terra fructificat, quia preueniente se gratia mens hominis spontanea*[184q] *ad fructum*[185r] *boni operis assurgit*[186]. *Sed hec eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere est inchoationis bonae adhuc teneritudinem habere. Ad spicam uero herba uenit*[187s], *cum se uirtus animo concepta ad prouectum*[188t] *boni operis pertrahit*[189]. *Plenum uero*[190] *frumentum in spica fructificat, quando iam tantum*[191u] *uirtus proficit, ut esse robusti et perfecti operis possit. Sed*[192] *cum ex se produxerit fructum*[193v], *statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit, et messem suam*[194] *desecat, quia, cum unumquemque ad opera perfecta perduxerit*[195w], *eius temporalem uitam per emissam sentenciam incidit, ut granum suum ad celestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Cum uero operari recta incipimus, herba sumus. Cum autem ad prouectum*[196x] *boni operis crescimus, ad spicam peruenimus**, *cumque in eiusdem operationis*[197] *perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus.* §. 3. *Herba etenim Petrus fuerat, qui, passionis tempore per amorem Dominum sequens, hunc confiteri ante ancillae uocem timebat. Erat enim iam uiriditas in mente, quia credebat omnium*[198] *redemptorem; sed ualde adhuc flexibilis pede conculcabatur timoris. Iam in spica*[199y] *surrexerat, quando eum, quem moriturum confiteri timuerat, nunciante angelo in Galilea*[200] *uiuentem uidebat. Sed ad*[201] *plenum granum in spica*[202] *peruenerat, quando ueniente desuper Spiritu*[203], *et suam mentem in illius amore roborante, ita solidatus est, ut uires persequentium cesus despiceret, et redemptorem suum libere inter flagella predicaret.* §. 4. *Nullus itaque, qui ad bonum*[204] *propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despiciatur, quia frumentum Dei ab herba incipit, ut granum fiat. Vir ergo*[205z] *uenit*[206] *ad portam, quia Dominus ac redemptor noster membris suis intrantibus perducit*[207]** *ad se, et ascendit per gradus eius, quia nobis proficientibus eo*[208aa] *amplius exaltatur*[209], *quo*[210bb] *altus*[211] *et inconprehensibilis esse cognoscitur. In uirtutum*[212cc] *quippe nostrarum gradibus*[213dd] *ipse ascendere dicitur, quia tanto ipse nobis sublimior ostenditur, quanto*[214ee] *noster animus a rebus infimis*[215] *separatur.*“

Hinc etiam[216a] *Augustinus ait in libro de libero arbitrio,* [c. 17.][217b]:

[C. XVI.]

„*Qui uult facere Dei mandata*[218], *et non potest, iam quidem habet bonam uoluntatem, sed adhuc paruam et inualidam. Poterit autem, cum magnam habuerit et robustam. Quando enim martires illa mandata magna fecerunt, magna utique uoluntate, id est magna karitate fecerunt, de qua*[219c] *ipse Dominus ait:* „„*Maiorem*[220d] *karitatem nemo habet*[221e] *etc.*““ *Et paulo post*[222]: §. 1. „*Ipsam karitatem apostolus Petrus nondum habebat*[223f], *quando timore Dominum ter negauit*[224g]. *Et tamen, quamuis parua et inperfecta, non deerat ei karitas*[226h], *quando dicebat:* „„*Domine*[227], *animam meam pro te ponam*[228].““ *Idem super epistolam*[229i] *Iohannis*, [tract. 5.]: §. 2. „*Si quis tantam habuerit karitatem, ut paratus sit etiam*[230] *pro fratribus mori, perfecta est in illo karitas; sed numquid mox, ut nascitur, iam prorsus perfecta est? ut perficiatur, nascitur; cum fuerit nata, nutritur; cum*[231] *fuerit nutrita, roboratur; cum fuerit roborata, perficitur; cum ad perfectum uenerit, quid dicis*[232k]? „„*Michi uiuere Christus est, et mori lucrum.*““[233l]*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. c. 15. b) virtutibus c) cepit d) ipsa: *deest* e) agitur f) summa g) Aliud h) profectus i) Adauge k) Iesum l) iaciat m) exsurgit n) et: *deest* o) dum p) perfectum q) spontanee r) profectum s) pervenit t) profectum u) in tant. v) fructus w) produxerit x) profectum y) spicam z) ergo vestitus lineis aa) eo nobis bb) quanto cc) virtute dd) mentium ee) quantum — c. 16. a) Item Aug. b) de gratia et lib. arb. c) qua caritate d) Maiorem hac e) hab.: *deest* f) habuit g) negavit. Timor enim non est in caritate, sicut ait Ioannes evangelista in epistola sua[225] sed perfecta caritas foras mittit timorem. h) ei car.: *deest* i) primam epistol. k) dicit l) lucrum. „Optabam* dissolvi, et esse cum Christo, multo[234] magis optimum; manere in carne necessarium propter vos.“ Propter eos volebat vivere, quo quibus paratus erat mori.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XV. * Quum autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam pervenimus: Haec desiderantur in originali [neque tamen in Ed. coll.].

** Perducit: In plerisque vetustis, et apud B. Gregorium legitur: *perducitur:* sed ob glossam non est emendatum.

C. XVI. * Optabam: Hinc usque ad finem sunt addita ex B. Augustino, quoniam faciunt ad sententiae integritatem.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. can. 15. 154) proficitur: *B;* proficiscitur: *C;* profecerit: *orig.* 155) *Codd. et Edd. coll. o.* 156) *Iob. c.* 31. *v.* 37. 157) deum: *BC Ed. Bas.* 158) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B Bas.* (accepit); — *orig.* 159) suae: *deest: EGH* 160) quidem: *Edd. coll. o. pr. Arg.;* — *deest: A* 161) *Psalm.* 83. *v.* 8. 162) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 163) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 164) *ABC* 165) *Codd. et Edd. coll. o.* 166) *add.:* virtutis: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 167) *ACEH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *orig.* 168) et: *deest: orig.;* — *cf. Pet. Lomb. lib.* III. *dist.* 31. 169) *Luc. c.* 17. *v.* 5. 170) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 171) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G Edd. Bas.;* Deum: *Ed. Bas.* 172) *Marc. c.* 9. *v.* 23. 173) *Marc. c.* 4. *v.* 26. 174) *Codd. et Edd. coll. o.* 175) terra: *BC* 176) ex se: *deest: Vulgat.;* cum se prod.: *orig.* 177) mittet: *BC* 178) terra: *EGH* 179) iactatum est: *AH* 180) *Codd. et Edd. coll. o.* 181) *CH orig.* 182) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 183) *Codd. coll. o. orig.* 184) *Codd. et Edd. coll. o.* 185) *Codd. coll. o. orig.* 186) surgit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 187) *Codd. et Edd. coll. o.* 188) *ACEH Edd. Arg. Nor.;* proventum: *B* 189) protrahit: *Edd. Lugdd.* II. III. 190) autem: *orig.* 191) *Codd. coll. o.* 192) At cum se: *orig.* 193) *ABC* 194) suam: *deest: BC Ed. Bas.* 195) *AC orig.* 196) *AEH Edd. Arg. Bas. orig.* 197) boni operis: *orig.* 198) Dominum: *Ed. Bas.;* Dom. omnium: *Edd. rell. pr. Arg.* 199) *ABCEH* 200) Gallileam: *EH* 201) Sed tunc: *orig.* 202) spicam: *Ed. Bas. orig.* 203) *add.:* sancto: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 204) bonum eius: *EGH* 205) *Codd. et Edd. coll. o.* 206) veniat: *Edd. Lugdd.* II. III. 207) perducitur: *A* ducitur: *H* 208) *Codd. coll. o. pr. E;* — *Edd. Arg. Bas.* 209) exaltabitur: *H Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 210) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 211) altius: *Edd. Bas. Lugdd.* 212) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ven.* II.; — *orig.* 213) *Codd. et Edd. coll. o.* 214) *Codd. coll. o. orig.* 215) infirmis: *AH;* infirmis vel infimis: *Ed. Arg.* ‖ can. 16. 216) *Codd. coll. o.* 217) *BC;* — *no.* 33. *Ed. Maur.* 218) mandatum: *orig.* 219) *Codd. et Edd. coll. o.* 220) *ib.* 221) *ib. pr. Par. Lugdd.;* — *cf. Ioan. c.* 15. *v.* 13. 222) *Petr. Lomb. lib.* III. *dist.* 29. 223) *Codd. et Edd. coll. o.* 224) *ib.* 225) I. *Ioann. c.* 4. *v.* 18. 226) *Codd. et Edd. coll. o.* 227) Domino: *orig.;* — *cf. Ioann. c.* 13. *v.* 37. 228) pono: *BEGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 229) *Codd. coll. o.;* — *in* I. *ep. Ioann. tract.* 5. *no.* 4. *Ed. Maur.* 230) etiam: *deest: AB Ed. Bas.* 231) cum fuerit: *deest: GH* 232) *BCD Edd. coll. o.;* dices: *A;* dicitur: *EGH;* — *cf. Phil. c.* 1. *v.* 21. 233) *Codd. et Edd. coll. o.* 234) *add.:* enim: *orig.*

[C. XVII.] *In eadem* [tract. IX.][235a*]

„Sicut seta introducit linum[236], *ita timor*[237b] *karitatem; crescit karitas, minuitur*[238] *timor, et e conuerso.“*

[C. XVIII.] *In eadem*[239a].

„Forte nata est in te karitas, sed nondum perfecta[240b]*; noli desperare, nutri eam, ne forte*[241c] *suffocetur.“*

[C. XIX.] *Idem ad Ieronimum*, [epist. XXIX.][242*]

„Karitas in quibusdam perfecta est[243], *in quibusdam*[244a] *inperfecta: perfectissima autem in hac uita haberi non potest.“*

[C. XX.] *Item Gregorius*[245a].

„Si sermo meus inuenerit[246b] *in cordibus uestris aliquam scintillam*[247] *gratuiti amoris Dei, ipsam nutrite*[248], *ad hanc augendam uos aduocare studete.“*[249c] *Et paulo post: „Flate*[250d*], *nutrite in uobis; ut*[251e] *cum creuerit, et flammam dignissimam fecerit, omnium*[252f] *cupiditatum*[253g] *ligna consumat.“*[254h]

[Gratian.] *E contrario etiam gradus in uirtute esse probantur, quia et ipsius peccati gradus euidenter apparent. Sicut enim nemo repente fit summus, ita nemo repente fit turpis*[255i].

Hinc etiam Augustinus in [lib. I.] *sermone Domini in monte*, [c. 23.][256a]:

[C. XXI.]

„Sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, consensione[257]*: ita ipsius peccati tres sunt differentiae, et*[258b] *in corde, et in facto, et in consuetudine, tamquam tres mortes; una, quasi in domo, id est cum in corde consentitur libidini; altera*[259], *quasi prolata iam extra portam, cum in factum procedit assensio; tertia, cum in*[260c] *consuetudinis malae tamquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Que tria genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis euangelium legit*[261] *agnoscit.“*

[C. XXII.] *Item Gregorius* [lib. XXV. Moralium, c. 16.]

„Sciendum quippe est, quod peccatum tribus modis admittitur[262a]. *Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio perpetratur, et grauius quidem infirmitate, quam ignorantia, sed multo grauius studio, quam infirmitate peccatur.“*

[C. XXIII.] *Idem* [lib. XXI. Moralium, c. 3.][263]

„Inter hec sciendum est, aliud esse, quod animus de temptatione[264] *carnis patitur, aliud uero, cum per consensum delectationibus*[265a] *obligatur. Plerumque enim cogitatione praua pulsatur, sed renititur*[266]. *Plerumque autem*[267b] *peruersum quid*[268] *concipit*[269], *intra*[270c] *semetipsum etiam*[271] *per desiderium uoluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio inmunda inquinat, cum pulsat, sed cum hanc sibi per delectationem subiugat. Hinc etenim predicator egregius*[272d]: *„„Temptatio uos non apprehendat, nisi humana.““ Humana quippe temptatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes, quia, ut nonnumquam*[273e] *illicita ad animum ueniant*[274], *hoc utique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam uero demoniaca et non humana est temptatio, cum ad hoc, quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus astringit.“*

[C. XXIV.] *Item Ieronimus* [ad c. I. Amos.]

„Super tribus sceleribus Damasci etc.“ ut supra[275].

[Gratian.] *Non est mirum, si in uirtute gradus esse dicuntur, quandoquidem*[276] *et peccati gradus ita euidenter monstrantur.* §. I. *Hec itaque karitas, que in Petro ante negationem herba fuit, et in singulis nascitur ante, quam roboretur, ante sui perfectionem amittitur et reparatur. Unde Augustinus in libro de correctione et gratia*, [c. 7.][277a]: *„Quicumque ab illa originali dampnatione ista diuinae gratiae largitate discreti sunt, non est dubium, quin*[278b] *procuretur eis euangelium, et, cum audiunt, credunt*[279], *et in fide, que per dilectionem operatur, usque in finem*[280] *perseuerant, et, si quando exorbitant*[281], *correcti*[282c] *emendantur, et quidam eorum, etsi ab hominibus*[283] *non corripiantur, in uiam, quam reliquerant, redeunt et cet.“*[284d]

[C. XXV.] *In eodem*[285a].

„„Firmum[286] *fundamentum Dei stat, inmobile* habens signaculum hoc: Scit*[287] *Dominus*[288] *qui sunt eius.““ Horum fides, que per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficit, aut, si qui sunt, quorum deficit, reparantur*[289b] *ante, quam uita ista finiatur, et deleta iniquitate, que intercurrerat, usque*[290c] *in finem perseuerantia deputatur.“*[291]

[C. XXVI.] *In eodem*, [c. 9.][292a]

„Nullus eorum ex bono in malum conmutatus[293b] *finit hanc uitam.“*

[C. XXVII.] *In eodem*[294a].

„Talibus Deus[295] *diligentibus eum*[296] *omnia cooperatur*[297] *in bonum, usque adeo prorsus omnia, ut etiam, si qui eorum deuiant et exorbitant, etiam hoc ipsum faciet*[298b] *eis proficere in bonum.“*

[C. XXVIII.] *Item Apostolus ad Galathas*, [c. 5. v. 6.]

„Circumcisio non est aliquid, neque preputium, sed fides, que per dilectionem operatur. Et[299] *hoc olim in uobis, quia currebatis bene per opera fidei et*[300a] *ex dilectione.“*

[C. XXIX.] *Item ad Ebreos*, [c. 6. v. 10.][301a]

„Non est[302] *tam iniustus Deus, ut obliuiscatur operis uestri etc.“*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXII. Quest. I. Dist. II. c. 17. a) Idem in eandem b) timor introducit — c. 18. a) Item tract. V. in eandem b) perfecta est c) offocetur (forte: *deest*) — c. 19. a) quibusd. est — c. 20. a) Idem in libro L. Homiliarum, hom. 9. b) invenit c) advocate d) Flete* e) ipsa f) omn.: *deest* g) cupid. carnalium h) consumet i) turpissimus — c. 21. a) Aug. ait b) et ... et ... et: *deest* c) vi — c. 22. a) committitur — c. 23. a) delectationis b) autem quum c) hoc intra d) egregius dicit e) nonnumquam et — c. 24. a) correptione b) quod et procuratur eis audiendum evangel. c) correpti d) etc.: *deest* — c. 25. a) C. XXV. Idem ibidem b) reparatur c) usque: *deest* — c. 26. a) Idem in eodem libro b) mutatus — c. 27. a) C. XXVII. Idem ibidem b) faciat — c. 28. a) et: *deest* — c. 29. a) Idem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVII. * Verba B. Augustini sunt haec: *Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid suitur, seta primum intrat, sed, nisi exeat, non succedit linum: sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ideo intravit, ut introduceret caritatem.* Et paulo superius: *Maior caritas, minor timor; minor caritas, maior timor.* Ex his confectum est hoc caput.

C. XIX. * Caput hoc est summa quaedam verborum Augustini in loco indicato.

C. XX. * Flete: Non est emendatum ob glossam, nam in multis vetustis codicibus est: *flate*, et in originali legitur: *Hanc scintillam boni amoris, de qua Dominus dicit:* Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut ardeat? *flate, in vobis nutrite etc.*

C. XXV. * Immobile: Abest ab originali; sed non est expuncta ob glossam.

„*Citius ad hoc*[660] *respondemus, quia aurum, quod prauis eius persuasionibus quasi lutum sterni potuerit, aurum ante Dei oculos numquam fuit. Qui enim seduci quandoque non reuersuri possunt, quasi habitam sanctitatem ante oculos hominum uidentur amittere, sed eam ante Dei oculos numquam habuerunt. Sepe namque homo multis occulte peccatis inuoluitur, et in una aliqua uirtute magnus uidetur, que ipsa quoque uirtus inanescens deficit, quia, dum innotescit hominibus, proculdubio laudatur, eiusque fauor*[661a] *inhianter appetitur: unde fit, ut et ipsa uirtus ante Dei oculos uirtus non sit, dum abscondit quod displicet, prodit*[662] *quod placet. Que itaque esse merita apud Deum possunt, quando et mala occulta sunt, et bona publica*[663]? *Plerumque enim, sicut diximus, latet superbia, et castitas innotescit. Atque ideo ostensa diu castitas*[664b] *circa finem uitae perditur, quia cooperta superbia usque ad*[665] *finem incorrecta*[666] *retinetur. Alius elemosinis uacat, propria distribuit, sed tamen multis iniusticiis seruit*[667], *uel fortasse linguam in detractionibus exercet, et fit plerumque, ut is, qui misericors fuerat, iuxta uitae suae terminum rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Quod ualde iusto*[668] *iudicio agitur, ut perdat et*[669c] *ante homines unde hominibus*[670] *placuit, qui hoc, unde Deo displicuit, corrigere numquam curauit. Alius patienciae studet, sed*[671d] *inuidere aliis, et seruare maliciam in corde non cauet, fit quandoque inpatiens, quia*[672] *diu latuit dolens. Hi itaque et per aliquid aurum sunt, et per aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum quasi lutum sternitur, quando occultis peccatis exigentibus etiam uirtus, que publice claruerat, dissipatur.* §. 1. *Sed operae precium credimus, si in his uirtutem superni ordinis subtilius perpendamus. Sepe enim Deus omnipotens occulta eorum*[673e] *mala diu*[674] *tollerat, et*[675f] *aperta eorum bona electorum suorum usibus profutura dispensat. Nam nonnulli, mundum nequaquam funditus deserentes, non perseueraturi angustum iter arripiunt, sed ad querendam angustam uiam exemplo suo eos, qui perseueraturi sunt, accendunt. Unde contingit plerumque, ut hoc ipsum, quod bene uidentur uiuere, non sibi, sed potius solis electis uiuant, dum exemplis suis ad bene uiuendi studia perseueraturos alios non perseueraturi prouocant. Sepe enim quosdam uidemus ad*[676g] *uiam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alii, quia euntes conspiciunt, secuntur, eundemque pariter locum petunt; sed fit plerumque, ut irruente aliquo inplicationis articulo post se redeant qui preibant, et hi ad locum perueniant, qui sequebantur. Ita nimirum sunt*[677] *qui non perseuerant*[678h] *et uiam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim uirtutis iter non peruenturi*[679] *inchoant, ut eis, qui peruenturi sunt, uiam*[680], *qua gradiantur*[681], *ostendant*[682], *quorum etiam casus utilitate non modica electorum prouectibus*[683] *seruit, quia illorum*[684] *lapsum dum conspiciunt, de suo statu contremiscunt, et ruina, que illos dampnat, istos humiliat. Discunt*[685] *enim in superni adiutorii*[686i] *protectione confidere, dum plerosque conspiciunt de suis uiribus*[687] *cecidisse*[688k]. *Quando ergo bene agere uidentur reprobi, quasi planum iter electis sequentibus monstrant*[689]. *Quando uero in lapsum nequiciae corruunt, electis post se pergentibus quasi cauendam superbiae foueam ostendunt.*"

[Gratian.] *Quod uero reprobi negantur comedere panem, qui de celo descendit, uel bibere aquam uiuam*[690], *non sic accipiendum est, ut a karitate penitus credantur alieni, sed ut in karitate radicem figere non intelligantur. Aliud est enim manducare uel bibere, atque aliud degustare. Unde in euangelio de Christo legitur*[691]: „*Et*[692] *cum gustasset, noluit bibere.*" *Bibit ergo aquam uiuam, manducat*[693l] *panem, qui de celo descendit, qui in karitate radicem figit; degustat, qui ea aliquatenus communicat, a qua postea recedit delinquendo. De qualibus*[694m] *Apostolus ait*[695n]: „*Inpossibile est, eos, qui semel illuminati sunt, et gustauerunt celeste donum, et post hec omnia prolapsi sunt, rursus renouari ad penitenciam.*" §. 1. *Hinc etiam diabolus in ueritate stetisse, non in ea creatus esse negatur*[696]. *Fuit enim in ueritate conditus; sed, dum de se superbiendo presumpsit, ab ea alienus factus est. In ueritate autem quomodo creatus*[697o] *perhibetur, si sine dilectione sui conditoris creatus esse probatur? Aut quomodo bonus a Deo conditus asseritur, si nichil diuinae dilectionis in sui creatione*[698p] *accepit*[699q]? *Quomodo ante*[700]

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. c. 41. b) bono c) permanere d) sancti: *deest* e) Idem in eodem libro f) *et* g) qui h) volebat i) permanere k) vivere, et aliquamdiu fideliter et iuste vivere l) in m) incipit — c. 42. a) Idem Augustinus in eodem lib. de corrept. et gratia — c. 43. a) a caritate aliquando b) proposuisset c) sive tunc — c. 44. a) laus b) caritas c) et: *deest* d) sed dum (e quorundam f) ut g) ad: *deest* h) perseveraturi (et: *deest*) i) adiutoris k) praesumentes cecidisse l) et mand. m) quibus n) dicit o) esse creatus p) conditione q) acceperit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLI. * Qui non accepi: Restitutus est hic locus ex originali, nam antea valde erat depravatus. Ac tamen, quoniam hae sententiae valde mutilatae referuntur, operae pretium fuerit ad fontem adire.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. can. 41. 622) *Codd. et Edd. coll. o.* 623) *ib.* 624) *Rom. c. 8. v. 28.* 625) *Codd. et Edd. coll. o. pr. D; — Vulgat.* 526) etc.: *deest: A orig.* 627) *Codd. coll. o. — ib. no.* 10. 628) et: *deest: EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 629) corrigi: *EGH* 630) potest: *Ed. Bas. orig.* 631) *Codd. et Edd. coll. o.* 632) non const.: *Edd. Par. Lugdd.* 633) quoniam: *EH;* quia: *G* 634) *Codd. et Edd. coll. o.* 635) illam: *G;* nulla: *E;* sed nulla: *H* 636) *no.* 20.; — *cf. infr. D.* IV. *c.* 8. 637) *ABCD Edd. coll. o.* 638) *BCDH Edd. coll. o.* 639) *no.* 40. 640) fidem: *BC* 641) *Codd. et Edd. coll. o.* 642) *ABCD* 643) *Matth. c. 10. v. 22.* 644) hic saluus erit: *AG* 645) *non est inventum;* in eod. . . . etc.: *deest: A* 646) Et iter.: *EGH* 647) *Codd. coll. o.* ‖ can. 42. 648) *Codd. coll. o. pr. A; — no. 18.; non ipsa sunt Augustini verba.* 649) *Matth. c. 10. v. 22.* 650) inceperit: *EH* ‖ can. 43. 651) *Potius Glossa ord. in* II. *Paral. c. 9. extr.* 652) *add.:* aliquid: *EH* 653) *ABCD* 654) *infra cap. prox.* 655) *Codd. coll. o.* 656) *Iob. c. 41. v. 21.* 657) *Codd. coll. o.* 658) supponit: *EGH;* subiungit: *A* ‖ can. 44. 659) *Greg. Moral. lib.* XXXIV. *c. 15. ad c. 41. Iob.* 660) hec: *DEGH;* ad hoc: *deest: orig.* 661) *Codd. et Edd. coll. o.* 662) et prodit: *EGH* 663) publicata: *Edd. Par. Lugd.* I. 664) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.; — deest: Edd. Arg. Nor.* 665) in: *DEGH* 666) incorrupta: *D;* incorrepta: *Ed. Bas.* 667) disseruit: *EGH* 668) *add.:* Deo: *Edd. Bas. Lugdd.* 669) *Codd. coll. o. orig.* 670) in hom.: *EGH* 671) *Codd. et Edd. coll. o.* 672) qui: *orig.* 673) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; *deest: A* 674) diu: *deest: orig.* 675) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 676) *Codd. et Edd. coll. o.* 677) *add.:* illi: *AEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 678) *Codd. et Edd. coll. o.* 679) perseueraturi: *A Edd. coll. o. pr. Arg.* 680) viam: *deest: orig. Ed. Lugd.* III.; viam: *Edd. Lugd.* II. 681) gradiuntur: *B Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II III. 682) ostendunt: *GH* 683) profectibus: *orig.* 684) ipsorum: *AEGH* 685) addiscunt: *EGH* 686) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — orig.* 687) virtutibus: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 688) *Codd. coll. o. pr. C: — Edd. Arg. Bas. Nor. orig.* 689) demonstrant: *AEGH* 690) *cf. supra c.* 14. 691) *Matth. c. 27. v. 34.* 692) Et: *deest: EGH* 693) *ABCD* 694) *ib.* 695) *ABCDH; — Hebr. c. 6. v. 4.* 696) *Ioan. c. 8. v. 44.* 697) *Codd. coll. o. pr. A* 698) *ABCD* 699) *Codd. coll. o.* 700) ante: *deest: EGH*

superbiae motum sine uicio extitit, si conditorem suum nullatenus dilexit? Aut quomodo par, siue exellentior ceteris creatus dicitur, si, nonnullis eorum in Dei amore conditis, hic ab eius dilectione uacuus factus est? Unde autem hec differentia[701] inter bonos et malos angelos[702] processit? Si ex creante, iniustus uidetur Deus, qui ante peccatum infert penam, uel qui hoc punit, quod creando infudit. Si autem non ex creante, cum non ex traduce, restat, ut ex propriae libertatis arbitrio uicium superbiae in angelicam naturam processerit. Bona ergo condita est, que suo uicio a bono in malum conmutata est. Sed quomodo bona esse potuit, si dilectione penitus caruit? Neque enim angelus nobis similis factus est, quos usque ad tempus etatis certum infirmitas grauat, ut neque uirtus, neque uicium ullum in nobis obtineat locum. Accepit ergo dilectionem in sui creatione, sicut et ceteri, de quibus dicitur[703]: „Angelicae uirtutes, que in Dei amore perstiterunt.“ Non ait, que Deum diligere ceperunt, sed: „que in eius amore perstiterunt,“ que[704] ex creatione diligere ceperant, ut principium diuinae dilectionis omnibus credatur esse conmune, perseuerantia uero eorum tantummodo intelligatur, qui in retributione hoc accipere meruerunt, ut confirmati ulterius cadere non possent, et hoc de se certissime scirent. Unde bene apud Moysem prius celum, deinde firmamentum factum esse dicitur, quia nimirum angelica natura prius equaliter subtilis in superioribus est condita, postea in persistentibus in amore sui conditoris mirabiliter[705] confirmata. §. 2. Hinc etiam Gregorius in Moralibus multa de perfectione angelicae creationis replicans, karitate repletum negat, non ea penitus uacuum asserit, qua si penitus caruisset, numquam ea, que de eius excellentia dicuntur, conuenienter de eo intelligi possent.

[C. XLV.][706 a]

„Principium enim,“ inquit B. Gregorius[707], „uiarum Dei Behemoth dicitur, quia nimirum, cum cuncta creans ageret[708], hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Huius primatus eminentiam conspicit Propheta, cum dicit: „„Cedri[709] non fuerunt altiores illo in paradyso Dei; abietes non adequauerunt[710] summitatem eius; platani non fuerunt equales[711] frondibus illius; omne lignum preciosum[712 b] paradysi Dei non est assimilatum illi et pulchritudini eius, quoniam[713] speciosum fecit eum in multis, condensisque[714] frondibus.““ Quid[715 c] namque accipi in cedris, abietibus[716 d], et[717] platanis potest[718 e], nisi illa uirtutum celestium procerae celsitudinis agmina, in eternae leticiae uiriditate plantata? Que quamuis exelsa sint[719 f] condita, huic tamen nec prelata sunt, nec equata, qui[720] speciosus factus in multis, condensisque frondibus[721 g] dicitur, quia prelatum ceteris legionibus tanta illum species pulchriorem reddidit, quanta et[722 h] supposita angelorum multitudo decorauit. Ista arbor in paradyso Dei tot quasi condensas frondes habuit, quot sub se positas supernorum spirituum legiones attendit. Qui et[723 i] idcirco peccans sine uenia est dampnatus, quia magnus sine conparatione fuerat creatus. Hinc et rursum per eundem Prophetam dicitur:[724] „„Tu signaculum similitudinis[725 k] plenus sapientia, et perfectus decore, in deliciis paradysi Dei fuisti.““ Multa enim de eius magnitudine locuturus, primo uerbo cuncta conplexus est. Quid namque boni non habuit qui signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinem Dei creatus sit, angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit, ut, quo subtilior est[726 l] natura, eo in illum[727 m] similitudo Dei plenius credatur expressa. §. 1. Hinc est, quod primatus eius potenciam adhuc insinuans idem Propheta subiungit[728]: „„Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, et topazius, et[729] iaspis, crisolitus, onix[730], et[731] berillus, saphirus, carbunculus[732 n], et smaragdus.““ Nouem dixit genera lapidum, quia[733] nimirum nouem sunt ordines angelorum. Nam cum per sacra[734 o] eloquia angeli, archangeli, throni et[735 p] dominationes, uirtutes[736], principatus, potestates[737], Cherubim et Seraphim aperta narratione memorantur, supernorum ciuium quantae sint distinctiones ostenditur; quibus tamen Behemoth iste opertus fuisse describitur, quia eos quasi uestem ad ornamentum[738] suum habuit, quorum dum claritatem transcenderet, ex eorum conparatione clarior fuit. §. 2. De cuius[739 q] adhuc descriptione subiungit[740]: „„Aurum opus decoris tui, et foramina tua in die, qua conditus es, preparata sunt.““ Aurum opus extitit decoris eius, quia sapientiae claritate canduit, quam bene creatus accepit. Foramina uero in lapidibus idcirco fiunt, ut uinculati auro in ornamenti conpositione iungantur, et nequaquam a se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die condicionis suae foramina preparata sunt, quia uidelicet[741] capax karitatis est conditus, qua si repleri uoluisset, stantibus angelis tamquam positis in regis ornamento lapidibus inherere potuisset. Si enim karitatis auro sese penetrabilem prebuisset, sanctis angelis sociatus in ornamento, ut diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina; sed superbiae[742] uicio karitatis auro non sunt repleta. Nam quia[743] idcirco ligantur auro, ne cadant, idcirco iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis amoris uinculis ligari contempsit. Nunc autem ceteri lapides, qui hic[744 r] similiter fuerant perforati, penetrantes[745 s] se inuicem karitate ligati sunt, atque hoc in munere, isto cadente, meruerunt, ut nequaquam iam de ornamento regio cadendo soluantur. §. 3. Huius principatus celsitudinem adhuc idem Propheta intuens adiungit[746]: „„Tu Cherub extentus[747 t], et protegens in monte sancto Dei, et[748] in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti.““ Cherub quippe plenitudo scientiae interpretatur, et idcirco iste Cherub dicitur, quia transscendisse cunctos scientia non dubitatur, qui in medio lapidum ignitorum perfectus ambulauit, quia inter angelorum corda karitatis igne succensa clarus gloria condicionis extitit. Quem bene extentum ac protegentem dicit. Omne enim, quod extenti[749] protegimus, obumbramus[750 u], quia conparatione claritatis suae obumbrasse ceterorum claritatem creditur, ipse fuisse extentus et protegens repperitur[751]. Reliquos enim quasi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore transscendit. §. 4. Quod ergo illic speciosus in multis frondibus, quod illic signaculum similitudinis, quod illic Cherub, quod illic protegens dicitur, hoc hic uoce dominica Behemoth iste principium uiarum Dei uocatur. De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, et que amisit, insinuat, ut[752 v] homini ostendat, quid[753 w] ipse, si superbiat, de elationis suae culpa passurus sit, si feriendo illi parcere noluit, quem[754] creando in gloria[755 x] tantae claritatis eleuauit. Consideret ergo homo, elatus quid in terra mereatur, et[756] si angelis[757 y] prelatus in celo[758 z] prosternitur.“

VI. Pars. [Gratian.] Karitas autem, que in aduersitate deseritur, ficta, id est fictilis et fragilis, esse perhibetur, sicut fides, ex qua karitas[759] procedit, ficta, id est fragilis, apud Apostolum[760] esse negatur. Similiter karitas, que in aduersitate deseri potest, dicitur numquam uera fuisse. Sicut enim Ieronimus contra Iouinianum scribit[761]: „Omnis creatura sub uicio est, non quod omnis peccauerit, sed quia nulla est, que peccare non possit.“ Posse autem peccare, ut Augustinus[762] ait, non est aliquid posse, immo aliquid non posse. Unde ille solus uocatur omnipotens, qui hoc non potest, quia omnia potest, que posse est aliquid posse. Sicut ergo eius conparatione, qui mutabilitatem nescit, omnis creatura uiciosa dicitur, quia mutabilitatis est capax, iuxta illud[763]: „Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens,“

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. c. 45. a) C. XLV. B. Gregorius lib. XXXII. Moral., c. 24. al. 18. b) prec.: deest c) Qui d) et abietibus e) possunt f) sunt g) frondib. esse h) ei i) et: deest k) simil. Dei l) est in m) illo n) et carb. o) ipsa sac. p) et: deest q) cuius illic r) huic s) penetranti t) extensus u) obumb. et v) ut territo w) qui x) gloriam y) si et praelat. angelis angelus z) coelo de coelo in terram prosternitur

---

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. can. 44. 701) distantia: BCD 702) ang.: deest: BC 703) Gloss. ord. in c. 1. Gen. v. 6. 704) quam: AC 705) add.: est: A; esse: EGH || can. 45. 706) Codd. coll. o.; — Greg. Moral. lib. XXXII. c. 23. no. 47. 707) cf. Iob. c. 40. v. 14. 708) creatur crearet: A 709) Esa. c. 2. v. 13.; Ezech. c. 31. v. 8. 710) equaverunt: EGH 711) aequae: A Vulgat. 712) Codd. et Edd. coll. o. Corr. 713) quomodo: EGH 714) condensis: BCEGH Edd. coll. o. 715) Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. 716) Codd. coll. o. orig. 717) et: deest: EGH 718) Codd. coll. o. Turrecrem. 719) BCD orig. 720) quod: BCD 721) Codd. coll. o. 722) Codd. et Edd. coll. o. pr. EG; — orig. Corr.; ei et: E 723) Codd. et Edd. coll. o. 724) Ezech. c. 28. v. 12. 725) Codd. et Edd. coll. o. 726) ABCD 727) Codd. et Edd. coll. o. pr. A 728) Ezech. c. 28. v. 13. 729) et: deest: CEGH 730) et on.: BCH 731) et: deest: EGH 732) ABCD orig. 733) qui: EGH 734) Codd. et Edd. coll. o. 735) Codd. coll. o. 736) et uirt.: BEH 737) et pot.: AEGH 738) ornatum: orig. 739) Codd. et Edd. coll. o. 740) Ezech. ib. 741) videl. nullus: GH; videl. alius: E 742) per superbiae vicium: orig. 743) namque: Edd. coll. o. 744) Codd. et Edd. coll. o. pr. A (deest) — Turrecrem. 745) Codd. et Edd. coll. o. pr. AC (penetrante) 746) Ezech. c. 28. v. 14. 747) Codd. et Edd. coll. o. pr. G; — Corr. orig. Vulgat. 748) et: deest: AEGH 749) extente: Edd. Bas. Lugdd.; deest: Ed. Par.; extentum: Edd. rell. 750) Codd. et Edd. coll. o. pr. A 751) perhibetur: orig. 752) Codd. et Edd. coll. o. 753) Codd. coll. o. orig. 754) ut quem: GH 755) ABCD Turrecrem. 756) etiam: C; et: deest: GH Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insertum esse censuerit. 757) ABCDEG Edd. coll. o. pr. Bas.; prel. angelus: H Ed. Bas. 758) Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.; — orig. 759) caritate non: EGH 760) deum: ib. 761) supra c. 40. 762) lib. XV. de Trinit. c. 15. 763) Psalm. 142. v. 2.

et[764]: *„Astra non sunt munda in conspectu eius:" sic conparatione eius creaturae, que mutationem non*[765] *recipit, omnis creatura, que permutatur, non uera, sed uana esse probatur. Unde*[766] *omnis homo mendax dicitur, et uanitati similis factus.* §. 1. *Hinc etiam Ecclesiastes*[767]*: Cuncta, que sub sole sunt, id est que temporum uicissitudinem recipiunt, non tantummodo uanitas, que omni creaturae ratione mutabilitatis inest, sed etiam uanitas*[768] *uanitatum, uarietate permutationis, quam recipiunt, esse dicuntur. Sic ergo conparatione diuinae karitatis nulla uirtus uera probatur, aut conparatione eius, que non deseritur, illa, que amittitur, uera esse negatur. Sicut autem omnis creatura suo modo bona et uera esse dicitur, sic et karitas, que deseritur, suo modo*[769aa] *uera esse monstratur: alioquin, si nullo modo in eo esset a nullo desereretur. Quod enim nullo modo uere est nullo modo deseri potest. Quod si aliquo modo uere deseritur, et aliquo modo id uere esse oportet.*

DISTINCTIO III.

GRATIANUS.

I. Pars. *Hec de karitate breuiter scripsimus propter eos, qui penitenciam negant reiterari posse, asserentes, quod sicut karitas semel habita numquam amittitur, ita penitencia semel uere celebrata nulla sequenti culpa maculatur; si uero criminalis culpa illam aliquando sequitur, uera penitencia non fuit, nec ueniam*[1a] *a Domino inpetrauit. Quod ex diffinitione ipsius penitenciae, et multorum auctoritatibus probare contendunt.*

Ut enim ait Ambrosius in quodam serm. Quadragesimae[2]:

[C. I.]

„Penitencia est et[3] *mala preterita plangere, et plangenda*[4] *iterum non conmittere."*[5]

[C. II.] *Idem in lib.* [II.] *de unica penit.*, [c. 10.][6]

„Repperiuntur qui sepius penitenciam agendam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si uere in Christo*[7a] *penitenciam agerent, iterandam postea non putarent; quia, sicut unum baptisma, ita unica** est*[8b] *penitencia. Verum preteriti nos semper debet penitere peccati: sed hec*[9c] *delictorum leuiorum. At ego facilius inueni qui recte*[10d] *seruauerit*[11e] *innocentiam, quam qui congrue egerit*[12f] *penitenciam."*

[C. III.] *Item Augustinus* [libro de dogmatibus ecclesiasticis, c. 54.][13]

„Satisfactio penitenciae est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere."

[C. IV.] *Idem in lib. de penit.*, [c. 8.][14a]

„Penitencia est quedam dolentis uindicta, puniens in se quod dolet conmisisse." Et infra [c. 19.][15]: §. 1. *„Continue dolendum est de peccato: quod declarat ipsa dictionis*[16] *uirtus. Penitere enim est penam tenere, ut semper in se puniat ulciscendo quod conmisit peccando. Pena enim proprie dicitur lesio, que punit et uindicans*[17b] *quod quisque conmisit. Ille*[18c] *penam tenet, qui semper uindicat*[19d] *quod commisisse*[20] *dolet."*

[Gratian.] *Penitencia itaque est uindicta semper puniens in se quod dolet conmisisse.*

[C. V.] *In eodem*, [c. 13.][21a]

„Si Apostolus[22] *etiam peccata per baptismum dimissa continue plorat, nobis*[23b] *super fundamentum Apostolorum positis quid preter plorare restat? quid, nisi semper dolere in uita? Ubi enim dolor finitur, deficit et penitencia. Si autem penitencia finitur, quid relinquitur de uenia? Tamdiu enim gaudeat et speret de gratia, quamdiu sustentatur a penitencia. Dicit*[24c] *enim Dominus: „„Vade, et amplius*[25d] *noli peccare.""*[26] *Non dixit: ne*[27e] *pecces, sed: nec uoluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur, nisi dolor in penitencia continue custodiatur? Hinc*[28] *semper doleat, et de dolore gaudeat, et de doloris penitencia, si contigerit, semper doleat, et non satis sit, quod doleat, sed ex fide doleat, et non semper doluisse doleat."*

[C. VI.] *Item Gregorius in estiuum tempus*, [id est homil. XXXIV. Euang.][29]

„Penitenciam[30] *agere digne non possumus, nisi modum quoque eiusdem penitenciae cognoscamus. Penitenciam quippe est agere et perpetrata*[31] *mala plangere, et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen*[32] *alia conmittat, adhuc penitenciam agere*[33] *aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest, si peccata quis luxuriae defleat, et tamen adhuc auaritiae estibus anhelat?" Idem* [lib. IX. epist. 39. ad Theoctistam][34a]: §. 1. *„Si*[35b] *autem dicunt, pauci temporis penitenciam contra peccatum debere sufficere, ut iterum liceat ad peccatum redire, recte hos*[36c] *pastoris primi sentencia percutit, qui ait*[37d]*: „„Canis reuersus ad suum uomitum, et sus lota in uolutabro luti."" Magna est enim contra peccatum uirtus penitenciae, sed si quis in eadem penitencia perseueret.* §. 2.[38e] *Penitenciam uere*[39] *agere est conmissa plangere, sed*[40f] *iterum plangenda declinare."*[41]

[C. VII.] *Idem* [tract. CXXIV. in c. 21. Iohannis.][42a]

„Productior est[43b] *pena, quam culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur et pena. Ac per hoc uel ad demonstrationem debitae miseriae, uel ad emendationem labilis uitae, uel ad exercitationem necessariae patienciae*[44] *temporaliter hominem detinet pena, quem*[45c] *iam ad dampnationem sempiternam*[46] *reum non retinet*[47d] *culpa.* §. 1.[48e] *Ira Dei non est ut hominis, id est perturbatio*[49] *concitati animi, sed tranquilla iusti suplicii constitutio."*

[C. VIII.] *Item Iohannes Os aureum* [in homilia de penitencia][50].

„Perfecta penitencia cogit peccatorem omnia libenter sufferre." Et infra: „In corde eius contritio[51a]*, in ore*[52b] *confessio, in opere tota humilitas. Hec est*[53c] *fructifera penitencia."*

[C. IX.] *Item Smaragdus* [in expositione regulae S. Benedicti, c. 4.][54]

„Ille penitenciam digne agit, qui[55a] *sic preterita mala deplorat, ut futura iterum non conmittat. Nam qui plangit pec-*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. c. 45. aa) modo bona et — Dist. III. a) veniam unquam — c. 2. a) in Christo: *deest* b) et c) hoc d) recte: *deest* e) servaverunt f) egerint — c. 4. a) in lib. de vera et falsa poen. b) vindicat c) Ille igitur d) punit — c. 5. a) In eod. libro b) nobis etiam c) Dixit d) amplius iam e) dixit non c. 6. a) Item Augustinus b) Sunt qui c) eos d) ait: contigit illis illud veri proverbii e) Et infra: §. 2. f) et — c. 7. a) Item Augustinus b) est enim c) etiam quem d) detinet e) Et paulo post: §. 1. — c. 8. a) contr. est b) ore eius c) et perfecta est — c. 9. a) qui quae commisit

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. III. C. II. * Reperiuntur: In originali est: *Merito reprehenduntur qui saepius agendam poenitentiam putant, quia luxuriantur etc.*, ut sup. dist. 50. *Si quis post.*

** Ita et unica: Locus hic, qui ob glossas incurrentes non est emendatus, apud B. Ambrosium sic habet: *ita una poenitentia, quae tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet poenitere peccati. Sed haec delictorum leviorum, illa graviorum. Facilius autem inveni etc.*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. II. c. 45. 764) *Iob. c.* 15. *v.* 15. 765) non: *deest: EGH* 766) *Psalm.* 115. *v.* 11. *et* 143. *v.* 4. 767) *Eccl. c.* 1. *v.* 2. 768) vanitatis: *EGH* 769) *Codd. coll. o.*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. 1) *Codd. coll. o.* || can. 1. 2) *Sermo* 25. *no.* 1.; — *Ivo Decr.* XV, 1.; *Pet. Lomb. lib.* IV. *dist.* 14. — *cf. infra c.* 6. 3) et: *deest: Ivo* 4) deflenda: *ib.* 5) admittere: *ib.* || can. 2. 6) *no.* 95. — *Lomb. ib.*; — *cf. Dist. L. post c.* 61. 7) *Codd. et Edd. coll. o.* 8) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 9) *Codd. coll. o. pr. C* (sed ... lev.: *deest*) 10) *Codd. et Edd. coll. o.* 11) *ib. pr. B* (servavit) 12) *ABCD Edd. coll. o. pr. Arg.*; ageret: *EGH Ed. Arg.* || can. 3. 13) *c.* 24. *in Ed. Maur.; non est Augustini; Pet. Lomb. ib.* || can. 4. 14) *Codd. coll. o.*; — *de vera et falsa pen. no.* 22. — *Lomb. ib.* 15) *no.* 35. 16) dilectionis: *Codd. coll. o. pr. C*; — *Ed. Bas.* 17) *Codd. coll. o.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 19) *ib.* 20) quisque commisit: *orig.* || can. 5. 21) *Codd. coll. o. ib. no.* 28. 22) *Rom. c.* 6. *v.* 3. 23) *ABCD Ed. Bas.* 24) *Codd. et Edd. coll. o.*; — *cf. Ioan. c.* 8. *v.* 11. 25) *ib. orig.* 26) *add.:* dixit noli peccare: *EGH* 27) *Codd. et Edd. coll. o. pr. B*; — *orig.* 28) sic: *EG Ed. Arg.*; hic: *B Ed. Bas.* || can. 6. 29) *no.* 15.; *Prior capitis pars est ap. Ans.* XI, 4. 30) *add.:* quippe: *Edd. coll. o.* 31) praeterita: *Ans.*; — *cf. supra c.* 1. 32) iterum: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 33) agere: *deest: C Ans.* 34) *Codd. coll. o.*; *Ep.* 45. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1395. 35) *Codd. coll. o. orig.* 36) *Codd. coll. o.* 37) *Codd. et Edd. coll. o.*; — II. *Petri c.* 2. *v.* 22. 38) *Codd. coll. o.* 39) veram: *EG*; *deest: H* 40) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Corr. orig.* 41) non committere: *EGH* || can. 7. 42) *Codd. coll. o. pr. A*; — *no.* 5. 43) *ABCD* 44) penitentiae: *Codd. coll. o. pr. A* 45) *Codd. et Edd. coll. o.*; et quem: *orig.* 46) eternam: *EGH* 47) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (detrahit); *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 48) *Codd. coll. o.* 49) perturbatione perturbata et: *EGH* || can. 8. 50) *cf. supra Dist.* I. *c.* 40. 51) *Codd. coll. o.* 52) *ib.* 53) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 9. 54) *no.* 58. *Ed. Migne.* — *cf. Isidor. de summo bono l.* II. *c.* 13. 55) *Codd. et Edd. coll o. orig. Isid.*

catum[56], et iterum admittit peccatum, quasi[57b] quis lauet laterem crudum: quem[58c] quanto magis ablueril[59d], tanto magis lutum facit."

[C. X.] *Item Augustinus* [hom. XLI.][60]

„Penitentes (si tamen estis penitentes, et non estis irridentes) mutate uitam, reconciliamini Deo[61], et uos[62] cum catena pascetis. Qua, inquis, catena? „„Que[63] ligaueritis[64a] in terra erunt ligata et in celo."" Audis ligaturam, et Deo putas facere inposturam? penitenciam agis, genua[65] figis, et rides[66], subsannas[67b] patienciam Dei? Si penitenciam agis[68c] penitet[69d]; si non penitet, penitens non es. Si ergo penitet[70], cur facis quod male fecisti? si fecisse penitet[71], noli facere; si adhuc facis, certe non es penitens."

[C. XI.] *Item Ysidorus* [lib. II.] *de summo bono*, [c. 16.][72]

„Irrisor est, non penitens, qui adhuc agit quod penitet, nec uidetur Deum poscere subditus, sed[73] subsannare superbus; canis reuersus ad uomitum[74] est[75] penitens ad peccatum. Multi enim indesinenter lacrimas fundunt, et peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrimas ad penitenciam cerno[76a], et affectum[77] penitenciae non habere, quia inconstantia mentis nunc[78] recordatione peccati lacrimas fundunt, nunc uero reuiuiscente usu ea, que fleuerunt[79b], iterando conmittunt. Ysaias de[80c] peccatoribus dicit: Lauamini, mundi estote. Lauatur[81d], et mundus est, qui et preterita plangit, et flenda iterum non admittit[82e]. Lauatur[83], et non est mundus, qui plangit que gessit, nec[84f] deserit, et[85g] post lacrimas ea, que fleuerat, repetit."

[C. XII.] *Item Augustinus in libro soliloquiorum*[86*].

„Inanis est penitencia, quam sequens culpa coinquinat[87]. Vulnus iteratum tardius sanatur, frequenter peccans et lugens ueniam uix meretur[88]. Nichil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nichil ualet a malis ueniam poscere, et mala denuo iterare. Persiste ergo in confessione; esto in penitencia[89] fortiter confirmatus; uitam bonam, quam cepisti[90a], tenere non deseras; propositum bonae uitae conserua iugiter."

[C. XIII.] *Item Gregorius in Pastorali* [part. III., admon. 31.][91]

„Qui[92] admissa plangunt, nec tamen deserunt, considerare[93] sollicite sciant, quia flendo inaniter mundant[94a] qui uiuendo se nequiter inquinant[95], cum idcirco lacrimis se lauant, ut mundi ad sordes redeant."

[C. XIV.] *Item*[96a].

„Qui admissa plangit, nec tamem deserit, penae[97b] grauiori[98c] se subicit, quia[99] ipsam, quam flendo inpetrare potuit ueniam, contempnit."

[C. XV.] *Item*[100a].

„„Lauamini[101], mundi estote."" Post lauachrum enim mundus esse negligit quisquis post lacrimas uitae innocentiam non custodit. Et[102b] lauantur ergo, nec[103c] mundi sunt, qui conmissa flere non desinunt, sed[104] rursus flenda[105] conmittunt."

[C. XVI.] *Item*[106a].

„Baptizatur[107] quippe a mortuo qui mundat[108b] se[109c] fletibus a peccato; sed post baptisma mortuum tangit qui culpas[110d] post lacrimas repetit."

[C. XVII.] *Item in Moralibus*, [lib. I. c. ult.][111a]

„Incassum quippe bonum agitur, si ante terminum uitae deseratur, quia et frustra uelociter currit qui prius, quam ad metas ueniat[112], deficit."

II. Pars. [Gratian.] *Sed uerba diffinitionis non ad diuersa tempora, sed ad idem tempus referuntur, uidelicet, ut tempore, quo deflet mala, que conmisit, non conmittat quod adhuc eum flere oporteat. Quod ex subsequentibus[113b] uerbis eiusdem auctoritatis datur intelligi, dum dicitur[114]: „Nam qui sic alia deplorat, ut tamen[115] alia conmittat, adhuc penitenciam agere aut ignorat, aut dissimulat."*

Hinc Augustinus in Enchiridion, [c. 70.][116a]:

[C. XVIII.]

„Sane cauendum est, ne quisquam existimet infanda[117] illa crimina, qualia qui agunt regnum Dei non possidebunt[118], cottidie perpetranda, et elemosinis cottidie[119] redimenda. In melius quippe est[120] uita mutanda, et per elemosinas de peccatis preteritis est propiciandus Deus, non ad hoc emendus quodammodo, ut ea semper liceat inpune conmittere. Nemini[121] enim dedit laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur."

[C. XIX.] *Item*[122a].

„Qui uult ordinate dare elemosinam, a se ipso debet incipere, et eam sibi primum dare. Est enim elemosina opus misericordiae uerissimae[123b] dictum de qua est: „„Miserere animae tuae placens Deo."" Propter hoc renascimur, ut Deo placeamus."

[C. XX.] *Item Iohannes Crisostomus*[124a*].

„De cottidianis, breuibus[125b], leuibusque peccatis, sine quibus hec uita non ducitur, cottidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere[126]: „„Pater noster, qui es in celis,"" qui iam patri taliter[127] sunt regenerati ex aqua et Spiritu sancto[128]. Delet omnino hec oratio minima[129c] cottidiana peccata, delet et illa, a quibus uita fidelium etiam scelerate gesta, sed penitendo in melius mutata[130] discedit, sic[131d], quemadmodum ueraciter dicitur: „„Dimitte nobis debita nostra,"" quoniam non desunt que dimittantur[132] ita ueracitur dicatur: „„Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris," id est, fiat[133e] quod dicitur, quia et ipsa elemosina est ueniam petentibus[134f] omnino[135g] ignoscere."

[C. XXI.] *Item Pius Papa*, [epist. I.][136]

„Nichil prodest homini ieiunare, et[137] orare, et alia religionis opera[138a] agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur."[139]

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. c. 9. b) quasi si c) quia d) laverit — c. 10. a) ligaveris b) subs. et c) poenitens es d) poenitet te — c. 11. a) constat b) fleverant c) de: *deest* d) Lavatur itaque e) committit f) nec tamen g) sed — c. 12. a) accepisti ... desinas — c. 13. a) se mundant — c. 14. a) Idem ibidem b) paene c) graviori culpae — c. 15. a) Idem ibidem b) Et: *deest* c) et nequaquam — c. 16. a) Idem ibidem b) mundatur c) se: *deest* d) culpam — c. 17. a) Idem b) sequentibus — c. 18. a) Enchiridio — c. 19. a) Idem ibidem, c. 76. b) verissimeque (de qua: *deest*) — c. 20. a) Idem ibidem, c. 71.* b) brevioribus c) minima et d) si e) sic fiat f) petenti g) homini — c. 21. a) bona

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Caput hoc non est inventum apud B. Augustinum; habentur tamen apud Isidorum (quem citat Magister) paene eadem in Dialogo, sive Synonymis, non longe ante cap. de castitate.

C. XX. * Antea caput hoc citabatur ex Ioanne Chrysostomo. Restitutum est ex B. Augustino, quem citant Magister, et Ivo, et conc. Toletanum IV. c. 9.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. can. 9. 56) *add.:* suum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 57) *Codd. et Edd. coll. o.* 58) *ib. orig.* 59) *Codd. coll. o.:* abluit: *Edd. coll. o.* || can. 10. 60) *Sermo* 393. *Ed. Maur.; non videtur Augustini esse; — Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 15. 61) *add.:* viam reconciliationis Deo: *EGH* 62) *add.:* enim: *orig.* 63) *Matth. c.* 16. *v.* 19. 64) *ACD orig.* 65) genu: *orig.* 66) irrides: *EGH* 67) *ACD;* vides subsannans: *B* 68) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (patientiam) 69) *Codd. coll. o.;* penites si non penites: *Edd. coll. o.* 70) poenites: *Edd. coll. o.* 71) peniteat: *EH;* poenites: *Ed. Arg.;* poeniteas: *Edd. rell. pr. Bas.* || can. 11. 72) *Pet. Lomb. l.* IV. *dist.* 14. 73) et: *EH* 74) suum vomit.: *EGH* 75) et: *Codd. coll. o. pr. A* 76) *Codd. et Edd. coll. o.* 77) effectum: *orig.* 78) non: *A Edd. coll. o. pr. Bas.* 79) *Codd. et Edd. coll. o.* 80) *ib.; — cf. Esa. c.* 1. *v.* 16. 81) *Codd. et Edd. coll. o.* 82) *ib. Turrecrem. orig.* 83) *add.:* itaque: *orig.* 84) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 85) *ib.* || can. 12. 86) *imo Isidor. in extremo Synon. l.* I. *no.* 77.; *Petr. Lomb. ib.* 87) maculat: *EGH* 88) merebitur: *ib.* 89) patientia: *ib.* 90) *ABCD Ed. Bas. orig.* || can. 13. 91) *c.* 30. *Ed. cit.; Ans.* XI, 143.; *Petr. Lomb. ib.* 92) admonendi sunt qui: *orig. Ans.* 93) ut consid.: *ib.* 94) *Codd. coll. o. pr. C; — Ans.* 95) *finis canonis: Ans.* || can. 14. 96) *Codd. coll. o.* 97) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.* 98) *Codd. et Edd. coll. o.* 99) quia et: *orig.* || can. 15. 100) *Codd. coll. o.* 101) *Esa. c.* 1. *v.* 16. 102) *BDEGH orig.* 103) *Codd. et Edd. coll. o.* 104) et rurs.: *DEGH* 105) flendo: *Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. || can. 16. 106) *Codd. coll. o.* 107) baptizatur: *EGH Edd. coll. o.* 108) *ABCDG;* mundant: *EH Edd. coll. o.* 109) *Codd. et Edd. coll. o.* 110) *ib.* || can. 17. 111) *ABCE; c.* 37. *no.* 55. 112) venerit: *EGH* 113) *Codd. coll. o.* 114) *supra ead. c.* 6. 115) iterum: *EGH* || can. 18. 116) *ABCD; — no.* 19.; *Ans.* XI, 32.; *Ivo Decr.* XVII, 121.; *Petr. Lomb. ib.* 117) et nefanda: *Ed. Bas.;* nefanda: *Edd. rell. pr. Arg.* 118) possidere non possunt: *A;* non consecuntur: *B; — I. Cor. c.* 6. *v.* 9. 119) cott.: *deest: Ans.* 120) est: *deest: BC* 121) non enim dedit Deus: *Ans.* || can. 19. 122) *Codd. coll. o. pr. AG; — c.* 76. *no.* 20.; *Ivo Decr.* XVII, 129. 123) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (verisimile de qua); *— cf. Eccl. c.* 30. *v.* 34. || can. 20. 124) *Codd. coll. o. immo August. Enchirid. c.* 71. *no.* 19.; *Ivo Decr.* XVII, 122.; *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 16. 125) *Codd. et Edd. coll. o.;* autem brevibus: *orig. Ivo* 126) *Matth. c.* 6. *v.* 9. 127) tali: *orig. Ivo* 128) sanct.: *deest: orig.* 129) *Codd. et Edd. coll. o.* 130) commutata: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 131) *ABCD* 132) dimittuntur: *GH* 133) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 134) *Codd. coll. o.;* poscentibus: *Ed. Arg.;* poenitentibus: *Edd. rell. pr. Bas.* 135) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 21. 136) *Cap. Pseudoisid. no.* 6. *ap. Hinchius p.* 117. *— Jaffé no.* XL.; *— Ans.* XI, 8.; *Polyc.* III, 25, 17. *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 14. *— cf. c.* 23. *Dist.* V. *de consecr.* 137) et or.: *deest: A Polyc.* 138) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 139) et ab obtrectationibus lingua cohibeatur: *Polyc.*

III. Pars. [Gratian.] *Ex persona huiuscemodi penitentis etiam illud Smaragdi intelligitur*[140]*: „Ille penitenciam digne agit etc." et*[141] *illud Augustini: „Penitentes etc.," et*[142b] *illud Ysidori: „Irrisor est, et*[143] *non penitens," et illud Ysaiae: „Lauamini*[144c] *mundi estote." Item et illud Soliloquiorum: „Inanis est*[145] *penitencia."*[146d] *Similiter et*[147] *illud Gregorii: „Qui admissa plangunt," et: „Baptizatur*[148] *a mortuo." Illud autem Ambrosii: „Repperiuntur etc.," non secundum generalem, sed secundum specialem consuetudinem ecclesiae de solempni penitencia dictum intelligitur, que apud quosdam semel celebrata non iteratur.*

Unde Augustinus scribit ad Macedonium, [ep. LIV.][149]*:*

[C. XXII.]

„*Quamuis caute et salubriter prouisum sit, ut locus illius humillimae penitenciae semel in ecclesia concedatur, ne medicina uilis minus*[150] *utilis esset egrotis, que tanto*[151] *magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamem audeat Deo dicere: quare huic homini, qui post*[152] *primam penitenciam rursus se laqueis iniquitatis obstringit*[153]*, adhuc iterum parcis?*"

IV. Pars. [Gratian.] *Hac auctoritate et illud Ambrosii determinatur, et iterum peccaturo*[154a] *per primam penitenciam uenia*[155] *dari monstratur; alioquin nequaquam iterum parceret Deus, qui nec dum pepercisset*[156]*. „Satisfactio quoque penitenciae," et*[157]*: „Vade, et*[158] *amplius noli peccare," eundem cum diffinitione intellectum habet*[159b]*. Illud autem, quod in libro*[160] *de penitencia dicitur, de perfecta intelligendum est*[161]*. Sicut enim karitas alia est incipiens, alia est proficiens, alia*[162c] *perfecta: sic et penitencia alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem karitati, licet nondum perfectae, in baptismo datur uenia peccatorum, ut quamuis postea grauiter aliquis sit peccaturus, tamen tunc intelligatur*[163] *esse renatus, non aqua tantum (sicut Iouinianus tradidit), sed aqua et spirtu (sicut Ieronimus contra eum scribit): sic et incipientium penitenciae uenia non negatur, que quadam ratione perfecta dici potest, quia toto corde gemit et dolet, licet*[164d] *alia ratione potest dici inperfecta, quia uon usque in finem duratura.* §. 1. *Secundum primum modum perfectionis intelligitur illud Iohannis Oris*[165] *aurei: „Perfecta penitencia etc." Iuxta secundum modum perfectionis illud Augustini intelligitur*[166]*: „Penitencia est uindicta semper puniens in se quod dolet conmisisse." Illud autem*[167]*: „Si penitencia finitur, nichil de uenia relinquitur," dupliciter intelligi potest. Si enim iuxta quorumdam senteneiam peccata dimissa redeunt, facile est intelligere, nichil de uenia relinquitur*[168e]*, quoniam peccata, que prius erant dimissa, iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex iusta seruitute in libertatem manumittitur, interim*[169f] *uere liber est, quamuis ob ingratitudinem in seruitutem postea reuocetur: sic et peccata uere remittuntur penitenti, quamuis ob ingratitudinem ueniae eisdem postea sit inplicandus. Si autem peccata dimissa non redeunt, dicitur nichil relinqui de uenia, quia nichil sibi relinquitur de uitae mundicia, et spe eternae beatitudinis, quam cum uenia assecutus est. Sicut enim argento perfecte purgato nichil sui decoris relinquitur, si sequenti erugine fedatur, non tamen prima, sed subsequenti*[170g] *sordidatur: sic expiato per penitenciam nichil de uenia dicitur relinqui, cum tamen iam non deletis, sed adhuc expiandis coinquinetur.*

V. Pars. §. 2. *Quod autem per penitenciam non semel tantum, sed sepissime peccata remittantur, multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Ieronimus ad Rusticum de penitencia[171a]*:*

[C. XXIII.]

„„*Septies*[172] *cadit*[173] *iustus, et resurgit.*"" *Si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit? sed iusti uocabulum non amittit qui per penitenciam semper resurgit. Et non solum septies*[174]*, sed septuagies septies delinquenti, si conuertatur ad penitenciam, peccata donantur.* „„*Cui*[175] *plus dimittitur*[176]*, plus diligit.*""

[Gratian.] *Dauid quoque per penitenciam adulterii simul et homicidii ueniam inpetrauit.*

De cuius penitencia in eodem libro Ieronimus ait[177]*:*

[C. XXIV.]

„*Totam penitenciam peccatoris ostendit Psalmus quinquagesimus, quando ingressus est Dauid ad*[178a] *uxorem Uriae*[179b]*, et a Nathan propheta*[180c] *correptus*[181]*, respondit dicens*[182]*:* „„*Peccaui,*"" *statimque meruit audire:* „„*et Dominus abstulit a*[183d] *te peccatum.*""[184] *Adulterio enim iunxerat homicidium, et tamen conuersus ad lacrimas:* „„*Miserere,*"" *ait*[185]*,* „„*mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.*""[186e] *Magnum enim peccatum magna indiget*[187f] *misericordia. Unde iungit*[188] *et dicit:* „„*Multum laua me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego agnosco*[189]*, et peccatum*[190g] *meum contra me est semper. Tibi soli peccaui,*"" *(rex enim*[191h]*, alium non timebat*[192]*,)* „„*et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, et uincas, cum iudicaris.*"" *Conclusit*[193] *enim*[194] *Deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Tantumque profecit*[195]*, ut dudum peccator et penitens transierit in magistrum*[196i]*:* „„*Docebo iniquos uias tuas, et inpii ad te conuertentur.*"" *Confessio enim et pulchritudo coram eo, ut qui fuerit*[197] *peccata sua confessus, et*[198] *dixerit*[199]*: Corruptae sunt et conputruerunt*[200k] *cicatrices meae*[201l]*, feditatem uulnerum in sanitatis decorem conmutet.*"

[C. XXV.] *Item Ambrosius in Apologia Dauid,* [c. 2.][202]

„*Ille rex tantus ac potens ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam, sed prematura confessione atque inmenso dolore reddidit peccatum suum Domino." Et infra:* §. 1. „*Denique Dominum dolor intimi mouet*[203a] *affectus, ut Nathan diceret*[204]*:* „„*Quoniam penituit te, et Dominus transtulit peccatum tuum.*"" *Maturitas itaque ueniae profundam regis*[205] *fuisse penitenciam declarauit, que tanti erroris offensam transduxerit.*"[206] *Et infra:* §. 2. „*Sancti*[207]*, qui consummare pium certamen gestiunt, et currere cursum salutis, sicubi forte ut homines corruunt*[208]*, naturae magis fragilitate quam peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina, ut non solum nullum attulisse estimetur*[209b] *lapsus inpedimentum, sed etiam uelocitatis incentiua cumulasse. Ergo si currentium non soluitur cursus, cum aliqui forte ceciderint*[210]*, non luctantium contentio, sed inoffensa manent certamina, quin etiam*[211c] *plerique post unum uel*[212d] *alterum lapsum gratia maiore uicerunt: quanto magis agonem pietatis ingressi non debent unius prolapsionis offensione censeri, cum beatus sit qui se potuit*[213e] *reparare post lapsum?*" *Et infra* [c. 4.][214]*:* §. 3. „*Quod peccauit, condicionis*[215] *est; quod supplicauit, correctionis*[216f]*; lapsus conmunis, sed*[217] *specialis*[218] *confessio. Culpam itaque incidisse naturae est,*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. c. 21. b) et: *deest* c) Lavamini et d) poenitentia, etc. — c. 22. a) peccatori b) habent c) alia est d) licet et e) relinqui f) iterum g) sequenti — c. 23. a) Hieron. in epistola — c. 24. a) ad Bethsabee b) Uriae Ethaei c) prophetante d) abs e) tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. f) indigebat g) delictum h) enim erat i) mag. et dicat k) Putruerunt l) meae a facie insipientiae meae — c. 25. a) movit b) existimetur c) et d) aut e) potuerit f) correptionis

---

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. can. 21. 140) *cf. supra* c. 9. 10. 11. 15. 12. 13. 16. 2. 141) et: *deest: EGH* 142) *Codd. coll. o.* 143) et pen.: *deest: ABC* 144) *ABCD* 145) est: *deest: EGH* 146) *ABCD* 147) et: *deest: BCD* 148) baptizantur: *CDEGH;* et … mortuo: *deest: A* || can. 22. 149) *Ep.* 153. *no.* 7. *Ed. Maur. — Coll. tr. P.* III, 28, (29,) 5. — *cf. supra Dist. L. c.* 62. 150) et min.: *Ed. Bas.;* vel min.: *Edd. rell.* 151) quanto: *ABEGH* 152) post: *deest: GH* 153) abstringit: *D;* adstringit: *B Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 154) *Codd. coll. o.* 155) veniam: *BGH* 156) *cf. supra c.* 3. 157) *cf. ib. c.* 5. 158) et: *deest: EGH* 159) *Codd. coll. o. pr. B* 160) *cf. supra c.* 4. 161) est: *deest: EGH* 162) *ABCD* 163) intelligitur: *EGH* 164) *ABCD* 165) Os: *BCD;* Crisostomi: *A; — cf. supra c.* 8. 166) *ib. c.* 4. 167) *ib. c.* 5. 168) *Codd. coll. o.* 169) *ABD; deest: C* 170) *Codd. coll. o.* || can. 23. 171) *Codd. coll. o.; ep.* 122. *no.* 3. 172) *Prov. c.* 24. *v.* 16. 173) cadet: *B Vulgat.;* resurget: *Vulg.;* cadit in die: *GH* 174) *Matth. c.* 18. *v.* 22. 175) *Luc.* 7. *v.* 47. 176) donatur: *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* || can. 24. 177) scribit: *BCD; — ib. — Petr. Lomb. lib.* IV. *dist.* 14. 178) *Codd. et Edd. coll. o.* 179) *ib.* 180) *ib.* 181) correctus: *BDEGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugd.* I. 182) dic.: *deest: orig. — cf.* II. *Reg. c.* 12. *v.* 13. 183) *ABCD* 184) *add.:* tuum: *ADEGH* 185) *cf. Psalm.* 50. *v.* 1. *seqq.* 186) *Codd. et Edd. coll. o.* 187) *ib.* 188) subiungit: *EGH* 189) cognosco: *AB Edd. coll. o. Vulgat.* 190) *Codd. coll. o. pr. A* (et pecc. … semper: *deest*) 191) *ABCD;* enim eram … timebam: *orig.;* erat … timebat: *Codd. orig.* 192) *add.:* alium non timuit: *EGH;* alium non habebat super se: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 193) *Rom. c.* 11. *v.* 32. 194) en,: *deest: AB* 195) proficit: *CD Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 196) *BDEH Edd. Arg.;* mag. dicens: *C;* dicet: *A;* inquit: *G;* ait: *Edd. Ven.* I. II.; ait enim: *Edd. rell.; — cf. Psalm.* 50. *v.* 15. 197) fuit: *CD;* fuerat: *B* 198) et: *deest: EGH* 199) dixit: *D;* dixerat: *B; — Psalm.* 37. *v.* 6. 200) *Codd. et Edd. coll. o.* 201) *ib.* || can. 25. 202) *no.* 5. 203) *ABCD Ed. Bas.* 204) II. *Reg. c.* 15. *v.* 13. 205) in rege: *C Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; rege: *D* 206) traduxit: *CD Ed. Bas.* 207) *add.:* autem domini: *orig.* 208) corruerint: *A orig.* 209) *ABC orig.* 210) ceciderunt: *ACD Edd. coll. o.* 211) *Codd. coll. o. pr. A; — orig.* 212) *Codd. coll. o. pr. G* (et) 213) *Codd. coll. o. pr. G; — Ed. Bas.; —* potest: *G Edd. rell.* 214) *no.* 15. 315) condicione (est: *deest*): *BCD;* condicio est: *AEH;* condicio corruptionis: *Ed. Bas.* 216) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 217) et: *D; deest: EGH* 218) spiritualis: *CDEGH*

diluisse[219g] *uirtutis.*" *Et infra* [c. 13.][220]: §. 4. „*Peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam, deletur per sanguinem crucis, tegitur per karitatem; similiter et iniquitas, que*[221] *estimatur habitudo mentis iniustae, licet Iohannes in epistola eum, qui fecerit peccatum, et*[222] *iniquitatem fecisse dixerit*[223h]. *Peccatum est iniquitas, quia in peccato ipso*[225] *iniquitas est. Tamen, ut nobis uidetur, peccatum opus est* iniquitatis, iniquitas autem*[226] *operatrix culpae atque*[227i] *delicti. Prius est ergo, ut ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix*[228] *et seminarium peccatorum*[229k]. *Itaque quemadmodum intrans in animam sapientis*[230] *disciplina inprudentiam tollit, et scientia ignorantiam: sic perfecta uirtus iniquitatem, et remissio peccatorum delet omne peccatum.*"

[C. XXVI.] *Item in eodem* [c. 7.][231a]:

„*Illud*[232] *uero quam ammirabile*[233b] *est, quod angelo ferienti plebem se obtulit*[234c], *dicens*[235]: „„*Grex iste quid fecit? fiat manus tua in me, et in domum patris mei.*"" *Quo facto statim sacrificio dignus iudicatus est qui absolutione estimabatur*[236d] *indignus. Nec mirum, si tali sua oblatione pro populo peccati sui adeptus est ueniam, cum Moyses*[237], *offerendo se Domino pro plebis errore*[238e] *peccata diluerit*[239f]. *Texit igitur peccata sua, an non? Sed*[240] *quis hoc neget, cum*[241g] *ipse Propheta docuerit*[242], *quod remittantur iniquitates, tegantur peccata, non inputentur a Domino*[243h]? „„*Delictum meum*[244] *agnosco*[245i], *et iniusticiam meam non operui. Dixi, pronunciabo*[246k] *iniusticiam meam Domino, et tu dimisisti*[247l] *inpietatem cordis*[248] *mei.*"" *Si*[249m] *dixit:* „„*pronunciabo,*"" *et ueniam meruit ante, quam pronunciaret; quanto magis, ubi de se pronunciauit dicens:* „„*iniquitatem meam ego agnosco et delictum meum coram me est semper,*""[250n] *remissum est ei omne peccatum? licet specialiter de hoc*[251o] *Nathan propheta responderit*[252p]: „„*Et Dominus transtulit*[253] *peccatum tuum.*"" *Ergo et*[254q] *remissionem meruit iniquitatis, et texit karitate atque operuit peccata sua*[255], *et texit operibus bonis, nec inputatum*[256r] *est ei peccatum, quia non fuit in eo dolus maliciae, sed lapsus erroris; denique*[257s] *non fuit inprobitatis estus, sed umbra misterii, et tamen*[258] *confessus est delictum suum, agnouit iniquitatem, uidit lauacrum, et uidit, et credidit; dilexit multum, ut nimia karitate tegere quemuis posset errorem.*"

VI. Pars. [Gratian.] *Ecce, cuius penitencia hic commendatur, cui uenia etiam per Prophetam data monstratur, quam grauiter postea deliquerit, populi multitudo prostrata ostendit. Achab quoque (ut Ieronimus contra Iouinianum scribit) rex inpiissimus, ut sentenciam Dei subterfugeret, et euersio domus eius differretur in posteros, ieiunio inpetrauit et sacco.*

De quo ad eundem **Rusticum** *scribit idem* **Ieronimus**, *dicens*[259]:

[C. XXVII.]

„*Achab rex inpiissimus uineam Nabuthae cruore possedit, et, cum Iezabel, non tam coniugio sibi quam crudelitate coniuncta, Helyae increpatione corripitur, hec*[260] *dicit Dominus:* „„*Occidisti et possedisti,*"" *et iterum:* „„*In loco, in*[261] *quo linxerunt canes sanguinem Nabuthae, ibi lingent sanguinem tuum. Et Iezabel canes comedent ante muros Iezrahel*[262]. *Quod*[263] *cum audisset Achab, scidit uestimenta sua, et posuit saccum super carnem suam, ieiunauitque*[264] *et dormiuit in cilicio. Factusque*[265] *est sermo Domini ad Helyam, dicens: Quoniam reueritus est faciem meam Achab, non inducam malum in diebus eius.*"" *Unum scelus Achab et Iezabel conmiserunt*[266a]; *tamen et*[267b] *conuerso ad penitenciam Achab pena differtur in posteros, et Iezabel in scelere perseuerans presenti condempnatur iudicio.*"

[C. XXVIII.]

Item **Iohannes Crisostomus** *de reparatione lapsi,* [epist. V. ad **Theodorum** lapsum.]:*

„*Talis, michi crede, talis est erga homines pietas Dei; talis*[268a] *nunquam spernit penitenciam, si ei sincere et simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perueniat malorum, et inde tamen reuerti uelit ad uirtutis uiam, suscipit*[269b], *libenter amplectitur; facit omnia, quatinus ad priorem reuocet statum, quodque*[270c] *est adhuc prestantius et eminentius, etiamsi non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcumque tamen et quamlibet breui tempore gestam non respuit penitenciam; suscipit etiam ipsam, nec patitur quamuis exiguae conuersionis*[271] *perdere mercedem. Hoc enim michi indicat Ysaias, ubi de populo Iudeorum talia quedam dicit*[272]: „„*Propter peccatum modice conturbaui eum, et percussi eum, et auerti faciem meam ab eo; et*[273d] *contristatus est, et ambulauit*[274] *tristis, et sanaui eum, et consolatus sum eum.*"" *Euidentius autem nobis testimonium dabit etiam rex ille inpius, qui cupiditatis suae quidem predam uxoris nequicia quesiuit, sed perturbatus ipsius sceleris inmanitate penituit, et cilicio circumdatus facinus suum fleuit, atque erga se ita Domini*[275] *misericordiam prouocauit, ut a cunctis absolueret eum peccatis. Sic enim Deus ait ad Helyam*[276]: „„*Vidisti, quomodo conpunctus est Achab a facie mea? et*[277e] *quia fleuit in conspectu meo, non inducam mala in diebus eius.*""

[C. XXIX.] *Item* **Gregorius** *in omel. X. super Ezechielem,* [in extremo.][278]:

„*Sicut Achab rex iniquus a Propheta reprehensus, cum contra se diuinam sentenciam audisset, pertimuit, in*[279a] *magno merore deprehensus*[280] *est, ita ut Prophetae suo Dominus diceret*[281]: „„*Nonne uidisti humilitatum Achab coram me? Quia ergo*[282b] *humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.*"" *In quibus Domini uerbis pensandum est, quomodo ei in electis suis meror amaritudinis placeat, qui amittere timent Deum*[283] *si sic ei et in*[284c] *reprobo penitencia placuit, qui timebat perdere presens seculum; aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis, qui placent, si hec ad tempus placuit et in illo*[285d], *qui displicebat.*"

[Gratian.] *Niniuitae*[286] *quoque, quos Dominus in euangelio commendat, penitenciam egerunt in predicatione Ionae, et ex misericordia Domini indulgentiam consecuti subuersionis interitum subterfugere meruerunt. Sed qualis*[287e] *Achab post acceptam*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. c. 25. g) delesse h) dixerit, sicut habemus scriptum[224]: „Omnis, qui facit peccatum, et iniquitatem facit." i) atque: *deest* k) peccatorum; mala tollatur radix, ne malos fructus ferat; aboleatur erroris omnis affectus, universa iniquitatum genera tollantur. — c. 26. a) Idem in eodem libro b) mirabile c) obtulit David d) existimabatur e) errore etiam plebis f) deleverit g) quum hic h) Domino? Peccatum remissum sibi esse docuit, sicut scriptum est i) cognosco k) pronunciabo adversum me l) remisisti m) Si: *deest* n) et del. ... semper: *deest* o) hoc et p) respondit q) et: *deest* r) imputandum s) deinde quia — c. 27. a) conm.: *deest* b) et: *deest* — c. 28. a) talis: *deest* b) suscipit et c) et quod d) *et* e) et: *deest* — c. 29. a) et b) igitur c) reprobi (in: *deest*) d) eis qui displicebant e) qualiter

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXV. * Peccatum est: In originali vulgato [neque tamen in Ed. Migne] legitur: *omne peccatum est iniquitas; iniquitas autem operatrix culpae aut delicti. Plus est ergo etc.*; sed melior visa est Gratiani lectio.

C. XXVIII. * Versio haec, licet nonnihil discrepet ab ea, quae inter latina Ioannis Chrysostomi opera circumfertur, non tamen longe discedit a verbis graecis. Exstat enim hoc opusculum manuscriptum in bibliotheca Vaticana.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. can. 25. 219) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig.* 220) *no.* 62. 221) que: *deest: Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* 222) et: *deest: Edd. Par. Lugdd.* 223) *Codd. et Edd. coll. o.* 224) I. *Ioann. c.* 5. *v.* 17. 225) ipsa: *EGH* 226) aut.: *deest: CD*; et iniquit. (aut.: *deest*): *EGH* 227) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 228) et radix: *EGH* 229) *Codd. et Edd. coll. o.* 230) sapientiae: *orig.* || can. 26. 231) *Codd. coll. o.*; — *no.* 38. — *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 14. 232) Quam vero illud etiam admirabile quod: *orig.* 233) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 234) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 235) I. *Paral. c.* 21. *v.* 17. 236) *ABCDG Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig.* 237) *cf. Exod. c.* 32. 238) *Codd. et Edd. coll. o. orig.*; errore populus: *G* 239) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 240) si: *BDEGH Ed. Bas.* 241) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 242) *Psalm.* 31. *v.* 1. 243) *Codd. et Edd. coll. o.* 244) *add.*: ego: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; — *Psalm.* 31. *v.* 5. 245) *Codd. coll. o. pr. A*; — *Ed. Bas. orig.* 246) *Codd. coll. o. pr. A* 247) *C orig.* 248) peccati: *A Edd. coll. o. Vulgat.* 249) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 250) *Codd. et Edd. coll. o.*; — *Psalm.* 50. *v.* 5. 251) *Codd. et Edd. coll. o.* 252) *A orig.*; — II. *Reg. c.* 12. *v.* 13. 253) traduxit: *orig.* 254) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 255) sua: *deest: EGH* 256) *ABCD Edd. coll. o. pr. Lugdd.*; — *orig.* 257) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig.* 258) tantum: *EGH* || can. 27. 259) *ep.* 122. *no.* 3. 260) hoc: *Ed. Bas.*; ad eundem haec: *Edd. rell.*; — *cf.* III. *Reg. c.* 21. *v.* 19. *seqq.* 261) in: *deest: ABC* 262) Iezabel: *GH* 263) *add.*: autem: *EGH* 264) et ieiunauit: *ib.* 265) Factus: *EH*; et factus: *G* 266) *Codd. coll. o.* 267) *ib. Ed. Bas.*; sed: *Edd. rell.* || can. 28. 268) *Codd. coll. o.* 269) *ib.* 270) *ib.* 271) conversationis: *EGH* 272) *Esa. c.* 57. *v.* 17. *sec.* LXX. 273) *Codd. coll. o.* 274) ambulavi: *BDEGH* 275) Dei: *BD*; — *deest: A* 276) III. *Reg. c.* 21. *v. ult.* 277) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* || can. 29. 278) *in Ezech. c.* 3. *v.* 14. — *no.* 44. 279) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 280) depressus: *orig.* 281) III. *Reg. c.* 21. *v. ult.* 282) *ABCDH*; ipse: *EG* 283) Deum: *orig.* 284) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 285) *ib.* 286) *Ion. c.* 3. 287) *ABC*

ueniam uixerit, textus libri Regum declarat, de quo etiam scribit Ambrosius[288]*, quod Iezabel uxor eius, cuius inflammabatur arbitrio, cor eius conuertit, et nimiis sacrilegiis execrabilem fecit, et hunc penitenciae eius affectum reuocauit.*

De Niniuitis autem in principio Ionae scribit Ieronimus[289a]:

[C. XXX.]

„*Sicut ait Herodotus, Niniue a Rege Medorum subuersa est, regnante apud Ebreos Iosia*[290]*. Unde patet, illam predicante Iona ex penitencia ueniam meruisse, sed quia post*[291b] *ad uomitum rediit, ex ira Dei fuisse subuersam.*"

[C. XXXI.] *Item in principio Naum*[292a]:

„*Naum prophetam ante aduentum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suas*[293b] *regiones transtulerat, fuisse, Ebreorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis predicti regis aduentum idem Propheta annunciare monstratur. Sed cum habitatores Niniuae, Iona interitum ciuitatis predicante, ne diuina ira denunciatum interitum sustinerent, peccatorum et inpietatis penitenciam egissent, accepta Dei misericordia grauioribus se criminibus inplicuerunt. Qua de causa memoratus Propheta, Spiritu sancto plenus iudicium Dei annuncians, ita est elocutus*[294c]: „„*Deus zelans et ulciscens Dominus.*""[295d]

VII. Pars. [Gratian.] *Item, quod frequenter penitenti uenia frequenter*[296e] *prestetur, testatur* Augustinus *in libro de penitencia scribens contra quosdam hereticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant utilem esse penitenciam, contra quos scribit* Augustinus *dicens*[297a]:

[C. XXXII.]

„*Adhuc instant perfidi, quoniam*[298b] *sapiunt plus quam oportet*[299c]*, non sobrii, sed excedentes mensuram. Dicunt enim: etsi semel peccantibus post baptismum ualeat penitencia, non tamen sepe peccantibus proderit iterata; alioquin remissio ad peccatum esset incitatio. Dicunt enim: quis non semper peccaret, si redire semper posset? Dicunt enim Deum*[300d] *incitatorem mali, si semper penitentibus subuenit*[301e]*, et etiam*[302] *ei placere peccata, quibus semper presto est gratia. Errant autem, immo multum constat ei displicere peccata, qui semper presto est ea destruere. Si enim ea amaret, non ita semper destrueret, sed conseruaret, atque ut sua munera foueret. Semper destruit peccata, que inuenit, ne soluatur quod creauit, ne corrumpatur quod amauit. Sumunt ypocritae occasionem isti ex factis Domini. Quem enim*[303f] *bis illuminauit? quem leprosum bis mundauit? quem mortuum bis suscitauit? non Lazarum, quem*[304] *dilexit; non filium uiduae*[305]*, quem misertus matri reddidit; non filium*[306] *dissipatorem legitur bis suscepisse*[307]*; non filiam*[308] *Abrahae bis a demonio liberasse. In nulla persona iterauit factum, docens, ut aiunt, non sepe a Domino fieri remedium. Dixit multis*[309g]: „„*Vade, et amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid*[310] *contingat,*"" *promittens penam, non amplius ueniam.* §. 1. *Quod autem multos cecos et in*[311h] *diuerso tempore illuminauit*[312i]*, et multos debiles confortauit, ostendit in diuersis illis eadem*[313] *sepe peccata dimitti, ut quem prius sanauit leprosum alio tempore illuminauit*[314k] *cecum. Ideo enim*[315l] *tot sanauit*[316m] *claudos, cecos, et*[317] *aridos, ne desperet*[318] *sepe*[319n] *peccator; ideo non scribitur aliquem*[320o] *nisi semel sanatum*[321p]*, ut quisque timeat iungi*[322q] *peccato. Videmus adhuc cottidie in ecclesia sepe febricitantes, sepe languidos, sepe passionibus captos sepe liberari, ut appareat tociens opus miserentis*[323r]*, quociens confessio fit penitentis. Quomodo enim corpus, quod uilius est et ab ipso dissimilius, sepe sanaret, et animam digniorem et redemptam tociens non liberaret? Medicum*[324] *se uocat, et non sanis, sed male habentibus oportunum. Sed qualis*[325] *hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum*[326s]*, centies*[327] *curare. Qui ceteris minor esset, si aliis possibilia ignoraret, memor est sui, qui promisit*[328t]: „„„*Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat.*""" *Quem enim peccatorem excludit*[329u]*? Qui*[330v] *omnibus promisit indulgentiam, aliis*[331w] *promissionibus declarat.* „„*Qui*[332] *me confessus fuerit coram hominibus,*"" *omnis*[333x] *quantumcumque*[334] *et quociens*[335y] *peccator, cuiuscumque ordinis, etiamsi fuerit sacerdos,* „„„*confitebor et ego eum.*"""[336z] *Nam*[337] „„*qui*[338] *inuocauerit nomen Domini,*"" *(id est secundum quod nominatur Dominus, id est qui inuocauerit eum ad se seruiendo, et*[339aa] *non*[340] *contradicendo, ut forsitan sepe fecit,)* „„*omnis*"" *(id est quicumque sit ille peccator,)* „„*saluus erit.*"" *Omnem enim animam iste promissor saturauit bonis, etiam sedentes*[341bb] *in tenebris et*[342] *umbra mortis, nullam excipiens animam.* §. 2. *Hunc magistrum intellexit*[343cc] *discipulus ille, qui Chorinthios per epistolas suas corrigere uoluit, et, ut ipse testatur, ter in litteris*[344dd] *eos correxit. Oportebat enim, ut quociens uidebat*[345ee] *eos cadere, tociens iuuaret*[346ff] *surgere*[347gg]*. Memor enim erat illius, qui dixerat*[348]: „„*Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*""[349] *Scimus autem, et*[350] *primos patres, et in omni tempore ecclesiam Dei semper usque in*[351hh] *septuagies septies (quod est semper) peccata remittere*[352]*. Quam potestatem isti*[353] *ab ecclesia*[354ii] *auferre conantur. Oportet enim ecclesiam sic*[355] *credere, que*[356] *confitetur se*[357kk] *peccare. Negant enim ueritatem seductis*[358ll]* *esse, qui se absque peccato audent iactare. In*[359] *multis enim offendimus omnes, nec*[360] *infans unius diei absque peccato super terram esse potest. Quapropter eliminandus est ab ecclesia*[361mm]*, qui umquam penitentibus negat indulgentiam. Non enim inquirit quid Apostolus senserit, qui dixit*[362]: „„*Nichil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.*"" *Sentiens*[363nn] *etiam*[364oo] *iustis*[365pp] *peccata solere contingere, non se confirmabat absque peccato, qui se cognouit*[366qq] *indissolubili uinculo karitatis coniunctum*[367] *Christo. Nisi enim sciret, iustos sepe uenire ad ueniam, quomodo dubitaret, se peccare, qui se sciebat spiritum Dei habere, et intentione mundissima ei seruire? Cur enim*[368] *Dominus*[369] *pedes lauisset Petri, et ecclesiam hoc idem docuisset, nisi*[370rr] *(quoniam*[371] *cottidiana est*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. c. 30. a) prooemio b) postea — c. 31. a) Idem in prologo b) suam regionem c) locutus d) Dominus est e) freq.: *deest* — c. 32. a) contra ... dicens: *deest* b) qui c) oporteat d) Dominum e) subveniret f) enim caecum g) mulieri h) in: *deest* i) illuminaverit ... confortaverit k) illuminet l) etiam m) sanavit febricitantes, tot longuidos, tot claudos n) desperet de se o) aliquis p) sanatus q) mergi r) miserantis s) infirm. visitare t) dicit u) exclusit v) Et quod w) aliis quoque x) id est omnis y) quotiescunque z) eum coram patre meo aa) et: *deest* bb) sedentem cc) intellexerat dd) literis suis ee) videret ff) iuvaret eos gg) resurgere hh) in: *deest* ii) ecclesia Dei kk) se saepe ll) seducti* (esse: *deest*) mm) eccl. iste error nn) Sciens oo) enim pp) et iustis qq) novit rr) nisi quia

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXII. * Seducti: In originali est: *in se esse*, et videtur indicari locus in epist. Ioan. 1. c. 1.; sed ob glossam non est mutatum.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. can. 29. 288) *in libro de Nabuthe* || can. 30. 289) *Codd. coll. o.; — non ipsa sunt Hieroymi uerba* 290) Iosias: *EH* 291) *Codd. coll. o. pr. A; — Edd. Arg. Bas.* || can. 31. 292) *Codd. coll. o.; non ipsa sunt Hieronymi verba* 293) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* 294) *Codd. coll. o.; — Naum. c. 1. v. 2.* 295) *Codd. et Edd. coll. o.* 296) *ABC* || can. 32. 297) *Edd. coll. o.*; sed contra quos: *deest: EGH; — c. 5. de vera et falsa penit. no. 11., qui liber August. perperam est tributus. — Petr. Lomb. l. IV. dist. 14.* 298) *Codd. et Edd. coll. o.* 299) *A orig.* 300) *BEGH Edd. coll. o. orig.*; esse: *A* 301) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.; — orig.* 302) et.: *deest: EGH orig.* 303) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.; — orig.* 304) *add.*: prius: *orig.* 305) *cf. Luc. c. 7.* 306) *Luc. c. 15.* 307) suscitasse: *GH* 308) *cf. Matth. c. 15.* 309) *Codd. coll. o. p. E* (iustis); *— orig. — Ioan. c. 8. v. 11.* 310) quid: *CEGH* 311) *Codd. et Edd. coll. o.* 312) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 313) eidem: *AC Ed. Bas.*; eisdem: *GH* 314) *AB orig.*; illuminaret: *G*; illuminaverit: *Ed. Bas.* 315) *Codd. coll. o.* 316) *ib. Edd. Arg. Nor. Ven. I. II. Par.* 317) et: *deest: EGH* 318) desperaret: *orig.* 319) *BEGH orig.*; se: *C* 320) *Codd. et Edd. coll. o.* 321) *ib.*; curatus: *orig.* 322) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd. II. III.; — orig.* 323) *Codd. coll. o. orig.* 324) *Marc. c. 2. v. 17.* 325) *add.*: esset: *orig.* 326) *Codd. et Edd. coll. o.* 327) cent.: *deest: ib. pr. AB; non est itaque, ut R. voluit, a Corr. insert.* 328) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.; — cf. Ezech. c. 33. v. 11.* 329) *Codd. coll. o. pr. A; — Corr. Ed. Bas. orig.* 330) *Codd. et Edd. coll. o.* 331) *Codd. coll. o. pr. A* (quod alii); *— orig.* 332) *Matth. c. 10. v. 32.* 333) *Codd. coll. o.* 334) quantuscunque: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 335) *Codd. coll. o.* 336) *ib. Edd. Arg. Nor.* 337) namque: *BEGH* 338) quicunque: *EGH Edd. coll. o. — cf. Ioel. c. 2. v. ult.* 339) *ABC Edd. coll. o. orig.* 340) fit: *A*; facit: *B* 341) *EGH orig.; — cf. Luc. c. 1. v. 79.* 342) et in: *AB* 343) *Codd. et Edd. coll. o. — cf. I. Cor. c. 13.* 344) *Codd. et Edd. coll. o.* 345) *ib. pr. G* (videat); *— Turrecrem. orig.* 346) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 347) *ABC Ed. Bas. orig.* 348) *Ioan. c. 20. v. 23.* 349) eis: *deest: AC* 350) et: *deest: orig.* 351) *ABC Ed. Bas.* 352) dimittere: *Edd. coll. o. orig.* 353) illi: *orig.* 354) *Codd. et Edd. coll. o.* 355) *add.*: Dei: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 356) qui confitentur: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 357) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 358) *Codd. coll. o.*; in se seductis esse: *orig.* 359) *Iacob. c. 3. v. 2.* 360) *Iob. c. 14. c. 1.* 361) *Codd. et Edd. coll. o.* 362) I. *Cor. c. 4. v. 4.* 363) *ABEGH Edd. Arg. Nor. Ven. I. II. Par. orig.* 364) *C Edd. Arg. Nor. Ven. I. II. Par. orig.*; autem: *H Ed. Arg.* 365) *Codd. coll. o. orig.* 366) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 367) iunctum: *CH Edd. coll. o. pr. Bas.* 368) en.: *deest: ABC; — cf. Ioan. c. 13.* 369) lavasset: *BCEH* 370) *Codd. coll. o.* 371) quon.: *deest: orig.*

offensio) oportet[372], *ut*[373] *cottidiana sit remissio? Cur*[374] *docuisset orantes dicere*[375]: „„*Dimitte nobis debita nostra,*““ *nisi ipse misericors perseueraret*[376], *qui nos ab hac petitione non uult deficere?*“

[C. XXXIII.] *Item Augustinus ad Macedonium*, [epist. LIV.][377]:

„*In tantum autem*[378a] *hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiam post actam*[379] *penitenciam, post altaris reconciliationem, uel similia uel grauiora committant. Et tamen facit Deus etiam super tales oriri solem suum, nec minus tribuit, quam ante*[380b] *tribuerat, largissima munera uitae ac*[381c] *salutis; et quamuis eis in ecclesia locus ille*[382d] *penitenciae non concedatur, Deus tamen super eos patienciae suae non obliuiscitur. Ex quorum numero si quis nobis*[383] *dicat*[384e] *dicite, utrum michi aliquid prosit ad uitam futuram, si in ista uita illecebrosissimae uoluptatis blandimenta contempsero*[385f], *si me penitendo uehementius quam prius excruciauero, si miserabilius ingemuero, si fleuero uberius, si uixero melius, si pauperes sustentauero largius, si karitate*[386], *que operit multitudinem peccatorum, flagrauero ardentius: quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat: Nichil tibi ista in posterum proderunt; uade, saltim huius uitae suauitate fruere*[387g]*? Auertat Deus tam inanem*[388h] *sacrilegamque*[389i] *dementiam.*“[390] **

VIII. Pars. [Gratian.] *Siue autem quis dicat, primam penitenciam tantum post baptismum utilem esse, non sequentem, siue quis contendat, ultimae tantum ueniam dari, non precedenti, semper tamen auctoritati aduersatur, que sepissime penitenti ueniam repromittit. Que autem sit uera penitencia, cui numquam uenia negatur, et que sit falsa, cui numquam indulgentia promittitur, Adamantius et Esitius super Leuiticum testantur. Adamantius*[391a]:

[C. XXXIV.]*

„„*Inter*[392] *hec hyrcum*[393], *qui oblatus fuerat*[394b], *etc.*““ *Non peccare solius Dei est: emendare sapientis. Sed raro inuenias qui se corrigat. Rara confessio peccati, rara penitencia. Repugnat natura et uerecundia, quia obnoxia est culpae omnis caro, et quisque erubescit peccatum*[395] *confiteri, dum magis presentia cogitat quam futura. Vult*[396] *Moyses peccati uacuam reperire animam, ut*[397] *exuuias erroris deponat*[398], *et culpae*[399] *nuda sine pudore sui discedat. Sed*[400] *irrationabilis inpetus preuenit, et flamma celerrimi motus animam depascitur*[401c], *exurit*[402] *eius innocentiam. Preponderant enim futuris presentia, seriis*[403] *iocunda, et tristibus leta, et tardioribus prepropera*[404]. *Velox enim iniquitas, que ad nocendum occasionem suggerit; lenta uirtus et cunctatrix ante iudicat, quam incipit*[405], *quid decorum, quid honestum; iniquitas omnia precipitat. Pigra ergo*[406d] *et uerecunda penitencia, quia*[407e] *presentium pudore premitur. Solis enim intendit futuris, quorum spes sera*[408f], *tardior*[409g] *fructus. Interim precurrit inpudentia*[410], *et spe presentium penitencia excluditur, et affectus eius exuritur et aboletur. Querit eam lex, et non inuenit, conbusta*[411h] *est enim feruore*[412] *et fumo iniquitatis. Inde*[413] *irascitur, et dicit, deuorandam fuisse penitenciam in sanctis*[414i] *sanctorum; sacerdotes quasi segnes increpat.* §. 1. *Respondet*[415] *Aaron, prouidum esse debere sacerdotale iudicium, nec male sanae conscientiae facile esse credendum id muneris, ne fiat*[416k] *error deterior*[417l] *priore. Vase enim fetido uel oleum uel uinum facile corrumpitur. Quomodo autem poterat, ubi ignis alienus erat, peccatum exuri et*[418m] *in conspectu Domini, cui cuncta*[419] *sunt aperta? quasi*[420] *non*[421n] *conplacet*[422o] *Deo qui iniusticiam corde*[423] *inclusam tenet, et se penitenciam agere perhibet. Ignis alienus libido, auaricia, et omnis cupiditas praua. Hic ignis exurit, non mundat. In quibus enim est, si offerant in conspectu Domini, ignis eos celestis absumit, sicut Nadab*[424] *et Abiud*[425p] *cum his, que pro peccato fuerant oblata.* §. 2. *Qui ergo uult mundari ignem alienum remoueat, et illi igni se offerat, qui culpam exurit, non hominem. Hic*[426] *ignis siccauit emoroissae sanguinem profluentem*[427q]; *hic*[428] *siccauit culpam latronis. Ignis*[429] *enim consumens est; sanat*[430r] *simpliciter et pure confitentes. Iudas:* „„*Peccaui,*““ *inquit*[431] „„*tradens sanguinem iustum;*““ *sed in pectore habuit ignem alienum, quo inflammante cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit, quia non pura mente penituit. Culpam ergo*[432s] *eius non auferunt sacerdotes, qui dolose offert se*[433t], *nec in eo possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio. Unde uerus sacerdos ait*[434]: „„*Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei*[435u],““ *id est, ut peccatores conuersi et penitentes saluentur. Non est*[436v] *acceptum Deo sacrificium, nisi uerum et sincerum.*“

[C. XXXV.] *Item Esitius* [lib. II. ad c. 10. Leuitici][437]:

„„*Inter hec hyrcum*[438], *qui offertur*[439a] *etc.*““ *Quia omne peccatum per penitenciam deletur, et qui predictum peccatum alterius doctrinae et blasphemiae conmiserunt saluati non sunt, causam mortis eorum Legislator exponit:* „„*Inter hec hyrcum*[440], *qui oblatus fuerat etc.*““ *Quia scilicet non comederunt filii Aaron quod pro peccato erat in loco sancto, id est, penitenciam conmissi peccati in ecclesia peragi non fecerunt, quibus hoc preceptum est, quos Christus uicarios suos*[441] *in ecclesia constituit. Ipse autem*[442b] *oblationis suae sanguinem, que pro nostro sanguine oblata est, in sanctum, id est in celum, in conspectu patris*[443] *obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium*[444] *in loco sancto, scilicet in ecclesia, in propitiationem peccatorum. Unde addit:* „„*quemadmodum preceptum est michi,*““ *sic*[445c] *precepi*[446d]. *Moyses ergo*[447e] *gerit personam Christi. Exustum repperit, quia in Spiritum sanctum peccauerant; ab intelligibili igne*[448] *Spiritus sancti oblatio pro penitencia ablata est. Voluntarie*[449f] *peccantibus non relinquitur hostia pro peccato. Nam sicut uera penitencia ueniam promeretur, ita simulata irritat Deum, quia*[450] *Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum. Hoc autem sancti Patres irremissibile*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. c. 33. a) aut.: *deest* b) antea c) et d) humillimae e) dicat: Aut date mihi eundem iterum poenitendi locum, aut desperatum me permittite, ut faciam quicquid libuerit, quantum meis opibus adiuvor, et humanis legibus non prohibeor, in scortis, omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, sed apud homines plerosque etiam laudabili; aut, si me ab hac nequitia revocatis, f) contemsero, si libidinum incitamenta frenavero, si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita et concessa subtraxero, g) perfruere h) immanem i) sacrilegii — c. 34. a) Adamant.: *deest* b) fuerat exustum c) depascitur et d) vero e) quae f) sera et g) tardus h) exusta i) sancta k) fiat novissimus l) peior m) et: *deest* n) quasi dicat o) placet p) Abiu q) perfluentem r) sanat enim s) vero t) se: *deest* u) mei: *deest* v) est enim — c. 35. a) qui oblatus fuerat b) enim c) id est quemadmodum d) praecepi et mandavi e) enim f) Volunt. enim

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIII. * Locupletatum est duobus locis caput hoc ex originali.
** Dementiam: Apud B. Augustinum sequitur cap. *Quamvis,* supr. ead. dist.

C. XXXIV. * In hoc et sequenti capite afferuntur verba ipsa glossae ordinariae, quamvis multa sint accepta ex Origene Adamantio, et Isychio.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. can. 32. 372) oportebit: *EGH* 373) quod: *orig.* 374) cur autem ipse dominus: *ib.* 375) *Matth. c.* 6. *v.* 12. 376) persuaderet: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par.;* nobis persever.: *Ed. Bas.* || can. 33. 377) *Ep.* 153. *no.* 7. *Ed. Maur. scr. ao.* 414.; *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 14. 378) *Codd. coll. o. orig.* 379) acceptam: *EGH* 380) *ABC orig.* 381) *Codd. coll. o. orig.* 382) *Codd. coll. o. orig.* 383) vobis: *Edd. Arg. Nor.* 384) *Codd. et Edd. coll. o.* 385) *ib.* 386) karitatem: *AC* 387) *Codd. et Edd. coll. o.* 388) *ib. pr. A Lugdd.* II. III. 389) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. orig.* 390) sententiam: *C* || can. 34. 391) *Codd. coll. o.* 392) *Levit. c.* 10. *v.* 16. 393) hircus qui ablutus fuerat: *GH* 394) *Codd. coll. o.* 395) *add.:* suum: *EGH* 396) *add.:* etiam: *Ed. Bas.;* enim: *Edd. rell. pr. Arg.* 397) et: *EH* 398) deponant culpae munda sine sui erroris pudore: *EGH* 399) culpa: *C Ed. Bas.* 400) *add.:* ubi: *BEGH Edd. coll. o.* 401) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* (dep. et urit) 402) exur. enim: *EGH* 403) et ser.: *ib.* 404) praeparata: *A;* properata: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 405) incipiat: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 406) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (est) 407) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr.* 408) *Codd. et Edd. coll. o.* 409) *ib.* 410) inpudicitia: *EGH Ed. Arg.* 411) *Codd. et Edd. coll. o.* 412) in feru.: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 413) Inde enim: *EGH* 414) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr.* 415) respondit: *AC* 416) *Codd. et Edd. coll. o.* 417) *ib.* 418) *ib.* 419) omnia: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 420) cum: *C;* quia: *A* 421) *Codd. coll. o.* 422) *ib. pr. A* 423) in corde: *BC Ed. Bas.* 424) *Levit. c.* 10. 425) *Codd. coll. o. pr. A* 426) *Marc. c.* 5. 427) *Codd. coll. o. pr. A* 428) *cf. Luc. c.* 23. 429) *add.:* qui: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 430) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (sanans) 431) *Matth. c.* 27. *v.* 4. 432) *Codd. et Edd. coll. o.* 433) *ib. pr. A; — Corr.* 434) *Ioan. c.* 4. *v.* 34. 435) *ABC Edd. coll. o.; add.:* qui in coelis est: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 436) *Codd. coll. o. pr. C* || can. 35. 437) *cf. Gloss. ord. in Leuit. c.* 10. *v.* 16. 438) hircus: *EGH* 439) *CEGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; offert: *B;* qui off.: *deest: A* 440) hircus et qui: *EGH* 441) suos: *deest: Edd. coll. o.; neque tamen ut R. censuit, a Correct. est insertum.* 442) *Codd. et Edd. coll. o.* 443) *add.:* sui: *Edd. Lugdd.* II. III. 444) *add.:* sanctum: *G; add.:* vel sumi: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 445) *Codd. et Edd. coll. o.* 446) *ib. pr. Lugdd.* II. III. 447) *Codd. et Edd. coll. o.* 448) *add.:* videlicet: *Edd. Lugdd.* II. III. 449) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *cf. Hebr. c.* 10. *v.* 26. 450) *Sap. c.* 1. *v.* 5.

peccatum et blasphemiam in Spiritum sanctum dixerunt, in[451] *sceleribus usque ad*[452] *finem uitae perseuerare*[453g], *de potentia et misericordia Dei et*[454h] *redemptoris diffidere.*“

[C. XXXVI.] *Item Iohannes Os aureum,* [hom. XXXI.] *in* [c. 12.] *epistola ad Ebreos*[455a].

„*Iudas*[456] *penituit, sed male; laqueo namque se suspendit; penituit etiam Esau*[457b], *magis*[458c] *iste neque penituit. Lacrimae quippe*[459d] *non erant penitenciae*[460], *sed animi uiolenti*[461*], *et indignationis infernae*[462e]. *Quod*[463f] *eius operibus aperitur.* §. 1.[464g] *Non igitur negemus*[465h] *peccata nostra, neque nos inpudentia duros efficiat. Sponte nostra*[466i] *puniamus, ne pendamus non sponte supplicia. Audiuit Cayn a Deo*[467]: „„*Ubi est Abel frater tuus?*““ *et dixit:* „„*Nescio, numquid*[468k] *custos fratris mei sum?*“ “[469l] *Vides, quomodo ex hoc peccatum*[470] *amplius*[471m] *operatus est; nonne*[472n] *et pater eius similiter? Audiens enim et ipse:* „„*Adam ubi es?*“ “ *dixit:* „„*Vocem tuam audiui Domine, et timui, quoniam nudus sum, et abscondi me.*“ “ *Magnum*[473o] *est, ut quis peccata sua agnoscat, et memoriam*[474] *eorum perseueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria.*“

[C. XXXVII.] *Item Ambrosius in lib.* [II.] *de penitencia,* [c. 11.][475]:

„„*In*[476] *salicibus,*“ “[477] *inquit,* „„*in medio eius suspendimus organa nostra.*“ “[478] *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Si enim caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo et mentis inperio, aliena est terra, que non domatur exercitio cultoris*[479a]. *Non*[480] *potest fructus karitatis penitenciae*[481b] *pacis*[482*] *afferre. Melius ergo est tunc quiescere, quam*[483c] *exercere non queras opera penitenciae, ne in ipsa penitencia fiat quod postea indigeat penitencia. Que si semel fuerit usurpata, nec iure celebrata, nec prioris fructum obtinet, et usum aufert posterioris. Sane et cum caro repugnat, mens ad Deum*[484d] *debet esse intenta, et, si opera non secuntur, fides non deserat*[485e**]; *et, si carnis inpugnant*[486f] *illecebrae uel potestates aduersariae, maneat mens Deo dedita. Tunc enim maxime urgetur*[487g***], *cum caro non*[488h] *cedit*[489], *et sunt qui uehementer incumbant, miserae animae querentes omne auferre presidium. Unde illud est*[490]: „„*Exinanite, exinanite*[491] *usque ad fundamentum in ea.*“ “ *Quam miseratus Dauid ait:* „„*Filia Babylonis misera,*“ “ *utique*[492i], *Babylonis*[493k] *filia est*[494], *que Dei esse filia desinit*[495l], *cui tamen medicum inuitat, dicens:* „„*Beatus, qui tenebit et allidet paruulos suos*[496] *ad petram,*“ “ *hoc est qui infirmas et lubricas cogitationes habet*[497m] *elidat*[498n] *ad Christum*[499], *qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia et discretione*[500o] *conminuat.*“

[C. XXXVIII.] *Item Ieronimus super Mattheum,* [ad c. 27.][501]:

„*Nichil profuit Iudae egisse penitenciam**, *per quam scelus corrigere non potuit. Si quando frater sic*[502] *peccat in fratrem, ut emendare ualeat quod peccauit, potest ei diuinitus*[503a] *dimitti; sin autem permanent opera, frustra uoce assumitur penitencia. Hoc est quod*[504b] *de eo*[505c] *dicitur*[506]: „„*Et oratio eius fiat in peccatum,*“ “ *ut non solum emendare nequiuerit proditionis nefas, sed proprii homicidii scelus*[507] *addiderit.*

[C. XXXIX.] *Item Leo Papa in sermone:* „*Inter omnia.*“[508a]:

„*Sceleratior omnibus, o*[509] *Iuda, et infelicior extitisti; quem non penitencia reuocauit ad Dominum*[510], *sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consummationem criminis tui, et donec sanguis Christi pro*[511b] *peccatoribus funderetur, informis lethi suspendium distulisses.*“

IX. Pars. [Gratian.] *His auctoritatibus, que sit uera, que falsa penitencia ostenditur, et falsae nulla indulgentia dari probatur; in quo illorum sentencia destruitur, qua eum, qui pluribus irretitus fuerit*[512c], *asseritur unius delicti penitencia eiusdem ueniam a Domino consequi sine alterius criminis penitencia. Quod etiam multorum*[513d] *auctoritatibus probare conantur. Quarum prima est illa Naum prophethae*[514e]: „*Non iudicabit Deus bis in idipsum.*“ *Sed*[515] *quem sacerdos iudicat Deus iudicat, cuius personam in ecclesia gerit. Qui ergo a sacerdote semel pro peccato punitur, non iterum pro eodem peccato a Deo*[516f] *iudicabitur.*

[C. XL.] *Item Gregorius super Ezechielem,* [hom. X.][517*]:

„*Pluit*[518] *Dominus super unam ciuitatem, et super alteram non pluit, et eandem ciuitatem ex parte conpluit, et ex parte aridam relinquit*[519]. *Cum ille, qui proximum odit, ab aliis uiciis se corrigit, una eademque ciuitas ex parte conpluitur, et ex parte arida manet, quia sunt, qui, cum uicia quedam resecant, in aliis grauiter perdurant.*“

[C. XLI.] *Item Ambrosius in XVIII. octonario* [Psalm. 118.][520]:

„*Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus; secunda per punitionem*[521*], *ubi, etsi fides*[**] *desit, pena*[522] *satisfacit et releuat.*“

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. c. 35. g) perseverare, de salute sui desperare et h) Dei et: *deest* — c. 36. a) epistolae b) Esau, sed male; c) magis autem d) quippe illae e) internae f) Quod ex g) Et infra: §. 1. h) negem., obsecro i) nostra peccata k) numquid nam l) sum ego m) peccatum reddiderit gravius? n) Verum non ita pater eius audiens: Adam o) Magnum bonum — c. 37. a) cultoris et ideo b) poenitentiam c) quum ... queas d) Dominum e) deseratur** f) impugnant vel carnis g) urgemur h) non: *deest* i) misera, misera utique k) quia Babylonis l) desivit m) hab.: *deest* n) allidat o) disceptatione — c. 38. a) divin.: *deest* b) quod in Psalmo c) eodem infelicissimo Iuda — c. 39. a) sermone, qui incipit: Inter omnia, „id est tertio de passione Domini.“ b) per omnibus c) fuerit peccatis d) multis e) propheta f) Domino

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXVI. * **Animi violenti:** Graece est: *ἀλλὰ ἐπηρείας καὶ θυμοῦ μᾶλλον, καὶ δείκνυσι τὰ ἑξῆς;* id est: *Sed potius contumeliosi impetus et iracundiae, idque ostendunt quae secuta sunt.* Vetustus codex habet: *πικρίας καὶ θυμοῦ*, quae duae voces coniunguntur etiam a B. Paulo in epistola ad Ephesios c. 4. Sunt autem nonnulla in hoc capite partim ex manuscriptis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali emendata.

C. XXXVII. * **Poenitentiam pacis:** In multis vetustis legitur: *penitentiae et pacis,* in originali autem impresso: *patientiam* [*patientiae ac:* Ed. coll.] *pacis.*

** **Fides non deseratur;** In aliquot manuscriptis est: *fides non deserat;* in vetustioribus B. Ambrosii operum editionibus: *fides desideret;* in recentiori Parisiensi: *fides deserviat.*

*** **Urgemur:** In nonnullis vetustis legitur: *urgetur, quum caro non credit.*

C. XXXVIII. * **Egisse poenitentiam:** Sic in glossa, ex qua videtur sumtum caput hoc; sed apud B. Hieronymum [neque tamen in Ed. coll.] et Magistrum: *sera poenitentia;* apud eundem vero Magistrum paulo post legitur depravate: *emendare non valeat.*

C. XL. * Similis summa verborum B. Gregorii est in glossa ordinaria ad c. 4. Amos, non tamen eadem omnino.

C. XLI. * **Punitionem:** Antea legebatur: *compunctionem.* Emendatum est ex glossa ordinaria (cuius caput hoc est summa quaedam) et magis convenit cum sententia B. Ambrosii, cuius tamen locum integrum praestat accurate legere.

** **Fides:** In glossa additur: *id est conscientia debiti,* et sic declarat Gratianus infra c. *Quaerat.*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. can. 35. 451) et in: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 452) in: *AB Ed. Bas.* 453) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor.; —verba infra notata (not. g) in Edd. rell. pr. Bas. reiecta sunt ad capitis exitum.* 454) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Bas. Ven.* I.; Dei red.: *Edd. rell.* || can. 36. 455) *Codd. coll. o.* 456) *Matth. c.* 27. 457) *Codd. coll. o.; — Gen. c.* 27. 458) *Codd. et Edd. coll. o.* 459) *ib.* 460) penitencia: *EGH* 461) nolentis: *GH;* violentis: *E* 462) *BEG;* inferni: *C;* internae al. infernae: *Ed. Arg.;* in furore: *A* 463) *Codd. et Edd. coll. o.* 464) *Codd. coll. o.* 465) *Codd. et Edd. coll. o.* 466) *ABC* 467) *Gen. c.* 4. *v.* 9. 468) *Codd. et Edd. coll. o.* 469) *ABC* 470) peccato: *EGH Edd. coll. o.* 471) *Codd. et Edd. coll. o.* 472) *ib. pr. Bas.* (aud. en. et: *deest*) 473) *Codd. et Edd. coll. o.* 474) memoria: *H;* in memoria eorum perseveret (ret.: *deest*): *A* || can. 37. 475) *no.* 104. 476) *Psalm.* 136. *v.* 1. *et* 4. 477) inq.: *deest: AB* 478) *add.:* et infra: *orig.* 479) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 480) *add.:* enim: *BC Ed. Bas.* 481) *Codd. coll. o.* 482) et pac.: *AB Edd. coll. o.* 483) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (quam ex.: *deest*) 484) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 485) *Codd. coll. o. pr. C; — orig.* 486) *Codd. et Edd. coll. o.* 487) *Codd. et Edd. coll. o.* 488) *ib.* 489) cecidit: *EGH* 490) *Psalm.* 136. *v.* 7. *seqq.* 491) exin.: *deest: BC Edd. Bas. Ven.* I. II. 492) *ABC Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 493) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 494) *add.:* anima: *Edd. coll o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 495) *ABCD* 496) tuos: *Ed. Lugd.* II. *orig. Vulg.* 497) *Codd. coll. o.* 498) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (elidet), *Ed. Bas.* (illidat); *— orig.;* habet et el.: *EH* 499) ad petram i. e. ad Christum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 500) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par.* (descriptione); — *Corr.* || can. 38. 501) *ad v.* 5.; *Petr. Lomb. lib.* IV. *dist.* 15. 502) sic: *deest: BC* 503) *Codd. et Edd. coll. o.* 504) *ib.* 505) *ib.* 506) *Psalm.* 108. *v.* 7. 507) ad scelus etiam: *orig.* || can. 39. 508) *Sermo* 54. *c.* 3. *Ed. Baller.* 509) o: *deest: orig.* 510) Deum: *EGH* 511) *Codd. et Edd. coll. o.* 512) *Codd. coll. o.* 513) *ABCD* 514) *ib.; — Naum. c.* 1. *v.* 9. *sec.* LXX. 515) item: *EGH* 516) *Codd. coll. o.* || can. 40. 517) *ad c.* 3. *v.* 11. *no.* 23.; — *Sensus, nec tamen ipsa verba; — Petr. Lomb. ib.* 518) *Amos c.* 4. *v.* 7. 519) reliquit: *A Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. || can. 41. 520) *no.* 3. — *non sunt ipsa Ambr. verba. — cf. Gloss. ord. in Psalm.* 118. *Sade* (*v.* 137. *seqq.*) 621) conpunctionem: *A* 522) penitencia uel pen.: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.

[Gratian.] *Item opponitur de Ieronimo, qui super Naum sentire uidetur, quod, si infidelis*[523a] *** *adulterando interficeretur, de adulterio non amplius a Deo puniretur. Item, si illa satisfactio non fuit, quam in adulterio uiuens pro homicidio obtulit*[524], *cum adulterii eum penituerit, utriusque penitencia ei inponenda erit; quod a ratione alienum ecclesiastica probatur consuetudine, que pro eodem peccato (nisi reiteratum fuerit) nulli penitenciam bis inponit.* §. 1. *Sed quod ei, qui crimen sibi reseruat, de alio uenia non prestetur, non solum premissis probatur auctoritatibus Esitii, Adamantii, Augustini, Smaragdi, Ysidori, Gregorii, uerum etiam alia auctoritate eiusdem* Augustini *in libro de penitencia*[525]. *Ait enim:*

[C. XLII.]

„*Sunt plures, quos penitet peccasse, sed non omnino, reseruantes*[526] *sibi quedam, in quibus delectentur*[527a], *non animaduertentes, Dominum*[528] *simul mutum et surdum a demonio liberasse. Per hoc docet*[529b], *nos numquam nisi de omnibus sanari. Si enim uellet peccata ex parte reseruari, habentem*[530c] *septem demonia*[531d], *perficere*[532e] *potuit*[533f] *sex expulsis. Expulit autem septem, ut omnia crimina simul eicienda doceret. Legionem autem ab alio eiciens, neminem reliquit de*[534g] *omnibus, qui liberatum possideret, ostendens, quod, etiamsi peccata sint mille, oportere*[535h] *de omnibus penitere. Laudatus*[536] *est enim Dominus, quoniam*[537i] *eiecto demonio locutus est mutus. Numquam aliquem sanauit, quem non omnino liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato, quia et corpus*[538] *ab infirmitate, et animam ab omni contagione*[539k], *indicans penitentes*[540l] *oportere simul dolere de omni crimine in anima orto et in*[541m] *corpore. Scio enim Dominum*[542n] *inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat de alio reciperet*[543o] *ueniam? Sine*[544] *amore Dei consequeretur ueniam, sine quo nemo umquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseueranter. Quedam enim inpietas infidelitatis est, ab illo, qui iustus et iusticia est, dimidiam sperare ueniam. Nam*[545p] *sine uera penitencia inueniret gratiam? Penitencia enim uera ad baptismi puritatem confitentem*[546] *conatur ducere*[547q]. *Recte enim penitens quicquid sordis*[548r] *post purificationem contraxit oportet ut*[549] *abluat, saltim lacrimis mentis. Sed satis durus est cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare; sed sciat culpabiliter se durum*[550], *qui deflet dampna temporis, uel mortem amici, et dolorem peccati non ostendit in*[551s] *lacrimis. Non itaque est, ut quis excuset se fontem non*[552] *habere lacrimarum, qui umquam*[553t] *lacrimis ostendit dolorem temporalium*[554]. *Quem ergo*[555] *penitet*[556] *omnino peniteat etc.*"

X. Pars. [Gratian.] *Auctoritas illa Naum prophetae*[557]: „*Non iudicabit Deus bis*[558] *etc.,*" *non*[559u] *ostendit omnia, que temporaliter puniuntur, non ulterius a Deo punienda. Quamquam*[560v] *enim Sodomitas, Egyptios, Israelitas in heremo super eundem locum dicat*[561] *Ieronimus temporaliter a Deo punitos, ne in eternum punirentur, non tamen intelligendum est de omnibus hoc generaliter; alioquin cuique sceleroso optandum esset, ut celesti fulmine percussus, aut aquis inmersus*[562w], *aut a serpentibus uulneratus pro peccatis suis diuinitus interiret, ut eternos cruciatus breuis et pena momentanea terminaret. Illud etiam Apostoli falsum esset, quod de prostratis in deserto in epistola ad Ebreos scribens*[563] *ait:* „*Propter incredulitatem suam non intrauerunt in terram promissionis.*" *Ubi probatur, quod sicut merito suae infidelitatis requiem illam amiserunt, ita propter eandem infidelitatem ueram*[564] *requiem eternae beatitudinis nullo modo intrauerunt.* §. 1. *Intelligitur ergo illud Ieronimi de his tantum, qui inter ipsa flagella penitenciam egerunt, quam, etsi breuem et momentaneam, tamen non respuit Deus; sicut et illud Prophetae*[565]: „*Non iudicabit Deus bis in idipsum,*" *de his tantum intelligi oportet, quos supplicia presentia conmutant*[566x], *super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores et deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus a Domino durior factus est, presentibus eterna connectunt, ut temporale supplicium sit eis eternae dampnationis initium.*

Unde Augustinus *in Cantico Deuteronomii*[567]:

[C. XLIII.]

„„*Ignis*[568] *succensus est etc.*"" *Hoc*[569] *est, uindicta hic incipiet*[570], *et ardebit usque ad extremam dampnationem.*"

[Gratian.] *Hoc contra illos notandum est, qui dicunt*[571]: „*Non iudicabit Deus bis in id ipsum,*" *ad omnia pertinere flagella, quia quidam hic flagellis emendantur uel iudicantur*[572a], *alii hic*[573b] *et in eternum puniuntur, sicut Antiochus et Herodes.* §. 1. *Quod autem super eundem locum de adultero infideli*[574c] *Ieronimus sentire uidetur, ex uerbis eiusdem falsum esse probatur. Exemplo*[575] *enim illius, qui Israelitas*[576] *maledixerat, et qui ligna in sabbato collegerat, ostendit parua peccata breuibus et temporalibus suppliciis purgari, magna uero diuturnis*[577] *et eternis suppliciis reseruari.*

Ait enim [in primum caput Naum][578]:

[C. XLIV.]

„*Querat hic aliquis, si fidelis*[579] *deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, et falsum est hoc, quod dicitur*[580]: „„*Non iudicabit*[581a] *Deus bis in idipsum in tribulatione;*"" *aut non punietur, et optandum est adulteris, ut in presentiarum breui*[582b] *pena puniantur*[583c] *ut frustrentur cruciatus eternos. Ad quod respondemus*[584d], *Deum, ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras, et non preueniri sentencia iudicis, nec illi in peccatorum exercendae dehinc penae auferri potestatem, et magnum peccatum magnis diuturnisque lui cruciatibus; si quis autem punitus*[585] *sit, ut ille in lege, qui Israelitae*[586e] *maledixerat, et qui*[587] *in sabbato ligna collegerat, tales postea non puniri, quia culpa leuis*[588] *presenti supplicio conpensata*[589] *sit.*"

[Gratian.] *Illud autem Gregorii*[590]: „*Pluit Dominus super unam ciuitatem etc.,*" *non ad criminis ueniam, sed ad eius detestationem referendum est, ut ideo pars ciuitatis dicatur esse conpluta, quia crimen, quod dilexerat, detestari incipit, non quod eius ueniam consequatur. Criminis autem detestatio pluuia uocatur, quia ex fonte diuinae gratiae cordi nostro instillatur, ut uel sic quisque ad ueram penitenciam perueniat*[591], *aut eo minus a Deo puniatur, quod*[592f] *diuturniori delectatione peccati maius sibi supplicium accumulasset. Si uero ad indulgentiam criminis pluuia referatur, euangelicae sentenciae contraire uidebitur*[593].

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. III. c. 41. a) fidelis*** — c. 42. a) delectantur b) docens c) habenti d) daemonia, manente uno e) proficere f) potuerat g) ex h) oporteret i) quando k) cont. liberavit l) poenitentem m) in: *deest* n) Deum o) recipiet p) Iam enim foret sine poenitentia invenire gratiam. q) adducere r) sordium s) in: *deest* t) nonnunquam u) non indistincte v) quam: *deest* w) submersus x) in melius commut. — c. 43. a) vel iudic.: *deest* b) et hic c) fideli — c. 44. a) vindicabit Dominus b) brevi et cita poen. frustr. c) pena pun.: *deest* d) respondebimus e) Israëliticis f) quo

NOTATIONES CORRECTORUM.

*** Fidelis: Sic est emendatum ex aliquot vetustis, B. Hieronymo, et Magistro. Nam antea legebatur: *infidelis*, quemadmodum etiam infra ead. c. *Quaerat*, et c. *Ignis*.

C. XIII. * Verba ipsa huius capitis sunt in glossa ordinaria ad c. 34. Exod. ex Gregor. in loco indicato, ex qua glossa sunt hic nonnulla emendata.

C. XIV. * Propter postrema crimina: Addita sunt haec ex originali, quibus sententia valde illustratur.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. IV. can. 12. 208) *cf. supra c.* 8. 209) *ABCD* 210) *Ezech. c.* 18. *v.* 24. 211) *ABC* 212) *cf. supra c.* 8. 213) er.: *deest: EGH* 214) dicuntur: *AB* 215) conparticipatione: *H;* cum participatione: *G* 216) *Ioan. c.* 1. *v.* 12. 217) *add.:* ait: *EGH; — Rom. c.* 8. *v.* 19. 21. 23. 218) glor.: *deest: BC* 219) *Codd. et Edd. coll. o.* 220) prescientia: *EH;* presencia: *G* 221) enim: *AC* 222) hi: *ib.* 223) *Ioan. c.* 11. *v.* 52. 224) *ib. c.* 13. *v.* 33. 225) *add.:* mei: *EGH* 226) *Codd et Edd. coll. o.* 227) *Psalm.* 88. *v.* 31. 228) si autem: (*EGH*); deliquerint: *EH* 229) *Codd. coll. o. pr. B* (item non) 230) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Corr.* 231) *Codd. coll. o.* 232) *ib.* ‖ can. 13. 233) *cf. Exod. c.* 10. *v.* 5.; *Iob. c.* 21. *v.* 19. 234) *Codd. et Edd. coll. o.* 235) *ib.* 236) soluamur: *AGH* 237) *Codd. et Edd. coll. o.* 238) *ib. pr. Edd. Lugdd.* II. III. 239) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Corr.* 240) *ib.* 241) commisimus: *EGH* ‖ can. 14. 242) perditione: *EH* 243) *Codd. et Edd. coll. o.* 244) *ib.* 245) *ib.* 246) *ib.* 247) *add.:* peccata: *D Edd. coll. o. pr. Arg.; —* remissa: *orig.* 248) *ABCD* 249) remissioni: *A;* remissione: *B* ‖ can. 15. 250) *Ezech. c.* 18. *v.* 24. — *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 15. 251) *add.:* suas: *EGH* 252) et in pecc. suo quod peccauit in ipso morietur (*reliqq. desunt*): *Vulg.* 253) fecerat: *EGH Edd. coll. o.* ‖ can. 16. 254) *hom.* XI. *in Ezech. c.* 3. *v.* 20. *no.* 21.; *Petr. Lomb. ib.* 255) *Codd. et Edd. coll. o.* ‖ can. 17. 256) *v.* 14. *no.* 10. 257) mittitur: *ABDH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 258) op.: *deest: BCD* ‖ can. 18. 259) *v.* 20. 260) et: *deest: EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 261) eius: *GH* 262) peiora: *AC* 263) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* ‖ can. 19. 264) *v.* 1. 265) *Codd. et Edd. coll. o.; —* perfectiora: *Vulg.* 266) *Codd. coll. o.* 267) *cf. supra Dist.* III. *c.* 45. 46.

conmemorasset, horum omnium mercedem, quam peccando amiserant, post penitenciam a Domino eos recepturos ostendit. Porro, qui per Prophetam dixit[268]: „*Si auerterit se iustus a iusticia sua etc.*,“[269c] *ipse per eundem Prophetam promisit*[270] *dicens:* „*Si inpius egerit penitenciam ab omnibus peccatis suis, que operatus est, et custodierit uniuersa precepta mea, et fecerit iudicium et iusticiam, uita uiuet, et non morietur; omnium iniquitatum eius non recordabor, quas operatus est; in iusticia sua, quam operatus est, uiuet.*“ *Filiis quoque Israel per Assyrios captiuandis veteris ydolatriae*[271d] *peccatum per Osee Dominus inproperat, et*[272] *peccatum, quod Moyse supplicante patribus fuerat dimissum, hoc in filiis reuixisse ostendit, dicens:*

[C. XX.][273]

„*Ve eis, quoniam recesserunt a me; uastabuntur*[274], *quia preuaricati sunt in me. Ego*[275a] *tamen*[276b] *redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia, et non clamauerunt ad me in corde suo, sed ululabant*[277] *in cubilibus suis; super triticum et uinum ruminabant, et*[278] *recesserunt a me, et ego erudiui eos*[279], *et confortaui brachia eorum, et in me cogitauerunt maliciam; reuersi sunt, ut essent absque iugo; facti sunt quasi arcus dolosus; cadent in gladio principes eorum a furore linguae suae.*“

VII. Pars. [Gratian.] *Antiqua peccata parentum filiis inproperat sermo diuinus, et propterea principes eorum in gladio casuros predicit. Sed per* eundem *Prophetam contra se Dominus facere ostendit, dicens:*

[C. XXI.][280]

„*Ne forte dicant in cordibus suis, omnem maliciam eorum me recordatum, nunc circumdederunt eos adinuentiones suae; coram facie mea factae sunt.*“

[C. XXII.] *Ieronimus* [ad c. 7. Oseae][281a*]

„*Cum ita puniantur, ne cogitent, quod pro ueteribus peccatis patrum puniam eos, quia nunc, id est in presenti, pro maliciis suis, quas inuenerunt, circumdati sunt pena, et mala eorum, sicut putant, non possunt me latere; sed potius ipsae adinuentiones apertae sunt coram facie mea, que omnia clare uidet.*“

[C. XXIII.] *Idem*[282a*].

„*Heretici non possunt uetera peccata contra Deum causari, cum antiquis operibus nouam addant inpietatem, et suis ligentur peccatis, et, cum Deum celare se putant*[283], *oculos eius uitare non possunt, quia*[284] *uultus Domini super facientes mala.*“

[C. XXIV.] *Item Gelasius*[285a].

„*Diuina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur.*“

[Gratian.] *Sed his auctoritatibus docentur filii, ab originali peccato expiati, non ideo puniendi, quia patres peccauerunt, sed ideo peccata patrum in eos redire, quia eorum culpam secuntur. Sic et bona, que peccato*[286] *moriuntur, non proficient*[287] *ad premium, quia facta sunt, sed quia per penitenciam reuiuiscunt. Tale est et illud Augustini*[288] *in libro Psalmorum:* „*Si Iudas teneret adoptionem etc.*“ *Sic etiam*[289b] *illud Gregorii in Moralibus intelligitur*[290]: „*Quid est quod dicitur:* „*Reddis iniquitatem patrum*[291c] *etc.*“ *Illis namque parentum iniquitas redditur, qui propterea puniuntur, quia in radice traxerunt amaritudinem peccati. Illis*[292] *autem non reddi dicitur*[293d], *in quibus merito suae iniquitatis non*[294] *reuiuiscunt parentis peccata. Sicut ergo bona, que peccato moriuntur, per penitenciam reuiuiscunt ad premium: sic et mala, que per penitenciam delentur, reuiuiscunt ad supplicium. Unde Propheta ex persona penitentis deplorat, dicens*[295]: „*Putruerunt et corruptae sunt cicatrices meae,*“[296e] *id est plagae per baptismum sanatae. Hinc etiam idem Propheta, quamuis fide et sacramento circumcisionis ab originali peccato se mundatum cognosceret, tamen adulterio et homicidio, quod conmiserat, illud reuixisse intelligens, non sine causa inter cetera ipsum confitetur, et dicit*[297]: „*Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum etc.*“

DISTINCTIO V.

GRATIANUS.

I. Pars. *In penitencia autem, que peccatorem considerare oportet, Augustinus in libro de penitencia docet, dicens*[1]:

[C. I.]

„*Consideret*[2] *qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in uarietate personae, et quali hoc fecerit temptatione, et in ipsius uicii multiplici executione. Oportet enim penitere fornicantem secundum exellentiam sui status aut offitii, aut*[3a] *secundum modum meretricis, et in modo*[4] *operis sui, et qualiter turpitudinem suam peregit*[5], *si in loco sacrato*[6b], *aut cui debuit exellentiam fidei (ut sunt domus dominorum, et aliorum multorum), si in tempore orationi constituto, ut*[7c] *festiuitates sanctorum et tempora ieiunii. Consideret, quantum perseuerauerit, et defleat quod perseueranter peccauit*[8d], *et quanta fuerit uictus*[9e*] *inpugnatione. Sunt*[10f] *qui non solum non uincuntur, sed ultro se peccato offerunt, nec expectant temptationem, sed preueniunt uoluptatem*[11], *et pertractet*[12g] *secum, quam multiplici actione uicii delectabiliter peccauit*[13h]. *Omnis ista uarietas confitenda est et deflenda, ut, cum cognouerit*[14] *quod peccatum est multum, cito inueniat*[15] *Deum propitium.* §. 1. *In*[16] *cognoscendo augmentum peccati inueniat se, cuius etatis fuerit, cuius sapientiae, et*[17] *ordinis, et statum omnem alterius non peccantis. Inmoretur in singulis istis, et sentiat modum criminis, purgans lacrimis omnem qualitatem uicii.* §. 2. *Defleat uirtutem, qua interim caruit. Dolendum enim est, et dolore purgandum*[18], *non solum quia peccauit, sed*[19i] *quod se uirtute priuauit. Nam, licet speret se consecuturum ueniam, dolere tamen potest, quia non promeruit unde remunerari confidat.* §. 3. *Anxietur et doleat, quod*[20k] *modo effugiens de preteritis penam, miser*[21] *non inde exspectet*[22] *gloriam*[23], *cuius omne tempus*[24], *quoniam*[25] *breuissimum est, debuit decertauisse ad consequendum premium.* §. 4. *Defleat etiam, quoniam offendens in uno factus est omnium*[26l] *reus. Ingratus enim extitit qui plenus uirtutibus Deum non omnino timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono habundauit. Etiam alio modo offendens in uno est*[27] *omnium reus, quia omnis*[28] *uirtus patitur detrimentum ab uno uicio. Nam si quis cadit in auariciam, largitatem destruit, et etiam*[29] *castitatem minorauit. Amore enim*[30] *pecuniae uel uiolaret castitatem, uel saltim minus amaret. Si enim tanta propter Deum adhuc castitas inest, ut nolit eandem*[31m] *perdere, tamen*[32] *saltim minori gaudio,*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. IV. c. 19. c) etc.: *deest* d) idololatriae — c. 20. a) Et ego b) tamen: *deest* c. 22. a) Item Hieronym. — c. 23. a) Idem ibidem — c. 24. a) It. Gelasius Papa b) et c) patrum in filios d) redditur e) meae a facie insipientiae meae — Dist. V. c. 1. a) et b) sacro c) aut in festivitate d) peccaverit e) virtus f) Sunt enim g) pertractant h) peccent i) sed etiam k) quo l) omn. per ingratitudinem m) eam

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXII. * Sententia huius capituli est quidem in commentariis B. Hieronymi in c. 7. Oseae, sed propria verba sunt in glossa interlineari ibidem ad ea verba: *Ne forte dicant in cordibus.*

C. XXIII. * Et hoc etiam capitulum est in glossa ordinaria in eundem locum ex B. Hieronymo.

Dist. V. C. I. * Et quanta virtus: In originali est: *et quanta victus fuerit impugnatione.* Sed ob glossam non est mutatum. Multa autem alia et magni ponderis emendata sunt (ubi per eandem licuit) et ex ipso originali, et ex vetustis Gratiani codicibus.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. IV. can. 19. 268) *Ezech. c. 18. v. 24. 21. 22.* 269) *Codd. coll. o.* 270) premissit: *ACD Corr.* 271) *Codd. coll. o.* 272) ut: *AEGH* || can. 20. 273) *Ose. c. 7. v. 13. seqq.* 274) et vast.: *EGH* 275) *Codd. et Edd. coll. o.* 276) *Codd. et Edd. coll. o.* 277) ululabunt: *EGH;* ululaverant: *B* 278) et: *deest: orig.* 279) *add.:* et confortavi eos: *EGH* || can. 21. 280) *Ose. c. 7. v. 2.* || can. 22. 281) *Codd. coll. o.* || can. 23. 282) *Codd. coll. o.* 283) putent: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 284) *Psalm. 33. v. 17.* || can. 24. 285) *ABCD; — cf. c. 29. qu. 4. C. XXIII.* 286) pro pecc.: *AB* 287) proficiunt: *AEGH* 288) *cf. supra c. 1.* 289) *Codd. coll. o.* 290) *cf. supra c. 13.* 291) *Codd. coll. o.* 292) illud: *BDEGH* 293) *Codd. coll. o. pr. C* 294) non: *deest: AB* 295) *Psalm. 37. v. 6.* 296) *Codd. coll. o.* 297) *Psalm. 51. v. 7.*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. V. can. 1. 1) *c. 14. no. 29. — falso tribuitur Augustino; — Petr. Lomb. l. IV. dist. 16.* 2) considerat: *Edd. Ven. I. II.* 3) *Codd. et Edd. coll. o.* 4) secundum modum: *orig.* 5) egerit: *Ed. Bas.;* peregerit: *Edd. rell.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (sanct.: *deest*) 8) *Codd. et Edd. coll. o.* 9) *ABCD Edd. Arg. Bas. orig.* 10) *Codd. et Edd. coll. o.* 11) voluntatem: *orig.* 12) *Codd. coll. o. pr. E;* pertractat: *Ed. Arg.* 13) *Codd. coll. o. Ed. Arg.;* peccaverunt: *Ed. Bas.;* peccaverint: *Edd. rell.* 14) agnouerit: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 15) inveniet: *EGH Edd. Arg. Nor. Ven. I. II.* 16) id est: *Edd. Lugdd. II. III.* 17) cuius: *orig.* 18) *add.:* est: *CDEH* 19) *Codd. et Edd. coll. o.* 20) *Codd. coll. o. pr. E — orig.* 21) *add.:* tamen: *D Edd. coll. o.* 22) expectat: *AC Ed. Bas.* 23) gratiam: *orig.* 24) opus et tempus: *Edd. Arg. Bas.* 25) quando: *GH* 26) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 27) factus est: *BCD* 28) omnes uirtutes patiuntur: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 29) et.: *deest: orig.* 30) en.: *deest: EGH* 31) *BCDE Edd. coll. o. pr. Arg.* (eam tandem); eadem: *GH* 32) tam.: *deest: orig.*

minori affectione[33n] tuetur eam, ubi uidet inde procedere dampnum pecuniae, sicque[34] et[35] in aliis, que, etiamsi[36] non expellantur, tamen perceptione[37o] unius uicii uel satis uel[38] parum minuuntur, uel intentione deteriorantur. Unde omnis uirtus[39] cuicumque[40] crimini est deflenda, et de omnibus indulgentia est petenda. §. 5. *Animaduertere etiam oportet, et animaduertendo deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, uel ereptam in malo confirmauit; etiam quod exemplum extitit mali in operatione sui criminis; cui magis profuisset, si aliis causa fuisset conuersionis. Gemat itaque aliorum uitam in sua corruptam, uel incorruptam[41] conseruatam[42p], et commodum proximi, quod dedisset exemplo boni. Doleat de tristicia, quam bonis peccando intulit, et de leticia, quam eis non adhibuit. Et non solum cogitet quid et qualiter fecerit, sed quam iniuste Deum, ut diximus, peccando offenderit. Timeat illam sentenciam[43] ueritatis: „Non potestis duobus dominis seruire.“ Timeat ergo, ne omnia bona, que fecit, dum in uno peccato perseuerauerit, excommunicatione[44q] mali perdiderit, ut qui seruiuit diabolo per crimen, Deo[45r], quas obtulit, uirtutes amiserit. Pium tamen est credere, ut recepta gratia Dei, que in eo destruit mala[46] priora, etiam[47] remuneret bona, ut, cum destruxerit quod suum non inuenit[48], amet et diligat bonum, quod etiam in peccante plantauit.* §. 6. *In[49s] omnibus dolens aut seculum derelinquat[50], aut saltim illa, que sine ammixtione mali non sunt amministrata, ut mercatura, et[51] milicia, et alia, que utentibus sunt nociua, ut amministrationes secularium potestatum, nisi his utatur ex obedientiae licentia. Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nichil sibi reseruans sui, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda[52t] uita animae, quecumque faceret pro euitanda[53u] corporis morte, et[54] hoc cum desiderio, quia uitam recuperat infinitam, ut Deus. Cum gaudio enim facere debet inmortalis futurus que faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecetur Deum, certus de uenia, qui[55] omnibus modis et sine[56] tedio dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat a multis licitis qui in[57v] libertate arbitrii conmisit illicita. Semper offerat Deo mentem, et cordis contritionem, deinde et[58] quod potest de possessione; tunc quod offerat[59w] securus offerat. „Respexit[60] enim[61] Dominus[62] ad Abel, et ad munera eius.“ Sed prius dicit[63x] ad Abel, quam ad munera[64]. Sumens enim mentem, quam cognouit humilem et[65] puram, remunerauit eius largitatis munera. Ad Cayn uero non respexit, neque ad munera eius. Mentem enim[66] eius, quam uiderat, quoniam non cognouit[67], eius munera non recepit. In[68] iudicio itaque[69y] cordis consideranda est elemosina tribuentis, nec iam considerandum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Vidua[70] enim duobus, que habuerat[71z], minutis larga, plus omnibus posuit[72aa]. Qui igitur[73bb] peccata sua redimere uult temporalium oblatione, caueat[74cc] prius offerat mentem.* §. 7. *Cautus sit[75], ne uerecundia ductus diuidat apud se confessionem, ut diuersa diuersis uelit sacerdotibus manifestare. Quedam[76dd] enim uni celant[77] que alii[78] manifestanda conseruant[79ee], quod est se laudare, et ad ypocrisim tendere, et semper uenia carere, ad[80] quam per frusta totam putat peruenire.* §. 8. *Paueat[81ff] preterea[82gg] quem uera delectat penitencia; non[83] prius ad corpus Domini accedat, quam confortet[84hh] bona[85] conscientia. Sed in hac separatione tremendum[86ii] iudicium cogitet, ubi[87kk] maius** et terribilius inpenitentes separabit in ignem. Doleat[88ll], quod nondum audet[89] sumere, quem multum desiderat[90], cibum salutarem. Isti sunt digni fructus penitenciae, animam captiuam elaqueantes et in libertate[91] seruantes.* §. 9. *Cohibeat se preterea a ludis[92mm], a spectaculis seculi, qui perfectam uult consequi gratiam remissionis. Nam Dina[93], si[94] se cohibuisset, si[95] inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non esset[96nn]. Tanto itaque[97oo] magis sibi anima caueat et cohibeat se, que sepe uel semel rapta est et corrupta; timeat iam docta experimento, quod ignorauit[98] uirgo; eligat quem imitetur; non sequatur quem animus suus dampnat. Se enim iudicat qui penitenciae fructus[99] non habentem a se non elongat. Laudat[100pp] enim et amat quos digne fructificare non ignorat; querat fructus dignos etsi non dignos penitenciae. Sunt enim digni fructus uirtutum fructus, qui non sufficiunt[101] penitentibus. Penitencia enim grauiores expostulat[102], ut sic pacetur ecclesia, ut, pacata[103] dolore et gemitibus, mortuis uitam[104qq] inpetret.“*

C. II. *Penitens negotiationis lucra abiciat[105a].*

Item Leo Papa [epist. XC. al. XCII. ad Rusticum Episcopum, c. 9.][106]

II. Pars. Qualitas lucri[107] negotiantem aut accusat[108b*], aut arguit, quia et[109] est honestus questus, et turpis. Verumtamen penitenti utilius est[110c] dispendia pati, quam periculis negotiationis astringi[111d], quia difficile est inter ementis uendentisque[112] commercium non interuenire peccatum.

C. III. *Post penitenciam ad miliciam secularem redire non licet.*

Idem [ibidem, c. 10.][113]

Contrarium[114] omnino est ecclesiasticis regulis, post penitenciae actionem redire ad miliciam secularem, cum Apostolus dicat[115]: „Nemo militans Deo inplicat[116] se negociis secularibus.“ Unde non est liber a laqueis diaboli qui se miliciae[117] mundanae uoluerit implicare.

C. IV. *Decennio peniteant[118] qui post penitenciam ad secularem miliciam redeunt.*

Item ex Niceno Concilio, [c. 11.][119*]

Si qui uero per Dei[120] gratiam uocati primo quidem

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. V. c. 1. n) affectu o) per conceptionem p) non conservat. q) ex contaminatione r) Dei quam obtulit, amiserit servitutem s) In his t) reparanda u) vitanda v) libertatem w) affert x) respexit y) enim z) habuit aa) misit bb) ergo cc) caveat ut dd) Quidam ee) reservant ff) Caveat gg) praeterita hh) confortetur ii) tremendum Dei kk) ubi et ll) Gemat mm) ludis et nn) fuisset oo) igitur pp) laudet ... amet qq) veniam — c. 2. a) Poenitentes ... abiiciant b) excusat c) est etiam d) obstringi

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Ubi et maius; In originali legitur: *Ubi magis terribilis sententia peccantes separabit in ignem.*

C. II. * Excusat: Sic ex orig. et Polycarpo, et Ivone, et Burchardo [et Ans.]; nam in Gratiani exemplaribus erat: *accusat.*

C. IV. * Caput hoc est posterior pars capitis undecimi ex prisca versione, quae versio est omissa in postrema quatuor tomorum Coloniensi conciliorum editione, et eius loco quatuor versiones positae, ex quibus facile corrigi possunt quae in hac interdum obscure et mutilate dicuntur. Quod vero ad sententiam canonis pertinet, legenda sunt quae a Zonara ac

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. V. can. 1. 33) *Codd. et Edd. coll. o.* 34) sic quoque: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 35) et: *deest: EH* 36) etsi: *AD;* si: *B; deest: C* 37) *ABCD Edd. coll. o.* 38) vel: *deest: AEGH* 39) *add.:* amissa: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor.* 40) cuiquam: *GH;* cuiuscunque criminis: *Ed. Bas.* 41) vel ... cons.: *deest: E;* vel: *deest: GH;* corruptam: *AB* 42) *Codd. coll. o. pr. D* 43) *Matth. c.* 6. *v.* 24. 44) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.;* mala: *Edd. coll. o.* 45) *Codd. et Edd. coll. o.; sed in EGH Edd. coll. o. pr. Bas. legit.:* obtulerit 46) omnia mala: *D Edd. coll. o. pr. Arg.* 47) et.: *deest: Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 48) invenerit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 49) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. orig.* 50) relinquat: *CDGH Edd. coll. o.* 51) et: *deest: orig.* 52) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.; — orig.* 53) *Codd. coll. o.* 54) et: *deest: EGH* 55) quam: *orig.* 56) sine omni: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 57) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 58) etiam: *CEGH* 59) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.; add.:* Deo: *Edd. citt.* 60) *Gen. c.* 4. *v.* 4. 61) en.: *deest: H orig.* 62) Deus: *AG* 63) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (dicitur); *Ed. Bas.* (dicit); — *orig.* 64) *add.:* eius: *D Edd. coll. o.* 65) ac: *orig.* 66) en.: *deest: Codd. coll. o. pr. AB* 67) *add.:* humilem: *orig.* 68) in: *deest: EGH Ed. Arg.* 69) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (namque); — *orig.* 70) *cf. Matth. c.* 12. 71) *Codd. coll. o. pr. E; — orig.* 72) *Codd. coll. o. pr. A* (tribuit) 73) *BC orig.* 74) *Codd. et Edd. coll. o.* 75) *add.:* penitens: *D Edd. coll. o. orig.* 76) *Codd. coll. o.* 77) celat: *ADEGH* 78) aliis: *EH* 79) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.* 80) ad: *deest: AB; post:* tot.: *deest: CEGH* 81) *ABCD Edd. Bas. Par. Lugdd.* 82) *BD Edd. coll. o. orig.;* ergo: *A* 83) ne: *C;* ut non: *D Edd. Bas. Lugdd.* 84) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — orig.; add.:* illum: *D Edd. coll. o.* 85) bonam conscientiam: *EGH* 86) *Codd. et Edd. coll. o.* 87) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor.* 88) *Codd. et Edd. coll. o.* 89) audeat: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 90) desiderabat: *orig.* 91) libertatem: *H orig.* 92) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 93) *add.:* filia Iacob: *A Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.; — cf. Gen. c.* 34. 94) et si: *Edd. Nor. Ven.* I. 95) si: *deest: GH* 96) *Codd. et Edd. coll. o.* 97) *ib. pr. A* 98) ignoraverit: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I.; ignorat: *orig.* 99) fructum: *A orig.* 100) *Codd. coll. o. orig.* 101) sufficiant: *EH* 102) *add.:* fructus: *orig.* 103) placata: *Ed. Bas.;* peccata: *Edd. Lugdd.* II. III. 104) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C Ed. Arg. — orig.* || can. 2. 105) *Codd. coll. o. pr. A* (penitencia) 106) *Ep.* 167. *inqu.* 11. *Ed. Baller. scr. ao.* 458 *aut* 459. — *Jaffé no.* 320. — *Ans. ded.* VII, 98.; *Reg.* I, 317.; *Burch.* II, 128.; XIX, 95.; *Ans.* XI, 139.; *Ivo Decr.* VI, 202.; XIII, 25.; XV, 107.; *Polyc.* IV, 31, 30. 107) luc.: *deest: Polyc.* 108) *Codd. et Edd. coll. o.* 109) et: *deest: Reg. Burch.* II. XIX., *Ivo* VI. XV. 110) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. ded. Reg. Burch.* II. XIX. *Ivo* VI. XIII. XV.; *Polyc.;* est quam: *Ans.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch.* II. XIX. *Ivo* VI.; abstringi: *Polyc.* 112) et vendentis: *C Ans. Ivo* XIII. || can. 3. 113) *ib. inq.* 12. — *Ans. ded.* VII, 99.; *Reg.* I, 318.; *Burch.* XIX, 66.; *Ans.* XI, 147.; *Ivo Decr.* XV, 80. 114) *add.:* vero: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 115) II. *Tim. c.* 2. *v.* 4. 116) inplicet: *Ans.* 117) militia mundana: *orig. Hisp. Ans. ded.* || can. 4. 118) penitent: *AH* 119) *hab. ao.* 325. — *versio Hisp.* — *Coll. tr. P.* II, 1, 11. (*can.:* placuit s. synodo); *Ans.* XI, 149. (*vers. Dionys.*) 120) fidei: *Hisp.*

ostenderunt fidem suam deposito miliciae cingulo, post hec[121] autem ad proprium uomitum reuersi sunt, ut et pecunias darent, et ambirent[122 a] rursus ad miliciam, isti decem annis sint inter penitentes post primum triennium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus uero illud precipue obseruetur, ut animus eorum et fructus penitenciae attendatur[123]. Quicumque enim cum omni timore, et lacrimis perseuerantibus, et operibus bonis conuersationem[124 b] suam non uerbis solis, sed opere et ueritate demonstrant, cum tempus statutum[125 c] a his fuerit inpletum, et orationibus iam ceperint conmunicare, licebit episcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare. Qui uero indifferentem[126 d] habuerint[127] lapsum[128], et sufficere sibi, quod ecclesiam[129 e] introierint, arbitrantur[130], isti omnimodo tempora statuta conplebunt.

C. V. *A conmunione suspendantur qui post penitenciam ad secularia redeunt.*

Item ex Concilio Aurelianensi [I., c. 13.][131]

De his, qui suscepta penitencia religionem suae professionis obliti ad secularia relabuntur, placuit eos et a conmunione suspendi, et ab omnium catholicorum conuiuiis[132] separari. Quod si post interdictum cum eis[133] quisque[134 a] presumpserit manducare, et ipse conmunione priuetur.

C. VI. *Que[135 a] sit falsa penitencia.*

Item Gregorius [VII. in Sinodo Romana, celebrata anno 1078., c. 6.][136]

III. Pars. Falsas penitencias dicimus, que non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum inponuntur. Ideoque[137 b] miles, uel[138] negotiator, uel alicui offitio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si[139] culpis grauioribus irretitus ad penitenciam uenerit, uel qui bona alterius iniuste detinet, uel qui odium in corde gerit[140], recognoscat, se ueram penitenciam non posse peragere, per quam ad eternam uitam ualeat peruenire, nisi negotium relinquat[141 c], uel offitium deserat, et odium ex corde dimittat, bona quidem[142 d] que iniuste abstulit, restituat, arma* deponat, ulteriusque non ferat, nisi consilio religiosorum episcoporum pro defendenda iusticia. Ne[143] tamen desperet, interim quicquid boni[144] facere poterit hortamur ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad penitenciam.

C. VII. *Post conuersionem[145] ad negotium redire non licet, quod sine peccato agi non potest.*

Item Gregorius in omel. XXIV. [Euangel.][146]

Negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. Sunt[147 a] enim pleraque negotia, que sine peccatis exhiberi aut uix, aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum inplicant, ad hec necesse est ut post conuersionem animus non recurrat.

C. VIII. *De eodem*[148].

Item Innocentius II. [in Concilio Romano, c. 22.][149 a]

IV. Pars. Fratres[150] nostros[151 b] et presbiteros ammonemus, ne falsis penitenciis laicorum animas decipi et in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem penitenciam esse constat, cum spretis pluribus de uno solo penitencia agitur, aut cum sic de uno agitur, ut ab alio non discedatur. Unde scriptum est[152]: „Qui totam legem obseruauerit, offendat[153] autem in uno, factus est omnium reus;“ scilicet quantum ad uitam eternam; sicut enim si peccatis omnibus esset inuolutus, ita si in uno tantum maneat, eternae uitae ianuam non intrabit. Falsa est[154 c] etiam[155] penitencia, cum penitens ab offitio uel curiali[156] uel negotiali non recedit, quod sine peccatis[157 d] nullatenus[158 e] agi preualet[159]; aut si odium in corde gesserit[160 f], aut si offenso cuilibet non satisfáciat[161 g], aut si offendenti offensus non indulgeat, aut si arma quis contra iusticiam gerat[162].

DISTINCTIO VI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Cui autem debeat fieri confessio, uel qualem illum oporteat esse, qui aliorum crimina iudicat, ex eodem libro* [de penitencia c. 10.] *docetur, cum[1] dicitur:*

[C. I.]

„*Qui uult confiteri peccata[2], ut inueniat gratiam, querat sacerdotem scientem ligare et soluere, ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet et petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit.*“ *Et infra[3 a]*: „*Tanta itaque uis confessionis est, ut, si deest sacerdos, confiteatur proximo[4]. Sepe enim contingit, quod penitens non potest uerecundari[5 b] coram sacerdote, quem desideranti nec locus, nec tempus offert, et, si ille, cui confitebitur, potestatem soluendi non habet[6], fit tamen dignus uenia ex desiderio sacerdotis qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum ibant[7 c] ostendere ora[8] sacerdotibus ante, quam ad eos peruenirent. Unde patet, Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur[9 d] ad sacerdotes peruenire. Sepe quidem eos querunt sed[10 e] sani et leti; dum querunt ante[11], quam perueniant[12 f] moriuntur. Sed[13] misericordia Dei est ubique, qui[14] et iustis[15] nouit parcere, etsi non tam cito, ut[16 g] soluerentur[17 h] a sacerdote. Qui ergo[18 i] omnino[19] confitetur, sacerdoti[20] meliori, quam potest, confiteatur; si[21 k] peccatum occultum est, sufficiat referre in noticiam sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris.*“ *Et infra* [c. 12.][22]: §. 1. „*Laboret itaque penitens in ecclesia esse, et ad ecclesiae, unitatem tendere; nisi enim unitas ecclesiae succurat, nisi quod deest peccatori sua operatione[23] conpleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. V. c. 4. a) ambirent redire b) conversionem c) statutum etiam d) indifferenter e) intra eccl. — c. 5. a) quisquam — c. 6. a) Quid b) Ideoque quicunque c) derelinquat d) quid.: *deest* — c. 7. a) Et infra: Sunt — c. 8. a) Innoc. Papa II. b) nostr. episcopos c) fit d) peccato e) nulla ratione f) gestetur g) satisfiat — Dist. VI. c. 1. a) Et infra: *deest* b) confiteri c) irent d) prohibetur e) sed: *deest* f) sed dum quaer. ante quam perv. ad eos g) sicut h) si solver. i) igitur k) et si

NOTATIONES CORRECTORUM.

Balsamone in ipsius explicatione, et a Ruffino lib. 10. historiae ecclesiasticae c. 6., et a Cardinali Varmiensi contra Brentium lib. 3. afferuntur. Agitur enim de illis militibus, qui, impio Licinio vetante cingulum militiae ab iis retineri, qui fidem Christo datam servare vellent, illum abiicere, quam fidem frangere maluerunt, ac tamen postea cupiditate terrena victi illum recuperare conati fuerant, quod argumento erat, ipsos a fide desciscere. In Codice vero canonum haec est inscriptio huius capitis: *De his, qui abrenunciaverunt, et iterum ad saeculum sunt regressi.*

C. VI. * Arma: Totum hoc membrum, quod pertinet ad arma, in originali, et Polycarpo est ante verba illa: *negotium derelinquat.* Sed ob glossam ordo non est restitutus.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. V. can. 4. 121) hoc: *EH Ed. Bas.* 122) *Codd. et Edd. coll. o.* 123) observetur vel precipue attend.: *Ed. Bas.*; observetur: *Hisp. Coll. tr. P.* 124) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 125) *Codd. et Edd. coll. o.* 126) *ABCD Ed. Bas. Hisp. Coll. tr. P.* 127) habuerit: *CH* 128) *add.:* suum: *Hisp.* 129) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AD*; — *Hisp. Coll. tr. P., neque tamen ut R. censuit, vox* intra *a Corr. est inserta.* 130) arbitrentur: *CD Edd. Bas. Lugd.* I. ‖ can. 5. 131) *hab. ao.* 511.; *c.* 7. *ap. Bruns* II, 163.; *c.* 7. *in Hisp.* — *Coll. tr. P.* II, 29, 7. 132) convivio: *Hisp. Coll. tr. P.* 133) eo: *Hisp.* 134) *BCD Coll. tr. P.*; quisquis: *Hisp.* ‖ can. 6. 135) *Codd. coll. o.* 136) *ap. Jaffé Monum. p.* 333.; — *Jaffé post no.* 3820. — *Polyc.* VI, 20, (19,) 30.; *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 16. 137) *Codd. et Edd. coll. o.* 138) et: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 139) si: *deest: orig. Polyc.* 140) egerit: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 141) *Codd. et Edd. coll. o.* 142) *ib.*; bonaque: *orig.* 143) nec: *EG Ed. Bas. Polyc.* 144) *add.:* fecerit vel: *BC Ed. Bas.* ‖ can. 7. 145) post conv.: *deest: C*: rubr.: *deest: AD* 146) *in c.* 21. *Evang. Ioan. no.* 1. — *Ans.* XI, 140. 147) *Codd. coll. o. Ans.* ‖ can. 8. 148) de eod.: *deest: ABD* 149) *ABCD*; — *c.* 22. *Conc. Later.* II. *hab. ao.* 1139. *ap. Mansi* XXI, 532.; — *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 15. 150) confratres: *orig.* 151) *Codd. coll. o. pr. A*; — *orig.* 152) *Iac. c.* 2. *v.* 10. 153) offendet: *EG Edd. Arg. Nor.*; offendit: *Edd. Ven.* I. II. *Lugd.* I. *Par.*; — et offendat: *Ed. Bas.* 154) *Codd. et Edd. coll. o.* 155) enim: *CDEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 156) *add.:* negotio: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 157) *Codd. et Edd. coll. o.* 158) *ib.* 159) valet: *G Ed. Bas.* 160) *Codd. et Edd. coll. o.* 161) *ib. pr. Ed. Bas.* (satis fecerit); — *orig.* 162) ferat: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.*

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. VI. can. 1. 1) dum: *ADH*; — *c.* 10. *no.* 25.; *falso tribuitur Augustino.* — *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 17. — *supra Dist.* I. *c.* 88. 2) *add.:* sua: *D Edd. coll. o.* 3) *Codd. coll. o.* 4) *add.:* et infra: *BEGH* 5) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 6) habeat: *CDEGH* 7) *Codd. et Edd. coll. o. orig.*; — *cf. Luc. c.* 17. 8) se: *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 9) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 10) *Codd. et Edd. coll. o.* 11) et ante: *orig.* 12) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 13) *add.:* in his: *AD Ed. Bas.* 14) et: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. a Corr. insert. esse putaverit.* 15) istis: *A* 16) *ABCD* 17) *Codd. et Edd. coll. o.* 18) *Codd. coll. o.* 19) omn.: *deest: D*; confitetur, omn. confiteatur: *Edd. coll. o.* 20) et sac.: *EGH Edd. coll. o. pr. Ven.* I. II. *Par.* (et si sac.) 21) *ABCD orig.* 22) *no.* 27. 23) opitulatione: *orig.*

enim, et fidei pietas expostulat credere, quod omnes elemosinae totius ecclesiae, et orationes, et opera[24] *iusticiae, et misericordiae succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem*[25l]. *Ideoque nemo digne penitere potest, quem non sustineat unitas ecclesiae, ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab ecclesiae unitate diuisos. Iudas enim qui*[26m] *penitens iuit ad Phariseos, relinquens Apostolos, nichil inuenit auxilii, nisi*[27n] *augmentum desperationis. Dixerunt enim*[28]: „„*Quid ad nos? tu uideris;*" " *si peccasti, tibi sit; non tibi succurrimus, non peccata tua karitatiue suscipimus, non conportanda promittimus, non*[29] *qualiter deponas onus*[30] *docemus*[31]. *Quid enim nobis et misericordiae, qui nec opera sequimur iusticiae? Isset ad fratres, isset ad illos, qui orauerant pro socru*[32] *Petri febricitante, qui Cananeam*[33] *inprobam misericordiae*[34] *obtulerant. Interrogasset*[35] *Petrum pro se effundentem lacrimas; non*[36] *fugisset Mariam et Martham, que uitam Lazaro inpetrauerant; non*[37] *turbam plorantem, que unicum filium acquisierat uiduae. Iuit ad diuisos, et diuisus periit.*" *Et infra* [c. 20.][38]: §. 2. „*Sacerdos itaque, cui omnis offertur*[39] *peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus, que*[40] *in alio est iudicare promptus. Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condempnat se ipsum. Cognoscat igitur se, et purget in se quod alios uidet sibi offerre. Caueat*[41o], *ut a se proiecerit*[42p] *quicquid in alio dampnosum repperit; animaduertat*[43] *quod dicitur*[44]: „„*Qui sine peccato est primus in illam*[45q] *lapidem mittat.*" " *Ideo enim liberauit peccatricem, quia non erat qui iuste proiceret lapidem*[46]. *Quomodo lapidaret qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato: in quo intelligitur, omnes*[47r] *fuisse reos. Nam uenialia*[48] *semper remittebantur per ceremonias. Si quod ergo*[49s] *in eis erat peccatum, criminale erat*[50]. *Deteriores itaque in hoc sacerdotes sunt, se prius non edificantes, illis, qui Dominum obseruabant insidiis. In hoc itaque patentissimum*[51] *est crimen sacerdotum et ultra modum detestabile, qui non prius se iudicant, et alios alligant. Deberent*[52] *enim*[53t] *timere crimen, quod*[54u] *timuerunt, et detestabile esse*[55v] *senserunt*[56]. *Hi*[57w] *qui*[58x] *adeo erant ceci, quod summam sapientiam sperabant capere suis insidiis. Quod illis patuit, quod tunc quisque uitauit, uitet sacerdos, qui in hoc errore*[59] *peior illis Iudeis extitit*[60y]. §. 3. *Caueat spiritualis iudex, ut*[61], *sicut non conmisit crimen nequiciae, ita non careat munere scientiae. Oportet*[62z], *ut sciat cognoscere quicquid*[63] *debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat*[64], *ut quod debet iudicare discernat. Diligens igitur inquisitor*[65aa] *subtilis inuestigator sapienter et quasi astute interroget a peccatore quod forsitan ignoret*[66bb], *uel uerecundia uelit occultare. Cognito itaque crimine uarietates eius non dubitet inuestigare, et locum, et tempus, et cetera, que supra diximus in exponenda*[67cc] *eorum qualitate. Quibus cognitis adsit beniuolus, paratus erigere*[68dd], *et secum onus portare; habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in uarietate; adiuuet confitentem orando, elemosinas faciendo*[69ee]; *et cetera bona*[70] *pro eo faciendo; semper eum*[71] *iuuet leniendo, consolando, spem promittendo, et, cum opus fuerit, etiam increpando. Doceat*[72ff] *loquendo, instruat operando, sit particeps laboris qui uult particeps fieri gaudii*[73]: *doceat perseuerantiam; caueat, ne corruat, ne iuste perdat potestatem iudiciariam. Etsi*[74gg] *enim penitencia ei possit acquirere gratiam, non tamen mox restituit in primam potestatem. Etsi enim Petrus post lapsum restitutus fuerit, et sepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non tamen est necesse, ut*[75hh] *omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Inuenitur*[76ii] *auctoritas, que*[77] *concedit et quasi inperat; inuenitur alia*[78], *que minime concedit, sed uetat; que scripturae non repugnant, sed concordant, si tempus et locus, et modus penitenciae pacem adhibeant. Cum enim tot sunt*[79] *qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex auctoritate defendant, et quasi usum*[80kk] *peccandi sibi faciant, recidenda*[81ll] *est spes ista. Si uero locus est, ubi ista non concurrant*[82], *restitui possunt qui peccant. Itaque pontifex iustus atque discretus non cogitur suos sacerdotes semper abicere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit a Romano Pontifice.*"

II. Pars. [Gratian.] *Caueat sacerdos, ne peccata penitencium aliis manifestet. Quod si fecerit, deponatur.*

Unde Gregorius[83]:

[C. II.] *Deponatur*[84] *sacerdos, qui peccata penitentis publicare presumit.*

Sacerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei[85] confitentur peccata sua[86a], recitet alicui quod ea confessus est[87b], non propinquis[88], non extraneis, neque, quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, et omnibus diebus uitae suae ignominiosus peregrinando pergat.

III. Pars. Gratian. *Quod autem dicitur, ut penitens eligat sacerdotem scientem ligare et soluere, uidetur esse contrarium ei, quod in canonibus inuenitur, ut nemo uidelicet alterius parrochianum iudicare presumat. Sed aliud est fauore uel odio proprium sacerdotem contempnere, quod sacris canonibus prohibetur; aliud cecum uitare, quod hac auctoritate quisque facere monetur, ne, si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foueam cadant.*

Unde Urbanus II.[89a]:

C. III. *Cuilibet sacerdoti conmissum, nisi pro eius ignorantia, alter sacerdos ad penitenciam non suscipiat.*

Placuit, ut deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet conmissum alteri sacerdoti ad penitenciam suscipere sine eius consensu, cui se prius conmisit, nisi pro ignorantia illius, cui penitens prius confessus est. Qui uero contra hec statuta facere temptauerit gradus sui periculo subiacebit.

DISTINCTIO VII.

GRATIANUS.

I. Pars. *Tempus uero penitenciae est usque in*[1a] *ultimum articulum uitae.*

Unde Leo Papa, [ep. XC. ad XCII. ad Rusticum, c. 5.][2]:

[C. I.][3a]

„*Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnumquam quod diffidentia etatis differtur consilio maturiore perficitur.*"

II. Pars. [Gratian.] *Quamquam de differentibus penitenciam Augustinus scribat* [in lib. L. Homil., hom. 41.][4*]:

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. VI. c. 1. l) conv. suam m) qui: *deest* n) sed o) Caveat ergo p) abiecerit q) eam r) omnes crimine s) igitur t) enim in se u) quod in aliis v) esse: *deest* w) Illi x) quidem y) exstiterit z) Op. enim aa) inquis. et bb) ignorat cc) exponendo ... qualitates dd) exigere ee) dando ff) Doleat gg) Licet hh) ut hoc ii) Invenitur etiam kk) ausum ll) rescindenda — c. 2. a) sua: *deest* b) quod ... est: *deest* — c. 3. a) Urb. Papa II. — Dist. VII. a) ad — c. 1. a) C. I. De eodem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. VII. C. II. * Haec et duo sequentia capitula accepta sunt ex homilia 41. B. Augustini, sed primum hoc ordine, multisque verbis mutatis. Atque ideo Burchardus et Ivo non ex Augustino, sed ex dictis Augustini citant. Quare nihil mutatum, sed praestat omnino homiliam ipsam legere. Eadem in bibliotheca SS. Patrum tom. 7. tribuuntur B. Caesario, Arelatensi episcopo.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. VI. can. 1. 24) operatio: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 25) *Codd. et Edd. coll. o.* 26) *ib.* 27) *ib. orig.* 28) *Matth. c.* 27. *v.* 4. 29) nec: *EGH* 30) nos: *Edd. Lugdd.* II. III. 31) docebimus: *EGH Ed. Arg.* 32) *Luc. c.* 4. 33) *Matth. c.* 15. 34) misericordissime: *orig.* 35) interrogaret: *ABC* 36) *Ioan. c.* 11. 37) *Luc. c.* 7. 38) *no.* 36. 39) profertur: *orig.* 40) qui: *C Edd. Ven.* II. *Lugd.* I. 41) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 42) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig.*; proiiciat: *Edd. rell.* 43) dic.: *deest: CEGH; — Ioan. c.* 8. *v.* 7. 44) *add.*: vestrum: *Edd. Bas. Lugdd. Vulg.* 45) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 46) *add.*: in eam: *orig.* 47) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 48) *add.*: omnia: *Ed. Bas.*; peccata: *Edd. Lugdd.* II. III. 49) *Codd. coll. o.* 50) erant: *EGH* 51) potentissimum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 52) debent: *D Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 53) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 54) *ib.* 55) *Codd. coll. o. orig.*; caverunt et: *Edd. Lugdd.* II. III.; iudicauerunt: *Edd. rell.* 56) censuerunt: *D Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 57) *Codd. et Edd. coll. o.*; *add.*: autem: *EGH* 58) *ib. orig.* 59) err.: *deest: BCD Ed. Bas.* 60) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *orig.* 61) et: *D Ed. Bas.*; *deest: BCEGH Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 62) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 63) quid: *orig.* 64) postulat: *ib.* 65) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 66) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig.* 67) *Codd. et Edd. coll. o.* 68) *ABCD orig.* 69) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.*; *deest: Edd. rell.* 70) *add.*: opera: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 71) enim: *EGH* 72) *AC Corr. orig.* 73) consolationis: *orig.* 74) *Codd. coll. o. Ed. Bas.*; et si vere poenitet, vel si: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 75) *ABCD* 76) *ib.*; inv. enim: *EGH Edd. coll. o. orig.* 77) et quae: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 78) et alia: *orig.* 79) sint: *ib.* 80) *Codd. et Edd. coll. o.* 81) *ABCDG*; recitanda: *E* 82) eveniant: *orig.* || can. 2. 83) *add.*: Papa: *EGH; — Caput incertum; — Polyc.* VI, 20, (19,) 9. *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 2. 84) rubr.: *deest: AD* 85) ei: *deest: Polyc.* 86) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Polyc.* 87) *ADEGH Edd. coll. o. Polyc.*; quod ei conf. est: *C* 88) *add.*: non amicis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 9. 89) *ABCD; — cf. c.* 2. *qu.* 2. *C.* IX.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. VII. 1) *ABCD* || can. 1. 2) *cf. c.* 11. *qu.* 2. *C.* XXXII. 3) *Codd. coll. o.* || can. 2. 4) *Sermo* 393. *Ed. Maur. — non videtur Augustini esse. — Burch.* XVIII, 12.; *Ivo Decr.* XV, 22.; *Polyc.* VIII, 1, 11. — *omnes cum Grat. non consentiunt.*

[C. II.]

„*Si quis*[5] *positus in ultima necessitate suae egritudinis uoluerit accipere penitenciam, et accipit, et mox reconciliabitur*[6a], *et hinc uadit: fateor uobis, non illi negamus quod petit, sed non presumimus, quia*[7b] *bene hinc exit*[8]; *si securus hinc exierit, ego nescio; penitenciam dare possumus, securitatem autem*[9] *dare non possumus. Numquid dico: dampnabitur? Sed nec*[10c] *dico: liberabitur. Vis ergo*[11] *a dubio liberari*[12]? *uis quod incertum est euadere? age penitenciam, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quia*[13d] *securus*[14] *es, quia penitenciam egisti eo tempore, quo peccare*[15e] *potuisti. Si autem uis*[16] *agere penitenciam, quando iam*[17] *peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.*"

[C. III.] *Idem* [in eadem homilia, paulo superius.]

„*Qui*[18] *egerit penitenciam ueraciter, et solutus fuerit a ligamento, quo erat obstrictus*[19a], *et a Christi corpore separatus, et bene post penitenciam uixerit, sicut ante penitenciam uiuere debuit, post reconciliationem quandocumque defunctus fuerit, ad Deum uadit, ad requiem uadit, regno Dei non priuabitur, a populo diaboli separabitur.*"

[C. IV.][20a]

„*Si quis autem* etc.*" *Et infra:* „*Baptizatus ad horam securus hinc exit; fidelis bene uiuens securus hinc exit; agens penitenciam, et reconciliatus, cum sanus*[21] *est et postea bene uiuens, hinc securus exit. Agens penitenciam ad ultimum, et reconciliatus, si*[22] *securus hinc exit, ego non sum securus. Unde sum securus, dico, et do securitatem; unde non sum securus, penitenciam dare possum, securitatem dare non possum.*" *Et post pauca:* §. 1. „*Sed unde scis**, inquit*[23b], *ne forte Deus dimittat michi? uerum dicis*[24c]: *illud scio; hoc nescio. Nam ideo do tibi penitenciam, quia nescio; nam si scirem nichil tibi prodesse, non tibi darem. Item si scirem, tibi prodesse, non te ammonerem, non te terrerem. Duae sunt res: aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid*[25d] *horum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, et*[26e] *dimitte incertum.*"

[Gratian.] *Hoc autem quare Augustinus dixerit, Ciprianus ostendit,* [lib. IV. epist. 2. ad Antonianum] *dicens*[27]:

[C. V.]

„*Idcirco, frater*[28] *karissime, penitenciam non agentes, nec in*[29a] *dolore delictorum suorum toto corde manifestam lamentationis suae professionem testantes, prohibendos omnino censuimus a spe conmunionis*[30b] *et pacis, si in infirmitate atque*[31c] *periculo ceperint*[32] *deprecari, quia rogare illos non delicti penitencia, sed mortis urgentis ammonitio conpellit, nec dignus est in morte accipere solatium qui se non cogitauit*[33d] *moriturum.*"

[C. VI.] *Item Augustinus in libro de penitencia*[34], [cap. 17. et 18.]

„*Nullus expectet, quando*[35a] *peccare non potest*[36b]. *Arbitrii enim querit*[37c] *libertatem, ut delere*[38d] *possit conmissa, non necessitatem. Qui prius itaque a peccatis relinquitur, quam ipse*[39e] *relinquat, ea non libere, sed quasi*[40f] *necessitate condempnat. Licet enim latro ueniam meruisset in*[41] *fine de omni*[42g] *crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi et perseuerandi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est*[43] *qui tunc primum in cruce Christum confessus est. Penitencia enim, si in extremo hiatu uitae aduenerit, sanat et liberat in ablutione baptismi ita, quod nec purgatorium sentiunt qui in fine baptizantur; sed*[44] *ipsi ditati bonis sanctae matris ecclesiae recepturi sunt multiplex bonum in uera beatitudine. Illi*[45] *autem, qui, cum potuerunt, numquam conuerti uoluerunt, confitentes, cum iam peccare nequeunt, nec*[46h] *sic facile acquirunt*[47], *quod uolunt. Oportet enim*[48], *ut penitencia fructificet*[49i], *ut uitam mortuo inpetret. Scriptum est*[50k], *sine karitate saluum neminem esse. Non itaque in solo timore uiuit homo. Quem ergo sero penitet, oportet non solum timere Deum iudicem, sed*[51l] *iustum diligere; non tantum*[52m] *penam timeat sed anxietur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, et de omni eius predicta uarietate. Quod quoniam uix licet*, de eius salute Augustinus potuit dubitare.* §. 1. *Credo quidem*[53] *illi, qui dixit*[54]: „„*Quacumque hora peccator*[55] *ingemuerit, et conuersus fuerit, uita uiuet.*""[56] *Dixit conuersum, non tantum*[57] *uersum uiuere*[58n]. *Versum quidem puto*[59] *qui dolet de crimine; conuersum, qui dolet de omni eius*[60], *quam exposuimus, uarietate. Vertitur a peccato qui iam uult dimittere peccatum; conuertitur id est*[61o] *totus et omnino uertitur, qui iam non*[62] *penas tantum non timet, sed ad bonum Deum*[63p] *festinat tendere*[64q]. *Que conuersio si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam uix uel raro est tam iusta conuersio, timendum est de penitente sero. Quem enim morbus urget et pena terret, uix ad ueram ueniet*[65] *satisfactionem, maxime cum filii, quos illicite dilexit*[66r], *sint*[67] *presentes, uxor et mundus ad se uocet*[68s]. *Multos*[69t] *solet serotina penitencia decipere. Sed quoniam Deus semper potens est, semper, etiam in morte iuuare ualet*[70u] *quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis, sed Dei fructifera penitencia, inspirare eam potest, quandocumque uult, sua misericordia, et remunerare ex misericordia quos dampnare potest ex iusticia. Sed quoniam multa sunt, que inpediunt et languentem retrahunt, periculosissimum est, et interitui uicinum, ad mortem protrahere penitenciae remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat*[71v] *ueram penitenciam qui exspectat*[72w], *Dei clementiam, maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequicia.* §. 2. *Sed si etiam sic*[73] *conuersus fuerit*[74x], *uita uiuat*[75] *et non morietur*[76], *non*[77y] *promittimus, quod euadat*[78] *omnem penam. Nam prius purgandus est igne purgationis qui in aliud seculum distulit*

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. VII. c. 2. a) reconciliatur b) quod c) non d) quod e) et peccare — c. 3. a) adstrictus — c. 4. a) Idem ibidem b) inquis c) dicis: unde? Nescio d) Quod e) et: *deest* — c. 5. a) dolorem (in: *deest*) ... corde et manifesta ... professione b) communicationis c) atque in d) cogitavit esse — c. 6. a) quando iam b) possit c) quaerat d) dolere e) ipsa f) quasi ex g) omni suo h) non i) fructif. ad hoc k) est enim l) sed et m) non timeatur pro poena sed ametur n) vita vivere o) qui iam p) Domini q) contendere r) dilexerit s) vocent t) Mult. enim u) potest v) inspirat: Si quis est igitur, qui veram tunc quaerat poenit. w) exspectet x) evadat y) non tamen

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IV. * Si quis autem: Apud B. Augustinum sequuntur verba, quae relata sunt paulo ante in cap. *Si quis positus,* usque ad vers. *Bene hinc exit.*

** Sed unde scis: Haec apud B. August. sequuntur post ultima verba eiusdem cap. *Si quis positus.*

C. VI. * Qnoniam vix licet: Sic est emendatum ex editione Plantiniana. Nam antea legebatur: *Quod quamvis licet de eius salute, Augustinus etc.* [Edd. Lugdd.; *et omissa voce:* licet: Edd. Ven. I. II. Par.] Neque accusare sed interpretari voluit Augustinum hic auctor, sine dubio ipsius sectator. Multa vero alia in hoc capite partim ex vetustis Gratiani codicibus, partim ex ipso originali sunt emendata.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. VII. can. 2. 5) sane quisquis: *Burch. Ivo Polyc.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 7) *Codd. coll. o. orig.* 8) exeat sed si: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 9) aut.: *deest: AC* 10) *Codd. coll. o. pr. E; — Ed. Bas.* 11) ergo: *deest: Edd. Arg. Bas.;* de te: *orig.* 12) liberare: *orig.* 13) *Codd. coll. o.;* dies ... quia: *deest: orig.* 14) qua re sec.: *orig.* 15) *Codd. et Edd. coll. o.* 16) tunc vis: *orig.* 17) iam: *deest: GH* ‖ can. 3. 18) quicunque: *EGH* 19) *ABCD Ed. Bas. Corr.;* constrictus: *orig.* ‖ can. 4. 20) *Codd. coll. o.: — ib.* 21) sanatus: *EGH* 22) si: *deest: ib.* 23) *ABCD Edd. coll. o.* 24) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (dicis; dicis) 25) *Codd. coll. o. orig.* 26) *Codd. et Edd. coll. o.* ‖ can. 5. 27) *ep.* 55. *no.* 23. *scr. no.* 254. 28) fratres carissimi: *CDGH Edd. coll. o.;* carissimi (frat.: *deest*): *E* 29) *Codd. et Edd. coll. o.* 30) *ib.* 31) *ABDEGH* 32) ceperim: *B;* ceperit: *G;* ceperunt: *H Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 33) *Codd. et Edd. coll. o.* ‖ can. 6. 34) *no.* 33. — *non est Augustini.* 35) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 36) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 37) *Codd. coll. o. Ed. Arg.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (peccare), *D* (deleri ... possunt); — *Corr. orig.* 39) *ABC orig.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 41) *cf. Luc. c.* 23. 42) *Codd. et Edd. coll. o.* 43) *add.:* in fide: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 44) et: *EGH; add.:* potius: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 45) illi: *deest: H Ed. Arg.* 46) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* 47) aquiritur: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 48) en. peccatorem ut in: *orig.* 49) *Codd. et Edd. coll. o.* 50) *Codd. coll. o. pr. C* (scr. quippe); — I. *Cor. c.* 13. *v.* 3. 51) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (sed etiam) 52) *Codd. et Edd. coll. o.* 53) quod ille qui: *orig.* 54) *Ezech. c.* 33. *v.* 12. 55) pecc.: *deest: Codd. coll. o. pr. AB* 56) *add.:* et non morietur: *DH Edd. coll. o.* 57) tamen: *EG* 58) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. II. *orig.;* vivere: *deest: Ed. Arg.* 59) vivere puto: *D Edd. coll. o.* 60) eius: *deest: BC* 61) *Codd. coll. o. pr. B* (ratione); — *deest: Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (qui iam) 62) non: *deest: ABCD;* non tant.: *deest: H Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 63) *ABCD Ed. Bas. orig.* 64) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 65) perveniet: *Ed. Bas.;* venit: *Edd. rell. pr. Lugd.* I. 66) *A Edd. coll. o. pr. Bas.; — orig.;* dilexerat: *BC* 67) sunt: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 68) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 69) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 70) *Codd. et Edd. coll. o.* 71) *AC Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; inspirat. Si quis est veram pen.: *BDE;* si (sed: *G*) veram pen.: *GH;* Si quis enim est qui veram pen. expectet, quam Dei clementia maiorem sentiens Dei (probitatem vel: *Ed. Arg.*) bonitatem etc.: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; Si quis en. est, qui per ver. pen. exp. Dei clementiam, mai. sentiet: *Böhm.* 72) *ABDEG Ed. Bas.:* quando expectat: *C;* quam expectat: *G* 73) sic: *deest: orig.* 74) *AEGH Edd. coll. o.; deest: Codd. rell.* 75) vivet: *AEGH Edd. coll. o.* 76) morietur: *AGH Edd. coll. o.* 77) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 78) evadet: *Edd. coll. o. pr. Bas.;* evadit: *D*

fructum conuersionis. Hic autem ignis, etsi eternus non sit[79], *miro modo*[80z] *est grauis. Exellit enim omnem penam, quam umquam passus est aliquis*[81] *in hac uita. Numquam in carne tanta inuenta est pena, licet mirabilia martires passi sint tormenta, et multi*[82aa] *nequiter quanta sepe*[83bb] *sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quisque*[84cc] *sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat*[85dd] *penam tollerare.* §. 3. *Quedam enim peccata sunt, que*[86ee] *mortalia, in*[87ff] *penitencia*[88] *sunt*[89gg] *uitalia*[90], *non tamen statim sanata*[91]. *Sepe enim est*[92hh] *qui moreretur*[93], *nisi medicaretur. Non*[94] *statim*[95] *sanatur*[96ii]; *languet uicturus qui prius*[97] *erat moriturus. Qui autem inpenitens moritur omnino moritur, et eternaliter cruciatur*[98kk]. *Qui enim*[99] *inpenitens finitur, si semper uiueret, semper peccaret. At Dei est miserentis, quod operatur finem peccanti*[100ll]; *ob hoc etiam sine fine torquetur*[101mm], *quia numquam uirtute ditatur*[102nn]; *semper plenus iniquitate, semper sine karitate, torquetur*[103oo] *sine fine.*"

QUESTIO IV.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem orationis tempore coniugali operi alicui*[1a] *uacare non liceat, B. Ieronimus, scribit in quodam sermone, ita dicens*[2]*:

C. I. *Tempore, quo uxori debitum redditur, a carnibus agni abstinere*[3] *oportet.*

Sciatis, fratres karissimi, quoniam quicumque uxori debitum reddit uacare non potest orationi, nec de carnibus agni comedere[4a]. *Item*[5b]: §. 1. Si panes propositionis[6] ab his[7c], qui uxores suas tetigerant, comedi non poterant, quanto magis panis ille, qui de celo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante conplexibus hesere, uiolari atque contingi? non quod[8d] nuptias condempnemus[9e], sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, uacare a[11f] carnalibus[12g] operibus debeamus[13h].

C. II. *A coniugali concubitu in sanctorum solempnitatibus est abstinendum.*

Item Augustinus [serm. II. de tempore, id est, de 2. dominica Aduentus][14].

Quocienscumque aut dies natalis Domini, aut reliquae festiuitates aduenerint[15a], non[16b] solum ab infidelium[17] concubinarum consortio, sed etiam a propriis uxoribus abstinere debemus[18c].

C. III. *Diebus ieiuniorum a propriis etiam*[19a] *uxoribus abstinere oportet.*

Item Ambrosius in sermone de aduentu Domini[20].

Fratres, non solum debetis[21] ab omni inmundicia abstinere, sed etiam ab uxoribus propriis studiosissime contineatis[22]. Nullus* omnino uxori suae[23b] iungatur[24c].

C. IV.[25]

Idem super epist. I. ad Chorinth., [in c. 7.][26]

Si causa procreandorum[27] filiorum ducitur uxor, non multum tempus concessum uidetur ad ipsum usum, quia et dies festi, et dies processionis, et ipsa ratio conceptus et partus iuxta legem cessare[28a] usum carnis[29b] debere his temporibus demonstrant[30].

C. V. *Uxoris usus certis diebus cessare iubetur.*

Item Augustinus libro questionum Veteris et Noui Testamenti, [quest. CXXVII.][31]

Christiano cum uxore sua conuenire aliquando licet, aliquando[32a] non licet. Propter processionis enim dies et ieiuniorum[33b] aliquando non licet conuenire, quia etiam a licitis abstinendum est[34], ut facilius inpetrari possit quod postulatur. Unde Apostolus[35] ex consensu, ait, abstinendum est[36c] ad tempus, ut uacetis[37d] orationi. Nam etiam[38e] secundum legem in ieiunio cedere[39] et iurgari non licet, post[40f] uero licet[41g].

C. VI. *Non uere agit penitenciam qui continentiam non seruat.*

*Item Iohannes Crisostomus**.

Qui in castigatione uictus se dicit agere penitenciam, frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur de cubili suo[42], et ieiunio continentiam addat.

C. VII. *Ab ingressu ecclesiae temperare*[43a] *debet uir cum propria uxore dormiens.*

Item Gregorius [in responsione X. ad interrogationes Augustini][44].

II. Pars. Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua, ecclesiam intrare non debet[45b]: §. 1.[46c] Quamuis[47] de[48d] hac re diuersae[49] hominum nationes diuersa sentiant, atque[50] alia[51e] custodire uideantur, Romanorum tamen[52] semper[53] ab antiquioribus usus fuit, post ammixtionem propriae coniugis et lauacri[54] purificationem querere, et ab

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. VII. c. 6. z) tamen modo aa) nequiter iniqui tanta bb) sepe: *deest* cc) quilibet dd) oport. talem ee) quae sunt ff) et in gg) fiunt hh) quidam aegri morerentur, nisi medicarentur. ii) Non tamen statim sanantur kk) cruciabitur ll) peccantis mm) torquebitur nn) ditabitur oo) torquebitur — Quest. IV. a) alicui: *deest* — c. 1. a) comed. debet b) Item paulo post c) iis d) quo e) condemnemus hoc enim[10] non dicimus f) a: *deest* g) carnis h) non debeam. — c. 2. a) adveniunt b) sicut frequenter admonui, ante plures dies non c) abstinete (debem.: *deest*) — c. 3. a) et.: *deest* b) suae ieiunorum diebus c) coniungatur — c. 4. a) cessari b) us. carn.: *deest* — c. 5. a) aliq. vero b) et ieiun.: *deest* c) est: *deest* d) vacetur e) et.: *deest* f) postea g) (vero: *deest*) licet quia maior reverentia debetur Dei causis — c. 7. a) temper. se b) debet; sed neque lotus intrare statim debet c) Et infra: §. 1. d) Quamvis enim e) alii alia

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. IV. C. I. * Prior pars huius capitis, usque ad vers. *Item*, de industria videtur in summam collecta; reliqua autem ex originali est emendata et aucta.

C. III. * Nullus: In hoc sermone, qui habetur manuscriptus in bibliotheca Vaticana, hinc usque ad finem non habentur. Sed in alio sermone manuscripto de Quadragesima haec leguntur: *Nullus omnino uxori suae iungatur ante octavam Paschae.* In plerisque vetustis codicibus Gratiani hoc loco absunt ista verba: *ieiuniorum diebus*, de quibus tamen B. Ambrosius loquebatur. et ideo sunt etiam in rubrica.

C. VI. * Caput hoc apud B. Ioannem Chrysostomum, ex quo citatur, non est inventum. Sed eadem fere leguntur in commentariis B. Hieronymi ad c. 2. Ioëlis [v. 15. seqq.], et copiosius etiam exposita.

Causa XXXIII. Quest. III. Dist. VII. can. 6. 79) fuerit: *orig.* 80) *Codd. et Edd. coll. o.* 81) aliq.: *deest: ABC* 82) *Codd. et Edd. coll. o.* 83) *ib. pr. Ed. Bas.; Corr.* 84) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 85) *ib. pr. Bas.* (op. eum); *Edd. Lugdd.* II. III.; — *orig.* 86) *ABDEGH;* sunt mortalia que: *C Edd. coll. o.* 87) *Codd. et Edd. coll. o.* 88) *add.:* sua: *Edd. Arg. Bas. Ven.* I. II. *Par.* 89) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 90) venialia: *orig.* 91) sanantur: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 92) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugd.* I. (sunt); — en.: *deest: orig.* 93) aeger moreretur . . . medicaretur: *orig.* 94) nec: *orig.* 95) *Codd. coll. o. orig.* 96) *ib. pr. E* 97) prius: *deest: orig.* 98) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 99) autem: *Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.* 100) *AEGH;* peccati: *BC Ed. Arg.;* peccandi: *D: Edd. rell. Corr.* 101) *ABCD Ed. Bas. orig.* 102) *ib.* 103) *ib. Corr.*

Causa XXXIII. Quest. IV. 1) *ABCDF* || can. 1. 2) *Sermo de esu agni qui falso tribuitur Hieronymo; — Ivo Decr.* VIII, 87.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 49. *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 32. 3) abstineri: *AC* 4) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 5) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 6) *cf.* I. *Reg. c.* 21. 7) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 8) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 9) *ib.;* condemnamus: *EG;* contemnamus: *H* 10) enim non: *deest: orig.* 11) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 12) *Codd. et Edd. coll. o.* 13) *Codd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* || can. 2. 14) *Sermo* CXVI. *no.* 3. *in Appd. Ed. Maur. — non est Augustini. — Petr. Lomb. ib.* 15) *Codd. et Edd. coll. o.* 16) *ib.* 17) infelici: *orig.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (oportet); *B* || can. 3. 19) *Codd. coll. o. pr. A* (*rubr.: deest*) 20) *imo Maximi Taurinensis hom.* II. *in adventu Domini* 21) quapropter hortamur vos ut: *orig.* 22) *add.:* vos: *ib.* 23) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 24) *ACDF Edd. Bas.* || can. 4. 25) *add.:* de eodem: *EFGH; in B hoc loco exstat rubr. can. seq., ubi legitur:* de eodem. 26) item: *EGH; — Ambros. sup. v.* 5.; *Ivo Decr.* VI, 21.; *Ivo Pan.* VIII, 84.; *Caes.* X, 53.; *Petr. Lomb. ib.* 27) creandorum: *Ivo Decr.* 28) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 29) *Codd. et Edd. coll. o.* 30) demonstrat: *A;* monstratur: *Ivo Pan.* || can. 5. 31) in: *deest: AC; — Ivo Decr.* VIII, 89. (*can.:* fornicari omnibus); — *Petr. Lomb. ib.* 32) *Codd. et Edd. coll. o.* 33) *Codd. et Edd. coll. o.* 34) *add.:* ad tempus: *EGH* 35) I. *Cor. c.* 7. *v.* 5. 36) *ABCDF Edd. coll. o. Ivo* 37) *Codd. et Edd.coll. o. Ivo Vulg.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Edd. Arg. Bas.;* — et: *Ed. Bas. Ivo* 39) caedi: *orig. — cf. Esa. c.* 58. *v.* 4. 40) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.;* post vero: *Edd. rell.* 41) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* || can. 6. 42) *Iud. c.* 2. *v.* 16. || can. 7. 43) *ACDF; in A rubr. est:* de eodem 44) *Ep. dubiae fidei; — Ep.* 64. *scr. ao.* 601. — *lib.* XI. *Ed. Maur. — Jaffé no.* 1414. — *Ivo Decr.* VIII, 88. (*can.:* ad enixae mulieris); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 51.; *Polyc.* VI, 7, 2. (*can.:* cum enixa fuerit); *Petr. Lomb. lib.* IV. *dist.* 31. 45) *Codd. et Edd. coll. o.* 46) *Codd. coll. o.* 47) Quamu. . . . videant.: *deest: Ivo Coll. tr. P.;* quamvis et: *Polyc.* 48) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 49) diversi (hom. nat.: *deest*): *Polyc.* 50) atque . . . videant.: *deest: ib.* 51) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 52) tam.: *deest: Ivo Coll. tr. P.* 53) semper ab: *deest: Polyc.* 54) lav. et: *Coll. tr. P.*

ingressu ecclesiae paululum[55f] temperare[56g]. Nec hoc[57h] dicentes culpam[58] deputamus[59] esse coniugium; sed quia ipsa licita ammixtio[60] coniugis[61i] sine uoluptate carnis fieri non potest, a[62] sacri loci ingressu est abstinendum, quia uoluptas ipsa sine culpa esse nullatenus potest[63]. Non[64] enim de adulterio uel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus erat[65k] qui dicebat: „Ecce[66] enim in iniquitatibus conceptus sum."[67l] §. 2.[68m] Oportet itaque[69] legitimam[70n]* carnis copulam ut causa prolis sit, non uoluptatis, et carnis conmixtio creandorum[71] liberorum sit gratia, non satisfactio uiciorum. Si quis uero[72o] sua coniuge non cupidine uoluptatis raptus[73p], sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur, iste[74q] profecto siue[75r] de ingressu ecclesiae, seu de sumendo dominici corporis sanguinisque[76] misterio[77], suo est iudicio relinquendus, quia a nobis prohiberi non debet accipere qui in igne positus nescit ardere. Cum uero non amor procreandae sobolis, sed uoluptas dominatur[78] in opere conmixtionis, habent coniuges etiam de conmixtione sua quod defleant. §. 3.[79s] Tunc autem[80] uir, qui post ammixtionem[81] coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacram[82t] communionem ualet accipere, cum ei[83] secundum[84u] prefinitam sentenciam ecclesiam[85v] licuerit[86] intrare.

III. Pars. Gratian. *Hinc etiam in diebus abstinentiae nuptiae celebrari prohibentur.*

Unde in Laodicensi Concilio [c. 52.][87a]

C. VIII. *In diebus Quadragesimae nuptiae celebrare non licet.*

Non oportet in Quadragesima aut nuptias uel[88] quelibet natalicia celebrari[89b].

C. IX. *De eodem.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 48.][90a]

Non licet[91] in Quadragesima natales[92b] martirum celebrare, sed tantum in[93c] sabbato et dominica[94] pro[95] conmemoratione eorum oblationes offerre[96d]. Sed nec natalicia, nec[97] nuptias liceat in Quadragesima celebrari[98e].

C. X. *De eodem*[99].

Item ex Concilio Ylerdensi[100].

Non[101] oportet a Septuagesima usque in[102] octauam[103a] Pascae, et tribus ebdomadibus ante festiuitatem sancti Iohannis[104b], et ab Aduentu domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

C. XI. *De eodem*[105].

Item Nycolaus ad consulta Bulgarorum, [c. 48.][106a]

Nec uxorem ducere, nec conuiuia facere in quadragesimali tempore conuenire posse, nullo[107b] modo arbitror[108c].

IV. Pars. Gratian. *Hec autem seruanda sunt, si uxor consensum adhibere uoluerit; ceterum sine eius consensu nec causa orationis continentia seruari debet.*

Unde Augustinus in lib. [I.] *de adulterinis coniugiis*, [c. 2.][109]

C. XII. *Nisi ex consensu communi orationi coniuges uacare non possunt.*

Apostolus nec ad tempus, ut uacent[110a] orationi, nisi ex consensu uoluit[111] coniuges inuicem carnali fraudari[112b] debito.

Hinc etiam in II. Concilio Arelatensi [c. 22.] *legitur*[113]:

C. XIII. *Nisi ex consensu*[114a] *coniugatis penitencia non detur*,

Penitenciam[115] coniugatis non[116] nisi ex consensu dandam[117] esse precipimus[118b].

QUESTIO V.

GRATIANUS.

I. Pars. *Quod autem sine consensu uxoris uir continentiam uouere non possit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Augustinus super Psalmum CXLVI.*[1a]:

C. I. *Non potest uir continentiam seruare, nisi uxoris teneat assensum*[2b].

Si dicat uir: continere* iam uolo; nolo iam[3c] uxorem[4d]; non potest. Quod enim[5] tu uis illa[6] non uult. Numquid per tuam continentiam debet illa[7e] fieri fornicaria? si alii nupserit te uiuo, adultera erit. Non uult tali lucro Deus tale dampnum conpensari[8f]. Redde debitum, et, si non exigis[9], redde. Pro sanctifictione[10g]** perfecta Deus tibi conputabit, si non quod tibi debetur[11] exigis, sed reddis quod uxori debetur.

C. II. *Non debet extorqueri mulieris consensus ad continentiam Deo uouendam.*

Item Alexander II. Landulpho in Corsica[12a].

Notificasti, te morte tenus infirmatum[13], et peccatorum tuorum recordatione et terrore ualde pauefactum anxie que-

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. IV. c. 7. f) paulul. reverenter g) abstinere h) haec i) coniugum k) fuerat l) sum et in delictis peperit me mater mea m) Et infra: §. 2. n) legitima* carnis copula o) ergo p) captus q) ipse r) sive: *deest* s) Et paulo post: §. 3. t) sacrae communionis mysterium u) iuxta v) eccl. etiam — c. 8. a) Conc. legitur b) celebrare — c. 9. a) Martini Bracarensis b) natalitia c) in: *deest* d) offerri e) celebrare — c. 10. a) octavas b) Ioan. Baptistae — c. 11. a) Nicol. Papa b) nullatenus c) arbitramur — c. 12. a) vacetur b) fraudare — c. 13. a) cons. communi b) esse prec.: *deest* — Quest. V. c. 1. a) Psalm. CXLIX. in extremo b) consensum c) autem d) uxor e) illam facere fornicariam? f) compensare g) satisfactione** — c. 2. a) Alexander Papa

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Legitima: Ita emendatum est ex variis codicibus B. Gregorii. Antea [Edd. coll. o.] legebatur: *oportet itaque legitimam carnis esse copulam.* Multa etiam alia sunt emendata.

Quest. V. C. I. * Continere: Sic etiam apud Magistrum; sed B. Augustinus et Ivo habent: *continere iam volo, nolo iam uxorem, non potest. Quid, si tu vis, et illa non vult?*

** Satisfactione: In aliquot manuscriptis, et apud B. Augustinum, et Magistrum, et Ivonem est: *sanctificatione.* Sed ob glossam non est mutatum.

Causa XXXIII. Quest. IV. can. 7. 55) *Codd. et Edd. coll. o.;* paul.: *deest: Coll. tr. P.* 56) *Codd. et Edd. coll. o.; — seqq. desunt et alia exstant in Polyc.* 57) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 58) culpandum: *EGH Edd. coll. o.* 59) putamus: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 60) conmixtio: *orig. Coll. tr. P.* 61) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 62) ideo a: *Edd. coll. o.* 63) *finis canonis: Coll. tr. P.* 64) Non...*usque ad* §. 2.: *deest: Ivo* 65) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 66) *Psalm.* 50. *v.* 7. 67) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* etc.: *EGH Edd. coll. o.* 68) *Codd. coll. o.* 69) itaque: *deest: Ivo* 70) *Codd. coll. o.* 71) procreand.: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 72) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (enim); — *Ivo* 73) *Codd. coll. o. pr. C (deest)* 74) *ABCDF orig. Ivo* 75) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 76) et sanguinis: *Ivo* 77) ministerio: *EGH Ed. Bas.* 78) damnatur: *Ivo* 79) *Codd. coll. o.* 80) ant.: *deest: Ivo* 81) conmixt.: *orig.* 82) *Codd. coll. o. pr. C;* sacrae communionis sacramentum: *C;* sacra misteria: *Ed. Bas.;* sacram communionem ministeriumque: *Ed. Arg.* 83) eis: *EGH* 84) *Codd. et Edd. coll. o.* 85) *ib.* 86) licuit: *H Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; licet: *G* || can. 8. 87) *ABCDF; — hab. inter a.* 343. *et* 381. — *versio Hisp. — Ivo Decr.* VIII, 49. 88) aut (quel.: *deest*)*: Ivo* 89) *ABCDF Ed. Bas.* || can. 9. 90) *Codd. et Edd. coll. o. — ap. Bruns* II, 53.; *c.* 51. 52. *Conc. Laod.* (*cf. Ivo Decr.* IV, 43.) *ex interpret. Martini Brac.; — Coll. tr. P.* II, 47, 48. 91) liceat: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 92) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 93) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 94) dominico: *orig. Hisp.* 95) per conmemorationem: *GH Edd. coll. o. pr. Bas.* 96) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 97) vel: *Coll. tr. P.* 98) *A orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 10. 99) de eod.: in diebus ieiunii nuptiae non celebrentur: *EH* 99) *simile est in c.* 3. *Conc. Salegunstad. hab. ao.* 1022. *ap. Hartzheim Conc.* III, 56. — *Burch.* IX, 4.; *Ivo Decr.* VIII, 142.; *Ivo Pan.* VI, 2.; *Polyc.* VI, 5, 1. (ex C. Billedensi); *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 32. 101) quod non oporteat: *Collatt. citt. o.* 102) ad: *Ivo Pan.* 103) *ABCEGH Polyc.;* octava: *DF* 104) *ACDF Ed. Bas. Burch. Ivo Pan. Polyc.* || can. 11. 105) de eod.: *deest: CDEH* 106) *ABCDF; — scr. ao.* 866. *ap. Mansi* XV, 419. — *Jaffé no.* 2123. — *Ivo Decr.* VIII, 47.; *Ivo Pan.* VI, 3.; *Caes.* X, 26. *Petr. Lomb. ib.* 107) *Codd. coll. o. pr. A — Ed. Arg.;* ullo modo: *A Edd. rell.* 108) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 12. 109) *no.* 2.; — *Ivo Decr.* VIII, 133. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 56.; *Petr. Lomb. ib.* 110) *BEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (vacare); vacaret: *ACF* 111) voluerit: *CD Ed. Arg.;* noluit: *Coll. tr. P.* 112) *ACDF Edd. coll. o.* || can. 13. 113) *hab. inter a.* 442. *et* 506. *ap. Bruns* II, 133.; *Reg.* I, 307.; *Burch.* XIX, 111. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* VIII, 280.; *ib.* XV, 14.; *Coll. tr. P.* II, 24, 7. 114) *Codd. coll. o. pr. AB* (*rubr.: deest*) 115) ut penitencia: *Burch.* 116) non nisi: *deest: ib.* 117) detur: *ib.* 118) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (dari precip.), *B* (dandam precip.)

Causa XXXIII. Quest. V. can. 1. 1) *Codd. coll. o. pr. G* (CLVI).: — *imo in Psalm.* 149. *no.* 15.; — *Ivo Decr.* IX, 127. *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 32. 2) *Codd. coll. o. pr. A* (*rubr.: deest*) *C* 3) *ABCDF Ed. Bas. Ivo* 4) *ABDF Ed. Bas. Ivo* 5) si: *Ivo* 6) et illa: *ib.* 7) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo* 8) *Codd. et Edd. coll. o.* 9) exigit: *C Ivo* 10) *ACDF Edd. Arg. Bas.* 11) debet (tibi: *deest*)*: orig. Ivo* || can. 2. 12) *ABCDF; — fragm. scr. inter a.* 1061. *et* 1073. — *Jaffé no.* 3497. — *Ivo Decr.* VIII, 220. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* VI, 85. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 79. 13) *add.:* esse: *Ivo Pan.*

sisse monachum fieri, et a tua uxore minis et terroribus eam occidendi ad hoc licentiam extorsisse, et sic te monachicam[14b] uestem sine abbate sumpsisse, et monasterium petisse; postea uero, cum sanus factus esses, tuae uxoris reclamationibus, eiulatibus[15c] et planctibus, tuaeque familiae dispersionibus, utpote penitens[16] deuictus*, domum remeasse, et post multos dies quorumdam sapientum consilio ad iam dictae mulieris cubile rediisse[17]. Nunc autem, si[18d] tua uxore uti liceat, nostrum requiris consilium. Si ita denique est, ut tuus nuncius narrat, non uidetur nobis rationabiliter iuste[19e] factum, quoniam, cum omni homini ad monachicam[20f] uitam tendenti legaliter, sancte et iuste sit peragendum, tu contra leges minaciter et uiolenter a tua uxore partim terrore mortis, partim tuae infirmitatis doloribus[21] exanimatus[22g], deuia secutus, nulla, ut dicitur, licentia accepta recessisti, et monasterium[23] petisti. Non enim uiolentia[24], sed ex pari uoluntate et consensu (sicut sancti Patres dicunt) hoc fieri debet, neque uir** monasterium eligere, aut professa continentia habitum cum festinatione debet mutare.

C. III. *Vir potest abnuere uota continentiae, que sine eius consensu Deo uxor obtulerit*[25].

Item ex Concilio apud Conpendium[26].

Mulier, si sine licentia[27] mariti[28a] sui uelum in caput[29] miserit[30], si uiro placuerit[31], recipiat[32b] eam iterum ad coniugium.

C. IV. *Non potest uir continentiae uota rescindere, que eius assensu mulier Deo promisit.*

Item Augustinus ad Editiam, [ep. CXCIX.][33]

Quod Deo pari consensu[34a] uoueratis perseueranter usque in finem reddere[35b] debuistis. A quo proposito si ille lapsus est[36], tu saltim instantissime[37] perseuera[38]. Quod non te exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consensit[39c]. Nam si numquam tenuisses eius assensum, numerus te nullus defendisset annorum. *Et post pauca:* §. 1. Non quia pariter temperabatis a conmixtione carnali[40d], ideo tuus maritus esse destiterat, immo uero tanto sanctius inter uos coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer[41] placita seruabatis. Nichil ergo de tua ueste, nichil de auro[42e], uel[43] argento, uel quacumque pecunia, uel[44f] rebus ullis[45] terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti. *Et infra*[46]: §. 2. Est quidam pro modulo personae habitus matronalis a uiduali ueste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis salua religionis causa[47g] uel obseruantia conuenire. Hunc te maritus si deponere noluit[48], ne te* uelut uiduam illo uiuente iactares, puta[49h], quia non fuerat in hac re usque ad dissensionis scandalum perducendus, magis inobedientiae malo, quam ullius[50i] abstinentiae bono. Quid enim est[51] absurdius, quam mulierem de humili ueste superbire[52k], cui te[53] potius expediret obtemperare candidis moribus, quam in nigellis uestibus repugnare? quia, etsi te indumentum monachae delectabat, etiam hoc gratius posset marito[54] obseruato exoratoque sumi, quam illo inconsulto contemptoque presumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Absit, ut hinc displiceres Deo, quod coniuge tuo nondum defuncto non induereris[55] sicut Anna, sed sicut Susanna.

C. V. *Continentiae*[56] *meritum habet qui incontinentia*[57a] *uxoris debitum sibi reddere cogitur.*

Idem[58b*].

Secundum uerba apostolica, etiam si[59c] uir[60] continere uoluisset, et[61] tu noluisses[62], debitum tibi reddere cogeretur, et illi Deus inputaret[63] continentiam[64d], si non suae, sed tuae cederet[65] infirmitati, ne in adulterium[66] caderes. §. 1. Quisquis[67] igitur conpatiens infirmitati[68] uxoris reddit[69], non exigit[70] debitum, aut si propter propriam infirmitatem ducit[71] uxorem, plangens potius, quia sine uxore esse non potuit, quam gaudens, quia duxit[72], quisquis uendit[73] quod nouit[74], quia, etsi maneret, beatum non faceret; quisquis emit quod nouit, quia transiet[75], et de his non presumit, et[76] fecit[77e] ex eo[78f], misericordiam cum non[79] habentibus, securus expectat diem nouissimum.

C. VI. *Vota continentiae sine uxoris consensu reddi non possunt.*

Idem ad Armentarium, et Paulinam, [epist. XLV.][80a]

Una sola causa esse potest[81b], qua te ad id, quod uouisti, non solum non hortaremur[82], uerum etiam prohiberemus inplere, si forte tua coniunx hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam et uouenda talia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu et uoluntate conmuni, et, si prepropere[83] factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persoluenda promissio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid uouerit, sed potius usurpare uetat alienum.

C. VII. *Absque ceteris operibus nec sola uirginitas saluat, nec cetera absque uirginitate proficiunt*[84].

Item Ieronimus [lib. I. aduersus Iouinianum.]

II. Pars. Tunc saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui uirgines permansuri sunt; si quod ipsa perdidit acquirat in liberis, et dampnum radicis et cariem flore[85] conpenset et pomis.

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. V. c. 2. b) monasticam c) eiulationibus d) si tibi e) neque sana mente id f) monasticam g) exinanitus — c. 3. a) viri b) recipiet — c. 4. a) consensu ambo b) reddere ambo c) consenserat d) carnis e) tuo auro f) aut g) causa vel: *deest* h) puto i) illius k) viro superb. — c. 5. a) pro incont. b) Idem in eadem epistola* c) si se d) imputaret ad cont. e) facit f) eo, quod habet — c. 6. a) Armentar., et Paulinum b) posset

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. II. * Devictus: Ivo habet: *utpote poenitens devictus;* Panormia: *utpote penitus devictus domum remeasse.*

** Neque vir: Apud Ivonem et in Panormia [et in Coll. tr. P.] legitur: *Neque vir in monasterium recipiendus est, nisi uxor illius femineum monasterium elegerit, aut professa continentiam habitum cum festinatione mutaverit.* Sed mutatum non est, quoniam glossa videtur magis convenire lectioni Gratiani.

C. IV. * Ne te: In vulgatis erat: *Ne te puta velut viduam iactare.* Emendatum est ex aliquot vetustis, originali et Beda, et aliis collectoribus, itemque alia multa.

C. V. * Caput hoc, quod eodem modo habetur in Polycarpo, confectum est ex duobus B. Augustini indicatis locis, verbis nonnullis partim omissis, partim mutatis, salva tamen sententia.

Causa XXXIII. Quest. V. can. 2. 14) *Codd. coll. o. pr. C; — Ed. Arg. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* — te: *deest: AC* 15) *ABCF Coll. tr. P.;* et ululatibus: *EGH Ed. Arg.;* eiusque ulul.: *D Edd. rell.; deest: Ivo Pan.* 16) penitus: *Ivo Pan.* 17) *add.:* diceris: *ib.* 18) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (si te) 19) *ib.* 20) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 21) dolore: *EGH* 22) *DEGH Ivo Decr. Coll. tr. P.;* examinatus: *AB Ed. Bas. Ivo Pan.* 23) monasteria: *Ivo Pan.* 24) violenta: *Edd. Lugdd.* II. III.; ex violenta: *Ed. Bas.* || can. 3. 25) obtulit: *EGH* 26) *hab. ao.* 757. *in Mon. Germ. LL.* I. 28. *c.* 5.; *Ben. Lev.* I, 18.; *Reg.* II, 125.; *Burch.* IX, 47.; *Ivo Decr.* VIII, 185.; IX, 124.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 60. 27) commeatu: *orig. Ivo* IX. 28) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Coll. tr. P.* 29) capite: *DEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 30) composuerit: *Coll. tr. P.* 31) placeat: *Ivo* IX. 32) *AB orig. Reg. Burch. Ivo* IX. || can. 4. 33) *Codd. coll. o.; Ep.* 262. *no.* 3. *ed. Maur. ad Ecditiam; Ivo Decr.* VIII, 136.; *Ivo Pan.* VI, 80.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 60. 61. 62. 34) *Codd. et Edd. coll. o.* 35) *ib. Ivo Decr. Pan.* 36) est: *deest: Coll. tr. P.* 37) constantissime: *Ivo Decr. Pan.* 38) *add.:* me: *Ivo Decr.* 39) *Codd. coll. o. pr. E; — Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; consenserit: *D Edd. rell.* 40) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 41) ac conc.: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 42) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 43) vel de: *C;* et nihil de arg.: *Ed. Arg.;* nihil de: *Ivo Decr.* 44) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.;* vel de: *Edd. Bas. Par. Lugdd.; deest: Edd. rell.* 45) ull.: *deest: BDE Edd. Par. Lugd.* I.; iis: *Edd. Lugdd.* II. III.; nullis: *Edd. rell. pr. Bas.;* illis: *Ivo Decr.* 46) item: *Ivo Decr. Pan.; — ib. no.* 9. 47) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 48) voluerit: *DE Edd. coll. o. pr. Bas.* (voluit) *Arg.* (noluerit); — *Ivo Pan.* 49) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Lugdd.* II. III. *Coll. tr. P.;* quia puta: *Ed. Arg. Nor. Par. Lugd.* I.; quia puto: *Edd. Ven.* I. II. 50) *BF orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 51) est: *deest: CF;* quod (est: *deest*)*: Ivo Pan.* 52) *Codd. et Edd. coll. o.;* viri sup.: *Coll. tr. P.* 53) te: *deest: Edd. Lugdd.* II. III. 54) *add.:* tuo: *Ivo Pan.* 55) indueris: *EGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (induereris); — *cf. Luc. c.* 2.; *Dan. c.* 13. || can. 5. 56) continentia: *GH* 57) *Codd. coll. o. pr. EG* 58) *Codd. coll. o.; — ib. no.* 2.; *Polyc.* VI, 4, 58. *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 32. 59) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 60) ipse: *orig.* 61) si: *H Ed. Arg.* 62) voluisses: *Edd. Nor. Ven.* I. II. 63) imputat: *Polyc.* 64) *Codd. coll. o. orig. Polyc.* 65) cedens: *orig. Polyc.* 66) adulterii damnabile flagitium: *orig.* 67) *August. in Psalm.* 147. *no.* 4. 68) infirmitatis: *Polyc.* 69) reddidit: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas. Par.* 70) exegit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 71) duxit: *Edd. Lugdd.* II. III. 72) adduxit: *EGH;* conduxit: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 73) vendidit: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 74) utile nov.: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 75) transit: *C Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.;* transiens: *D* 76) facitque: *orig.* 77) *ABCDF Edd. coll. o. Polyc.* 78) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 79) eo qui non habet: *orig.* || can. 6. 80) *Codd. coll. o. orig.; — Ep.* 127. *no.* 9. *scr. ao.* 411. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* VIII, 134.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 59. *Petr. Lomb. ib.* 81) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 82) cohort.: *Ivo Coll. tr. P.* 83) propere: *D Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor.* || can. 7. 84) *no.* 27. 85) in flore: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.

[C. VIII.] *Idem*[86 a].

Hoc solum nunc dico, quod quomodo absque ceteris operibus uirginitas sola non saluat, sic omnia opera absque uirginitate, puritate, continentia, castitate inperfecta sunt.

[C. IX.] *Idem*[87 a].

„Qui[88] sitit ueniat et bibat; qui potest capere capiat." Non dicit: uelitis nolitis, bibendum est uobis atque currendum; sed: qui uoluerit, qui potuerit currere atque potare, ille uincit[89 b], ille satiabitur. Et ideo plus amat uirgines Christus, quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat inperatum, maiorisque gratiae est offerre quod non debeas, quam reddere quod exigeris[90 c]. Apostoli[91] uxoris onere[92 d] contemplato: „Si talis est," inquiunt, „causa hominis cum uxore, non expedit nubere." Quorum Dominus sentenciam probans: recte ait, quidem sentitis, quod non expediat homini ad regna celorum[93 e] tendenti accipere uxorem; sed difficilis res est, et non omnes capiunt uerbum istud, uerum quibus datum est. Alios hominum[94 f] natura facit eunuchos, alios uis hominum; michi illi eunuchi placent, quos castrauit non necessitas, sed uoluntas; libenter illos in meo[95 g] sinu recipio, qui se[96] castrauerunt propter regnum[97 h] celorum, et ob meum[98 i] cultum noluerunt esse quod nati sunt. Simulque[99] tractanda est[100 k] sentencia: „Qui se," inquit, „castrauerunt propter regnum[101 l] celorum." Si castrati mercedem habent regnum[102 m] celorum, ergo qui se non castrauerunt locum non possunt accipere castratorum.

Gratian. *Finis huius auctoritatis et duae precedentes de uirginitatis affectu intelliguntur, qui non in uoluntate solum, sed in necessitate est; principium uero de effectu intelligitur, qui non in necessitate*[103 n] *ante uotum, sed in uoluntate est, nec exigitur, nisi repromittatur.*

C. X. *Non licet illi uxorem ducere, qui suam uelare permiserit.*

Item ex Concilio Remensi[104].

III. Pars. Qui uxorem[105] suam uelare[106] permiserit[107], aliam non accipiat, sed[108] similiter conuertatur.

C. XI. *Vota abstinentiae, que mulier permittente uiro promiserit*[109], *illo prohibente seruare non cogitur.*

Item Augustinus in Questionibus Numeri, [qu. LIX.][110 a]

IV. Pars. Manifestum est, ita uoluisse legem feminam sub uiro esse, ut nulla eius uota, que abstinentiae causa uouerit, reddantur ab ea, nisi auctor uir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem uiri pertinere uoluerit[111], si prius permiserit, et postea prohibuerit, etiam[112] hoc[113 b] tamen non dixit, ut faciat mulier quod uouerat, quia permissa iam[114] prius a uiro fuerat. Viri dixit[115] esse peccatum, quia abnuit quod prius concesserat[116]; non tamen mulieri[117 c] ex hoc iussum[118 d] dedit, ut cum[119 e] prius uir ei concesserit[120 f], postea si prohibuerit, contempnatur.

Gratian. *Ex premissis*[121 g] *apparet, quod continentiae uota nec mulier sine uiri consensu, nec uir sine mulieris consensu Deo reddere potest. Si autem consensu alterius eorum ab altero promissa fuerit, et si postmodum in irritum deducere uoluerit qui permisit, non tamen ualet, quia in debito coniugii eque mulier habet potestatem uiri, sicut et uir mulieris; atque ideo, si*[122] *quilibet eorum alterum a suo iure absoluerit, ad preteritam seruitutem ipsum reuocare non poterit. Quia uero in*[123] *ceteris uir est caput mulieris, et mulier corpus uiri, ita uota abstinentiae uiro permittente mulier potest promittere, ut tamen eodem prohibente repromissa non ualeat inplere*[124 h], *et hoc, ut diximus, propter condicionem seruitutis, qua uiro in omnibus debet subesse.*

Unde Augustinus ait in libro questionum Genesis, [qu. CLIII.][125 a]:

C. XII. *Mulieres uiris suis debent subesse.*

Est ordo naturalis in hominibus, ut feminae seruiant uiris, et[126 b] filii parentibus, quia[127 c*] in illis hec iusticia est, ut maiori[128 d] seruiat minor.

C. XIII. *Vir*[129] *est caput mulieris.*

Idem in Questionibus Veteris et Noui Testamenti [ex utroque mixtim, c. 106.][130]

Hec imago Dei[131] est in homine, ut unus factus sit[132 a*], ex quo ceteri oriantur[133 b], habens inperium Dei, quasi uicarius eius, quia unius[134 c] Dei habet imaginem, ideoque mulier non est facta ad Dei imaginem**. Sic etenim dicit[135]: „Et fecit Deus hominem; ad imaginem[136] Dei fecit illum."[137] Hinc etiam[138 d] Apostolus: „Vir quidem," ait, „non debet uelare caput[139 e], quia imago et gloria Dei est[140]; mulier[141 f] ideo uelat[142 g], quia non est gloria aut imago Dei."

[C. XIV.] *Item in eodem*[143 a].

Satis hinc apparet, quemadmodum uiris feminas subditas, et pene famulas lex esse uoluerit[144] uxores, dum[145 b] constituit ut diceret aduersus uxorem uir testimonium, unde lapidaretur illa, si hoc uerum esse demonstraretur[146], ipse tamen non uicissim lapidatur[147 c], si hoc falsum esse constiterit; sed tantummodo castigatur, et dampnificatur, eique perpetuo iubetur adherere, qua carere uoluerat. In aliis autem causis eum, qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quod[148] si probaretur, iussit[149 d] occidi, eadem* plecti

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. V. c. 8. a) Idem ibidem — c. 9. a) Idem ibidem b) vincet c) exigaris d) onera e) celestia f) homin.: *deest* g) meos h) regna i) mei k) est: *deest* l) regna m) regni n) necess. et — c. 11. a) Numerorum b) hic c) mul. vel d) permissum e) quod f) concesserat g) praem. auctoritatibus h) adimplere — c. 12. a) ait: *deest* b) et: *deest* c) quia nulla* d) iustitia est ut maior serviat minori — c. 13. a) sit* quasi Dominus b) orirentur c) omnis rex d) est unde e) cap. suum f) mul. autem g) velet — c. 14. a) Idem libro V. quaestionum super Deuteronomium, qu. XXXIII. b) quod dicens (const. ut: *deest* c) lapidaretur d) ius sit

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Quia nulla: In Panormia reliqua habentur ut apud Gratianum, nisi quod corrupte in ea legitur: *maiori serviat minor*. Sed in originali, a quo non longe discedit Ivo: *quia et illic iustitia est haec, ut infirmior ratio serviat fortiori;* ob glossam autem non est emendatum.

C. XIII. * Factus sit: Quae sequuntur emendata sunt partim ex vetustis, partim ex ipso originali et Ivone. In vulgatis enim Gratiani recentioribus [Edd. coll. o.] legebatur: *factus sit homo, ex quo ceteri oriantur, habens imperium Dei, quasi vicarius Dei, quia unius Dei habet vir imaginem.*

** Imaginem: Sequebatur: *et similitudinem* [Turrecrem. Edd. coll. o. pr. Arg. Nor.], quae sunt expuncta, quia neque apud Augustinum, neque in vulgata graeca, neque in latina vetustiore, neque apud ceteros collectores habentur. Pulchre vero de hac re disputat Basilius in hunc Genesis locum, et Origenes Periarchon lib. 3. c. 6.

C. XIV. * Eadem: Eodem fere modo apud Ivonem et in Panormia. In originali vero: *eademque* [*eadem:* Ed. cit.] *poena plecti iubet.*

Causa XXXIII. Quest. V. can. 8. 86) *Codd. coll. o.; — ib. no.* 40. || can. 9. 87) *Codd. coll. o.; — ib. no.* 12. 88) *Ioan. c.* 7. *v.* 37. *Matth. c.* 19. *v.* 12. 89) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 90) *ABDEFH Edd. coll. o.;* exigitur: *C;* exegeris: *G* 91) *add.:* enim: *EG Edd. coll. o.* 92) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ven.* I. II. *Par.* (honore); *cf. Matth. ib. v.* 10. 93) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 94) *Codd. coll. o. pr. D;* homines: *D Edd. coll. o.* 95) *Codd. et Edd. coll. o.* 96) se ipsos: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (*deest*) 97) *Codd. et Edd. coll. o.* 98) *ib.* 99) *add.:* haec: *Edd. Bas. Lugdd.* 100) *Codd. et Edd. coll. o.; — cf. Matth. ib. v.* 12. 101) *ib.* 102) *ABGH;* regna: *DEF* 103) *ABCDFG* || can. 10. 104) *c.* 21. *Capit. Vermer. ao.* 753. *Mon. Germ. LL.* I, 23.; *Reg.* II, 124.; *Burch.* IX, 46.; *Ivo Decr.* VIII, 184.; *Ivo Pan.* VI, 82.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 65.; *Coll. duod. P.* III, 215. *Petr. Lomb. ib.* 105) mulierem: *Ivo Pan.* 106) velari: *A Ivo Pan.* 107) dimiserit: *orig.* 108) sed . . . conv.: *deest: ib. Reg.* || can. 11. 109) promiserat: *BC* 110) *Codd. coll. o.; — Ivo Decr.* VIII, 98. (*can.:* noluit ita lex); *Ivo Pan.* VII, 48.; *Coll. tr. P.* III, 15, (16,) 53. 111) *add.:* lex: *CD Edd. coll. o. Ivo Pan.* 112) et: *CEGH Ivo Pan.* 113) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 114) iam: *deest: A orig. Ivo Decr.* 115) dixerat: *Ivo Pan.* 116) consenserat: *A Ivo Pan.* 117) *Codd. et Edd. coll. o.* 118) *ib. Coll. tr. P.* 119) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 120) *Codd. coll. o. Edd. Ven.* II. *Par. Lugdd. orig. Ivo Decr. Pan.* 121) *ABDF* 122) si: *deest: Codd. coll. o. pr. AB* 123) ut in: *EGH* 124) *BCDF* || can. 12. 125) *BCDF; — Ivo Decr.* VIII, 94.; *Ivo Pan.* VII, 43. 126) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 127) *Codd. et Edd. coll. o.;* quia et illic iust. est: *Turrecr.;* quia et illis hec: *Ivo Decr.* 128) *BEGH Edd. coll. o.;* ut infirmior ratio serviat fortiori, maior serviat minori: *Turrecr.; —* inferior . . . maiori: *Ivo Pan.* || can. 13. 129) de eodem: *B; rubr.: deest: A* 130) *non sunt Augustini. — Ivo Decr.* VIII, 95. *Ivo Pan.* VII, 44.; *Caes.* X, 48. 131) Dei: *deest: Ivo Pan.* 132) *BC Ivo Decr.;* sit Dominus: *Codd. rell.;* sit homo: *Ivo Pan.* 133) *Codd. coll. o. Turrecrem. Ivo Decr. Pan.* 134) *Codd. coll. o.;* unius lex: *Ivo Pan.* (dei: *deest*) 135) *add.:* scriptura: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III.; *— cf. Gen. c.* 1. *v.* 27. *Sap. c.* 2. *v.* 23. 136) *add.:* et similitudinem: *AD* 137) eum: *orig.* 138) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 139) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 140) est: *deest: EH* 141) *Codd. et Edd. coll. o.;* mal. vero (ideo: *deest*): *Ivo Pan.* 142) *CDF Ed. Bas. orig. Ivo Decr. Pan.* || can. 14. 143) *August. Quest. sup. Deuteron. qu.* 33. *Ivo Decr.* VIII, 96. *Ivo Pan.* VII, 45. 144) voluit: *ACEFGH Edd. coll. o.* 145) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 146) demonstratur: *AEGH* 147) *Codd. coll. o. pr. C; — orig. Ivo Pan.* 148) quem: *orig.* 149) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugd.* I. *Corr. orig. Ivo Decr. Pan.*

iubet[150e] pena, qua fuerat[151f], si uerum esset, ipse[152g**] plectendus.

C. XV. *De eodem*[153a].

Item Ieronimus super epistolam ad Titum, [in c. 2.][154]

Cum caput mulieris uir sit, caput autem uiri Christus[155], quecumque uxor non subicitur uiro[156b], hoc[157] est capiti suo, eiusdem criminis rea est, cuius et uir, si non subiciatur[158c] capiti suo. Verbum autem Domini blasphematur, uel cum[159d] contempnitur Dei prima sentencia, et pro nichilo ducitur, uel cum Christi infamatur euangelium, dum contra legem fidemque naturae ea, que Christiana est, et ex lege Dei subiecta[160], uiro inperare desiderat, cum gentiles etiam feminae uiris suis seruiant communi lege naturae[161].

C. XVI. *Arbitrium uiri mulierem sequi oportet in omnibus.*

Item Augustinus in Questionibus Numeri, [qu. LIX.][162a]

Noluit itaque[163] lex[164b] aliquid uouere Deo aduersus animam suam, ut non in aliquarum[165c*] rerum licitarum atque concessarum abstinentia in eisdem uotis feminae ualeat auctoritas, sed uirilis. Ita, ut[166d] si adhuc innuptae[167e] concesserat pater uota persoluere, si[168] ante, quam persoluerit, nupserit, et uiro eius hoc cognitum non placuerit, non persoluat, et hoc[169f] omnino sine peccato quia Deus[170g] mundauit eam, sicut dicit[171], id est mundam iudicauit. Neque hoc contra Dominum[172h] fieri putandum est, cum ipse Deus[173] hoc preceperit, hoc uoluerit.

C. XVII. *Nulla est mulieris potestas, sed in omnibus*[174] *uiri dominio subsit*[175a].

Item Ambrosius in libro questionum Veteris Testamenti, [qu. XLV.][176b]

Mulierem constat subiectam dominio[177] uiri[178] esse[179], et nullam auctoritatem habere; nec docere potest[180c], nec testis esse, neque fidem dare[181], nec iudicare[182d].

[C. XVIII.] *Idem in Exameron in tractatu diei quartae*[183a]:

Adam per Euam deceptus est, non Eua per Adam. Quem uocauit ad culpam mulier, iustum est, ut eam[184b] in[185c] gubernationem[186d*] assumat, ne iterum femina[187e] facilitate labatur.

[C. XIX.] *Idem super primam epistolam ad Chorinthios*, [in c. 2.][188a]

Mulier debet uelare caput, quia non est imago Dei. Sed ut[189] ostendatur subiecta, et quia preuaricatio per illam inchoata est, hoc signum[190b] debet habere, in[191c] ecclesia propter reuerentiam episcopalem non habeat caput liberum, sed uelamine tectum, non[192d] habeat potestatem loquendi, quia episcopus personam habet[193] Christi. Quasi ergo ante iudicem Christum[194e], ita[195f] ante episcopum sit[196g], quia uicarius Domini est, propter peccatum originale* debet subiecta uideri.

[C. XX.] *Idem in libro de Paradyso*, [c. 10.][197]

V. Pars. Nec illud otiosum est[198a], quod non de eadem terra, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adae costa facta sit mulier, ut sciremus, unam in uiro et muliere[199] corporis esse naturam, unum fontem generis humani. Ideo non duo a principio facti[200] uir et mulier, neque duo uiri, neque duae mulieres; sed primum uir, deinde mulier ex eo. Unam enim naturam hominum uolens constituere Deus, ab uno principio creaturae hoc[201b] incipiens, multarum et disparium naturarum eripuit facultatem.

Gratian. *Euidentissime itaque apparet, ita uirum esse caput mulieris, ut nulla uota abstinentiae uel religiosae conuersationis liceat sibi sine eius licentia Deo offerre; etiamsi uiro permittente repromissa fuerint*[202c], *non licet ei uotum opere conplere, cum uir uoluerit reuocare permissum. Vota uero continentiae ita alterius permissu ab altero ualent offerri, quod post permissionem non ualent in irritum deduci.*

CAUSA XXXIV.

GRATIANUS.

Quidam uir in captiuitatem ductus est; postea uxor eius, audiens illum mortuum, nupsit alii; demum ille, de captiuitate rediens, repetit uxorem suam; illa, posterioris amore capta, aspernatur thorum prioris[1a]. (Qu. I.) *Nunc primum queritur, an sit*[2b] *rea adulterii, que uiuente uiro suo alteri nupsit?* (Qu. II.) *Secundo, an redeunte primo sit cogenda recedere a secundo, et redire ad primum?*

QUESTIO I. et II.

GRATIANUS.

I. Pars. *Utraque questio terminatur auctoritate Leonis Papae, qui scribens Nicetae, Aquilegensi Episcopo*, [epist. LXXVII. c. 1. et sequentibus] *ait*[3]:

C. I. *Que*[4a] *alii nupserit, putans uirum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogatur*[5b].

Cum per bellicam cladem, et per grauissimos hostilitatis incursus ita quedam dicatis diuisa esse[6] coniugia, ut, abductis in captiuitatem uiris, feminae eorum remanserint destitutae, que[7] uiros proprios[8] interemptos[9c] putarent[10d], aut

EDITIO ROMANA.

Causa XXXIII. Quest. V. c. 14. e) iubetur f) fuerit g) iste** — c. 15. a) De eodem: *deest* b) viro suo c) subiic. Christo d) dum — c. 16. a) Numerorum b) lex mulierem c) aliqua* d) et e) innuptae iam f) sit g) Deus: *deest* h) Deum — c. 17. a) subiecta est b) Ambros.: *deest* c) docere enim pot. d) iudic. quanto magis non potest imperare? — c. 18. a) Item Ambrosius in Exaemeron b) eum c) in: *deest* d) gubernatorem* e) feminea — c. 19. a) Item b) signo c) ut in d) nec e) Christ.: *deest* f) sic g) sit: *deest* — c. 20. a) est: *deest* b) huius c) fuerit — Causa XXXIV. a) prioris viri b) sit ista — Quest. I. et II. c. 1. a) Qui b) cogitur c) propr. aut inter. d) putarint

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Iste: Sic est emendatum ex aliquot manuscriptis, et originali, et Ivone.

C. XVI. * Ut non in aliqua: Sic in Panormia [neque tamen in Ed. Brant.]. Apud Ivonem vero: *ut in aliquarum rerum*, in glossa ordinaria: *id est in rerum.* Sed totus hic locus longe melius habet in originali: *feminam sub patre ante, quam nubat, et sub viro nuptam voluit* [*noluit:* Ed. cit.] *lex ita vovere aliquid Deo adversus animam suam, id est in aliquarum rerum licitarum atque concessarum abstinentia, ut in eisdem votis feminea non praevaleat* [*valeat:* Ed. cit.] *auctoritas, sed virilis.*

C. XVII. * Restitutum est hoc caput B. Augustino, et ex eo nonnulla addita. Nam antea citabatur ex B. Ambrosio.

C. XVIII. * Gubernatorem: Antea legebatur: *ut eam in gubernationem assumat.* Emendatum est ex B. Ambrosio. Glossa enim optime convenit voci: *gubernatorem.*

C. XIX. * Propter peccatum originale: Apud B. Ambrosium et Ivonem [Decr.] legitur: *propter reatus originem;* in Panormia vero: *propter reatum originalem.* Sed ob glossam non est mutatum, reliqua vero sunt emendata.

Primo gradu superiori linea continentur[159] pater et[160a] mater: inferiori filius et[161a] filia; quibus nullae aliae personae iunguntur. §. 1. Secundo gradu continentur[162] superiori linea auus, auia[163]; inferiori neptis[164]; in[165b] transuersa frater, soror[166]; que personae duplicantur. Auus enim et auia tam ex patre quam ex matre[167] accipiuntur. Que personae sequentibus quoque[168] gradibus similiter pro substantia eorum[169c], que[170d] in quo gradu consistunt[171], ipso ordine duplicantur. (Istae[172] personae in[173e] secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo aui sunt, et[174f] paternus et maternus. Item duo sunt genera nepotum, siue ex filio siue ex filia procreati. Frater et soror ex transuerso[175g] ueniunt, id est, aut frater** patris, aut frater matris, qui[176] aut patruus, aut auunculus nominatur; qui[177] et ipsi hoc ordine duplicantur.) §. 2. Tertio gradu ueniunt supra proauus[178], proauia; infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris sororisque[179] filius uel[180h] filia, patruus, amita, id est patris frater et soror, aunculus, matertera, id[181] est matris frater et soror. §. 3. Quarto gradu ueniunt supra abauus[182], abauia; infra abnepos, abneptis[183]. Ex obliquo fratris et sororis nepos, neptis, patruelis frater[184], soror patruelis, id est patrui filius uel[185i] filia; consobrinus, consobrina, id est auunculi et materterae filius uel[186k] filia; amitinus, amitina, id est amitae filius uel[187l] filia; itemque[188] consobrini, qui[189] ex duabus sororibus nascuntur; quibus accrescit[190] patruus magnus, amita magna, id est aui paterni frater et soror, auunculus magnus, matertera magna, id est auiae tam paternae quam maternae frater et soror. §. 4. Quinto gradu, ueniunt, supra quidem[191] atauus, atauia, infra atnepos atneptis. Ex obliquo fratris et sororis pronepos, proneptis, fratris[192] patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae filius uel[193m] filia, propius[194n] sobrinus[195o], proprius[196p] sobrina[197q], id est patrui magni, amitae magnae, auunculi magni, materterae magnae filius uel[198r] filia; quibus[199s] accrescunt[200] propatruus et[201t] proamita. Hii[202] sunt proaui paterni frater et soror, proauunculus, promatertera. Hii sunt proauiae paternae, maternaeque frater, et soror, proauique materni. (Hec species nec aliis gradibus, quam scripta est, nec aliis declarari uocabulis potest.) §. 5. Sexto gradu ueniunt supra tritauus tritauia; infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris et sororis abnepos[203], abneptis, fratris[204] patruelis et[205u] sororis patruelis[206] amitini, amitinae, consobrini, consobrinae[207v], patrui magni, amitae magnae, auunculi magni, materterae magnae nepos, neptis[208w], propioris consobrini[209x] filius uel[210y] filia[211z], abpatruus[212], abamita. Hi sunt abaui paterni frater et soror; abauunculus, abmatertera. Hi sunt abauiae paternae maternaeque frater et soror, abauique materni. (Hec[213] quoque explanari amplius non possunt[214aa], quam[215bb] ipse auctor disseruit.) §. 6. Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur; sed ex transuersa linea continentur fratris

EDITIO ROMANA.

Causa XXXV. Quest. V. c. 3. e) in secundo f) prop. mei g) meae: *deest* h) fortius i) repugnare — c. 4. a) nulloque b) succ. numerandae sunt c) superiore — c. 5. a) cognati tui — c. 6. a) et: *deest* b) in: *deest* c) earum d) que: *deest* e) in: *deest* f) et: *deest* g) adverso h), i), k), l) *et* m) vel: *deest* n) propior o) consobrinus p) propior q) consobrina r) vel: *deest* s) his t) *et* u) et: *deest* v) consob. nepos, neptis w) neptis, id est x) sobrini y) vel: *deest* z) filia, qui consobrini appellantur. Quibus ex latere accrescunt propatrui, proamitae, proavunculi, promaterterae filius, filia aa) potest bb) quam ut

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. V. * In Polycarpo etiam refertur proxime post c. *Ad sedem*, ut ad eundem Alexandrum pertinere videatur. A verbo autem: *uxor*, usque ad finem habentur apud Isid. I. 9. c. fin.

** Ianitrices: Ita etiam legebatur in l. *Non facile*, ff. de gradibus, ante, quam locus ab Alciato esset restitutus lib. 2. disp. c. 23. Quamobrem nihil mirandum, si Isidorus, aut alius quispiam allatam hic etymologiam excogitavit. Nunc autem in lege illa est: *εἰνατέρες*.

C. VI. * Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, et collectoribus, exstat in libro sententiarum Pauli, additis non uno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraque tamen habentur etiam apud Isidorum, l. 9. c. 5.

** Id est, aut frater: Hoc usque ad vers. *Qui et ipsi*, non sunt loco indicato [sunt tamen in interpretat.], sed tantum apud collectores.

Causa XXXV. Quest. V. can. 3. 134) meae (?): *Polyc.* 135) filia: *orig. Polyc.* 136) *ABCDF orig.* 137) erit a me: *deest: orig.* 138) eoque modo: *ib. Polyc.* 139) est: *deest: EGH* 140) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 141) unde cuiusc.: *Polyc.* 142) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Polyc.* 143) de propinquarum suarum viris et cunct.: *orig. Polyc.* 144) observare: *ib.* 145) a quibus etc.: *deest: orig. Polyc.* 146) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugd.* I. 147) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 4. 148) *Polyc. ib.; Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 40. 149) a nobis conputatur: *orig.* 150) *ABCDF* 151) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor.;* succ. sunt: *Ed. Bas.;* succ. sunt habendae: *Edd. rell.* 152) *add:* autem: *orig. Polyc.* 153) *Codd. coll. o.* || can. 5. 154) *Jaffé no.* 3519. — *sed non est Alexandri* II.; *Ivo Etym. l.* IX. *c. fin.* — *Polyc.* VI, 4, 63. (*sine inscr.*) 155) *BCDF;* cogn. nomine: *Polyc.* 156) tenentes: *ACD Edd. coll. o.;* intrantes: *BEGH* 157) iter habentes: *orig. Polyc.* || can. 6. 158) *imo Paulus Sent. rec.* IV, 11. (*in L. Rom. Visigoth. ed. Haenel.* IV, 10.) *iuncta interpretatione, quae in parenthesi a nobis est posita;* — *Burch.* VII, 28.; *Ivo Decr.* IX, 64.; *Ivo Pan.* VII, 90.; *Coll. tr. P.* III, 17, (18.) *unic. Hugo a S. Vict. l.* II. *p.* 11. *c.* 14. 159) continetur: *AC Coll. tr. P.* 160) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* et pat. et mat.: *Burch. Ivo Decr.* 161) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Pan.* 162) continetur: *ACH;* gradu: *deest: ACF* 163) et au.: *Ivo Pan.* 164) et nept.: *C Ivo Pan.* 165) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* in transverso: *Hug.* 166) et sor.: *C Ivo Pan.* 167) *add.:* nepos, neptis tam ex filio quam ex filia, frater soror tam ex patre quam ex matre: *orig.* 168) quibuscunque: *ib.* 169) *ABCDF Edd. coll. o. Ivo Pan.* 170) *ABCDF Ed. Bas. Collatt. citt. o.;* — que in quoquo: *orig.* 171) subsistunt: *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 172) illae: *Ivo Pan.* 173) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 174) *BEFGH Edd. coll. o. Ivo Pan.;* et pat. est: *Burch. Coll. tr. P.* 175) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.* 176) quia: *Burch.* 177) quia: *EH* 178) et proa. et: *EGH* 179) et sororis: *Ivo Pan.* 180) *AB Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 181) id est: *deest: ADEGH Burch. Coll. tr. P.* 182) abavius: *A Burch.* 183) et abn.: *Ivo Pan.* 184) frat.: *deest: Burch. Coll. tr. P.* 185) *Codd. coll. o. Collatt. citt.* 186) *ib.* 187) *ib.* 188) item: *GH* 189) quia: *Burch.* 190) accessit: *Ivo Decr. Pan.* 191) quid.: *deest: Ivo Pan.* 192) fratres patrueles, sorores patrueles: *A Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 193) *Codd. coll. o. Collatt. citt.* 194) *orig. Burch. Ivo Pan.;* prius: *A;* prior: *C;* proprior: *G;* proconsobrinus proconsobrina: *BF Hugo* 195) *EGH Ed. Bas. Corr. orig.* 196) prius: *A;* prior: *B;* proprior: *G;* — *deest: orig. Collatt. citt.* 197) *GH Ed. Bas. Corr. orig.* 198) *Codd. coll. o. Collatt. citt.* 199) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 200) accrescit: *Ivo Pan.* 201) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 202) Hii ... promat.: *deest: Burch.;* hi sunt ... materni: *AB* 203) adnepos, adneptis: *A Ivo Pan. Coll. tr. P.* 204) fratres patrueles ... sorores patrueles: *A Ivo Pan.* 205) *Codd. coll. o. Ivo Pan.;* sor. pat.: *deest: Burch.* 206) sorores matrueles: *A;* matruelis: *B Ivo Pan.* 207) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt.* 208) *ib.* 209) *ib.;* — prioris: *ABD Coll. tr. P.* 210) *Codd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* et: *Ivo Pan.* 211) *Codd. et Edd. coll. o.* 212) adpatruus, adamita: *ABEGH Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 213) Hi; *Edd. coll. o. pr. Bas.* 214) *Codd. et Edd. coll. o. Collatt. citt.* 215) *ib.*

sororis[216cc] atnepos, atneptis, consobrini filii filiaeque. §. 7. Successionis idcirco gradus sex[217dd] constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inueniri, nec ultra[218ee] successio[219ff] potest[220] prorogari[221]. (In his[222] sex[223gg] gradibus omnium propinquitatum omnia nomina continentur, ultra quos nec affinitas inueniri, nec successio[224] potest amplius propagari.)[225]

Gratian. *De gradibus consanguinitatis uel affinitatis, quot sint, et*[226hh] *quomodo conputandi, quibus etiam nominibus appellentur, auctoritate b.*[227ii] *Ysidori, atque Gregorii, et Alexandri sufficienter monstratum est*[228].

QUESTIO VI.

GRATIANUS.

I. Pars. *Nunc queritur, quibus accusantibus uel testificantibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit?*

De his ita decreuit Fabianus *Papa*[1]:

C. I. *Consanguinei tantum, uel, si progenies defecerit, antiqui et ueraces propinquitatem in sinodo conputent.*

Consanguineos extraneorum nullus accuset, uel consanguinitatem in sinodo conputet; sed propinqui, ad quorum[2] noticiam[3] pertinet[4], id est pater et[5a] mater, soror[6], frater, patruus, auunculus, amita, matertera, et eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et ueracioribus[7], quibus eadem propinquitas nota sit, episcopus canonice perquirat[8], et, si inuenta fuerit propinquitas[9], separentur.

[PALEA[10]. C. II.

Celestini Papae Decretum Ecclesiae Florentinae missum[11]*.

Videtur nobis, quod secunda, quam contra prohibitionem ecclesiae duxit, non sit uxor, etiamsi primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum et ordinem ecclesiae factum est, tamquam[12] inordinatum ratum non haberi, tam diuinae quam humanae legis proclamat auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate superduxit, prohibitione renitente uxor non est, cogendus est eam recipere, quam iurauit et desponsauit, et ex ea prolem genuit, ut iuramenti religio non uilipendatur, et fides ad inuicem promissa seruetur, et proles in cultu Dei nutriatur et educetur, et alii exinde occasionem peierandi[13] et alios decipiendi assumere non ualeant. §. 1. Quod autem parentes, fratres et cognati utriusque sexus in testificationem[14] suorum ad matrimonium coniungendum uel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine[15] quam legibus approbatur. Ideo enim maxime parentes[16], et, si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus et chartis, tum etiam[17] ex recitatione[18] maiorum scire laborat. Qui[19] enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, et quorum est interesse, ita ut, si non interfuerint, et consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? §. 2. Quod uero legitur[20]: „Pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris," in criminalibus causis et contractibus uerum est; in matrimonio uero[21] coniungendo[22] et disiungendo ex[23] ipsius coniugii prerogatiua, et quia fauorabilis res est, congrue recipiuntur.]

C. III. *Qui iurando*[24a] *propinquitatem firmare debeant.*

Item Urbanus Richario[25b] *Genuensi Episcopo.*

Notificamus tibi, ut[26] post, quam duo aut tres ex[27] propinquioribus iam defunctae uxoris uel uiuae[28c] eius, qui accusatur, hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, uel si[29d] tres aut duo ex antiquioribus Genuensibus[30], quibus hec propinquitas nota sit[31e], qui bonae famae et ueracis testimonii sint[32], remoto amore, timore[33], precio et omni malo studio, supradicto modo consanguinitatem firmauerint[34], sine omni mora coniugia dissoluantur. Quod si propinqui uel[35f] extranei uerbis tantum propinquitatem testantur, et iuramento probare noluerint[36g], uel nequiuerint, coniugium nullatenus dissoluatur; sed conpetens eis penitencia propter infamiam uel peccati maculam (si forte in hoc[37h] contraxerint aliquam) iniungatur.

C. IV. *Suae confessioni relinquitur*[38a] *quorum incestum nullus iurando affirmat.*

Item ex Concilio Urbani *Papae habito in Apulia*[39].

Si duo uiri uel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, uel ipsi[40b] forte confessi fuerint, coniugia dissoluantur. Si uero neutrum contigerit, episcopi eos per baptismum[41], per fidem Christi[42c], per Christi iudicium in uera obedientia obtestentur, quatinus palam faciant, utrum se sicut fama est, recognoscant consanguineos[43]. Si negauerint, sibi ipsis[44] relinquendi sunt; ita tamen, ut, si aliud in conscientia habeant, se a liminibus ecclesiae, a corpore et sanguine Domini, a fidelium conmunione nouerint segregatos, atque infames effectos, donec ab incesti facinore desinant. Si se episcoporum iudicio segregauerint, qui[45d] iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur.

II. Pars. Gratian. *Ecce, quibus accusantibus uel testificantibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimendae. Cuiusmodi uero iuramentum ab accusatore sit exigendum, ex* Romano Ordine* *habetur. Est autem huiusmodi*[46]:

C. V. *Iuramentum*[47] *accusatoris.*

De parentela illa, quam dicunt esse inter[48a] N.[49] et

EDITIO ROMANA.

Causa XXXV. Quest. V. c. 6. cc) sororisque dd) septem ee) vita ff) succedentibus gg) septem ... omnia propinquit. nomina (omn.: *deest*) hh) et: *deest* ii) b.: *deest* — Quest. VI. c. 1. a) et: *deest* — c. 3. a) iureiurando b) Urb. Papa Richardo c) uxoris eius, qui accusatur, vel vivae d) si: *deest* e) est f) aut g) vel nol. h) hac — c. 4. a) relinquuntur ... iureiurando b) ipsimet c) Christi: *deest* d) si — c. 5. a) inter illum

NOTATIONES CORRECTORUM.

Quest. VI. C. II. * Haec Palea deest in plerisque vetustis exemplaribus. Habetur extra, qui matrimonium accus. poss. c. 3. ex Clemente III. al. Coelestino, Florentino episcopo, al. ecclesiae Florentinae: indeque ex aliquot manuscriptis est emendata, verbis aliquot et additis, et sublatis.

C. V. * Ordine: Ceteri Collectores [nec tamen Burch. et Ivo Decr. qui omni inscr. carent] citant non *ex Ordine*, sed ex conc. Romano sub Gregorio III. Ex quibus collectoribus, et vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, et in sequentibus capitibus.

Causa XXXV. Quest. V. can. 3. 216) *BCDFG Collatt. citt. o.;* et sororis: *AEG;* sororisue: *orig.* 217) *Codd. et Edd. coll. o.* 218) *ib. Ivo Pan.* 219) *ib.;* precedentibus: *Coll. tr. P.* 220) possunt: *Coll. tr. P.* 221) propagari: *CDF Edd. coll. o. Ivo Pan.;* probari: *A* 222) *add.:* igitur: *G;* enim: *Edd. Par. Lugdd. Ivo Decr.* 223) *Codd. et Edd. coll. o.* 224) *add.:* consanguinitatis: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 225) prerogari: *ABEG;* prorogari: *DF Edd. coll. o. Ivo Decr.* 226) *ABCDF* 227) *Codd. coll. o.* 228) *Arborem consang. et affinitatis cum ipsa Io. Andreae lectura, ne in singulis Decretalium collect. repeti debeat (quod in Ed. Rom. est factum) dabimus ad exitum editionis nostrae.*

Causa XXXV. Quest. VI. can. 1. 1) scribit: *EGH;* scribit vel decrevit: *C; — cf. l. 2. Cod. Theod.* (9, 7.) *iuncta interpretatione. — Jaffé no.* LXXXIII. — *Burch.* VII, 21.; *Ans.* X, 60. (67.); *Ivo Decr.* IX, 57.; *Ivo Pan.* VII, 85.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 15.; *Polyc.* VI, 4, 65. 2) quos. (not.: *deest*): *Ans. Polyc.* 3) notam: *Burch.* 4) tota progenies pert.: *Ans. Polyc.* 5) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 6) sor. et: *ABDEGH* 7) venerationibus: *Ed. Bas. Ivo Pan.;* veterioribus: *Burch.* 8) requirat: *Polyc.* 9) prop.: *deest: Coll. tr. P.* || can. 2. 10) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; manu posterioris saeculi in marg. scripta exstat in F; — Rolando non fuit nota* 11) *fragm.; — cf. c. 1. de matr. contra interd. eccl. celebr. in Comp.* I. *et c.* 3. X. *qui mat. accus. possunt. — Jaffé no.* CXCI. 12) tamq. inord.: *deest: F Edd. coll. o.* 13) peccandi: *ib.* 14) testificatione filii vel filiae: *Comp.* I. 15) tam antiqu. cons. legibus approbata quam (et: *Ed. Bas.*) divinis et humanis legibus approbatur (approbantur: *Ed. Bas. Ven.* I. II.) In dirimendo autem matr. ideo maxime parentes recipiuntur, sive si defuerint per., proximi admitt.: *F Edd. coll. o.* 16) par. recipiuntur, sive si: *Comp.* I. 17) et.: *deest: F* 18) exercitatione: *ib.;* cum exercitatione et recitatione: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 19) Quia igitur aliis melius sciunt, ideo maxime admittuntur. Similiter recipiuntur et in testificatione matrimonii coniungendi: *Edd. coll. o.* 20) *cf. l.* 2. *Dig. de test.* (22, 5.) 21) vero: *deest: Edd. coll. o.* 22) contrahendo: *ib.* 23) ex: *deest: F Edd. coll. o.* || can. 3. 24) *BCD;* iuramento: *A* 25) *Codd. coll. o.;* Cyriaco: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.; — ep. scr. inter a.* 1090—95. — *Jaffé no.* 4143. — *Ivo Decr.* IX, 33.; *Ivo Pan.* VII, 86.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 8.; *Caes.* X, 129. 26) si: *Ivo Decr.;* post quam: *deest: Coll. tr. P.* 27) de: *Coll. tr. P.* 28) *Codd. et Edd. coll. o.* 29) *ib.;* per quatuor aut per duo: *Ivo Pan.* 30) Ianuensibus: *Edd. coll. o. pr. Arg.; — Ivo Pan.* 31) *Codd. et Edd. coll. o.* 32) sint: *deest: C;* sunt: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 33) et tim.: *Coll. tr. P.* 34) firm.: *deest: Ivo Pan.* 35) *ABCDF Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 36) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 37) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 4. 38) *BCDEFGH* 39) *c. 1. Conc. Troslei. hab. ao.* 1091. *ap. Mansi* XX, 789. — *Ivo Decr.* IX, 53. (*can.:* convenit Troiae) 40) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 41) *add.:* Christi: *orig.* 42) *Codd. coll. o. orig.* 43) *add.:* esse: *EGH Edd. coll. o.* 44) ipsi: *CDFH* 45) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 5. 46) *Non est in libro Romani ordinis, et videtur pariter ac seqq. Reginoni tribui debere; — Reg.* II, 232.; *Burch.* VII, 25.; *Ivo Decr.* IX, 61.; *Ivo Pan.* VII, 87.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 16.; *Polyc.* VI, 4, 66. 47) *rubr.: deest: AB* 48) *Codd. coll. o. pr. G; — Ed. Bas. Ivo Decr.;* inter istum: *Edd. rell. Ivo Pan.* 49) N.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.; — Reg. Ivo Pan. Coll. tr. P.*

istam eius coniugem N.[50], quicquid inde scis aut[51b] audisti[52] a tuis uicinis, aut a tuis propinquis antiquioribus[53], tu[54c] per nullum ingenium, nec propter timorem aut[55d] propter amorem, aut propter[56e] premium, aut propter consanguinitatem celabis tuo episcopo[57f], aut eius misso, cui hoc requirere[58g] iusserit, quandocumque te[59] ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, et istorum[60h] sanctorum reliquiae.

C. VI. *Iuramentum testium*[61].

Illud[62] sacramentum[63], quod iste iurauit de parentela illa, que inter filium[64a] et[65b] eius coniugem N.[66] conputatur, quod tu illud obseruabis[67], in quantum sapis[68c]. Sic te Deus adiuuet.

III. Pars. Gratian. *Hoc iuramentum separationis non est, sed sinodale, institutum ab Euticiano Papa. Ait enim*[69]:

C. VII. *Sinodale iuramentum.*

Episcopus in sinodo residens, post congruam allocutionem septem ex plebe eius[70a] parrochiae, uel eo amplius[71], prout uiderit expedire, maturiores, honestiores atque ueraciores uiros in medium[72] debet aduocare[73b], et allatis sanctorum pignoribus unumquemque illorum tali sacramento constringere[74c]: Amodo[75] in antea[76] quicquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra uoluntatem Dei, et rectam[77] Christianitatem in ista parrochia factum sit aut futurum erit, si in diebus tuis[78] euenerit[79], tantum[80d] ad cognitionem tuam modo quocumque perueniat, si scis, aut indicatum tibi fuerit sinodalem causam esse, ad[81e] ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter precium[82], nec propter parentelam ullatenus[83] celes[84] episcopum[85], aut eius missum[86], cui hoc inquirere iusserit, quandocumque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, et illae[87f] sanctorum reliquiae. Istud[88g]* sacramentum, quod iste iurauit[89h] de sinodali causa, quod tu illud ex[90] te ita obseruabis, in quantum sapis, aut audisti, aut in antea ab hac die inquisiturus es. Sic te Deus adiuuet[91i].

IV. Pars. Gratian. *Ab hoc iuramento illud sumptum est, principio paululum deriuato. Porro iuramentum*[92k] *separationis Innocentius Papa II. prescribit*[93a] *Ottoni Lucensi Episcopo, dicens*[94]:

C. VIII. *Iuramentum*[95] *illorum, qui consanguinitatem probant.*

De parentela illa, unde nos consulere uoluisti, pro qua etiam ad nostram audientiam est appellatum, aliorum fratrum scripta suscepimus, qui utique causam ipsam diuerso modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus quam in nominibus personarum discordasse, postmodum uero in altero eorum conputatores eiusdem parentelae dicuntur conuenisse. Ceterum in huiusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum, que aliquid contra quoslibet astruere uelint, que etiam iusiurandum prestare debent, quod neque gratia, neque precio[96b], uel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur; sed potius, quia credant ita uerum esse, et ita se a suis antecessoribus audiuisse. In quibus omnibus non debet aliqua uarietas uel contrarietas inueniri.

V. Pars. Gratian. *Qui uero separantur ab inuicem, huiusmodi iuramentum prestabunt*[97].

C. IX. *Iuramentum separationis.*

Ab isto die in antea[98a] tu per nullum ingenium sociabis te huic tuae consanguineae[99b]*, nec in coniugio, nec in adulterio[102c], nec cum illa ad unam mensam manducabis et[103] bibes, aut sub uno tecto manebis, nisi[104d] in[105] ecclesia, aut in alio[106] publico loco, ubi nulla mala suspicio possit esse, ut[107e] ibi coram testibus idoneis[108] pro certa necessitate pariter colloquamini; nec aliam coniugem accipies, nisi forte post actam[109f] penitenciam tibi licentia[110] data fuerit ab episcopo tuo, aut[111] eius misso. Sic te Deus adiuuet[112g].

VI. Pars. Gratian. *Occasione uero consanguinitatis uxorem suam dimittere, et aliam ducere non licet alicui, nisi causa primum fuerit probata.*

Unde Alexander II. Guilielmo de Mostorico[113b].

C. X. *Nisi coram ecclesia consanguinitate probata uxorem dimittere non licet.*

Multorum relatione cognouimus, te propriam uelle abicere uxorem, et adherere alteri, pretendentem consanguinitatis occasionem. Unde apostolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, ut hanc, quam nunc habes uxorem, nullatenus presumas dimittere, uel aliam ducere, donec apud[114b] episcoporum religiosorum concilium[115] causam iustam[116c] examinaueris.

VII. Pars. Gratian. *Recepturus uero eam, quam iniuste dimisit, hoc modo iurabit:*

C. XI. *Reconciliationis iuramentum*[117].

Ab isto die in antea istam coniugem[118a] N.[119], quam iniuste dimiseras, ita tenebis, sicut[120b] maritus suam coniugem debet habere in[121] dilectione et debita disciplina; nec eam[122] per ullum malum ingenium a te separabis, nec ea uiuente aliam accipies[123]. Sic te Deus adiuuet[124c].

Gratian. *Quod autem unius testimonio coniugia apud quosdam dirimuntur, nulla ratione ratum habetur. Cum enim Dominus dixerit*[125]: *Omne uerbum stabit in ore duorum uel trium testium; item cum in concilio Ylerdensi* [c. 20.] *dicatur*[126];

EDITIO ROMANA.

Causa XXXV. Quest. VI. c. 5. b) et c) quod tu d) nec e) per . . . per f) episcopum tuum aut . . . missum g) inquirere h) istae — c. 6. a) illum b) N. et c) sapis, aut audisti — c. 7. a) ipsius b) evocare c) constringat d) tantum ut e) et ad f) istae g) Illud* h) iuraverit i) adiuv. etc. k) de iuramento — c. 8. a) scribit b) pretio, vel timore, — c. 9. a) antea quod b) consanguineae* N., cum qua[100] contra legem et rectam Christianitatem adulterium[101] et incestum perpetrasti c) ad. illam tibi sociabis d) nisi forte e) et f) peractam g) adiuvet, et istae sanctorum reliquiae — c. 10. a) Alex. Papa II. . . . de Monstrolio b) apud: *deest* c) istam — c. 11. a) coniug. tuam b) sicut per rectum c) adiuvet etc.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * Illud: Burchardus legit: *istud,* et ante haec verba praeponit hanc rubricam: *Iuramentum ceterorum.* [*Reliqui ita iurent:* Reg.]

C. IX. * Consanguineae: Quae sequuntur usque ad vers. *Perpetrasti,* addita sunt ex Burchardo et Ivone, itemque alia nonnulla.

Causa XXXV. Quest. VI. can. 5. 50) N.: *deest: ABEG Reg. Ivo Pan.* 51) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (vel); — *Reg. Burch. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 52) *add.:* computare: *Reg.* 53) antecessoribus (prop.: *deest*): *ib.* 54) *Codd et Edd. coll. o.* 55) *ABCDFG;* aut . . . amor.: *deest: H* 56) *Codd. et Edd. coll. o. Corr. Burch.;* — *deest: Reg.;* prenunciant premium: *Polyc. Ivo Pan.* 57) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Polyc.* 58) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 59) te: *deest: Burch.* 60) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 6. 61) *cf. ad c.* 5.; — *Reg.* II, 233.; *Burch.* VII, 26.; *Ivo Decr.* IX, 62.; *Ivo Pan.* VII, 88.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 17.; *Coll. duod. P.* X, 97.; *Polyc.* VI, 4, 67. (*can. cont.*) 62) istud: *Reg. Burch. Polyc.* 63) iuramentum: *EGH* 64) *ABDEFGH Ivo Decr. Pan.* 65) *ABC Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 66) N.: *deest: ABG* 67) observes: *A;* observaveris: *Burch.* 68) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 7. 69) *cf. ad c.* 5.; — *Jaffé no.* CXI. — *Reg.* II, 2.; *Burch.* I, 91—93.; *Ans.* VI, 152. (157.); *Coll. duod. P.* IX, 215. 70) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 71) *add.:* aut minus: *Reg.* 72) medio: *Reg.* 73) *Codd. et Edd. coll. o.* 74) *ib. Ans.* 75) ut am.: *Edd. coll. o.* 76) ante: *EGH* 77) totam: *Edd. Bas. Lugd.* I. 78) eius: *Ans.* 79) evenit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 80) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 81) *ABCDFH Ans.* 82) premium: *Reg. Burch.* 83) nullatenus: *Burch.* 84) celare debeas: *Reg.* 85) episcopo: *A Edd. coll. o. Burch.;* archiepiscopo de Treveris: *Reg.* 86) misso: *A Edd. coll. o. Reg. Burch.* 87) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* — *Ans.* 88) *Codd. coll. o. Reg. Burch. Ans.* 89) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.;* — *Reg. Burch. Ans.* 90) ex te ita: *deest: Reg.* 91) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ans.* 92) *Codd. coll. o.* 93) *ABEFG* || can. 8. 94) *fragm. scr. c. a.* 1142. — *ap. Mansi* XXI, 416.; *ap. Jaffé omissum est.* 95) *rubr.: deest: AB* 96) *ABCDFH;* — precio . . . dicant: *AB* || can. 9. 97) *Auctor est ipse Reg.* II, 234.; — *Burch.* VII, 27.; *Ivo Decr.* IX, 63.; *Ivo Pan.* VII, 89.; *Coll. tr. P.* III, 16, (17,) 18.; *Coll. duod. P.* X, 101.; *Polyc.* VI, 4, 68. 98) *Codd. et Edd. coll. o.* 99) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.;* — consang. nomine illi: *Reg.* 100) *add.:* tuam: *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 101) usque in hunc diem tua uxor fuit: *Reg.* 102) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Polyc.;* vel fornicatione: *Reg.* 103) aut: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. *Coll. tr. P.;* et bib.: *deest: Ivo Pan.* 104) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 105) in una: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 106) aliquo: *Collatt. citt. o.* 107) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Polyc.* 108) idon.: *deest: Reg.* 109) *ABCDFH Polyc.;* acceptam: *G* 110) quae: *Ivo Pan.* 111) aut ab: *Burch.* 112) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 10. 113) *AB;* Mostoroico: *CD;* Mostorico: *D;* Mostreolo: *EGH;* Monstreolo: *Ed. Bas.;* Monsterolo: *Ed. Arg.;* Monstrolico: *Edd. rell. Ivo Pan.;* Monasteriolo: *Ivo Decr.; fragm. scr. inter. a.* 1061. *et* 1073. — *Jaffé no.* 3488. — *Ivo Decr.* IX, 32.; *Ivo Pan.* VII, 83. 114) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Pan.* 115) consilium: *EGH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 116) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (iuste); — *Turrecrem. Ivo Pan.* || can. 11. 117) *Auctor ipse Regino est* II, 241.; — *Burch.* IX, 81.; *Ivo Decr.* VIII, 217.; *Ivo Pan.* VII, 41.; *Coll. duod. P.* X, 98.; *Polyc.* VI, 4, 72. 118) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 119) nomine illo: *Burch.;* nomine N.: *Ivo Decr.;* N.: *deest: Reg.* 120) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Polyc.* 121) et in: *Ivo Pan.* 122) illam: *ib.* 123) accipias: *ib.* 124) *Codd. et Edd. coll. o. Reg. Burch. Ivo Pan. Polyc.* 125) *Deut. c.* 19. *v.* 15.; — dixit: *EGH* 126) *hab. ao.* 546. *sed neque in Ed. Bruns, neque in Hisp. exstat. Burch.* VII, 17.; *Ivo Decr.* IX, 52.; *Ivo Pan.* VII, 84.

„Omnis controuersia, que de ecclesiasticis rebus fit, secundum diuinam legem sub duobus uel tribus testibus terminetur, Domino dicente[127]*: „Non unus stet contra alium*[128]**, sed in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum;“ item cum alibi dicatur: „Nullius personae** quantumlibet exercitatae testimonio aliquid credatur:“ euidentissime apparet, unius assertione coniugia non esse dirimenda.*

QUESTIO VII.

GRATIANUS.

Quod autem queritur, si illi, qui de incestuosis nascuntur, filii reputentur, Augustinus in lib. questionum super Leuiticum cap. 77. determinat, ita dicens[1a]*:*

C. UN. *Non appellantur filii, qui de incestuosis nascuntur.*

Quid est[2]: „Quicumque dormierit cum cognata sua[3]*, sine filiis morietur,“[4] cum filii ex huiusmodi coniunctionibus et ante nati sint[5], hodieque[6] nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, ut quicumque ex eis nati fuerint non deputentur filii, et[7b] nullo parentibus iure succedant?

QUESTIO VIII.

GRATIANUS.

De his uero, qui ignoranter coniuncti sunt, in quo gradu consanguinitatis uel affinitatis ex dispensatione ecclesiae relinquantur, Gregorius in Registro diffiniuit, dicens[1a]**:*

C. I. *Non separentur qui infra septimam generationem ignoranter copulantur.*

De gradibus uero[2] cognationum, qui infra septimam generationem in matrimonio sunt inuenti, si nescienter[3b] fecerunt[4c], et[5d] multa curricula annorum sunt[6e] reuoluta, ita ut filios habeant, in sexto qui inuenti sunt, aut fortasse in quinto, huiusmodi non separentur, donec nos permittente Domino ore[7] ad os loquamur. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum inperium. Qui uero de his duobus gradibus nouas contraxisse nuptias uidentur, idem[8f] infra anni coronam, modis omnibus separentur. De cetero uero generalia per omnem prouinciam taliter percurrens[9g] statuta firmentur, ut nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare, et qui fecerint sine retractionis[10] misericordia acrius[11h] puniti ultionibus separentur. Hi uero, qui propinquas sanguinis uxoris suae in matrimonio sibi sociauerunt, sicut iamdudum uobis scripsimus, qui in eodem gradu inuenti sunt, separentur, aut suspendatur eorum causa, usque dum nos insimul Domino auxiliante conueniamus. *Idem*[12]: §. 1. De his, qui** mortua[13i] uxore secundas contrahere nuptias uolunt[14k], iuste et honeste et rationabiliter prospeximus, ab earum[15] consanguineis usque ad quartum gradum genealogiae abstineri[16l]. Hec[17m] nos secundum indulgentiam sanctae matris ecclesiae mitius prelibauimus. Ceterum iuxta legum secularium*** censuram dignis cohercionibus[18n] grauibusque disciplinae inuectionibus[19o] hec omnia mala et illicita modis omnibus refutanda[20p] sunt, ut[21q] futuro deinceps tempore cuncta quiescant.

C. II. *In quarto uel*[22a] *quinto gradu qui coniuncti inuenti fuerint separentur.*

Idem Felici, Messanae ciuitatis Episcopo[23]**.*

Hec salubriter precauenda[24] sancimus, ne quis fidelium[25] propinquam[26] sanguinis sui, usquequo affinitatis liniamenta generis successione cognoscuntur[27], in[28b] matrimonio sibi desideret[29] copulari[30c] sed[31], sicut** a maioribus nostris diffinitum est, ita modis omnibus obseruetur, quoniam usque ad septenarium numerum parentelae nulli[32] umquam copulam contrahere licentiam damus, his uidelicet, qui ex patre et matre consanguinitatis descendunt parentela. Qui autem[33] et que[34] in quarto uel[35d] quinto gradu coniuncti inuenti[36] fuerint, separentur, quoniam[37] scriptum est[38]: „Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat[39e], ut reuelet turpitudinem eius;“ et[40] iterum[41]: „Anima, que fecerit quippiam ex istis[42], peribit de medio populi sui.“ Sane[43] quibus† coniunctio interdicitur illicita, habebunt ineundi coniugii melioris libertatem.

Nisi in eodem†† crimine usque ad mortem alterius eorum contumaciter perseuerauerint.

Unde in Concilio Aurelianensi[44]**:*

C. III. *Non ducat*[45a] *uxorem qui usque ad mortem alterius in*[46] *incestu perseuerauerit.*

Incestuosi[47], dum in ipso detestando atque nefando scelere manent, non inter fideles Christianos, sed inter

EDITIO ROMANA.

Causa XXXV. Quest. VII. C. UN. a) cap. seu qu. 76. b) id est — Quest. VIII. c. 1. a) Regesto definit b) nescientes c) fecerint d) etiam e) sint f) id g) percurrentia h) acrioribus i) post mortuas uxores k) voluerint l) abstinere m) Hoc n) coërcitionibus o) inventionibus p) reseranda q) ut in — c. 2. a) et b) in: *deest* c) copulare d) vel in e) accedet — c. 3. a) ducant uxores

NOTATIONES CORRECTORUM.

* C. XI. * Contra alium: In Deuteronomio haec adduntur: *quicquid illud peccati et facinoris fuerit.* In evangelio autem sunt tantummodo sequentia: *ut in ore duorum etc.*

** Nullius personae: In codice Theodosiano l. 11. tit. 14. leguntur haec verba: *et nunc manifeste sancimus, ne unius omnino testis responsio audiatur, etiamsi praeclaro curiae honore praefulgeat,* quorum similia recitantur ab Ivone p. 16. c. 204. Et Gratianus supr. 6. qu. 2. in princ. hanc eandem fere sententiam attulit.

Quest. VII. C. UN. * Quicunque dormierit cum cognata sua: Haec verba non sunt hic apud B. Augustinum, sed initio ipsius quaest. 76.

Quest. VIII. C. I. * In Polycarpo citatur ex Gregorio in Decretis.

** De his, qui: In Polycarpo haec verba sunt ex eod. Gregorio, sed habentur coniuncte cum c. *De affinitate,* supr. qu. 2. et 3., et proxime antecedunt huic cap. *De gradibus.*

*** Iuxta saecularium: De poena incestorum est in novella 12. Iustiniani, et in Capitul. l. 7. c. 432. et 435., et in adiectis c. 124. et 127.

C. II. * Integrum cap. *Haec salubriter,* ut est apud Gratianum, etiam ab Anselmo citatur ex Gregorio. In Polycarpo autem sequitur post c. *Pyctacium,* supr. 30. qu. 3. attributum Zachariae. In conc. Tolet. II. c. 5., quod referunt Burchardus et Ivo, habentur cetera huius c. verba, praeter ea, quae indicabuntur.

** Sed, sicut: Haec usque ad vers. *Separentur,* absunt a concilio [Ans. ded.], Burchardo et Ivone.

† Sane quibus: Haec in conc. impresso non habentur, quamvis apud Burchardum et Ivonem ponantur coniuncte cum superioribus. Leguntur autem in Agathensi, et Epaunensi, Turonico 2., et in Capitularibus adiectis, sed aliqua cum varietate, ut est notatum supra ead. qu. 2. et 3. *De incestis.*

†† Nisi in eodem: Haec nusquam sunt inventa, et visa sunt Gratiani, quod indicat ille loquendi modus: *Unde in Aurelianensi Concilio.*

C. III. * Hoc Burchardus etiam et Anselmus citant ex Aurelianensi, et aliquid ad hanc rem faciens habetur in Aurelianensi 3. c. 10., sicut etiam in Agathensi c. 61., ex quo videtur citare Ivo. Sed longe magis cum hoc capite concordat c. 4. conc. Ilerdensis, relatum supra ead. quaest. 2. et 3. *De his, qui incesti.* Eadem autem plane verba leguntur l. 7. Capit. c. 433., et in adiectis c. 125., exceptis tamen iis, quae indicabuntur.

Causa XXXV. Quest. VI. can. 11. 127) *Deut. c. 19. v. 15. — Matth. c. 18. v. 16.* 128) aliquem: *Vulg.*

Causa XXXV. Quest. VII. can. un. 1) *Codd. coll. o. pr. H* (qu. 84.); — *imo qu. 76.* 2) *add.:* quod: *C;* quod dicitur: *A;* — *Levit. c. 20. v. 21.* 3) sua: *deest: EH* 4) morientur: *orig.* 5) sunt: *BCDF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 6) et hodie: *B;* et hodieque: *orig.* 7) *Codd. et Edd. coll. o.*

Causa XXXV. Quest. VIII. can. 1. 1) *Codd. coll. o. pr. ABD* (diffinit); — *Caput incertum et a Gregorii M. temporibus plane alienum;* — *Polyc.* VI, 4, 57. 56. 2) vero: *deest: AEGH* 3) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 4) *ABCDF Polyc.* 5) *Codd. et Edd. coll. o.;* etiam: *Polyc.* 6) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 7) os ad hos (?): *Polyc.* 8) *A Polyc.* 9) *ABCDF Polyc.* 10) retractationis: *ABCD* 11) *BCDF Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III.; acribus: *A;* acris (?): *Polyc.* 12) Item: *EGH* 13) *Codd. et Edd. coll. o.* 14) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Polyc.* 15) eorum: *AC* 16) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 17) *ABCDF Edd. Arg. Bas. Polyc.* 18) *Codd. coll. o.* 19) *Codd. coll. o. pr. G;* — *Edd. Arg. Bas. Nor. Ven.* I. *Corr.* 20) *Codd. et Edd. coll. o.* 21) *ABDF;* ut furor domini conquiescat: *Polyc.* || can. 2. 22) *Codd. coll. o.* 23) Messinae: *BFH;* — *non exstat apud Gregorium, est tamen ex parte in c. 5. Conc. Tolet. II. hab. ao. 527. ap. Bruns I, 209. ex quo a quibusdam Collect. (Burch. Ivo Decr.) refertur;* — *Ans. ded.* VII, 39.; *Reg.* II, 185.; *Burch.* VII, 6.; *Ans.* X, 39. (40.); *Ivo Decr.* IX, 42.; *Coll. tr. P.* I, 55, 112.; *Polyc.* VI, 4, 30.; *Caes.* X, 81. 24) Nam et haec: *orig. Hisp. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo Decr. Polyc.;* — *deest: Reg.* 25) cavenda: *Coll. tr. P.* 26) ad prop.: *A Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 27) cognoscit: *orig. Hisp. Reg. Burch. Ivo Decr.;* cognoscet: *Ans. ded.* 28) *AC orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Ivo Decr.* 29) debet: *EH* 30) *ABCDF Ed. Bas. orig. Hisp. Ans. ded. Reg. Burch. Ans. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 31) sed . . . separent.: *deest: Reg. Burch. Ivo Decr.* 32) illi nunquam: *Coll. tr. P.* 33) etiam: *GH Edd. coll. o. pr. Bas.* 34) et que: *deest: A;* que: *deest: Polyc.* 35) *BCDF Ans.;* vel quint.: *deest: Coll. tr. P.* 36) inv.: *deest: Ed. Bas. Polyc.* 37) quia: *Ans. ded.* 38) *Levit. c. 18. v. 6.* 39) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Collatt. citt. o.* 40) et: *deest: Ans.;* nec sine denuntiatione sententiae: *orig. Hisp.* 41) quam paullo post infert et dicit: *ib. Ans. dedic.;* — *Levit. ib. v. 19.* 42) de abominationibus istis: *orig. Hisp. Ans. ded.* 43) *seqq. desunt et alia exstant: Ans. ded.* || can. 3. 44) *imo Ben. Levita* III, 433.; — *Burch.* VII, 5.; *Ans.* XI, 89.; *Ivo Decr.* IX, 41. 45) *Codd. coll. o.* 46) in: *deest: EH* 47) incesti: *orig.*

cathecuminos[48] aut[49] gentiles habeantur, id est, cum Christianis non sumant cibum neque[50] potum[51], sed soli faciant hoc; non osculentur, nec[52] salutentur ab eis. Sed[53b] si suis sacerdotibus inobedientes extiterint, et a tam nefando[54] scelere[55c] segregari[56d], atque ad publicam penitenciam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur inmundo, uel etiam inter eos, de quibus per[57] se ueritas ait[58]: „Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.“ Et si alter eorum** morte preuentus fuerit, alter, quamdiu uiuit[59], grauiter peniteat, et sine spe coniugii maneat.

Gratian. *Hac auctoritate qui in quarto uel in[60] quinto gradu consanguinitatis coniuncti inuenti fuerint ab ecclesia separari iubentur.*

QUESTIO IX.

GRATIANUS.

I. Pars. *Unde queritur, si ecclesia fraude testium aut ignorantia eorum decepta aliquos separauerit, qui post separationem alia coniugia contraxerint, si[1] postea deprehensa fuerit calliditas uel falsa opinio testium, an priora coniugia sint redintegranda? Quod fieri non posse argumentis et auctoritate probatur. Sentencia namque, nisi per appellationem infra[2a] terminum lege constitutum releuata fuerit, irreuocabile robur obtinebit. Hinc etiam B. Gregorius scribit, dicens[3]*:*

C. I. *Que rationabiliter decisa sunt mutari non expedit.*

Omnibus[4] modis ecclesiasticae disciplinae uel moderationi conueniens est, ut que rationabiliter ordinata fuerint uel decisa nulla in posterum debeant refragatione turbari.

C. II. *Que utiliter decisa sunt a successoribus roborentur, a temerariis presumpta resecentur.*

Item Stephanus V. Paulo, Episcopo Placentino[5a]*.

Loci nostri consideratio nos ammonet rationis auctoritate, que a decessoribus[6b] nostris utiliter decisa fuerint roborare, et que a temerariis presumpta fuerint in promptu nichilominus ulcisci. Reum quippe ante conspectum diuini iudicis se nouerit esse qui nititur utiliter finita rescindere, ac roborata quolibet ausu uiolare. Ecclesiastici[7] quippe uigoris ordo confunditur, si aut temere illicita presumantur, aut non concessa inpune temptentur. Proinde si negligenter ea, que male usurpantur, omittimus, excessus uiam proculdubio aliis aperimus.

Gratian. *Quia ergo hec sentencia rationabiliter data est, nec per appellationem infra[8c] certum terminum releuata, apparet, quod nequaquam priora coniugia sunt redintegranda. His ita respondetur: Aliud est sentenciam rescindere et rationabiliter decisa turbare, atque aliud que per surreptionem eueniunt[9d] deprehensa corrigere; suum namque errorem cuique corrigere licet, atque ideo que a quolibet illicite conmittuntur, siue a decessoribus[10e] admissa inueniuntur, in melius reuocari oportet. Porro illicite uxor a uiro suo separata est, et illo uiuente alii copulata, cum Dominus solius fornicationis causa uxorem a uiro suo[11] separari iubeat. Sicut ergo, si aliqua, cuius uir putaretur defunctus, alicui copularetur, et qualibet occasione interueniente ab eius consortio discederet, quamuis iudicio ecclesiae cogatur redire ad eum, quem reliquerat, tamen, si[12] post triennium uirum, qui mortuus putabatur, redire contigerit, priora coniugia redintegrabuntur: sic, cum deprehenduntur non fuisse consanguinei qui causa consanguinitatis ab inuicem separati sunt, prioris consortii federa sunt reparanda.*

II. Pars. §. 1. *Quod autem que illicite admittuntur, uel admissa inueniuntur, corrigenda sint, uel quod sentencia etiam Romanae sedis in melius conmutari ualeat, auctoritate Hilarii Papae, et Nykolai monstratur.*

Ait namque Hilarius Episcopus Urbis Romae Sinodo presidens, [c. 4.][13a]:

C. III. *Corrigendum est quod illicite admittitur, aut a predecessoribus admissum inuenitur.*

Quod[14] quis conmisit[15] illicite, aut a predecessoribus[16] suis inuenit[17] admissum, si proprium periculum uult uitare, dampnabit. Nos[18] enim in nullo uolumus seueritatem exercere ultionis; sed qui in causis Dei uel[19] contumacia, uel aliquo exessu deliquerit[20], aut ipse qui[21b] perperam facit[22c] abolere noluerit, in se quicquid[23] in alio[24] non resecauerit[25] inueniet[26]. Quod ut deinceps tenacius possit custodiri, si placet, omnes[27d] sentencias, et[28e] subscriptiones proprias[29f] commodate, ut sinodali iudicio aditus claudatur illicitus[30g].

C. IV. *Secundum suae condicionis[31] tenorem apostolica[32] ualet mutari sentencia.*

Item Gregorius[33]*.

Apostolicae[34] sedis sentencia tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta pacientiae maturitate[35a] decoquitur, tantaque[36] deliberationis grauitate profertur, ut[37], nec[38b] inmutari necessarium ducat, nisi forte[39] sic prolata sit, ut retractari[40] possit, uel inmutanda[41] secundum[42] tenorem premissae condicionis existat.

C. V. *A predecessoribus dampnatos aliorum supplicationibus in pristinum statum apostolica reformat ecclesia.*

Item Innocentius, [epist. XXII. ad Episcopos Macedoniae[43a].

Veniam nunc ad Maximum*, quasi ad quoddam thema

EDITIO ROMANA.

Causa XXXV. Quest. VIII. c. 3. b) Et c) scelere se d) segregare — Quest. IX. a) intra — c. 2. a) Steph. Papa b) praedecessoribus c) intra d) obveniunt e) praedecessoribus — c. 3. a) Romanae b) quod c) fecit d) omn.: *deest* e) causas et f) proprias omnes g) illicitis — c. 4. a) temeritate b) ut retractatione non egeat nec — c. 5. a) Innoc. Papa

NOTATIONES CORRECTORUM.

** Et si alter eorum: Haec non sunt in Capitularib. indicatis, sed horum loco habentur ista: *Nam cum fidelibus non debent orare, neque in ecclesiam intrare, sed ad ianuam ecclesiae excubare, et intrantibus in eam, et* [*atque:* Ed. coll.] *exeuntibus ex ea, vultu in terram* [*terra:* ib.] *prostrato veniam postulare, et* [*et ut:* ib.] *pro se orare non dedignentur flagitare, et lacrimis profusis* [*perfusi:* ib.], *vultu contrito atque humiliato spiritu semper omnibus apparere, usque at satisfactionem ecclesiae, et proprii episcopi canonicam reconciliationem manere, et ad pristinum incestum nunquam redire, nec saecularia negotia exercere, nec placitis, aut accusationibus, et testimoniis interesse, sed crebris sacerdotum precibus manusque pontificis proprii impositionibus, et eleemosynarum largitionibus, atque ceterorum bonorum hominum exhibitionibus* [add.: *cor.:* ib.] *expurgari sanarique oportet.*

Quest. IX. C. 1. * In vulgatis Gratiani cod. tribuebatur B. Augustino. Restitutum est B. Greg. ex aliquot vetustis exemplarib. et Anselmo. Ac supra 25. qu. 2. c. *Ecclesiasticae*, hoc idem cit. ex Gregorio, apud quem legitur eisdem paene verbis l. 7. ind. 2. ep. 60.

C. II. * Sententia huius capitis, et multa etiam verba sumta sunt ex B. Gregorio, lib. 7. indict. 1. ep. 13. et 28.

C. IV. * Apud Anselm. et Polyc. citatur ex epistola Nicolai I. Papae ad Regem Carolum. Exstat in codice saepe memorato monasterii Dominicanorum in epistola Nicolai, quae inscribitur ad Ludovicum regem, et in altera eiusdem ad episcopos omnes in regno Ludovici, quae incipit: *Gaudemus.*

C. V. * Maximum: Germana lectio est: *Veniam nunc ad maximum quasi quoddam thema Photinum.* Sed ob glossam nihil est mutatum.

Causa XXXV. Quest. VIII. can. 3. 48) atque: *ABDF* 49) *add.:* vel energuminos: *orig.* 50) non: *H orig.* 51) *add.:* non in eodem vasculo edant aut bibant: *orig.* 52) aut: *orig. Burch. Ivo Decr.* 53) *A orig. Burch. Ans. Ivo* 54) nefario: *GH;* nefandissimo: *H* 55) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ans.* 56) *ib. pr. Ans.* 57) ipsa: *orig.* 58) *Matth. c.* 16. *v.* 17. 59) vivat: *Burch. Ivo* 60) in: *deest: CEH*

Causa XXXV. Questio IX. 1) et si: *ABEG* 2) *ABCDF* || can. 1. 3) Augustinus: *EGH; — cf. c.* 12. *C.* XXV. *qu.* 2. 4) omnimodis: *ABDF* || can. 2. 5) *ABCDF; — fragm. Steph.* VI. (886—89.); — *Jaffé no.* 2644. — *Coll. tr. P.* I, 64, 1.; — *cf. Gregor. M. ep.* VIII, 11. *Ed. Maur. ad Candidum; et* VIII, 27. *ad Ioan. Syracus.* 6) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 7) Et eccles.: *EH* 8) *Codd. coll. o.* 9) *ib.* 10) *ib.* 11) suo: *deest: AC* 12) *cf. supra c.* 1. *C.* XXXIV. *qu.* 1. *et* 2. || can. 3. 13) *Codd. coll. o.; — hab. ao.* 465. *ap. Thiel p.* 161. — *Jaffé ante no.* 335. — *Deusded.* III, 36.; *Ans.* VI, 157. (154.); *Coll. tr. P.* I, 44. *unic.; Polyc.* IV, 20, (21.) *c. unic.* 14) si: *Ans.;* illud quod quisque: *Deusd.;* sed et quod quisquis talium consecrator extiterit factum suum ipse dissoluet et quod: *orig.* 15) *add.:* aliquid: *Ans.* 16) decessor: *orig. Polyc. Coll. tr. P. Deusded.,* ubi suis: *deest* 17) invenitur: *CDEFH;* invenerit: *BG* 18) Nos...in se: *deest: Deusd.* 19) olim vel: *A; —* vel: *deest: orig.* 20) delictum: *Ans.* 21) *Codd. oll. co. pr. D.;* quae: *Edd. coll. o.* 22) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ans. Polyc.* 23) ipse quicquid: *Deusd. Coll. tr. P.* 24) alium: *orig. Polyc.* 25) resecavit: *A Ans. Polyc.;* secaverit: *CD* 26) *finis canonis: Deusd. Ans.* 27) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.;* ut omnes: *Polyc.* 28) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P. Polyc.* 29) *ib. Edd. coll. o.* 30) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.; deest: Polyc.* || can. 4. 31) *rubr. deest: A, ubi legit.:* de eodem; consuetudinis: *EGH* 32) apostolicus . . . mutare sententiam: *BEGH* 33) *imo Nicolaus* I. *ep. scr. ao.* 867. *ad Epp. in regno Ludovici ap. Mansi* XV, 339. — *Jaffé no.* 2185. — *Deusd.* I, 133. (*sine inscr.*); — *Ans.* II, 69.; *Polyc.* V, 6, (7,) 2. (Nicol.) 34) nam ap.: *Collatt. citt.* 35) *ABCDF orig. Collatt. citt.* 36) *add.:* postmodum: *orig.* 37) ut: *deest: Polyc.* 38) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.* 39) si forte: *Polyc.* 40) retentari: *Deusd.* 41) inmutari: *H Edd. coll. o. pr. Bas.* 42) sed sec.: *H;* si sec.: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 5. 43) *scr. ao.* 414. *no.* 14. — *Jaffé no.* 100. — *Ans. ded.* I, 71. (*can. cont.*); *Polyc.* V, 6, (7,) 1.

Fotinum[44b], et (quod michi anxium est ac difficillimum) maiorum meorum reuoluam sentencias. Fuerat[45] de illo quoquo pacto (ut etiam ipsi conmeministis)[46] aliquid utique grauius constitutum. Verum, quoniam[47] id per[48] rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic sedi et elicitum per insidias demonstratur[49c], quia res ad salutem rediit, ueniam[50] hinc[51d] tantum uobis annitentibus post condempnationem more[52] apostolico subrogamus, tantisque uestris assertionibus, uobisque[53] tam bonis, tam karis non dare consensum, omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro uestra ergo approbatione (fratres karissimi), et sentencia, ac postulatione, episcopum Fotinum habetote, (licitum est[54e], constituere ita, ut deprecamini), et nostram in melius conuersam sententiam, labore uel testimonio uestro[55] conpotem[56], uobis[57]** suscipite. Eustasium[58f] uero a me sepissime conprobatum nolite expectare, ut diaconii[59g] gratia[60h] expolietur. Sollicitos enim uos pro salute libenter audio: contra[61i], etiam si faciendum est[62k], non libenter admitto. Cui manum porrigitis uobiscum porrigo, cui porrigo mecum porrigite.

C. VI. *Sentenciam Romanae sedis in melius conmutari potest*[63a].

Item Nykolaus Papa [ad Michaelem Imp. in epist. VII.][64]

Sentenciam[65] Romanae sedis non negamus posse in melius conmutari, cum aut[66b] surreptum fuerit aliquid, aut ipsa pro consideratione etatum, et[67c] temporum, seu grauium necessitatum dispensatorie[68] quiddam[69] ordinare decreuit[70d], (quoniam et egregium apostolum Paulum quedam fecisse dispensatorie legimus, que postea reprobasse legitur)[71e]; quod[72f] tamen obseruandum est quando illa, Romana uidelicet[73] ecclesia, disertissima[74g] consideratione hoc fieri delegerit, non quando ipsa que bene[75] sunt diffinita retractare[76] uoluerit*.

C. VII. (VIII.)[77a] *A predecessoribus depositi a successoribus restituuntur*[78].

Item ex Libro Pontificali[79]*.

Gregorius quartus Theodosium, quem Eugenius antecessor eius presbiterii honore priuauerat, ecclesiae Segninae[80b] consecrauit episcopum. Leontius, dum esset presbiter, depositus fuit; et[81c] postea in Antiochia patriarcha fuit. Misenum episcopum a Felice Papa dampnatum Gelasius successor illius[82d] et communioni reddidit, et ecclesiae suae restituit.

C. VIII. (VII.) *Cuiusque iudicium apostolicae sedis auctoritas retractare ualet.*

Item Innocentius Episcopis per Macedoniam constitutis, [epist. VII.][83a]

XVIII. Pars. Liquido apparet, quando primo[752] acceperunt discipuli corpus et sanguinem Domini, non eos[753] accepisse ieiunos. Numquid tamen propterea[754] calumpniandum est uniuersae ecclesiae, quod a ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honore[755 a] tanti sacramenti prius in os Christiani dominicum corpus intraret[756], quam exteri[757 b] cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim, quia post cibos Dominus dedit, propterea pransi aut cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent[758], aut, sicut faciebant quos Apostolus arguit[759] et emendat, mensis suis ista miscere. Namque[760] Saluator, quo[761] uehementius commendaret misterii illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere[762] cordibus et memoriae discipulorum, a quibus ad passionem disgressurus[763] erat, et ideo non precepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut[764] post cibos alios semper acciperetur[765], credo, quod eum morem nemo mutasset[766]. Cum uero[767] ait Apostolus, de hoc sacramento loquens[768]: „Propter quod, fratres, cum conuenitis[769] ad manducandum, inuicem expectate, si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis," statim subtexuit*: „cetera autem, cum uenero, ordinabo." Ubi[770 c] intelligi[771] datur, quia multum erat, ut in[772] epistola totum illis[773 d] agendi ordinem insinuaret, quod[774 e] uniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla horarum[775 f] diuersitate uariatur.

C. LV. *Ante consecrationem est panis, sed uerbis Christi in eius corpus conuertitur*[776 a].

Item Ambrosius in lib. [IV.] *de sacramentis*, [c. 4.][777]

XIX. Pars. Panis est in altari usitatus ante uerba sacramentorum; ubi accessit[778] consecratio, de pane fit caro Christi[779 b]. Quomodo autem[780 c] potest qui[781] panis est[782] corpus esse Christi[783 d]? Consecratio autem quibus uerbis, et[784] cuius[785] sermonibus est? Domini Iesu. Nam[786 e] reliqua omnia, que[787] dicuntur, laus Deo defertur[788], oratione[789] petitur pro propulo, pro regibus, pro ceteris. Ubi[790 f] autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos[791], sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit[792] sacramentum. Quis sermo[793] Christi[794 g]? hic[795 h], quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, et

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 51. d) moritur e) record. quasi f) pendentem g) Dominum, non tamen irridentes, sed credentes — c. 52. a) suor.: *deest* b) et: *deest* c) et — c. 53. a) quidem sed b) et semper* c) Proinde unum d) dicet.: *deest* e) ubique est f) Ipsam vero — c. 54. a) honorem b) ceteri c) Unde d) illum e) quem f) orarum — c. 55. a) mutatur b) Christi. Hoc igitur adstruamus c) aut.: *deest* d) Christi? Consecratione. e) Nam per f) Ubi venitur ut conficiatur venerabile sacram. g) Christi? nempe h) is

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LII. * Et hoc Ivo ex Lanfranco citat, verba B. Augustini et referente et exponente, quod facit etiam Algerus l. 1. c. 16. et 18. Verba autem B. Augustini in epistola ad Bonifacium, quam Algerus etiam citat, sunt haec: *Nonne semel immolatus est Christus in se ipso? et tamen in sacramento non solum per omnes Paschae solennitates, sed omni die populis immolatur.*

** Congruebat: Apud Lanfrancum haec sequuntur, quae respondent alteri membro propositionis B. Augustini: *In sacramento tamen, quod in huius rei memoriam frequentat ecclesia, caro Domini quotidie immolatur, dividitur, comeditur, et sanguis eius de calice fidelium ore potatur.*

C. LIII. * Et semper: Apud B. Ambrosium et B. Ioannem Chrysostomum haec adduntur: *offerimus, nec nunc quidem alium agnum, cras alium, sed semper eundem ipsum;* quae graece in optimo exemplari manuscripto (nam in Veronensi desiderantur) sic habent: *οὐ νῦν μὲν ἕτερον πρόβατον, αὔριον δὲ ἕτερον, ἀλλ᾽ ἀεὶ τὸ αὐτό.*

** Sicut enim: In excusis B. Ambrosii nomine commentariis legitur: *sicut enim qui ubique offert.* Sed non est visa mutanda Algeri [l. c. I, 15.], Ivonis, et Gratiani lectio. Graece est: *ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμα ἐστι.* Nonnulla vero alia sunt emendata.

C. LIV. * Subtexuit: Sequebatur in vulgatis [Edd. coll. o. pr. Bas.]: *quae ad eiusdem sacramenti ordinem pertinent, scilicet, quomodo ieiuni etc.*, quae et a plerisque manuscriptis, et originali, et ceteris collectoribus absunt.

Dist. II. can. 52. 711) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 712) Non, sed: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 713) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 714) moneri: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 715) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 716) *ib.* || can. 52. 717) *imo Lanfrancus contra Berengar. c.* 15.; *Ivo Decr.* II, 9. (*can.:* si tanta vis; *cont.*)*: Ivo Pan.* I, 143.; *Caes.* XIII, 21.; *Alger. lib. sent. fol.* 216 b. *c.* 36. 718) *haec usque ad voc.* quia *non ipsa sunt Lanfranci verba* 719) in: *deest: Ivo Decr.* 720) distinctionem: *Ivo Pan.* 721) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 722) *Codd. coll. o.* 723) *ib. orig. Ivo Pan.* 724) putavit: *Ivo Pan.* 725) presc.: *deest: Ivo Decr.* || can. 53. 726) cott.: *deest: EGH* 727) it.: *deest: ABCF; — Pseudo Ambros. ad Ebr. c. 10. v. 1.; Ivo Decr.* II, 6. (*can.:* illa igitur; *can. cont.*)*; Ivo Pan.* I, 144.; *Alger. lib. sent. fol.* 216 b. *c.* 37. 728) *add.:* econtrario: *Ivo Decr.* 729) annos: *Ivo Pan.* 730) off.: *deest: BCDF Edd. coll. o. pr. Arg. Ivo Pan.* 731) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 732) *add.:* facientes: *orig.* 733) *add.:* est: *ib.* 734) oblata est in sancta sanctorum (Christ.: *deest*)*: orig.* 735) exemplar: *ib.* 736) sed: *Ivo Pan. Alger.* 737) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.; — Ivo Decr. Pan. Alger.* 738) *ABCDF Ivo Pan. Alger;* — proinde idem: *EGH Edd. coll. o.;* — hoc est: *deest: EGH* 739) *ACDF Edd. coll. o.;* diceret: *H;* diceretur: *EG;* docetur: *B;* hac ratione: *orig.* 740) *Codd. coll. o.* 741) *add.:* unum corpus: *orig.* 742) etiam et: *ib.* 743) enim noster: *ib.* 744) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Pan.* (item ipsam); *— Alger.* 745) et: *orig.* 746) *add.:* est: *Edd. coll. o.; add.:* quiddam: *orig.* 747) hoc autem quod: *ib.* 748) conmemoratione: *AH* 749) est: *BEH;* etiam: *A* 750) ait: *deest: Edd. Arg. Bas.;* — inquit: *orig.; — cf. Luc. c.* 22. *v.* 19. || can. 54. 751) it.: *deest: ABCDF; — Ep.* 54. *no.* 7. *Ed. Maur. scr. ao.* 400.; *— Ivo Decr.* II, 112.; *Ivo Pan.* I, 145.; *Coll. tr. P.* III, 2, 26.; *Alger. lib. sent. fol.* 216 b. *c.* 38. 752) primum: *orig.* 753) eos: *deest: Ivo Pan.* 754) propt.: *deest: ib.* 755) *Codd. et Edd. coll. o.; Ivo Pan. Coll. tr. P. Alger.* 756) intret: *Ivo Pan.* 757) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Corr.* 758) debeant: *Coll. tr. P.* 759) redarguit: *EGH Edd. coll. o. Alger.; — cf.* I. *Cor. c.* 11. *v.* 20. *seqq.* 760) neque: *Coll. tr. P.;* Nam: *Alger.* 761) quod. (conm.: *deest*)*: Ivo Pan.;* ut: *Alger.* 762) *add.:* altius: *orig.* 763) digressus fuerat: *Ivo Pan.;* — ad pass.: *deest: EGH* 764) et: *ABDFGH* 765) reciperetur: *Edd. coll. o.; — add.:* sumeretur vel: *Ivo Pan.* 766) variasset: *orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 767) ergo: *Coll. tr. P.* 768) I. *Cor. c.* 11. *v.* 33. *seq.* 769) conveneritis: *Edd. Bas. Lugdd.;* — veneritis: *Edd. rell.* 770) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 771) intelligitur: *Ivo Pan.* 772) in: *deest: BEGH Edd. coll. o. pr. Bas.; — Ivo Pan.* 773) *ABCDF Edd. coll. o. Corr. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Alger.;* illum: *EG* 774) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — Ivo Pan. Alger.* 775) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Ivo Decr. Pan. Alger.;* — morum: *orig.* || can. 55. 776) *ACDF;* convincitur: *B* 777) no. 14.; *— non est Ambrosii; — Alger. lib. sent. fol.* 214 b. *c.* 5.; *Pet. Lomb. l.* 4. *dist.* 10. 778) accesserit: *orig. Alger.* 779) *ABCD Ed. Bas. Alger.* 780) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 781) qui: *deest: BC;* quidem: *EGH;* quod: *Alger.* 782) esse: *BCD* 783) *Codd. et Edd. coll. o. Alg.* 784) et: *deest: C orig.* 785) quibus: *EGH* 786) *Codd. coll. o. Alger.;* nam et: *orig.* 787) *add.:* in superioribus a sacerdote: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas.; — orig.* 788) offertur: *Ed. Bas.;* refertur: *Edd. Par. Lugdd. Alger.;* — laudes deferuntur: *orig.* 789) oratio: *ib.* 790) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 791) *add.:* utitur: *orig.* 792) conficitur: *EG* 793) *add.:* est: *orig.* 794) *ABCDF Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. *— Alger.* 795) *Codd. et Edd. coll. o. pr. E Ed. Arg. — Alger.*

facta[796i] sunt celum et[797] terra[798] mare[799k]. Vides[800l] ergo, quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo uis tanta est in sermone Domini Iesu, ut inciperet[802m] esse quod[803n] non erat: quanto magis operatorius est, ut sint que erant*, et in aliud conmutentur[804]? Et sic quod erat panis ante consecrationem iam corpus Christi est post consecrationem, quia sermo Christi creaturam mutat, et sic ex pane fit corpus Christi, et uinum cum aqua in calice[805] missum[806] fit sanguis consecratione uerbi celestis. §. 1. Sed forte dicis: Speciem sanguinis non uideo; sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam[807] similitudinem[808o] sanguinis bibis, ut nullus horror cruoris sit, et precium tamen operetur redemptionis. Didicisti[809p], quia accipis corpus Christi. [Et c. 5.]: §. 2. Vis scire, quia uerbis celestibus consecratur? Accipite, que sunt uerba. Dicit[810] sacerdos: „Fac nobis," inquit, „hanc oblationem scriptam[811q], rationabilem, etc."[812r**] Inde[817s]: omnia illa[818t] Euangelistae sunt usque ad[819] „Accipite" siue corpus, siue sanguinem. Inde uerba sunt Christi: Accipite et[820u] bibite ex hoc omnes; hic est enim[821] sanguis meus. Vide[822] singula. Qui pridie, inquit[823], quam pateretur, in sanctis manibus[824v] accepit panem. Ante, quam consecretur[825], panis est: ubi autem uerba Christi accesserint[826], corpus Christi est. Deinde[827w] audi dicentem: Accipite, et edite ex eo[828] omnes; hoc est enim corpus meum. Et ante uerba Christi calix est uini et aquae[829] plenus. Ubi uerba Christi operata fuerint[830], ibi sanguis[831] efficitur, qui plebem redemit. §. 3. Ergo uide[832x], quam[833y] potens est sermo Christi uniuersa conuertere. Deinde ipse[834z] Iesus[835] testificatur[836aa], quod corpus suum, et sanguinem suum accipiamus. De cuius fide et testificatione dubitare non debemus[837bb].

C. LVI. *Non corpus, sed animam*[838a] *fulcit*[839] *panis uitae eternae.*

Item[840b].

Non iste panis est, qui uadit in corpus[841], sed[842c] panis uitae eternae, qui animae nostrae substantiam fulcit. §. 1.[843d] Iste panis cottidianus est; accipe cottidie quod cottidie tibi prosit; sic uiue, ut cottidie merearis accipere.

C. LVII. *Etiam secundum carnem Christus est panis uiuus. Item Augustinus in epistola ad Ireneum*[844].

Christus panis est, de quo qui manducat uiuit in eternum, de quo ipsemet dixit[845a]: „Et panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi uita etc." Determinat, quomodo sit panis, non solum secundum uerbum, quo uiuunt omnia, sed[846b] secundum carnem assumptam pro mundi uita. Humana enim caro, que erat peccato[847c] mortua, carni[848d] mundae unita, incorporata, unum cum illa[849e] effecta, uiuit[850] de spiritu eius, sicut unum[851f] corpus de suo spiritu. Qui uero non est de corpore Christi, non uiuit de spiritu Christi.

C. LVIII. *Quod*[852a] *Christus uisibiliter in sacramento*[853b] *spiritualiter in ueritate manducatur et bibitur.*

Item[854c*].

Qui manducant et bibunt Christum, uitam manducant et bibunt. Illud[855d] manducare est refici; illud bibere est uiuere. Quod in sacramento uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritualiter manducatur et bibitur. Manducatur[856e] Christus: uiuit manducatus, quia surrexit[857f] occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quia[858g] in sacramento sic fit, et norunt fideles, quomodo[859h] manducent carnem Christi; unusquisque accipit partem suam, unde et[860] ipsa gratia partes uocantur. Per partes manducatur et[861i] manet integer totus in corde tuo. Totus erat apud Patrem, quando uenit in Virginem; inpleuit illam, nec recessit ab illo. §. 1.[862k] Quod uidetur[863] panis est et calix, quod etiam oculi renunciant. Quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix[864] sanguis. §. 2.[865l] Ista ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud uidetur[866], et[867m] aliud intelligitur. Quod uidetur speciem habet corporalem; quod intelligitur fructum habet spiritualem. §. 3.[868n] Qui accipit misterium unitatis, et non tenet uinculum pacis, non misterium accipit pro se, sed testimonium contra se.

C. LIX. *Quomodo spiritualiter corpus Christi sit accipiendum. Idem super Iohannem,* [ad c. 6. tract. XXVI. et XXVII.][869a*]

Credere in Iesum Christum, hoc est manducare panem

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 55. i) factum k) coelum, iussit Dominus et facta est terra; iussit Dominus, et facta sunt maria l) iussit Dominus, et omnis creatura generata[801] est. Vides m) inciperent n) quae o) simil. pretiosi p) Didicisti ergo, quia quod accipis corpus est q) adscriptam r) acceptabilem**, quod est figura corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi, qui pridie, quam pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad[813] coelum, ad te, sancte Pater, omnipotens, aeterne Deus, gratias agens benedixit, fregit, fractumque Apostolis suis, et discipulis suis tradidit, dicens: Accipite, et edite ex hoc omnes; hoc enim est corpus meum, quod pro multis confringetur. Similiter et[814] calicem post, quam coenatum est, pridie, quam pateretur, accepit, respexit ad[815] coelum, ad te sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, gratias agens benedixit, Apostolis[816] et discipulis suis tradidit, dicens: Accipite, et bibite ex eo omnes; hic est enim sanguis meus s) Vide t) illa verba u) Accipite, bibite ex eo v) manib. suis w) Denique x) videte y) quantis generibus z) ipse Dominus aa) testific. nobis bb) Numquid debemus de eius fide — c. 56. a) animae substantiam b) Idem Ambrosius lib. V. de sacramentis, c. 4. c) sed ille d) Et paulo post: §. 1. — c. 57. a) dicit b) sed etiam c) peccato obnoxia et ideo d) carni eius e) illo f) vivit — c. 58. a) Quomodo b) sacramentis (in verit.: *deest*) c) Item Augustinus serm. II. de verbis Apostoli* d) Illum ... illum e) Manducetur f) resurrexit g) quidem h) quemadmodum i) et manet integer totus, per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in coelo k) Et infra: §. 1. l) Et infra: §. 2. m) et: *deest* — c. 59. a) Item Augustinus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LV. * Ut sint quae erant: Haec B. Ambrosii verba, quae Berengarius catholicis obiiciebat, accurate explanantur a Guitmundo lib. 3. et ab Algero l. 1. c. 7. Lanfrancus autem non modo ea optime interpretatur, sed etiam addit in quibusdam codicibus sic legi: *Si igitur tanta vis est in sermone Domini Iesu, ut inciperent esse quae non erant, quanto magis operatorius est, ut quae erant in aliud commutentur?*

** Acceptabilem: In codicibus Gratiani erat: *rationabilem etc.* Addita vero sunt omnia usque ad vers. *Vide,* (quod antea erat: *Inde*). Multum enim videntur facere ad ea, quae sequuntur intelligenda.

C. LVIII. * Sententia prioris partis huius capitis est apud B. Augustinum in serm. 2. de verbis Apostoli, et fusius quidem explicata. Cetera autem a vers. *Manducatur Christus,* usque ad finem, sunt apud Bedam, et pars refertur etiam infra c. *Invitat.*

C. LIX. * Caput hoc confectum est ex dictis B. Augustini in tract. 26. et 27. in Ioannem, et in Psal. 42., et ex Prospero, ut suis locis est indicatum.

Dist. II. can. 55. 796) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 797) et: *deest: AEGH Edd. Arg. Bas. Nor. Alger.* 798) *add.:* et: *EGH Edd. coll. o.* 799) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 800) *ABCD Edd. coll. o. pr. Arg.—Alger.* 801) creata: *EH Ed. Arg.* 802) *Codd. et Edd. coll. o.* 803) *ABCDF Edd. coll. o.* 804) permutentur: *EGH* 805) calicem: *Edd. Lugdd.* II. III. 806) mixtum: *CEGH Edd. coll. o. Alger.* 807) enim: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 808) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 809) *ib.* 810) quae dicit: *EGH* 811) *ABCDF Alger.; add.:* ratam: *orig.* 812) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 813) in: *orig.* 814) etiam: *orig.* 815) in: *orig.* 816) *add.:* suis: *ib.* 817) *Codd. coll. o.* 818) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 819) *add.:* id: *Edd. coll. o.* 820) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Alger.* 821) en.: *deest: CE Edd. coll. o. pr. Bas.* 822) et vide: *orig.* 823) inq.: *deest: BEGH* 824) *Codd. et Edd. coll. o.* 825) consecraretur: *BEG Edd. coll. o.* 826) accesserunt: *G Edd. coll. o.* 827) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 828) hoc: *B Edd. coll. o.* 829) aqua: *EH;* vino et aqua: *Ed. Bas.* 830) fuerant: *G;* fuerunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 831) sang. Christi: *orig.* 832) *Codd. coll. o. Alger.* 833) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 834) *ib.* 835) Christus: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 836) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 837) *ib.* ‖ can. 56. 838) *Codd. coll. o. pr. C* 839) intrat: *EG* 840) *Codd. coll. o.; — no. 24. non est Ambrosii; — Ivo Decr.* II, 7. (*can.:* Iudaei audientes) *Alger. l. c.* 841) *finis canonis: Ivo* 842) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 843) *Codd. coll. o. Alger. — ib. no.* 25. ‖ can. 57. 844) *imo tract.* 26. *in c.* 6. *Ioann. no.* 13. *— non sunt verba Augustini; — cf. Gloss. ord. ib.; — Alger. lib. sentent. fol.* 215 b. *c.* 16. 845) *CDEFH Edd. coll. o. Alger.; — cf. Ioan. c.* 6. *v.* 52. 846) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 847) *ib. Alger.* 848) *ib.* 849) *ABCDF* 850) vivunt: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 851) *ABDEFGH Alger.* ‖ can. 58. 852) *ABCDF* 853) *Codd. coll. o.* 854) *ib.; — Sermo* 131. *no.* 1. *Ed. Maur. — Alger. lib. sent. fol.* 215 b. *c.* 22. *— cf. infra c.* 70. 75.; *Beda ad* I. *Cor. c.* 10. 855) *ABCDF Ed. Bas. Alger.* 856) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 857) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Alger.* 858) *BCDF* 859) *Codd. coll. o. Alger.* 860) et: *deest: BEFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 861) *Codd. et Edd. coll. o.* 862) *Codd. coll. o. Alger.* 863) Ergo vidisti: *orig.* 864) et calix: *AB;* et cal. est: *Ed. Arg.* 865) *Codd. coll. o. Alger.* 866) dicitur: *EH;* dicatur: *G* 867) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 868) *Codd. coll. o. Alger. — cf. supra c.* 36. ‖ can. 59. 869) *ACDF; — no.* 1. *Alger. lib. sent. fol.* 215 b. *c.* 25. *— cf. supra c.* 47.

uiuum. Qui credit[870b] manducat. Inuisibiliter[871] saginatur, quia[872c] inuisibiliter renascitur. „Et[873] qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum uitam habet eternam.“ Participatione enim filii (quod est per unitatem corporis eius[874d] et sanguinis) homo manducans uiuit, non sumens tantum in sacramento (quod et mali faciunt), sed usque ad Spiritus participationem, ut in corpore Domini tamquam membrum maneat, et eius Spiritu uegetetur, quod est, dum eius mandata seruat. §. 1. Ad[875] altare Dei inuisibile (quo non accedit iniustus) ille peruenit, qui ad hoc presens iustificatus accedit. Inueniet illic uitam[876e], qui hic discernit causam suam.

C. LX. *Spiritus sanctus inuisibiliter corpus et sanguinem Christi sanctificat.*

Idem in lib. III. de Trinitate, [c. 4.][877]

Corpus* et sanguinem Christi dicimus illud[878], quod ex fructibus terrae acceptum, et prece mistica consecratum, recte[879a] sumimus ad salutem spiritualem in memoriam[880b] dominicae passionis. Quod cum per manus hominis[881c] ad illam uisibilem speciem perducatur[882d], non sanctificatur, ut sit tam magnum[883] sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei, cum hec omnia, que per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.

C. LXI. *Per benedictionem panis efficitur corpus Christi.*

Item[884].

Non omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi.

C. LXII. *Dupliciter corpus Christi intelligitur.*

Item[885a].

Commendauit enim[886b] Christus in hoc[887c] sacramento corpus et sanguinem suum, quod[888] etiam fecit et nos ipsos. Nam et nos ipsius corpus facti sumus.

C. LXIII. *Sacrificium altaris sacramentum est unitatis.*

Item [tractatu XXVI. ad c. 6. Iohannis][889a].

Hoc sacramentum* pietatis est, signum unitatis, uinculum karitatis. Qui uult uiuere[890b], accedat et[891c] credat, incorporetur[892d]. §. 1.[893e] Hunc[894f] cibum et potum societatem uult intelligi corporis et membrorum suorum, quod est ecclesiae[895g] in predestinatis.

C. LXIV. *Spiritualiter magis quam corporaliter corpus Christi debemus accipere.*

Item[896a].

XX. Pars. Panem de altari[897b]* spiritualiter manducare est[898] innocentiam ad altare portare[899c]. Peccata etsi sint[900d] cottidiana, uel[901] non sint mortifera. Ante, quam[902e] accedatis[903f]: „dimittite[906g] debitoribus uestris.“ Si[907] dimittis[908], dimittetur[909] tibi: securus accede, panis est et[910h], non uenenum. Sed[911] uide, si dimittis, ne[912i] mentiaris[913k] Deo, quem non fallis. Mentiri Deo potes: fallere ipsum[914l] non potes.

C. LXV.[915] *Sacramentum, non ueritatem Christi corporis accipit, qui ab eo discordat.*

Item [in libro Sentenciarum, c. 139.][916a]

Qui discordat a Christo, nec[917] manducat eius[918] carnem, nec sanguinem bibit[919], et si[920b] tantae rei sacramentum ad iudicium suae perditionis[921c] cottidie[922d] accipit[923e].

C. LXVI. *Sancta nocent malis, et mala prosunt bonis.*

Item [tractatu VI. et LXII. in Iohannem][924a*].

Et sancta malis possunt obesse; bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Unde Apostolus[925]: „Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit,“ non quia illa res mala est, sed quia malus male accipit quod bonum est. Non enim mala erat buccella, que Iudae data[926b] est a Domino. Salutem[927] medicus dedit; sed quia[928] ille, qui indignus erat[929], accipit, ad perniciem sui[930] accepit. Et mala prosunt bonis, sicut angelus sathanae[931c] Paulo. Per malum enim fit bonum, cum bene accipitur malum.

C. LXVII. *Non prohibeantur*[932a] *mali de mensa Domini manducare.*

Idem[933].

Non prohibeat dispensator manducare pingues terrae[934b] mensam[935c] Domini, sed exactorem moneat timere.

C. LXVIII. *Et qui indigne accedit*[936a] *tamen corpus Christi accipit.*

Idem [in lib. V. de baptismo, c. 8.][937]

Sicut[938] Iudas, cum[939b] buccellam Christus[940c] tradidit, non malum accipiendo, sed male[941] accipiendo locum[942d]

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 59. b) credit in eum c) quia et d) Christi e) vitam suam — c. 60. a) rite b) memoriam pro nobis c) hominum d) perducitur — c. 62. a) Idem b) nobis c) isto — c. 63. a) Idem b) vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat c) et: *deest* d) incorporetur, ut vivificetur e) Et infra: §. 1. f) Hunc itaque g) ecclesia — c. 64. a) Idem ibidem b) coelestem* c) apportare d) sunt e) quam ad altare f) accedatis, attendite, quod[904] dicatis[905]: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos g) dimittimus deb. nostris h) et: *deest* i) dimittis. Nam si non dimittis k) mentiris, et ei mentiris l) Deum — c. 65. a) Idem b) etiamsi c) praesumtionis d) quotidie indifferenter e) accipiat — c. 66. a) Idem b) tradita c) satanae profuit — c. 67. a) prohibentur b) terrae in c) mensa — c. 68. a) accipit (tam.: *deest*) b) cui c) Dominus d) locum in se

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LX. * Corpus: Apud B. Augustinum haec antecedunt: *Nec linguam quippe eius* (de Paulo loquitur), *nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos lingua editos, nec signa literarum conscripta pelliculis corpus Christi et sanguinem dicimus, sed illud tantum, quod ex fructibus terrae etc.*, praestatque omnino locum illum integrum legere.

C. LXIII. * Hoc sacramentum: In originali est: *O sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum caritatis.* Ex quo quidem originali reliqua sunt emendata et aucta.

C. LXIV. * Panem coelestem: In originali legitur [et ap. Ivon.]: *Panem coelestem spiritualiter manducate; innocentiam ad altare apportate,* itemque apud indicatos collectores. Sed habita est ratio eius, qui casum scripsit, et Gratiani lectionem secutus est etiam B. Thomas in catena ad eum Ioannis locum. Reliqua vero sunt emendata et locupletata.

C. LXVI. * Quae multo fusius apud B. Augustinum explicantur tract. 6. et 62. in Ioan. hic in summam quandam sunt collecta.

Dist. II. can. 59. 870) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Alger.* 871) et inv.: *Edd. Bas. Par. Lugd.* I. 872) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Alger.* 873) *Ioan. c.* 6. *v.* 55. 874) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Alger.* 875) *in lib. sent. Prosperi c.* 189. *et Aug. in Psalm.* 42. 876) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* || can. 60. 877) lib. IV.: *ABDF; — no.* 10. *Alger. lib. sent. fol.* 215 b. *c.* 24. 878) illum: *ABDF* 879) *Codd. et Edd. coll. o.* 880) *ib. Alger.* 881) *ABCDF Edd. coll. o.* 882) *Codd. et Edd. coll. o. orig.; —* manducatur: *Alger.* 883) dignum: *ABEFGH Ed. Arg.* || can. 61. 884) *cf. Beda ad* I. *Cor. c.* 10. *v.* 16. — *Alger. l. c. c.* 25.; — *in A rubr. est:* de eodem || can. 62. 885) *ABCDF; — cf. c.* 36. *supra ead. in extremo; — Alger. l. c. c.* 26.; — *in A hoc loco et in duob. capp. seqq. capp, seqq. rubr. est:* de eodem 886) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 887) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 888) qui: *AC Alger.* || can. 63. 889) *Codd. coll. o. pr. A; — ad v.* 16.; — *Alger. l. c. c.* 27. 890) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 891) *Codd. coll. o.* 892) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.;* incorporet: *B Edd. coll. o.* 893) *Codd. coll. o. Alger.* 894) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 895) *BCDFH; Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III.; — *deest: EG* || can. 64. 896) *ABCDF; — tract.* 26. *ad c.* 6. *Iohann. no.* 12. — *Ivo Decr.* II, 4. (*can.:* ecce facio; *cont.*); *Alger. lib. sent. fol.* 215 b. *c.* 28. *id. de sacr.* I, 20. 897) *Codd. coll. o. pr. A* (in alt.); ad altare: *Edd. coll. o.;* altaris: *Alger. sent.* 898) est: *deest: BCDF;* manducate (est: *deest*): *Alger. de sacr. id. lib. sent.* 899) *Codd. et Edd. coll. o.;* portate: *Alger. sent.;* apportate: *id. de sacr.* (*finis canonis*) 900) *ABCDF Edd. coll. o. Alger.* 901) vel: *deest: Ivo* 902) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 903) *ib.* 904) quid: *orig. Ivo* 905) *Matth. c.* 6. *v.* 12. 906) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 907) Si: *deest: orig. Ivo* 908) dimittitis: *AC;* dimittas: *D Ivo* 909) dimittitur: *AD Alger.* 910) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* 911) *inde ab hoc loco verba Ivonis non concordant cum Gratiani* 912) *ACDF Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Alger.; —* non: *BEGH Edd. Arg. Bas.* 913) *Codd. et Edd. coll. o.* 914) *ib.;* illum: *Alger.* || can. 65. 915) de eodem: *A* (*rubr. deest*) 916) *Codd. coll. o.; — qui Prospero tribuitur; — c.* 341. *in Ed. Maur.; Ivo Decr.* II, 8. (*can.:* nonnunquam etiam; *cont.*); *Alger. lib. sent. fol.* 215 b. *c.* 29. *id. de sacr.* I, 21. 917) non: *EGH* 918) Christi: *Ivo* 919) bibat: *C; deest: ABF* 920) *BCDFG;* et sic.: *Ed. Lugd.* I. 921) *BCDF;* damnationis: *A* 922) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 923) *ib.* || can. 66. 924) *Codd. coll. o.; — Alger. lib. sent. fol.* 215 b. *c.* 30. — *cf. Beda ad* I. *Cor. c.* 11. 925) I. *Cor. c.* 11. *v.* 27. 926) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 927) *cf. August. in Ioan. tr.* 62. 928) quia: *deest: AC;* sed quia ille dignus dedit, ille qui indignus erat ad pern.: *D Ed. Bas.* 929) erat: *deest: ACEFGH* 930) pern. sumit: *A;* sui accep.: *deest: BCF Alger.* 931) *Codd. coll. o. Alger.* || can. 67. 932) *BCDEFH; —* malos non prohibendos a communione: *A* 933) *ex Glossa ordin. Psalm.* 22. *v.* 30. 934) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas.* 935) *Codd. coll. o. pr. A* || can. 68. 936) *Codd. coll. o. pr. A* (*rubr.: deest*) 937) *lib.* V. *c.* 8. *no.* 9. *Ed. Maur.* — *Ans.* IX, 11.; *Ivo Decr.* II, 9. (*can.:* si tanta vis; *cont.*); *Caes.* XIII, 22.; *Alger. lib. sent. fol.* 217 b. *c.* 56.; *idem de sacr.* I, 21. 938) sicut enim: *A Ivo* 939) *ABCDFG Ed. Bas. Alger. Ans. sent.* (cum bucellas) 940) *Codd. coll. o.;* Christo: *Alger. sent.* 941) *add.:* bonum: *A Edd. coll. o.* 942) *Codd. et Edd. coll. o. Alger. sent.*

prebuit diabolo, sic indigne quisque[943] sumens corpus[944e] Christi, non efficit, ut, quia malus[945f] est, malum sit, aut, quia ad salutem non accipit[946], nichil accipit[947g]. Corpus enim[948h] et[949] sanguis Domini nichilominus[950i] erat in[951k] illis[952], quibus dicebat Apostolus[953]: „Qui manducat[954] indigne, iudicium sibi manducat et bibit.“

C. LXIX.[955] *Quibus exemplis preter naturam substantia panis et uini in corpus et sanguinem Christi conuerti probetur.*

Item Ambrosius de sacramentis[956a].

XXI. Pars. Reuera mirabile est[957], quod manna Deus pluerit[958b] patribus, et cottidiano celi pascebantur alimento. Unde dictum est[959]: „Panem angelorum manducauit homo.“ Sed tamen[960] panem illum qui manducauerunt, omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca, quam accipitis[961c], iste panis uiuus, qui de celo descendit, uitae eternae substantiam ministrat[962d], et quicumque[963e] hunc manducauerit, non morietur in eternum, et[964f] corpus est Christi. Considera nunc, utrum prestantior sit panis angelorum, an caro Christi, que utique corpus est uitae. Manna illud de[965] celo, hoc super[966] celum; illud celi, hoc Domini celorum; illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quicumque[967g] religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis e[968] Christo; illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in eternum. Iudeus bibit et sitit; tu, cum biberis, sitire non poteris; et[969] illud in umbra, hoc in ueritate. Si illud, quod miraris, umbra est, quantum istud est[970], cuius[971h] umbram miraris? Audi, quia umbra est, que apud patres[972] est facta: „Bibebant,“[973] inquit, „de[974] consequenti eos petra; petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum conplacitum[975] est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hec autem facta sunt in figura[976i] nostri.“[977] Cognouisti potiora[978k]: potior enim est[979l] lux quam umbra, ueritas quam figura, corpus auctoris[980] quam manna de celo. §. 1. Forte dicas[981]: aliud uideo; quomodo tu michi asseris, quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis[982] adhuc superest ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis, ut[983] probemus, hoc non esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque uim esse benedictionis, quam naturae, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur? Virgam[984] tenebat Moyses; proiecit[985] eam, et facta est serpens. Rursus apprehendit[986] caudam serpentis, et in uirgae naturam reuertit[987m]. Vides ergo[988n], prophetica gratia bis mutatam esse naturam, et serpentis et uirgae. Currebant[989] Egypti flumina puro meatu aquarum; subito de fontium uenis sanguis cepit erumpere; non[990] erat potus in fluuiis; rursus ad[991] Prophetae preces cruor cessauit fluminum, aquarum natura remeauit. Circumclusus[992] erat undique populus Ebreorum, hinc Egyptiis uallatus, inde mari clausus[993]. Virgam leuauit Moyses; separauit se aqua, et in murorum speciem[994] congelauit, atque inter undas uia pedestris apparuit. Iordanis[995] retrorsum conuersus contra naturam in sui fontis reuertitur[996] exordium. Nonne claret, naturam uel maritimorum fluctuum, uel fluuialis[997] cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum[998], tetigit Moyses petram, et aqua de petra fluxit. Numquid non preter naturam operata[999] est gratia, ut aquam uomeret[1000] petra, quam non habebat natura? Marath[1001] fluuius amarissimus erat, ut sitiens populus bibere non posset; misit Moyses lignum in aquam, et amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam infusa subito gratia temperauit. Sub[1002] Heliseo[1003] propheta uni ex[1004] filiis prophetarum excussum est ferrum de securi, et statim mersum est; rogauit Heliseum qui amiserat ferrum; misit etiam Heliseus lignum in aquam, et[1005] ferrum natauit[1006o]. Utique et hoc preter naturam factum[1007p] cognouimus[1008q]. Grauior est enim ferri species, quam aquarum liquor. §. 2. Aduertimus igitur, maioris[1009] esse[1010r] gratiam[1011s] quam naturam, et adhuc tamen[1012] propheticae[1013] benedictionis numeramus gratiam[1014]. Quod si tantum ualuit humana benedictio, ut naturam conuerteret[1015], quid dicimus de ipsa consecratione[1016] diuina, ubi uerba ipsa[1017] Domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum ualuit sermo Helyae[1018], ut ignem de celo deponeret[1019], non ualebit Christi sermo, ut species elementorum mutet? De totius mundi operibus legisti[1020]: „quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandauit, et creata sunt.“ Sermo igitur[1021] Christi[1022], qui potuit ex nichilo facere quod non erat, non potest ea, que sunt, in id mutare, quod non erant[1023]? Non enim minus est dare[1024t*], quam mutare nouas naturas rebus. §. 3. Sed quid argumentis utimur? suis utamur exemplis, incarnationisque[1025] misterii astruamus[1026u] ueritatem. Numquid naturae usus presensit[1027v], cum Iesus Dominus ex Maria nasceretur? Si ordinem querimus, uiro mixta femina generare consueuerat[1028]. Liquet igitur, quod preter naturae ordinem uirgo generauit. Et hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine est. Quid hic naturae ordinem queris in Christi corpore, cum preter naturam sit ipse Dominus Iesus[1029] partus ex Virgine? Vera[1030] utique caro Christi[1031], que crucifixa est, que sepulta est. Vere ergo[1032] illius carnis sacramentum est. Ipse Dominus Iesus[1033] clamat: „Hoc est corpus meum.“ Ante benedictionem uerborum celestium alia species nominatur; post consecrationem corpus[1034w] significatur[1035]. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur; post consecrationem sanguis[1036] nuncupatur, tu[1037x] dicis: Amen, hoc est: uerum est[1038y]. Quod sermo sonat affectus sentiat.

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 68. e) sumens dominicum sacramentum f) ipse malus g) acceperit h) enim Dominus i) nihilominus etiam k) in; *deest* — c. 69. a) Ambr. in libro de his, qui mysteriis initiantur, c. 8. et 9. b) pluit c) accipis d) subministrat e) quic. panem f) quia g) quod quic. h) cuius et i) figuram k) praestantiora l) etenim (est: *deest*) m) revertitur n) igitur o) enatavit p) factum esse q) cognoscimus r) maioris potentiae esse s) Dei grat. t) novas rebus dare* quam mut. nat. u) exemplo adstruam. v) praecessit w) corp. Christi x) et tu y) est. Quod os loquitur mens[1039] interna[1040] fateatur quod

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXIX. * Novas rebus dare: Antea legebatur: *Non enim minus est dare, quam mutare novas naturas rebus.* Emendatum est ex originali. Apud Guitmundum [contra Berengar. l. 3.], Lanfrancum [adv. Berengar.], Algerum [lib. I. c. 9.], Ivonem legitur: *novas res dare, quam mutare naturas.*

Dist. II. can. 21. 943) quis: *EGH Ed. Arg.* 944) *Codd. et Edd. coll. o. Alger. sent* 945) *ib.* 946) accepit: *Ans.* 947) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Alger. sent.* (accipiat); — accepit: *Ans.* 948) *Codd. et Edd. coll. o. Alger. sent.* 949) et sang. Dom.: *deest: Ivo* 950) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Alger. sent.* 951) *Codd. et Edd. coll. o. Alger. sent.* 952) his: *Ivo* 953) I. *Cor. c.* 11. *v.* 27. 954) *add.:* inquit: *Ans.; add.:* et bibit: *Ivo* || can. 69. 955) probatio conmutationis panis et vini in corpus Christi: *A* 956) *Codd. et Edd. coll. o.;* item: *deest: ABCF; — imo de mysteriis c.* 8. 9. *no.* 47. *Ivo Decr.* II, 7. (*can.:* Iudaei audientes; *cont.*); *sparsim ap. Alger. de sacr. Guitmund. Lanfranc.* 957) est: *deest: Ivo* 958) *EGH orig. Ivo;* plueret: *BD* 959) *Psalm.* 71. *v.* 25. 960) tamen: *deest: C;* tum: *A* 961) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (accipit) 362) *Codd. et Edd. coll. o.* 963) *Codd. coll. o. orig. Ivo* 964) *Codd. coll. o. pr. A; — orig. Ivo* 965) e: *A orig.* 966) supra: *orig. Ivo* 967) *Codd. et Edd. coll. o.* 968) de: *AEGH* 969) et: *deest: CEGH Edd. coll. o.; neque tamen, ut R. censuit, a Corr. est insertum* 970) est: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas.* 971) *Codd. et Edd. coll. o.* 972) patres: *Ed. Bas.;* veteres: *Ivo* 973) I. *Cor, c.* 10. *v.* 4. 974) de spirituali: *Edd. coll. o. Vulgat.* 975) beneplacitum (eor.: *deest*): *Ivo* 976) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Vulgat.* 977) nostra: *Ivo* 978) *Codd. et Edd. coll. o.* 979) *CF orig.;* enim (est: *deest*): *ABD;* est (en.: *deest*): *Edd. Bas. Par. Lugdd. Ivo* 980) creatoris: *EGH Edd. coll. o.* 981) dicis: *Edd. Bas. Lugd.* I. 982) nob.: *deest: EGH* 983) ut: *deest: orig.* 984) *Exod. c.* 7. 985) et proiec.: *EGH* 986) prehendit: *orig.* 987) *ABC orig.* 988) *Codd. coll. o. pr. H* (videns autem); — quoque: *Edd. Arg. Bas.; deest: Ivo* 989) *Exod. c.* 7. 990) et non: *orig.* 991) a . . . prece: *ib.* 992) *Exod. c.* 14. 993) conclusus: *Ivo* 994) specie: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II.; — *Ivo* 995) *Ios. c.* 4. 996) revertit: *orig.;* convertitur: *Ivo* 997) fluvii: *EGH* 998) *Num. c.* 20. 999) aperta: *ABCD* 1000) moueret: *CF;* funderet: *A* 1001) Maris: *ABCD; —* Marrha: *orig. Ivo; — Exod. c.* 15. 1002) Sed: *ABCD* 1003) *add.:* sancto: *Ivo; —* IV. *Reg. c.* 6. 1004) de: *Edd. coll. o.* 1005) et.: *deest: A;* et: *Ivo* 1006) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. — orig. Ivo* 1007) *Codd. coll. o. orig. Ivo* 1008) *Codd. et Edd. coll. o.; —* agnovimus: *Ivo* 1009) maiorem: *Ivo* 1010) *Codd. coll. o. pr. EG; — Ivo;* virtutis esse: *orig.* 1011) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. orig. Ivo* 1012) tam.: *deest: Ivo* 1013) ante prophet.: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* 1014) gratias: *Ivo* 1015) verteret: *A Ivo* 1016) consideratione: *Ivo* 1017) ips.: *deest: EGH Edd. Arg. Bas.* 1018) IV. *Reg. c.* 1. 1019) depromeret: *Ivo* 1020) legistis: *ib.; — Psalm.* 148. *v.* 5. 1021) ergo: *orig.* 1022) Christi: *deest: ABCD* 1023) erat: *Edd. Bas. Lugdd.* 1024) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 1025) incarnationis: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 1026) *Codd. et Edd. coll. o. pr. E, ita ut R. immerito vocem exemplo a Corr. insert. esse censuerit.; —* novitate astruam.: *Ivo* 1027) *ACDF Edd. coll. o. pr. Arg.;* praesens fuit: *BEGH;* praecessit vel praesens fuit: *Ed. Arg.* 1028) ex viro et femina homo generari consuevit: *A;* consuevit: *orig. Ivo* 1029) Ies.: *deest: Ivo* 1030) Nam vera: *Ed. Bas.;* vere: *EGH Edd. rell. pr. Nor.* 1031) *add.:* est: *A Ed. Bas.* 1032) ergo: *deest: Ivo* 1033) *cf. Luc. c.* 22. *v.* 19. 1034) *Codd. coll. o. pr. A* (post . . . dicit: *deest*); — *orig. Ivo* 1035) vere dicitur: *Edd. Lugdd.* II. III.; — signatur: *B Edd. rell. pr. Bas.; — cf. supra c.* 40. 1036) *add.:* Christi: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1037) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 1038) *ABCDF Edd. Nor. Ven.* I. II. *Ivo* 1039) mens . . . fat.: *deest: Edd. Par. Lugd.* I. 1040) intenta: *EGH Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III.

C. LXX. *Quomodo per partes Christus manducatur, et integer permanet*[1041].

Augustinus in quodam sermone de uerbis Euangelii[1042a].

Inuitat Dominus seruos, et[1043] preparat[1044b] eis[1045] cibum se ipsum. Quis audeat manducare Dominum suum? et tamen ait[1046]: „Qui mauducat me, uiuit propter me.“ Quando[1047c] manducatur, uita manducatur, nec occiditur, ut manducetur, sed mortuos uiuificat. Quando manducatur, reficit[1048], sed non deficit[1049d]. Manducatur Christus: uiuit manducatus, quia surrexit[1050] occisus, nec, quando manducatur[1051e], partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit[1052f], norunt fideles, quemadmodum manducent carnem Christi; unusquisque suam partem accipit[1053g]; per partes manducatur, et manet integer totus; per partes manducatur in sacramento, manet[1054h] integer totus in celo, manet integer totus in corde tuo.

C. LXXI. *Cottidianum sacrificium non reiteratio est passionis*[1055a], *sed conmemoratio.*

Item Pascasius de corpore et sanguine Christi, [c. 9.][1056b]

XXII. Pars. Iteratur cottidie hec oblatio, licet Christus, semel passus in carne, per unam eandemque mortis passionem semel saluauerit[1057] mundum, ex qua morte[1058c] resurgens ad uitam, mors ei[1059] ultra non dominabitur, qui[1060d] profecto sapientia Dei patris necessarium pro multis causis hoc prouidit. Primo quidem, quia cottidie peccamus, saltim in[1061] peccatis, sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest, quia, licet omnia peccata donata[1062] sint in baptismo, infirmitas tamen peccati adhuc in[1063] carne manet[1064]. Unde Psalmista[1065]*; „Benedic anima mea Domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.“ Et ideo, quia labimur cottidie, Christus cottidie pro nobis mistice inmolatur, et passio Christi in misterio traditur, ut qui semel moriendo mortem uicerat, cottidie recidiua delictorum per hec sacramenta corporis et sanguinis peccata relaxet. Unde[1066] oramus[1067]: „Dimitte nobis debita nostra,“[1068] quia, si[1069] dixerimus, quia[1070e] peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et ueritas in nobis non est. *Item*[1071f]: §. 1. Iteratur hoc misterium et[1072g] ob conmemorationem passionis Christi, sicut ipse ait[1073]: „Hoc quociescumque agitis[1074h], in meam conmemorationem facite. Quotiescumque ergo hunc panem sumitis, et bibitis hunc calicem[1075], mortem Domini annunciabitis, donec ueniat.“ Non itaque[1076i] sic accipiendum est[1077], donec mors Christi ueniat, quia iam ultra non moritur, sed donec ipse Dominus ad iudicium ueniet[1078k]. Interdum[1079] autem semper mors est Christi per[1080l] seculi uitam posteris nuncianda[1081], ut discant, qua karitate[1082] dilexit suos, qui pro eis mori dignatus est, cui omnes uicem debemus rependere karitatis, quia ad hoc nos prior dilexit, cum essemus gehennae filii, ut diligeremus eum a morte iam liberati.

C. LXXII. *Non solum sub figura, sed etiam*[1083a] *in ueritate dominici corporis et sanguinis sacramentum celebratur.*

Item Augustinus[1084].

Utrum[1085] sub figura*, an sub[1086b] ueritate hoc misticum calicis sacramentum fiat. Veritas ait[1087]: „Caro mea uere est cibus, et sanguis meus uere est potus.“ Alioquin quomodo erit magnum[1088]: „Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita,“ nisi uera sit caro? Sed quia Christum fas uorari dentibus non est, uoluit[1089c] hunc panem et uinum in misterio uere carnem suam et sanguinem[1090d] consecrationem sancti Spiritus potentialiter creari, et cottidie pro mundi uita mistice inmolari, ut[1091], sicut de Virgine per Spiritum[1092e] uera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis et uini mistice idem Christi corpus consecretur. Corpus Christi et ueritas et figura est: ueritas, dum corpus Christi et sanguis uirtute Spiritus[1093f] in uirtute ipsius ex panis uinique[1094g] substantia efficitur; figura uero est id, quod exterius sentitur. §. 1. Iteratur[1095] autem cottidie hec oblatio, licet Christus semel passus sit, quia cottidie peccamus, peccatis[1096h], sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest. Et ideo, quia cottidie labimur, cottidie[1097i] Christus[1098k] inmolatur mistice pro nobis. §. 2. Intra[1099] catholicam ecclesiam in misterio[1100] corporis Christi nichil a bono maius, nichil a malo minus perficitur sacerdote[1101], quia non in merito consecrantis, sed in uerbo efficitur Creatoris, et[1102l] uirtute Spiritus sancti[1103]. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam[1104] ad Christum pertineret. Nunc autem, sicut ipse est, qui baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem, et transit** in[1105m] sanguinem[1106]. Unde et sacerdos[1107]: „Iube,“ inquit[1108], „hoc[1109n] perferri[1110] per munus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuinae maiestatis tuae.“ Ut quid deferenda[1111o] in lucem[1112] deposcit, nisi ut intelligatur, quod ista fiant in eo[1113p] sacerdotio? Hanc igitur† oblationem benedictam, per quam[1114q] bene-

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 70. a) Item Aug. b) praeparavit c) Quando Christus d) deficit. Non ergo timeamus, fratres, manducare istum panem, ne forte finiamus illum, et postea quid manducemus non inveniamus e) manducamus f) fit, et g) accipit partem suam, unde et ipsa gratia partes vocantur; h) et manet — c. 71. a) passionis Christi b) Pasch. in lib. de c) morte idem d) quia e) quod f) Item infra eodem cap.: g) et: *deest* h) feceritis i) utique k) veniat l) pro … vita — c. 72. a) et b) in c) voluit Dominus d) sang. suum e) Spir. sanctum f) Spir. sancti g) et vini h) saltem pecc. i) cott.: *deest* k) Christ. quoque l) et in m) vinum in n) haec o) perferenda p) eius q) quam nos benedicamus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXI. * Unde Psalmista: Haec Prophetae verba, et nonnulla alia, quae neque apud Paschasium, neque apud B. Thomam, qui in opusculo de sacramento altaris illum citat, leguntur, habentur tamen in eod. lib. edito Rabani nomine.

C. LXXII. * Utrum sub figura: Apud Paschasium, ex cuius locis videtur confectum hoc caput, haec habentur pro titulo quarti capitis: *Utrum sub figura, an in veritate hoc mysterium vera caro et verus sanguis Christi fiat.* Caput autem sic incipit: *Quod in veritate corpus et sanguis fiat consecratione mysterii, nemo, qui verbis divinis credit, dubitat. Unde veritas ait etc.* Algerus autem, qui c. 16. haec eadem fere habet, citat et ipse Augustinum ex libro de sacramento altaris, et hoc facit initium: *Veritas ait etc.*

** Transit: Paschasius et Polycarpus ex Paschasio ad Placidum habent: *transfundit sanguinem;* sed ob glossam non est mutatum.

† Hanc igitur: Apud Paschasium et Rabanum (idem enim fere opus est huius atque illius nomine inscriptum) integra est oratio: *Sed obsecrans per filium patrem, per quem ad eum accessum habemus: Rogamus* [add.: *ut:* Polyc.] *hanc oblationem inquit* [*inq.:* deest: ib.], *benedictam, per quam nos benedicamur* [*benedicamus:* ib.]; *adscriptam, per quam nos omnes in coelo*

Dist. II. can. 70. 1041) sumitur et perm.: *EGH; in A rubr. est:* quod non deficiat Christianus quamvis manducatur 1042) *ABCDF: — cf. supra c.* 58., *infra c.* 75. — *Ivo Decr.* II, 8. (*can.:* nonnunquam etiam; *cont.*); — *Alger. de sacr.* I, 15.; *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 12. 1043) ut preparet: *EGH Edd. coll. o.;* et: *deest: Ivo* 1044) *ABCDF* 1045) eis: *deest: Ivo Alger.* 1046) *Ioan. c.* 6. *v.* 58. 1047) *Codd. et Edd. coll. o.;* Dum enim Chr. mand.: *Alger.* 1048) *verba:* reficit … vivit manducatus: *absunt ab Ivone.* 1049) *Codd. et Edd. coll. o.* 1050) resurrexit: *Edd. Par. Lugdd. Ivo*; refic. … manducatus: *deest: Alger.* 1051) *Codd. coll. o. Ivo Alger.* 1052) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Alger.* 1053) *ib.* 1054) *ib. pr. C* (per part. … tot.: *deest*); — *Edd. Arg. Bas. Alger.* ‖ can. 71. 1055) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* de cottidiano sacrificio. 1056) *Codd. coll. o.;* it.: *deest: ABCF;* — Pasc. Papa: *EH;* — c. 9. *no.* 1. *Ed. Migne:* — *cf. Raban. de sacr. euchar. c.* 22. — *cf. c. seq.* §. 1. 1057) salvavit: *Edd. Arg. Bas.* 1058) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Turrecrem.* 1059) illi: *AEGH Edd. coll. o.* 1060) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 1061) in: *deest: orig.* 1062) condonata: *AEGH Turrecrem.* 1063) in carne: *deest: AC* 1064) remanet: *EGH Edd. coll. o.* 1065) *Psalm.* 102. *v.* 1. 1066) *ib. no.* 2. 1067) *Matth. c.* 6. *v.* 12. 1068) *add.:* etc.: *EGH Edd. coll. o.* 1069) I. *Ioan. c.* 1. *v.* 6. 1070) *BCDEFH: deest: A* 1071) *Codd. coll. o.;* — *ib. no.* 5. 1072) *Codd. coll. o. pr. A;* — *orig.;* et hoc ob: *Edd. coll. o.* 1073) I. *Cor. c.* 11. *v.* 25. 1074) *ABCDF orig.:* facitis: *G* 1075) sanguinem: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1076) *BCDF Turrecrem. orig.; deest: A* 1077) est: *deest: B orig.* 1078) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Lugdd.* II. III. 1079) interim: *AH Ed. Bas. Turrecrem.* 1080) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 1081) annuncianda: *EGH Edd. coll. o. pr. Lugd.* II. (annunciando) 1082) *add.:* Christus: *A;* Deus: *orig.* ‖ can. 72. 1083) *CDEFGH; deest: B; in A rubr. est:* de virtute dominici corporis. 1084) *immo Paschasius cod. libro, cuius est potius sententia quam verba;* — *Alger. de sacr. lib.* I. *c.* 16. (*non consonat cum Grat.*) 1085) utr. … fiat: *deest: A* 1086) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 1087) *Ioan. c.* 6. *v.* 56. 1088) verum: *orig.;* — *cf. Ioan. ib. v.* 52. 1089) *ABCDF Ed. Bas. orig.* 1090) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig.* 1091) et: *Edd. Arg. Bas.* 1092) *ABCDF orig.* 1093) *ib.* 1094) *Codd. coll. o. orig.* 1095) *cf. supra c.* 71. 1096) *Codd. et Edd. coll. o.; pr. A, ubi* pecc. … cottidie: *deest* 1097) *Codd. coll. o.* 1098) *Codd. et Edd. coll. o.* 1099) *add.:* sanctam: *Edd. coll. o.;* — *cf. c.* 77. *Qu.* 1. *C.* I. — *Polyc.* III, 9, 2. (*can.:* vere credere); — infra: *Polyc.* 1100) ministerio: *Ed. Bas.;* ubi cath. eccl. hoc ministerium celebratur: *Polyc.* (corp. Chr.: *deest*) 1101) *add.:* nihilque aliud quam caro Christi et sanguis percipitur, dum catholice consecratur: *Polyc.* 1102) *ABCDF* 1103) *add.:* ut caro Christi et sanguis non alia quam quae de spiritu sancto creata est, vera fide credatur et spirituali intelligentia degustetur: *ib.* 1104) non: *ib.* 1105) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Polyc.* 1106) *add.:* Quis enim alius in utero creare potuit ut verbum caro fieret? Sic itaque in hoc misterio credendum est quod eadem virtute spiritus sancti per verbum Christi caro ipsius et sanguis officiatur invisibili operatione: *Polyc.* 1107) sacerdotes: *ib.* 1108) dicit: *A; deest: Polyc.* 1109) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C* 1110) ferri: *ABFH;* offerri: *D;* fieri: *E;* fieri vel perferri: *Ed. Arg.* 1111) *Codd. et Edd. coll. o.* 1112) illuc ea: *C;* illuc eadem: *A* 1113) *ACDF; deest: Codd. coll. rell. Edd. coll. o.* 1114) *Codd. et Edd. coll. o.*

dicimur; asscriptam, per quam homines[1115r] in celo asscribimur[1116s]; ratam, per quam[1117t] uisceribus Christi[1118u] censeamur; rationabilem, per quam a bestiali sensu exuamur; acceptabilem, ut qui nobis ipsis displicemus[1119v] per hanc acceptabiles eius unico filio simus. Nichil rationabilius, ut, quia nos iam similitudinem mortis eius in baptismo accepimus, similitudinem quoque et sanguinis[1120w] sumamus[1121x], ita, et[1122y] ueritas non desit in sacramento, et ridiculum nullum fiat a[1123z] paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Si enim discipuli patienter ferre nequiuerunt[1124], quod Dominus dixerat[1125aa]: „Qui non manducat meam carnem etc.“ si[1126bb] dixerunt[1127]: „durus est hic sermo,“ quomodo[1128cc] ferrent ista increduli? Credendum est, quod in uerbis[1129] Christi sacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creantur[1130dd], eius utique uerbo ad melius procreantur[1131]. §. 3. Reliqua omnia, que sacerdos dicit, aut clerus chori canit[1132ee], nichil aliud quam laudes et gratiarum actiones sunt, aut certe obsecrationes et fidelium petitiones. Unde et sacerdos dicit prius Euangelistarum[1133] uerba assumens: „Qui pridie, quam pateretur etc.“[1134ff]†† In hoc ergo creatur illud corpus.

C. LXXIII.[1135] *In sanguine agni Christi sanguis, qui uere nunc sumitur, olim prefigurabatur.*

Gregorius in omelia Pascali[1136a].

Quid[1137] sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem[1138] ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. *Item* [Dial. l. 4. c. 58.]: §. 1. Hec salutaris[1139] uictima illam nobis mortem unigeniti per misterium reparat, qui, licet surgens[1140b] a mortuis iam non moritur[1141c], mors illi[1142d] ultra non dominabitur, tamen in se ipso[1143e] inmortaliter et incorruptibiliter uiuens[1144f], iterum in hoc misterio moritur*. Eius[1145] quoque[1146g] ubique corpus sumitur, eius caro in salutem[1147] populi partitur[1148h], eius sanguis non iam in manus infidelium[1149], sed in ora[1150] fidelium funditur[1151]. Hinc ergo pensemus, quale sit[1152i] hoc sacrificium[1153], quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa inmolationis hora ad sacerdotis uocem celos aperiri? in illo Iesu Christi misterio[1154] angelorum choros adesse? summa[1155] et ima sociari[1156k], unum quid[1157l] ex inuisibilibus atque uisibilibus fieri? *Idem?* §. 2. Uno, inquit** eodemque tempore ac momento et[1158m] in celo rapitur ministerio angelorum consociandum[1159] corpori Christi, et ante oculos sacerdotis in altari uidetur. *Et infra:* §. 3. Tanta est[1160] ecclesiae unitas in Christo, ut unus ubique sit panis corporis Christi, et unus sit calix sanguinis eius. Calix enim, quem sacerdos catholicus sacrificat[1161], non est alius, nisi ipse, quem Dominus Apostolis tradidit, quia, sicut diuinitas uerbi Dei una[1162] est, que totum inplet mundum, ita, licet multis[1163] locis et innumerabilibus diebus illud corpus consecretur, non sunt tamen multa corpora Christi, neque multi calices, sed unum corpus Christi, et unus sanguis cum illo, quod sumpsit in utero Virginis[1164], et quod dedit Apostolis. Diuinitas enim uerbi replet illud, quod ubique est, et coniungit, ac[1165n] facit, ut, sicut ipsa una[1166] est, ita[1167o] corpori[1168] Christi, et unum eius corpus sit in ueritate[1169]. Unde animaduertendum est, quia, siue plus siue minus quis inde percipiat, omnes equaliter corpus Christi integerrime sumunt, et generaliter omnes, et specialiter unusquisque. *Item:* §. 4. Misterium fidei dicitur, quia[1170] credere debes, quod ibi salus nostra consistat[1171p]. Prouidens[1172] enim nobis[1173q] dedit hoc sacramentum salutis, ut, quia nos cottidie peccamus, et ille iam mori non potest, per istud sacramentum[1174r] remissionem consequamur peccatorum. Cottidie enim ipse comeditur et bibitur in ueritate, sed integer, et uiuus, atque inmaculatus manet***, et ideo magnum et pauendum misterium est, quia aliud uidetur, et aliud intelligitur. Sed cum misterium sit, unde[1175] corpus et sanguis dicitur? Figuram panis et uini habet faciente Domino, quia non habemus in usu carnem crudam comedere, et bibere sanguinem.

C. LXXIV.[1176] *Post consecrationem licet figura panis et uini remaneat, tamen nichil est ibi, nisi corpus et sanguis Christi.*

Item Ambrosius[1177].

„Omnia[1178], quecumque uoluit Dominus, fecit in celo et in terra.“ Et quia uoluit sic factum est[1179a] ita[1180b] licet figura panis et uini uideatur[1181e] nichil tamen aliud, quam caro Christi et sanguis post consecrationem sunt[1182]. Unde ipsa ueritas[1183] ad discipulos: „Hec,“ inquit, „caro mea est, pro mundi uita.“ Et, ut mirabilius loquar, non alia plane, quam que nata est de Maria, et passa in cruce, et resurrexit de sepulcro; hec, inquam, ipsa est. Et ideo Christi est caro, que pro mundi uita adhuc hodie offertur, et, cum digne percipitur[1184], uita[1185d] utique eterna in nobis reparatur[1186e]. Panem quidem* istum, quem sumimus in misterio, illum utique intelligo panem, qui manu S. Spiritus

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 73. r) omnes s) adscribamur t) quam in u) Chr. esse v) displicuimus w) carnis eius x) sumamus, et similitudine pretiosi sanguinis potemur y) ut et z) a: *deest* aa) dixit bb) sed cc) quomodo ergo dd) creantur prius ee) canat ff) etc. Porro deinceps†† sunt verba Dei, potestate et omni efficientia plena: „Accipite, et manducate, hoc est corpus meum.“ — c. 74. a) It. Greg. Papa ... Paschali, id est XXII. Evang. b) resurgens c) moritur et d) ei e) semetipso f) vivens pro nobis g) quippe ibi h) patitur i) sit pro nobis k) sociari, terrena coelestibus iungi l) unumque m) et: *deest* n) et o) ita coniungatur p) consistit q) nobis Dominus r) sacr. corporis sui — c. 74. a) sic fact. est: *deest* b) Ita: *deest* c) hic sit omnino nihil aliud d) vitam ... aeternam e) operatur

NOTATIONES CORRECTORUM.

conscribamur; ratam, per quam in visceribus Christi censeamur; rationabilem, per quam a bestiali sensu exuamur; acceptabilemque facere dignetur [*digneris:* ib.], *quatenus et nos per hoc, quod in nobis displicuimus, acceptabiles in eius* [*tuo:* ib.] *unico filio simus* [*finis can.:* ib.].

†† Porro deinceps: Sunt haec addita ex Paschasio c. 15., usque ad vers. *In hoc ergo*, ut sententia ipsa perciperetur.

C. LXXIII. * Moritur: In originali est: *sacrae oblationis immolatur.* Sed ob glossam non est mutatum.

** Uno, inquit: Haec habentur apud Alcuinum in lib. de divinis officiis, cap. de celebratione missae, qui Gregorium citat.

*** Manet: Quae post hoc verbum sequuntur apud Alcuinum, sic habent: *Mysterium est, quod aliud videtur, et aliud intelligitur. Quid videtur speciem habet corporalem; quod intelligitur fructum habet spiritualem. Sed quum mysterium sit, unde corpus et sanguis Christi dicitur? Consulens omnipotens Deus infirmitati nostrae, qui non habemus usum comedere carnem crudam, et sanguinem bibere, facit, ut in pristina remaneant forma illa duo munera, et est in veritate corpus Christi et sanguis, sicut ipse dicit.*

C. LXXIV. * Panem quidem: Haec usque ad finem, quae a Magistro etiam referuntur, non leguntur hoc loco apud Paschasium, aut Rabanum. Sed simile quiddam habetur apud Petrum Chrysologum serm. 67.

Dist. II. can. 72. 1115) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas.* 1116) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (conscribuntur) 1117) *ABDEFGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* (de) 1118) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 1119) *Codd. et Edd. coll. o.* 1120) *Codd. coll. o. pr. A* (et: *deest*) *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. (carnis et sanguinis) 1121) *Codd. et Edd. coll. o.* 1122) *ABCDF* 1123) *Codd. et Edd. coll. o.* 1124) nequiverint: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 1125) *CDEFGH Ed. Bas.; —* dicat: *B* 1126) *Codd. coll. o. Ed. Nor.;* sed si: *Ed. Bas.* 1127) *Ioan. c.* 6. *v.* 61. 1128) *ABCDF;* quom. quoque: *EGH* 1129) verbo: *AC* 1130) *Codd. coll. o. pr. C* (creantur ... procreantur: *deest*); — *Ed. Arg.* 1131) creamur ... recreamur: *A;* recreantur: *orig.* 1132) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 1133) evangeliorum: *BEGH Ed. Arg.; —* I. *Cor. c.* 11. *v.* 23. *seqq.* 1134) *Codd. et Edd. coll. o.* ‖ can. 73. 1135) *in A rubr. est:* de sanguine agni 1136) *ABCDF; hom.* XXII. *Evang. no.* 7.; — *cf. Alger. de verit.* I, 11. 12.; *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 11. — *cf. Guitmund. l.* 3. *Lanfranc. ib.* 1137) quis: *orig.* 1138) *cf. Exod. c.* 12. *v.* 7. 1139) namque singulariter: *orig.* 1140) *ABCDF* 1141) *Codd. et Edd. coll. o.; — Rom. c.* 6. *v.* 9. 1142) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (mors ... dominabit: *deest*) 1143) *Codd. coll. o.* 1144) *Codd. et Edd. coll. o.* 1145) *Ivo Decr.* II, 9. (*can.:* si tanta vis *non concordat cum Grat. canone*) 1146) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (*deest*) 1147) salute: *BC* 1148) *BF orig.;* paritur: *A* 1149) fidelium, sed infidelium ora: *BCD* 1150) ore: *Edd. Par. Lugdd.* I. 1151) profunditur: *Edd. coll. o.* 1152) *Codd. et Edd. coll. o.* 1153) sacramentum: *Edd. coll. o.* 1154) ministerio: *A Edd. coll. o.* 1155) summis ima: *orig.* 1156) *Codd. et Edd. coll. o.* 1157) *Codd. coll. o.* 1158) *ib.* 1159) sociandus: *Edd. coll. o.* 1160) videtur: *ACDF; add.:* esse: *A* 1161) sanctificat: *Ed. Arg. Bas.* 1162) vita: *ABCDH Edd. coll. o.* 1163) in mult.: *Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 1164) sumpsit de virgine: *EGH* 1165) *Codd. coll. o. pr. A* 1166) vox: *Edd. Ven.* I. II. 1167) *Codd. et Edd. coll. o.* 1168) corpus: *AD;* veritas corporis: *EGH;* et corpori: *Edd. Ven.* I. II.; corp. Chr.: *deest: Edd. rell. pr. Arg.* 1169) unitate: *AC* 1170) quod: *BCDF* 1171) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 1172) procedens: *B;* provide: *A;* prodens: *DF;* pro nobis: *C* 1173) *Codd. coll. o. pr. G* 1174) *Codd. et Edd. coll. o.* 1175) unum (*male*): *Codd. coll. o. pr. EH* ‖ can. 74. 1176) *in A rubr. est:* de veritate corporis et sanguinis Christi 1177) it.: *deest: ABCF; — Similia sunt in l.* IV. *de sacram., qui liber Ambrosio tribui solet. — cf. Paschas. in lib. de corp. et sang. Chr. c.* 1. 1178) *Psalm.* 134. *v.* 6. 1179) *Codd. et Edd. coll. o.* 1180) *ib. pr. C Edd. Arg. Bas.* 1181) *Codd. et Edd. coll. o.* 1182) esse credendum est: *A;* credendum est: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1183) *add.:* ait: *EGH Edd. coll. o.; — Ioan. c.* 6. *v.* 52. 1184) accipitur: *EGH Edd. coll. o.* 1185) *ABCDF Ed. Bas.* 1186) *ib. pr. B*

formatus est in utero Virginis, et igne passionis decoctus in ara crucis. Panis[1187] enim angelorum factus est cibus hominum, unde ipse ait[1188]: „Ego sum panis uiuus, qui de celo descendi,“[1189] et item: „Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi uita.“ Ex his namque duabus sentenciis aperte datur intelligi, quia panis iste et ille non duo, sed unus panis et una caro, proculdubio unum corpus efficitur; illud uere, illud sane, quod sumptum est de Virgine, quod passum est, et sepultum, quodque[1190 f] resurrexit[1191 g], et in celum ascendit, et sedet ad dexteram Dei patris, et quod uenturum est iudicare uiuos et mortuos.

C. LXXV. *Quamuis cottidie manducatur[1192] Christus, integer tamen permanet uiuus[1193].*

Item Augustinus ex sermone de uerbis Domini[1194].*

„Qui[1195] manducat me, uiuit propter me.“ Non ergo, fratres, timeamus manducare panem[1196] istum, ne forte finiamus[1197] illum, et postea quod manducemus non inueniamus. Manducetur Christus: uiuit manducatus, quia surrexit occisus; nec, quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, et norunt fideles, quemadmodum manducent carnem[1198] Christi. Unusquisque accipit partem suam, unde et ipsa gratia partes uocantur[1199]. Per partes manducatur, et manet integer totus; per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in[1200] celo; manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando uenit in Virginem; inpleuit illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem[1201], ut homines eum manducarent[1202], et manebat integer apud patrem, ut angelos pasceret.

C. LXXVI.[1203] *Corpus et sanguinem Christi secundum se nulli accipere[1204 a] licet.*

Item Ieronimus in Leuitico[1205 b].

De hac quidem hostia, que in Christi conmemoratione[1206] mirabiliter fit, edere licet; de illa uero, quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet.

C. LXXVII.[1207] *Corpus Christi in singulis portionibus singuli totum accipiunt.*

Idem in serm. dominicae V. post Theophaniam[1208 a].*

Singuli autem[1209 b] accipiunt Dominum Christum, et in singulis portionibus totus est, nec per singulos[1210] minuitur, sed integrum se prebet in singulis.

C. LXXVIII. *De eodem[1211].*

Item Hylarius[1212].

Ubi pars est corporis, est et totum. Eadem ratio est in corpore Domini, que in manna, quod in eius figura precessit, de quo dicitur[1213]: „Qui plus collegerat non habuit amplius, neque qui minus parauerat habuit[1214 a] minus.“ Non[1215] est[1216] quantitas[1217 b] uisibilis in hoc estimanda[1218] misterio, sed uirtus spiritualis sacramenti.

C. LXXIX.[1219] *Corpus Christi, quod sumitur, et figura est in specie, et ueritas in substantia.*

Idem[1220].*

Corpus Christi, quod sumitur de altari, figura est, dum panis et uinum extra uidetur; ueritas autem, dum corpus et sanguis Christi in ueritate interius creditur.

C. LXXX.[1221] *Carnem uiuificatricem, et ipsius uerbi propriam factam in altari accipimus.*

Item ex Simbolo Ephesino[1222].*

Necessarie[1223 a] igitur[1224] et hoc adicimus[1225 b]. Incruentam celebramus[1228] in ecclesiis sacrificii[1229] seruitutem[1230 c]. Et sanctificamur participes[1231 d] corporis et preciosi sanguinis Christi[1232 e], non ut communem carnem percipientes[1233 f], nec[1234 g] uiri sanctificati, et uerbo coniuncti secundum dignitatis unitatem[1235 h], sed uere[1236] uiuificatricem[1237], et ipsius uerbi propriam factam.

C. LXXXI.[1238] *Quomodo manna et aqua de petra sint[1239 a] idem[1240] cum nostro cibo et potu.*

Item Augustinus [tractatu XXVI. ad c. 6. Iohannis][1241]*.

Inquit Apostolus[1242]: „Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt.“ Spiritualem utique eandem: nam corporalem aliam, quia illi manna manducauerunt[1243 b], nos aliud, „et[1244 c] omnes eundem potum spiritualem biberunt.“ Aliud illi, aliud nos: sed specie uisibili. Quod tamen idem[1245] est uirtute spirituali.

C. LXXXII. *Quod ueritatem dominici corporis et sanguinis sumimus.*

Item Hylarius de Trinitate, lib. VIII.[1246]

XXIII. Pars. In[1247] Christo pater[1248], et Christus in nobis unum in his esse nos faciunt. Si uere[1249 a] carnem corporis nostri Christus assumpsit, et uere homo ille[1250 b] Christus est, nosque uere sub misterio carnem corporis sui[1251 c] sumimus, et per hoc unum erimus[1252], quia pater in

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 74. f) quod g) surrexit — c. 76. a) edere b) Leviticum — c. 77. a) Item ... post Epiphaniam* b) aut.: *deest* — c. 78. a) invenit b) omnino quantit. — c. 80. a) Necessario b) adiicimus. Annunciantes enim secundum carnem mortem unigeniti filii Dei, id[1226] est Iesu Christi, et resurrectionem eius[1227], et in coelos ascensionem pariter confitentes c) servit. Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus d) partic. sancti e) Christi omnium nostrorum redemtoris effecti f) percip. (quod absit) g) nec ut h) unitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem — c. 81. a) fuit b) manduc.: *deest* c) Et adiungit: et — c. 82. a) vere igitur b) ille qui ex Maria natus fuit c) eius

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXV. * Haec eadem fere habentur sup. c. *Qui manducat*, et c. *Invitat*.

C. LXXVII. * Habetur in missali Ambrosiano in praefatione dominicae quintae post Epiphaniam, et in antiquis etiam praefationibus in praefatione eiusdem dominicae. Ex Ambrosio citant Algerus et Ivo, quamvis Magister ex Hieronymo. Guitmundus ait esse ex praefatione, quae per totum orbem latinum decantatur.

C. LXXIX. * Ivo etiam citat ex Hilario, et infra ead. c. *In Christo*, in extremo, refertur una cum verbis Hilarii, apud quem tamen non est inventum. Algerus citat Augustinum de sacramento altaris. Idem fere habetur apud Paschasium c. 4., et ceteros, qui hoc idem argumentum tractant.

C. LXXX. * Caput hoc, in nimias prope angustias conclusum, suae integritati restitutum est, potissimum ex originali.

C. LXXXI. * Plenius haec res a B. Augustino exponitur. Sed Ivo habet fere, ut Gratianus.

Dist. II. can. 74. 1187) *Psalm.* 17. *v.* 25. 1188) *Ioan. c.* 6. *v.* 51. 52. 1189) descendit: *Edd. Bas. Nor. Ven.* I. II. 1190) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 1191) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugd.* || can. 75. 1192) manducetur: *BC; in A rubr. deest* 1193) viv.: *deest: BC* 1194) *cf. supra c.* 58. 70.; — *in A verba:* Qui manducat . . . ab illo *desunt, et legitur:* unde supra in ep. ad Ireneum. 1195) *Ioan. c.* 6. *v.* 58. 1196) forte: *deest: Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 1197) consumamus: *EGH;* sumamus: *Edd. Arg. Bas.* 1198) corpus: *CDF;* carnem vel corpus: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1199) *add.:* in sacramento: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1200) in . . . in: *deest: BCDF* 1201) carne: *AD Edd. coll. o.* 1202) comederent vel manduc.: *EGH Ed. Arg.* || can. 76. 1203) *in A rubr. est:* de eodem. 1204) *BCDF* 1205) *Codd. coll. o.;* it.: *deest: ABF;* Ieron.: *deest: C; — non est ap. Hieronym. Simile exstat ap. Orig. hom.* 7. *in c.* 10. *Levit.: Hesych. l.* II. *c.* 2. *sup. Levitic.* 1206) conmemorationem: *AEH* || can. 77. 1207) *in A rubr. est:* de eodem 1208) *Codd. coll. o. Ivo; — Ivo Decr.* II, 7. (*can.:* Iudaei audientes; *cont.*); *Alger. de sacr.* I, 15. 1209) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas.;* autem totum: *Edd. rell.* 1210) singulas: *Ivo* || can. 78. 1211) de eod.: *deest: EGH* 1212) It.: *deest: ABCF;* Hil. Papa: *EGH Edd. coll. o.; — est in hom.* 5. *post Pascha, quae Eusebio vel Eucherio, vel Hilario tribuitur. — Pet. Lomb. l.* IV. *dist.* 11. 12. — *cf. Guitmund., Paschas. c.* 17., *Raban. c.* 13. (*Corr.*) 1213) *Exod. c.* 16. *v.* 18. 1214) *Codd. et Edd. coll. o.* 1215) *add.:* enim: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1216) est: *deest: ib. pr. Bas. Par. Lugdd.* 1217) *Codd. et Edd. coll. o.* 1218) existim.: *EH* || can. 79. 1219) *in A rubr. est:* de eodem 1220) *Ivo Decr.* II, 7. (*can.:* Iudaei audientes; *cont.*); *Alger. de sacr.* I, 4. — *cf. Paschas c.* 4. *Rab. c.* 12. (*Corr.*); — *cf. infra c.* 82. || can. 80. 1221) *in A rubr. est:* de eodem 1222) it.: *deest: ABCF; — imo ex ep. Cyrilli et synodi Alex. ad Nestorium, quae primum a Dionys. Ex. in latinum sermonem est translata, in cuius opp. exstat in Ed. Migne p.* 15. *In opp. Cyrilli ed. Migne est ep.* 17., *sed alia est ibi translatio; — Ivo Decr.* II, 4. (*can.:* ecce facio; *cont.*); *Caes.* XI, 1.; *Alger. de corp.* I, 10. (*inde a verb.:* sanctificamur partic.) — *cf. Lanfranc., Guitmund. l.* 3. (*Corr.*) 1223) *Codd. coll. o.* 1224) inquiunt: *Ivo* 1225) *Codd. et Edd. coll. o.* 1226) id . . . Christi: *deest: Ivo* 1227) eius: *deest: ib.* (et resurrectionem parit. confit.) 1228) celebremus: *ib.* (in eccl.: *deest*) 1229) sacri officii: *ib.* 1230) *Codd. et Edd. coll. o.* 1231) *ib.* 1232) *ib.* 1233) *ib.* 1234) *ib. Ivo* 1235) *Codd. et Edd. coll. o.* 1236) ut vere: *Dionys.* 1237) vivificantem: *Edd. coll. o. pr. Bas.* || can. 81. 1238) *in A rubr. est:* de eodem. 1239) *BCDF;* sunt: *EGH* 1240) itidem: *GH;* inde: *E* 1241) *no.* 12. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* II, 4. (*can.:* ecce facio; *cont.*) 1242) I. *Cor. c.* 10. *v.* 3. 1243) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 1244) *Codd. et Edd. coll. o.;* spiritualem vero eandem quam nos, et adiungit et: *Ivo* 1245) hoc idem: *ib.* || can. 82. 1246) it.: *deest: ABCF; — no.* 15. *Ed. Migne. — Ivo Decr.* II, 4. (*can. cont.*) — *cf. Alger. de sacr.* I, 3. — *Guitmund. l.* 3. (*Corr.*) 1247) Et in: *Ivo* 1248) pat.: *deest: ib.* 1249) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. vere ergo: *Ivo* 1250 *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1251) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (Christi); — *orig.; deest: Ivo* 1252) sumus: *Ivo*

eo est, et ille in nobis, quomodo[1253] uoluntatis unitas asseritur, cum naturalis per sacramentum proprietas perfectum[1254d] sacramentum sit unitatis? Non est humano aut[1255] seculi sensu de his[1256e] rebus loquendum[1257], neque per uiolentam[1258] atque inprudentem[1259f] predicationem dictorum celestium sanitati alienae atque inpiae intelligentiae peruersitas est[1260] extorquenda[1261g*]. De naturali enim in nobis Christi ueritate que dicimus, nisi[1263] ab eo didicimus[1264h], stulte atque inpie dicemus[1265i]. Ipse enim ait[1266]: „Caro mea uere est esca, et sanguis meus uere est potus. Qui edit[1267] carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo.“ De ueritate carnis et sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc enim et[1268] ipsius Domini professione et fide nostra uere[1269] caro est, et uere sanguis est, et hec accepta atque hausta efficiunt[1270k], ut et nos in Christo, et Christus in nobis sit[1271l]. Est ergo in nobis ipse[1273] per carnem[1274m]. §. 1.[1276] Quod autem in eo per sacramentum conmunicatae carnis et sanguinis simus, ipse testatur, dicens[1277n]: „Vos autem uidebitis me, quia[1278o] ego uiuo, et uos uiuetis, quoniam[1279] ego in patre meo[1280], et uos in me, et ego in uobis.“ Si uoluntatis tantum intelligi unitatem uellet, cur gradum quendam atque ordinem consummandae unitatis exposuit, nisi, ut ille[1281p] in patre per naturam diuinitatis[1282q], nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem, et ille rursus in nobis per sacramentorum inesse misterium crederetur, ac sic perfecta per mediatorem unitas doceretur[1283], cum nobis in se manentibus ipse maneret in patre, et in patre manens[1284r], maneret[1285] in nobis, et ita ad unitatem[1286s] proficisceremur, cum qui in eo[1287t] naturaliter secundum natiuitatem inest, nos quoque in eo naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente? §. 2. Quod[1288] autem in nobis naturaliter[1289u] hec unitas sit, ipse ita testatus est: „Qui edit[1290] carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo.“ Non enim[1291v] in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tamen[1292w] assumptam in se habens carnem, qui suam sumpserat[1293x]. *Item*[1294y]: „Sicut misit me uiuens pater, et ego uiuo per[1295] patrem, et qui manducauerit meam carnem, et ipse uiuet[1296] per[1297] me.“ Quomodo[1298z] per patrem uiuit, eodem modo nos per carnem eius uiuimus[1299aa]. §. 3. Hec ergo uitae nostrae causa est, quod in nobis[1300bb] manentem[1301] per carnem Christum[1302] habemus, uicturi[1303cc] per eum ea condicione, qua uiuit ille[1304] per patrem. Si ergo nos[1305] naturaliter secundum carnem per eum uiuimus, id est naturam suae carnis adepti, quomodo non naturaliter secundum spiritum in se patrem habeat, cum uiuat ipse[1306] per patrem? *Item*[1307dd]: §. 4. Hec autem idcirco conmemorata sunt a nobis, quia, uoluntatis tantum inter patrem et filium unitatem heretici mentientes unitatis nostrae ad Deum[1308] utebantur exemplo, tamquam nobis ad filium, et per filium ad patrem obsequio tantum et[1309ee] uoluntate religionis unitis, nulla per sacramentum carnis et[1310] sanguinis conmunionis[1311] naturalis proprietas indulgeretur, cum et per honorem nobis datum[1312ff] filii[1313], et permanentem in nobis carnaliter[1314gg], et nos[1315hh] in eo nobis corporaliter et inseparabiliter unitis misterium uerae ac naturalis unitatis sit predicandum. *Idem*[1316**]: §. 4. Corpus Christi, quod sumitur de altari, figura est, dum panis et uinum extra uidetur[1317]; ueritas autem, dum corpus et sanguis Christi in ueritate interius creditur.

C. LXXXIII. *Quare*[1318] *in sacrificio aqua uino miscetur*[1319a].

Item Ambrosius in lib. [V.] *de sacramentis*, [c. 1.][1320*]

XXIV. Pars. In calice[1321b] mittitur uinum, et[1322c] aqua. Sed[1323d] dicis[1324]: quomodo ergo Melchisedech[1325] panem et uinum obtulit? Quid sibi uult admixtio aquae[1326e]? „Bibebant[1327] autem de consequenti[1328] eos[1329] petra: petra autem erat Christus.“ Non inmobilis petra, que populum sequebatur. Et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide misterium. Moyses, hoc est Propheta; uirga, hoc est uerbum Dei. Sacerdos uerbo Dei tangit petram, et fluit aqua, et bibit populus Dei[1330f]. Redundat aqua in calice, salit in uitam eternam. *Item*[1331g]: Accipe[1332] et illud[1333h]. §. 2.[1334i] De[1335] latere eius fluxit[1336] aqua et sanguis[1337k]. Aqua, ut mundaret[1338l]; sanguis, ut redimeret. Quare de latere? quia unde culpa, inde gratia; culpa per feminam, gratia per[1339m] Christum. *Item* [c. 3.][1340]: §. 3. Audi[1341] Psalmum. Vide, quam[1342n], aptus sit celestibus sacramentis[1343]: „Dominus pascit me, et nichil michi deerit etc. Virga tua, et baculus

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 82. d) perfectae e) in Dei f) impudentem g) extorq. Quae scripta* sunt legamus, et[1262] quae legerimus intelligamus, et tunc perfectae fidei officio fungemur. h) discimus i) dicimus k) id efficiunt l) sit. Anne hoc veritas non est? Contingat plane his verum non esse, qui Christum Iesum verum esse Deum negant[1272] m) carnem, et sumus in eo, dum secundum[1275] hoc, quod nos sumus, in Deo est. n) dicens: Et hic mundus iam me non videt o) quoniam p) quum ille q) divinit. esset r) man. ipse s) unit. patris proficeremus t) eo qui u) naturalis v) enim quis w) tantum x) sumserit y) Perfectae autem huius unitatis sacramentum superius iam docuerat, dicens: Sicut z) Vivit ergo per patrem, et quomodo aa) vivemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiae formam praesumitur, ut id, de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur. bb) nobis carnalibus cc) victuris nobis dd) Item infra ee) ac ff) datum Dei gg) carnal. filium hh) nos: *deest* — c. 83. a) misceatur b) calicem c) et quid aliud d) Sed tu mihi e) aquae? Rationem accipe. (Et paucis interiectis): Iussit Deus Moysi, ut tangeret petram de virga; tetigit petram, et petra undam maximam fudit, sicut Apostolus ait: f) Dei. Tangit ergo sacerdos calicem g) aeternam, et bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est. Didicisti ergo hoc? Accipe h) aliud i) Et paucis interiectis: §. 2. k) sanguis. Quare aqua? Quare sanguis? l) emundaret m) per Dominum Iesum n) quemadmodum

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXXII. * Quae scripta: Addita haec sunt usque ad vers. *De naturali*, ex ipso originali, itemque alia nonnulla, quae facere videbantur ad sententiae integritatem.

** Idem: Antea legebatur: *id est:* Emendatum est ex vetustis codicibus. De hoc autem loco notatum est supr. ead. c. *Corpus*.

C. LXXXIII. * Caput hoc ex indicatis B. Ambrosii locis confectum, et in summam redactum, ex originali emendatum est et aliquot locis locupletatum.

Dist. II. can. 83. 1253) *add.:* enim: *Edd. Bas. Lugd.* II. 1254) *Codd. et Edd. coll. o.* 1255) autem: *Edd. Bas. Lugd.* I.; *deest: Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 1256) *Codd. et Edd. coll. o.* 1257) agendum: *Ivo* 1258) violentiam: *ABCD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo* 1259) *BCDEF orig. Ivo;* prudentem: *GH* 1260) est: *deest: AB* 1261) *Codd. et Edd. coll. o.* 1262) quae legimus (et: *deest*): *Ivo* 1263) nisi quod: *EGH* 1264) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (discamus), *Lugdd.* II. III. (didicerimus); — *orig. Ivo* 1265) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo* 1266) *Ioan. c.* 6. *v.* 56. 1267) edet: *CDF* 1268) et: *deest: C Ivo* 1269) vera: *EGH* 1270) *Codd. et Edd. coll. o.* 1271) *ib. pr. Edd. Lugdd.* II. III. 1272) denegant: *orig.* 1273) ipse: *deest: AH* 1274) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1275) secum: *orig.* 1276) §. 1. *et* 2. *omissae sunt ab Iv.* 1277) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ioan. c.* 14. *v.* 19. 1278) *Codd. coll. o.* 1279) quia: *CG* 1280) maneo: *EGH Edd. coll. o.* 1281) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1282) *ib.* 1283) doceret: *BDEGH;* deceret: *A* 1284) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig.* 1285) permaneret: *EGH* 1286) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1287) *BCDF orig.;* ei qui in deo: *A* 1288) quam: *orig.* 1289) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1290) edet: *CDF;* bibet: *DF;* — manducat: *A;* — *Ioan. c.* 6. *v.* 57. 1291) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1292) *Codd. et Edd. coll. o.* 1293) *Codd. coll. o.;* assumserat: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1294) *Codd. et Edd. coll. o.;* — *cf. Ioan. c.* 6. *v.* 58. 1295) propter: *B Edd. coll. o. pr. Bas.;* — *Vulg.* 1296) vivit: *CDF* 1297) propter: *AB Edd. coll. o. pr. Bas.;* — *Vulgat.* 1298) *Codd. et Edd. coll. o.* 1299) *Codd. et Edd. coll. o.;* —vivimus: *ACDF Ed. Bas. orig.* 1300) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1301) manere: *ABDF Ed. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.; add.:* te: *Ed. Arg.* 1302) Christi: *ABEGH* 1303) *Codd. et Edd. coll. o.* 1304) ipse: *Ivo* 1305) nos: *deest: BC* 1306) ipse: *deest: EGH* 1307) *Codd. coll. o. pr. A* (It.: *deest*); *seqq. usque ad exitum non sunt ap. Ivon.* 1308) Dominum: *EGH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 1309) *Codd. coll. o.* 1310) vel: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 1311) condicionis: *EH* 1312) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 1313) filium: *GH Ed. Arg.* 1314) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 1315) *Codd. et Edd. coll. o.* 1316) id est: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.; in A* §. 4. *deest.* — *cf. supra c.* 79. 1317) videatur: *EGH* || can. 83. 1318) Quare cum aqua uinum: *A;* Quibus exemplis preter naturam substantia panis et uini in corpus et sanguinem conuertitur: *B* 1319) *CDFH* 1320) *no.* 2.; *Non Ambrosii esse videtur* 1321) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; quid mitt.: *orig.* 1322) *Codd. et Edd. coll. o.* 323) *ib.* 1324) dices: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1325) *cf. Gen. c.* 14. *v.* 18. 1326) *Codd. et Edd. coll. o.* 1327) I. *Cor. c.* 10. *v.* 10. 1328) *add.:* spiritu: *orig.* 1329) eos: *deest: CDF* 1330) *Codd. et Edd. coll. o.* 1331) *ib. pr. A* (it.: *deest*) 1332) accipite: *BEGH Edd. coll. o. pr. Bas. Par.* 1333) *Codd. et Edd. coll. o.* 1334) *Codd. coll. o.* 1335) *cf. Ioan. c.* 19. *v.* 34. 1336) effluxit: *Edd. coll. o.* (et sang.: *deest: Edd. Ven.* II. *Par.*) 1337) *Codd. et Edd. coll. o.* 1338) *ABCDF* 1339) *Codd. et Edd. coll. o.* 1340) *no.* 13. 1341) quoties audisti XXII. Psalmum et non intellexisti: *orig.* 1342) *ABCDF* 1343) *Psalm.* 22. *v.* 1. 4.

tuus et cet."[1344 o] Virga inperium[1345], baculus passio est[1346 p], eterna deitas[1347 q] Christi[1348 r], passio temporalis[1349 s]. Illa creauit, hec redemit[1350]. „Parasti in conspectu meo mensam[1351 t] et poculum meum[1352 u] inebrians, quam preclarum[1353] est." *Item*[1354 v]: §. 4. Quocienscumque bibis, remissionem accipis peccatorum, et inebriaris[1355 w] spiritu. Unde et[1356] Apostolus[1357 x]: „Nolite inebriari uino in quo est luxuria[1358 y], sed inplemini Spiritu sancto." *Item*[1359 z]: Preclara ebrietas[1360], que sobrietatem mentis operatur. *Item* [c. 4.][1361]: §. 5. „Fiat[1362] uoluntas tua; sicut in celo et in terra. Panem nostrum cottidianum da nobis hodie."[1363 aa] Sanguine Christi pacificata sunt omnia uel[1364] in celo, et[1365 bb] in terra. Sanctificatum est celum, deiectus est diabolus, ubi[1366] uersatur homo, quem ille decepit. §. 6.[1367 cc] Dixi uobis, quod ante uerba Christi quod offertur panis dicatur[1368]. Ubi uerba Christi deprompta fuerint, non iam panis sed corpus dicitur[1369 dd]. Quare ergo in oratione dominica[1370 ee] ait[1371]: „Panem nostrum?" Panem dixit quippe[1372 ff], sed ἐπιούσιον[1373 gg], hoc est supersubstantialem.

C. LXXXIV.[1374] *Veram Christi carnem, et uerum Christi sanguinem manducamus et bibimus.*

Idem in lib. VII.[1375 a]

XXV. Pars. Sicut est uerus Dei filius Dominus[1376 b] Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris: ita uera Christi[1377 c] caro, sicut ipse dixit, quam accipimus[1378], et uerus sanguis eius est potus*. *Item*[1379 d]: §. 1. „Ego[1380] sum," inquit, „panis uiuus, qui de celo descendi." Sed caro non descendit de[1381 e] celo[1382 f]. Quomodo ergo descendit[1383 g] de[1384 h] celo[1385 i] panis uiuus? quia idem Dominus Iesus[1386 k] consors est[1387 l] diuinitatis, et corporis. Et tu, qui[1388 m] accipis carnem[1389 n], diuinae eius substantiae in illo[1390 o] participas[1391 p] alimento.

C. LXXXV.[1392] *In sacrificio non corporalem, sed spiritualem escam accipimus.*

Item in lib. de misteriis, [cap. 9.][1393 a]

In illo sacramento Christus est, quia Christi corpus est. Non ergo corporalis esca, sed spiritualis[1394 b]. Unde et Apostolus de tipo eius ait[1395], quia patres nostri eandem[1396 c] escam spiritalem manducauerunt[1397 d]. Corpus enim Dei corpus est spirituale: corpus Christi corpus est diuini spiritus.

C. LXXXVI.[1398] *Carnem a Christo susceptam, et corpus transfiguratum in altari offerimus.*

Idem in sermone de Abel et Cayn[1399 b].

Si credis[1400 b], a Christo, carnem esse susceptam, et offeras transfiguratum[1401 c] corpus in altari[1402 d], nec tamen distinguis[1403 e] naturam uerbi[1404] et corporis[1405 f], dicitur tibi: „Si[1406] recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti."

C. LXXXVII.[1407] *In cena Christus fuit conuiua et conuiuium.*

Item Ieronimus ad Heldibiam, [quaest. II.][1408 a]

Nec Moyses dedit uobis[1409 b] panem uerum, sed Dominus Iesus ipse conuiua[1410] et conuiuium, ipse comedens, et qui comeditur.

C. LXXXVIII. *In ueritate sui corporis et sanguinis Christus suis[1411] discipulis presentauit quod Melchisedech sacramentaliter obtulit.*

Item super Mattheum, [lib. IV. ad c. 26.][1412 a]

„Accipite et comedite. Hoc est corpus meum." Postquam tipicum fuerat[1413] pasca conpletum, et agni carnes cum Apostolis comederat, assumpsit[1414 b] panem, qui confortator[1415 c] est hominis, et ad uerum Pascae transit[1416 d] sacramentum, ut, quomodo in prefiguratione eius Melchisedech[1417 e] panem et uinum offerens fecerat, ipse quoque in ueritate sui corporis et sanguinis representaret.

C. LXXXIX.[1418] *Christus idem est sacerdos et sacrificium.*

Idem in lib. de membris Domini[1419 a].

Sacerdos Dei patris dicitur[1420 b] filius Dei[1421 c], secundum[1422 d] humanitatem, in qua se pro nobis[1423 e] acceptabile sacrificium Deo[1424 f] obtulit, ut ipse sit[1425 g] sacerdos, qui est[1426 h] sacrificium.

C. XC.[1427] *Iudei credentes biberunt sanguinem, quem in cruce fuderunt.*

Item Augustinus de utilitate agendae penitenciae[1428 a].

Tunc[1429] eis Petrus[1430] annunciauit eum colendum, quem crucifixerunt, ut eius iam[1431 b] sanguinem biberent credentes, quem fuderant[1432 c] seuientes[1433 d].

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 83. o) tuus, ipsa me consolata sunt p) est, hoc est q) divinitatis r) Christi, vel etiam s) corporalis t) mensam etc. u) tuum v) Et infra: w) inebr. in x) Ap. ait x) in ... lux.: *deest* z) sancto. Vino enim qui inebriatur vacillat et titubat. Spiritu qui inebriatur radicatus in Christo est. Et ideo preclara aa) hodie etc. bb) vel cc) Et paulo post: §. 6. dd) corp. appellatur ee) dominica, quae postea sequitur ff) quidem gg) ἐπιούσιον dixit — c. 84. a) lib. VI. de sacramentis c. 1. b) Dom. noster c) Christi: *deest* d) Item paulo post e) e f) coelo, hoc est carnem in terris assumsit ex Virgine g) descendit panis h) e i) coelo et k) noster Iesus Christus l) est et m) quia n) panem o) illa p) participaris — c. 85. a) de his qui myst. initiantur b) spir. est c) eand.: *deest* d) manduc. et potum spiritualem biberunt — c. 86. a) Item ... Cain, id est in lib. de incarnationis dominicae sacramento, c. 4. b) credas c) transfigurandum d) altaribus e) distinguas f) corporis et — c. 87. a) Hedibiam b) nobis — c. 88. a) Item Hieronymus b) assumit c) confortat cor d) transgreditur e) Melchis. summi Dei sacerdos — c. 89. a) Dom., al. de his, quae Deo in scripturis attribuuntur b) dictus est c) Dei non d) sec. divinitatem sed secundum e) nobis per passionem et mortem suam f) Deo patri g) esset h) et — c. 90. a) Aug. lib. L. hom. serm. 27. de b) iam: *deest* c) effuderunt. d) sitientes

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXXIV. * Est potus: Post haec verba in originali sequitur c. *Forte,* supra eadem.

Dist. II. can. 83. 1344) *Codd. et Edd. coll. o.* 1345) est inper. divinitatis: *Edd. Bas. Par. Lugdd.* 1346) *Codd. et Edd. coll. o.* 1347) *Codd. et Edd. coll. o.* 1348) *ib.* 1349) *ABCDF* 1350) *Psalm. ib. v.* 5. 1351) *Codd. coll. o.* 1352) calix: *A Ed. Arg. Vulg.* 1353) *DF Ed. Bas. orig.;* meus ... preclarus: *A;* eius: *B; deest: EGH* 1354) *Codd. coll. o.* 1355) *Codd. et Edd. coll. o.:* spiritu sancto: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1356) et: *deest: AE* 1357) *Codd. et Edd. coll. o.; — Ephes. c. 5. v.* 18. 1358) *Codd. coll. o.* 1359) *Codd. et Edd. coll. o.;* sed item: *deest: A Edd. coll. o.* 1360) *add.:* est: *A Edd. coll. o. pr. Bas.* 1361) *no.* 25. 1362) *Matth. c. 6. v.* 10. 1363) *Codd. coll. o. orig.* 1364) et: *C Edd. Lugdd.* II. III.; *deest: A* 1365) *Codd. coll. o. Edd. coll. o. sed in Edd. Lugdd.* II. III. (*deest:* in) 1366) ibi vers., ubi et hom.: *orig.* 1367) *Codd. coll. o.* 1368) dicitur: *A Edd. Bas. Par.* 1369) *Codd. et Edd. coll. o.* 1370) *ib.* 1371) *Matth. c. 6. v.* 11. 1372) *Codd. et Edd. coll. o.* 1373) *ib.* ‖ can. 84. 1374) *in A rubr. est:* de veritate sacramenti. 1375) *BCDEG;* VIII.: *A;* XII.: *H; — ib. lib.* VI. *c. 1. no. 1. — cf. Alger. de sacr.* I, 12.; *Guitmund. l.* III. (*Corr.*) 1376) *Codd. coll. o.* 1377) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* est: *A Edd. coll. o.; — cf. Ioan. c. 6. v.* 56. 1378) accepimus: *BCF* 1379) *Codd. coll. o. pr. A; — ib. no.* 4. 1380) *Ioan. ib. c.* 51. 1381) *Codd. et Edd. coll. o.* 1382) *ib.* 1383) *ib.* 1384) *ib. pr. A* (de celo: *deest*) 1385) *Codd. et Edd. coll. o.* 1386) *ib.* 1387) *ib.* 1388) *ib. orig.* 1389) *Codd. coll. o. orig.* 1390) *BCDEFGH orig.* 1391) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (participes) ‖ can. 85. 1392) *in A rubr. est:* de eodem 1393) *Codd. coll. o.; — no.* 57.; *— cf. Alger. de sacr.* I, 11. 1394) *Codd. et Edd. coll. o. pr. AC, neque tamen vox est, ut R. censuit a Corr. est insertum.* 1395) I. *Cor. c. 10. v.* 3. 1396) *Codd. et Edd. coll. o. Vulgat.* 1397) *Codd. et Edd. coll. o.* ‖ can. 86. 1398) *in A rubr. est:* de eodem 1399) *Codd. coll. o.;* imo: *de incarnat. domin. sacram. c.* 4. 1400) *Codd. et Edd. coll. o.* 1401) *ib.* 1402) *ib.* 1403) *ib.* 1404) divinitatis: *orig.* 1405) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* Christi: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 1406) *Gen. c. 4. v. 7. sec.* LXX. ‖ can. 87. 1407) *in A rubr. deest* 1408) *Codd. coll. o. pr. A* (Helbidiam); *— ad Hedibiam qu.* 2.; *— Ivo Decr.* II, 5. (*can.:* nos aut. audivim.; *cont.*) *— cf. Alger. de sacr.* I, 12. 1409) *ABCDFG Edd. coll. o.* 1410) est conviva: *Edd. Arg. Bas.* ‖ can. 88. 1411) suis: *deest: CDF; in A rubr. deest* 1412) Idem: *ABDF; — ad v.* 26.; *— cf. Paschasius in eundem Matth. locum* (*Corr.*) 1413) fuit: *H Edd. coll. o.;* fuerit: *E* 1414) *ACDFG Edd. coll. o. pr. Arg.* 1415) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.; — Psalm.* 103. *v.* 15. 1416) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Lugdd.* II. III. (transiit) 1417) *Codd. et Edd. coll. o.; — Gen. c. 14. v.* 18. ‖ can. 89. 1418) *in A rubr. est:* de eodem 1419) *Codd. coll. o.; — prope finem: — non est Hieronymi.* 1420) *Codd. et Edd. coll. o.* 1421) *Codd. coll. o.; —* Dei: *deest: ABEGH* 1422) *Codd. et Edd. coll. o.* 1423) *ib.* 1424) *Codd. coll. o.* 1425) *Codd. et Edd. coll. o.* 1426) *ib. pr. A* ‖ can. 90. 1427) *in A rubr. est:* de sanguine Christi 1428) *Sermo* 352. *no.* 2. *Ed. Maur.* 1429) Sic: *EGH;* Iudeis Petrus: *A* 1430) *Act. c. 2. v.* 38. 1431) *ABCDF* 1432) *ACDF Edd. Lugdd.* II. III. *orig.;* fuderunt: *BEGH Edd. rell.* 1433) *Codd. et Edd. coll. o.*

C. XCI.[1434] *Corpus, quod ex Virgine sumptum est, a fidelibus accipitur.*

Idem in epist. ad Ireneum[1435 a].

Corporeum illud manna nunc est* tanti res miraculi, quia uenit quod perfectum est; perfectum autem panis[1436] de celo corpus ex[1437] Virgine[1438 b].

C. XCII.[1439] *Verum Christi corpus, uerumque*[1440] *eius sanguinem cottidie manducamus et bibimus.*

Idem in Psalm. XXXIII. omelia II.[1441 a]

Accesserunt Iudei ad[1442] Iesum, ut crucifigerent[1443]; nos[1444 b] accedamus, ut corpus eius et sanguinem[1445] accipiamus. *Item*[1446 c]: §. 1. Vere magnus Deus[1447 d], et magna[1448] misericordia eius[1449 e], qui nobis dedit corpus suum manducare, in quo tanta perpessus est, et sanguinem suum[1450 f] bibere. *Item in Psal.* 27.[1451 g] *ad Iudeos:* §. 2. Iam[1452] et[1453] securi bibite sanguinem, quem fudistis. *Psal.* 75.[1454 h]: §. 3. Ipsum sanguinem, quem per insaniam fuderunt, per gratiam biberunt. *Psal.* 28.[1455 i]: §. 4. De carne Mariae carnem accepit[1456 k], et ipsam carnem[1457 l] ad[1458 m] manducandum ad salutem dedit. Nemo autem carnem illam manducat, nisi prius adorauerit. *Psal.* 33.[1459 n]: §. 5. „Dauid[1460] ferebatur* manibus suis.“ Manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso Dauid, secundum literam non inuenimus: in Christo autem inuenimus. Ferebatur enim Christus manibus suis, quando conmendans ipsum corpus suum ait[1461]: „Hoc est corpus meum.“ Ferebatur[1462] enim illud corpus in manibus suis. *Idem super Iohannem tract.* 35.[1463 o]: §. 6. Quousque biberent[1464] sanguinem, quem fuderant[1465], desperauerunt[1466 p]. *Idem in Psal.* 54.[1467]: §. 7. Iudei pascebantur tamquam de pena Domini, et[1468 q] nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius manducamus. Habent[1469 r] ergo inpii epulas suas, habent[1470 s] pii suas[1471 t]. „Beati[1472], qui esuriunt et sitiunt iusticiam.“

C. XCIII. *Pro infirmantibus eucharistia semper debet esse parata*[1473 a].

Item ex Concilio Wormaciensi[1474].

XXVI. Pars. Presbiter[1475] eucharistiam semper habeat paratam, ut, quando quis infirmatus fuerit[1476]*, statim eum conmunicet, ne sine conmunione moriatur.

C. XCIV. *Penitencia*[1477] *eius, qui non bene sacrificium custodit.*

Item ex Concilio Aurelianensi[1478 a].

XXVII. Pars. Qui bene non custodierit sacrificium, et mus uel aliud aliquod[1479] animal illud comederit, XL. dies[1480 b] peniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, et inuenta non fuerit, XXX.[1481] dies peniteat.

C. XCV. *Ystrionibus sacra non conmittantur misteria*[1482].

Ciprianus Euricacio[1483 a] *confratri salutem,* [lib. I. ep. 10.][1484 b]

XXVIII. Pars. Pro dilectione tua[1485 c] consulendum[1488] me existimasti[1489], frater karissime, quid michi uideatur de ystrione et mago illo[1490 d], qui apud uos constitutus[1491 e] adhuc in suae artis dedecore[1492] perseuerat, et magister et doctor non erudiendorum, sed perdendorum[1493] puerorum, id[1494], quod male didicit[1495], ceteris quoque[1496] insinuat: an talibus[1497 f] debeat sacra conmunio cum ceteris Christianis[1498 g] dari aut[1499 h] debeat[1500] conmunicare uobiscum[1501 i]? Puto[1502 k] nec maiestati diuinae, nec euangelicae disciplinae congruere, ut pudor et honor ecclesiae tam turpi et infami contagione fedetur[1503].

C. XCVI.[1504] *Post conuersionem non est deneganda gratia conmunionis.*

Item ex Concilio Cartaginensi III., [c. 35.][1505]

Scenicis[1506] atque ystrionibus, ceterisque huiusmodi personis, uel apostaticis conuersis, uel reuersis ad Deum[1507 a], gratia uel reconciliatio non negetur.

C. XCVII. *Presbiter in altari missam non celebret, in quo eadem*[1508] *die episcopus celebrauit.*

Item ex Concilio Urbico[1509].

In[1510] altari, quo[1511 a] missam episcopus cantauit, presbiter eo[1512 b] die aliam[1513] celebrare non[1514] presumat.

EDITIO ROMANA.

Dist. II. c. 91. a) Item Ambrosius epist. LXII. al. l. VIII. epist. 1. b) Virgine, de quo satis evangelium te docet — c. 92. a) Item Augustinus in Psalm. b) nos ad eum c) Item infra d) Dominus e) eius vere f) suum: *deest* g) 45. h) Item in Psal. 65. i) Item in Psal. 98. k) accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulavit l) carnem nobis m) manducandam (ad: *deest*) n) Item in Psal. o) 21. p) de sua salute desper. q) Nam et r) Et infra: Habent s) habent et t) suas. Audi epulas piorum — c. 93. a) Pro infirmitatibus eucharistiam presbyter semp. habeat paratam — c. 94. a) Arelatensi b) diebus — c. 95. a) Eucratio b) fratri c) tua et[1486] verecundia mutua[1487] d) quodam e) constit. in eiusdem adhuc f) talis g) sacra conm. c. cet. Christ.: *deest* h) dari aut deb.: *deest* i) nobiscum k) Quod ego puto — c. 96. a) Dominum — c. 97. a) in quo b) eodem

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XCI. * Nunc est: Apud B. Ambrosium [et Ivonem] sic legitur: *Et corporeum quidem* [*quid.:* deest: Ivo] *illud manna hodie plerisque in locis invenitur: sed nunc non est tanti res miraculi, quia venit etc.* Verum ob glossam non est emendatum.

C. XCII. * Ferebatur: In graeca vulgata est: *παρεφέρετο*, id est: *collabebatur.*

C. XCIII. * Infirmatus fuerit: Apud Burchardum et Ivonem (qui item citant conc. Wormaciense c. 5.), et in Capitularibus l. 1. c. 161., ubi habetur, post ista verba interponuntur haec [etiam ap. Reg.]: *aut parvulus infirmus fuerit.*

Dist. II. can. 91. 1434) *in A rubr. est:* de corpore 1435) *Codd. coll. o.; — imo Ambrosius ep.* 64. *no.* 1. *scr. c. a.* 390.; — *Ivo Decr.* II, 9. (*can.:* si tanta vis; *cont.*); — *cf. Lanfrancus.* (*Corr.*) 1436) panem: *BCDF* 1437) est ex: *D Edd. Bas. Nor.;* est de: *Ed. Arg.;* est ex Virg. natum: *Edd. rell.* 1438) *Codd. et Edd. coll. o.* ‖ can. 92. 1439) *in A rubr. est:* de corpore et sanguine Christi 1440) et verum . . cot. accipimus: *CDF* 1441) *Codd. coll. o.; sed in EFGH:* Psalm. XXXIV.; — *imo Augustinus in Psalm.* XXXIII. *v.* 6. *sermo* II. *no.* 10.; — *Ivo Decr.* II, 9.; — *cf. Alger. de sacr.* I, 9. 12. *Lanfranc. Guitmundus l.* III. (*Corr.*) 1442) ad Ies.: *deest: Ivo* 1443) *add.:* Christum: *ib.* 1444) *Codd. et Edd. coll. o.* 1445) *add.:* eius: *CDF* 1446) *Codd. coll. o.; in v.* 22. *no.* 25. 1447) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ivo* 1448) mag.: *deest: orig.* 1449) *Codd. et Edd. coll. o.* 1450) *ib. Ivo* 1451) *BDGH;* XXVIII.: *CF;* XXXVII.: *E; — in Psalm.* 45. *seqq. non exstant.;* XXV.: *A — in A novus est canon cum rubr.:* de miraculo sacramenti 1452) Nam: *EH;* Iam. ... fud.: *non sunt ap. Iv. neque ea quae sequuntur post* §. 3. 1453) et: *deest: AB* 1454) *Codd. coll. o.; sed in EGH legit.:* in Psalm. 1455) *Codd. coll. o. pr. C* (XXVII.); — *in EGH legit.:* in Psalm.; *imo in Psalm.* 98. *v.* 5. *no.* 9. 1456) *Codd. et Edd. coll. o.* 1457) *ib.* 1458) *ib. pr. C* (ad mand.: *deest*) 1459) *Codd. coll. o., sed in EGH in Psalm.* 23.; — *sermo* 1. *no.* 10. *in Psalm.* 33. 1460) I. *Reg. c.* 21. *v.* 13. 1461) *Matth. c.* 26. *v.* 26. 1462) ferebat: *GH orig.* 1463) *ACDF;* XXXVII.: *B;* XXV.: *EGH; — tract.* 31. *in Ioan. no.* 9. 1464) biberunt: *C Ed. Bas.* 1465) fuderunt: *Edd. coll. o.* 1466) *Codd. et Edd. coll. o.* 1467) *in Psalm.* 100. *no.* 9. 1468) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (et: *deest*) 1469) *Codd. et Edd. coll. o.* 1470) *Codd. coll. o.* 1471) *Codd. et Edd. coll. o.* 1472) *Matth. c.* 5. *v.* 6. ‖ can. 93. 1473) *Codd. coll. o. pr. A* (de infirmis) 1474) *imo c.* 16. *Capitul. Ingelhem. a.* 809. *in Mon. Germ. LL.* I, 161.; *Reg.* I, 70. (ex lib. capit.); *Burch.* V, 10.; *Ivo Decr.* II, 20.; *Ivo Pan.* I, 147.; *Coll. duod. P.* V, 193. 1475) ut presb.: *Reg. Burch. Ivo Pan.* 1476) infirmaverit: *orig.* ‖ can. 94. 1477) *in A rubr. est:* penitencia negligentis ministri 1478) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Nor. Lugdd.* II. III. *Burch. Ivo Pan.; — Corr. — ex quodam Poenitentiali; — cf.* 78. *Poenit. Merseburg. ap. Wasserschleben Bussordn. p.* 399.; *Pseudo. Roman. c.* 10. *ib. p.* 371. *Burch.* V, 51.; *Ivo Decr.* II, 60.; *Ivo Pan.* I, 157. 1479) aliq.: *deest: Ivo Pan.* 1480) *ABCF Burch. Ivo Decr. Pan.* 1481) XX.: *Burch.* ‖ can. 95. 1182) *in A rubr. est:* de magis et histrionibus non admittendis; magis et histr.: *BCF Turrecrem.* 1483) *Codd. coll. o.* 1484) *ib. Burch. Ivo Decr.* II. *Coll. tr. P.; ep.* II. *ad Eucrat. scr. c.a.* 256.; — *Burch.* V, 21.; *Ivo Decr.* II, 31.; *Ivo Pan.* I, 152.; *Coll. tr. P.* III, 2, 5.; *Alger. lib. sent. fol.* 217. *c.* 49. 1485) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.;* tua et reverentia ut ad: *Burch. Coll. tr. P.* 1486) et: *deest: Ivo Decr.* 1487) mut.: *deest: Ivo Pan.* 1488) *Ivo Decr.* XI, 83. 1489) estimasti: *Ivo Pan. Coll. tr. P.* 1490) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P. Alger.;* hist. illo: *Ivo Decr.* II. 1491) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* et adhuc in art.: *Alger.* 1492) decore: *Edd. Ven.* I. II. 1493) perversorum: *Burch.* 1494) id: *deest: A;* idem: *Ivo Pan.* 1495) dicit: *C Edd. Bas. Ven.* II.; discit: *Ed. Lugd.* II. 1496) quoq.: *deest: Ivo Pan.* 1497) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.;* tali: *Burch.* 1498) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.* (Christianis clericis); — *Ivo Pan. Coll. tr. P. Alger.* 1499) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.;* dari haud: *Ivo Pan. Coll. tr. P. Alger.* 1500) deb.: *deest: Burch.* 1501) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Pan. Coll. tr. P. Alger.* 1502) *ib.;* Ego puto: *Ivo Decr.* II. 1503) fedatur: *Burch.* ‖ can. 96. 1504) *in A est rubr.:* recipiendos esse tales converti volentes 1505) it.: *deest: ABCF; — hab. ao.* 397. *ap. Bruns* I, 128.; — *Coll. tr. P.* II, 17, 25. — *cf. Burch.* IV, 36.; *Ivo Decr.* I, 230. 1506) Ut scen.: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 1507) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Hisp. Coll. tr. P.* ‖ can. 97. 1508) eo: *CF; — in A rubr. est:* de missa presbyteri 1509) it.: *deest: ABCF; — sententia est in c.* 10. *Conc. Autissiodor. hab. ao.* 578.; — *Burch.* III, 226. (227.); *Ivo Decr.* III, 270.; *Ivo Pan.* II, 35.; *Coll. tr. P.* III, 3, 32. 1510) nec (ne: *Ivo Decr.*) in: *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr, P.* 1511) *ACF Collatt. citt. o.* 1512) *ABCF Burch. Ivo Decr. Pan.* 1513) missam: *Collatt. citt. o.* 1514) non: *deest: Collatt. citt. o.*

DISTINCTIO III.

GRATIANUS.

C. I. *Tempora feriandi in missa sunt laicis annuncianda*[1 a].

Item ex Concilio Lugdunensi[2].

I. Pars. Pronunciandum est[3 b]*, ut sciant tempora feriandi per annum, id est: omnen dominicam a uespera usque ad uesperam, ne a[4 c] Iudaismo capiantur[5]. Feriandi uero per annum isti sunt dies: Natalis Domini, S. Stephani, S. Iohannis Euangelistae, Innocentium, S.[6] Siluestri, Octauae[7] Domini[8 d]** Theophaniae[9], Purificatio S. Mariae, sanctum Pasca cum tota hebdomada, Rogationes tribus[10] diebus, Ascensio[11] Domini, sancti dies Pentecostes, S. Iohannis Baptistae, duodecim Apostolorum, et[12 e] maxime[13 f] sanctorum Petri et Pauli, qui mundum[14] sua predicatione illuminauerunt, S.[15] Laurentii, Asumptio S. Mariae, Natiuitas[16] S. Mariae[17], Dedicatio[18 g], S. Michaelis Archangeli, Dedicatio cuiuscumque[19] oratorii, et[20] omnium sanctorum, et S. Martini, et illae festiuitates, quas singuli episcopi in suis episcopiis[21 h] cum populo collaudauerint[22], que uicinis tantum circummorantibus indicendae sunt, non[23] generaliter omnibus. Reliquae[24 i] uero festiuitates per annum non sunt cogendae[25 k] ad feriandum, nec prohibendae[26 l]. Indictum uero ieiunium quando[27] fuerit denunciatum, ab omnibus obseruetur.

C. II.[28] *In sanctorum solempnitatibus diuinis offitiis, non saltationibus uel cantilenis, populi debent uacare.*

Item ex Concilio Tolletano IV., [c. 23.][29 a]

Irreligiosa consuetudo est[30], quam uulgus per sanctorum solempnitates agere consueuit. Populi[31], qui debent diuina offitia attendere, saltationibus[32 b] turpibus inuigilant cantica[33 c], non solum mala canentes[34 d], sed et[35] religiosorum offitiis perstrepunt[36 e]. Hoc etenim[37], ut ab omnibus[38] prouinciis depellatur, sacerdotum et iudicum a concilio[39] sancto curae conmittitur.

C. III.[40] *Ante Ascensionem Domini tribus diebus litaniae celebrentur.*

Item ex Concilio Aurelianensi [I., c. 29.][41]

Rogationes, id est letanias, ante Ascensionem Domini placuit celebrari[42] ita, ut premissum[43] triduanum ieiunium in dominicae Ascensionis solempnitate[44] soluatur. Per quod triduum serui et ancillae ab[45] opere relaxentur, quo magis plebs uniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, et[46] quadragesimalibus cibis utantur.

C. IV.[47] *Episcopus die dominico non desit ecclesiae.*

Item ex eodem, [c. 33.][48 a]

Episcopus, si infirmitate non fuerit inpeditus, ecclesiae, cui proximus fuerit, die dominico deesse non debet[49].

C. V.[50] *Hos dies ciuibus in uilla celebrare non licet.*

Item ex eodem, [c. 27.][51]

Nulli[52] ciuium umquam[53 a] Pascae, Natalis Domini, uel[54 b] Quadragesimae* solempnitatem[55] in uilla liceat[56] celebrare, nisi quem infirmitas probabitur[57] tenuisse.

C. VI.[58] *Ante solempnitatem Pascae Quadragesima est celebranda.*

Item ex eodem, [c. 26.][59 a]

Sacerdotibus[60] omnibus decretum est, ut ante Pascae solempnitatem non Quinquagesima, sed Quadragesima teneatur.

C. VII.[61] *Quinta feria ultimae septimanae Quadragesimae ieiunium solui non licet.*

Item ex Concilio Martini Papae [c. 50.][62 a]

Non liceat[63] quinta feria, fratres[64 b], nouissimae septimanae ieiuium soluere, et omnem Quadragesimam exhonorare[65], sed[66] sincere abstinentes totam[67] Quadragesimam perexire[68 c].

C. VIII. *De eodem.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 50.][69]

Non oportet in Quadragesima[70] quinta feria ultimae hebdomadae ieiunium[71] dissolui, et totam Quadragesimam inhonorari; sed per totos[72 a] dies[73] ieiunare, et escis abstinentiae conuenientibus, id est aridioribus, uti.

C. IX.[74] *Exceptis diebus dominicis in Quadragesima non soluatur ieiunium.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 12.][75]

Placuit[76], ut omnes ecclesiae[77 a], exceptis diebus domi-

EDITIO ROMANA.

Dist. III. c. 1. a) nuncianda b) est laicis* c) a: *deest* d) Domini** et e) et: *deest* f) max. tamen g) ded. ecclesiae h) episcopatibus i) Reliquas k) cogendi l) prohibendi — c. 2. a) Tolet. III. b) saltat. et c) canticis d) sol. sibi nocentes e) perstrepentes — c. 4. a) ex Concilio — c. 5. a) umq.: *deest* b) et — c. 7. a) Papae Bracarensis b) fratr.: *deest* c) peragere — c. 8. a) totos hos — c. 9. a) eccl. filii

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. III. C. I. * Laicis: Haec vox abest a Vaticanis exemplaribus, Burchardo et Ivone.

** Octavae Domini: Ita in plerisque vetustis exemplaribus, et in Capitularibus, et apud Ivonem, et ceteros fere veteres scriptores, excepto Burchardo. Ac nihilominus ipsa octava dies ipsius Natalis significatur. Cur autem numero multitudinis proferretur, declarat Alcuinus in c. *de Octava Domini.*

C. V. * Et Quadragesimae: Sic etiam in originali impresso. Sed Ivo [orig. ed. cit. Hisp.] habet: *vel Quinquagesimae.* Burchardus [et Reg.]: *vel Pentecostes*, et ita est in concilio Agathensi c. 63., et in Arvernensi c. 14.

Dist. III. can. 1. 1) *BCF; in A est rubr.:* temporum solempnium descriptio. 2) *exstat in cap. Ahytonis Bas. c.* 8. *ap. Hartzheim Conc.* II, 18.; — *Burch.* II, 77.; *Ivo Decr.* IV, 14.; *Coll. tr. P.* III, 4, 2.; — *cf. Cap. lib.* I. *c.* 164.; *l.* II. *c.* 35. *Conc. Mog.* 813. *c.* 36. 3) *Codd. coll. o. pr. A; — orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.;* est ut laici: *Edd. Bas. Par. Lugd.* I.; est laicis: *Edd. Lugdd.* II. III. 4) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 5) capiamur: *Coll. tr. P.* 6) S. Silv.: *deest: Burch.* 7) octava: *Edd. coll. o. orig. Burch.* 8) *Codd. et Edd. coll. o.;* Dom. vel: *Coll. tr. P.* 9) Theophania: *orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 10) cum trib.: *Coll. tr. P.* 11) ascensionis: *Edd. Arg. Bas.* 12) *Codd. coll. o. Edd. Lugdd.* II. III. 13) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 14) Europam: *orig.* 15) S. Laur.: *deest: ib.* 16) Nativitatis: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par.; — deest: orig.* 17) *add.:* virginis: *C Ed. Bas. Turrecrem. Burch.;* eiusdem: *Ivo: deest: orig.* 18) *ABCF Ed. Bas.;* ded. eiusdem: *EGH;* ded. basilicae: *orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 19) cuiusque: *A Burch.* 20) *ap. Ahyton. haec concisius referuntur.* 21) *Codd. coll. o. Burch. Coll. tr. P.* 22) collaudaverunt: *AB* 23) nec: *Coll. tr. P.* 24) *BCGH Ed. Bas. orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 25) *AGH Ed. Bas. orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 26) *GH Ed. Bas. Ivo Coll. tr. P.; —* prohibendum: *orig.* 27) *add.:* a palatio vel a domo: *orig.* || can. 2. 28) *in A est rubr.:* Ludus prohibendus in solempnitatibus 29) *BCFGH;* IV.: *deest: A; —* it.: *deest: ABCF; — imo c.* 23. *C. Tolet.* III. *hab. ao.* 589. — *ap. Bruns* I, 219.; — *Ivo Decr.* IV, 12. (*can.:* ut nulli civium); *Coll. tr. P.* II, 36, 12. 30) *add.:* omnino exterminanda: *orig. Hisp.* 31) cum pop.: *A;* ut pop.: *orig. Hisp.* 32) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 33) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Coll. tr. P.; —* invigilent cantibus: *orig. Hisp.* 34) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Coll. tr. P.* 35) et: *deest: BEFGH Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* II. III. (etiam) 36) *ABEGH Edd. coll. o. Turrecrem.;* perstrepent: *CF* 37) igitur: *A;* enim: *orig. Hisp.* 38) omni Hispania: *orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 39) consilio: *Edd. Arg. Ven.* I. II. || can. 3. 40) *in A est rubr.:* de observantia letaniarum. 41) it.: *deest: ABCF; — hab. ao.* 511. *c.* 27. *ap. Bruns* II, 165.; *c.* 23. *in Hisp.; — Ivo Decr.* IV, 11.; *Coll. tr. P.* II, 29, 22.; — *cf. Beda de offic. t.* 7. *Albinus p.* 67. (*Corr.*) 42) *add.:* ab omnibus ecclesiis: *orig.* 43) post missam: *Ivo* 44) festivitate: *orig.;* post solennitatem: *Hisp.* 45) *add.:* omni: *orig. Hisp.* 46) *add.:* quod: *H;* etiam: *Edd. coll. o.* || can. 4. 47) *in A est rubr.:* de iure episcopi. 48) *Codd. coll. o.;* item: *deest: ABCF; — c.* 31. *ap. Bruns* II, 166.; *c.* 27. *in Hisp.: — Coll. tr. P.* II, 29, 26.; *Caes.* IV, 62.; *Coll. duod. P.* I, 150. 49) liceat: *orig. Hisp.* || can. 5. 50) *in A est rubr.:* de iure populi 51) it.: *deest: ABCF: canon non exstat in EG; — c.* 24. *ap. Bruns* II, 165; *c.* 20. *in Hisp. — Reg.* II, 392.; *Burch.* II, 75. (ex. C. Agath.); *Ivo Decr.* IV, 12. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* II, 29, 20. 52) ut nulli: *orig. Hisp. Reg. Ivo;* item denunciandum est ut nulli: *Burch.;* ut nullus: *Coll. tr. P.* 53) *Codd. et Edd. coll. o.* 54) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Hisp. Reg. Ivo Coll. tr. P.* 55) solennitates: *Reg. Burch.* 56) lic.: *deest: BC;* licet: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 57) probatur: *A Burch. Ivo* || can. 6. 58) *in A est rubr.:* de quadragesima 59) *Codd. coll. o.;* it.: *deest: ABCF; c.* 25. *ap. Bruns* II, 165.; *c.* 21. *in Hisp.; — Coll. tr. P.* II, 29, 19. 60) id a sac.: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 7. 61) *in A est rubr.:* de ieiunio in coena domini 62) *Codd. coll. o.; —* it.: *deest: ABCF; — c.* 50. *Conc. Laodic. ex interpret. Martini Bracar. — ap. Bruns* II, 53.; — *Coll. tr. P.* II, 47, 50. 63) licet: *CF Coll. tr. P. Böhm.* 64) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 65) exornare: *Edd. Ven.* I. II. 66) et: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. 67) tota quadragesima: *BC* 68) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* perexire aridioribus cibis utentes: *orig. Hisp.* || can. 8. 69) *hab. i. a.* 343. *et* 381. — *versio Hisp.; — Coll. tr. P.* II, 7, 22.; — *ex Dionys.: Reg. Appdx.* III, 21.; *Burch.* XIII, 8.; *Ivo Decr.* IV, 41. 70) quadragesimam (in: *deest*): *Hisp.; —* quadragesimae: *AC Coll. tr. P.* 71) ieiun.: *deest: Hisp.* 72) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* 73) *add.:* quadragesimae: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 9. 74) *in A est rubr.:* de ieiunio quadragesimae 75) it.: *deest: ABCDF; — hab. ao.* 506.; *ap. Bruns* II, 149.; — *Coll. tr. P.* II, 28, 10.; *Coll. duod. P.* IV, 38. 76) *add.:* etiam: *orig. Hisp.* 77) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.;* omn. fideles: *Edd. Arg. Bas.*

nicis, in quadragesima etiam die[78] sabbati[79] sacerdotali oratione[80]* et discretionis conmunione[81] ieiunent.

C. X. *Nec in die dominica*[82a], *nec in diebus Pentecostes in oratione genua flectantur.*

Item ex Concilio Niceno, [c. 20.][83]

Quoniam sunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes, et in diebus Petecostes, propterea[84b] itaque[85c] statutum[86] est a sancta sinodo, (quoniam consona[87], et conueniens consuetudo per omnes ecclesias custodienda est), ut stantes ad orationem Domino uota reddamus.

C. XI.[88] *Quo tempore ab esu carnium sit abstinendum.*

Item Leo IV.[89]

II. Pars. De esu carnium apud nos[90b] uetustissima, et non inprobanda traditio semper tenenda est, ut a cenae termino, que fit in principio noctis quartae feriae, que lucescit in quarta feria, usque in diluculum quintae feriae, et similiter a cena noctis sextae feriae, que[91] lucescit in sexta feria, non inperite ieiunatio usque ad sabbati lucem, quantum[92] de diei parte aliquis ieiunare maluerit uel debuerit, protendatur[93].

C. XII. *Nec die sabbati feriandum*[94], *nec die dominico lauacrum est prohibendum.*

Item Gregorius dilectissimis ciuibus Romae, [lib. XI. epist. 3.][95]

III. Pars. Peruenit ad me[96], quosdam peruersi spiritus homines praua inter uos aliqua et sanctae fidei aduersa seminasse, ita ut in[97a] die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi antichristi predicatores dixerimus[98b]? qui ueniens[99] diem sabbatum atque dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se et resurgere simulat, haberi uult in ueneratione dominicum diem; et quia populum iudaizare conpellit[100], ut exteriorem ritum legis reuocet[101], et sibi Iudeorum perfidiam subdat, coli uult sabbatum[102]. §. 1.[103c] Aliud quoque ad me perlatum est, uobis a peruersis hominibus esse predicatum, ut dominico[104] die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxuria[105] et pro uoluptate lauari quis appetit, hoc fieri nec reliquo die quolibet concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec die dominico[106] prohibemus.

C. XIII.[107] *Ob reuerentiam sepulturae dominicae sabbato ieiunare debemus.*

Item Innocentius Papa, [ep. I. ad Decentium, c. 4.][108]

IV. Pars. Sabbato uero ieiunandum esse, ratio euidentissima demonstrat. Nam, si diem dominicam[109a] ob uenerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi non solum in Pasca celebramus, uerum etiam per singulas[110b] hebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus, ac sicut[111c] sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum[112] pretermittere non debemus, quoniam[113] inter tristiciam et[114] leticiam temporis[115] illius[116] uidetur inclusum[117]. Nam utique[118] constat, Apostolos biduo isto et[119] in merore fuisse, et propter metum Iudeorum se occuluisse[120]. Quod utique non dubium est in tantum[121] eos ieiunasse biduo memorato, ut traditio ecclesiae habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Que[122d] etiam[123e] forma per singulas tenenda est hebdomadas propter id, quod conmemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant semel atque uno sabbato ieiunandum, ergo et dominica[124], et sexta feria semel in Pasca erit utique celebranda.

C. XIV.[125] *Die dominica et quinta feria non est celebrandum ieiunium.*

Item Melciades Papa [ad Episcopos Hispaniarum, cap. 3.][126]

V. Pars. Ieiunium[127] dominici diei, et quintae feriae nemo celebrare debet, ut[128] inter ieiunium[129] Christianorum et gentilium et[130a] ueraciter credentium et[131] infidelium atque hereticorum, uera et[132] non falsa discretio habeatur.

C. XV. *De eodem.*

Item ex Concilio Cesaraugustano, [c. 2.][133]

Ne quis ieiunet die dominica causa timoris*, aut persuasionis[134a], nec[135] Quadragesimarum diebus[136] ab ecclesiis fideles[137] desint, nec habitent[138] in cubiculorum latibulis, ac montium, qui in suspicionibus[139] perseuerant; sed exemplum ac[140b] preceptum custodiant sacerdotum, et ad alienas uillas agendorum conuentuum causa non conueniant. Ab uniuersis episcopis dictum est: Anathema sit qui hoc[141c] conmiserit.

C. XVI. *Quarta et sexta feria sunt soluenda*[142a] *ieiunia.*

Item ex dictis S. Apollonii[143]*.

VI. Pars. Ieiunia sane[144] legitima, id est quarta et sexta feria, non sunt soluenda, nisi grandis aliqua[145] necessitas fuerit[146], quia quarta feria Iudas traditionem[147b] Domini cogitauit[148], et sexta feria crucifixus est Saluator[149]. Videbitur ergo, qui in his diebus sine[150] necessitate[151c] soluerit statuta ieiunia, uel cum tradente tradere Saluatorem, uel cum crucifigentibus crucifigere[152]. Die[153] autem dominica nichil aliud agendum est, nisi Deo uacandum. Nulla opera-

EDITIO ROMANA.

Dist. III. c. 10. a) dominico b) propt.: *deest* c) itaque: *deest* — c. 11. a) Leo Papa b) vos — c. 12. a) in: *deest* b) dixerim c) Et paulo post: §. 1. — c. 13. a) dominicum b) singulos circulos hebdomadarum c) sicut: *deest* d) Quae utique e) et.: *deest* — c. 14. a) et: *deest* — c. 15. a) persuas. aut superstitionis b) et c) haec — c. 16. a) servanda b) de traditione c) sine aliqua nec.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. IX. * Oratione: In concilio legitur: *ordinatione, et districtionis comminatione ieiunent;* sed ob glossam non est mutatum.

C. XV. * Timoris: Hoc exponitur in glossa. Sed in concilio [et in Hisp. et Coll. tr. P.] est: *causa temporis,* id est, quoniam dies dominicus sit. De qua re habetur supr. dist. 30. cap. *Si quis tanquam,* et cap. fin. Legitur etiam in Pontificali Damasi, ideo Miltiadem sanxisse, ne quis die dominico, aut feria quinta ieiunaret, quia eos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant. Et apud Burchardum l. 19. imponitur poenitentia ei, qui die dominica ieiunet propter abstinentiam et religionem.

C. XVI. * Caput hoc habetur apud Palladium in vita Apoll. Abbatis.

Dist. III. can. 9. 78) in die: *A Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 79) sabbato: *orig. Coll. tr. P.* 80) ordinatione: *orig. Hisp.* 81) comminatione: *Hisp.* || can. 10. 82) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* non flectenda genua die dominica. 83) it.: *deest: ABCF.; — hab. ao.* 325.; — *versio Hisp.; Ivo Decr.* IV, 18.; *Coll. tr. P.* II, 1, 20.; — *ex Dionys.: Reg.* I, 390.: *Burch.* II, 88. 84) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 85) *BCF Hisp. Coll. tr. P.;* utique: *Ed. Bas. Ivo* 86) constitutum: *Ivo Coll. tr. P.;* ut omnia in diversis locis constanter observentur placuit s. concilio, stantem Domino vota persolvere: *Hisp.* 87) consonans: *Hisp.* || can. 11. 88) *in A rubr. est:* de abstinentia carnium servanda 89) *ABCF;* it.: *deest: ib.; — fragm. ep. scr. i. a.* 847. *et* 855. — *Jaffé no.* 2004. — *Coll. tr. P.* I, 60, 7.; *Caes.* XI, 23. 90) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. — Turrecrem. Corr.* 91) que . . . fer.: *deest: Coll. tr. P.* 92) vel quant.: *ib.* 93) protenditur: *BC Coll. tr. P.;* protendetur: *E;* protenderetur: *H* || can. 12. 94) est fer.: *CF; in A est rubr.:* sabbato non feriandum, dominica lavacrum non prohibendum. 95) it.: *deest: ABCD; — Ep.* 1. *scr. ao.* 602. *lib.* XIII. *ed. Maur. — Jaffé no.* 1485. — *Ivo Decr.* IV, 6.; *Ivo Pan.* II, 169.; *Coll. tr. P.* I, 55, 50. *sq.* 96) nos: *EGH* 97) *Codd. coll. o. pr. A; — orig. Coll. tr. P.* 98) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 99) venientes . . . fecerint: *Ivo Pan.* 100) conpellet: *Ed. Bas. Ivo Decr.* 101) provocet: *Ivo Pan.* 102) *finis canonis: ib.* 103) *Codd. coll. o.* 104) dominicorum: *A Ivo Coll. tr. P.* 105) lux. animi: *A Coll. tr. P.;* luxu animi: (*Ivo Decr.*) atque voluntatis: *orig.* 106) dominicorum: *orig.* || can. 13. 107) *in A est rubr.:* de ieiunio sabbati. 108) it.: *deest: ABCF; — scr. ao.* 416. — *Jaffé no.* 108. — *Reg. Appdx.* I, 16.; *Ivo Decr.* IV, 28.; *Ivo Pan.* II, 177.; *Polyc.* III, 25, 11. (*can. cont.*); *Coll. duod. P.* VII, 47. 109) *Codd. coll. o. pr. A; — Ivo Pan.;* dominica: *Reg.* 110) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.; —* singulas dies hebdomadarum: *Ivo Pan.* 111) *CF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Decr. Pan.;* ac sic: *B;* ac si: *EGH Hisp. Polyc.* 112) sic sabb.: *Edd. Bas. Lugdd.* 113) quod: *orig.;* qui: *Reg.;* quia: *Ivo Decr. Pan.* 114) atque: *orig.;* et let.: *deest: Polyc.* 115) tempore: *Hisp.* 116) ipsius: *Ivo Pan.* 117) esse inclusus: *Reg.* 118) utiq.: *deest: ib.* 119) et: *deest: A Ivo Pan.* 120) occultasse: *Edd. coll. o. Reg.* (*seqq. desunt, et alia sequuntur*); — *Ivo Pan.* 121) hoc: *Polyc.* 122) *Codd. et Edd. coll. o.* 123) *ABCF Edd. coll. o.;* et: *Ivo Pan.* 124) dominicus . . . celebrandus: *Polyc.;* dominicum . . . celebrandum: *Ivo Pan.* || can. 14. 125) *in A est rubr.:* de ieiunio non canonico 126) it.: *deest: ABCF; — Caput. Pseudois. no.* 8. *ap. Hinschius p.* 246. — *Jaffé no.* CXXIX. — *Ivo Decr.* IV, 27.; *Ivo Pan.* II, 176.; *Coll. tr. P.* I, 31, 3.; *Polyc.* III, 25, 12. 127) *add.:* ergo: *orig.* 128) ut: *deest: EGH* 129) ieiun. vero: *ib.* 130) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Ivo Decr.;* et non: *Ivo Pan.* 131) et inf.: *deest: Ivo Pan.* 132) et . . . fals.: *deest: Polyc.* || can. 15. 133) Cesareoaug.: *BCEGH;* Cesariensi Augusto: *A; — hab. c. a.* 380. *ap. Bruns* II, 13.; *Coll. tr. P.* II, 33, 1. 134) *ABCF Coll. tr. P.* 135) et: *orig.* 136) die: *ib. Hisp.* 137) fid.: *deest: ib.* 138) habit. latibula: *ib.* 139) *add.:* his: *orig. Hisp.* 140) *Codd. coll. o.* 141) *ACF Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 16. 142) *BCF;* observanda: *EH; — in A rubr. est:* de legitimis ieiuniis. 143) it.: *deest: ABCF; — Rufinus in lib.* II. *vit. Monachor. c.* 7.; — *Reg. Appdx.* I, 17.; *Ivo Decr.* IV, 32.; *Ivo Pan.* II, 179.; *Coll. tr. P.* II, 50, 7, 8.; *Coll. duod. P.* VI, 64. (ex ep. Innocentii) 144) sane: *deest: A;* vero: *Ivo Decr.* 145) aliq.: *deest: AB;* nisi pro grandi necessitate: *Reg.* 146) fieret: *orig.;* affuerit: *Ivo Pan.* 147) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem.* 148) cognovit: *Edd. Ven.* I. II.; cogitaverat: *orig. Ivo Pan.* 149) Dominus: *Reg.* 150) non ieiunat (sine . . . ieiunia: *deest*): *ib.; —* si non: *Ivo Pan.* 151) *Codd. et Edd. coll. o.* 152) *finis canonis: Reg. Ivo Decr. Pan.* 153) *ex Smaragdi expos. regul. s. Benedicti; — Ivo Decr.* IV, 13. (ex statutt. Patrum)

tio in illa die sancta agatur[154], nisi tantum ymnis, et psalmis, et canticis spiritualibus dies illa transigatur[155].

C. XVII.[156] *Quinta feria ultimae hebdomadae quadragesimae penitentes remissionem accipiant.*

Item Innocentius, [ep. I. ad Decentium, c. 7.][157 a]

VII. Pars. De penitentibus uero[158], qui siue ex grauioribus conmissis, siue ex leuioribus penitenciam gerunt, si nulla interueniat[159] egritudo, quinta feria ante Pasca eis remittendum[160], Romanae ecclesiae consuetudo demonstrat. §. 1.[161] Ceterum de pondere estimando[162] delictorum sacerdotis est iudicare, ut attendat[163] ad confessionem penitentis, et ad fletus atque lacrimas corrigentis[164 b]. §. 2. Sane[166] si quis in[167 c] egritudinem[168] inciderit, atque usque ad desperationem[169] deuenerit, est ei ante tempus Pascae relaxandum[170], ne de seculo absque conmunione discedat[171].

C. XVIII. *Singulis annis quinta feria ultimae hebdomadae quinquagesimae*[172] *nouum crisma conficiatur.*

Item Fabianus Papa orientalibus Episcopis, [epist. II.][173 *]

VIII. Pars. Litteris uestris inter cetera insertum inuenimus, quosdam religionis[174 a] uestrae[175] episcopos a uestro[176] nostroque ordine discrepare, et non per singulos annos in cena Domini crisma conficere. Errant[177 b] uero[178] qui talia excogitant, et mente uesana potius, quam recta sentientes[179] hec[180] facere[181 c] audent[182]. §. 1.[183 d] Sicut[184] enim[185] ipsius[186] diei solempnitas per singulos annos est celebranda[187], ita ipsius sancti crismatis[188] confectio per singulos annos est agenda, et de anno in annum[189] renouanda, et fidelibus[190] tradendum[191 e], quia nouum sacramentum est et[192 f] per singulos annos, in[193 g] iam dicta[194 h] die innouandum, et uetus in sanctis ecclesiis cremandum. Ista a sanctis Apostolis et successoribus eorum accepimus, uobisque[195 i] tenenda mandamus[196].

C. XIX.[197] *Seruetur ab omnibus festiuitas inuentionis dominicae crucis.*

Item Eusebius Papa, [epist. III.][198]

IX. Pars. Crucis[199] Domini nostri Iesu Christi, que nuper, nobis[200] gubernacula sanctae Romanae ecclesiae tenentibus, quinto nonas Maii inuenta est, in predicto Kalendarum die inuentionis festum uobis solempniter celebrare mandamus.

C. XX.[201] *Quare sit institutum, ut aqua sale conspersa sanctificetur.*

Item Alexander Papa V. a Petro, [epist. I. c. 5.][202]

X. Pars. Aquam sale[203] conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur et[204] purificentur. Quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam[205] si cinis uitulae[206 a] aspersus populum sanctificabat atque mundabat: multo magis aqua sale[207] aspersa, diuinisque precibus sacrata[208], populum sanctificat atque mundat. Et, si sale asperso per Heliseum[209] prophetam sterilitas aquae sanata est: quanto magis diuinis precibus sacratus[210] sterilitatem[211 b] rerum aufert humanarum, et coinquinatos sanctificat[212 c], et purgat, et cetera bona multiplicat, et insidias diaboli auertit, et a fantasmatis[213 d] uersutiis homines[214] defendit?

C. XXI. *Non nisi*[215 a] *die dominico sanctum*[216] *Pasca celebretur.*

Item Pius Papa IX. a Petro Apostolo, in primo suorum decretalium[217].

Nosse uos uolumus, quod Pasca Domini[218] die dominico[219] annuis temporibus[220] sit celebrandum. Istis enim[221] temporibus Hermes doctor fidei et scripturae[222 b] inter nos effulsit. Et licet nos idem[223] Pasca predicto[224] die celebraremus[225 c], tamen[226] quia quidam inde dubitabant[227], ad corroborandas[228] animas eorum eidem Hermae angelus Domini in habitu pastoris apparuit, et precepit ei, ut Pasca Domini[229] die dominico ab omnibus celebraretur[230]. Unde et nos[231 d] apostolica auctoritate instituimus[232 e], omnes eadem seruare debere, quia et nos eadem seruamus, nec debetis a capite quoquo modo discedere[233 f].

C. XXII. *Non nisi*[234 a] *dominico*[235 b] *sanctum Pasca celebretur.*

Item Victor Papa XIII. a Petro, in primo decretali suo[236].

Celebritatem sancti Pascae die[237] dominica[238 c] agi debere, et predecessores nostri iam statuerunt, et nos[239] illud[240 d] eadem die solempniter celebrare[241 e] mandamus, quia[242] non decet, ut membra a capite discrepent, aut[243 f] aliter[244 g] gerant[245]. A XIV.[246] uero luna primi mensis usque ad XXI. diem eiusdem mensis eadem celebretur festiuitas. §. 1. Eodem[247] quoque[248 h] tempore baptisma[249] celebrandum est catholicum[250]. Sed tamen[251], si necesse fuerit, aut

EDITIO ROMANA.

Dist. III. c. 17. a) Inn. Papa b) corrig., ac tunc iubere dimitti, quum viderit congruam satisfactionem[165] c) in: *deest* — c. 18. a) regionis b) Et infra: Errant c) facere: *deest* d) Et infra: §. 1. e) tradenda f) et: *deest* g) et h) dicto i) et vobis — c. 20. a) vitul. sanguine b) sacrat. sal steril. c) sanctif. atque mundat d) phantasmatum — c. 21. a) in die b) scripturarum c) celebremus d) vos e) instruimus f) dissidere — c. 22. a) nisi in b) dominica c) dominico d) illud vobis e) celebrari f) nec g) contraria h) vero

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVIII. * In originali res copiosius explicatur, quam aut Gratianus, aut Ivo faciant.

Dist. III. can. 16. 154) comperiatur: *Ivo Coll. tr. P.* 155) transeatur: *ib.* || can. 17. 156) *in A rubr. est:* de reconciliatione penitentium. 157) *ABCF;* it.: *deest: ACF; — scr. ao.* 416. — *Jaffé no.* 108. — *Ans. ded.* VII, 87.; *Reg.* I, 311.; *Burch.* XVIII, 18.; *Ans.* XI, 27.; *Ivo Decr.* XV, 40.; *Caes.* XV, 27. 158) autem: *orig. Ans. ded. Burch. Ivo* 159) intervenit: *Burch.* 160) *add.:* est: *C; add.:* esse: *Edd. coll. o.* 161) §. 1. *deest: Reg.* 162) existimando: *BCEGH* 163) attendant: *ACF* 164) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* (corrigendi) 165) *add.:* suam: *orig.* 166) vel: *ib.* 167) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ans. ded. Reg. Burch. Ans. Ivo Decr.* 168) reciderit: *BEGH Edd. coll. o.;* incurrerit: *orig.* 169) *add.:* vitae: *Edd. Bas. Lugdd.* 170) *finis canonis: Reg.* 171) recedat: *B;* decedat: *Edd. coll. o.* || can. 18. 172) quinq.: *deest: BF;* quadragesimae: *EGH; in A rubr. est:* de consecratione crismatis in cena Domini 173) it.: *deest: ABCF; Caput Pseudois. no.* IX. *ap. Hinschius p.* 160. — *Jaffé no.* LXXVI. — *Ivo Decr.* II, 73.; *Polyc.* III, 16, 26. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* I, 18, 3.; *Coll. duod. P.* V, 139. 174) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Ed. Bas.; — Coll. tr. P.* 175) nostrae: *ACF Edd. Arg. Bas.* 176) nostrorum: *Coll. tr. P.* 177) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 178) enim: *orig. Polyc.* 179) sentiendi: *orig.* (*sed in Cod. Sg:* sentientes); — sentiente: *Coll. tr. P.* 180) hoc: *AB Edd. coll. o.* 181) *Codd. et Edd. coll. o.* 182) audiunt: *orig. Coll. tr. P.;* dicunt: *Polyc.* 183) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 184) *Polyc. ib. c.* 27. (*can. cont.*); Nam sicut: *orig.* (sed nam: *deest in Codd. origin.*) 185) en.: *deest: Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 186) paschalis solemn.: *Polyc.* 187) agenda: *H Polyc.* 188) chrisma (conf. … trad.: *deest*): *Polyc.* 189) anno: *orig. Coll. tr. P.;* annum: *Cod. Sg origin.* 190) *add.:* est: *BEGH Edd. coll. o.* 191) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Nor. Ven.* I. II. 192) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P. Polyc.* 193) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.;* et in: *Cod. Sg origin.;* — in … die: *deest: Polyc.* 194) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Coll. tr. P.* 195) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P. Polyc.* 196) monemus: *Coll. tr. P.* || can. 19. 197) *in A rubr. est:* de inventione s. crucis. 198) *Caput Pseudoisid. no.* XX. *ap. Hinschius p.* 242. — *Jaffé no.* CXXIII.; — *Ivo Decr.* IV, 5.; *Coll. tr. P.* I, 30, 4.; *Coll. duod. P.* VII, 23. 199) *add.:* ergo: *orig.* 200) vobis: *Coll. tr. P.* || can. 20. 201) *in A rubr. est:* de aqua aspersionis. 202) *Caput Pseudoisid. no.* IX. *ap. Hinchius p.* 99. — *Jaffé no.* XXIII. — *Reg.* I, 213.; *Burch.* II, 53.; *Ivo Decr.* II, 68. (*can.:* non debet); *Coll. tr. P.* I, 4, 5. 203) *add.:* enim: *orig. Reg. Burch.* 204) ac: *orig. Ivo;* et pur.: *deest: Reg. Burch.* 205) *Hebr. c.* 3. *v.* 13. 14. 206) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Collatt. citt. o.* 207) quae sale: *Reg. Burch.* 208) *add.:* est: *ib.* 209) *cf.* IV. *Reg. c.* 2. 210) sacrata: *orig. Reg. Burch. Coll. tr. P.* 211) *Codd. coll. o. orig. Coll. tr. P.;* aqua ster.: *Reg. Burch.* 212) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. citt. o.* 213) *EFGH Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.;* fantasmaticis: *ABC* 214) hominem: *orig. Reg. Burch.* || can. 21. 215) *CF; in A est rubr.:* die dominica pasca celebrandum; — *in B can. deest* 216) sanct.: *deest: CF* 217) It.: *deest: ACF;* — primo capit.: *EGH; — Caput. Pseudoisid. no.* I. *ap. Hinschius p.* 116.; — *Jaffé no.* XL.; — *Ivo Decr.* IV, 3. — *cf. ib.* 145.; *Coll. tr. P.* I, 8, 1.; *Coll. duod. P.* VI, 1. 218) *add.:* tantum: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 219) dominica: *orig.;* dominico: *Cod. Sg origin.* 220) solennitatibus: *orig.;* temp.: *Cod. Sg origin.* 221) enim: *deest: orig.;* ergo: *Ivo Coll. tr. P.* 222) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. — Ivo Coll. tr. P.* 223) eodem: *Ivo Coll. tr. P.* 224) dominica: *A;* praedicta: *orig.* 225) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 226) et quidam inde dubitarent: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 227) dubitant: *EGH Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 228) *add.:* tamen: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 229) Dom.: *deest: orig. Ivo* 230) *add.:* tempore suo: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 231) *Codd. et Edd. coll. o.* 232) *ACF Edd. coll. o.* 233) *ADFGH Edd. coll. o. Cod. Dist. origin.* || can. 22. 234) *BCFG; in A rubr. est:* de eodem 235) *BCF* 236) Papa XIV.: *EGH; — Caput Pseudoisid. no.* I. *ap. Hinschius p.* 127. — *Jaffé no.* LXIII. — *Ans.* IX, 18.; *Ivo Decr.* IV, 4.; *Coll. tr. P.* I, 12, 1.; *Coll. duod. P.* VI, 2. 237) nonnisi die: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 238) *Codd. coll. o. orig. Ans.* 239) nos: *deest: orig.;* vos: *Ivo* 240) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 241) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Par. Lugdd.; — Cod. Sg origin. Ans. Ivo Coll. tr. P.* 242) quia … festivit.: *deest: Ans.* 243) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Corr.* 244) *ib.;* contra: *Burch.* 245) *finis canonis: Ivo* 246) XV.: *orig.* 247) *Burch.* IV, 3.; *Ivo Decr.* I, 198. 248) *ABEG Edd. coll. o.;* eodemque: *CF; deest: H* 249) baptismus celebrandus est: *orig.* 250) catholicis: *Ans.* 251) tam.: *deest: Ivo*

mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem uenientes quocumque[252] loco uel momento, ubicumque euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, tantum Christianae[253] credulitatis[254] confessione clarificati[255 i] baptizentur. Ipsis[256] etiam[257 k] quod in baptismo polliciti sunt summopere attendendum est, ne non[258 l] infideles, sed fideles inueniantur[259]. Ipsi uero, qui infidelitatis nota asperguntur, infames efficiuntur, atque[260 m] inter fideles minime reputantur[261]. §. 2. Hec uero statuta nulla debent inprobitate conuelli, nulla nouitate mutari, quia alia ratio est causarum[262] secularium, alia diuinarum.

C. XXIII. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV., [c. 65.][263]

Pascae solempnitas uno die et tempore celebranda est[264].

C. XXIV. *Dies Pascae, et*[265 a] *concilii, formatarum*[266 *] *subscriptione omnibus intimetur.*

Item ex Concilio Cartaginensi V., [c. 7.][267]

Placuit, ut dies uenerabilis Pascae formatarum subscriptione omnibus[268] intimetur; dies uero concilii XI. Kal.** Nouembris seruetur[269]. Scribendum[270] est etiam ad singularum quarumque[271 b] prouinciarum primates, ut, quando[272 c] apud se concilia[273 d] congregant, istum diem non inpediant.

C. XXV. *Cum in concilio omnia statuta*[274] *fuerint, uenturum*[275 a] *Pasca annuncietur.*

Item ex Concilio Bracarensi II., [c. 9.][276]

Placuit, ut post, quam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis[277] obseruetur[278], ut superuenturum[279] ipsius anni Pasca quo[280 b] Kalendarum die uel[281] quota luna debeat[282] suscipi, a metropolitano episcopo intimetur[283]. Quod ceteri episcopi uel clerus reliquus breuiculo subnotantes, unusquisque in sua ecclesia adueniente Natalis Domini die[284 c] post euangelicam lectionem populo annuncient[285].

C. XXVI. *Per orbem uniuersum uno die, et eodem*[286 a] *tempore Pasca celebretur*[287].

Item ex Concilio Arelatensi I., quod confirmauit Papa Siluester, [c. 1.][288]

De[289] obseruatione Pascae Dominicae[290 b] statuimus[291], ut uno die et[292] tempore per omnem orbem obseruetur[293], et iuxta consuetudinem litterae[294] ad omnes dirigantur.

C. XXVII. *De imaginibus sanctorum non uiolandis*[295].

Item Gregorius Sereno, Episcopo Massiliensi, [lib. IX. epist. 9.][296 a]

XII. Pars. Perlatum[297] ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris. Et quidem, quia[298] eas adorari uetuisses[299], omnino laudauimus[300], fregisse uero reprehendimus. Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum[301 b] quod fecisti[302 c *]? Aliud[304] enim est picturam adorare: aliud per picturae historiam quid[305] sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura[306], hoc idiotis[307] prestat[308] pictura cernentibus, quia[309] in ipsa[310 d] ignorantes uident quod[311 e] sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt. Unde et precipue gentibus pro lectione pictura est.

C. XXVIII. *Imagines*[312] *sanctorum memoria sunt et recordatio preteritorum.*

Item ex VII. Sinodo, [actione 6.][313 a]

Venerabiles imagines Christiani non deos appellant, neque seruiunt eis, ut diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium: sed ad memoriam et recordationem primitiuorum uenerantur eas et adorant, sed non seruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturae.

C. XXIX. *Non*[314] *in agni, sed in hominis specie Christus est figurandus.*

Item Adrianus Papa Tharasio Patriarchae, [in actione II. eiusdem VII. Synodi][315 *].

XIII. Pars. Sextam sanctam sinodum recipio cum omnibus canonibus suis, in quibus dicitur: In quibus[316] scripturis[317 a] sanctarum imaginum agnus precursoris digito ostensus depingitur, qui in figuram transit** gratiae, uerum nobis per legem Moysi premonstrans[318 b] agnum Iesum Christum Dominum nostrum. Antiquis ergo[319] figuris et umbris, ad[320] ueritatis prefigurationem ecclesiae sanctae traditis, uale dicentes***, gratiam et ueritatem preferimus, et sicut[321 c] plenitudinem legis recipimus. Verum igitur agnum Dominum[322] nostrum Iesum Christum secundum imaginem humanam[323] amodo[324] etiam in[325] imaginibus pro ueteri agno depingi iubemus.

EDITIO ROMANA.

Dist. III. c. 22. i) clarificata k) quoque l) non: *deest* m) et — c. 24. a) et: *deest* b) quarumcunque c) quandocunque d) concilium — c. 25. a) futurum b) quoto c) die adstante — c. 26. a) uno b) Domini — c. 27. a) Severo b) audit. est c) fecisti? Si non* aliud, vel illud te non debuit revocare, ne[303] despectis aliis fratribus solum te sanctum esse crederes et sapientem? d) ipsa etiam e) quid — c. 28. a) in VII. — c. 29. a) picturis b) demonstrans c) sic

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXIV. * Concilii: In aliquot vetustis est: *et concilii.* In originali impresso haec est huius capitis rubrica: *De tempore paschali, seu concilii.* In Codice canonum in indice capitis 40. conc. Africani: *diem Paschae et diem concilii nunciandum.* In graeco c. 64.: *περὶ τοῦ τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνόδου ἀγγέλλεσθαι;* id est: *Ut dies Paschae in die synodi annuncietur.*

** XI. Cal.: Sic in Carthaginensi V. In Africano autem (etiam in Codice canonum) et Carthaginensi graeco [et in Hisp] est: *X. Cal. Septembris.*

C. XXVII. * Si non: Haec usque ad vers. *Aliud,* sunt addita ex originali.

C. XXIX. * De VI. Synodo et canonibus ipsius notatum est sup. c. *Sexta synodus.*

** Gratiae transit: Et in epistola Hadriani, et apud Ivonem p. 4. c. 122. legitur: *in typum gratiae assumtus est* [*est:* deest: Ivo Decr. ed. coll.]. Apud eundem Ivonem c. 126. ex Hadriano ad Carolum: *in signum relictus est gratiae.* Graece in canone VI. synodi est: *ὅς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος;* id est: *qui in typum gratiae assumtus est.* Sed ob glossam non est mutatum.

*** Vale dicentes: Sic Ivo. In epistola Hadriani est: *suscipientes;* graece: *κατασπαζόμενοι.*

Dist. III. can. 22. 252) quoquo: *Burch.* 253) Christiana: *orig. Ans.* 254) credulitate confessionis: *Ivo;* — confessioni: *Coll. tr. P.* 255) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 256) ipsi: *Burch.;* ipsum: *Ivo* 257) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 258) *ib.* 259) *finis canonis: Ans.* 260) *Codd. coll. o. orig. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 261) reputentur: *Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.;* — *finis canonis: Burch. Ivo* 262) caus.: *deest: orig.* || can. 23. 263) it.: *deest: ABCF;* — *c.* 65. *Statt. eccl. antiq. ap. Bruns* I, 147.; — *cf. Dist.* XVIII. *c.* 9. — *Coll. tr. P.* II, 19, 44. 264) est: *deest: orig. Hisp.* || can. 24. 265) *BFGH; in A est rubr.:* de die pascae ut omnibus nuncietur. 266) et form.: *EGH* 267) it.: *deest: BCF;* — *hab. ao.* 401.; — *Coll. tr. P.* II, 20, 7. 268) omn.: *deest: Coll. tr. P.* 269) serv.: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 270) et scrib. ad: *Hisp. Coll. tr. P.* 271) *CF Hisp. Coll. tr. P. Edd. coll. o. Turrecrem.* 272) *ABCF Hisp. Coll. tr. P.* 273) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (consilio); — *Coll. tr. P.* || can. 25. 274) instituta . . . pronuncietur: *EGH* 275) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* de eodem. — *Turrecrem.* 276) *hab. ao.* 572. *ap. Bruns* II, 41.; — *Coll. tr. P.* II, 46, 9. (*can. cont.*) 277) omnimodo: *EGH* 278) servetur: *BEGH Edd. coll. o.* 279) superventuri: *ib. pr. Ed. Bas.* 280) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* 281) vel: *deest: GH* 282) debet: *Hisp.* 283) nuntietur: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 284) *Codd. et Edd. coll. o.;* die adstanti: *orig. Hisp.* 285) nuntiet: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 26. 286) *BCF; in A rubr. est:* de eodem 287) servetur: *EGH* 288) it.: *deest: ABCF;* — *hab. ao.* 314. *ap. Bruns* II, 107. — *Ivo Decr.* IV, 19.; *Coll. tr. P.* III, 23, 1. 289) primo loco de: *orig.* 290) *F orig. Hisp.;* dominici: *ABC;* dominici (dominicae: *Edd. Arg. Bas.*) diei: *EGH Edd. Arg. Bas.* 291) stat.: *deest: orig. Hisp. Ivo Coll. tr. P.* 292) et uno: *Hisp.* 293) a nobis obs.: *orig.* 294) literas . . . (*add.:* tu: *Hisp. Ivo Decr.*) dirigas: *Hisp. Ivo Coll. tr. P.* || can. 27. 295) frangendis: *A* 296) *Codd. coll. o. Turrecrem. orig.:* it.: *deest: ABCF;* — *Ep.* 13. *scr. ao.* 600. *lib.* I. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 1361. — 297) *add.:* siquidem: *orig.* 298) quia: *deest: Edd. Lugdd.* II. III. 299) vetuisti: *Ed. Arg.;* vetuisse: *Edd. rell.* 300) laudamus: *AEGH Edd. coll. o. pr. Bas.* 301) *ACFGH;* auditur: *E* 302) *Codd. et Edd. coll. o.* 303) ut: *orig.* 304) *Burch.* III, 36.; *Ivo Decr.* III, 41.; *Ivo Pan.* II, 56.; — *ap. omn. can. cont.* 305) quod: *GH* 306) scripturam . . . picturarum: *Ivo Pan.* 307) et id.: *EGH Edd. coll. o.* 308) patet: *Ivo Decr. Pan.* 309) qui ipsam: *Ivo Pan.* 310) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.* 311) *Codd. coll. o. pr. E;* — *Burch. Ivo Decr.* || can. 28. 312) *in A rubr. est:* de eodem 313) *Codd. coll. o.;* V. sin.: *EH Edd. coll. o. Corr.;* — *Synod. Nic.* II. *hab. ao.* 787. — *Coll. tr. P.* II, 12, 4. || can. 29. 314) *in A rubr. est:* ut imago Christi non agno sed homine presentetur. 315) it.: *deest: ABCF;* — *cf. ad c.* 5. *Dist.* XVI. — *ap. Mansi* XII, 1080.; — *Jaffé no.* 1883. — *sed non ipsa sunt origin. verba.* — *Ivo Decr.* IV, 122. 316) quibusdam: *Ivo* 317) *Codd. et Edd. coll. o.* 318) *Codd. coll. o. pr. A; Turrecrem.* — premonstrat: *Ivo* 319) igitur: *Ivo* 320) et ad: *Edd. coll. o.* 321) *Codd. coll. o. pr. C;* — *Ed. Arg. Ivo;* — et ipsam gratiam sicut: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 322) qui dom.: *Ivo* 323) hum. effigiat: *Ivo* 324) am. et.: *deest: EGH;* et.: *deest: Ed. Arg. Ivo;* remotis (amodo . . . in: *deest*): *A* 325) veris: *EGH;* in: *deest: Ed. Arg.;* in imag.: *deest: Ed. Bas.*

C. XXX. *De fide Trinitatis et Unitatis inuiolabiliter*[326] *seruanda.*

Item Augustinus in lib. [I.] *de Trinitate*, [c. 4.][327a]

Omnes[328], quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, que Deus est, diuinorum librorum ueterum et nouorum catholici tractatores, hoc intenderunt secundum scripturas docere, quod Pater, et Filius, et Spiritus sanctus unius[329] eiusdemque substantiae inseparabili equalitate[330] diuinam insinuant[331b] unitatem, ideoque[332] non sint[333] tres Dii, sed unus Deus, quamuis Pater Filium genuerit, et ideo Filius non sit qui Pater est, Filiusque a Patre sit[334] genitus, et ideo Pater non sit qui Filius est[335], Spiritusque sanctus nec Pater sit, nec Filius, sed tantummodo[336c] Patris et Filii Spiritus, et[337d] Patri[338] et Filio etiam ipse coequalis, et ad Trinitatis pertinens unitatem; non tamen eandem Trinitatem natam de[339] Virgine Maria, et sub Pontio Pilato crucifixam et sepultam et[340e] tercia die resurrexisse, et in celum ascendisse, sed tantummodo Filium; nec eandem Trinitatem descendisse[341] in specie columbae super Iesum baptizatum, aut die Pentecostes[342] post ascensionem Domini sonitu facto[343] de celo[344], quasi ferretur flatus uehemens, et linguis diuisis[345], uelut ignis[346f], sed tantummodo Spiritum sanctum; nec eandem Trinitatem dixisse de celo[347]: „Tu es filius meus[348],“ siue cum baptizatus est[349] a Iohanne, siue in monte, quando cum illo erant tres discipuli, aut quando sonuit uox dicens[350]: „Et[351] clarificaui, et iterum clarificabo:“ sed tantummodo Patris uocem fuisse factam ad Filium, quamuis Pater et[352g] Filius, et Spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur[353].

DISTINCTIO IV.

GRATIANUS.

C. I. *Sine*[1] *sacramento uisibili et fide inuisibili nemo saluatur.*

Idem super Iohannem[2].

I. Pars. Necessarium est uisibile sacramentum aquae ad ablutionem uisibilis corporis, sicut necessaria est doctrina inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis animae. *Idem:* §. 1. Renascitur homo ex aqua, uisibili sacramento, et spiritu, inuisibili scilicet[3a] intellectu, ut simbolum baptismi uisibiliter accipiat, et spiritualem intellectum ipsius simboli percipiat[4b]. Vel ex aqua uisibili et Spiritu sancto.

C. II. *In baptismate concupiscentia exstinguitur, non ut non*[5a] *sit, sed ut non obsit.*

Idem in lib. [I.] *de baptismo paruulorum*, [c. 39.][6b] *

Per baptismum Christi id agitur, ut caro peccati euacuetur. Non sic[7c] autem[8] euacuatur, ut in[9d] carne concupiscentia[10e] innata non sit: sed ne obsit[11f]. Nam si post baptismum[13g], ad etatem naturalem[14h] peruenerint[15i], ibi habent[16k] cum qua pugnent, eamque Deo[17] adiuuante superent[18l], si non gratiam in uacuum susceperint[19m]. Nam nec adultis id[20n] prestatur in baptismo, nisi forte miraculo Dei[21o], ut lex peccati[22p], repugnans legi mentis, penitus[23] exstinguatur, et[24] non sit: sed, ut quicquid[25q] ab homine dictum[26], factum, cogitatum est[27r], cum eidem concupiscentiae subiecta[28] mente seruiret, totum aboleatur, et quasi[29s] factum non sit habeatur.

C. III.[30] *Qui ex uiro et muliere concipitur, cum originali peccato nascitur, nec sine baptismate saluatur.*

Idem ad Petrum Diaconum, [c. 26.][31]

Firmissime tene, et nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum uiri et mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, inpietati subditum, mortique subiectum, et ob hoc naturaliter[32a] nasci irae[33] filium, de qua[34] dicit Apostolus[35]: „Eramus enim[36b] natura filii irae, sicut et ceteri.“ A qua ira nullus liberatur[37], nisi per fidem[38] mediatoris[39c] hominis Iesu Christi. §. 1.[40d] Firmissime tene[41e], non solum homines[42f] ratione utentes, uerum etiam paruulos, qui siue in uteris matrum uiuere incipiunt, et ibi moriuntur, siue iam[43g] de matribus nati[44] sine baptismatis[45h] sacramento, quod datur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, de hoc seculo transeunt, sempiterno[46] igne puniendos; quia, etsi peccatum propriae actionis nullum habent[47i], originalis tamen peccati dampnationem carnali conceptione ex[48k] natiuitate traxerunt[49].

C. IV. *De eodem.*

Item Iohannes Crisostomus[50].

Non potest quis gratiam uitae celestis accipere, nisi[51a] purgatus fuerit ab omni sorde peccati per penitenciae confessionem, per donum baptismi salutaris Domini et saluatoris nostri[52] Iesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum.

C. V. *Sicut*[53] *nunc in baptismate, ita olim in circumcisione remittebantur peccata.*

Item Gregorius in Moralibus, [lib. IV. c. 2.][54]

Quod[55a] apud nos ualet aqua baptismatis, hoc egit apud ueteres uel pro paruulis sola fides, uel pro maioribus uirtus sacrificii, uel pro his, qui de[56] stirpe Abrahae prodierunt[57], misterium circumcisionis.

EDITIO ROMANA.

Dist. III. c. 30. a) in: *deest* b) insinuent c) tantum d) *et* e) et: *deest* f) ignis sedisse super unumquemque eorum g) et: *deest* — Dist. IV. c. 1. a) scil.: *deest* b) perficiat — c. 2. a) non: *deest* b) lib. de peccatorum meritis et remiss. seu de c) Non sic: *deest* d) in ipsa vivente e) concup. conspersa et innata repente absumatur et (innata: *deest*) f) obsit mortuo, quae oberat[12] nato g) baptism. vixerit, atque h) natur.: *deest* i) praecepti pervenire potuerit k) habet ... pugnet l) superet m) eius susceperit n) nec grandibus hoc o) ineffabili omnipotentissimi creatoris p) peccati, quae inest in membris q) quicquid mali r) fuerit s) velut ... fuerit — c. 3. a) natura b) enim et nos c) med. Dei et hominum d) Item c. 27. §. 1. e) tene et nullatenus dubites f) hom. iam g) quum h) sancti baptismatis i) habuerunt k) et — c. 4. a) nisi prius — c. 5. a) Quod autem

NOTATIONES CORRECTORUM.

Dist. IV. C. II. * Restitutum est caput hoc suae integritati, ut melius B. Augustini sententia perciperetur. Neque enim glossa impediebat.

Dist. III. can. 30. 326) inmobiliter: *EGH; — in A rubr. est:* de fide s. et indiuiduae trinitatis. 327) *Codd. coll. o.;* it.: *deest: ABCF; — no. 7. Ed. Maur.; — Ivo Decr.* I, 2. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* I, 7. (*can. cont*); *Coll. tr. P.* III, 1, 1. 328) cum omn.: *EGH* 329) un.: *deest: Coll. tr. P.* 330) equitate: *BC* 331) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 332) ideo: *Edd. Arg. Bas.* 333) sunt: *CEFGH Edd. coll. o. Ivo Pan.* 334) sit: *deest: Coll. tr. P.* 335) est: *deest: ACF* 336) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 337) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 338) pater est fil. coeternus: *Ivo Pan.* 339) ex: *ib.* 340) *Codd. coll. o. pr. A; — Ed. Bas. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 341) *cf. Marc. c.* 1. 342) *cf. Act. c.* 2. 343) facto ... celo: *deest: Coll. tr. P.* 344) cel. fieret flatus: *Ed. Arg.;* cel. quasi fieret flatus: *EGH* 345) divisus: *Ivo Pan.* 346) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 347) *Marc. c.* 1. *v.* 11. 348) *add.:* dilectus: *ABF* 349) fuerit: *Edd. coll. o. pr. Arg. Lugdd.* II. III. 350) *Ioan. c.* 12. *v.* 28. 351) et: *deest: Edd. coll. o., ita ut R. immerito a Corr. insert. esse censuerit.* 352) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 353) operantur: *AF Ivo Pan.*

Dist. IV. can. 1. 1) *in A rubr. est:* de sacramentis 2) *Gloss. ord. ad Ioan. c.* 3. *v.* 5.; *Alger. lib. sent. fol.* 207 b. c. 1. 2. 3) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (id est); — *Alger.* 4) *Codd. et Edd. coll. o. Alger. — Corr.* || can. 2. 5) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* quid operetur baptismus. 6) *Codd. coll. o.; — no.* 70. *Ed. Maur.; Alger. lib. sent. fol.* 207 b. c. 3. 7) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 8) aut.: *deest: AF* 9) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 10) *ib.; sed in Edd. coll. o. deest:* innata. 11) *ib.* 12) inerat: *orig.* 13) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 14) *ib. pr. B* (*deest*); — rationalem: *Alger.* 15) *Codd. coll. o.;* perveniunt: *Edd. coll. o.;* pervenerit: *Alger.* 16) *Codd. et Edd. coll. o.* 17) Domino: *EGH* 18) *Codd. et Edd. coll. o.* 19) *ib. pr. A* (receperint); — *Alger.* 20) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 21) *ib.* 22) *ib.* 23) *add.:* prorsus: *orig.* 24) et ... sit: *deest: F;* ut: *Edd. coll. o.* 25) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 26) dict. et fact. et cog.: *CF;* dict. fact. et cogit.: *A Edd. Bas. Par. Lugdd.* 27) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Alger.; — add.:* et: *EGH* 28) subdita: *CF; deest: A* 29) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* || can. 3. 30) *in A rubr. est:* de originali peccato.; *ap. Alger.:* de origin. peccato et remedio eius. 31) *imo Fulgentius Ruspensis in lib. de fide ad Petrum c.* 26.; — *Ivo Decr.* I, 26.; *Ivo Pan.* I, 8.; *Alger. lib. sent. fol.* 207 b. c. 3. 32) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 33) ira: *Ivo Pan.* 34) quo: *Ivo Decr.* 35) *Ephes. c.* 2. *v.* 3. 36) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 37) liberabitur: *Edd. coll. o.* 38) fide (per: *deest*): *Ivo Decr.* 39) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 40) *Codd. coll. o.; — Ivo Decr.* I, 27.; *Alger. ib. c.* 5.; *Ivo Pan.* I, 3. 41) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 42) *ib. pr. Alger.* 43) *ib. orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 44) *add.:* sunt: *Ivo Pan.* 45) *ABCF Alger.* 46) ignis aeterni supplicio sempiterno: *orig. Ivo Decr. Pan.* 47) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (habeant); habuerint: *Alger.* 48) *Codd. et Edd. coll. o.;* ex nat.: *deest: Ivo Pan.* 49) contraxerint: *Edd. Lugdd.* II. III. || can. 4. 50) it.: *deest: ABCF; — cf. supra c.* 41. *Dist. I. de pen.* 51) *Codd. coll. o.* 52) nostri: *deest: ABEGH* || can. 5. 53) *in A rubr. est:* differentia baptismi et circumcisionis. 54) it.: *deest: ABCF; — imo c.* 3.; — *Ivo Decr.* 1, 49.; *Ivo Pan.* 1, 10.; *Caes.* XII, 3.; *Alger. lib. sentent. ib. c.* 6. 55) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Alger.;* Quod vero: *orig.* 56) ab: *Ivo Pan.* 57) prodierant: *orig. Ivo Decr. Alger.*

C. VI. *Originale*[58] *peccatum nunc in baptismate, olim in circumcisione remittebatur.*

Item Augustinus ad Valerium contra Iulianum, [lib. II. c. 11.][59a]

Ex quo instituta est circumcisio in populo Dei (quod erat tunc signaculum fidei iusticiae Dei)[60b] ad[61] sanctificationem[62c] purgationis ualebat[63d] paruulis originalis ueterisque peccati, sicut etiam[64e] baptismus ex illo[65] ualere[66] cepit ad innouationem hominis, ex quo constitutus est[67f].

C. VII. *Paruulis in fide*[68a] *offerentium prodest fides.*

Idem de libero arbitrio, lib. III. [c. 23.][69]

Illud perscrutari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid prosit paruulis, cum eo accepto plerumque moriuntur[70] prius, quam ex se[71b] quicquam potuerint[72c] cognoscere. Qua in re satis pie recteque creditur prodesse paruulo fides[73] eorum, a quibus consecrandus offertur. Et hoc ecclesiae conmendat auctoritas[74d], ut ex eo quisque[75] sentiat quid[76] sibi prosit fides sua, quando in aliorum quoque beneficio*, qui propriam nondum habent potestatem, conmoda sit.

C. VIII. *Per*[77] *fidem et baptisma iustificamur a peccatis.*

Idem de baptismo paruulorum, [lib. I. c. 32. et 33.][78*]

Filius Dei carnem peccati** suscepit, et penam sine culpa, ut in carne peccati et[79] culpa solueretur et pena. Per fidem ergo et baptismum eius[80] homo a peccato per iustificationem, et a morte liberatur per resurrectionem. §. 1. Paruuli etiam baptizati inter credentes reputantur per sacramenti uirtutem, et offerentium responsionem. Qui uero non sunt baptizati, inter non credentes iudicantur ex euangelio Iohannis[81]: „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei."

C. IX. *Per*[82] *aquam baptismi de terreno fit homo celestis.*

Item Ambrosius in lib. [I.] *de sacramentis,* [c. 4. et 5.][83a]

Per aquam[84] baptismi transitus est de[85b] terrenis ad celestia. Ideo[86c] Pasca, transitus dicitur, hic transitus est de peccato ad uitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad sanctificationem. Qui per hanc[87d] aquam transit, non moritur, sed resurgit. §. 1. Non omnis aqua sanat, sed illa[88e], que habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud est[89f] consecratio[90g]. Non sanat aqua, nisi Spiritus sanctus[92] descendat[93h], et consecret aquam illam, sicut[94] legitur[95i], quia[96k], cum Christus[97l] formam baptismatis daret, uenit ad Iohannem, et ait illi Iohannes: „Ego a te debeo baptizari, et tu uenis ad me? respondit Iesus[98m]: Sic[99n] decet nos inplere omnem iusticiam." Vide, que[100o] omnis iusticia sit. Christus[101p]* ad baptismum descendit non ut caro mundaretur, quam suscepit de nostra condicione. Non enim ablutio peccati[102q] Christo necessaria fuit[103r], qui peccatum non fecit; sed nobis erat necessaria, qui peccato eramus[104s] obnoxii. §. 2.[105t] Descendit Christus: descendit et Spiritus sanctus. Quare autem[106u] prior descendit Christus, postea Spiritus sanctus[107v], cum forma et usus baptismi hoc habeat, ut ante fons consecretur, et tunc descendat[108w] baptizandus? §. 3.[109x] Christus autem ante descendit, secutus est Spiritus; sanctus[110y]? ut numquam[111] ipse egere[112z] sanctificationis misterio uideretur, sed ut[113aa] sanctificaret ipse, sanctificaret et Spiritus sanctus[114bb].

C. X. *Aqua*[115] *baptismi non purgaret peccata, nisi tactu dominici corporis esset sanctificata.*

Item Iohannes Crisostomus[116a].

Numquam aquae[117] baptismi purgare peccata credentium possent[118b], nisi tactu dominici corporis sanctificatae fuissent[119].

C. XI. *Generale*[120] *baptisma non nisi sabbato sancto Pascae et Pentecostes celebretur.*

Item Siricius Papa Ymerio Terraconensi, [epist. I.][121]

II. Pars. Non ratione auctoritatis alicuius[122], sed sola temeritate presumitur, ut passim et[123a] libere in[124b] natiuitate Christi, seu Apparitione[125], nec non[126c] Apostolorum seu martirum festiuitatibus, innumerae[127d] plebes baptizentur[128e], cum sibi hoc priuilegium[129f] apud nos, et apud omnes ecclesias dominicum specialiter[130] Pasca defendat cum suo[131g] Pentecosten[132h].

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 8. a) Iul. de nuptiis et concupiscentia b) Dei: *deest* c) significationem d) valebat et e) et f) institutus — c. 7. a) in baptismate offer. prod. fides b) eo c) agnoscere potuerunt d) saluberrima auct. — c. 9. a) in: *deest* b) a c) Hoc est enim Pascha, id est transitus eius, transitus a peccato ... a ... gratiam, ab d) hunc fontem e) aqua sanat f) est: *deest* g) consecr.; aliud opus, aliud operatio. Aqua opus est: operatio Spiritus sanctus[91] est h) descenderit ... consecraverit i) legisti k) quod l) Dominus noster Iesus Christus m) illi Christus n) Sine modo, sic enim o) quia omn. iusticia in baptimate constituta est. p) Ergo quare* Christ. descendit, nisi ut caro ista mundaretur, caro ... nostra conditione? q) peccatorum suorum r) erat s) manemus t) Et paulo post: §. 2. u) aut.: *deest* v) sanct.: *deest* w) desc. qui bapt. est? x) Et paucis interiectis: §. 3. y) qua ratione? z) egere Dominus Iesus aa) ut: *deest* bb) sanctus: *deest* — c. 10. a) It. Chromatius* in Matthaeum, c. 6. b) potuissent — c. 11. a) ac b) Natalitiis (in: *deest*) c) non et d) innumerae, ut asseris e) baptismi mysterium consequantur f) priv. et g) sua h) Pencecoste

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. VII. * **Beneficio**: Eadem lectio est apud Ivonem, in Panormia, et in originali ad marginem. In textu autem est: *beneficium, qui propriam non* [*nondum:* Ed. cit.] *habent, potest aliena commodari.*

C. VIII. * Caput hoc est summa verborum B. Augustini in locis indicatis.

** **Carnem peccati**: Apud B. Augustinum longe plenius et rectius. *Dominus autem,* inquit, *in carnem suam non peccatum transtulit tanquam venenum serpentis, sed tantum transtulit mortem, ut esset in similitudine carnis peccati poena sine culpa, unde in carne peccati et culpa solveretur et poena.* Multum igitur interest inter carnem peccati, et similitudinem carnis peccati. Quod explicans B. Augustinus, cum alibi saepe, tum potissimum sermone 48. de verbis Domini, addebat tamen: *si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati, quomodo, ut de peccato damnaret peccatum in carne? solet et similitudo capere nomen eius rei, cuius est similitudo.*

C. IX. * **Ergo quare**: Haec usque ad vers. *Non enim,* emendata sunt ex Ambrosio. Antea legebatur: *Christus ad baptismum descendit, non ut caro mundaretur, quam suscepit de nostra conditione.* Multis etiam aliis locis in capite hoc restituta est vera lectio.

C. X. * **Chromatius**: Antea citabatur Chrysostomus, apud quem non est inventum, sed in fragmentis Chromatii.

Dist. IV. can. 6. 58) *in A rubr. est:* de eodem 59) *Codd. coll. o.;* it.: *deest: ABCF; — no.* 24. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* I, 50.; *Ivo Pan.* I, 11.; *Caes.* XII, 4.; *Alger. ib. c.* 7. 60) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 61) ita ad: *orig.* 62) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Corr.* 63) *ib.;* val. et in: *orig.* 64) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 65) *add.:* tempore: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 66) incepit: *Ivo Pan.* 67) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 7. 68) *Codd. coll. o. pr. A; — Turrecrem.; — rubr.: deest: A* 69) in lib.: *GH; — no.* 67. *Ed. Maur.; — Ivo Decr.* I, 120.; *Ivo Pan.* I, 12.; *Caes.* XII, 24.; *Alger. l. c. c.* 8.; *cf. id de sacram.* III, 7. 70) moriantur: *Ivo Decr.* 71) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 72) *ib. orig. Ivo Decr. Alger.* 73) fidem: *A orig. Ivo Decr.* 74) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 75) quisquis: *Ivo Pan.* 76) quod: *ib.* || can. 8. 77) *in A rubr. est:* quare filius Dei mortuus sit. 78) *no.* 61. 62. *Ed. Maur.; — non ipsa sunt Aug. verba.* 79) et: *deest: EGH* 80) eius et: *AC* 81) *Ioan. c.* 3. *v.* 5. || can. 9. 82) *in A est rubr.:* Item de baptismo.; *in B deest rubr.* 83) *Codd. coll. o.;* it.: *deest; — non est Ambrosii ut videtur.; — Alger. lib. sent. fol.* 208 b. *c.* 12. 84) qui per hunc fontem transit, hoc est a terrenis: *orig.* 85) *BCEGH Edd. coll. o. Alger.;* e: *F; deest: A* 86) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.;* hic est enim pascha. Ideo pascha. hoc transitus est de pecc.: *orig.* 87) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 88) *ib.* 89) *BCFH* 90) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 91) sancti: *orig.* 92) sanct.: *deest: ib.* 93) *Codd. et Edd. coll. o.; add.:* in eam: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 94) sic: *Edd. coll. o.* 95) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 96) *Codd. coll. o.* 97) *Codd. et Edd. coll. o.* 98) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.; — Matth. c.* 3. *v.* 14. 99) *ib. pr. A, ubi verba exstant, quae R. a Corr. insert. esse immerito contendit.* 100) *Codd. et Edd. coll. o. A* 101) *ib. Alger.* 102) *ib.* 103) *ib.* 104) *ib.* 105) *Codd. coll. o. Alger.* 106) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Alger.* 107) *AB Edd. coll. o. orig.* 108) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 109) *Codd. coll. o. Alger.* 110) *Codd. et Edd. coll. o.* 111) non quasi: *orig. Edd. Arg. Bas. Alger.* 112) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 113) *ib. pr. Alger.* 114) *ib.* || can. 10. 115) *in A rubr. est:* de eodem 116) *Codd. et Edd. coll. o.; —* it.: *deest: ABCF; — imo Chromatius in c.* 3. *Matth. tract.* 1. *no.* I.; *— Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 3. 117) aqua: *EFGH Edd. coll. o.* 118) *ABC;* posset: *EFGH Edd. coll. o.* 119) fuisset: *Edd. coll. o.* || can. 11. 120) *in A rubr. est:* quo tempore baptismum celebretur. 121) it.: *deest: ABCF;* Ycomerio: *CF;* in Concilio Tarr.: *EGH; — scr. ao.* 385. *— Jaffé no.* 65. *— Burch.* IV, 5. (*can.:* sequitur de); *Ivo Decr.* I, 58.; *ib.* 200.; *Ivo Pan.* I, 16.; *Caes.* XII, 10. 122) ullius: *Ivo Decr.* 200. 123) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 58. *Ivo Pan.* 124) *Codd. et Edd. coll. o.;* natalitio: *Ivo Decr.* 58. *Ivo Pan.* 125) apparitionis: *orig. Burch. Ivo Decr.* 200. 126) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.* 58. 200. *Ivo Pan.* 127) *Codd. et Edd. coll. o.* 128) *ACF Edd. coll. o. pr. Arg.;* baptizantur: *BEGH Ed. Arg.* 129) *Codd. coll. o. Ivo Decr.* 58. 200. *Ivo Pan.* 130) spec.: *deest: EH* 131) *AC Burch.;* sancto: *BEFGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. *Ivo Pan.;* sua: *Edd. Lugdd.* II. III. *Ivo Decr.* 58. 132) *ABCEF*

C. XII. *De eodem.*

Item Leo Papa uniuersis Episcopis per Siciliam constitutis, [epist. IV. c. 5.][133*]

Duo[134] tempora, id[135] est Pasca et Pentecosten[136a], ad baptizandum a Romano[137] Pontifice legitima[138b] sunt prefixa[139]. Unde[140], quia manifestissime patet[141], baptizandis in ecclesia electis hec duo tempora[142], de[143] quibus locuti sumus, esse legitima, dilectionem uestram monemus, ut nullos alios dies huic obseruantiae[144] misceatis.

C. XIII. *Quare in predictis temporibus[145] baptisma celebretur.*

Idem [in eadem epistola, c. 3.][146]

Proprie in morte crucifixi, et in resurrectione ex mortuis[147] potencia baptismi nouam creaturam condidit[148] ex uetere, ut in renascentibus et mors Christi operetur, et uita, dicente[149a] apostolo[150b]: „An ignoratis, quia, quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte[151c], ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam[152] patris, ita et nos in nouitate uitae ambulemus. Si enim conplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus," et cetera, que latius magister gentium ad conmendandum sacramentum baptismatis disputauit[153], ut appareret, ex huius[154] doctinae spiritu regenerandis filiis hominum, et in Dei filios adoptandis illum diem[155d] et illud tempus electum, in quo per similitudinem formamque misterii ea, que geruntur in membris, his, que in ipso[156] sunt capite gesta, congruere[157e], dum in baptismatis regula et mors interuenit interfectione[158] peccati, et sepulturam imitatur triduanam trina dimersio[159f], et ab aquis eleuatio resurgentis instar est de sepulchro. Ipsa igitur qualitas operis docet, celebrandae[160] generaliter gratiae diem legitimum eum esse, in quo orta[161] est et uirtus muneris, et species actionis. §. 1. Ad cuius rei confirmationem plurimum ualet quod ipse Dominus Iesus Christus postquam[162g] resurrexit a mortuis, discipulis suis (in quibus omnes ecclesiarum presules docebantur) et[163] formam et potestatem tradidit baptizandi, dicens[164]: „Euntes[165h] docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti." De quo utique eos etiam[166i] ante passionem potuisset instruere, nisi proprie uoluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. §. 2. Additur sane huic obseruantiae etiam Pentecostes ex aduentu Spiritus sancti sacra[167] solempnitas, que de pascalis festi pendet articulo, et, cum ad alios dies alia festa pertineant, hec[168] semper ad eum[169] diem, qui resurrectione[170] Domini est insiguis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiae manum, et[171] eos, quos a die Pascae aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit[172], inuitat*, ut quibuslibet necessitatibus inpediti desiderii sui effectum dono Spiritus sancti consequantur. §. 3.[173k] Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica auctoritate seruare, satis idoneo probamus exemplo, sequentes B. Petrum apostolum, qui in ipso[174l] die, quo omnem[175m] credentium numerum promissus Spiritus sancti repleuit aduentus, trium milium populum sua predicatione conuersum lauacro baptismatis consecrauit. Quod sancta scriptura, que Apostolorum actus continet, fideli historia docet, dicens[176]: „His auditis conpuncti sunt corde, et dixerunt ad Petrum et ad[177] reliquos Apostolos[178]: Quid faciemus uiri fratres? Petrus autem[179n] ad illos: Penitenciam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine Domini[180o] nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum[181] uestrorum[182p], et accipietis donum Spiritus sancti."

[C. XIV.][183a]

Item[184b].

Si quis autem Epiphaniae festiuitatem (que in suo ordine debito honore ueneranda est) ob hoc estimat[185c] priuilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quod in eadem die Dominus ad baptismum sancti[186] Iohannis accesserit, sciat illius[187] baptismi aliam gratiam, aliam[188d] fuisse rationem, nec ad eandem pertinuisse uirtutem, qua per Spiritum sanctum renascuntur de[189] quibus dicitur[190]: „qui non ex sanguinibus[191], neque ex uoluntate carnis, neque[192] ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt." Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec querens remedium renascendi, sic uoluit baptizari, quomodo et[193e] uoluit circumcidi, hostiamque pro emundatione[194f] offerri, ut qui factus erat[195] ex muliere (sicut Apostolus[196] ait) fieret[197g] sub lege, quam non uenerat soluere, sed inplere[198h] et inplendo finire, sicut[199i] Apostolus predicat, dicens[200]: „Finis autem legis Christus[201] ad iusticiam omni credenti." Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens se docuit esse principium, et tunc regenerationis potenciam sanxit, quando de latere ipsius[202] profluxerunt sanguis redemptionis et aqua baptismatis.

C. XV. *In[203] solempnitate pascali et Pentecostes catecumini baptizentur.*

Item ex Concilio Gerundensi, [c. 4.][204*]

De catecuminis baptizandis id decretum[205a] est, ut[206] in Pascali festiuitate[207b] uel Pentecostes[208c], ad baptizandum ueniant[209]; ceteris solempnitatibus infirmi tantum[210d] debent baptizari[211e].

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 12. a) Pentecoste — c. 13. a) dicente beato b) ap. Paulo c) mortem d) diem esse e) congruerent f) demersio g) postea quam h) Euntes ergo nunc i) et.: *deest* k) Et infra c. 4. §. 3. l) eo m) omnium n) vero o) Domini nostri: *deest* p) vestr.: *deest* — c. 14. a) C. XIV. De eodem b) Item in eadem epistola, c. 6. c) existimat d) et aliam e) et: *deest* f) pro se emundationis g) fieret et h) adimplere i) sicut beatus — c. 15. a) statutum b) Paschae solennitate c) Pentec., quanto maioris celebritatis maior celebritas est, tanto magis d) tantummodo e) debeant baptizari, quibus quocunque tempore convenit baptismum non negari

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XII. * Prior pars huius capitis usque ad vers. *Unde quia,* non est iisdem omnino verbis in epistola. Sed in Codice canonum est rubricae loco ad hoc caput, et refertur in conc. Moguntino I. c. 4.

C. XIII. * Invitat: Ivo [et orig. in Ed. Ball. et Coll. tr. P.] habet: *invitans.* Sed in originali est: *interclusit invitos* [sic in Hisp.], *aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderii etc.*

C. XV. * Restitutum caput est ex suo originali.

Dist. IV. can. 12. 133) Papa: *deest: BC;* Episcopus: *F; — Ep. 16. scr. ao. 447. Ed. Baller. — Jaffé no.* 192.; — *priora cap.verba sunt rubrica cap. in Coll. Hisp. et ap. Dionys; — Reg.* I, 267. (*can. cont.*); *Burch.* IV, 2. (*can. cont.*); *Ans.* IX, 13.; *Coll. tr. P.* I, 43, 4. 134) haec duo: *Ans.* 135) videlicet: *ib.* 136) *BEFGH Reg. Burch. Coll. tr. P.* 137) romanis pontificibus: *Ans.* 138) *Codd. coll. o. Burch. Ans. Coll. tr. P.* 139) *seqq. desunt et alia sequuntur ap. Ans.* 140) *Ans. ded.* IX, 10.; *Ivo Decr.* I, 197. (*can. cont.*) 141) apparet: *Edd. Arg. Bas.* 142) *add.:* i. e. Pascha et Pentecosten: *Reg. Burch. Ivo* 143) de . . . sumus: *deest: ib.* 144) observationi: *Ivo* ‖ can. 13. 145) *add.:* diebus vel: *EGH; — in A rubr. est:* ratio. 146) *ib.; — Ivo Decr.* I, 45. 46.; *Coll. tr. P.* I, 43, 43. 147) mortui (ex: *deest*): *orig.* 148) condit: *orig. Ivo* 149) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 150) *ib. orig.; — cf. Rom. c. 4. v. 6. seqq.* 151) *ABCF Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Turrecrem. Ivo Coll. tr. P.* 152) gratiam: *BEFGH* 153) disputat: *Coll. tr. P.* 154) hoc: *AC;* eius: *B* 155) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 156) Christo: *Edd. Arg. Bas.* 157) *ABCF Edd. coll. o.* 158) interfectionem: *H Edd. Arg. Bas.* 159) *BCEFGH* 160) celebrandum: *CF Ed. Bas.* 161) ornata: *Hisp.* 162) *ABCF Coll. tr. P.* 163) et: *deest: A Coll. tr. P.* 164) *Matth. c. 28. v. 29.* 165) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 166) *ib.* 167) sacrata: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 168) hoc: *EF Ed. Bas.* 169) eundem qui: *EGH Hisp.* 170) resurrectio: *BCF;* resurrectionis: *A* 171) ut ii: *Hisp.* 172) intercludit: *Edd. Arg. Bas.* 173) *Codd. coll. o.* 174) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.* 175) *ACF Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 176) *Act. c. 2. v. 37. seq.* 177) ad: *deest: EGH Edd. coll. o. orig. Ivo; ita ut R. immerito a Corr. insert. esse censuerit* 178) discipulos ap.: *EGH;* disc. et ap.: *Edd. Arg. Bas.* 179) *Codd. coll. o. pr. A; — Ivo Coll. tr. P. Corr.* 180) *Codd. et Edd. coll. o. pr. EH* (Dei nostri); — *Ivo Coll. tr. P.* 181) omnium pecc.: *BEGH Edd. coll. o.* 182) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — orig. Ivo Coll. tr. P. Vulgat.* ‖ can. 14. 183) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* error quorumdam 184) *ib.; — Ivo Decr.* I, 47.; *Ivo Pan.* I, 18.; *Coll. tr. P.* I, 43, 44.; *Coll. duod. P.* V, 10. 185) *ABCF Edd. Arg. Bas. orig. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 186) s.: *deest: Edd. Arg. Bas.* 187) illis: *Coll. tr. P.* 188) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 189) de: *deest: Coll. tr. P.* 190) *Ioan. c. 1. v. 13.* 191) sanguine: *orig.* 192) carnis . . . viri: *deest: H:* neque . . . viri: *deest: G* 193) *AC Ed. Bas. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 194) *Codd. et Edd. coll. o.* 195) fuerat: *Ivo Decr.* 196) *Galat. c. 4. v. 4.* 197) *Codd. et Edd. coll. o.* 198) *CFH Ed. Arg. orig. Ivo Decr. Coll. tr. P.; — cf. Matth. c. 5. v. 17.* 199) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 200) *Rom. c. 10. v. 4.* 201) *add.:* est: *A Edd. coll. o.* 202) eius: *Edd. Arg. Bas.* ‖ can. 15. 203) *in A rubr. est:* de eodem 204) *hab. ao. 517. ap. Bruns* II, 19.; — *Ivo Decr.* I, 60.; *Ivo Pan.* I, 20.; *Coll. duod. P.* V, 73.; *Alger. lib. sent. fol.* 209. c. 19. 205) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Ivo Decr. Pan. Alger.* 206) ut quia: *orig. Hisp.* 207) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; —* pascali solempnitate: *A Alger.* 208) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.; —* vel natalis Domini quando magis solennitatis celebritas maior est rariores: *orig. Hisp.* 209) veniunt: *Hisp.;* ad . . . veniant: *deest: Ivo Pan.* 210) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 211) *ib. Turrecrem. Ivo Decr.*

C. XVI. *Necessitate*[212] *cogente quolibet tempore baptizare licet.*

Item Leo Papa, [epist. IV. c. 6.][213*]

Hi[214a] qui necessitate mortis, egritudinis[215], obsidionis, persecutionis, et[216] naufragii urgentur, omni[217] tempore debent[218] baptizari.

C. XVII. *Nisi necessitate cogente preter*[219a] *Pasca et Pentecostem nullus baptizare presumat.*

Item Gelasius Clero et Plebi Tarentino[220b*].

Venerabilis[221] baptismi sacramentum nisi in festiuitate pascali et Pentecostes tradere non presumat episcopus; exceptis egritudine laborantibus[222c], quibus urgente mortis periculo talibus oportet, ne in eternum pereant, remediis subueniri.

C. XVIII. *De eodem.*

Idem[223a].

Baptizandi sibi quispiam[224b] quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam, preter pascale[225] festum, et Pentecostes uenerabile sacramentum, excepto dumtaxat grauissimi languoris incursu, in quo uerendum[226] est ne morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis egrotans exitio preuentus abscedat[227].

C. XIX. *Nemo*[228a] *nisi sacerdos baptizare presumat.*

Item Ysidorus de offitiis, l. II. c. 24.[229]

Constat, baptisma solis sacerdotibus esse traditum[230b] eiusque ministerium[231c] nec ipsis diaconibus explere est licitum absque episcopo uel presbitero, nisi his[232] procul absentibus ultima languoris cogat necessitas[233]. Quod et[234] laicis fidelibus plerumque permittitur[235d]. *Item Gelasius*[238e]: §. 1. Diaconos quoque[239f] tunc[240g], *ut supra in tractatu ordinandorum, ubi de reuerentia diaconorum erga sacerdotes agitur.*

C. XX. *Non*[241] *presumat mulier baptizare.*

Item ex Concilio Cartaginensi V., [c. 99. et 100.][242a]

III. Pars. Mulier, quamuis docta et sancta, baptizare aliquos uel uiros docere in conuentu, non presumat[243b].

Gratian. *Nisi necessitate*[244] *cogente. Unde Urbanus*[245b] *II.: „Super quibus consuluit etc.," ut supra in tractatu coniugii, ubi de conpatribus agitur.*

C. XXI. *Etiam*[246] *laici necessitate cogente baptizare possunt.*

Item Augustinus ad Fortunatum[247].

In necessitate, cum episcopi, aut presbiteri, aut quilibet ministrorum non inueniuntur, et urget periculum eius, qui petit, ne sine isto sacramento hanc uitam finiant[248], etiam laicos solere dare sacramentum, quod acceperunt, solemus audire.

[PALEA[249].

C. XXII. De eodem.

Item ex Decreto Martini Papae III.[250]

Quicumque presbiter in prouincia propria, uel[251] in alia, uel ubicumque inuentus[252] fuerit, conmendatum sibi[253] infirmum baptizare noluerit, uel pro[254] intentione itineris, uel de alia[255] aliqua excusatione, et sic sine baptismo moritur, deponatur.]

C. XXIII. *Non reiteretur*[256a] *baptisma, quod a pagano ministratur.*

Ysidorus[257b*].

Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit, qui baptizat.

C. XXIV. *De eodem*[258].

Item Nykolaus ad consulta Bulgarorum, c. 4.[259a]

A quodam Iudeo*, nescitis utrum Christiano, an pagano, multos in patria uestra baptizatos asseritis, et quid inde[260b] sit[261c] agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine S. Trinitatis, uel tantum in Christi nomine, sicut in Actibus Apostolorum legitur[262d], baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut sanctus Ambrosius exponit)[263] quia non illorum, sed eius est[264e], rebaptizari non debent[265f].

C. XXV. *Sicut*[266] *per bonum, ita per malum ministrum eque baptisma ministratur.*

Item Augustinus contra Crescentium Grammaticum, [lib. III. c. 6.][267a]

Si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus, qui[268] per meliorem datur, nullo modo malus est, qui etiam per malum datur, quando[269] idem baptismus datur, et ideo per ministros dispares Dei munus equale est, quia non illorum, sed eius est.

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 16. a) Si — c. 17. a) inter b) Gel. Papa c) iis (egr. lab.: *deest*) — c. 18. a) Idem Gelasius epistola ad Episcopos Lucaniae c. 12. b) quispiam passim — c. 19. a) Non b) tractandum c) mysterium d) permittitur, ne quispiam[236] sine remedio salutari de saeculo evocetur[237] e) Gel. Papa f) quoque propriam g) etc. — c. 20. a) Carth. IV. b) Urb. Papa — c. 23. a) reiteratur b) Item Isid. — c. 24. a) c. 104. b) de c) iis sit d) legimus e) *et* f) Ambr. constat eos non esse denuo baptizandos — c. 25. a) Cresconium

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XVI. * Apud B. Leonem sententia huius capitis est post c. *Duo tempora*, et ante c. *Si quis autem*, sup. ead.

C. XVII. * In epistola Gregorii II. clero et plebi Thuringiae, unde citat Ivo (quamvis et Gelasii esse potuerit), et in conc. Wormaciensi, unde Burchardus, legitur: *Sacrosancti baptismi*, itemque apud Ivonem c. 202. In capite autem 63. est: *Generalis*, et in margine: *Venerabilis*.

C. XXIII. * De hoc capite dictum est sup. 1. qu. 1. *Si quis per ignorantiam.*

C. XXIV. * Iudaeo: Apud Algerum est: *ut audio*. Verum in originali post hoc caput sequuntur verba haec: *sed primum, utrum Christianus, an paganus ipse Iudaeus exstiterit, vel si postmodum factus fuerit Christianus, investigandum est.*

Dist. IV. can. 16. 212) *in A rubr. est;* de eodem; *in G can. deest* 213) *haec est rubrica ipsius ep.* (*cf. supra c.* 12.) *ap. Dionys.; — Ans.* IX, 13.; *Ivo Pan.* I, 19. (*can. cont.*); *Alger. l. c. c.* 18. 214) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. orig. Alger.;* qui autem: *Ans.;* porro qui: *Ivo* 215) id est egrit.: *orig. Ans.* 216) vel: *Ans.* 217) hi omni: *ib.* 218) debeant: *orig.* || can. 17. 219) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* de eodem 220) *BCF; — ep. scr. int. a.* 492—96. — *Jaffé no.* 457 a. — *Ans.* VI, 97. (*can.:* concesso vobis); *Ivo Decr.* I, 63. (Gregor. clero et plebi Tarensi); — *cf. Reg.* I, 272. (ex C. Wormat. [868. c. 1.]); *Burch.* IV, 7. (*ut ap. Reg.*) *Ivo Pan.* I, 21.; — *cf. lib. diurnus ed. Rozière p.* 28. 221) *add.:* etiam: *Ans.;* generalis: *Ivo Decr.* 222) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr.* || can. 18. 223) *Ep. ad epp. Lucaniae scr. ao.* 494. *cap.* 10. — *ap. Thiel p.* 368. — *Jaffé no.* 391. — *Burch.* IV, 4.; *Ans.* IX, 12.; *Ivo Decr.* I, 199.; *Coll. duod. P.* V, 3. 224) *Codd. coll. o. pr. A* 225) paschalis festi: *Ivo* 226) videndum: *Ans.* 227) excedat: *Ans. Ivo* || can. 19. 228) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* nulli nisi sacerdoti baptizandum. 229) it.: *deest: ABCF; — imo c.* 25. *no.* 9.; — *Ivo Decr.* I, 67.; *Ivo Pan.* I, 23.; *Alger. lib. sent. fol.* 209. *c.* 21. 230) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Turrecrem. Ivo Pan. Alger.;* — traditum (esse: *deest*): *Ivo Decr.* 231) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 232) in his qui: *Ivo Pan.* 233) necessitudo: *ib.* 234) etiam: *orig.* 235) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 236) quisquam: *Ivo Decr.* 237) *finis canonis: ib. Alger.* 238) *ABCF; — cf. c.* 19. *Dist.* XCIII. 239) *Codd. coll. o.* 240) *BCEFG; deest: G* || can. 20. 241) *in A rubr. est:* ut mulier non doceat. 242) *Codd. coll. o.;* — it.: *deest: ABCF; — compositum est ex c.* 37. (*cf. c.* 29. *Dist.* XXIII. *et Collatt. ib. citt.*) *et c.* 41. *Statt. eccl. ant.* (*cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII.); — *ap. Bruns* I, 150. — *cf. Ivo Decr.* I, 25.; *Coll. tr. P.* II, 18, 99. 243) presumet: *Edd. Arg. Bas.* 244) *add.:* mortis: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 245) *ABCF; — cf. c.* 4. *Qu.* 3. *C.* XXX. || can. 21. 246) *in A rubr. est:* ut laicus, si necesse fuerit, baptizet. 247) *Ipsum non est ap. Augustinum; sunt tamen similia quaedam in ep. ad Fortunatum* (*ep.* 228. *Ed. Maur.*); — *Ivo Decr.* I, 191. (*can.:* sanctum est; — ex lib. ad Fortunatum; *can. cont.*) *Ivo Pan.* I, 26. *Alger. l. c. c.* 24. 248) finiant: *ABCF* || can. 22. 249) *Haec Palea deest: Codd. coll. o.; — in F manu posterioris saeculi in marg. addita est* 250) *in F adscribitur* Martino P. *simpliciter, in Ed. Arg.:* Fabiano; *non exstat ap. Martinum* III., *neque in Capp. Martini Brac.; simile tamen est ap. Theodulph. Aurel. c.* 17. *ap. Mansi* XIII, 998.; — *Burch.* IV, 47.; *Ivo Decr.* I, 241. (ex decr. Martiani P.); *Ivo Pan.* I, 27. (ex decr. Isidori ep.); *Polyc.* III, 10, 34.; — *Ans.* IX, 54.; *a Corr. et R. citatur, ubi canonem in Cod. coll. non invenimus.* 251) aut.: *F Burch. Ivo Decr.* 252) inv.: *deest: F* 253) sibi: *deest: ib.* 254) in profectione: *Ivo Decr.* 255) al.: *deest: F Ivo Decr.* || can. 23. 256) *BDFGH;* iteretur: *C; — in A rubr. est:* de fide baptismi 257) *ABCF; deest: GH; — cf. ad c.* 59. *qu.* 1. *C.* I. — *Alger. lib. sent. fol.* 209. *c.* 25.; — *cf. idem de sacr.* III, 6. || can. 24. 258) de eod.: *deest: C; in A rubr. est:* de gratia baptismi. 259) *Codd. coll. o.; — scr. ao.* 866. *c.* 104. *ap. Mansi* XV, 432. — *Jaffé no.* 2123. — *Ivo Pan.* I, 29.; *Caes.* XII, 62.; *Alger. de sacr.* III, 6. *idem lib. sent. fol.* 209. *c.* 27. 260) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Alger. de sacr. id. lib. sent.* 261) *Codd. coll. o.;* de his sit: *orig.* 262) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ivo Pan.; — cf. Act. c.* 2. *et* 19. 263) *de spirit. s.* I, 3. 264) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* 265) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A, ubi* reb.... deb. (ut etiam in: *Ivo Pan.*): *deest* || can. 25. 266) *in A rubr. est:* item probatio eiusdem 267) *Codd. coll. o.;* it.: *deest: ABCF; — imo cont. Cresconium* III, 6. *no.* 6. *Ivo Decr.* I, 160. (*can.:* dum baptizat; *cont.*); *Ivo Pan.* I, 30.; *Caes.* XII, 60.; *Alger. lib. sent. fol.* 209. *c.* 28. 268) quando idem bapt. datur: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 269) quoniam: *GH Ed. Bas. Alger.*

C. XXVI. *Non[270] merita ministrorum, sed uirtus Christi in baptismate operatur.*

Idem super Iohannem part. I. *tractat. V.* [ad c. I.][271 a]

Baptismus talis est, qualis ille est, in cuius potestate[272] datur, non qualis ille est, per cuius ministerium datur. *Item*[273 b]: §. I. Quid nouerat Iohannes Baptista? Dominum[274]. Quid non nouerat? potestatem baptismi dominici in nullum hominem transituram[275] a Domino, sed ministerium plane transiturum; potestatem a Domino in neminem[276 c], sed[277 d] ministerium in[278 e] bonos, et[279 f] malos. Non[280] exhorreat columba ministerium malorum; respiciat[281] Domini potestatem. Quid[282] tibi facit[283 g] minister malus, ubi bonus est Dominus? Quid te inpedit maliciosus preco, ubi[284] beniuolus[285] est iudex? *Item*[286 h]: §. 2. Neque[287] qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. *Item*[288 i]: §. 3. Ergo dico*, et omnes nos dicimus, quia iustos oportet esse[289 k], per[290] quos baptizatur, quia[291 l] iustos oportet esse tanti iudicis ministros, si ministrare[292] iuste uoluerint[293]. Si autem noluerint[294] esse iusti qui in cathedra[295] Moysi sedent, securum me fecit[296 m] magister meus, de quo spiritus eius dicit[297 n]: „Hic est, qui baptizat.“ *Item*[298 o]: §. 4. Non timeo adulterum, ebriosum[299 p], non[300] homicidam, quia columbam attendo, per quam michi dicitur: „Hic est, qui baptizat.“

C. XXVII. *De eodem*[301].

Idem in tractatu VI. [ad c. I. Iohannis.][302]

Cum[303] baptizat malus ex[304] aliqua uel[305] ignorantia ecclesiae uel tollerantia (aut enim ignorantur mali, aut tolleratur[306 a] palea[307 b], quousque in ultimo uentiletur area), illud, quod datum est, unum est, nec inpar propter inpares ministros, sed par et equale propter[308]: „Hic[309] est, qui baptizat.“

C. XXVIII. *Non reiteratur baptisma, quod in nomine S. Trinitatis prestatur*[310 a].

Idem de ecclesiasticis regulis, [c. 52.][311]

Si[312] qui apud illos hereticos baptizati sunt, qui[313] in S. Trinitatis confessione baptizant[314], et ueniunt ad catholicam[315 b] fidem recipiantur quidem ut[316] baptizati, ne S. Trinitatis inuocatio uel[317] confessio annulletur: sed doceantur integre et instruantur, quod[318 c] S.[319] Trinitatis misterium[320] in[321] ecclesia teneatur[322], et, si[323] consentiunt credere, uel acquiescunt confiteri, purgati[324] fidei[325 d] integritate firmentur[326 e] manus inpositione. Si uero paruuli sunt et[327 f] ebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis qui eos offerunt iuxta morem baptizandi, et sic[328] per manus inpositionem* crismate conmunicati[329] cum[330 g] eucharistiae misteriis admittantur.

C. XXIX. *De*[331] *eodem.*

Idem ad Orosium [in lib. LXV. Quaestionum dialog. quest. 59.][332]

Quamuis unum baptisma sit, et hereticorum, eorum[333] scilicet, qui in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizant[334 a], et ecclesiae catholicae: tamen qui[335 b] foris[336 c] ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem, sed ad perniciem, habentes nimirum formam sacramenti*, uirtutem autem eius abnegantes[337]. Et ideo ecclesia eos non rebaptizat, quia in nomine Trinitatis baptizati sunt. Et[338 d] ipsa est profecto forma sacramenti. Ideo, cum[339] reuersi fuerint, accipiant[340 e] uirtutem Spiritus sancti, quam[341 f], qui[342 g] foris[343 h] ecclesiam baptizantur[344], nondum habent.

C. XXX. *Baptizantur*[345] *qui tantum in nomine Domini baptizati*[346] *probantur.*

Item Pelagius Gaudentio Episc.[347 a]

Si reuera hi de hereticis[348], qui in locis dilectioni[349] tuae uicinis conmorari[350] dicuntur, solummodo se in[351] nomine Domini baptizatos fuisse forsitan confitentur, sine cuiusquam[352] dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem uenientes[353 b] S. Trinitatis nomine baptizabis[354]. Sin uero apud dilectionem tuam eorum, qui conuerti uolunt, manifesta confessione claruerit[355], quod in nomine Trinitatis fuerint baptizati, sola reconciliationis[356] gratia inpensa catholicae fidei sociare[357] maturabis, ut tali dispensatione[358] seruata nichil aliter, quam quod euangelica iubet auctoritas, temeritatis cuiusquam[359] spiritu uideatur effectum.

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 26. a) in part. b) Item ibidem c) neminem ministrorum d) sed: *deest* e) *et* f) et in g) faciat h) Item infra i) Item ibidem k) esse omnes l) quia: *deest* m) facit n) dixit o) Item infra p) non ebriosum — c. 27. a) tolerantur b) ut palea — c. 28. a) ministratur b) ad nos rec. c) quo sensu d) purgati iam fidei e) confirmentur f) vel g) cum: *deest* — c. 29. a) baptizantur b) quia c) foris et extra d) Et: *deest* e) accipiunt f) quem g) ii qui h) extra — c. 30. a) Pelag. Papa b) ven. in

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVI. * Ego dico: Sic etiam Ivo; sed in originali: *Et ego, et omnes dicimus, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si autem noluerint etc.* Sunt autem partes huius capitis ex eodem tractatu quinto hinc inde collectae.

C. XXVIII. * Per manus impositionem: In originali est: *Et sic manus impositione et chrismate communiti, eucharistiae etc.* Sed ob glossam non est mutatum.

C. XXIX. * Formam sacramenti: Ita etiam apud Ivonem. In originali est: „habentes quidem [*nimirum:* Ed. coll.] speciem pietatis, virtutem tamen [*autem:* ib.] eius abnegantes.“ *Et rursum:* „Animales, inquam [*inquit:* ib.], Spiritum non habentes. Et idcirco eos ecclesia etc.“ Utitur autem B. Pauli verbis 2. Tim. 3., et Iudae Ap. c. 1.

Dist. IV. can. 26. 270) *in A rubr. est:* de eodem 271) *Codd. coll. o.*; — *no.* 6. *Ed. Maur.*; — *Ivo Decr.* I, 156—159. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* I, 31. (*can. cont.*); *Coll. tr. P.* III, 1, 2. (*can. cont.*); *Caes.* XII, 59.; *Alger. l. c. c.* 29. (*non omnino consonat cum Grat.*) 272) potestatem: *Ivo Decr.* 273) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.*; — *no.* 11. *l. c.* 274) *add.:* nostrum: *GH Edd. coll. o.* 275) transiturum: *Coll. tr. P.* 276) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Collatt. citt. o.*; — nem. transituram: *GH Edd. coll. o. pr. Bas.* (venire) 277) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 278) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 279) *BCF* 280) Non ... iudex: *deest: Ivo Pan.* 281) *add.:* sed: *Edd. coll. o.* 282) *add.:* igitur: *Edd. coll. o. pr. Arg.* 283) *ABCF orig. Ivo Decr. Coll. tr. P. Alger.* 284) si: *orig. Coll. tr. P.* 285) mal.: *deest: Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 286) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.*; *l. c. no.* 15. 287) I. *Cor. c.* 3. *v.* 7. 288) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.* 289) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 290) per . . . esse: *deest: GH* 291) *ABCF Ed. Bas. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 292) sint (sunt: *Ivo Pan.*) ministri iusti si: *Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 293) *add.:* sicut per quos baptizatur: *GH*; — volunt: *Ivo Decr. Pan.* 294) noluerunt: *Ivo Pan.* 295) cathedram (in: *deest*): *orig.* 296) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Alger.* 297) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Alger.* — *Ioan. c.* 1. *v.* 38. 298) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P.*; — *l. c. no.* 18. 299) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P. Alger.* 300) non: *deest: Ivo Pan. Coll. tr. P.* || can. 27. 301) de eod.: *deest: A* 302) item: *BF*; — in: *deest: BEGH* — *no.* 8. *Ed. Maur.* — *Ivo Decr.* I, 160.; *Coll. tr. P.* III, 1, 3.; *Caes.* XII, 60.; *Alger. ib. c.* 29 b. 303) Dum: *Ivo* 304) vel ex: *Edd. Bas. Par. Lugd.* I.; ex...area: *deest: Alger.* 305) vel: *deest: A Edd. Lugdd.* II. III. 306) *CF orig. Ivo Coll. tr. P.* 307) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo*; — paleae: *BGH Edd. coll. o.* 308) *add.:* hoc: *BGH Ed. Arg.* 309) hunc qui: *CF Edd. coll. o. pr. Arg.*; — *Ivo* || can. 28. 310) *BFGH*; datur: *C*; — *in A rubr. est:* ut ab hereticis baptizati non rebaptizentur 311) *non est Augustini*; — *Burch.* IV, 39. (ex C. Rothomag.; *can.:* baptisma unum); *Ivo Decr.* I, 160.; *ib.* I, 233. (*can.:* bapt. unum); *Coll. tr. P.* III, 1, 4.; *Alger. lib. sent. fol.* 209 b. *c.* 33. 312) hii: *GH Edd. Arg. Bas. Ivo* 233.; hi qui: *Ivo* 160. 313) *add.:* sunt: *Edd. Arg. Ven.* I. II. 314) baptizantur: *Ivo* 160. 315) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 160. *Coll. tr. P. Alger.* 316) quasi: *Burch. Ivo* 233. 317) et: *Ivo* 233. 318) quod: *BFGH*; — quomodo: *C*; quo: *deest: Burch. Ivo* 233. 319) *Codd. coll. o.* 320) ministerium: *BFGH*; — et (et: *deest: Burch.*) mysterio quo in s. ecclesia tenetur: *Burch. Ivo* 233. 321) in: *deest: CF* 322) teneant: *ib. Edd. coll. o.* 323) sicut sentiunt: *Burch.* 324) purgatae... integritatem: *Ivo* 233.; purgata: *Alger.* 325) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo* 160. 233. *Coll. tr. P. Alger.* 326) *ib.* 327) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (et eb.: *deest*); — *Ivo Decr.* 160. *Coll. tr. P. Alger.*; — *deest: Ivo* 233. 328) ita interrogentur ut sciant quid respondere debeant et sic manus inpositionem accipiant: *Burch. Ivo* 233.; (*finis canonis: ib.*) 329) conmuniti: *Ivo* 160. 330) *ABCFH Edd. coll. o. Ivo* 160. *Coll. tr. P. Alger.* || can. 29. 331) *in A est rubr.:* de his qui foris baptizantur. 332) *non videtur esse Augustini*; — *Ivo Decr.* I, 160.; *Ivo Pan.* I, 28.; *Coll. tr. P.* III, 1, 5.; *Caes.* XII, 65.; *Alger. l. c. c.* 26. 54. 333) et eor.: *Ivo Pan Alger.* 26. 334) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G*; — *orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Alger.* 26. 54. 335) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. Alger.* 54. 336) *ib. orig. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P. Alger.* 26. 54. 337) *finis canonis: Ivo Pan. Alger.* 26. 338) *Codd. et Edd. coll. o.* 339) dum: *orig. Ivo Coll. tr. P. Alger.* 54. 340) *Codd. coll. o. Ed. Arg.*; accipient: *orig. Ivo Coll. tr. P. Alger.* 54. 341) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P. Corr.*; quod: *Alger.* 342) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A*; — hi qui: *Ivo Coll. tr. P.*; quam si: *Edd. coll. o.* 343) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* 344) baptizant: *AC* || can. 30. 345) baptizentur: *CF*; ut baptizent.: *A* 346) baptiz. sunt: *A*; baptizantur: *B*; baptizari: *H* 347) *ABCF*; — *fragm. ep. Pelagii* II. *scr. i. a.* 578—90. — *Jaffé no.* 702. — *Ivo Decr.* I, 161. (*can.:* de haereticis); *Ivo Pan.* I, 62. (*can.:* multi sunt); *Coll. tr. P.* I, 54, 3. 348) *add.:* praefatis: *Ivo Pan.* 349) dilectionis: *Coll. tr. P.*; *add.:* destinatis: *Ivo Decr.* 350) conmorati: *AB* 351) se: *deest: Coll. tr. P.*; — in: *deest: Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 352) cuiusdam: *Ivo Decr. Pan.* 353) *Codd. coll. o. pr. A*; — *Ivo Decr. Coll. tr. P.* 354) *finis canonis: Ivo Pan.* 355) claruit: *ABC* 356) conciliationis: *Ivo Decr.* 357) reconciliare: *ib.* 358) dispositione: *ib. Coll. tr. P.* 359) cuiusdam: *Ivo Decr.*

C. XXXI. *An*[360] *approbetur baptisma, quod a non baptizato prestatur.*

Item Augustinus de unico baptismo, lib. VIII. [c. 53.][361a]

IV. Pars. Solet etiam queri, utrum approbandum[362] sit baptisma, quod ab eo, qui non accepit, accipitur, si forte hoc aliqua curiositate didicit, quomodo[363b] dandum sit, et utrum nichil intersit, quo animo accipiat ille, cui datur, cum simulatione, an sine simulatione; si cum simulatione, utrum fallens, sicut in ecclesia, uel[364] in ea, que putatur ecclesia, an[365] iocans, sicut[366c] in mimo*. §. 1.[367d] Verumtamen, si quis me forte in eo[368] concilio[369] constitutum, ubi talium rerum questio uersaretur, non precedentibus[370e]**, quorum sentencias[371f] sequi mallem, urgeret, ut dicerem quid ipse sentirem, si eo modo affectus essem, quo eram, dum[372g] ea[373h] dictarem, nequaquam dubitarem, habere baptismum eos, qui ubicumque[374] et a quibuscumque[375] illud uerbis euangelicis consecratum sine sua[376] simulatione et cum aliqua fide accepissent, quamquam eis ad salutem spiritualem non prodesset, si[377] karitate caruissent, qua[378] catholicae inseruntur[379i] ecclesiae. „Si[380] enim habeam[381k] fidem***, ut montes transferam, karitatem autem non habeam, nichil sum;“ sicut iam preteritis maiorum[382] statutis non dubito[383], illos etiam habere baptismum, qui[384] quamuis[385l] fallaciter id[386] accipiant, in ecclesia tamen accipiunt, uel ubi ab[387] eis putatur esse ecclesia, in quorum societate id accipitur; de quibus dictum est[388]: „Ex nobis exierunt.“[389] Ubi autem neque societas ulla esse[390m] ita crederetur[391n], sed totum ludicre, et mimice, et ioculariter ageretur[392], utrum approbandus esset baptismus, qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum, concordi oratione[393o], gemitibus esse inplorandum censerem[394], ita sane, ut post me dicturos[395] sentencias, si[396] quid iam exploratum et cognitum[397] afferrent[398], humiliter explorarem[399p].

C. XXXII. *Non reiteratur*[400] *baptisma, quod in fide sanctae Trinitatis ab hereticis prestatur.*

Idem in lib. II.[401a]

V. Pars. Ostenditur, illos[402] inpie facere, qui rebaptizare[403] conantur orbis unitatem, et nos[404] recte facere, qui Dei sacramenta inprobare nec ipso[405b] scismate audemus. In quo enim nobiscum[406] sentiunt, in[407] eo etiam nobiscum sunt. In eo autem[408] a nobis recesserunt, in quo a nobis dissentiunt. *Item*[409c]: §. 1. Sacramentum baptismi est, quod habet[410] qui baptizatur, et sacramentum dandi baptismi[411] est, quod habet qui ordinatur. Sicut enim[412d] baptizatus, si ab unitate recesserit, sacramentum baptismi[413] non amittit: sic etiam ordinatus, si ab unitate recesserit, sacramentum dandi baptismi[414] non amittit. Nulli enim[415] sacramento iniuria facienda est. Si discedit a malis, utrumque discedit; si permanet in malis, utrumque permanet. Sicut[416] ergo acceptatur baptismus, quem non potuit amittere qui ab unitate discesserat[417]: sic acceptandus est baptismus, quem dedit ille, qui sacramentum dandi, cum discederet, non amiserat[418]. *Item*[419e] [c. 12.]: §. 2. Si[420] ad baptismum fictus accedit[421f], dimissa sunt ei peccata, an non sunt[422] dimissa? Eligant quod uolunt: utrumlibet[423] elegerint, sufficit[424g] nobis. Si dimissa dixerint, quomodo[425h] Spiritus disciplinae effugiet fictum, si in isto[426] remissionem[427i] operatus est peccatorum? Si dixerint[428] non esse dimissa, quero, si postea fictionem[429] suam corde conuerso[430k] et uero dolore fateretur[431], denuo[432l] baptizandus iudicaretur? Quod si dementissimum est dicere, fateantur, uero baptismo Christi baptizari posse hominem, et tamen cor eius in malicia uel sacrilegio perseuerans peccatorum abolitionem[433] non sinere fieri, atque[434m] intelligant, in conmunicationibus[435n] ab ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi baptismus eadem celebratione sacramenti datur et sumitur, qui tamen tunc prosit ad remissionem peccatorum, cum, quis[436] reconciliatus[437] unitati sacrilegio dissensionis[438] exuitur, quo eius peccata tenebantur, et dimitti non sinebantur.

C. XXXIII.[439] *Valet ad salutem baptisma, etsi non ea fide paruuli offeruntur.*

Idem in epist. [XXIII.] *ad Bonifatium*[440].

VI. Pars. Non[441] illud te moueat, quod quidam non[442] ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt[443], ut gratia spiritali ad uitam regenerentur eternam: sed[444a] hoc eos putant remedio temporalem retinere uel recipere sanitatem. Non enim propterea[445b] non regenerantur[446], quia non ab istis hac intentione offeruntur[447].

C. XXXIV. *Effusio*[448] *sanguinis inplet uicem baptismi.*

Item de unico baptismo, lib. IV. [c. 22.][449a]

VII. Pars. Baptismi uicem[450] aliquando inplere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est[451]: „Hodie mecum eris in paradyso,“ B.[452b] Ciprianus non leue documentum assumit[453]. Quod etiam atque etiam con-

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 31. a) lib. VII. b) quemadmodum c) velut d) Et infra: §. 1. e) praeced. meritis ** f) sententiam g) quum h) ista i) inserentur k) habeam, inquit, l) quanquam m) esset ita credentium, neque ille, qui ibi acciperet n) crederet o) orat. et impensis supplici devotione p) exspectarem — c. 32. a) Item lib. I. contra Donatistas c. 1. b) in ipso c) Item paulo superius d) autem e) Item eodem lib. f) accessit g) sufficiet h) quom. ergo Spirit. sanctus i) isto ficto remiss. k) concusso l) an denuo m) atque ita n) communionibus — c. 33. a) sed quod b) propterea illi c. 34. a) bapt. contra Donatistas b) idem B.

Dist. IV. can. 41. 730) cui: *Polyc.* 731) *lib.* I. *c.* 12. *no.* 18. 732) dimittantur: *GH* 733) *ABCFG Edd. Arg. Bas. Ans. Polyc.* 734) perfectionem: *AF;* perfectione: *Polyc.* 735) *BCFGH* 736) *Gal. c.* 3. *v.* 27. 737) *BCDGH Edd. Arg. Bas.* 738) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Polyc.; — Sap. c.* 1. *v.* 5. 739) sanct.: *deest: Edd. Arg. Bas.* 740) *Codd. coll. o. pr. A;* — est ut et: *Ans. Polyc.* 741) *Codd. et Edd. coll. o.* 742) *ib.* 743) *l. c. no.* 20. 744) in ev.: *deest: orig.* 745) docet: *Ans.; reliqua cum origin. non concordant* 746) expetivit: *A;* repetivit: *Ans.* 747) *Ivo Decr.* I, 163.; — nam: *Ivo* 748) dimittantur: *BH;* dimittuntur: *G* 749) perseveret: *Ans. Polyc.* 750) supra est: *orig.* 751) *BF orig. Ans. Polyc. Ivo* 752) in ipso: *GH Edd. coll. o. pr. Arg.* 753) et in continuo: *Ans. Polyc.* 754) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ans. Polyc. Ivo* ‖ can. 42. 755) *Codd. coll. o. pr. A (rubr. deest); — Turrecrem.* 756) *ib. l.* I. *c.* 12. *no.* 18. — *cf. supra c.* 32. *extr.; — Alger. lib. sent. fol.* 213 b. *c.* 130. 757) incipiat: *orig.* 758) *seqq. non concordant cum orig.;* que in corde: *Alger.* 759) *Codd. coll. o. Corr.;* — absolutionem: *Edd. coll. o.* ‖ can. 43. 760) reiterentur: *BGH; — in A rubr. est:* non reiterandum baptismum ab hereticis acceptum 761) *Codd. coll. o. pr. A* 762) item: *CF; — Ep.* 93. *no.* 46. *scr. ao.* 408. *Ed. Maur. — Polyc.* III, 10, 52. (*can.:* ecclesiae sunt omnia; — *cont.*) 763) verbis: *CF* 764) *Psalm.* 54. *v.* 19. 765) quod: *BC;* quia: *F* 766) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 767) hic: *deest: Polyc.* 768) *Codd. coll. o.* 769) in vinc.: *AC* 770) Domini catholicaque: *H Edd. Arg. Bas.* 771) *Codd. coll. o.; — Ep.* 185. *no.* 50. *ao.* 417. *Ed. Maur.* 772) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 773) quaerunt: *Ed. Bas. Polyc.* ‖ can. 44. 774) *BCF; — in A rubr. est:* quom. recipiantur qui ab hereticis ad ecclesiam redeunt baptizati ab eis 775) *Codd. coll. o. orig.;* — it.: *deest: ABCF* 776) Hybernia: *Codd. et Edd. coll. o. pr. H; — Turrecrem.* 777) *Ep.* 67. *scr. ao.* 601. *l.* XI. *Ed, Maur. — Jaffé no.* 1417. — *Ans.* VIII, 24.; *Ivo Decr.* I, 153. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* I, 88.; *Polyc.* III, 10, 22.; *Caes.* XII, 68. 778) et quid ab: *Ans.;* et quidem ab: *Polyc.;* ab: *deest: Ivo Decr. Pan.* 778) quilibet: *orig. Ans. Ivo Pan.* 780) in: *deest: AC* 781) baptizati: *Ans.* 782) redierint: *Edd. Arg. Bas.* 783) aut: *deest: Ivo Pan.* 784) manuum: *Ans.* 785) *ABCF Ans. Polyc. Ivo Pan.* 786) eccl.: *deest: Ivo Pan.* 787) *CF orig. Ivo Decr.;* — Monoscelitas: *Codd. coll. rell. Edd. coll. o. pr. Nor.* (Monuscelitas), *Lugdd.* II. III. (Monoschelitas) 788) *Codd. et Edd. coll. o.* 789) recepit: *BCF* 790) quod est: *H Ed. Bas.* 791) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Ivo Decr. Polyc.* 792) acceperunt: *Polyc.* 793) *ABCF Ivo Decr. Polyc.* 794) confessionem: *CGH Ivo Decr.* 795) sunt: *Edd. coll. o. pr. Bas.* ‖ can. 45. 796) *in A rubr. est:* extra eccl. baptismum non prodesse 797) *Codd. coll. o.; de bapt. l.* IV. *c.* 1. *no.* 1. — *Alger. lib. sentent. fol.* 213 b. *c.* 134. 798) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Alger.* 799) *add.:* ecclesiam: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 800) *Codd. et Edd. coll. o.* 801) *cf. Gen. c.* 2.; sic. scr. test.: *deest: Alger.* 802) *Codd. et Edd. coll. o.* 803) *ib. Alger.* 804) *ib. pr. A* (commoratur) 805) nisi intra: *orig.* 806) *ABCF;* beata vita (mun.: *deest*): *Alger.* 807) *Codd. coll. o. orig. Alger.* 808) invenitur: *Edd. coll. o. pr. Bas.* ‖ can. 46. 809) sacramentum: *F;* sacramenta: *GH; in A rubr. est:* de eodem 810) *no.* 16. — *Ivo Decr.* I, 164. (*can.:* baptismus vero; *cont.*); *Ivo Pan.* I, 32. *Alger. lib. sent. fol.* 209 b. *c.* 30. 811) errantium non: *A;* nunc: *deest: orig. Ivo Decr.* 812) non: *deest: Ed. Bas. Ivo Pan. Alger.* 813) ipsorum: *orig.* 814) est: *deest: Ivo Pan.* 815) *BCF;* et: *Ivo Pan.;* in sacrilegio: *Alger.*

dissensionis ipsorum[816] est, sic etiam baptisma[817], quod Christi est, debet dici[818] ipsorum.

C. XLVII. *De*[819] *eodem.*

Idem lib. V. [c. 13.][820]

Cum tantum ualeat[821a] baptismus per hominem contemptibilem, quantum per Apostolum datus, ita[822] nec illius[823], nec illius[824] sed Christi esse cognoscitur. *Item* [c. 14.][825]: §. 1. Inuenimus dictum ab Apostolis[826b], et gloriam meam, quamuis utique in[827] Domino, et prudentiam meam, et ministerium meum, et euangelium meum, quamuis utique a Domino inpertitum[828] atque donatum; baptismum[829c] autem eorum nemo meum dixit omnino. Neque[830d] enim omnium equalis est gloria[831e], nec ministrant omnes equaliter; nec equali prudentia uel[832f] scientia omnes sunt prediti, et in euangelizando[833] alius alio melius operatur. Et ideo dici potest alius alio doctior in ipsa salutari[834] doctrina. Alius autem alio maius[835g] minusue baptizatus dici non potest, siue ab inferiore siue a maiore baptizetur.

C. XLVIII. *De eodem*[836].

Idem in lib. IV. [c. 15.][837a]

Satis ostendimus, ad baptismum, quod[838b] uerbis euangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam uel dantis, uel accipientis errorem, siue de Patre, siue de Filio, siue de Spiritu sancto aliter sentiat, quam celestis doctrina insinuat.

C. XLIX. *Quod*[839] *bonis et malis sacramenta ecclesiae conmunia sunt.*

Idem in libro de baptismo[840]*.

Est unitas ecclesiae, que late patet, in sacramentorum uidelicet societate et conmunione, que conplectitur[841] cum granis etiam paleas, quando eas corporaliter mixtas ita patitur, ut neque illas iusti uitent, neque ab illis iusti uitentur. Sic sunt** in ecclesia homines mali, ut in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore.

C. L. *Non tamen*[842a] *obsit ad aquam baptismi malicia benedicentis.*

Idem de unico baptismo lib. VI.[843b]

Non est aqua profana et adultera, super quam nomen Domini[844c] inuocatur, etiamsi a profanis et ab[845d] adulteris inuocetur, quia nec ipsa creatura[846], nec ipsum nomen adulterum est.

C. LI. *Non*[847] *est rebaptizandus qui ab hereticis baptizatur.*

Item Beda omelia XXXVI. [ad c. 3. Iohannis][848].

Siue hereticus, siue scismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctae Trinitatis baptizet[849], non ualet ille, qui[850a] est baptizatus, a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio uel inuocatio tanti nominis uideatur annullari.

C. LII. *Baptizati*[851] *a paganis in nomine baptizentur Trinitatis.*

Item Gregorius II. Bonifatio Episcopo[852a].

Quos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuo baptizes[853] in nomine Trinitatis, mandamus.

C. LIII. *Sine*[854] *exorcismis et exsufflationibus nullus baptizetur.*

Item Celestinus Papa[855a].

XI. Pars. Siue paruuli, siue iuuenes[856] ad regenerationis ueniunt[857] sacramentum, non prius fontem uitae adeant, quam exorcismis[858] et exsufflationibus clericorum Spiritus inmundus ab eis abigatur[859b].

C. LIV. *Offitium baptizandi catecumini preueniant.*

Item Rabanus de institutione clericorum [lib. I. c. 25.][860]

Ante baptismum catecizandi debet hominem[861] preuenire offitium, ut fidei primum catecuminus accipiat rudimentum. *Item*[862a]: §. 1. Prius ipse Christus[863b] ceci nati oculos luto ex sputo facto superliniuit, et sic ad aquas Syloe misit, quia prius debet baptizandus fide[864] incarnationis[865] Christi instrui, et sic ad baptismum iam credulus admitti, ut sciat, cuius gratiae in eo est particeps, et cui iam debitor fiat deinceps.

C. LV. *Quo tempore catecumini ad exorcizandum sunt*[866] *deferendi.*

Item ex Concilio Bracarensi II., [c. 1.][867]

Ante uiginti dies baptismi ad purgationem[868] exorcismi catecumini currant[869a], in quibus uiginti diebus omnino symbolum[870], quod est: Credo in Deum Patrem omnipotentem[871], spiritualiter[872] doceantur.

C. LVI. *Quo tempore conpetentibus*[873] *symbolum est predicandum.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 13.][874]

Symbolum etiam placuit[875] ab omnibus ecclesiis una die, id est ante octo[876] dies dominicae[877] resurrectionis, publice in ecclesia conpetentibus[878] predicari[879].

C. LVII. *In*[880] *unaquaque ecclesia baptizandi catecizari possunt.*

Item Nykolaus Papa[881].

Catecismi baptizandorum a sacerdotibus uniuscuiusque ecclesiae possunt fieri, sicut in sancta hac Romana ecclesia (cui, Deo auctore, ministerium nostri famulatus exhibemus) solempniter fieri conprobantur[882].

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 47. a) valet b) Apostolo c) baptismus ... meus nemo eorum d) Non e) gratia f) vel scient.: *deest* g) magis — c. 48. a) in: *deest* b) qui — c. 50. a) N. transit ad b) bapt. contra Donatistas lib. III. c. 10. c) Dei d) ab: *deest* — c. 51. a) qui ita — c. 52. a) Ep. ep. ult. — c. 53. a) Papa Episcopis Galliae epist. I. c. 42. b) abiiciatur c. 54. a) Item ibidem b) Iesus — c. 55. a) concurrant

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XLIX. * Huius capitis sententia usque ad vers. *Sic sunt,* habetur in libro de unico baptismo contra Petilianum c. 14. et 15.
** Sic sunt: Sententia sumta est ex B. Augustino in ep. 1. Ioannis, et Beda in eundem locum; glossa autem ordinaria ibidem sic habet: *Sic sunt ficti in ecclesia, quomodo humores mali in corpore; quando evomuntur, relevatur corpus: sic quando exeunt mali, relevatur ecclesia.*

Dist. IV. can. 46. 816) eorum: *GH Edd. coll. o.* 817) baptismus qui: *orig. Ivo Decr.* 818) non deb.: *Edd. coll. o. pr. Arg.* || can. 47. 819) de eod.: *deest: AB* 820) *no.* 15. — *Ivo Decr.* I, 167. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* I, 33.; *Caes.* XII, 72.; *Alger. l. c. c.* 31. 821) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 822) ita: *deest: GH;* constat quia non: *A* 823) istius: *Edd. Lugdd.* II. III. 824) istius: *Ivo Pan.;* nec ill.: *deest: BCF Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 825) *l. c. no.* 16. 826) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — orig. Ivo Pan. Alger.* 827) a: *ACFG Ivo Pan.* 828) *add.:* sit: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 829) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 830) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 831) *ABGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 832) *ABCF Edd. coll. o. pr. Par.* (vel: *deest*) *Arg.;* vel sanctimonia vel scientia: *GH Ed. Arg.* 833) evangelio: *Ivo Pan. Alger.* 834) spirituali: *Ivo Decr.* 835) *BCFG Ivo Decr. Pan.* || can. 48. 836) de eod.: *deest: AC* 837) *Codd. coll. o. — no.* 22.; *Ivo Decr.* I, 165. (*can.:* sicut urgeri; *cont.*); *Ivo Pan.* I, 34.; *Alger. l. c. c.* 32. 838) *Codd. coll. o.* || can. 49. 839) *in A rubr. deest* 840) *no.* 24. 25. 841) *cf. Matth. c.* 3. *v.* 12. || can. 50. 842) *BCF; in A rubr. est:* de eodem 843) *Codd. coll. o.; — de un. bapt. c. Donat. l.* III. *c.* 10. *no.* 15. — *Ivo Decr.* I, 116.; *Ivo Pan.* I, 54.; *Alger. lib. sent. fol.* 210 b. *c.* 53. 844) *ABCF* 845) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 846) *add.:* adultera est: *Edd. coll. o. pr. Arg.* || can. 51. 847) *in A rubr. est:* nullatenus rebaptizandum semel baptizatum. 848) it.: *deest: ABCF; imo in c.* 3. *exposit. in Ioann. Evangel. — Ivo Decr.* I, 173.; *Ivo Pan.* I, 85.; *Caes.* XII, 75.; *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 6. 849) baptizetur: *Ivo Pan.* 850) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 52. 851) *rubr. deest: A* 852) *Codd. coll. o.; — ep. Gregorii* III. *scr. c. a.* 732. *ap. Jaffé Mon. Mog. p.* 93.; — *Jaffé no.* 1724. — *Ivo Decr.* XI, 91.; *Coll. tr. P.* I, 57, 3.; *Caes.* XII, 96. 853) eos bapt.: *A Ed. Arg.* || can. 53. 854) *in A rubr. est:* de eodem 855) *Codd. coll. o.;* it.: *deest: ABCF; — ep. ad Epp. Galliae scr. ao.* 431. *c.* 13. — *Jaffé no.* 163. — *Burch.* IV, 10.; *Ivo Decr.* I, 205.; *Polyc.* III, 10, 12. — *canonis initium ap. omnes est:* illud etiam quod.; *can. ap. omnes cont.* 856) adulti: *Burch.* 857) veniant: *A;* venerint: *Ed. Bas.* 858) exorc.: *deest: Burch.* 859) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Corr. orig. Burch. Ivo Polyc.;* abigatur vel abiiciatur: *Ed. Arg.* || can. 54. 860) it.: *deest: ABCF; — Ivo Decr.* I, 82. 83.; *Ivo Pan.* I, 38.; *Alger. lib. sent. fol.* 209 b. *c.* 37. 861) homo: *C;* in hominem pervenire: *orig.;* in homine: *Ivo Pan. Alger.* 862) *Codd. coll o. Ivo Pan.* 863) *Codd. coll. o. — cf. Ioan. c.* 9. 864) fidem: *GH* 865) incarn. . . . iam: *deest: Ivo Pan.* || can. 55. 866) sint: *CF; in A rubr. est:* de tempore catecizandi 867) it.: *deest: ABCF; hab. ao.* 572. — *ap. Bruns* II, 39.; *Ivo Pan.* I, 39.; *Coll. tr. P.* II, 46, 1. (*can. cont.*); *Alger. l. c. c.* 38.; — *cf. Burch.* IV, 8.; *Ivo Decr.* I, 203. — *cf. c.* 12. *Qu.* 1. *C.* X. 868) purgationis exorcismum: *CF Ed. Bas.* 869) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A: — orig. Hisp. Ivo Pan. Alger.* 870) cathechumeni symb.: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 871) omnip.: *deest: Ivo Pan.; add.:* etc.: *Alger.* 872) specialiter: *Ed. Bas. orig. Hisp.* || can. 56. 873) *in A rubr. est:* de tempore symboli recitandi 874) it.: *deest: BCF; — hab. ao.* 506. — *ap. Bruns* II, 149. — *Burch.* IV, 29.; *Ivo Decr.* I, 223.; *Coll. tr. P.* II, 28, 11.; *Coll. duod. P.* V, 48. 875) plac.: *deest: GH Ed. Arg.* 876) septem: *GH Ed. Bas.;* octavo die: *Ivo Pan.* 877) ante dominicam resurrectionem: *Burch. Ivo Decr.* 878) petentibus: *GH* 879) predicare: *BFG Coll. tr. P.;* — tradi: *orig. Hisp. Ivo Decr.* || can. 57. 880) *in A rubr. est:* ubique baptizari posse 781) it.: *deest: ABCF; — fragm. ep. int.* 858—67. *scr. — Jaffé no.* 2149. — *Ivo Decr.* I, 87.; *Ivo Pan.* I, 40. 882) comprobatur; *Ivo Decr.*

C. LVIII. *De eodem.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 46.][883]

Baptizandos oportet fidei symbolum* discere, et quinta feria ultimae septimanae uel episcopo uel presbitero[884a] reddere.

C. LIX. *De eodem*[885].

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 49.][886a]

Non liceat ante duas septimanas Pascae, sed ante tres ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem, ut in his[887] diebus[888b], qui baptizandi sunt, symbolum discant, et in[889] quinta[890] feria nouissimae septimanae episcopo[891c] uel presbitero reddant.

C. LX. *Ante*[892], *quam baptizentur, quilibet sunt examinandi.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV., [c. 85.][893]

Baptizandi nomen suum dent, et diu[894] sub[895] abstinentia uini et carnium, ac manus inpositionis[896] crebra[897] examinatione[898] baptismum percipiant[899].

C. LXI. *Baptizandi quare exorcizentur*[900a] *et exsufflentur.*

Item Rabanus de institutione clericorum, [lib. I. c. 27.][901]

Postquam se baptizandus per confessionem uerae fidei in alterius conmendauerit dominium, et per abrenunciationem a[902] prioris possessoris se alienauerit seruicio, exsufflatur ab eo seua potestas, ut per pium[903] sacerdotis ministerium[904] Spiritui sancto cedat fugiens spiritus malignus.

C. LXII. *De eodem.*

Item Augustinus de symbolo, lib. I. [c. 1.][905]

Sicut nostis, fratres[906] karissimi, paruuli[907a] exsufflantur[908] et exorcizantur, ut pellatur ab eis diaboli potestas inimica, que decepit hominem, ut possideret homines. Non ergo creatura[909b] in infantibus exorcizatur aut exsufflatur, sed ille, sub quo sunt[910c], qui sub peccato nascuntur.

C. LXIII. *Quare signetur baptizandus in corde et in*[911a] *fronte.*

Item Rabanus de institutione clericorum, [lib. I. c. 27.][912]

Postea signatur[913] baptizandus signaculo sanctae crucis tam in fronte quam in corde, ut ab[914] eo tempore[915b] apostata diabolus in uase suo pristino[916], interemptionis suae cognoscens signum[917c], iam sibi deinceps illud sciat esse alienum.

C. LXIV. *Quare*[918] *super eum orationes dicantur.*

Idem libro eodem[919a].

Exhinc iam dicuntur orationes super eum, ut fiat catecuminus. Tunc datur baptizando[920] sal benedictum in os, ut per sal tipicum, sale[921] sapientiae conditus, fetore careat iniquitatis[922b], ne[923c] a uermibus peccatorum ultra putrefiat[924], sed magis illesus seruetur ad maiorem gratiam percipiendam.

C. LXV. *Quare sale initientur*[925a].

Item Beda super lib. Regum[926b]*.

Sal celestis sapientiae, quo initiantur catecumini, in cunctis operum nostrorum sacrificiis iubemur offerre.

C. LXVI. *Quare*[927] *iterum exorcizentur.*

Item Rabanus de institut. clericorum, [lib. I. c. 27.][928]

Dehinc iterum[929] exorcizatur diabolus, ut suam nequiciam cognoscens[930a], iustum[931b] super se Dei iudicium timens, recedat ab homine, nec iam[932] contendat[933] eum arte sua subuertere, ne baptismum consequatur, sed magis honorem Deo creatori suo exhibens reddat opus Deo[934c] factori suo.

C. LXVII. *Sacerdotes exorcizando demonia depellunt*[935a].

Item Gregorius in omel. XXIV.[936b]

Sacerdotes[937], cum per exorcismi gratiam manum credentibus inponunt[938], et habitare malignos spiritus in eorum mente[939] contradicunt[940], quid aliud faciunt, nisi[941] demonia eiciunt[942]?

C. LXVIII. *Quare de saliua nares et aures tanguntur*[943].

Item Rabanus de institut. clericorum, [lib. I. c. 27.][944]

Postea tanguntur ei[945] nares et aures de[946a] saliua, et dicitur ei[947] uerbum[948b] euangelicum, quod Iesus[949], quando surdum et mutum sanauit, tangens cum sputo linguam eius, et mittens digitos[950] in auriculas[951] eius, dixit[952]: „Effeta," quod est adaperire. Hoc enim sacramentum hic agitur, ut per saliuam tipicam et[953c] sacerdotis tactum sapientia et uirtus diuina salutem eiusdem catecumini operetur, ut aperiantur ei nares ad accipiendum odorem noticiae Dei, ut aperiantur illi[954] aures ad audiendum mandata Dei, ut aperiantur* illi[955d] sensus in[956] intimo corde ad respondendum.

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 58. a) presbyteris — c. 59. a) Martini Bracarensis b) diebus hi c) hoc episcopo — c. 61. a) exorcizantur ... exsufflantur — c. 62. a) et parvuli b) creatura Dei c) sunt omnes — c. 63. a) in: *deest* b) temp. ipse c) signaculum — c. 64. a) Idem ibidem continuo b) iniquit., et c) nec — c. 65. a) initiantur catechumeni b) Beda in Esdram, lib. II. c. 9.* — c. 66. a) agnoscens b) et iust. c) Deo: *deest* — c. 67. a) repellunt b) Greg. Papa in homil. XXIX. Evangel. — c. 68. a) cum b) verb. illud c) typic. sacerdot. et d) ei

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LVIII. * Fidei symbolum: Est prisca versio [i. e. Hisp.], et sententiam sat bene reddit. Hoc autem loco, graece est: τὴν πίστιν.
C. LXV. * Antea citabatur in libros Regum.

C. LXVIII. * Ut aperiantur: In originali et apud Ivonem [Decr. Pan.] legitur: *ad audiendam mandata Dei, sensuque intimo* [add.: *in:* Ivo Pan.] *cordis reponendum* [*respondendum:* ib.].

Dist. IV. can. 58. 883) it.: *deest: ABCF; — hab. i. a.* 343. *et* 381. — *versio Hisp.; Coll. tr. P.* II, 7, 21.; — *versio Dionys.: Burch.* IV, 9.; *Ans.* IX, 20.; *Ivo Decr.* I, 204. 884) *Codd. et Edd. coll. o. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 59. 885) *in C rubr. est:* quomodo discant simbolum; *in A rubr. deest* 886) *Codd. et Edd. coll. o.; — c.* 45. 46. *Concil. Laodic. ex interpret. Martini Bracar. ap. Bruns* II, 53. — *Coll. tr. P.* II, 47, 49. 887) ipsis: *Coll. tr. P.* 888) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 889) in: *deest: orig. Hisp.* 890) sexta: *Edd. Ven.* II. *Par. Lugd.* I. 891) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 60. 892) *in A rubr. est:* prius quam baptizandos examinandos 893) *c.* 23. *Statt. eccl. ant. — ap. Bruns* I, 149. — *cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII. — *Burch.* IV, 11.; *Ivo Decr.* I, 206.; *Coll. tr. P.* II, 18, 84. 894) dum: *Hisp.;* et diu: *deest: Ivo* 895) sub: *deest: orig.* 896) impositione: *orig. Hisp. Burch. Ivo Coll. tr. P.* 897) crebro: *Hisp. Burch. Ivo* 898) examinati: *orig.;* examinantur: *Hisp.;* examinent: *Burch. Ivo* 899) accipiant: *GH* || can. 61. 900) *Codd. coll. o.;* prius exorc.: *A* 901) It.: *deest: ABCF; — Ivo Decr.* I, 90.; *Ivo Pan.* I, 41.; *Alger. lib. sent. fol.* 210. *c.* 43. 902) a: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. *orig.* 903) purum: *ABGH Edd. Arg. Bas.; deest: Alger.* 904) mysterium: *orig. Alger.* || can. 62. 905) it.: *deest: ABCF; — no.* 2.; — *Ivo Decr.* I, 94.; *Ivo Pan.* I, 42. 906) fratr. kar.: *deest: orig. Ivo Decr. Pan.* 907) *Codd. et Edd. coll. o.* 908) et exsuff.: *Ivo Decr. Pan.* 909) *Codd. et Edd. coll. o.* 910) *ib. Ivo Decr. Pan.* || can. 63. 911) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* de signo crucis 912) It.: *deest: ABCF; — Ivo Decr.* I, 100.; *Ivo Pan.* I, 45.; *Alger. l. c. c.* 44. 913) signaturque ipse homo (post.: *deest*): *orig.* 914) ab ... temp.: *deest: orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 915) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 916) pristinae: *Ivo Pan.* 917) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Corr. orig. Ivo Decr. Alger.* || can. 64. 918) *in A rubr. est:* de orationibus 919) *BFH; — ib. — Ivo Decr.* I, 97. 99.; *Ivo Pan.* I, 44.; *Alger. l. c. c.* 40. 920) ei: *orig.* 921) sale: *deest: Ivo Pan.* 922) *Codd. et Edd. coll. o.;* iniq. ut: *Ivo Pan.* 923) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 924) putrescit: *Ed. Arg.;* putrescat: *Ivo Pan.* || can. 65. 925) *Codd. coll. o.* 926) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Alger.;* Augustin.: *GH; — imo in Esdram* II. *c.* 9. — *Ivo Decr.* I, 100.; *Ivo Pan.* I, 45.; *Caes.* XII, 24.; *Alger. l. c. c.* 41. || can. 66. 927) *in A rubr. deest* 928) *Ivo Decr.* I, 102.; *Ivo Pan.* I, 46.; *Alger. l. c. c.* 45. 929) in baptizando exorc. inmundus: *A;* exor. ut: *Edd. Nor. Ven.* I. II.; exorcizantur ut: *Edd. rell. pr. Arg.* 930) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 931) *BCF Ivo Pan. Alger.* 932) iam: *deest: Edd. Nor. Ven.* I. II. 933) concedat: *BC;* presumat: *AGH Ed. Bas.;* subvertat (cont.: *deest*): *Alger.* 934) *BFGH Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.;* Dei: *AC* || can. 67. 935) *BFGH;* pellunt: *C; — in A rubr. est:* demonia exorcismo fugari 936) *Codd. coll. o. Alger.; —* it.: *deest: BCF; — imo homel.* XXIX. *Evangel. no.* 4. — *Ivo Decr.* I, 103.; *Ivo Pan.* I, 47.; *Caes.* XII, 26.; *Alger. l. c. c.* 46. 937) sacerdos: *H Ed. Arg.;* nam sacerdotes eius: *orig.* 938) imponit: *GH Edd. Arg. Bas.* 939) mentes: *BFH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — mentibus: *A* 940) contradicit: *BFH Edd. Arg. Bas.* 941) facit. nisi quod: *H;* faciunt nisi quod: *BF Edd. coll. o.* 942) eiicit: *H Edd. Arg. Bas.* || can. 68. 943) tangantur: *BFH; — in A rubr. est:* de tactu salivae 944) it.: *deest: ABCF; — Ivo Decr.* I, 104.; *Ivo Pan.* I, 48.; *Alger. l. c. c.* 47. 945) eis: *Ivo Pan.* 946) *Codd. et Edd. coll. o.* 947) eis: *Ivo Pan.* 948) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 949) *add.:* dominus: *A; add:* dixit: *Edd. coll. o. pr. Bas. — Ivo Pan.* 950) digitum: *Ivo Pan.* 951) auriculam: *CFGH Edd. coll. o. Ivo Pan.* 952) *Marc. c.* 7. *v.* 34. 953) *Codd. coll. o.;* sacerd. tact.: *Ivo Decr.* 954) ei: *ABC* 955) *Codd. coll. o. pr. B; — Alger.* 956) in: *deest: BC*

C. LXIX.[957] *Quare nares, non ora baptizandorum episcopus tangit.*

Item Ambrosius de sacramentis, [lib. I. c. 1.][958]

Propter gloriam[959] muneris et operis non os tangit episcopus, sed nares[960 a], ut bonum odorem accipiat[961 b] pietatis eternae.

C. LXX. *Quare a sacerdote inunguntur*[962 a].

Item Rabanus de instit. clericorum, [lib. I. c. 27.][963]

Deinde a[964] sacerdote inungitur, ut sacrum baptisma cum accepta fide custodiantur. Ungitur[965] tunc illius pectus de oleo sanctificato cum inuocatione S. Trinitatis, ut nullae reliquiae latentis[966] inimici in eo resideant, sed in fide S. Trinitatis mens eius confortetur. Ungitur[967] inter[968 b] scapulas de eodem oleo, ut undique muniatur, et ad bona opera facienda per Dei gratiam[969] roboretur. *Idem*[970 c] [c. 28.]: §. 1. Consecratur[971] fons[972 d], ut[973 e] ad ipsum baptismum catecuminus accedat[974 f].

C. LXXI. *Quomodo fontem baptismi Trinitatis presentia consecrat*[975].

Item Ambrosius in lib. [II.] *de sacramentis*, [c. 5.][976 *]

Venit sacerdos, ad fontem, dicit precem, inuocat nomen Patris, et[977 a] Filii et Spiritus sancti, utitur uerbis celestibus. Celestia sunt[978 b] uerba, que sunt Christi. Presentia Trinitatis adest; operatur sermo eternus; et ibi[979 c] descendit Spiritus sanctus[980 d], primo descendit quasi columba, ut increduli uocarentur ad fidem. In principio signum debuit esse: in posterioribus[981 e] perfectio. Apostolis[982] enim Spiritus sanctus datus est in linguis igneis propter incredulos; nobis autem[983 f] in plenitudine iam ecclesiae non per signa[984], sed per fidem ueritas est colligenda.

C. LXXII. *Verba*[985] *erroris per inpericiam prolata non inpediunt aquae sanctificationem.*

Item Augustinus de unico baptismo, lib. VI. [c. 25.][986]

XII. Pars. Si non sanctificatur[987] aqua[988], cum aliqua erroris uerba per inpericiam precator[989] refundit[990 a], multi non solum mali, sed etiam[991] boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificant aquam. Multorum enim preces emendantur cottidie, si doctoribus[992 b] fuerint recitatae, et multa in eis repperiuntur contra fidem catholicam. Numquid, si manifestetur aliquos[993] baptizatos, cum illae preces dictae fuissent super aquam, iubentur[994 c] denuo baptizari? Quid ita? quia plerumque precis uicium superat precantis affectus, quia[995 d] illa cetera[996 e] uerba euangelica, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum ualent, ut per illa sic euacuentur quecumque in prece uiciosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum demonium Christi nomine excluditur. Nam utique hereticus, si afferat[997] precem uiciosam, nec bonum habet[998 f] karitatis affectum, quo possit illa superari inpericia (et ideo similis est ei, quicumque in ipsa catholica[999] inuidus, inmundus[1000 g] uel maliuolus est, quales arguit hic[1001 h] Ciprianus), afferat[1002] etiam, ut fieri solet, aliquam precem, in qua loquatur contra regulam fidei, (multi quippe irruunt in preces non solum ab inperitis loquacibus, sed etiam ab hereticis conpositas, et, per ignorantiae sinplicitatem non ea[1003 i] ualentes discernere, utuntur eis arbitrantes, quod bonae sint), nec tamen quod in eis peruersum est euacuat illa, que ibi recta sunt, sed ab eis potius euacuatur[1004].

C. LXXIII. *Quid*[1005] *significent misteria, que in fonte baptismatis celebrantur.*

Item Augustinus ad Neophytos, [hom. III.][1006]

XIII. Pars. Prima igitur et[1007] secunda predicatione de his[1008] tantum locuti sumus, que uobis prius, quam ad fontem sanctum ueniretis, iuxta catholicae ecclesiae[1009] instituta tradidimus[1010]. Et quid significaret unctio, que diuersis corporis nostri[1011] adhibita partibus diuersum intellectum designat, prout Dominus[1012] donare dignatus est, interpretati sumus, cum ostenderemus[1013], uos[1014] per oleum sanctificationis ad auditum plenae fidei preparatos, et ad[1015] bonum Christi odorem uocatos, ex[1016] toto corde ad[1017] abrenunciandum[1018] diabolo[1019] esse conmonitos. Nunc uero de interioribus iam misteriis locuturi sumus, que in ipso sancto[1020 a] fonte celebrata sunt. Emissa[1021] enim[1022] certissima cautione, qua[1023] uos abrenunciare omnibus pompis diaboli[1024], et[1025 b] operibus eius, et omni fornicationi diabolicae spopondistis[1026], descendistis in fontem[1027 c], fontem sacrum[1028], fontem redemptionis, fontem sanctificatum uirtute celesti. *Item*[1029 d]: In hoc ergo fonte ante, quam uos toto corpore tingueremus[1030 e], interrogauimus: Credis in Deum Patrem omnipotentem? Respondistis: Credo. Rursum interrogauimus: Credis et in Iesum Christum filium eius, qui[1031] natus est de Spiritu sancto et[1032 f] Maria Virgine? Respondistis singuli: Credo. Item[1033 g] interrogauimus: et[1034 h] in Spiritum sanctum? Respondistis similiter: Credo. Hoc autem facimus[1035 i] iuxta[1036] Domini nostri Iesu Christi saluatoris inperium, qui, cum ad patrem in celum[1037] ascenderet, discipulis suis, id est Apostolis, mandauit[1038] dicens[1039]: „Euntes docete[1040] omnes gentes, baptizantes[1041]

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 69. a) nares. Quare nares? b) accipias — c. 70. a) inunguntur b) et inter c) Item d) post haec fons e) et f) accedit — c. 71. a) praesentiam b) sunt: *deest* c) ubi (et: *deest*) d) sanct.: *deest* e) post. debet esse f) aut.: *deest* — c. 72. a) effundit b) doctioribus c) iubebuntur d) et quia e) certa f) habeat g) inm.: *deest* h) illic i) eas — c. 73. a) sacro b) et omnibus c) font.: *deest* d) Item: *deest* e) tingeremus f) ex g) Iterum h) Credis et i) fecimus

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXI. * Caput hoc aliquot locis in nimias prope angustias conclusum est. Quare praestat originale ipsum adire.

Dist. IV. can. 69. 957) *rubr. deest: A* 958) it.: *deest: ABCF; — no. 3. — non est Ambrosii. — Ivo Decr.* I, 106.; (*can.:* quid egimus); *Ivo Pan.* I, 49.; *Alger. l. c. c.* 48. 959) gratiam: *orig.* 960) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Alger.* 961) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Bas. Lugdd.* II. III. (accipiant); — *Alger.* ‖ can. 70. 962) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* de unctione 963) it.: *deest: ABCF; — Ivo Decr.* I, 108. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* I, 50. 52. (*can. cont.*); *Alger. l. c. c.* 49. 964) benedictione sacerdotali munitur: *orig.* 965) ungetur: *ib.* 966) *add.:* hominis: *Ivo Pan.* 967) ungetur: *orig.* 968) *Codd. coll. o. pr. C; — Edd. Arg. Bas.* 969) gloriam: *orig.* 970) *Codd. coll. o. pr. AC* (*deest*); — *Alger. l. c. c.* 51. 971) consecratus: *orig.;* consecretur: *Ivo Pan.* 972) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 973) *Codd. et Edd. coll. o.* 974) *ib. Ivo Pan. Alger.* ‖ can. 71. 975) consecratur: *H;* consecretur: *G; — in A rubr. est:* quod fontem baptismi fides consecrat. 976) it.: *deest: ABCF; — non est Ambrosii; — Ivo Decr.* I, 111.; *Caes.* XII, 27.; *Alger. l. c. c.* 13. 977) *Codd. coll. o. pr. A: — Alger.;* nom. filii: *A Edd. coll. o.;* sunt, quod baptizemus in nomine Patris et Filii et Spirit. s. Si ergo ad hominum sermonem ad invocationem sancti aderat praesentia trinitatis, quanto magis ibi adest, ubi sermo operatur aeternus? Vultis scire quia descendit Spiritus? Audisti quia quasi columba descendit. Quare quasi columba? ut: *orig.* 978) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.;* cel. verba: *deest: Ivo Decr., ubi seqq. desunt, et alia sequuntur.* 979) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Alger.* 980) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 981) *ib.* 982) Apost. . . . incredulos: *non sunt ipsa verba originalis* 983) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 984) signo . . . fide (per: *deest*): *orig.* ‖ can. 72. 985) *in A rubr. est:* imperitia non impediri consecrationem 986) it.: *deest: BCF; — no. 47.; — Ivo Decr.* I, 115.; *Ivo Pan.* I, 52. (*can.:* consecratur); *ib.* 53.; *Caes.* XII, 31.; *Alger. l. c. c.* 52.; *cf. id. de sacr.* III, 13. 987) aqua: *deest: BCF;* baptismus: *A* 988) aliq.: *deest: H Edd. Arg. Bas.* 989) presbyterorum: *AB;* praeco: *Edd. Ven.* I. II.; precum: *Ed. Par.* 990) *BCF;* permutantur: *A;* effudit: *Edd. Bas. Lugd.* I. 991) et.: *deest: CF* 992) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Alger.* 993) aliquot: *Ivo Pan.* 994) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 995) *Codd. coll. o. pr. H* 996) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Alger.;* vel certe cuncta ev.: *Ivo Pan.* 997) offerat: *H Ivo Pan.* 998) *ABCF orig. Ivo Pan. Alger.* 999) *add.:* ecclesia: *AG Edd. coll. o.* 1000) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.;* inmund. vel invid., vel malev: *Ivo Pan.* 1001) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (beat.); — *Ivo Pan.* 1002) auferat: *BF; deest: A; —* offerat: *Ivo Pan.* 1003) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C Edd. Lugdd.* II. III. 1004) evacuat: *A;* evacuantur: *AC* ‖ can. 73. 1005) *in A rubr. est:* de misteriis baptismi 1006) It.: *deest: ABCF; — ex serm. de myst. baptismat., qui non est Augustini. Ed. Maur. t.* VI. *in Appdx — Ivo Decr.* I, 194. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* I, 55.; *Alger. l. c. c.* 56. 1007) et sec.: *deest: orig.* 1008) iis: *Ivo Decr.* 1009) regulae: *orig. Ivo Decr. Pan.* 1010) traduntur: *A;* tradimus: *B* 1011) vestri: *orig. Ivo Pan.; deest: Alger.* 1012) Deus dare: *Ivo Pan.* 1013) ostenderimus: *orig.;* ostendimus: *Ivo Pan. Alger.* 1014) nos: *CF* 1015) in: *Ivo Pan.; deest: Ivo Decr. Alger.* 1016) et ex: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1017) et ad: *Ivo Pan.; deest: orig.* 1018) renuntiandum: *A Ivo Pan.* 1019) diabolum: *GH Ed. Bas.* 1020) *ABF; Ed. Bas. Ivo Decr.; — deest: C Edd. rell.* 1021) Amissa: *G;* Premissa: *H* 1022) *add.:* iam: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1023) quia: *Ivo Pan.* 1024) diab.: *deest: orig. Ivo Decr. Pan.;* eius: *Alger.* 1025) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.* 1026) descendentes: *orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1027) *CF orig. Ivo Decr. Alger.* 1028) *add.:* fontem vitae: *orig.* 1029) *BCF; Alger. l. c. c.* 57.; — *multa ex orig. omissa sunt.* 1030) *BCF* 1030) qui conceptus est de spir. s., natus ex: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1032) *ABCF orig. Ivo Pan. Alger.* 1033) *BF Edd. coll. o. Ivo Pan. Alger. c.* 58. 1034) *Codd. coll. o. pr. A; — orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1035) *Codd. coll. o. pr. A; — Edd. Arg. Ven.* I.; — factum: *Edd. Ven.* II. *Par.; deest: Alger.* 1036) secundum: *Ivo Decr.* 1037) coelos: *orig. Ivo Decr.;* coelo: *Alger.* 1038) demandavit: *orig.* 1039) *Matth. c.* 28. *v.* 19. 1040) baptizate: *Ivo Decr. Pan.* 1041) bapt. eos: *deest: orig. Ivo Decr. Pan.*

eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti." *Item*: §. 1. Quod autem interrogauimus: Credis sanctam* ecclesiam, remissionem[1042] peccatorum, carnis[1043] resurrectionem? non eo modo interrogauimus, ut quomodo in Deum creditur, sic[1044k] in ecclesiam sanctam catholicam[1045]. Propterea[1046l] sancta et catholica est, quia recte credit in Deum. Non ergo diximus, ut in ecclesiam quasi in Deum crederetis: sed intelligite nos[1047] dicere et dixisse, ut in ecclesia sancta[1048] et[1049m] catholica conuersantes in Deum crederetis, crederetis etiam[1050] resurrectionem carnis, que futura est.

C. LXXIV. *Aliorum*[1051] *fide et professione paruuli baptizantur.*

Item Ysidorus de offitiis, lib. II. [c. 24.][1052]

XIV. Pars. Paruuli alio profitente baptizantur, quia adhuc loqui uel credere nesciunt, sicut etiam[1053] egri, muti, et[1054] surdi, quorum uice alius profitetur, ut pro eis respondeat, dum baptizantur.

C. LXXV. *Aliorum*[1055] *testimonio egrotantes sunt baptizandi.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV., [c. 48.][1056a]

Egrotantes[1057], si pro se respondere non possunt, cum uoluntatis[1058b] eorum[1059]* testimonium sui dixerint[1060c], baptizentur[1061]. Similiter[1062] et de penitentibus agendum est[1063].

C. LXXVI. *Sacramentum*[1064] *fidei, non ipsa fides paruulum facit fidelem.*

Item Augustinus [epist. XXIII. ad Bonifatium][1065].

Nichil est aliud credere quam fidem habere, et[1066a] per hoc, cum[1067] respondetur credere paruulus, qui fidei nondum habet effectum[1068b], respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, et conuertere se ad Deum propter conuersionis sacramentum, quia et ipsa responsio ad celebritatem[1069c] sacramenti pertinet. *Item*[1070d]: §. 1. Paruulum, etsi nondum fides illa, que in credentium uoluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit[1071], sicut[1072e] credere respondetur, ita etenim[1073f] fideles uocantur, non rem ipsam[1074] mente abnuendo[1075g], sed ipsius rei sacramentum percipiendo[1076].

C. LXXVII. *Alterius*[1077] *professio non ualet ei, qui per se respondere potest.*

Idem in lib. [IV.] *de baptismo*, [c. 24.][1078a]

Cum pro paruulis alii respondent, ut inpleatur erga eos celebratio sacramenti, ualet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi pro se[1079b] respondere non possunt. At si[1080] pro eo, qui respondere potest[1081], alius respondeat, non itidem ualet. Ex qua regula illud euangelii[1082c] dictum est, quod omnes, cum legitur, naturaliter mouet[1083]: „Etatem habet; pro[1084] ipse se loquatur."

C. LXXVIII. *Quare*[1085] *trina mersio in baptismate celebretur*[1086].

Item Augustinus in omel. III.[1087]

Postquam uos credere promisistis, tertio capita uestra in sacro fonte dimersimus[1088a]. Qui ordo baptismatis duplici[1089] misterii significatione celebratur. Recte enim tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine S.[1090] Trinitatis. Recte tertio mersi estis, qui[1091] accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertia[1092] die resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita dimersio[1093b] typum dominicae exprimit sepulturae, per quam Christo consepulti estis in baptismo, et cum Christo resurrexistis in fide, ut peccatis absoluti[1094c] in sanctitate uirtutum Christum uiuatis[1095] imitando.

C. LXXIX. *De his, qui semel, non tertio in baptismate merguntur*[1096].

Item ex Canonibus Apostolorum, [c. 50.][1097]

Si quis presbiter aut[1098] episcopus non trinam mersionem unius misterii celebret[1099], sed[1100] semel mergat in baptismate, (quod dari* a quibusdam iubetur[1101] in morte Domini), deponatur. Non enim dixit nobis[1102] Dominus: in morte mea baptizate; sed[1103]: „Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos[1104] in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti."

C. LXXX. *De eodem.*

Item Gregorius Leandro, Episcopo [lib. I. epist. 41.][1105a]

XV. Pars. De[1106] trina[1107] mersione baptismatis nil[1108] responderi uerius potest, quam quod[1109] ipsi sensistis[1110], quia in una fide nil officit sanctae ecclesiae consuetudo diuersa. Nos autem, quod[1111] tertio mergimus, triduanae sepulturae sacramenta signamus[1112], et[1113b], dum tertio ab aquis infans[1114] educitur, resurrectio tridiani temporis exprimitur[1115c]. Quod si quis forte etiam pro summae Trinitatis estimet[1116d] ueneratione fieri, neque hoc[1117e] aliquid

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 73. k) sic et l) quae propt. m) et: *deest* — c. 75. a) Carthag. III. b) voluntas c) dixerit — c. 76. a) ac b) affectum c) celebrationem d) Item infra e) facit. Nam sic. f) etiam fidelis vocatur g) annuendo — c. 77. a) Item b) pro se: *deest* c) in evangelio — c. 78. a) demersimus b) demersio c) abluti — c. 80. a) Ep. Hispaniarum b) ut c) exprimatur d) existimet e) istud

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXIII. * Credis sanctam: Legebatur: *in sanctam.* Inducta est particula: *In*, aliquot vetustis, et Ivone. Atque ita loquendum docet saepe Augustinus.

C. LXXV. * Voluntas eorum: Nihil mutatum est ob glossam in verbo: *dixerit.* Sed in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, et in conc. Carthaginensi III., et in conc. Africano in corpore conciliorum tribus tomis impresso [et in Hisp.], et apud Ivonem, qui citat Isidorum legitur: *Quum voluntatis eorum testimonium sui dixerint.* In eodem autem Africano, in Codice canonum, et in Carthaginensi recentioris editionis conciliorum, et apud Burchardum est: *Quum voluntatis eorum testimonium hi, qui suis* [*sui:* orig. ed. cit.] *periculo proprio affuere* [*sunt:* ib.], *dixerint.* In Carthaginensi autem graeco: *ὅτε τῇ αὐτῶν προαιρέσει τὴν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν κινδύνῳ ἰδίῳ εἴπωσιν.*

C. LXXIX. * Quod dari: Prisca versio hoc tantum loco discrepat a Gratiano. Sic enim in ea legitur: *quod dari videtur in morte Domini*, eodemque modo apud Burchardum. Ivo habet: *quod dari* [*dare:* Ivo Decr. Pan. Alger.] *iubetur in Domini mortem.* Graece autem est: *ἀλλὰ ἓν βάπτισμα τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον;* id est: *sed unicam mersionem, quae in mortem Domini datur.*

Dist. IV. can. 70. 1042) et rem.: *orig. Ivo Decr. Pan. Alger. l. c. c.* 59. 1043) et carn.: *ib.* 1044) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Pan.* 1045) et cath.: *CF Ivo Pan.* 1046) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G Edd. Bas. Lugdd.*; — *orig. Ivo Decr.*; Ideo sanct.: *Alger.* 1047) vos: *Codd. coll. o. pr. C*; — *Ivo Decr.* 1048) vel: *GH* 1049) *Codd. coll. o. orig.*; et sancta et cath.: *Ivo Decr.* 1050) et: *A Ivo Pan.* || can. 74. 1051) *in A rubr. est:* aliorum fide parvulos baptizari. 1052) It.: *deest: ABCF*; — *Isid. l. c.* II, 25. *no.* 7.; — *Ivo Pan.* I, 13.; *Alger. l. c. fol.* 208 b. *c.* 9. 1053) et: *C Ivo*; — *deest: A* 1054) vel: *orig.* || can. 75. 1055) *in A rubr. est:* de infirmis 1056) *Codd. coll. o.*; it.: *deest: ABCF*; — *imo c.* 34. *Conc. Carthag.* III. *hab. ao.* 397. — *ap. Bruns* I, 128. — *Burch.* VI, 36. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* I, 123.; *Ivo Pan.* I, 14.; *Alger. l. c. c.* 10. 1057) ut aegrot.: *Burch.* 1058) *A F orig. Hisp. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1059) *add.:* qui periculo proprio affuere: *Burch.* 1060) *A orig. Hisp. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1061) baptizantur: *Edd. Lugdd.* II. III. 1062) simil. . . . est: *deest: orig. Hisp. Burch.* 1063) est: *deest: Ivo Decr. Pan. Alger.* || can. 76. 1064) *in A rubr. est:* de parvulis 1065) it.: *deest: ABCF*; — *ep.* 98. *no.* 9. *scr. ao.* 408. *Ed. Maur.*; — *Ivo Decr.* I, 187.; *Ivo Pan.* I, 56.; *Alger. l. c. fol.* 211. *c.* 61. 62. 1066) *Codd. coll. o.* 1067) totiens eam: *Ed. Bas.*; totum: *ABC Edd. rell. pr. Arg. Nor.* 1068) *ACF Edd. coll. o. Corr. Ivo Pan. Alger.* 1069) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 1070) *Codd. coll. o. pr. A* (*deest*); — *Ivo Decr. Pan. Alger.*; — *l. c. no.* 10. 1071) faciat: *Edd. Lugdd.* II. III. 1072) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Alger.* 1073) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1074) ipsa: *orig.* 1075) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd. Corr. Ivo Decr.* 1076) recipiendo: *AB*; re percipiendo: *F*; in re percipiendo: *C* || can. 77. 1077) *in A rubr. deest* 1078) *ACFGH*; bapt. periculorum: *GH*; — *inscr. deest: B*; — *no.* 31. — 1079) *Codd. coll. o.* 1080) *Ivo Decr.* I, 124.; *Ivo Pan.* I, 15. 1081) *add.:* in baptismo: *Ivo Decr. Pan.* 1082) *Codd. et Edd. coll. o.*; — *cf. Ioan. c.* 9. *v.* 21. 1083) monet: *ABGH Ivo Pan.* 1084) de: *GH* || can. 78. 1085) ut: *A*; quod: *GH* 1086) celebretur: *BGH* 1087) It.: *deest: ABCF*; — *in sermone ad neophyt. de mysterio baptismatis, qui non est Augustini.* — *Ivo Decr.* I, 194. (*can.:* prima ergo); *Ivo Pan.* I, 57.; *Alger. l. c. fol.* 211. *c.* 63. (*can.:* priusquam vos); *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 3. 1088) *Codd. coll. o. pr. F*; — *Ivo Pan.* 1089) duplicis: *AC* 1090) sanct.: *deest: orig. Ivo Decr. Alger.*; — S. . . . nomine: *deest: BFGH* 1091) quia: *AC Ivo Pan.* 1092) tertio: *orig.* 1093) *Codd. coll. o. Ivo Pan.*; mersio: *Alger.* 1094) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* 1095) induatis: *A Ed. Arg.*; — uniatis: *H* || can. 79. 1096) mergunt vel merguntur: *C*; — inmergunt: *H*; — in bapt.: *deest: A* 1097) it.: *deest: ABCF*; — *Burch.* IV, 23.; *Ivo Decr.* I, 128.; *Ivo Pan.* I, 58.; *Alger. ib. c.* 64. 1098) aut ep.: *deest: Ivo Decr. Alger.* 1099) celebravit. . . . mergit.: *Burch.* 1100) si: *GH* 1101) videtur: *C Burch.* (*ap. quem deest:* a quibus) 1102) mihi: *Ivo Pan.* (en.: *deest*); — nobis: *deest: Burch.*; en. nob.: *deest*; *Ivo Decr.*; quia dix. dom.: *Alger.* 1103) *Matth. c.* 28. *v.* 19. 1104) eos: *deest: CF* || can. 80. 1105) *Codd. coll. o.*; — *Ep.* 43. *scr. ao.* 591. *lib.* I. *Ed. Maur.* — *Jaffé no.* 747. — *Ans.* IX, 61. (22.); *cf. ib. c.* 21. (Greg. Alexandro ep.); — *Ivo Decr.* I, 130.; *Ivo Pan.* I, 60.; *Coll. tr. P.* I, 55, 20.; *Polyc.* III, 10, 32.; *Caes.* XII, 43. *Alger. l. c. c.* 66. *Petr. Lomb. l. c.* 1106) in: *Ans.* 21. *Polyc.* 1107) trina vero: *orig. Ans.* 22. 1108) nil. . . . diversa: *deest: Ans.* 21. 1109) quod: *deest: orig. Ans.* 21. *Ivo Decr. Coll. tr. P.*; trina autem mersio triduanam sepulturam designat: *Alger.* 1110) sentitis: *Ans.* 22. 1111) qui . . . mergimus: *Ivo Pan.* 1112) significamus: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.*; — signavimus: *Ans.* 22. 1113) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 21. 22. *Coll. tr. P. Polyc.* 1114) qui baptizatur: *Ans.* 21. *Polyc.* 1115) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.* 21. 22. *Coll. tr. P. Polyc.*; — *finis canonis: Ans.* 21. *Polyc. Coll. tr. P.* 1116) *ABCF Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III.; — *orig. Ans. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1117) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.*; ad hoc: *orig. Ans.*

obsistit, baptizandos[1118] semel in aquis mergere, quia, dum[1119f] tribus subsistenciis[1120g] una substantia est, reprehensibile esse[1121] nullatenus potest, infantem in baptismate uel ter, uel semel inmergere[1122], quoniam[1123h] et in tribus mersionibus personarum trinitatis, et in una potest diuinitatis[1124] singularitas designari.

C. LXXXI. *De eodem.*

Item Ieronimus super Epistolam ad Philippenses, lib. II. [ad c. 4. v. 5.][1125a]*

Eodem modo[1126b] in Patre[1127c], et Filio, et Spiritu sancto baptizamur[1128] et ter mergimur, ut Trinitatis unum appareat sacramentum[1129d]. *Item*[1130e]: Licet ter baptizetur[1131f] propter misterium Trinitatis, tamen unum[1132] baptisma reputatur[1133g].

C. LXXXII. *De his, qui in Christi nomine semel*[1134] *tantum merguntur*[1135a].

Item Pelagius Gaudentio Episcopo[1136b].

Multi sunt, qui in nomine Christi solummodo una etiam mersione se asserunt baptizari[1137c]. Euangelicum uero preceptum, ipso Deo[1138] Domino[1139d] et[1140e] saluatore nostro Iesu Christo tradente[1141], nos ammonet, in nomine Trinitatis, trina etiam mersione sanctum baptisma unicuique tribuere, dicente Domino nostro[1142f] Iesu Christo discipulis suis[1143]: „Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti"*.

C. LXXXIII. *In*[1144] *inuocatione Trinitatis tertio in baptismate mergere debemus.*

Item Zacharias Papa Bonifatio Episcopo, [in epist., cuius initium: „Sacris liminibus"][1145].

XVI. Pars. In sinodo Anglorum decretum, et[1146] firmissime[1147a] preceptum, et diligenter demonstratum esse dinoscitur, quod[1148b] quicumque sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, sacramentum[1149] regenerationis non haberet. Quod omnino uerum est, quia, si mersus[1150c] in fonte baptismatis quis fuerit sine inuocatione Trinitatis[1151], perfectus Christianus[1152] non est, nisi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti fuerit baptizatus. §. 1. Hoc quoque obseruari[1153] sacerdotes in supradicta[1154d] sinodo uoluerunt[1155], ut qui uel unam de Trinitate personam in baptismo non nominaret, illud baptisma uerum[1156] esse non posset[1157]. Quod pro certo uerum est, quia, qui unum[1158e] ex sancta Trinitate confessus non fuerit nomen[1159f], perfectus Christianus esse non potest. Qui enim confitetur Patrem et Filium, si confessus non fuerit[1160g] Spiritum sanctum, neque Patrem habet, neque Filium; et qui confessus fuerit Patrem et Spiritum sanctum, et Filium non fuerit confessus, neque Patrem habet, neque Spiritum sanctum, sed[1161] uacuus est a diuina gratia.

C. LXXXIV. *Rebaptizentur qui in nomine Trinitatis baptizati non fuerint*[1162].

Item Gregorius Quirino, Episcopo in Hyberina, [lib. IX. epist. 61.][1163a]

Hi[1164] uero heretici, qui in Trinitatis nomine minime[1165] baptizantur, sicut sunt Bonosiaci[1166b] et Catafrigae[1167c] (quia et illi Christum Dominum non credunt, et isti Spiritum S. peruerso sensu esse quendam prauum[1168] hominem Montanum credunt, quorum similes multi sunt)[1169d] alii[1170e], cum ad sanctam ecclesiam ueniunt, baptizentur[1171f] quia baptisma non fuit, quod in errore positi[1172g] S. Trinitatis nomine minime perceperunt.

C. LXXXV. *Semel*[1173] *in baptismate mergere licet.*

Item ex Concilio Tolletano IV. [c. 5.][1174]

Propter uitandum scismatis scandalum, uel heretici dogmatis usum, simplam teneamus baptismi mersionem.

C. LXXXVI. *De sacerdote, qui per inpericiam*[1175a] *linguae latinae in inuocatione Trinitatis deliquit.*

Item Zacharias Papa Bonifatio Episcopo[1176b].

Retulerunt nuncii[1177] tui*, quod fuerit[1178] in eadem prouincia sacerdos, qui linguam latinam penitus ignorabat, et, dum[1179] baptizaret, nesciens loqui[1180a] latine, infringens[1181] linguam diceret: Baptizo te in nomine Patria[1182], et Filia, et Spiritus[1183c] sancta[1184]. Et[1185d] per hoc tua reuerenda sanctitas[1186c] considerauit eos[1187] rebaptizare. Sed[1188], sanctissime frater, si ille, qui baptizauit, non errorem introducens aut heresim, sed pro sola ignorantia Romanae locutionis infringendo linguam, ut supra diximus[1189f], hoc[1190g] baptizans dixisset, non possumus consentire, ut denuo baptizentur[1191].

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 80. f) dum in g) personis h) quando — c. 81. a) Ephesios b) modo et c) Patrem et in Filium et in Spiritum sanctum d) sacram., et non baptizamur in nominibus Patris et Filii, et Spiritus sancti, sed in uno nomine, quod intelligitur Deus. e) Item infra: §. 1. Potest unum baptisma et ita dici quod licet f) baptizemur g) reputetur — c. 82. a) mergunt b) Pelag. Papae c) baptizare d) et Domino e) et: *deest* f) nostro ... Christo: *deest* — c. 83. a) et iudicium firm. b) ut c) lotus d) praedicta e) unam f) nom.: *deest* g) fuerit et — c. 84. a) Iberia b) Bonosiani c) Cataphryges d) sunt et e) alii tales f) baptizantur g) positi in — c. 86. a) ignorantiam b) Ep., in epistola decretali c) Spiritu d) Ac e) fraternitas f) fati sumus g) hoc: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXXI. * Locupletatum et emendatum est caput hoc ex originali.
C. LXXXII. * Spiritus sancti: Hic videtur sequi c. *Si revera*, sup. ead.
C. LXXXVI. * Nuncii tui: Hae duae voces additae videntur a Gratiano [sunt tamen in Ivon. Pan. et Coll. tr. P.] (quamquam Virgilius et Sidonius, qui hoc retulerant, proprie nuncii Bonifacii non fuissent) ne ea, quae in epistola antecedunt, referre cogeretur, quod tamen Burchardus et Ivo fecerunt.

Dist. IV. can. 80. 1118) baptizando: *Codd. coll. o. pr. A;* — baptizandum: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 1119) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C;* — *Ivo Decr. Pan. Alger., ita ut R. immerito vocem in a Corr. insert. esse censuerit.* 1120) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Lugdd.* II. III.; — *Corr. orig. Ans. Ivo Decr. Alger.;* substantiis: *Edd. Lugdd.* II. III. *Ivo Pan.* 1121) esse: *deest: Ivo Pan.* 1122) mergere: *orig. Ans. Ivo Decr. Pan.* 1123) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F Bas.* (quomodo) 1124) *add.:* singulariter: *Edd. Arg. Ven.* I. II. || can. 81. 1125) *Codd. coll. o.;* — *imo ad Ephes.;* — *Ivo Decr.* I, 131.; *Ivo Pan.* I, 61.; *Alger. l. c. c.* 67. 68. 1126) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1127) *Codd. et Edd. coll. o. pr. F Ed. Bas.* 1128) baptizamus . . . mergimus: *Ivo Decr.* 1129) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1130) *ABCF Ivo Decr. Pan. Alger.* 1131) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Alger.;* — baptizemus: *Ivo Decr.* 1132) unus baptismus: *Ivo Pan.* 1133) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* || can. 82. 1134) et semel: *FGH* 1135) *Codd. coll. o.* 1136) *ABCF;* — *fragm. ep. scr. a.* 578—90. — *Jaffé no.* 702. — *Ivo Decr.* I, 161. (*can.:* de haereticis; *cont.*); *Ivo Pan.* I, 62. (*can. cont.*); *Alger. l. c. c.* 69. (*can. cont.*); — *cf. ad c.* 30. 1137) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1138) Deo: *deest: GH Edd. Arg. Bas.* 1139) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Ivo Decr. Pan.;* Deo ... Iesu: *deest: Alger.* 1140) *ib.* 1141) dicente: *GH;* — dicente et trad.: *Edd. Lugdd.* II. III.; — dicente vel trad.: *Edd. rell. pr. Bas.* 1142) *BCF Edd. coll. o. pr. Arg.;* — *Ivo Pan.:* Dom. Iesu Chr.: *GH Ed. Arg.;* domino nostro: *Ivo Decr.;* Christo dicente: *Alger.* 1143) *Matth. c.* 28. *v.* 29. || can. 83. 1144) *in A rubr. est:* ut trina mersio sub invocatione s. Trinitatis fiat. 1145) It.: *deest: ABCF;* — *scr. ao.* 748. *ap. Jaffé Mon. Mogunt. p.* 186. — *Jaffé no.* 1754. — *Ivo Decr.* I, 169. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* I, 63.; *Caes.* XII, 73.; *Alger. l. c. c.* 70.; *Petr. Lomb. l.* 4. *dist.* 3. 1146) et: *deest: Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.;* — *Ivo Pan.* 1147) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* et precept. est ut: *Alger.* 1148) *Codd. et Edd. coll. o.* 1149) et sacr.: *GH;* — quod sacr.: *Ivo Pan. Alger.* 1150) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1151) *add.:* sanctae: *Ivo Pan.* 1152) Christ.: *deest: orig.* 1153) observare: *GH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Ivo Pan.* 1154) *Codd. coll. o. pr. A;* — *Ivo Decr. Pan. Alger.* 1155) vol.: *deest: orig.* 1156) ver.: *deest: ib.* 1157) posse: *ib.* 1158) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1159) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1160) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 1161) sed: *deest: Ivo Pan.* || can. 84. 1162) fuerunt: *BC;* — rebaptizantur: *GH;* — *in A rubr. est:* de rebaptizandis. 1163) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Alger.;* — *cf. Corr. ad c.* 44. *supr. ead.* — *Ep.* 67. *scr. ao.* 601. *lib.* XI. *Ed. Maur. ad Quiricum.* — *Jaffé no.* 1417. — *Ivo Decr.* I, 153. (*can.:* antiqua patrum; — *cont.*); — *Ivo Pan.* I, 64.; *Alger. l. c. c.* 71. 1164) si: *Edd. Nor. Ven.* I. II.; hi heret.: *Alger.* 1165) non: *ABH Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* (non baptizant.); — min.: *deest: G Ivo Decr.* 1166) *Codd. coll. o. Corr. orig. Ivo Decr. Alger.* 1167) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1168) parvum: *ABCF Ivo Pan.* 1169) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (sunt et hi tales); — *orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1170) *BF orig. Ivo Decr. Pan. Alger.;* — illi: *C;* sunt tales: *GH;* sunt cum: *A* 1171) *Codd. coll. o. Edd. Bas. Lugdd.* 1172) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 85. 1173) *in A rubr. est:* de una mersione. 1174) it.: *deest: ABCF;* — *hab. ao.* 633. *c.* 6. *ap. Bruns* I, 224.; — *cap.* 11. *in Hisp.* — *Ivo Decr.* I, 129.; *Ivo Pan.* I, 59.; *Caes.* XII, 42.; *Alger. l. c. c.* 65. || can. 86. 1175) *Codd. coll. o.; pr. A* (qui baptizando ob inperit. linguae deliquit.) 1176) *Codd. coll. o.;* — it.: *deest: ABCF;* — *ep. scr. ao.* 746. *ap. Jaffé Mon. Mogunt. p.* 167. — *Jaffé no.* 1747. *ad a* 744. — *Burch.* IV, 43. (*can.:* Virgilius; *cont.*): *Ivo Decr.* I, 237. (*ut ap. Burch.*); *Ivo Pan.* I, 65.; *Coll. tr. P.* III, 1, 23.; *Caes.* XII, 64.; *Alger. l. c. c.* 72. 1177) quippe (tui: *deest*): *orig. Burch. Ivo Decr.* 1178) fuit: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1179) cum: *Ivo Pan.* 1180) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.;* — latino eloquio: *Ivo Decr.* 1181) infringere: *Burch. Ivo Decr. Pan. Coll. tr. P.* 1182) patrias: *A Ed. Bas.* 1183) *ACF Ed. Bas. orig. Burch. Coll. tr. P.;* spiritua: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Ivo Pan.;* spiritui: *Alger.* 1184) sanctias: *Ed. Bas.;* sancti: *orig. Burch.;* — scientia: *Coll. tr. P.* 1185) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Coll. tr. P. Alger.* 1186) *Codd. et Edd. coll. o.;* Et propter hoc consideranti rebaptizare: *Alger.* 1187) eos: *deest: orig. Ivo Decr.* 1188) Scias: *Ivo Decr.;* sed ille qui bapt.: *Alger.* 1189) *Codd. et Edd. coll. o.:* supra dictum est: *Alger.* 1190) *Codd. coll. o.* 1191) baptizetur: *Ivo Pan.*

C. LXXXVII. *Quare baptizati*[1192] *a sacerdote ungantur.*

Item *Ambrosius de sacramentis, tract. I.* [c. 2.][1193a]

XVII. Pars. Venisti[1194] ad fontem: ingressus[1195] es; considera quid[1196] uideris; quid locutus sis[1197b] repete[1198] diligenter; occurrit tibi Leuita, occurrit tibi[1199c] presbiter; unctus es quasi athleta Dei[1200d], ut ad baptismum* catecuminus accedas.

C. LXXXVIII. *Quare*[1201] *baptizatus a presbitero ungatur in cerebro.*

Item Rabanus in epist. ad Ephesios lib. II.[1202a]

Postquam ascendit[1203b] baptizatus de fonte, statim signatur in cerebro a presbitero cum sacro crismate, sequente simul et oratione, ut Christi regni particeps fiat et a Christo possit Christianus uocari.

C. LXXXIX. *Quid*[1204] *super baptizatum a sacerdote dicatur.*

Item Ambrosius de sacramento, tract. II. [c. 7.][1205a]

Emersisti[1206]*: uenisti ad sacerdotem. Quid tibi dixit? „Deus," inquit tibi[1207b], „Pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua et Spiritu sancto, concessitque tibi[1208] peccata tua[1209], ipse te ungat[1210] in uitam eternam." Vide, ubi unctus[1211] es: in uitam, inquit[1212], eternam.

C. XC. *Quare*[1213] *unguentum super caput baptizati ponatur.*

Item [in lib. III. de sacramentis, c. 1. et 2.][1214]

Accepisti[1215] misterium, hoc est unguentum supra[1216] caput. Quare supra[1217] caput? quia sapientis sensus in capite eius[1218]. [c. 2.][1219a] §. 1. Sequitur spiritale[1220] signaculum, quod audistis[1221b] legi hodie[1222], quod[1223c] post fontes[1224d] superest, quo[1225e] perfectio fiat, quando ad inuocationem[1226] sacerdotis Spiritus sanctus infunditur.

C. XCI. *Quare candida uestis traditur*[1227a] *Christianis.*

Item Rabanus de institut. clericorum [lib. I. c. 29.][1228]

Post baptismum traditur Christiano[1229] uestis candida, que[1230b] significat innocentiam et puritatem Christianam, quam post ablutas[1231] ueteres[1232] maculas studio sanctae conuersationis inmaculatam seruare debet ad[1233c] representandum[1234d] ante tribunal Christi. Cuncti uero renati albis induuntur uestibus ad misterium[1235] resurgentis ecclesiae. *Item*[1236e]: §. 1. Utuntur[1237f] baptizati[1238] albis uestibus, ut quorum primae natiuitatis faciem[1239] uetusti erroris pannus fuscauerat, habitus secundae regenerationis[1240g] gloriae preferat indumentum. Tegitur enim post sacram unctionem caput eius mistico uelamine, ut intelligat, se diademate[1241] regni et sacerdotali dignitate potiri.

C. XCII. *De eodem.*

Item Ambrosius de misteriis, [c. 7.][1242a]

Accepisti[1243] post baptismum[1244] uestimenta candida, ut esset indicium, quod exueris uoluptatem[1245b] peccatorum, et[1246] indueris innocentiae casta uelamina.

C. XCIII. *Quot mensibus Iudei*[1247] *inter catecuminos habeantur.*

Item ex Concilio Agatensi, [c. 34.][1248]

XVIII. Pars. Iudei, quorum perfidia frequenter ad uomitum redit, si ad leges[1249a] catholicas uenire uoluerint, octo[1250] menses[1251] inter catecuminos ecclesiae limen introeant, et, si pura fide uenire noscuntur, tunc demum baptismatis gratiam mereantur[1252]. Quod si casu aliquo[1253] periculum[1254] infirmitatis intra prescriptum[1255] tempus incurrerint[1256], et desperati fuerint, baptizentur.

C. XCIV. *De*[1257] *Iudeis plerisque frequenter ad Iudaismum redeuntibus.*

Item ex Concilio Toletano V., [c. 58.][1258a]

Plerique ex Iudeis, qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes[1259b] Christum non solum[1260] Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur[1261], sed etiam abhominandas[1262] circumcisiones exercere[1263c]. De quibus consultu[1264] piissimi ac religiosissimi domini nostri Sisemandi[1265d] regis hoc sanctum decreuit concilium, ut huiusmodi[1266] transgressores pontificali auctoritate correcti ad cultum Christianae[1267e] dignitatis reuocentur, ut quos propria uoluntas non emendat animaduersio sacerdotalis coherceat. Eos autem, quos circumciderunt[1268], si filii eorum sunt[1269], a parentum[1270] consortio separentur; si serui, pro iniuria corporis sui libertati tradantur.

C. XCV. *Ante baptismum diabolo et eius operibus abrenunciare*[1271a] *debemus.*

Item Rabanus de instit. clericorum, [lib. I. c. 27.][1272]

Primum interrogetur[1273b] paganus, si abrenunciet[1274c]

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 87. a) tract. seu lib. I. b) sis, considera c) tibi: *deest* d) Christi — c. 88. a) Rab. de instit. clericorum lib. I. c. 28. b) ascenderit — c. 89. a) sacramentis, tract. seu lib. b) tibi: *deest* — c. 90. a) Et infra c. 2.: §. 1. b) audisti c) quia d) fontem e) ut — c. 91. a) tradetur b) designans (que: *deest*) c) ad: *deest* d) repraesentandam e) Item ibidem f) Ut. ergo g) generationis — c. 92. a) Ambr. in libro de iis qui initiantur mysteriis b) involucrum — c. 93. a) legem — c. 94. a) Tolet. IV. b) blasphem. in c) exerc. praesumserunt d) Sisemundi e) Christiani dogmatis — c. 95. a) renunciare b) interrogatur c) abrenunciat

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. LXXXVII. * Ut ad baptismum: Ita etiam Ivo, et auctor glossae ad vers. *Unctus*, videtur huc spectasse, sed tota haec clausula abest ab originali, in quo huius loco sunt verba haec: *quasi luctamen huius saeculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamina.*

C. LXXXIX. * Emersisti: Sic apud Ivonem. In originali est: *Ergo mersisti*, eodem sensu, quem elicit auctor glossae ex verbo: *Emersisti.* Frequens autem est apud B. Ambrosium istius vocabuli in hanc sententiam usus.

Dist. IV. can. 87. 1192) baptizandi: *ACF* 1193) *Codd. coll. o.;* — it.: *deest: ABCF; lib.* II. *c.* 2.; *non est Ambrosii.* — *Ivo Decr.* I, 109.; *Ivo Pan.* I, 51.; *Caes.* XII, 27. 1194) venimus: *orig.* 1195) et ingr.: *Ivo Pan.* 1196) quos: *orig. Ivo Decr.* 1197) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 1198) repente: *ABGH;* — et repete: *Ivo Pan.* 1199) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 1200) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 88. 1201) *in A rubr. est:* de unctione. 1202) *Codd. coll. o. pr. F;* — *Alger.;* — *imo de instit. cleric. lib.* I. *c.* 28.; *Ivo Decr.* I, 140.; *Ivo Pan.* I, 60.; *Alger. l. c. c.* 73. 1203) *Codd. et Edd. coll. o. Alger.* || can. 89. 1204) *in A rubr. est:* de eodem. 1205) *Codd. coll. o. Alger.;* — *no.* 24. *non est Ambrosii:* — *Ivo Decr.* I, 141.; *Ivo Pan.* I, 67.; *Alger. l. c. c.* 74. 1206) ter emers.: *GH Ed. Arg.;* mersisti: *Ivo Pan. Alger.* 1207) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* — *Alger.* 1208) tibi: *deest: Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 1209) peccatorum tuorum veniam: *GH Edd. coll. o. Ivo Pan.;* pecc. *A.* remissionem *A* 1210) inungat: *BGH Edd. coll. o.* 1211) inunctus: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1212) inquis: *GH* || can. 90. 1213) *in A, ubi caput cum antecedente coniunctum est, rubr. deest.* 1214) *no.* 1. — *non est Ambrosii.* — *Ivo Decr.* I, 42.; *Ivo Pan.* I, 68.; *Alger. l. c. c.* 75. 1215) ecce accep.: *BGH Ed. Arg.;* accipis: *Ivo Decr. Pan. Alger.;* accipis autem μύρον: *orig.* 1216) sup.: *deest: Ivo Decr. Pan.* 1217) sup.: *deest: ib.* 1218) *add.:* est: *Alger.; Eccl. c.* 2. *v.* 14. 1219) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1220) speciale: *GH Ed. Bas.* 1221) *Codd. coll. o. orig. Ivo Pan. Alger.* 1222) legi hod.: *deest: Ivo Decr.* 1223) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1224) *ABCF Edd. coll. o. Alger.* 1225) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1226) invocatione (ad: *deest*): *Ivo Pan.* || can. 91. 1227) *BFGH;* tradatur: *C;* — *in A rubr. est:* de candida veste quae baptizato datur. 1228) it.: *deest: ABCF;* — *Ivo Decr.* I, 144.; *Ivo Pan.* I, 69.; *Alger. l. c. c.* 76. 1229) Christianis: *BGH Edd. coll. o.;* — *add.:* baptizato: *Ivo Pan.* 1230) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (quae signat); — *Ivo Decr. Pan. Alger.* 1231) ablatas: *Edd. Nor. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I. 1232) vestis: *BF;* vestes: *C* 1233) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *orig. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1234) *ABCF Alger.;* praesentandum: *orig. Ivo Decr. Pan.* 1235) ministerium: *Edd. Nor. Par.;* — sanctae: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 1236) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger. l. c. c.* 77. 1237) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1238) bapt.: *deest: orig.* 1239) infantia: *orig.* 1240) *Codd. coll. o. pr. A* 1241) diadematis . . . sacerdotalis dignitatis portitorem: *orig.* || can. 92. 1242) *Codd. coll. o. pr. GH* (de mist.: *deest*); *Alger.* — it.: *deest: ABCF;* — *no.* 34. — *Ivo Decr.* I, 144.; *Ivo Pan.* I, 70.; *Alger. l. c. c.* 78. 1243) accepistis: *BCF Alger.* 1244) haec: *orig.* 1245) *Codd. et Edd. coll o. pr. Arg. Bas. Par. Lugd.* I. (voluptate); — *Ivo Pan.;* voluptate: *Corr.;* voluntate: *Corr.* 1246) et: *deest: orig.* || can. 93. 1247) De Iud. quot: *A* 1248) it.: *deest: ABCF;* — *hab. ao.* 506.; — *ap. Bruns* II, 153. — *Burch.* IV, 81.; *Ivo Decr.* I, 275.; *Ivo Pan.* I, 71.; *Coll. tr. P.* II, 28, 33.; *Coll. duod. P.* V, 96.; *Alger. l. c. c.* 72. 1249) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1250) septem: *Ivo Decr.* 1251) mensibus: *orig. Hisp.* 1252) consequantur: *A Hisp.* (*est tamen in Hisp. varietas lect.*) 1253) aliquod: *Ivo Decr.;* cas. aliq.: *deest: Alger.* 1254) quia peric.: *Hisp.* 1255) scriptum: *Ivo Decr.* 1256) incurrerit . . . desperatus fuerit, baptizetur: *Hisp.* || can. 94. 1257) *in A rubr. deest* 1258) *ABDGH;* V.: *deest: CF;* — it.: *deest: ABCF;* — *imo c.* 59. *C. Tolet.* IV. *hab. no.* 633. *ap. Bruns* I, 238. — *Burch.* I, 85.; *Ivo Decr.* I, 279.; *Ivo Pan.* I, 75.; *Coll. duod. P.* V, 100.; *Alger. l. c. c.* 82. 1259) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.;* nunc blas. Christ.: *deest: Alger.* 1260) solummodo: *Ivo Pan.* 1261) nosc.: *deest: ib.* 1262) *add.:* et: *orig. Hisp.; deest: Alger.* 1263) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.;* — noscuntur: *Burch.* 1264) consulto: *orig. Hisp.;* consultum: *Ivo Decr.;* consult. . . . hoc: *deest: Alger.* 1265) *ACDF;* — *Edd. coll. o. pr. Arg.;* Sisenandi: *orig. Hisp. Burch. Ivo Decr.;* Sisemandi: *B* 1266) huiuscemodi: *ABDF* 1267) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A* (Christianitatis), *G* (chr. religionis); Christi: *Alger.* 1268) circumdederunt: *G Ed. Bas.;* — circumcidunt: *ACD Edd. rell. pr. Arg.;* — circumciderint: *Ivo Pan. Alger.* 1269) sint: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 1270) parentibus (cons.: *deest*): *Ivo Decr.* || can. 95. 1271) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* de abrenuntiatione. 1272) it.: *deest: ABCF;* — *Ivo Decr.* I, 78.; *Ivo Pan.* I, 76.; *Caes.* XII, 13.; *Alger. l. c. c.* 83. 1273) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.* 1274) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan. Alger.*

diabolo[1275], et omnibus operibus eius dampnosis atque fallacibus cunctis[1276d], ut primum respuat errorem, et[1277] sic appropinquet ad ueritatem, possitque iuxta Apostolum[1278] deponere ueterem hominem, secundum pristinam[1279] conuersationem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, abnegans inpietatem et secularia desideria.

C. XCVI. *Non transit ad*[1280a] *nouam uitam quem non penitet ueteris uitae.*

Item Augustinus *de penitencia,* [c. 2.][1281b]

Omnis, qui iam suae uoluntatis arbiter constitutus est[1282c], cum[1283] accedit ad sacramentum[1284d] fidelium, nisi eum peniteat uitae ueteris, nouam non potest inchoare. Ab hac penitencia, cum baptizantur, soli paruuli inmunes sunt. Nondum enim possunt uti libero arbitrio.

C. XCVII. *Ante*[1285] *baptisma penitenciam agere debemus.*

Idem ad Salectitanum, [epist. CVIII.][1286a]

Agunt homines ante baptismum penitenciam de prioribus[1287b] peccatis, ita tamen, ut etiam baptizentur, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, loquente Petro ad Iudeos ac dicente[1288]: „Agite penitenciam, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine Domini nostri[1289c] Iesu Christi."

C. XCVIII. *Quadraginta dierum abstinentia Iudeis baptizandis indicatur*[1290].

Item Gregorius Faustino *Defensori,* [lib. VII. epist. 24.][1291a]

Ne, quod absit, longa dilatio retro possit animos Iudeorum[1292] reuocare, cum fratre nostro loci illius[1293b] episcopo loquere[1294], ut, penitencia ac abstinentia quadraginta dierum[1295] indicta, aut die dominica[1296c], aut si celeberrima festiuitas occurrerit[1297d], eos omnipotentis Dei misericordia protegente baptizes[1298].

C. XCIX. *Penitencia non est necessaria baptizandis.*

Item Ambrosius *super epistolam ad Romanos,* [ad c. 11.][1299]

Sine penitencia sunt dona et uocatio Dei, quia gratia Dei in baptismate non requirit gemitum, non requirit planctum, uel opus aliquod, sed solam fidem*, et omnia gratis condonat.

C. C. *Necessitate cogente in catecismo*[1300] *et confirmatione idem conpater esse potest.*

Item Yginus *Papa*[1301].

XIX. Pars. In catecumino[1302a], et in[1303] baptismo, et in[1304] confirmatione unus patrinus[1305] fieri potest, si necessitas[1306] cogit[1307]. Non est tamen[1308] consuetudo Romana[1309], sed singuli per singulos suscipiunt[1310].

C. CI. *Non*[1311] *plures, sed unus paruulum in baptismate suscipiat.*

Item ex Decreto Leonis *Papae*[1312]*.

Non[1313] plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quam unus, siue uir siue mulier. In confirmatione[1314] quoque id ipsum fiat.

C. CII. *Qui*[1315] *non est baptizatus nec confirmatus, alium in crismate uel baptismate tenere non debet.*

Item ex Concilio Magontiensi[1316a].

In[1317] baptismate uel in crismate non potest alium suscipere in filiolum[1318] ipse qui non est baptizatus uel[1319] confirmatus.

C. CIII. *Abbati*[1320] *uel monacho non licet conmatres habere.*

Item ex Concilio Autisiodorensi, [c. 25.][1321]

Non licet abbati uel[1322] monacho[1323] de baptismo suscipere[1324] filios[1325], nec[1326] conmatres habere.

C. CIV. *De eodem*[1327].

Item ex libro Capitulorum[1328]*.

Monachi sibi[1329] conpatres conmatresue[1330] non faciant, nec osculentur feminas.

C. CV. *Qui in baptismo paruulos suscipiunt, pro eis apud Deum*[1331] *fideiussores existunt*[1332].

Item ex sermone S. Augustini *post Pasca Domini, qui sic incipit: „Hodiernus dies"*[1333a]*.

Vos ante omnia, tam mulieres[1334] quam uiros, qui filios in baptismo suscepistis, moneo, ut uos cognoscatis fideiussores apud Deum extitisse pro illis, quos uisi estis de sacro fonte suscipere. Ideo[1335b] semper eos admonete, ut castitatem custodiant[1336], iusticiam diligant, karitatem teneant. §. 1.[1337c] Ante omnia simbolum et orationem dominicam et uos ipsi tenete, et illis, quos excepistis[1338d], ostendite[1339e].

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 95. d) pompis — c. 96. a) in b) in libro de poenitentiae medicina c) factus est d) sacramenta — c. 97. a) Seleucianam b) suis priorib. c) nostri: *deest* — c. 98. a) Faustino b) ipsius c) dominico d) fortassis occurrerit — c. 100. a) catechismo — c. 102. a) Moguntino — c. 105. a) Domini: *deest* b) Ideoque c) Et paulo post: §. 1. d) suscepistis e) de sacro fonte ostend.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XCIX. * Sed solam fidem: Sic in glossa ordinaria, unde potius videtur hoc loco sumsisse Gratianus, quam ex Ambrosio, apud quem legitur: *nisi solam ex corde professionem,* quemadmodum etiam refertur supra de poenitentia, dist. 1. c. *Quis aliquando,* in vers. *Gratia Dei.*

C. CI. * Ceteri collectores citant ex decretis Leonis Papae ad S. Medardum.

C. CIV. * In indice septimi libri Capitularium numero 494., (nam capita ipsa a 478. usque ad 558. in volumine, quod ex Gallia habitum est, desiderantur) haec leguntur: *ne sibi compatres et commatres monachi faciant.*

C. CV. * Ivo etiam recitat ex dominica prima post Pascha. In sermone 163. de tempore apud B. Augustinum haec leguntur: *Quicunque viri, quaecunque mulieres de sacro fonte filios spiritaliter susceperunt, cognoscant se pro ipsis fideiussores apud Deum exstitisse, et ideo semper illis solicitudinem verae caritatis impendant.* Similia etiam habentur in sermone 215., qui est secundus dominicae X. post festum Trinitatis.

Dist. IV. can. 95. 1275) *add.:* omnibus pompis: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugd.* I.; et omn. pomp.: *Edd. Lugdd.* II. III. 1276) *Codd. et Edd. coll. o.;* fallaciis cunctis: *Ivo Decr. Pan.;* atque . . . cunct.: *deest: Alger.* 1277) et: *deest: Ivo Decr.* 1278) possitque . . . Apostol.: *deest: Alger.; Ephes. c.* 4. *v.* 22. 1279) veterem: *Ivo Decr.* || can. 96. 1280) *Codd. coll. o. pr. A, ubi rubr. est:* de nova et veteri vita. 1281) *Codd. coll. o.;* — it.: *deest: ABCF; — est Sermo* 351. *ed. Maur. no.* 2. — *cf. Dist.* I. *de pen. c.* 81. — *Ivo Decr.* I, 76.; *Ivo Pan.* I, 35. 1282) *Codd. coll. o. orig. Ivo Decr. Pan.;* — arbitrio: *CF* 1283) cur: *BCF* 1284) *Codd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* || can. 96. 1285) *in A rubr. est:* penitencia ante baptisma fiat. 1286) *BFGH Edd. coll. o. pr. Bas.* (Salernitanum), *Lugdd.* (Salactitanum); — Selectitanum: *C;* Selecnianum: *A; — Ep.* 265. *no.* 7. *Ed. Maur. temp. incert.; Ans.* XI, 1. *(can. cont.); Ivo Decr.* I, 77.; *Ivo Pan.* I, 36. 1287) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Pan.* 1288) *Act. c.* 2. *v.* 38. 1289) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Pan.* || can. 98. 1290) indicitur: *BCF; — in A rubr. est* de abstinentia Iudeorum. 1291) *Codd. et Edd. coll. o.;* — it.: *deest: ABCF; — Ep.* 23. *scr. ao.* 598. *lib.* VIII. *Ed. Maur. ad Fantinum. — Jaffé no.* 1144. — *Ivo Decr.* I, 61. *(can.:* si Iudaeis); *Ivo Pan.* I, 37. 1292) eorum: *orig. Ivo Decr.* 1293) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr. Pan.* 1294) loq.: *deest: Ivo Pan.* 1295) diebus: *orig. Ivo Decr. Pan.* 1296) *Codd. coll. o. Ivo Pan.* 1297) *Codd. et Edd. coll. o.* 1298) baptizet: *C orig. Ivo Decr.* || can. 99. 1299) it.: *deest: ABCF; — non est Ambrosii; — cf. Grat. post. D.* I. *de pen. c.* 87. || can. 100. 1300) baptismo: *BGH; — in A rubr. est:* unum conpatrem esse posse in baptismate et confirmatione. 1301) it.: *deest: ABCF; — imo Poenit. Theod.* §. 185. *ed. Hildenbrand. — Jaffé no.* XXXVIII. — *Burch.* IV, 24.; *Ans.* IX, 25.; *Ivo Decr.* I, 218.; *Ivo Pan.* I, 77.; *Coll. duod. P.* V, 62.; *Alger. l. c. c.* 84. (ex decr. Leonis P.) 1302) *ABCDF orig. Burch. Ans. Alger.* 1303) de (et: *deest*)*: orig.;* in: *deest: Ivo Decr. Alger.* 1304) in: *deest: orig. Ans. Ivo Pan.* 1305) pater: *orig. Burch. Ans.* 1306) necesse est: *orig.* 1307) cogat: *Ivo Pan. Alger.* 1308) pater: *orig.* 1309) Rom.: *deest: ib.* 1310) suscipiant: *CDF Edd. coll. o.;* suscipiantur: *B;* sint: *H* || can. 101. 1311) *in A rubr. est:* ut unus sit conpater. 1312) it.: *deest: ABCF; — in Conc. Suess. ap. Medardum, quod innuere videtur inscr. Burch. Ivon. Ans., a Corr. indicata, non est inventa. — Burch.* IV, 25.; *Ans.* IX, 19. (24.); *Ivo Decr.* I, 219.; *Ivo Pan.* I, 78.; *Coll. duod. P.* V, 63.; *Alger. l. c. c.* 85. 1313) ut non: *Collatt. citt. o.* 1314) confirmationibus: *Burch. Ivo Decr. Alger.* || can. 102. 1315) *in A rubr. est:* de non baptizatis. 1316) *ABCDF Alger.;* — Guarmatiensi: *GH; — imo* §. 186. *Poenit. Theodori ed. Hildenbr. — Burch.* IV, 26.; *Ivo Decr.* I, 220.; *Ivo Pan.* I, 79.; *Coll. duod. P.* V, 65.; *Alger. l. c. c.* 87. 1317) non licet alium suscipere, qui non est baptizatus vel confirmatus: *orig.* 1318) filium: *A Burch. Ivo Pan.* 1319) et: *Ivo Pan.* || can. 103. 1320) *in A rubr. est:* de monachis. 1321) Altisiodor.: *DFGH;* — it.: *deest: ABCF; — hab. ao.* 578. *ap. Bruns* II, 40.; — *Ivo Decr.* I, 132.; *Ivo Pan.* I, 80.; *Coll. duod. P.* III, 164. (ex C. Urbico); *Alger. l. c. c.* 88. 1322) vel mon.: *deest: orig.* 1323) monachis: *AC Ivo Pan. Alger.* 1324) habere: *orig.* 1325) filiolos: *AC* 1326) vel: *Ivo Pan.;* nec monachis: *orig. Ivo Decr.* || can. 104. 1327) de eod.: *deest: AC* 1328) it.: *deest: ABCF;* — Capitularium: *CD; — Capit. monachor. ao.* 817. *c.* 16. *in Mon. Germ. LL.* I, 201.; — *Ivo Decr.* I, 133.; *Ivo Pan.* I, 81.; *Caes.* IX, 42. 1329) sibi: *deest: GH* 1330) vel conm.: *Ivo Pan.* || can. 105. 1331) Dominum: *CF; — in A rubr. est:* admonitio eorum qui filios suscipiunt. 1332) existant: *BDH* 1333) *Codd. coll. o. pr. A;* — it.: *deest: ABCF; — est Caesarii ex sent. Maurin., ubi exstat in Appdce. t.* V. *sermo* 168. *no.* 3. — *non sunt ipsa sermonis verba. — Ivo Decr.* I, 134.; *ib.* XI, 17.; *Ivo Pan.* I, 81.; *Coll. tr. P.* III, 21, (22,) 6.; *Caes.* XII, 44.; *Alger. l. c. c.* 89. 1334) feminas: *Ivo Decr.* I. XI. *Alger.* 1335) *ABCDF Ivo Decr.* I. XI. *Pan. Coll. tr. P. Alger.* 1336) diligant . . . custodiant: *Ivo Decr.* XI. *Coll. tr. P.* 1337) *Codd. coll. o. Ivo Pan. Alger.* 1338) *Codd. coll. o. pr. G* (cepistis); — *Ed. Arg. Ivo Decr.* I. XI. *Coll. tr. P. Alger.;* — accepistis: *Edd. rell. pr. Lugdd.; — Ivo Pan.* 1339) *ABCDF Ivo Decr.* I. XI. *Coll. tr. P.*

C. CVI. *Ad baptizandi offitium et ad uestimenta altaris lauanda sacerdotes*[1340a] *propria debent*[1341b] *habere uasa.*

Item ex Concilio Ylerdensi[1342*].

XX. Pars. Omnis[1343] presbiter, qui fontem[1344] lapideum habere nequiuerit, uas conueniens solummodo ad[1345c] offitium baptizandi habeat, quod[1346] extra ecclesiam non[1347] deportetur. Similiter ad corporale lauandum, et ad pallas altaris propria habeantur uasa, in quibus nichil aliud fiat.

C. CVII. *Neque rebaptizationes, neque reordinationes*[1348] *fieri licet.*

Item ex Concilio Cartaginensi IV., [c. 38.][1349a]

XXI. Pars. Non licet[1350] fieri rebaptizationes[1351b], reordinationes, uel retranslationes[1352c] episcoporum.

C. CVIII. *De eodem*[1353].

Item ex epistola Augustini [CCIII.] *ad Maximinum*[1354].

Rebaptizare hereticum hominem, qui hec signa sanctae[1355a] trinitatis perceperit[1356], que Christiana tradidit[1357] disciplina, omnino peccatum est; rebaptizare autem catholicum[1358] inmanissimum scelus est.

C. CIX. *De Arrianis, quando rebaptizentur*[1359a], *uel*[1360b] *quando non.*

Item ex Concilio Arelatensi I., [c. 8.][1361]

De Arrianis[1362], qui propria sua lege utuntur*, placuit[1363], si ad ecclesiam aliqui[1364] de hac[1365] heresi uenerint, interrogent eos[1366] nostrae[1367] fidei sacerdotes simbolum, et, si peruiderint, eos[1368] in Patre, et Filio, et Spiritu sancto esse baptizatos, manus eis tantum inponatur[1369], ut accipiant[1370] Spiritum sanctum. Quod[1371c] si interrogati[1372] non responderint hanc Trinitatem, baptizentur[1373].

C. CX. *Baptizentur*[1374], *de quibus ignoratur, an sint baptizati.*

Item Gregorius III. Bonifatio, [epist. IV.][1375]

Paruulos[1376], qui parentibus[1377a] subtracti sunt, et an baptizati sint an non[1378b], ignoratur[1379c], ut hos baptizare debeas secundum Patrum traditiones[1380d], si non fuerint qui testificetur[1381], ratio poscit.

C. CXI. *De eodem.*

Item ex Concilio Cartaginensi V., [c. 5.][1382]

Placuit[1383] de infantibus, quociens inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse[1384] sine dubitatione[1385] testentur[1386], neque ipsi sunt[1387] per etatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo[1388] eos[1389] esse baptizandos, ne[1390] ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc etiam[1391] legati Maurorum[1392] fratres nostri[1393] consuluerunt, quia[1394] multos tales a barbaris redimunt[1395]. Similiter* et[1396] de ecclesiis, quociens super earum consecratione hesitatur, agendum est, id est, ut sine ulla[1397] trepidatione consecrentur.

C. CXII. *De eodem.*

Item Leo Papa Rauennae Episcopo Leoni, [epist. XXXV. c. 1.][1398a]

Cum itaque[1399] baptismi sui nichil recordetur* qui regenerationis est cupidus, nec alter[1400] attestari de eo possit, qui sciat[1401] consecratum, nec ille, qui consecratur. Scimus quidem, inexpiabile esse facinus, quociens iuxta hereticorum dogmata[1402b] contra sanctorum Patrum instituta cogitur aliquis lauacrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire, apostolica reclamante sentencia[1403], que[1404] nobis unam predicat in Trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nichil simile formidatur, quoniam non potest in[1405] iterationis crimen uenire quod factum esse nescitur omnino. Atque ideo, quociens persona talis inciderit, solicita[1406] primum examinatione discutite, et longo tempore (nisi forte supremus finis inmineat)[1407] indagate, utrum nemo penitus sit, qui testimonio suo iuuare possit ignorantiam nescientis, et, cum constiterit, hunc, qui baptismatis indiget sacramento, sola inaniter suspicione prohiberi, accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cuius in se nullum scit esse uestigium, nec uereamur huic ianuam salutis aperire, quam numquam docetur ante ingressus.

C. CXIII. *De eodem.*

Idem [epist. XC. al. XCII. ad Rusticum, c. 16.][1408]

Si nulla extant[1409] indicia inter propinquos et[1410a] familiares, nulla inter clericos aut uicinos, quibus hi, de quibus queritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est, ut re-

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 106. a) sacerdos b) debet c) ad hoc — c. 107. a) Carthag. III. b) rebapt. et c) translationes — c. 108. a) sanctitatis (trin.: *deest*) — c. 109. a) baptizentur b) et c) Qui — c. 110. a) a parentib. b) an non: *deest* c) ignorant d) traditionem — c. 112. a) Ravennati b) damnata a sanctis Patribus — c. 113. a) aut

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. CVI. * Similia habentur in Ordine Romano de officiis divinis p. 156.

C. CIX. * Utuntur: In concilio impresso [et Hisp.] sequitur: *rebaptizentur* [*rebaptizent:* Ed. coll.]. Ac solitos fuisse ab Arianis rebaptizari catholicos, ac fortasse etiam non catholicos, narrat B. Augustinus in libro de haeresibus c. 49. Ceterum in quibusdam pervetustis huius concilii codicibus sic legitur: *De Afris, quod propria lege sua utuntur, ut rebaptizent, placuit etc.* De Afris autem habetur supr. dist. 98. c. *Afros,* quod est Gregorii I., et repetitur in epistola Gregorii II. ad universum clerum et plebem Turingiae, itemque in synodo Felicis III.

C. CXI. * Similiter: Haec usque ad finem absunt a codice regio huius concilii, a 72. Carthaginensi canone graeco, a Wormaciensi, et Burchardo. In canone autem sextae synodi neque illa habentur quae praecedunt, id est: *Hinc etiam etc.*

C. CXII. * Nihil recordetur: Sic etiam Ivo, licet cetera plenius, quam Gratianus. Integer locus hic est: *Quum itaque baptizatum se nec ille recordetur, qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, quod* [*qui:* orig. ed. cit. Ivo] *nesciat consecratum, nihil est, in quo peccatum possit obrepere, quum in hac parte conscientiae suae nec ille reus sit, qui consecratur, nec ille, qui consecrat. Scimus quidem etc.* Verum ob glossam in vers. *Nec ille,* non est emendatum.

Dist. IV. can. 106. 1340) *Codd. coll. o. pr. AC; — in A rubr. est:* de vase baptismi. 1341) *DF;* habeant: *BGH;* debent haberi: *C* 1342) it.: *deest: ABCF; — est inter capitt. Hincmari Remensis c. 3. ap. Mansi* XV, 476.; *Reg.* I, 80.; *ib.* I, 274.; ex C. Meldensi: *Burch.* IV, 13.; *Ivo Decr.* I, 208.; *Coll. tr. P.* III, 1, 13. 1343) omn.: *deest: Reg.* 80. 1344) fontes lapideos: *Reg.* 80. 274. 1345) *Codd. et Edd. coll. o.* 1346) quod . . . dep.: *deest: orig. Reg.* 274. 1347) nunquam: *Reg.* 80. || can. 107. 1348) *add.:* vel retranslationes: *GH; — in A rubr. est:* prohibitio in convenientium. 1349) *Codd. coll. o. pr. A — Alger.; —* it.: *deest: ABCF; — imo C. Carthag.* III. *hab. ao.* 397. *— ap. Bruns* I, 128.; *— Ivo Decr.* I, 152.; *Ivo Pan.* I, 83.; *Coll. tr. P.* II, 17, 28. (*can.:* illud autem; *cont.*); *Caes.* XII, 61.; *Alger. l. c. c.* 90. 1350) liceat: *orig. Hisp. Collatt. citt. o.* 1351) *AF Ivo Decr. Coll. tr. P. Alger.;* rebapt. neque: *BGH Edd. coll. o.* 1352) *Codd. coll. o. Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. *Alger.* || can. 108. 1353) de eod.: *deest: C; — in A rubr. est:* non facile baptizandum hereticum. 1354) Maximianum: *A;* Maximum: *Codd. coll. rell.; — Ep.* 23. *no.* 2. *Ed. Maur. scr. ao.* 392. *— Ivo Decr.* I, 172.; *Ivo Pan.* I, 84.; *Alger. l. c. c.* 91.; *Petr. Lomb. l.* IV. *dist.* 6. 1355) *Codd. et Edd. coll. o. Corr.* 1356) susceperit: *BGH Edd. coll. o.;* recepit: *Alger.* 1357) tradit.: *A Ivo Pan.* 1358) et cathol.: *Ivo Pan.* || can. 109. 1359) *BCDFH; in A rubr. est.:* de reconciliatione Arrianorum. 1360) *CFH* 1361) *hab. ao.* 314. *ap. Bruns* II, 108. *— Coll. tr. P.* II, 23, 3. 1362) Afris quod: *orig.* 1363) plac. ut: *orig.;* plac. ut rebaptizentur: *Coll. tr. P.* 1364) aliquis . . . venerit: *orig.* 1365) hac: *deest: ib.* 1366) eum: *ib.* 1367) nostrae . . . sac.: *deest: orig. Hisp.* 1368) eum . . . baptizatum: *orig.* 1369) imponant: *BGH Edd. coll. o.* 1370) accipiat: *orig.* 1371) *ABCDF orig. Hisp. Coll. tr. P.* 1372) interrogatus . . . responderit . . . baptizatur: *orig.* 1373) rebaptizentur: *Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 110. 1374) *in A rubr. est:* baptiz. de quibus dubitatur. 1375) Greg. IV.: *ACDF;* it.: *deest: ABCF; — imo ep. Gregorii* II. *scr. ao.* 726. *ap. Jaffé Mon. Mog. p.* 90. *— Jaffé no.* 1667. *— Ivo Decr.* I, 146.; *Ivo Pan.* I, 92.; *Caes.* XII, 52.; *Alger. l. c. c.* 99. 1376) pro parvulis vero: *orig.* 1377) *ABCDF Ed. Bas.* 1378) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Ivo Decr. Alger.;* vel non: *orig.* 1379) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A;* (dubitatur); *— Ivo Pan. Alger.* 1380) *Codd. et Edd. coll. o.* 1381) testificet: *orig.;* testificatur: *Ivo Pan.* || can. 111. 1382) *c.* 6. *in Hisp. hab. ao.* 401. *— Ans. ded.* IX, 34.; *Reg.* I, 269.; *Burch.* IV, 45. (ex. C. Affric.); *Ans.* IX, 65. (15.); *Ivo Decr.* I, 147.; *ib.* I, 239.; *Ivo Pan.* I, 93.; *Coll. tr. P.* II, 19, 6.; *Caes.* XII, 53.; *Alger. l. c. c.* 100. *— cf. C. Wormat. hab.* 868. *c.* 70. *et can.* 85. *syn.* VI. 1283) pl. ut: *Coll. tr. P.;* item plac.: *Ivo Decr.* 239. 1384) esse: *deest: Ivo Pan.* 1385) *add.:* ulla: *Ans.;* sine dub.: *deest: Alger.* 1386) testantur: *Coll. tr. P.* 1387) sint: *Ivo Pan.* 1388) scripulo: *Hisp.;* absque . . . scrup.: *deest: Alger.* 1389) eos: *deest: Ans.* 1390) ne . . . redim.: *deest: Ivo Decr.* 147. *Ivo Pan. Alger.* 1391) enim: *Ans. ded. Burch. Ivo Decr.* 239. *Coll. tr. P.* 1392) vestrorum: *Ivo Decr.* 239. 1393) karissimi: *ACDF Edd. Bas. Par. Lugdd.; —* nostros: *Burch. Ans.* 1394) qui: *Ivo Decr.* 239. 1395) redemerunt: *Edd. coll. o. pr. Arg.* (redeunt); *— Ed. Bas.; — Coll. tr. P.; finis canonis: orig. Hisp. Ans. ded. Burch. Ans. Ivo Decr.* 239. 1396) et: *deest: Edd. Par. Lugdd.* 1397) ulla: *deest: Ivo Decr.* 147. *Alger.* || can. 112. 1398) *Codd. coll. o.;* Neoni: *orig. — Ep.* 166. *scr. ao.* 458. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 319. *— Ivo Decr.* I, 48. 1399) ita: *F; deest: A* 1400) aliter: *Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* 1401) *add.:* eum: *GH Ed. Bas.;* se: *Edd. rell. pr. Arg.* 1402) *Codd. et Edd. coll. o.;* dogma c. sanct. p. inst.: *Ivo Decr.* 1403) doctrina: *orig. Hisp.; — Ephes. c.* 4. *v.* 5. 1404) qui: *Ivo* 1405) in: *deest: ABCF* 1406) solita: *ABCF* 1407) imminet: *Hisp.* || can. 113. 1408) *Ep.* 167. *inq.* 16. 17. *scr. ao.* 458. *aut* 459. *Ed. Baller. — Jaffé no.* 320. *— Burch.* IV, 44.; *Ans.* IX, 15. (14.); *Ivo Decr.* I, 238.; *Ivo Pan.* I, 94.; *Polyc.* III, 10, 15.; *Coll. tr. P.* I, 43, 20.; *Coll. duod. P.* V, 34. 1409) exsistant: *orig. Ivo Pan.* 1410) *Codd. et Edd. coll. o. Ans. Ivo Decr.*

nascantur, ne manifeste pereant, in quibus, quod non ostenditur gestum, nulla[1411b] ratio sinit, ut[1412] uideatur iteratum. Qui autem[1413] possunt meminisse, quod ad ecclesiam ueniebant cum parentibus[1414c], possunt recordari, an[1415] quod eorum[1416] parentibus dabatur acceperint[1417]. Sed si hoc etiam ab ipsa[1418d] memoria alienum est, conferendum eis uidetur quod collatum esse nescitur, quia non temeritas interuenit presumptionis[1419], ubi est diligentia pietatis.

C. CXIV. *Non baptizatur cum matre, quicquid in eius corpore est.*

Item Augustinus contra Iulianum, [lib. VI. c. 5.][1420]

XXII. Pars. Si ad matris corpus id, quod in ea concipitur, pertineret[1421] ita, ut eius pars deputetur[1422a], non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est aliquo mortis urgente periculo, cum eum gestaret in utero. Nunc uero cum etiam ipse baptizetur[1423b], non utique[1424c] ad maternum corpus, cum esset in utero, pertinebat.

C. CXV. *Quare non baptizatur[1427a] cum matre qui in eius utero est.*

Item Ysidorus sentenciarum lib. I.[1428b]

Qui in maternis uteris sunt, ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, regenerari[1429c] secundum Christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eum[1430d] potest[1431e], quem generatio non precessit. §. 1.[1432f] Qui scelerate uiuunt in ecclesia, et conmunicare non desinunt, putantes, se tali conmunione mundari, discant, nichil ad emundationem proficere sibi.

C. CXVI. *De[1433] eodem.*

Item ex Concilio Martini Papae, [c. 54.][1434a]

Si qua mulier pregnans desiderauerit[1435] gratiam baptismi percipere, quando uoluerit, habeat potestatem. Nam nichil participat in hoc mater infanti[1436], qui nascitur, propterea[1437], quod unicuique[1438b] propria uoluntas in[1439] confessione monstratur.

C. CXVII. *De his, qui ignoranter bis baptizantur*[1440].

Item ex Penitenciali Theodori[1441].

XXIII. Pars. Quis bis ignoranter[1442] baptizati sunt, non indigent pro eo penitere, nisi quod secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua cogat necessitas. Qui autem non ignari baptizati sunt iterum[1443], quia[1444a] quasi iterum crucifixerunt[1445b] Christum, per[1446] septem annos peniteant[1447] quarta et sexta feria, et tres[1448] Quadragesimas[1449c]. Si pro uicio aliquo fecerint[1450], similiter. Si[1451] pro mundicia[1452] putauerint[1453], tres[1454d] annos similiter[1455] peniteant[1456].

C. CXVIII. *De his, qui ex industria bis[1457] baptizantur.*

Item Felix Papa [III., epist. I. c. 2. et seqq.][1458]

Eos, quos episcopos, presbiteros uel[1459] diaconos fuisse constiterit, et seu optantes forsitan, seu coactos lauacri illius unici[1460a] claruerit fecisse iacturam*, usque ad exitus sui diem in penitencia (si resipiscunt)[1461b] iacere conuenit[1462c], nec orationi non modo fidelium, sed nec[1463d] catecuminorum quidem omnimodis[1464] interesse; quibus laica tantum[1465] conmunio in morte reddenda[1466] est. §. 1. De clericis autem, et monachis, et[1467e] puellis Dei, aut secularibus, seruari precipimus hunc[1468] tenorem, quem Nicena sinodus inter[1469f] eos, qui lapsi sunt uel fuerint, seruandum esse constituit: ut scilicet, qui nulla necessitate, nullius rei timore atque[1470g] periculo, se, ut rebaptizarentur[1471h], hereticis inpie dederunt[1472i], si tamen eos ex corde peniteat, tribus annis inter audientes sint; septem uero[1473k] subiaceant[1474l] inter penitentes manibus sacerdotum; duobus[1475m] etiam[1476n] oblationes[1477] modis omnibus non sinantur offerre[1478], sed tantummodo popularibus[1479o] in oratione socientur, nec confundantur[1480p] Deo colla submittere qui eum non timuerunt[1481q] abnegare. §. 2. Pueris autem, quibus, quod[1482] adhuc inberbes[1483r] sunt, a pubertate[1484] uocabulum est, seu clericis seu laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur etatis, aliquamdiu sub manus inpositione detentis[1485] reddenda est conmunio, nec eorum[1486s] exspectanda penitencia, quos excipit[1487] ad cohercionem[1488t] censura.

C. CXIX. *Presbiteris baptizatos crismate ungere[1489] licet.*

Item Innocentius Papa Decentio Episcopo, [epist. I. c. 3.][1490]

XXIV. Pars. Presbiteris (seu extra episcopum seu presente episcopo cum[1491a] baptizant)[1492] crismate baptizatos[1493] ungere liceat[1494b], sed quod ab episcopo fuerit consecratum; non tamen frontem ex[1495] eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt paraclitum[1496c].

EDITIO ROMANA.

Dist. IV. c. 113. b) non c) par. suis d) eorum — c. 114. a) deputaretur b) baptizatur c) utique bis baptizatus habebitur[1425]. Non itaque[1426] — c. 115. a) baptizetur b) lib. I. de sent. de summo bono c. 24. c) renasci d) eo e) poterit f) Et infra: §. 1. — c. 116. a) Bracarensis b) uniuscuiusque — c. 117. a) quia: *deest* b) crucifixerint c) Quadrag. ieiunent d) tribus annis — c. 118. a) unici salutarisque b) resipiscant c) conveniet d) ne e) aut f) circa g) aut h) rebaptizentur i) dediderunt k) autem l) annis subiac. m) duobus autem n) annis etiam o) saecularibus p) confundatur q) timuit r) impuberes s) eorum est t) a coërcitione — 119. a) cum: *deest* b) licet c) Spiritum paracletum

C. XIV. *De eodem*[124].

Item de Concilio Gerundensi, [c. 10.][125a]

Id[126] semper placuit obseruari, ut omnibus diebus post matutinos[127b] et uesperas oratio dominica a sacerdote proferatur.

Item Gregorius VII. in generali Sinodo[128a*]:

C. XV. *De eodem.*

In die Resurrectionis usque in[129] sabbatum in albis, et in[130] die Pentecostes usque in sabbatum eiusdem[131] III. psalmos tantum ad nocturnos[132b], tresque lectiones antiquo more canimus[133c] et legimus. Omnibus diebus aliis per totum annum, si festiuitas est[134d] IX. lectiones[135] dicimus. Aliis uero[136] diebus XII. psalmos, et III. lectiones recitamus. In dominicis diebus XVIII. psalmos (excepto[137] die Pascae et Pentecostes) et IX. lectiones celebramus[138e]. Illi autem, qui in diebus cottidianis tres tantummodo[139] psalmos, et III.[140] lectiones celebrare[141] uolunt, non ex regula sanctorum Patrum, sed ex fastidio[142f] conprobantur[143g] hoc facere[144h]. Nos autem et ordinem Romanum inuestigantes et antiquum morem nostrae ecclesiae, imitantes antiquos Patres, statuimus fieri sicut superius[147] prenotauimus[148].

C. XVI. *De obseruatione Quadragesimae.*

Item ex omelia Gregorii Papae[149*].

V. Pars. Quadragesima summa obseruatione est obseruanda, ut ieiunium[150] in ea, (preter dominicos dies, qui de abstinentia subtracti sunt), nisi quem infirmitas inpedierit, nullatenus soluatur[151], quia ipsi dies decimae sunt anni. A prima igitur dominica Quadragesimae usque in Pasca Domini sex ebdomadae conputantur, quarum uidelicet dies[152] quadraginta et duo fiunt[153], e quibus dum sex dies dominici abstinentiae subtrahuntur[154], non plus in abstinentia, quam triginta et sex dies remanent. Verbi gratia, si per CCCLXV.[155] dies annus uoluitur[156], et[157] nos per XXXVI. dies affligimur, quasi anni decimas Deo damus. Sed ut sacer numerus XL. dierum adinpleatur, quem Saluator noster sacro[158a] ieiunio consecrauerat[159b], IV. dies prioris ebdomadae ad supplementum XL. dierum tollantur[160c], id est quarta feria, que caput ieiunii subnotatur, et[161] quinta feria sequens, sexta[162d], et sabbatum. Nisi[163e] istos[164] dies IV. superioribus XXXVI. adiunxerimus, XL. dies in abstinentia non habemus[165]. Iubemur etiam[166] ab omnipotenti Deo omnium bonorum nostrorum decimas dare[167f].

C. XVII. *Ieiunia*[168] *legitima non soluantur absque necessitate probabili.*

Item Eusebius Papa[169].

Ieiunia in[170] ecclesia a sacerdotibus constituta sine rationabili necessitate non soluantur.

EDITIO ROMANA.

Dist. V. c. 9. a) Gregor. III. b) illi talis c) reiteratio — c. 10. a) Stephan. Papa V. b) chrismata c) mysterii d) relaxantur — c. 12. a) et — c. 13. a) studendum b) ut: *deest* c) ut post d) per ordinem ab e) capitula f) mittatur c. 14. a) ex Conc. b) matutinas — c. 15. a) Synodo residens statuit* b) nocturnas c) cantamus d) est, IX. psalmos, et e) dicimus f) fastidio et negligentia g) probantur h) facere. Romani vero[145] diverso modo agere coeperunt, maxime a tempore, quo Teutonicis concessum est regimen[146] nostrae ecclesiae — c. 16. a) suo sacro b) consecravit c) tolluntur d) et sexta e) Nisi enim f) dare etc.

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XV. * Iisdem verbis hoc habetur apud Radulphum [de can. observ. in Bibl. Patr. ed. Colon.] propositione 10. ex Gregorio VII., itemque magna ex parte in Micrologo [de eccl. observat.] c. 54.

C. XVI. * Caput hoc, quomodo a collectoribus refertur, sumtum quidem aliqua ex parte videri potest ex homilia 16. B. Gregorii. Sed multa hic sunt, quae ibi non leguntur, et vicissim multa ibi, quae hic non sunt.

Dist. V. can. 9. 87) de eod.: *deest: AC* 88) *Codd. coll. o.; — ep. scr. ao.* 726. *ap. Jaffé Mon. Mog. p.* 89. — *Jaffé no.* 1667. — *Coll. tr. P.* I, 57, 6. 89) *add.:* quia: *BCF Edd. Ven.* I. II. *Par. Lugdd.* II. III. 90) *ABCF;* illa talis: *GH Edd. coll. o.* 91) *Codd. coll. o. pr. A, ubi canon est:* non qui a pont. confirm. fuerit denuo iteret.; — iteratio vel confirmatio: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* || can. 10. 92) *in A rubr. deest* 93) *ABCF; — fragm. ep. Stephani* VI. *scr. i. a.* 885. *et* 891. — *Jaffé no.* 2656. — *refertur in extr. act. conc. Const.* IV. *dato ad Stylianum Neocaesar. ep., ut recte inscribitur ap. Ivonem.* — *Ivo Decr.* I, 114.; *ib.* II, 91.; *Coll. tr. P.* I, 64, 5.; *Caes.* XII, 30. 94) *A Corr. Ivo* 95) *AB Corr. Ivo Coll. tr. P.* 96) *ABCF Ivo Coll. tr. P.;* relaxantes: *H;* relaxaret: *G;* relaxet: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. || can. 11. 97) *in A rubr. est:* de energumenis. 98) it.: *deest: ABCF; — c.* 62—64. *Statt. eccl. antiq. — cf. ad c.* 9. *Dist.* XVIII. — *ap. Bruns* I, 149. — *Reg. Appdx.* I, 12.; *Burch.* II, 223. 226.; *Ivo Decr.* VI, 298.; *Coll. tr. P.* II, 18, 89—91. 99) omni . . . exorc.: *deest: BCF* 100) *finis canonis: Reg. Burch. Ivo* 101) vero: *deest: orig. Hisp. Coll. tr. P.* 102) intrent: *Edd. Par. Lugd.* I.; — intrant: *Edd. Arg. Bas. Nor.* 103) energumenis: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* || can. 12. 104) *in A rubr. est:* de neophitis. 105) it.: *deest: ABCF; — ib. c.* 24. *ap. Bruns* I, 149. — *Burch.* IV, 12.; *Ivo Decr.* I, 207.; *Coll. tr. P.* II, 18, 85.; *Coll. duod. P.* V, 56. 106) et: *Hisp.;* et a: *Coll. tr. P.* 107) *Codd. coll. o. Burch.;* vel coniugalibus: *Hisp.* || can. 13. 108) de conc.: *F;* in conc.: *GH;* it.: *deest: ABCF; — hab. ao.* 506. *ap. Bruns* II, 152. — *Coll. tr. P.* II, 28, 28. 109) et quia conv.: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 110) unde: *deest: ib.* 111) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C (deest) — Turrecrem.* 112) *Codd. coll. o. Ed. Arg. orig. Hisp. Coll. tr. P.* 113) fit: *deest: GH Ed. Arg.* 114) *Codd. coll. o. Ed. Arg. Coll. tr. P.;* et post: *orig. Hisp.* 115) collectiones: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 116) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 117) decantentur: *GH;* decantantur: *Ed. Arg.;* dici: *Coll. tr. P.;* dicat: *B* 118) hymnos matutinos . . . vespertinos . . . decantari: *orig. Hisp. Coll. tr. P.* 119) conclusionem: *Coll. tr. P.* 120) *AC orig. Hisp. Coll. tr. P.* 121) dici: *Hisp. Coll. tr. P.* 122) plebem: *ib.* 123) *Codd. et Edd. coll. o. Turrecrem. orig.; —* dimitti: *Hisp. Coll. tr. P.* || can. 14. 124) de eod.: *deest: C* 125) *Codd. coll. o. pr. A; —* it.: *deest: ABCF; — c.* 11. *ap. Bruns* II, 20. *et in Hisp.; — hab. ao.* 517. — *Coll. tr. P.* II, 32, 5. 126) idem: *BC;* ita nobis pl.: *orig. Hisp.* 127) *BCF orig. Hisp.* || can. 15. 128) *ABCF; —* it.: *deest: ib. — hab. ao.* 1074. — *Jaffé ante no.* 3589. — *Ans.* VI, 211. (208.); *Polyc.* III, 18, 1. (*sine inscr.*) — *cf. Berard.* II, 2, 342. 129) in: *deest: Polyc.:* in sabbato: *GH* 130) a: *Microlog.* 131) *add.:* hebdomadae: *Ans. Polyc. Rad. Microl.* 132) *Codd. et Edd. coll. o. Ans.;* noctes: *Polyc.;* ad noctem: *Rad.* 133) *Codd. et Edd. coll. o.* 134) *Codd. et Edd. coll. o. pr. H Edd. Bas. Lugdd.* II. III. — *Polyc. Microl.* 135) *add.:* et responsoria: *Microl.* 136) autem: *Polyc. Microl.* 137) exceptis: *GH Edd. Arg. Bas.;* exceptis diebus: *Rad.* 138) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc. Rad.* 139) tant.: *deest: Polyc.* 140) tres tamen (?): *ib.* 141) videntur agere: *Edd. coll. o. Ans. Polyc.;* videntur legere: *Rad.* 142) *ABCF* 143) *Codd. coll. o. Ans. Polyc.;* hoc: *deest: Ans. Polyc.* 144) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 145) autem: *Ans. Polyc.* 146) regnum: *Rad.* 147) supra: *Polyc. Microl.* 148) notavimus: *Ans. Polyc. Rad. Microl.* || can. 16. 149) *Caput incert. — cf. Corr. — Burch.* XIII, 1. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* IV, 34. (*can. cont.*); *Ivo Pan.* II, 182. (*can. cont.*); *Polyc.* III, 25, 4.; *Coll. duod. P.* VI, 31. 150) ieiunia: *GH Edd. Arg. Bas.* 151) soluantur: *ib.* 152) dierum: *Burch.* 153) sunt: *Edd. coll. o. pr. Arg.; deest: Ivo Decr.* 154) subtrahantur: *GH Ed. Arg.* 155) CCCLXVI: *GH* 156) ducitur: *Burch. Ivo Pan.;* dicitur: *Ivo Decr.;* annus . . . dies: *deest: Polyc.* 157) deinde (nos: *deest*): *H Edd. coll. o.;* nos: *deest: BFG;* nos vero: *A;* nos autem: *Burch.* 158) *ABCF* 159) *Codd. coll. o. pr. A; — Burch. Ivo Pan. Polyc.* 160) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A Edd. Lugdd.* II. III. *Burch. Polyc.; —* addantur: *Ivo Pan.* 161) et: *deest: Ivo Decr.* 162) *Codd. coll. o. Burch.; add.:* feria: *GH Edd. coll. o.* 163) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Burch. Ivo Decr. Pan.* 164) istis (?): *Polyc.* 165) haberemus: *Ivo Pan.; — finis canonis: Polyc.* 166) autem et: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 167) *ABCF Edd. coll. o.* || can. 17. 168) *in A rubr. est:* de ieiuniis. 168) it.: *deest: ABCF; — Jaffé no.* CXXV. — *imo Capit. Caroli M.* 789. *c.* 48. *in Mon. Germ. LL.* I, 61. *et lib.* I. *c.* 47.; — *Burch.* XIII, 17. (*can.;* ut in eccl.); *Ivo Decr.* IV, 49. 170) ecclesiastica (eccl. . . . const.; *deest*): *orig.*

C. XVIII. *Cottidiana*[171] *ieiunia duplicatis uel triplicatis sunt preferenda.*

Item Ieronimus[172].

Non dico ebdomadas, non dico[173a] duplicata ieiunia[174b], sed saltim[175c] singulos dies absque ciborum luxuria transigamus.

C. XIX. *De*[176] *eodem.*

Idem[177a].

Sint tibi cottidiana ieiunia, refectio[178b] sacietatem fugiens. Nichil enim[179c] prodest tibi[180d] biduo uel[181e] triduo transmisso uacuum portare uentrem, si[182f] pariter obstruatur[183].

C. XX. *De eodem.*

Idem[184*].

Sint tibi ieiunia pura, continua[185a], moderataque[186], id est cottidie esurire, et cottidie prandere[187]. Apostolus inquit[188]: „Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere propter infirmitates tuas.“ Curat[189b] uulnera delinquentis, curatosque sanctificat ieiunium.

C. XXI. *Medicinae precepta diuinae sunt condicioni*[190a] *contraria.*

Item Ambrosius in Psal. CXXX.[191b]

VI. Pars. Contraria[192c] diuinae condicionis[193d] precepta medicinae sunt. A[194] ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione[195] meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dederit, se ipsum sibi abnegat.

C. XXII. *Quot modis uicium gulae nos tangat*[196a].

Item Gregorius in expositione B. Iob, [lib. XXX. c. 27.][197]

Quinque modis[198b] gulae uicium temptat. Aliquando namque indigentiae tempora[199] preuenit; aliquando[200c] tempora[201d] non preuenit, sed cibos lautiores querit; aliquando que[202e] sumenda sunt[203f], procurari[204g] accuratius expetit[205h]; aliquando autem et qualitas[206i] ciborum, et tempus[207k] congruit, sed in[208] ipsa quantitate sumendi mensuram[209l] refectionis excedit. Nonnumquam[210m] et[211] abiectius est quod desiderat, et tamen ipso estu inmensi desiderii deterius peccat.

C. XXIII. *Absque*[212] *puritate mentis ieiunia et orationes non prosunt.*

Item Pius Papa, [epist. I.][213]

Nichil enim[214] prodest homini ieiunare, et orare, et alia bona religionis agere, nisi mens ab iniquitate[215a], et ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

C. XXIV. *Mediocre bonum non est magno preferendum*[216].

Item Ieronimus[217].

Non mediocriter errat[218a] qui magno bono prefert mediocre bonum. Nonne rationabilis[219] homo dignitatem amittit, qui uel ieiunium karitati, aut uigilias[220] prefert sensus integritati, ut propter abstinentiam[221]* inmoderatam, atque indiscretam psalmorum uel offitiorum decantationem aut amentiae, aut tristiciae notam incurrat? Numquid uerborum flecti multitudine ut homo Deus potest? Non enim uerbis tantum, sed corde orandus est Deus. Quapropter[222b] melior est quinque[223] psalmorum cantatio[224c] cum cordis puritate, ac[225d] serenitate, et spirituali ylaritate, quam psalterii[226e] modulatio cum anxietate cordis atque[227f] tristicia. Cum[228g] igitur pro centum[229h] animabus psalmus uel missa dicitur, nichil minus, quam si pro uno quolibet ipsorum diceretur, accipitur. Audiant itaque, qui ea, que necessaria sunt, corpori subtrahunt, illud, quod per Prophetam Dominus loquitur[230]: „Ego Dominus odiens[231i] rapinam holocaustorum.“ De rapina uero holocaustum offert qui uel[232k] ciborum nimia egestate[233] uel sompni penuria corpus[234] inmoderate affligit[235l].

C. XXV. *Non*[237] *a cibis, sed ab iniquitatibus abstinere, est magnum et generale ieiunium.*

Item Augustinus super Iohann. [tract. XVII.][238]

Ieiunium autem magnum et generale est abstinere ab inquitatibus et ab[239a] illicitis uoluptatibus seculi[240], quod est perfectum ieiunium. §. 1.[241b] In hoc[242c] seculo quasi Quadragesimam abstinentiae celebramus, cum bene uiuimus, cum ab iniquitatibus et ab[243d] illicitis uoluptatibus abstinemus[244]. Sed quia hec abstinentia sine mercede non erit, exspectamus[245] illam beatam spem, et reuelationem gloriae magni Dei, et saluatoris nostri[246e] Iesu Christi. In illa spe, cum[247] fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. §. 2.[248f] Denarius ergo, qui accipit[249g] nomen a decem numero, redditur[250], et coniunctus[251] quadragenario fit quinquagenarius. Unde cum labore celebramus Quadragesimam ante Pasca, cum leticia uero, tamquam accepta mercede, Quinquagesimam post Pasca. Nam huic[252] tamquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis et felicitatis denarius, ut quinquagenarius fiat. Significauit ipse[253h] Dominus[254i] hec[255k] multo apertius, quando post[256] resurrectionem qua-

EDITIO ROMANA.

Dist. V. c. 18. a) dico: *deest* b) dupl., multiplicata ieiunia c) vel — c. 19. a) Item Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis b) et refectio c) enim: *deest* d) tibi: *deest* e) triduoque (vel: *deest*) f) si post — c. 20. a) et contin. b) Curat enim — c. 21. a) cognitioni b) Psalm. CXVIII. serm. 22. ad versic. Concupivi salutare c) contr. studiose sunt d) cognitioni — c. 22. a) tentat b) modis nos c) aliq. vero d) tempus e) quaelibet f) sint g) praeparari h) petit i) qualitati k) tempori l) mens. moderatae m) Nonnunq. vero — c. 23. a) iniq. revocetur — c. 24. a) errant . . . praeferunt b) Quapr.: *deest* c) decantatio d) et e) totius psalt. f) et g) Dum h) cunctis i) odio habens k) sive l) affligit. Videat itaque quid Apostolus dicat[236]: „Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis etc. — c. 25. a) ab: *deest* b) Et infra: §. 1. c) hoc ergo d) ab: *deest* e) nostri: *deest* f) Et infra: §. 2. g) accepit h) et ipse i) Dominus Iesus k) hoc

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XX. * Burchardus [nec tamen Ivo] citat ex dictis Pimenii Eremitae, et habetur in vitis Patrum p. 2. §. 50. ex Pamenio. Apud B. Hieronymum de vita clericorum ad Nepotianum, haec habentur: *Sint tibi pura, casta, simplicia, moderata, et non superstitiosa ieiunia.*
C. XXIV. * Abstinentiam: Sic est emendatum ex manuscriptis et Polycarpo. Antea legebatur: *Innocentiam.*

Dist. V. can. 18. 171) *in A rubr. est:* de eodem. 172) it.: *deest: ABCF; — sermo* 144. *in Appd. t.* V. *August. ed. Maur. — no.* 4. — *in codd. mss. quibusdam Hieronymo tribuitur. — Burch.* XIII, 22.; *Ivo Decr.* IV, 54.; *Coll. duod. P.* VI, 71. 173) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; — Turrecrem. Burch.* 174) *Codd. et Edd. coll. o. Burch.* 175) *ib. Ivo* || can. 19. 176) De eod.: *deest: A* 177) *Codd. coll. o. — ep.* 22. *no.* 17.; *Burch.* XIII, 23. (*can. cont.*); *Ivo Decr.* IV, 55.; *Ivo Pan.* II, 185. (*can. cont.*); *Coll. duod. P.* VI, 62. *omnes:* ex dict. Pimenii eremitae. 178) *Codd. coll. o. pr. A; — Edd. Arg. Bas.* 179) *Codd. et Edd. coll. o. pr. C; — Burch. Ivo Decr. Pan.* 180) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.* 181) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Decr.*; aut trid.: *Ivo Pan.* 182) *Codd. coll. o. Ed. Bas. orig. Burch. Ivo Decr. Pan.* 183) obruatur: *orig. Ivo Decr.* || can. 20. 184) De eod.: *deest: AC; — Collectum ex variis fragmentis ep. eiusdem. — Burch.* XIII, 24. 25.; *Ivo Decr.* IV, 56. 57.; *Ivo Pan.* II, 186. 185) *Codd. et Edd. coll. o. Burch. Ivo Decr. Pan.* 186) moderata: *A Ivo Pan.*; et moderata: *Ivo Decr.* 187) *finis canonis: Ivo Pan.* 188) I. *Tim. c.* 5. *v.* 23. 189) *ABCF* || can. 21. 190) *CFG;* condicionis: *BH; in A rubr. est:* de medicina corporis quae animae non est. 191) *BCF:* CXX.: *AGH; —* it.: *deest: ABCF; — imo in Psalm.* 118. *v.* 174. *sermo* 22. *no.* 23. — *Polyc.* III, 29. *unic.* 192) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.: —* contr. studiosis: *orig.* 193) *ABF Polyc.*; condicioni: *C Edd. coll. o.* 194) quae a: *GH Edd. coll. o.* 195) intensione: *orig.* || can. 22. 196) *BCFH;* tangit: *G;* Quot modis gula temptat: *A* 197) it.: *deest: ABCF; — no.* 60. 198) *ABCF* 199) non: *BCF* 200) *Codd. et Edd. coll. o. sed in ACF deest:* aliq. preven. 201) *AGH Edd. coll. o.* 202) *Codd. et Edd. coll. o.*; qualibet quae: *orig.* 203) *Codd. et Edd. coll. o.* 204) *BCF Edd. coll. o.*; parari: *A; deest: GH* 205) *Codd. et Edd. coll. o. orig.* 206) *Codd. et Edd. coll. o.* 207) *ib.* 208) iam temperata: *H;* in temperata: *G* 209) *Codd. et Edd. coll. o.* 210) *ib. pr. A* 211) et: *deest: Edd. Arg. Bas.* || can. 23. 212) *in A rubr. est:* non prosunt; *in B rubr. deest.* 213) *cf. supra c.* 22. *Dist.* II. *de pen.* 214) en.: *deest: AC* 215) *Codd. et Edd. coll. o.* || can. 24. 216) preferri debet: — *in B rubr. deest; in A:* de magno et mediocri bono. 217) it.: *deest: ABCF — in regula monachorum ex Hieronymo collecta. — Polyc.* III, 25, (26.) *unic. — Coll. duod. P.* X, 28. 218) *Codd. coll. o. Ed. Bas. Polyc.* 219) rationabiliter: *GH Edd. coll. o.*; rationis: *A* 220) vigiliam: *Polyc.* 221) continentiam: *A; deest: H Ed. Arg.*; innocentiam: *BF Edd. rell.* 222) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 223) septem: *GH Ed. Arg.: — cf.* I. *Cor. c.* 14. *v.* 19. 224) *ABCF Polyc.* 225) *ib.* 226) *ib.* 227) *Codd. coll. o. Polyc.* 228) *Codd. et Edd. coll. o. Polyc.* 229) *ABF Corr. Polyc.*; omnibus: *C* 230) *Esa. c.* 61. *v.* 8. 231) *ABCF* 232) *ABCF Polyc.*; qui temporalium bonorum sive: *GH* 233) *add.:* vel: *GH*, manducandi: *CGH;* egestate affligit: *BF* 234) *add.:* suum: *CGH Edd. coll. o.* 235) *ABF Polyc.* 236) *Rom. c.* 13. *extr.* || can. 25. 237) *in A rubr. est:* non a cibis sed a viciis abstinendum. 238) *no.* 4. 239) *BFGH Edd. coll. o.*; et . . . volupt.: *deest: C* 240) seculi . . . volupt.: *deest: BF* 241) *ACGH* 242) *ACGH Edd. coll. o.* 243) *CGH Edd. coll. o. orig.* 244) scilicet abst.: *GH* 245) exspectemus: *AC* 246) *ABCF Edd. coll. o.*; *add.:* domini: *A* 247) cum fuer.: *deest: BCF* 248) *Codd. coll. o.* 249) *Codd. coll. o. pr. A; — Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 250) redd. et; *deest: A;* additur: *Edd. Lugdd.* 251) vinctus: *GH* 252) hinc: *ib.* 253) *Codd. et Edd. coll. o.* 254) *ib.* 255) *BCF* 256) *cf. Ioann. c.* 14.

draginta diebus conuersatus est[257 l] cum discipulis suis, quadragesimo[258] autem die, cum ascendisset in celum, peractis decem diebus misit mercedem Spiritus[259] sancti.

C. XXVI. *Raptorem*[260], *uel furem non facit necessitas, sed uoluntas.*

Item ex dictis Apollonii[261].

Discipulos, cum per segetes transeundo euellerent[262 a] spicas, et ederent, ipsius Christi uox innocentes uocat, quia coacti fame hoc fecerunt.

C. XXVII. *Non*[263] *necessitas, sed uoluntas facit perseuerantiam.*

Item Ieronimus [in c. 7. Oseae.][264]

Quicquid[265 a] necessitate fit cito soluitur; quod uoluntate arripitur perseuerat.

C. XXVIII. *Ciborum temperantia*[266] *salutem, abundantia contrarium parit.*

Item Iohannes Os aureum, [hom. XXIX. ad c. 12. ep. ad Hebr.]

Nichil enim sic iocundum est, sicut cibus bene digestus aut[267 a] decoctus. Nichil sic[268] salutem, nichil sic sensuum acumen operatur, nichil sic egritudinem fugat, sicut moderata refectio; sufficientia quippe cum nutrimento et sospitatem simul[269] procreat et uoluptatem; ex[270 b] habundantia uero morbum facit et molestias ingerit, et egritudines generat et[271 c] facit. Quod enim facit fames, hoc etiam plenitudo ciborum[272 d]; magis autem[273 e] multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem et liberat[274] ex[275 f] hac uita penali*; excessus uero ciborum consumit et conputrescere[276 g] facit[277] corpus humanum et macerat egritudine diuturna, et tunc cum[278] morte crudeli consumit.

C. XXIX. *Ciborum deliciae, si superhabundauerint*[279 a] *ledunt.*

Item Ieronimus [aduersus Iouinianum, lib. II.][280]

Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comestos partos[281] magno et[282] perditos labore doleamus. Holerum et[283 b] pomorum ac leguminum et facilior apparatus est, et arte inpendiisque coquorum non indiget, et sine cura sustentat humanum genus[284 c], moderate[285 d] sumptus (quia nec auide deuoratur quod irritamenta gulae non habet) et[286 e] leuiori digestione decoquitur[287 f]. Nemo enim uno[288] et[289 g] duobus cibis hisque uilibus usque ad inflationem[290] uentris oneratur, que[291] diuersitate carnium et saporis delectatione concipitur[292 h]. Cum uariis nidoribus fumant patinae, ad usum[293 i] sui explenda[294 k] esurie quasi captiuos trahunt. Unde et morbi[295 l] saturitate nimia concitantur, multique inpatientia[296 m] gulae uomitu remediantur, et quod turpiter ingesserunt turpius egerunt. Ypocrates in aphorismis epidemiis[297 n] docet, crassa[298] et obesa[299 o], que crescendi mensuram inpleuerint[300 p], nisi cito sanguinis ablatione inminuantur[301], in paralisim et pessima morborum genera erumpere, et idcirco esse[302] necessariam[303] demptionem[304], ut rursus habeant in que[305] possint crescere; non enim manere in uno statu[306] naturam corporum, sed aut crescere semper, aut decrescere, nec posse[307] uiuere animal[308], nisi crescendi capax sit. Unde et Galienus[309 q] uir[310] doctissimus Ypocratis interpres athletas, quorum uita et ars sagina est, dicit in exhortatione medicinae, nec uiuere posse diu, nec sanos esse, animasque[311 r] ita nimio sanguine et adipibus quasi luto inuolutas, nichil tenue, nichil celeste, sed semper de carnibus, eructuare[312 s], et uentris ingluuie cogitare.

C. XXX. *Multorum infirmitates ieiunia*[313] *sanant.*

Idem[314 a].

Legimus quosdam, morbo articulari et podagrae humoribus laborantes, proscriptione bonorum ad simplicem mensam et pauperes cibos redactos conualuisse. Caruerant enim sollicitudine dispensandae domus et epularum[315] largitate, que et corpus frangunt et animam. Irridet Horatius[316] appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt[317] penitenciam.

C. XXXI. *Dies*[318] *sabbatorum a carnibus abstinere debemus.*

Item Gregorius VII. [in Sinodo celebrata Romae anno sui Pontif. VI., c. 8.][319]

VII. Pars. Quia dies sabbati apud sanctos Patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorumdem[320] auctoritatem sequentes salubriter ammonemus, ut quicumque Christianae religionis participem se[321] esse desiderat, ab esu carnium eadem die (nisi maiori festiuitate interueniente, uel infirmitate inpediente) abstineat.

C. XXXII. *Monacho*[322] *carnem gustare non licet.*

Item Fructuosus Episcopus[323].

VIII. Pars. Carnem cuiquam monacho[324] nec gustandi nec sumendi, est concessa licentia, non[325] quod creaturam Dei iudicemus indignam, sed quod carnis abstinentia utilis et apta monachis estimetur, seruato tamen moderamine pietatis erga egrotos[326]. §. 1.[327 a] Quod si quis monachus uiolauerit, et contra sanctionem regulae usumque ueterum[328] uesci carnibus presumpserit, sex[329] mensium spacio retrusioni et penitenciae subiacebit.

C. XXXIII. *De cottidianis operibus monachorum.*

Item Ieronimus ad Rusticum monachum[330 a].

Numquam de manu[331 b] aut[332 c] oculis tuis liber psalterii[333 d] discedat[334 e]; dicatur[335] ad[336 f] uerbum, oratio sine intermissione. Vigilet[337 g] sensus, nec uagis[338] cogitationibus patens; corpus pariterque[339 h] animus tendatur[340] ad

EDITIO ROMANA.

Dist. V. c. 25. l) est in terra — c. 26. a) vellerent — c. 27. a) Quicq. enim — c. 28. a) et b) ex: *deest* c) et fac.: *deest* d) facit cibor. e) autem et f) de g) putrefacit — c. 29. a) abundaverint b) et: *deest* c) corpus d) moderateque e) et: *deest* f) concoquitur g) aut h) percipitur i) esum k) expleta l) morbi ex m) impatientiam n) epid.: *deest* o) obesa corpora p) compleverint q) Galenus r) animasque eorum s) et ructu — c. 30. a) Idem ibidem paulo inferius — c. 32. a) Et infra: §. 1. — c. 33. a) mon. de videndi forma b) manu tua c) et d) psalt.: *deest* e) recedat f) psalterium ad g) Vigil sensus sit h) pariter et

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXVIII. * De hac vita poenali: Absunt haec ab originali graeco; sed sunt in versione Scholastici, quam satis tolerabilem sequitur Gratianus.

Dist. V. can. 25. 257) *ABCF* 258) *cf. Act. c.* 1. 259) spiritum sanctum: *AC* || can. 26. 260) *rubr. deest: A* 261) it.: *deest: ABCF; — Caput incertum.* 262) *Codd. et Edd. coll. o.; — cf. Matth. c.* 12. || can. 27. 263) *in A rubr. est:* de eodem. 264) it.: *deest: ABCF; — in v.* 6. 265) *ABCF* || can. 28. 266) parsimonia vel (et: *G*) temp.: *GH; — in A rubr. est:* de utilitate temperantiae. 267) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G* (vel); — *add.:* bene: *GH Edd. Arg. Bas. Lugdd.* II. III. 268) hic: *B;* sic: *deest: AGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 269) semel: *H; add.:* etiam: *BFH Ed. Bas.* 270) *Codd. coll. o. pr. F* 271) *Codd. coll. o. Ed. Bas.* 272) *Codd. et Edd. coll. o. pr. A; neque tamen, ut R. censuit, vox* facit *a Corr. est inserta.* 273) *Codd. coll. o.* 274) *add.:* eum: *Edd. coll. o.* 275) *ABCF* 276) *BCF Edd. coll. o.;* putrescere facit: *GH* 277) *add.:* carnem: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 278) eum: *Edd. coll. o. pr. Arg.* || can. 29. 279) *BFH; in A rubr. est:* de eodem. 280) it.: *deest: ABCF; — no.* 10. 281) partu: *A;* parto: *B* 282) sed: *AB* 283) *Codd. coll. o.* 284) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 285) *ABCF Edd. coll. o.* 286) *Codd. et Edd. coll. o.* 287) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 288) uino: *ACFGH Edd. coll. o. pr. Nor. Lugdd.* II. III. 289) *Codd. coll. o.* 290) inflammationem: *Edd. Lugdd.* II. III.; instomachationem: *BCF Edd. rell. pr. Arg.* 291) *ordo verborum mutatus est: BF* 292) *Codd. coll. o. orig.* 293) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 294) *Codd. coll. o. pr. A* (ex plena); — *Ed. Arg.*; — pro expleta: *Edd. Lugdd.* II. III.; pro explenda: *Edd. rell.* 295) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 296) *Codd. coll. o.* 297) *Ed. Arg.;* epiemis: *GH;* opimis: *BF Edd. rell. exc. Lugdd.* II. III.; optime: *C* 298) et cr.: *Edd. Ven.* I. II. *Par.* 299) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Par. Lugdd.* 300) *Codd. coll. o. Turrecrem.* 301) minuantur: *A Edd. coll. o. pr. Arg. Bas.* 302) est: *FGH Ed. Arg.* 303) necessaria: *BF; deest: GH* 304) demtio: *AFGH;* deprecationem: *Ed. Bas.;* ea redemtio: *Ed. Arg.* 305) quo: *AC;* in: *deest: CF* 306) *add.:* possunt: *GH;* — posse: *Ed. Bas.;* stat. potuit corp. natura: *Edd. rell. pr. Lugdd.* II. III. 307) posse: *deest: BC* 308) animam: *ABCF* 309) *Codd. coll. o.* 310) et: *BF;* est: *A; deest: C* 311) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 312) *Codd. coll. o.* || can. 30. 313) ieiunium sanat: *GH; — in A rubr. est:* de eodem. 314) *Codd. coll. o.; — l. c. no.* 12. 315) puellarum: *Codd. et Edd. coll. o. pr. B Edd. Lugdd.* II. III. 316) *Ep. l.* I. *ep.* 2. *v.* 55. 317) consultu: *AB;* relinquent: *B;* relinquant: *C;* relinquatur: *F* || can. 31. 318) *in A rubr. est:* sabbato a carnibus abstinendum. 319) it.: *deest: ABCF; — hab. ao.* 1078. *ap. Jaffé Monum. Gregor. p.* 334. — *Jaffé post no.* 3820. — *Ans.* VII, *in fine; Polyc.* III, 25, 8. (*sine inscr.*) 320) eandem: *A;* earundem: *B* 321) se: *deest: ABF* || can. 32. 322) *in A rubr. est:* ut monachi carnes non edant. 323) it.: *deest: ABF; — legitur in c.* 5. *regulae Fructuosi in ed. Migne p.* 1102. — *Coll. tr. P.* II, 50, 11. 324) mon.: *deest: orig.* 325) nec: *GH* 226) aegrotorum necessitudines: *orig.* 327) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 328) veterem: *GH Edd. coll. o.;* aeternum: *orig.* 329) septem: *GH Ed. Arg.* || can. 33. 330) *Codd. coll. o.; —* it.: *deest: ABCF; — Ep.* 125. *no.* 11. — *Ivo Decr.* VII, 5. 6.; *Coll. tr. P.* III, 11, (12,) 4. 331) *Codd. coll. o. pr. AG; — orig. Ivo Coll. tr. P.* 332) *ABCFH Ed. Bas. Ivo;* — vel: *G Edd. rell.* 333) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 334) *Codd. et Edd. coll. o.;* — descendat: *Ivo Coll. tr. P.* 335) discatur: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 336) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo* 337) *ib. Coll. tr. P.;* vigil sens. nec: *orig.* 338) vanis: *orig.* 339) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* parit. animusque: *Ivo* 340) tendat; *GH Edd. coll. o.*

Dominum[341]. Iram uince patiencia. Ama scientiam scripturarum, et carnis uicia non amabis. Nec uacet mens tua uariis perturbationibus[342], que, si pectori insederint, dominabuntur tui, et deducent[343] te ad delictum maximum. Facito[344] aliquid operis, ut semper diabolus te inueniat occupatum. Si apostoli[345], habentes potestatem de euangelio uiuere, laborabant manibus suis, ne quem[346] grauarent, et aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus metere debebant carnalia: cur tu in usus tuos successura[347i] non prepares[348]? Vel fiscellam texe iunco, uel canistrum lentis plecte uiminibus; sarriatur[349] humus; areolae equo limite diuidantur, in quibus cum holerum iactata[350k] fuerint semina, uel plantae per ordinem positae, aquae ducantur irriguae, hic[351l] pulcherrimorum uersuum spectator assistes[352m]:

„Ecce supercilio cliuosi tramitis undam[353]
Elicit; illa cadens raucum per leuia[354] murmur
Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua."

§. 1. Inserantur fructuosae[355n] arbores uel gemmis, uel surculis, ut paruo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare[356] aluearia, ad quas te mittunt[357] Salomonis[358] prouerbia, monasteriorum[359o] ordinem ac regiam[360] disciplinam in paruis disce corporibus. Texantur et linea capiendis piscibus. Scribantur et[361p] libri, ut et manus operetur cibos[362q], et anima lectione saturetur. „In desideriis[363] est omnis otiosus." Egiptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque opere[364r] et labore suscipiant, non tam propter uictus necessaria[365s], quam propter animae salutem, nec[366t] uagentur[367u] perniciosis cogitationibus[368v], et instar[369] fornicantis Iherusalem[370] diuaricent[371w] pedes suos[372] omni transeunti. *Et in sequentibus*[373]: §. 2. Quid? ergo[374] peribunt omnes, qui in urbibus habitant? Ecce illi fruuntur suis rebus, ministrant ecclesiis, adeunt balnea, unguenta non spernunt, et in[375] omnium flore[376] uersantur. Ad quod et ante respondi, et nunc breuiter respondeo, me in presenti opusculo non de clericis disputare, sed monachum[377] instituere.

C. XXXIV. *Absque prelati sui*[378] *licentia canonicis nichil agere licet.*

Item in V. libro Capitulorum, [c. 115.][379a]

IX. Pars. In omnibus igitur[380] (quantum humana permittit fragilitas) decernimus[381b], ut canonici clerici[382] canonice uiuant, obseruantes diuinae scripturae doctrinam, et documenta sanctorum Patrum, et nichil sine licentia episcopi sui uel magistri eorum inconposite[383] agere presumant; in unoquoque episcopatu[384c] simul manducent et dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit; qui[385d] de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, in[386] suo[387] claustro maneant; et singulis diebus mane prima[388e] ad lectionem ueniant, et audiant quid eis inperetur. Ad mensam uero similiter lectionem audiant, et obedientiam secundum canones suis magistris[389f]* faciant[390g].

C. XXXV. *Presbiteri, qui simul conueniunt, ebrietatem et comessationes*[391] *summopere uitent.*

Item ex Concilio Nannetensi, [c. 10.][392]

X. Pars. Nullus[393] presbiterorum, quando ad anniuersarium diem trigesimum[394], uel[395a] tertium alicuius defuncti, aut quacumque uocatione ad collectam presbiteri conuenerint[396b], se inebriare nullatenus[397c] presumant; nec precati[398d] in amore sanctorum uel ipsius[399e] animae bibere, aut[400f] ad[401g] bibendum cogere, uel se aliena precatione ingurgitare; nec plausus[402] et risus inconditos et fabulas inanes ibi referre aut cantare presumat; uel turpia ioca uel urso uel tornatricibus ante se fieri patiantur[403h]; nec laruas demonum ante se ferri[404] consentiant, quia hoc diabolicum est, et[405i] sacris canonibus prohibitum.

C. XXXVI.[406a] *Quibus spectaculis clerici*[407b] *interesse debent.*

Item ex Concilio Laudicensi, [c. 54.][408c]*

Non oportet ministros altaris uel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, que aut[409] in nuptiis, aut in[410d] cenis[411e] exhibentur, interesse, sed ante, quam thimelici ingrediantur, surgere eos de conuiuio, et abire debere[412f].

C. XXXVII. *Clericus*[413] *uel laicus sine iussione episcopi non peregrinetur.*

Item ex eodem, [c. 42. et 41.][414a]

XI. Pars. Non oportet ministrum[415b] altaris, uel quemlibet[416c] clericum preter iussionem episcopi ad peregrinandum proficisci. §. 1. Laicum etiam* sine canonicis litteris, id est formata, similiter[417] non oportet alicubi[418] proficisci.

C. XXXVIII. *Colorum*[419] *fucis mulieres uti non debent.*

Item Augustinus *ad* Possidium, *et qui cum eo sunt fratres*, [epist. LXXIII.][420]

XII. Pars. Fucare[421] pigmentis[422], quo uel rubicundior, uel candidior[423] appareat, adulterina fallacia est, qua[424] non dubito etiam ipsos[425] maritos se nolle decipi, quibus[426] solis permittendae[427] sunt feminae ornari secundum ueniam, non secundum inperium. Nam uerus ornatus, maxime[428]

EDITIO ROMANA.

Dist. V. c. 33. i) cessura k) iacta l) ut m) assistas n) infructuosae o) et mon. p) et: *deest* q) cibum, et animus r) operis s) necessitatem t) ne u) vagetur v) cogit. mens w) divaricet — c. 34. a) Capitularium b) decrevimus c) ep. ut d) vel qui e) primo f) ministris* g) exhibeant — c. 35. a) triges. vel septimum b) convenerit (*et sic deinceps numerus singularis*) c) ullatenus d) precatus e) alicuius f) vel g) alios ad h) patiatur i) et a — c. 36. a) *in Ed. Rom. noster can.* 36. *est* 37., *et* 37: 36. b) clericus . . . debet c) ex eodem d) in: *deest* e) scenis f) deb.: *deest* c. 37. a) ex Concilio Laodicensi b) ministros c) quoslibet clericos

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XXXIV. * Ministris: In originali et apud Ivonem est: *magistris.* Sed ob glossam non est emendatum.

C. XXXVI. * Hoc caput non est in canonum volumine graeco Parisiis anno 1540. impresso. Habetur tamen apud Balsamonem, et videtur indicari c. 42. sextae synodi. Gratianus autem recitat ex prisca versione.

C. XXXVII. * Laicum etiam: In codice graeco hic est canon 41., quemadmodum superior huius capitis pars est canon 42. Sed in neutro canone fit mentio laici, sicuti neque in versione Dionysii, quam afferunt Burchardus et Ivo; sed utrobique est: *ἱερατικὸν ἢ κληρικόν*, id est: *sacerdotalem vel clericum.* In prisca tamen versione canon 41. [ap. Iv. in Coll. tr. P.] sic habet: *Non oportet ministrum altaris, vel etiam laicum.*

Dist. V. can. 33. 341) Deum: *GH Ed. Arg. Ivo* 342) cogitationibus: *Coll. tr. P.* 343) ducent: *BC* 344) fac.: *ib.* 345) II. *Thess. c.* 2. *v.* 9. 346) ne quemquam: *C;* nequaquam: *GH* 347) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (successuras); *Edd. Lugdd.* II. III. — *Ivo Coll. tr. P.* 348) praeparas: *Edd. Lugdd.* II. III. 349) seratur: *ABCGH Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 350) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 351) *ABC Edd. coll. o.;* — hinc: *Ivo Coll. tr. P.* 352) *AB;* assistens: *CGH;* assiste: *Ed. Bas.;* — *cf. Verg. Georg. l.* I. *v.* 108. *seqq.* 353) unda: *GH* 354) devia: *Edd. Arg. Bas.* 355) *Codd. et Edd. coll o. Ivo Coll. tr. P.* 356) fabrica: *C Edd. Ven.* I. II. *Par.;* fabricata: *Ed. Arg.* 357) remittunt (te: *deest*): *AB* 358) *Prov. c.* 6. *v.* 6. 359) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 360) regularem: *GH;* regulae: *Ed. Arg.;* regularum: *Ed. Bas.* 361) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 362) *Codd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 363) *add.:* enim: *Edd. Lugdd.* II. III.; — *add.:* autem: *Edd. rell. exc. Bas.* — *cf. Prov. c.* 13. *v.* 4. *sec.* LXX. 364) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 365) *ib. pr. Lugdd.* II. III. 366) *ABC* 377) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 368) *ib.* 369) ad instar: *GH Edd. coll. o.* 370) seculi: *A;* Israel: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 371) *Codd. coll. o. Ivo* 372) lina: *orig. Ivo Coll. tr. P.* 373) *ib. no.* 17. 374) vero est: *Coll. tr. P.* 375) tamen in: *ib. Ivo* 376) ore: *orig. Ivo* 377) monachos instruere: *AB;* monasteria: *C* || can. 34. 378) sui: *deest: AB* 379) *Codd. coll. o.;* — it.: *deest: ABC;* — *imo c.* 9. *Conc. Mogunt. hab. ao.* 813. *ap. Mansi* XIV, 67. — *Bened. Lev.* I, 185. — *Ivo Decr.* VI, 402.; *Coll. tr. P.* III, 10, 37.; *Coll. duod. P.* III, 26. 380) ig.: *deest: AB;* ergo: *GH* 381) *Codd. et Edd. coll. o.* 382) vel cler.: *Edd. Bas. Lugdd.* 383) composite: *orig.* 384) *Codd. et Edd. coll. o.;* ep. et ut: *orig.* 385) *Codd. et Edd. coll. o.* 386) et in: *orig.* 387) uno: *Edd. coll. o.* 388) *C orig. Ivo;* prima hora: *GH Edd. coll. o.* 389) *ABGH Ed. Bas. orig. Ivo Coll. tr. P.* 390) *Codd. et Edd. coll. o. orig. Ivo Coll. tr. P.* || can. 35. 391) commessationem: *GH; in AB rubr. est:* ne presb. ad memoriam defunctorum se inebrient. 392) it.: *deest: ABC;* — *cf. ad c.* 7. *Dist.* XLIV. *et Coll. tr. P.* III, 10, (11,) 6. 393) ut null.: *Coll. tr. P.* 394) tricesimum: *AB;* vel trices.: *Coll. tr. P.* 395) *ABC;* aut: *Coll. tr. P.* 396) *CGH Edd. coll. o.;* conveniunt: *AB* 397) *BCGH Coll. tr. P.* 398) *AB Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* precari: *CGH* 399) *ABCGH Ed. Bas. Coll. tr. P.;* — *add.:* sui: *AB* 400) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.* 401) *ABC* 402) planctus vel plaus.: *Edd. coll. o. pr. Bas. Lugdd.* II. III. 403) *BCGH Edd. coll. o.;* permittant: *Coll. tr. P.* 404) fieri: *Edd. coll. o.* 405) *ABC* || can. 36. 406) *talis est ordo canonum in Codd. coll. o., cum in Ed. Rom. sequens can. nostro antecedat.* 407) *CGH;* — *in AB rubr. est:* ne clerici spectaculis intersint. 408) *Codd. coll. o.* — *hab. i. a.* 343. *et* 381. — *versio Hisp.* — *Ans. ded.* V, 85.; *Ivo Decr.* XI, 78.; *Coll. tr. P.* II, 7, 26. 409) aut: *deest: AB* 410) *AB Ans. ded. Ivo* 411) *ABC Hisp. Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.* 412) *CGH Edd. coll. o. Hisp. Ans. ded. Ivo Coll. tr. P.;* — decet: *AB* || can. 37. 413) *in AB rubr. est:* ut nemo sine licentia episcopi sui peregrinetur. 414) *Codd. coll. o.;* — it.: *deest: ABC;* — *versio Hisp.* — *Coll. tr. P.* II, 7, 20. 19. — *versio Dionys.: Burch.* II, 45.; *Ivo Decr.* VI, 146. 415) *ABC Hisp. Coll. tr. P.* 416) *ABC Coll. tr. P.;* queml. . . . prof.: *deest: Hisp.* 417) sim. . . . op.: *deest: Hisp. Coll. tr. P.* 418) aliquos: *Hisp.* || can. 38. 419) *in AB rubr. est:* ut col. fuc. mul. non utantur. 420) Presidium (it.: *deest*): *ABC;* — *Ep.* 245. *scr. incerto tempore* — *Ed. Maur.* — *Coll. tr. P.* II, 50, 39. 421) fucari: *AB;* fucari autem: *orig.* 422) figmentis: *CGH Coll. tr. P.;* colorum fucis: *AB* 423) *add.:* vel verecundior: *D Edd. coll. o.* 424) quibus: *AB* 425) ips.: *deest: GH Ed. Bas.* 426) quib. sol.: *deest: ABGH* 427) perm. quidem: *ib.* 428) pax est: *Coll. tr. P.*

Christianorum et Christianarum, non[429] tantum nullus fucus[430] mendax[431], uerum ne auri quidem uestisque pompa, sed mores boni sunt. §. 1. Exsecranda[432] autem superstitio ligaturarum (in quibus etiam[433] in aures uirorum in summis ex una parte auriculis suspensae deputantur)[434a] non[435] ad placendum hominibus, sed ad seruiendum demonibus adhibentur[436b].

C. XXXIX. *Quod Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio.*

Item ex Simbolo Ephesini Concilii CC. Episcoporum, quod habitum est contra Nestorium[437].

XIII. Pars. De Spiritu[438] dicit[439] Dominus in euangelio[440]: „Ille me clarificabit.“[441] Hoc rectissime sentientes, unum Christum[442a] et Filium, non uelut alterius egentem gloria, confitemur a Spiritu sancto gloriam consecutum, quia spiritus eius nec melior, nec superior ipso[443] est, sed quia humana[444b] opera faciens ad demonstrationem suae deitatis uirtute proprii spiritus utebatur, ab ipso glorificatus[445c] dicitur, eo[446d] quod uirtus sua uel[447] disciplina quelibet unumquemque clarificet[448]. Quamuis enim in sua sit substantia spiritus eius[449], et intelligatur in persona proprietas, iuxta id quod Spiritus est[450], et non Filius: attamen[451] alienus non est ab illo. Nam spiritus appellatus[452] est ueritatis, et ueritas Christus est. Unde et[453] ab isto similiter sicut a[454e] Deo Patre procedit. Denique hic[455] ipse Spiritus etiam per sanctorum apostolorum manus miracula gloriosa perficiens glorificauit Dominum Iesum Christum, postquam ascendit in celum. Nam creditur[456f] Christus[457] natura Deus existere[458] per suum spiritum uirtutem[459g] efficiens, ideoque[460] dicebat: „De meo accipiet[461], et annunciabit uobis.“

C. XL. *De eodem.*

Item Didimus in lib. [II.] *de Spiritu sancto, contra errorem grecorum*[462a].

Saluator*, qui et ueritas[463], ait[464]: „Non enim loquetur[465] a semetipso,“ hoc[466] est: sine[467b] me, et sine meo et sine[468c] Patris arbitrio, quia inseparabilis est a mea et Patris uoluntate. *Et amplius:* §. 1. Quia ex se non est, sed ex Patre et a[469d] me est. Hoc enim ipsum, quod[470] consistit[471e], et loquitur, a Patre et a[472f] me ille[473g] est: „Ego ueritatem loquor,“ id est inspiro que loquitur, siquidem spiritus ueritatis est. Dicere autem[474] et loqui in Trinitate, non secundum consuetudinem nostram, qua ad[475] nos sermocinamur[476h] et loquimur, est[477i] accipiendum, sed iuxta formam incorporalium[478] naturarum[479], et maxime Trinitatis, que uoluntatem suam[480] ingerit[481k] in corda credentium; eorum[482l] cordibus inserit[483], qui eam digni sunt audire. §. 2. Liquido[484m] ergo est dicere Patrem et audire Filium[485n], uel e contra[486o] Filium[487p] loquentem audire Patrem, eiusdem naturae esse[488q] Patrem et Filium, et[489r] in Patre et Filio consensus est significatio[490s]. Spiritus[491t] sanctus, qui est spiritus ueritatis, et[492] spiritus[493] sapientiae, non potest audire Filium[494u] loquentem que nescit, cum hoc ipsum sit, quod profertur a Filio, id est Deus[495v] procedens de Deo, Spiritus ueritatis procedens a ueritate, consolator manans de consolatore[496w]. Denique, ne quis illum a Patris et Filii societate et uoluntate discerneret, scriptum est[497]: „Non enim a semetipso loquitur[498x]: sed sicut audit[499y] et[500z] loquitur.“ Cui simile etiam de se ipso Saluator ait[501]: „Sicut audio, iudico,“[502aa] et alibi[503]: „Non potest Filius a[504bb] se facere quicquam, nisi quod uiderit Patrem facientem.“

EDITIO ROMANA.


Dist. V. c. 38. a) ab b) adhibetur — c. 39. a) Christ. Dominum b) mira c) clarificari d) eo: *deest* e) ex f) creditus est g) virtutes — c. 40. a) errores b) non sine c) sine: *deest* d) a: *deest* e) subsistit f) a: *deest* g) illi h) invicem sermoc. i) est: *deest* k) inserit in corde l) et eorum qui eam audire sunt digni hoc est dicere et loqui. Et infra: §. 2. m) *et* n) Loqui ergo Patrem et audire filium o) contrario p) Filio loquente q) r) *et* s) consensusque significatio est t) Spirit. quoque u) Filio loquente v) *et* w) id est procedens a veritate, consolatur manans de consolatore, Deus de Deo, spiritus veritatis procedens x) loquetur y) audiet z) (et: *deest*) loquetur aa) et iudico bb) a se: *deest*

NOTATIONES CORRECTORUM.

C. XL. * Salvator: In originali haec antecedunt: *Dehinc in consequentibus de spiritu veritatis, qui a Patre mittatur, et sit paracletus, Salvator, etc.*

Dist. V. can. 38. 429) non tant.: *deest: AB;* non tam est ullus fucus factus mendax: *Ed. Arg.;* non tantum non est ullus fuc. mendax: *Edd. rell.;* — non tamen: *Coll. tr. P.* 430) fuc. fact.: *GH* 431) mend. figmentum: *C Ed. Bas.* 432) *add.:* est: *AB Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 433) et: *AB; deest: C* 434) *ABDGH Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.;* — deportantur: *C* 435) quia non: *Edd. Bas. Lugdd.* II. III. 436) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Arg.* (exhibentur); — *Coll. tr. P.* || can. 39. 437) *imo ex ep. Cyrilli et synod. Alexandr. ad Nestorium, quae a Dionys. exiguo translata est. — Ivo Decr.* I, 3. (*can.:* credimus; *cont.*); *Coll. tr. P.* II, 9. *unic.* 438) sancto spir.: *AB;* spirit. quoque: *Dionys.* 439) cum dicit: *Dionys. Ivo Coll. tr. P.* 440) in ev.: *deest: Dionys. — Ioan. c.*16. *v.*14. 441) clarificatus: *Edd. coll. o.;* — glorificavit: *Dionys.* 442) *Codd. et Edd. coll. o. Dionys. Ivo Coll. tr. P.;* Dei et hominis fil.: *AB* 443) illo: *Dionys.* 444) *Codd. et Edd. coll. o. Ivo Coll. tr. P.* 445) *BC;* glorificaturus: *GH;* clarificatus: *Edd. coll. o.;* glorificari: *Dionys. Ivo Coll. tr. P.* 446) *Codd. et Edd. coll. o. pr. G;* quemadmodum si quis de hominibus asseveret quod: *Dionys.* 447) et: *AB;* seu: *Dionys.* 448) clarificat: *GH Edd. coll. o. pr. Bas.* 449) sanct.: *AB;* et eius int.: *Dionys.* 450) sanct. est: *AB* 451) tamen: *ib.* 452) appellatur: *ib.; — Ioan. c.* 16. *v.* 13. 453) etiam: *AGH* 454) *Codd. coll. o.;* et a: *GH;* Deo: *deest: AB* 455) hinc: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bas. Nor.* 456) *Codd. et Edd. coll. o.* 457) Christ.: *deest: Coll. tr. P.* 458) existens: *Dionys. Ivo Coll. tr. P.* 459) *ABC* 460) ideo: *AB — Ioan. c.* 16. *v.* 14. 461) De . . . acc.: *deest: AB* || can. 40. 462) *Codd. coll. o. pr. D; — no.* 34. *Ed. Migne. — Coll. tr. P.* II, 14, 31. 463) *add.:* est: *Edd. coll. o.* 464) *Ioan. c.*16. *v.*13. 465) loquitur: *AGH Edd. Bas. Nor. Ven.* I. II. *Par.* 466) id: *AB* 467) *ABC;* enim sine: *Coll. tr. P.* 468) *ABCD Ed. Bas. Coll. tr. P.* 469) *ABC;* a me illi est: *Edd. Arg. Par. Lugdd.* II. III.; a me ille est: *D Edd. rell.* 470) est et: *GH;* est et quod: *Edd. coll. o.* 471) *Codd. et Edd. coll. o.* 472) *ib. Coll. tr. P.* 473) *ABCD Edd. coll. o. pr. Arg. Par. Lugdd.* II. III. — *Corr.; — Ioan. c.* 16. *v.* 7. 474) quidem: *C;* enim: *Edd. coll. o. pr. Bas.* 475) et: *Edd. Arg. Nor. Ven.* I. II. *Lugd.* I. 476) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; — *Coll. tr. P.* 477) *ABGH Edd. coll. o.* 478) incorporearum: *GH* 479) *add.:* sive naturalium: *Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 480) suam: *deest: GH* 481) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 482) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III.; eor. autem: *AB* 483) *Codd. et Edd. coll. o.;* eor. inserit: *Coll. tr. P.; — l. c. no.* 36. 484) *Codd. coll. o.;* liquidum: *Edd. coll. o. Coll. tr. P.;* liqu. autem: *AB* 485) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 486) *Codd. coll. o.* 487) *Codd. coll. o. Edd. Lugdd.* II. III.; *Coll. tr. P.;* filium loquentem et: *Edd. rell.* 488) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Bas.* (eiusdemque) 489) *ABD Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. (consensuque); *Ed. Arg.;* — et in P. et F. connexus: *GH;* connexio et conmunio est: *Ed. Arg.;* sensus: *C* 490) *Codd. coll. o.;* sign.: *deest: Edd. coll. o.* 491) *Codd. coll. o. Coll. tr. P.;* Spiritus sancti: *Edd. coll. o.* 492) et: *deest: GH* 493) Spir.: *deest: AB;* spiritusque: *orig. Coll. tr. P.* 494) *Codd. et Edd. coll. o. pr. Lugdd.* II. III. 495) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P. sed in AB legit.:* ex Deo. 496) *Codd. et Edd. coll. o. Coll. tr. P.; add.:* Deo: *Edd. coll. o. pr. Arg. Bass.* 497) *Ioan. c.* 16. *v.* 13. 498) *Codd. et Edd. coll. o.* 499) *Codd. et Edd. coll. o.* 500) *CD Edd. coll. o. Coll. tr. P.* 501) loquitur: *GH Edd. Arg. Bas. — cf. Ioan. c.* 5. *v.* 30. 502) *ABC* 503) *Ioan. ib. c.* 19. 504) *ABCD Edd. coll. o. orig. Coll. tr. P.*

ARBOR CONSANGUINITATIS.



CONSANGUINITAS PER TRES REGULAS DECLARATUR.

Prima regula magistralis pro linea recta. *Ascendentium et descendentium quot sunt personae, de quibus quaeritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur uis scire, quantum distat abauus a Petrucio, (Petrucium esse fingimus in cellula, ubi est facies,) utroque computato et intermediis quinque sunt personae: deme unam, quatuor sunt gradus; et sic de aliis.*

Pro linea collaterali duae sunt regulae.

I. Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se, uel sibi attinent. Exemplum pone. Quum facis abauum stipitem inter P. et proneptem propatrui, (nam illi sunt in linea aequali,) quilibet distat a stipite quarto gradu; ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

II. Collateralium in linea inaequali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem. P. et filius propatrui sunt in linea inaequali. Computemus ergo a remotiori, scilicet a P., sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulae. Prima: In linea ascendentium et descendentium quot sunt personae, de quibus quaeritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eas. Pro linea collaterali: Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, uel sibi attinent. Nam secundum leges quaelibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim legistarum ob aliud fit, quam computatio decretistarum.

Collateralium in linea inaequali quot sunt personae stipite dempto, tot sunt gradus. Si autem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreae declarationem.

DECLARATIO ARBORIS CONSANGUINITATIS.

Circa lecturam arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturae ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas intellectum nisus fuit aperire; sed propter multitudinem regularum et uersuum obscuritatem aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. Andreae, inter decretorum doctores minimus et indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis et affinitatis ignotam nota, et habentibus notam ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta reuolui, et (prout expedire credidi) compilaui.

§. 1. *Primo quaerens ad utramque arborem: ad quid fuerit inuentio arboris necessaria? Secundo: an sit authentica? Tertio: ad quid in uolumine decretalium repetita, quae olim fuerat in decretis?*

§. 2. *Primae quaestionis ex superius dictis patet solutio: probatio enim ad oculum alias uincit. Instit. de gradib.* §. *Agnationis*, 27. qu. 1. *Nec aliqua. Ex ostensione enim facti quaedam melius percipiuntur, quam elocutione. Extra de donat., Apostolicae, uers. fin. Hinc est, quod agrorum mensio subiicitur oculis*, 16. q. 3. *Inter, de praescrip. c. Quia indicante, C. fin. reg. l.* 3.; *uentris inspectio, an mulier sit praegnans. ff. de uentr. insp l.* 1. *in princ.; locorum pudicitiae inuestigatio, an mulier sit uirgo, Extra de prob. c. Proposuisti. an arcta, de frigid. et malef. c. Fraternitatis, uel aliter impedita, eod. tit. c. Ex literis; iniuriae, an sit atrox, aestimatio ff. de feriis l.* 2.; *et literae papales an sint uerae uel falsae, de crimin. fals. c. Licet.*

§. 3. *Ad secundum dic, quod arbor authentica est, quod patet ex canonibus Isidori et Alexandri*, 35. *qu.* 5. *cap.* 1. 2. *et ultim.*

§. 4. *Ad tertium dic, quod quia in decretis de consanguinitate et affinitate tractatur, utile fuit ibi arborem ponere, et quia in decretalibus est idem tractatus, et in hoc uolumine utile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini uenit in dubium, id satis esse ualidum, satisque famosum, quod repetita lectio probat. C. de emend. Iust. C. l. una. Item ex eo, quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti, unde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem decidere.*

§. 5. *Deinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quaeritur: quid sit consanguinitas? et unde dicatur? quid linea, quid gradus? Secundo quaeritur: quomodo arbor formetur? et quare sic punctetur? et interseremus regulas, per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quaedam notanda, et quasdam quaestiones.*

§. 6. *Ad primum dico, quod Consanguinitas est attinentia personarum, ex eo proueniens, quia una descendit ab altera, uel ambae ab eadem, uel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum, quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis unitas, a con, et sanguine: quia de communi sanguine descendunt. Et quoad probationem coniugii non distinguo, an tales consanguinei sint producti ex uxorio coitu, uel ex fornicario, quod est expressum Extra de prob. c. Per tuas.*

§. 7. *Linea uero est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, et numeros distinguens. Et est triplex linea, scilicet graduum descendentium, ascendentium et collateralium, ut infra patebit, et ff. de gradib. l.* 1. *et l. Iurisconsultus.*

§. 8. *Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur, quota agnationis uel cognationis distantia duae personae inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, uel locorum procliuium: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de grad. l. Iurisconsultus* §. *gradus.*

§. 9. *Formatur autem sic arbor. Primo uide cellulas ascendentium, secundo descendentium, demum collateralium. Ascende super cellulam uacuam, quae remansit ideo uacua, quia non potuit nomen proprium habere, quum aliae cellulae, (exceptis his, quae per genitiuum nominantur,) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, fratrem fratris, patrem filii, et sic de singulis? et eam alii uocant Ioachim, alii Protheum, alii truncum. Nos autem a nomine bidelli nostri uocemus eam Petrucium. Et scire debes, quod competenter illae cellulae mediae ascendentium et descendentium diuiderentur directe per medium, ut a latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, ut abauus, proauus etc., a latere sinistro nomina mulierum, ut abauia, proauia etc., quia positi a latere dextro descendunt a maribus, et e conuerso. Supra cellulam uacuam est cellula haec continens, pater mater, et unum punctum supra, et unum infra. Supra illam est cellula auus auia, continens duo puncta supra, et duo infra. Supra illam est cellula proauus proauia, continens tria puncta supra, et tria infra. Supra illam est cellula abauus abauia, habens quatuor supra, et quatuor infra. Descendendo sub cellula uacua est cellula habens filium et filiam, et habet unum punctum supra, et unum infra. Sub illa habens nepotem et neptem, et duo puncta supra et duo infra. Sub illa pronepotem et proneptem, et tria puncta supra, et tria infra. Sub illa abnepotem et abneptem, et quatuor puncta supra, et quatuor infra.*

§. 10. *Antequam ad collaterales transeamus, scire debes, quod punctorum numeratio est numeratio graduum, habito respectu ad cellulam uacuam, et puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum, puncti inferiores secundum ius ciuile, etc. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum, ciuilis uero in inferiori, ut detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: et maxime quoad hunc casum, quo instruimur in matrimoniis, quae licite contrahi possunt, necne, et,*

quum matrimonium sit sacramentum ecclesiae, in eo praecipue lex minor est canone, Extra *de secund. nupt. c. ult. et pen. Vides autem ex punctatione praedicta, quod in computatione ascendentium et descendentium concordat utrumque ius, quia in eis semper persona addita personae per carnis propagationem gradum adiicit.*

§. 11. *Ad inueniendum autem gradus inter eos secundum utrumque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium et descendentium quot sunt personae, de quibus quaeritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur uis scire, quantum distat abauus a Petrucio, utroque computato et intermediis, quinque sunt personae: deme unam, quatuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotem, quia eo modo erit reperire quinque personas: et sic quatuor sunt gradus. Si uelis scire, quot distet abauus P. ab nepote P., inuenies ibi nouem personas computato P., et sic octo erunt gradus. Scias autem, quod iste P. non habet totam suam computationem in arbore. Scias enim, quod quilibet habet duos parentes, quatuor auos, octo proauos, sedecim abauos, et sic semper ascendentes duplicantur. Unde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.*

§. 12. *Quaero: an inter ascendentes et descendentes prohibitio copulae coniugalis excedat quartum gradum? et dicit* Goff., *in sum. de consang. et affin.* §. Item quantum, *quod non, per decr.* Non debet, *eod. tit., quae generaliter loquitur. Alii communiter contradicentes inter ascendentes et descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt, et quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet; ad hoc* 35. *quaest.* 3. Progeniem. *et duobus capitulis sequent., in quibus dicitur, quod olim non solum usque ad secundum gradum, sed etiam, in quantum notitia erat parentelae, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem, et alterum ascendentem, perdurat prohibitio, ad idem* Instit. *de nupt.* §. 1., *ff. de ritu nupt. l.* Nuptiae, *et hoc uerum puto.*

§. 13. *Ad collaterales transeamus, et ad fratrem et sororem, et causa breuitatis prosequendo solum partem mediam arboris ad modum uexilli; qua intellecta reliqua intelligetur, quod per se patet. Dicamus de fratre et descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia, ex illa fratris nepos neptis, ex illa fratris pronepos proneptis, et frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones; in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones: in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones, in quinto secundum leges, et sic debet esse utraque punctatio, et isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequenter stipitem de auo; ex eo patruus amita, ex illa frater patruelis et amitinus, soror patruelis et amitina, ex illa horum filius filia, ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiam secundo gradu, filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto, et sic debet esse utraque punctatio. Postea fac proauum stipitem, et habet filios patruum magnum, amitam magnam, auum et auiam, auunculum magnum, et materteram magnam. Illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni proprior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat a proauo, quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, et a propiori sobrino tertio, et a filio tertio, et a nepote, qui exit lineam aequalitatis, quarto secundum canones. Secundum leges uero distat P. a patruo magno quarto, a propiori sobrino quinto, et a filio sexto, a nepote septimo, et sic debet esse utraque punctatio. Modo fac abauum stipitem cum tribus filiis, scilicet propatruo, proauo et proauunculo. De proauunculo non prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, et ex illa linea nullus exit lineam aequalitatis, ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat V., filius VI., nepos VII., pronepos VIII., et sic debet esse utraque punctatio.*

§. 14. *Nunc uidendum est, quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur? Collateralium aequalis lineae unam trado regulam secundum canones:*

§. 15. *Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se, uel sibi attinent: hoc secundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum stipitem inter P. et pronepotem propatrui; nam quia illi sunt in linea aequali, quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.*

§. 16. *Secundum leges uero aliter est, et sic dicimus regulam: Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, uel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, et ex punctatione, quod praedicti P. et pronepos propatrui distant VIII. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quaelibet persona gradum facit in collateralibus. Unde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones uero duae personae faciunt unum gradum. Unde (ut patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges: sed computatio eorum ob aliud fit, quam nostra.* 35. *quaest.* 5. *cap.* 2. *Bene ergo dicitur secundum leges, quod in aequali linea collateralium, siue linea sit paris numeri siue disparis, non est reperire disparem gradum. Vide in linea paris numeri secunda uel quarta, disparis numeri prima uel tertia. In prima duo gradus, in secunda quatuor, in tertia sex, in quarta octo, quod non est secundum canones, quia in aequali linea disparis numeri habemus disparem gradum, quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum, et sic de singulis.*


§. 17. *Nunc restat uidere de collateralibus in linea inaequali, de quibus traditur talis regula secundum canones: Collateralium in linea inaequali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem, P. et filius propatrui sunt in linea inaequali. Computemus ergo a remotiori, scilicet a P., sed P. distat a stipite quarto gradu: ergo a filio propatrui IV., et idem in descendentibus usque ad lineam aequalitatis: et hoc est, quod dicimus, quod persona addita personae usque ad lineam aequalitatis non crescit gradus, quia propatruus, filius eius nepos et pronepos omnes distant IV. gradu a P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus:*

§. 18. *Collateralium in linea inaequali quot sunt personae stipite dempto, tot sunt gradus. Unde P. a stipite distat IV., a propatruo V., a filio VI., a nepote VII., a pronepote VIII., et sic quaelibet persona facit gradum. Vides ex supra dictis, quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim a summo, scilicet abauo, ab imo, scilicet a nepote, ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto, a mediis citeriori; per quod satis patet, quod cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus, utputa si pronepos propatrui, uel pronepos fratris procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas, prohibitio enim, quae per ius positiuum processerat, potuit tolli, sed naturalia sunt immutabilia.* 5. *Dist. in princ.*

§. 19. *Scire debes, quod communiter dicunt doctores, quod abauus et proauus et auus sunt bigami, dicentes, quod si non essent bigami, non possent filii eorum coniungi, quum essent fratres; sed de hoc non multum curo, quia eadem ratione sic esset de aliis cellulis duplicibus, quod personae earum essent bigami. Unde fingamus, perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur propatruus et uxor, proamita et maritus, unde duplicatio posita fuit, ut nomina demonstrarent in utroque sexu, non ut eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus aequalis lineae bene sequitur ista regula affirmando et negando: Ego et tu sumus consanguinei in linea aequali et ego possum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiue: Ego non possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea aequali quarti gradus; negatiua in tertio uel citeriori. Sed in linea inaequali hoc non procedit affirmando uel negando, quia, si unus est in quarto, alter in tertio uel citeriori: qui est in tertio uel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, et non e conuerso; unde propatruus, huius filius et nepos contrahere possunt cum filia P., sed non e conuerso.*

§. 20. *Demum quaeritur: an collaterales, quorum unus est in quinto et alter in primo, puta filia P. et propatruus, possint ad inuicem contrahere? Dicit* Hostiensis *quod non, et hoc not.* Extra *eod. c.* Quod dilectio, *et cap.* Tua, *et in summa huius tit. de consang.* §. Numquid *in u. et i. Quod per sua argumenta nititur probare sic: Scilicet pater et filius una persona censentur, C. de impub. et aliis substit. l. ult. Sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filiis stipitis. Bene facit praedicta decret.* Tua, *ubi fratres uidentur poni pro stipite. Contrarium tenet* Bern., *quod colligitur ex glossa, quam ponit supra eod. tit. c. ult., et Ra. et Io. de* Deo., *et hoc est uerissimum, quod probant uerba regulae positae sub eod. c. ult., dum dicit ibi: „descendentium ab eodem; sed certum est, quod propatruus descendit a stipite. Praeterea aut dicis, quod est inter eos prohibitio ascendentium et descendentium, aut collateralium; de primo patet negando, quod certum est, filium P. non descendisse a propatruo. Est ergo prohibitio collateralium: sed certum est, quod isti distant quinto. Quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non uideo.* Ioannes Andreae.

ARBOR AFFINITATIS.



DECLARATIO AFFINITATIS.

Affinitas secundum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas, quasi duorum ad unum finem unitas, eo quod duae cognationes diuersae per nuptias secundum leges, uel per coitum secundum canones copulantur, et alter ad alterius cognationis finem accedit, ut ff. de grad. cognat. l. Non facile §. Affines.

Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur, 35. *q.* 10. *Fraternitatis.*

Per carnalem copulam uiri et mulieris inter consanguineos mulieris et uirum, et inter consanguineos uiri et mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si uis scire, quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, uide, quoto gradu est tibi consanguineus tuus, et quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, et semper in primo genere. Dictum est in regula: „uiri et mulieris," et non „uiri et uxoris," quia secundum canones etiam per coitum fornicarium et incestuosum contrahitur affinitas. Patet de eo, qui consang. uxor. suae, cap. Discretionem et cap. penult. Inter consanguineos mulieris et uirum, et consanguineos uiri et mulierem ideo dicitur, quia inter uirum et mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos uiri, et consanguineos mulieris nulla est affinitas. Unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater et filius cum matre et filia; sed est affinitas inter consanguineos mulieris et ipsum uirum, et consanguineos uiri et ipsam mulierem. de consang. et affinit. c. Quod super his.

Regula: Quotiescunque inter unam personam, de quibus quaeritur, et coniugem alterius non est uel non fuit consanguinitas inter quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio, ut inter me et coniugem nepotis mei non potest esse matrimonium, quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

Aliud exemplum: Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta, quia inter me et illam relictam nulla est nec fuit consanguinitas.

DECLARATIO ARBORIS AFFINITATIS.

Ad arborem affinitatis et eius materiam transeamus. Et primo uidendum est, quid sit affinitas et unde dicatur, et quomodo ipsius genera insurgant, et gradus computentur; deinde arborem formemus. Ponemus postea quaedam notabilia, et quasdam quaestiones.

§. 1. *Est autem Affinitas personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Hoc secundum canones; sed secundum leges est proximitas proueniens ex nuptiis, et requiritur secundum leges, quod legitimae sint nuptiae, non interdictae, ut contrahatur affinitas, ff. de grad. l. Non facile §. Sciendum. Et dicitur affinitas, quasi duorum in unum finem unitas, eo quod duae cognationes diuersae per nuptias secundum leges, uel per coitum secundum canones copulantur, et alter ad alterius cognationis finem accedit, ut in ead. l. §. Affines.*

§. 2. *Sed quod per fornicarium coitum et incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo, qui cogn. consang. uxor. suae, cap. Discretionem, et eod. titul. cap. penult. Sed consideratio legis fuit circa hereditates et tutelas deferendas, et ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere ff. de gradib. l. Iurisconsultus in princ., et ff. de testib. l.* 3., *et* 4. *quaest.* 3. §. *Item in criminali uers. Item lege Iulia. Sed canon quoad matrimonia prohibenda considerauit unionem carnis, quae insurgit ex copula. Et est uidere secundum hoc, quod concurrere potest attinentia consanguinitatis et affinitatis, ut si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei utriusque sunt utrique affines. Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur.* 35. *quaest.* 10. *c. Fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quae fit extra claustra pudoris,* 35. *quaest.* 3. *c. Extraordinaria, et adde, quod ibi not.*

§. 3. *Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine, et publica honestas interdum sine affinitate ut, si cognosco uxorem uel sponsam, hic impedimentum est publicae honestatis et affinitatis; si cognosco non sponsam, hic affinitas sola est; si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia, si mortua est uxor tua, et uis contrahere de dispensatione ecclesiae cum consanguinea sua, et ecclesia dispensat, quod possis contrahere cum illa, non obstante, quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris; quia, licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum et impedimentum publicae honestatis. Debes ergo facere exprimi, quod possis cum tali contrahere non obstante impedimento publicae honestatis pro eo, quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, et non obstante, quod est tibi affinis in quarto pro eo, quod dictam desponsatam carnaliter cognouisti, et tunc matrimonium procedere poterit.*

§. 4. *Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personae per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is, qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem, illa est mihi secundo gradu affinitatis, et primo genere; si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, et secundo gradu; si ille aliam mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, et secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, et quia B. plene tradidit Extra de consang. et affin., cap. Non debet, hic circa hoc non insisto. Ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis: si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat, illa attinet mihi secundo genere; si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur uidere de gradibus. Certum est, quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, et in illo usque ad quartum gradum, licet affinitas non habet suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si uis scire, quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, uide, quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundum regulas, quas tradidi in proxima arbore, et quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, et semper in primo genere.*

§. 5. *Nunc formemus arborem. Et in medio arboris sunt quatuor cellulae, et in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quaeritur: quare ponantur in medio fratris et sororis? Secundo: quare non exprimant attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis, et sic de singulis? Ad primum dic, hoc fuisse, ut detur intelligi, quod affinitas oritur ex consanguinitate, et quod ab utroque sexu uirili et femineo affinitas contrahatur. Ad secundum dic; attinentiam non fuisse expressam, ut illa computatio graduum ad consanguinitatem et affinitatem referatur; unde soror et frater sunt in primo gradu consanguinitatis, et frater et uir sororis sunt in primo gradu affinitatis, et sic de aliis. Deinde a latere dextro dictae lineae ponitur alia linea quatuor cellulas continens; in prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea, continens alias quatuor cellulas, in quarum prima scribitur uxor fratris olim relicta, in secunda uxor filii fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliae quatuor cellulae, quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliae quatuor; prima uir sororis olim relictus, secunda uir filiae sororis, tertia uir neptis sororis, quarta uir proneptis sororis. Ponuntur etiam aliae duae cellulae, una a latere dextra continens, relictus relictae fratris: a sinistris, relicta relicti sororis, quae secundum*

omnes ponuntur ad decorem, et ad demonstrandum genera affinitatis, quae hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una oritur in cellula fratris, et terminatur in cellula uiri sororis, in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quae oritur in cellula sororis, et terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem scribitur.

§. 6. *Circa hoc quaero: quare in cellula uxor fratris scribitur: „olim relicta," quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus eiusdem lineae? Et dic, hoc factum fuisse propter cellulam, quae ponitur ad dorsum illius, quasi dicat, frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relicta contraxit cum alio uiro, illa demum mortua, iste relictus a relicta fratris, uult contrahere cum sorore, numquid potest? Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere et primo gradu, hodie uero potest. Idem sit repetitum quoad cellulam uiri sororis.*

§. 7. *Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis et genus tam per formam arboris, quam ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem: Per carnalem copulam uiri et mulieris inter consanguineos mulieris et uirum, et inter consanguineos uiri et mulierem contrahitur affinitas primi generis, et eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Quare dicatur in regula „per carnalem copulam uiri et mulieris," et non uiri et uxoris, collige ex his, quae in principio dixi. Inter consanguineos mulieris et uirum, et consanguineos uiri et mulierem, ideo dixi, quia inter uirum et mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos uiri et consanguineos mulieris nulla est. affinitas, unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater et filius cum matre et filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris et ipsum uirum, et consanguineos uiri et ipsam mulierem, Extra de consang. et affin. c. Quod super his „Primi generis" quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, et „eiusdem gradus, cuius est consanguinitas," uide hoc in arbore; nam frater et soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, et sic uxor fratris sorori, et sic filia sororis est filio fratris et ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secundo gradu affinitatis, et e conuerso, et sic in reliquis. Unde uir proneptis sororis attinet fratri et omnibus descendentibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis, et hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet praedictis ipsa proneptis. „Qui sunt in arbore," ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam aequalitatis, et sic attinet quinto gradu secundum regulas traditas in proxima arbore.*

§. 8. *Post hoc notandum est, illud praecise non sequitur: Ego et tu sumus affines, ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiae, quia ego sum tibi affinis, et ipse consanguineus; interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum: si ego et tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis; sed si ego maritus consanguineae tuae ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si uero tu consanguineus uxoris meae filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiae, quia tu pater es mihi affinis, et ipse affinis; sed si tu et uxor mea eratis in aequali linea uel inaequali, et eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo uel primo: tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, et ipse mihi in quarto. Si uero tu et uxor mea eratis consanguinei in linea inaequali, sed uxor mea erat remotior, ut quia ipsa in tertio, et tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, et ipse affinis, tu in tertio gradu, et ipse in tertio gradu. Item nota, quod istud etiam non sequitur: Ego et tu sumus affines, et ego non possum accipere filiam tuam; ergo nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in uxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere; quia affinitas non contrahitur inter consanguineos uiri et consanguineos mulieris, sed inter uirum et consanguineos mulieris, et inter mulierem et consanguineos uiri, ut dixi, et probatur Extra de consang. et affin., c. Quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto, et est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.*

§. 9. *Nunc quaeritur: an affinitas inter ascendentes et descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum usque ad quartum gradum? Et si teneremus opinionem Goffredi, de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus, quod usque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quod prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quod ita abstinere debemus a consanguineis uxoris, ut a propriis, Extra de consangu. et affin. cap.* 1., 35. *quaest.* 3. *De propinquis, et cap. Aequaliter. Si ergo inter consanguineos ascendentes et descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines; ad idem Institut. de nupt. §. Affinitatis, et dicit lex, quod tales affines ascendentes et descendentes habentur loco parentum et liberorum, ff. de gradibus l. Non facile §. Et retro in fine. Eodem modo posset formari quaestio de affinibus, quorum unus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxima in fine. An autem liceat diuersis temporibus habere in uxores duas cognatas, scilicet uxores duorum fratrum, et an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc uide not. Extra de consang. et affinit., cap. Non debet.*

§. 10. *Ultimo quaeritur ad utramque arborem, an prohibitio consanguineorum uel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, et quare facta fuit prohibitio? Breuiter scias, quod olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cum sorore, et consanguinei cum consanguineis, unde tunc in collateralibus non erat prohibitio. Hoc fuit a principio generis humani in filiis et nepotibus Adae; hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico uero prohibitae fuerunt fere duodecim personae, quas uide not. Extra de restit. spol., cap. Literas, et de diuort. cap. Gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos et affines primi generis coniungi in septimo gradu et citeriori, quae prohibitio postea usque ad quartum gradum est restricta Extra eod. c. Non debet, reuocatis etiam quibusdam aliis prohibitionibus, ut patet. Reuocatio uero fuit ex causa, quae ibi ponitur, et Extra, de testibus, cap. Licet ex quadam, per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, et partim ex positiuo. Unde in secundo gradu aequalis lineae collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio uero prohibitionis sumitur* 35. qu. 1. §. 1. *cap.* 1., *fuit enim propter caritatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater et socer, mater et socrus, uir et frater etc. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se caritas protenderet, in qua uniuersi fideles et praecipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.*

I.

INDEX

CANONUM DECRETI.

EMENDATIOR[1].

Ab — Admonere

Ad — Antiquis

Antiquitus — Bene

1 Restituti sunt canones a prioribus editoribus omissi, et sublata est ingens, qua hic capitum index antea scatebat, mendorum moles. In capitibus ab eodem vocabulo incipientibus adiecta sunt plura cuiusque verba, ut melius inter se distinguerentur. Paleae denique italico, quem dicunt, charactere sunt expressae. Reiectae vero sunt, quoniam harum nullus videbatur usus esse, et Gratiani sententiae, et inscriptiones, inde a Correctorum tempore repeti solitae, exiles eae, et a vero haud ita raro aberrantes.

Non exemplo — Non ratione

Non regenerab. — Nullus ducat

Nullus — Omnes

Presbiter — Propter

Propter — Quero

Que semel — Quicumque

Rogamus — Scire

Scire — Si custos

Sicut — Si ille

Si quis — Si uos

Si uxorem — Testimonium

Teugaldum — Vera

II.

INDEX

CONCILIORUM, SUMMORUM PONTIFICUM, SS. PATRUM, SCRIPTORUM QUORUM CANONES A GRATIANO REFERUNTUR[1].

A. CONCILIA.

B. SUMMI PONTIFICES.

1 Cum Gratianus nonnunquam canones falso attribuerit auctori, nomina eorum qui apud ipsum non inueniuntur asterisco notata sunt.

C. SS. PATRES ET SCRIPTORES.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

D. 16 c. 5 pro Mansi XII, 1877 legend. est: XII, 1077.
D. 50 c. 7 pro C. t. P. II, 48, 49 legend. est: II, 47, 49.
D. 50 c. 33 pro Ivo Pan. III, 186 legend. est: III, 136.
D. 61 c. 4 pro Jaffé no. 416 legend. est: no. 109.
D. 77 c. 4 pro C. tr. P. II, 46, 51 legend. est: II, 47, 51.
D. 81 c. 19 pro Polyc. IV, 41 legend. est: IV, 31.
D. 81 c. 34 usque ad C. XXIII. qu. 4 c. 50, ubi Coll. tredec. P. commemorata est: legendum est: Coll. duod. P.
D. 90 c. 4 pro Burch. X, 52 legend. est: X, 54.
D. 92 c. 9 pro Coll. tr. P. II, 6, 55 legend. est: II, 47, 55.
C. I. qu. 1 c. 74 addend. est: Alger. sent. fol. 213 c. 124; ceteros ex eodem Algerii canones addendos videas in tabula supra a nobis edita.
C. I. qu. 1 c. 86 pro Jaffé no. 865 legend. est: no. 2111.
C. I. qu. 1 c. 107 pro Ivo legend. est: Ivo V, 79.
C. II. qu. 1 c. 11 pro Ivo Pan. legend. est: Ivo Pan. V, 124.
C. II. qu. 8 c. 5 pro Reg. Apdx III, 195 legend. est: III, 74.
C. VII. qu. 1 c. 1 pro Reg. Appdx III, 78 legend. est: 73.
C. X. qu. 2 c. 4 pro Ivo 9 legend. est: 3
C. XI. qu. 3 c. 57 pro Ivo Decr. legend. est: Ivo Pan.
C. XXII. qu. 1 c. 8 pro Pan. 13 legend. est: 8
C. XXII. qu. 4 c. 8 pro Ivo Pan. legend. est: Ivo Decr.
C. XXII. qu. 4 c. 1 pro Ivo XXXII legend. est: XII.
C. XXIII. qu. 4 c. 36 pro Ivo legend. est: Ivo X, 110.
C. XXIII. qu. 8 c. 33 pro not. 418 legend. est: not. 419.
C. XXIV. qu. 2 c. 6 pro 573 legend. est: 553.
C. XXVI. qu. 6 c. 6 pro C. t. P. II, 17, 82 legend. est: II, 47, 82.
C. XXX. qu. 1 c. 1 pro Lomb. IV, 142 legend. est: IV, 42.
C. XXXII. qu. 5 c. 19 pro Hier. ep. 73 legend. est: 77
C. XXXV. qu. 5 c. 5 pro Etym. legend. est: Pan.
C. XXXV. qu. 5 c. 5 pro Ivo Pan. legend. est: Isidor. Etym.
C. XXXVI. qu. 2 c. 11 pro Inst. (11, 10) legend. est: Inst. (1, 10).
D. 1 c. 15 de cons. pro Reg. III, 352 legend. est: I, 352.
D. 1 c. 72 de cons. addend. est: Burch. III, 64. Ivo Decr. III, 66.; Coll. XII. P. IV, 105.

EX OFFICINA BERNHARDI TAUCHNITZ.